F.2.35.T.B.

52
63

R.15
4/6

Est. 35 E B

[illegible]

DIVI BASILII MAGNI ARCHIEPI-SCOPI CAESAREAE CAPPADOCIAE OMNIA,

QVAE AD NOS EXTANT, OPERA, IVXTA ARGVMENTO-*rum congruentium in Tomos diſtincta quinque, ab Iano Cornario medico phyſico Zuiccauienſi interpretata, iterumq́; recognita & caſtigata, ac duobus libris contra Eunomij apologeticum aucta: quorum ordinem & catalogum uerſa pagina docet.*

Iano Cor
autor damnat
permissa

VERSITARIA
BIBLIOTECA

In calce ſubiectus eſt Index rerum & uerborum copioſiſs.

Conforme el Expurg nuevo de 612 Cong.
31 octubre de 1616
Joan de Spineda

FRO BEN

BASILEAE, PER AMBROSIVM ET AVRELIVM, Frobenios fratres, Anno M. D. LXVI.

D. BASILII MAGNI OPERVM CATALOGVS.

IN PRIMO TOMO HABENTVR:

In opificium ſex dierum,	Homiliæ XI.	Pagina 1
In Pſalmos,	XVII.	63
Variorum argumentorum,	XXVIII.	142

IN SECVNDO:

De uirginitate,	Lib. I.	267
De paradiſo,	I.	303
Contra Apologeticum Eunomij, Libri euerſorij V.		306
Contra Sabellianos & Arium, eosq́ qui diſſimilitudinem ac inæqualitatem docent,	Liber I.	364
De ſpiritu ſancto,	Liber I.	370
De libero arbitrio,	Liber I.	405
De baptiſmate,	Lib. II.	408

IN TERTIO:

Exercitamenta per aliquot ſermones,	numero VII.	439
Præfatio De iudicio Dei.		454
De fidei confeſsione,	Sermo I.	460
Moralium ſummæ, ſingulæ certis capitibus diſtinctæ.	numero LXXX.	464
Quæſtiones diffuſè explicatæ,	numero LV.	515
Quæſtiones compendio explicatæ,	num. CCCXIII.	560
Conſtitutiones exercitatoriæ, ad eos qui communem in cœnobio uitam, itemq́ ſolitariam degunt.		621

IN QVARTO:

Epiſtolæ Diui Baſilij, itemq́ Gregorij Theologi,	CLXXX.	655
His adiecta eſt ad finē Epiſtola De uita ſolitaria ad Chilonem, & quædam aliæ eiuſdem Baſilij Epiſtolę, cum Oratione aduerſus eos qui calumniantur nos quòd tres deos dicimus.		755

IN QVINTO:

Explicationes in Pſalmos Dauidis.	771
Vita Baſilij Magni, per Gregorium Nazianzenum: Raphaele Volaterrano interprete.	985

AD REVERENDVM IN CHRISTO ET ILLVSTREM PRINCIPEM AC DOMINVM D. IVLIVM Numburgenſium Eccleſiæ Epiſcopum pientiſſimum, Iani Cornarij Medici phyſici Zuiccauienſis in ſuam diui BASILII operum translationem Præfatio.

QVAE mihi cauſa fuit olim diui BASILII ſcripta cōquirēdi, legēdi, ad Latinos tranſcribēdi, & ad publicam omnium utilitatem edendi: ea etiam nuper me inuitauit, imò impulit, ut eadem ſanctiſſimi uiri ſcripta in manus reſumpſerim, ipſaq; rurſus perlecta, correcta, & ad uaria uetuſta exemplaria emēdata, tū Græcè tū Latinè ex noſtra translatione inuulganda duxerim: atq; id hoc maximè tēpore, quo tu IVLI Pōtifex, his regionibus mihi patrijs Epiſcopus datus es: per cuius excellentē doctrinā, altiſſimā prudentiā, exactiſſimum iudicium, amabilem æquitatem ac moderationem, omnes boni fore ſperant, ut Eccleſiarum infelici diſcordia per annos aliquot miſerè diuexatarum concordia reparetur. Nam quum in hoc pietatem tuam totam uerſari uideam, ut publicæ paci ac concordiæ in Chriſtiana religione copuletur, & non fuerit aliud ſeculum à Chriſtianæ religionis initio, in quo tot hæreſes, ſectæ, ac diſſenſiones uiguiſſent, ac magna contentione, & ſua defendendi pertinacia, ſe quàm latiſſimè quoquo uerſus per omnem Orientem extendiſſent, quàm id quo Athanaſius, Gregorius Nazianzenus, & BASILIVS uixerunt, & hic uel imprimis tot hæreſibus ac ſectis ad unitatem ac concordiam reducendis, omni ſtudio elaborauit: & ſit hoc noſtrum ſeculum illi proximum, ſiue quis multiplicem ſectæ in ſectam ſectionem conſideret, ſiue contentioſorum pertinaciam, quæ alicubi ad ſeditionem uſq; progreſſa, & ciuitates iam, & innumeros homines conſumpſit: non ſcio an, quod ad humana auxilia attinet, aliunde aut amplius conſilium, aut paratius ſolatium inueniri poſſit, quàm ex diui BASILII ſcriptis, & præſertim epiſtolis, quas cōcordiæ faciēdæ gratia, plurimas ad plurimos Epiſcopos & ciuitates ſcripſit: quæ potiſſima cauſa & prioris D. BASILII ſcriptorum, & iam repetitę eorūdem editionis mihi fuit. Quanquā huius non leuis cauſa Reuerēda Pietas tua haberi debeat, cui BASILIVM inſcribere ac mittere uiſum fuit, non ut ardens illius ſanctiſſimi uiri ſtudium in reconciliandis ad ueram pietatem animis, ipſa in ſeipſa hinc agnoſcat: ſed ut multi qui zeli tui pientiſſimi affectionem, aut nō nouerunt, aut maleuoli malignè de illa ſentiunt, hinc cognoſcant te reuera eſſe huius æui BASILIVM, qui ex ueræ commiſerationis ac miſericordiæ uiſceribus, Eccleſijs condoles, diſſenſiones tollere conaris, unionem ac conſenſum reparare ſtudes,, nunc quidem in hoc loco conſtitutus uel maximè, ſed tamen etiam antea: ita ut nihil unquam omiſeris, quod huc facere putares, ut paucorum etiam ac ſingulorum adeò colloquijs intereſſe non ſis dedignatus, nihil ueritus quorundam impudentia illa ora, naſosq; ac rhonchos in quoſuis paratos. Nec ſanè ſine fructu hactenus laboraſſe, nec fruſtra cucurriſſe

uideris: quod facile, etiam me tacente, teſtantur qui tuis conſilijs acquieue runt. Hæc tempora anguſta difficilia & turbulenta, in quibus tu Epiſcopū agis, dum ego mecum expendo, nō diuerſa ab illa perſecutione mihi eſſe ui dentur, de qua BASILIVS in epiſtola ad Occidentis Epiſcopos ſic ait:

Perſecutio nos apprehendit fratres uenerandiſſimi, & perſecutionū hor rendiſſima. Perſecutionem enim patiuntur paſtores, ut diſpergantur oues gregis: & quod grauiſſimum eſt, neq; qui malis uexantur, in perfectione martyrij afflictiones ſuſcipiunt, neq; populi in martyrum loco hos athletas colunt, propterea quòd Chriſtianorum nomen perſequentibus incumbit. Vnum eſt crimen quod nunc uehementer damnatur ac punitur, diligens obſeruatio traditionum patrum. Ob hoc fugantur patrijs pij, & cætera. Atque eadem de re ad CCCVIII illos Epiſcopos qui in Niceno concilio con gregati fuerunt, BASILIVS & alij Orientis Epiſcopi hæc uerba ſcribunt:

Nobis autem ad manifeſtum hæreticorum bellum, amplius etiā id quod ab his qui idem ſentire uidentur exortum eſt, ad extremam debilitatem Ecclesias perduxit. Ad quæ ſanè mala etiam maximè ueſtro auxilio opus habemus, quo hi qui Apoſtolicam fidem confitentur, diſſolutis ſectis quas excogitauerunt, de cætero autoritati Eccleſiæ ſubditi ſint, ut integrū fiat corpus Chriſti, omnibus membris ad integritatem reuerſum, & non ſolum apud alios prædicemus bona, id quod nunc facimus, ſed etiam noſtras ipſorum Eccleſias ueterem de recta fide gloriationem recepiſſe uideamus. Reuera enim ſuprema beatitudine dignum eſt id quod ueſtræ pietati à Domino datum eſt, nimirum adulterinum à probo ſinceroq; ac puro diſcernere: patrum uerò fidem, citra aliquam detractionem prædicare, quam etiam nos ſuſcepimus, & cognouimus ex Apoſtolicis notis efformatam, conſentientes & ipſi, & omnibus in concilij ſcripto regulariter ac legaliter decretis. Hactenus illi.

Ab hac igitur Catholica & Apoſtolica Eccleſia qui ſe ſeparant, diligenter ſecum expendant, an non à Chriſti corpore ſe auellant, quum Eccleſia dei una catholica Chriſti ſit corpus, & ſinguli in ipſa comprehenſi, tum inter ſe, tum Chriſti ſint membra. Quapropter mihi imprimis in ſolatium, ſæpe pientiſſimi uiri, & ad pacem, concordiam, & unitatem omnia molientis ſcripta lego, relego, & exoſculor: nec dubito quin etiam alijs eandem utilitatem exhibitura ſint, qui illa in manus ſumere uolent. Atq; utinam contingat, ut multi pij ac boni uiri hinc conſilia ac auxilia petant, & quiſq; quantū in ſe eſſet huc conferret, quo & ad unius ſanctæ catholicę Eccleſię concordiam omnes deueniremus, & idem in domino ſentiremus: id quod iuxta regium prophetam rogare iubentem quę ad pacem ſunt Hieruſalem, precor ut Deus ſolus bonus pro ſua benigna erga ſuos uoluntate, clemēter ſuis tribuat. Porrò quòd R.P. T. inſcribendum ac mittendum BASILIVM duxi, nō ideo ſolū feci, ut uelut dixi, pietatis tuę zelus diui BASILII zelum referens, hinc ab omnibus cognoſceretur, ſed etiam ut priuatam meam erga tuam pietatem affectionem hinc tibi declararem. Memini enim & ſuauiſſimè recordor illius cognitionis, quę mihi adoleſcenti contigit, dum tu

item adoleſcens illum dicendi artis magiſtrum amantiſſimè amplecterreris, quo ego paulò antea Græcè linguæ doctore uſus fueram. Quo tempore nō eo ſolum nomine apud me in admiratione conſtitutus eras, quòd ſummam generis nobilitatem, & fumoſas illas maiorum tuorum imagines, ſub communi præceptore Petro Moſellano illuſtrare inſtituiſſes: ſed non uulgariter etiam à me diligebaris, quod Gregorium Haloandrum conterraneum meum, magnum illum poſtea Iuriſconſultum, cum quo à pueris familiariter educatus fueram, tantum quantus ille fuit, tum conſilijs, tum ſumptib. datis, efficere propoſuiſſes. Mihi enim & patriæ imprimis id tribui à te putabam, quod in illum conferres. Nec hactenus aliquid defuit mihi præter occaſionem, quo minus meum erga P. T. animum declararim. Hanc autem iam adeptum me ratus, ut elaberetur mihi nō permittere uolui, ſed ſanctiſſimi uiri librorum, aut ut rectius dicam, Theſauri puri puti ad te miſſione, publicè teſtatam facere meam erga R. P. T. obſeruātiam: quam nuper adeò Deus Opt. Max. his regionib. inter quas & patria mea numeratur, Epiſcopum dedit: qui publicæ rerum pacis, & concordiæ ac reconciliationis in religione Chriſtiana reparandæ gratia, omnia facere ac pati paratus eſt, & hactenus non exigua pericula pertulit. Macte igitur animo Magnanime IVLI Pontifex, id quod cum Deo cœpiſti proſperè perfice, & oues tuæ curæ commiſſas ueræ uerbi doctrinæ pabulo paſce, & Eccleſiam Dei ad ueram Euangelij filij ſui unitatem collige. Nos uerò inter tuos recenſe, & noſtram hanc Latinam BASILII translationem, & ſimul Græcorum eiuſdem ſanctiſſimi uiri operum collectionem, & ſub nomine tuo editionem, ita æſtima, uelut ſint uiduæ illius duo illa quæ ſola habebat, & in fiſcū mittebat minuta. Quæ apud R. P. T. à me depoſita, ita haberi cupio, ut intelligat illa, me hanc meam in his edendis operam totam ipſius iudicio ſubijcere, & unius ſanctæ catholicæ Eccleſiæ cenſuram, ſiue quid reuocare, ſiue immutare in mea translatione, ex negligentia forte, ſi ita accidit, non certè malignitate admiſſum, oporteat, minimè refugere: & alioqui ea eſt rerum mearum tenuitas, ut ad præſentem religionis turbatæ ſtatum, nihil amplius conferre queam, nec propria profeſſio medica ſinat, quæ iam mihi inſtans ad ſe reuocat. Valeat Reuerenda pietas tua. Zuiccauij Calendis Septem. Anno Chriſti. MDXLIX.

D. BASILII ENCOMIVM EX EPISTOLA DES. ERASMI ROT. AD D. IACOBVM SADOletum, Epiſcopum Carpentoractenſem, primæ editioni Græcę Baſilij præmiſſa.

DIVVS BASILIVS, uir optimo iure dictus Magnus, ſed Maximi cognomine dignior. cuius facundiam contumeliam eſſe iudico, cum quoquam eorum comparare, quorum eloquẽtiã ſupra modũ admirata eſt Græcia, iuxta modũ æmulata Italia. Quis enim inter illos ſic omnibus dicendi uirtutibus excelluit, ut in eo nõ aliquid deſideretur uel offendat? Tonat ac fulgurat Pericles, ſed ſine arte. Attica ſubtilitate propemodum friget Lyſias. Phalereo ſuauitatem tribuunt, grauitatem adimũt. Iſocrates umbratilis orator, affectatis ſtructurę numeris, ac periodis orationis, perdidit illam natiuæ dictionis gratiã. Demoſtheni, quem uelut omnibus numeris abſolutum eloquẽtię exemplum producit M. Tullius, obiectum eſt, quòd orationes illius olerent lucernam: nec deſunt qui in eo affectus & urbanitatem requirunt. Sed ut maximè aliquis extiterit, in quo neq; naturam, neq; artem, neq; exercitationem deſideres, quem mihi dabis, qui Diui Baſilij pectus numine plenum, nõ dicam æquarit, ſed uel mediocri conſequatur interuallo? Quem, qui tantum philoſophiæ, qui omnium diſciplinarum circulum cum ſumma dicendi facultate coniunxerit? Sed ut dixi, contumeliæ genus eſt uirum diuinitus afflatum cum prophanis ac nihil aliud quàm hominibus conferre. Decentius eſt, diuum cum diuis componere. Tulit eadem fermè ætas aliquot ſumma facundia pariq; doctrina ac pietate uiros. Athanaſium Alexandrinum Epiſcopũ, Gregorium Nazianzenum Baſilij Pyladem, ac ſtudiorum ſodalem, Ioannem Chryſoſtomum & ipſum Baſilio familiarem, ac fratrem Gregorium Nyſſenum Epiſcopum. Horum ſuis quiſq; dotibus ſummus erat. Athanaſius ad docendum accommodatiſſimus: Nazianzenus floridũ & argutum orationis genus amplexus uidetur: Chryſoſtomus licet pulchre ſuo cognomini reſpondens alicubi uerbis redundat, & in digreſſionibus uidetur immodicus: Nyſſeno placuit pia ſimplicitas. At Philoſtorgius in tantũ prætulit Athanaſio Baſilium, ut uirum alioqui ſummũ cum Baſilio collatum ſcripſerit uideri puerum. Nazianzenus uidebatur cum Baſilio paria facturus, ni inter tot ornamenta, næuos aliquot interdum haberet inſperſos. Argutiarum & externæ ſapientiæ affectatio, dictioniſq; ſtructura ab Iſocratis exemplo non abhorrens, nonnihil reſipiunt ſcholam rhetoricã. Cuius rei ſi quis fidem requirat, in Monodia, quam ab ſe ſumma cura elaboratã nõ diſſimulat ipſe: uidebit multũ fabularũ è poetis aſcitum: uidebit & collationem, qua Baſiliũ cum ueteris Teſtamenti claris heroibus cõmittit, duriuſculã eſſe. At in Baſilio neſcio quid moroſulus etiam lector poſſit deſiderare. Manat è ſanctiſſimo pectore, cũctiſq; humanis cupiditatibus defecato, ſimplex ac naturalis oratio. Prꝺſtantur omnia quę poteſt ars, nec ulla tamẽ uſquã artis ſignificatio

ficatio. agnoſcas ibi ſummam mundanæ philoſophiæ cognitionem, ſed nullam prorſus oſtentationem. Sentias illum callere diſciplinas liberales, & in his Mathematicas omneis: ſed ſic adhiberi, ut nihil aliud quàm ancillentur pietati. Diuinarum ſcripturarum teſtimonia tam concinnè admiſcet orationi perpetuæ, ut gemmas purpuræ non aſſutas, ſed ibi natas dicas. Nec in uno tantum genere excellit. Tanta erat ingenij dexteritas, ut quocunq; ſe intendiſſet, feliciſſimè rem gereret. In enarrãdis ſacrorum uoluminum myſterijs, mirè διδακτικός, diligens, cautus, apertus, minimeq; uiolentus. Ad genus panegyricum putatur maximè natura fuiſſe compoſitus, in quo ſic orationem attemperat ad animos aureſq; multitudinis, ut & imperitis ſit perſpicuus, & eruditis admirandus. In diſputando aduerſus Eunomium quum admirabilem habeat ſubtilitatem, nuſquam tamen ab orationis perſpicuitate recedit: atq; intra catholici dogmatis defenſionem ſeſe continens, nuſquam euagatur in conuicia nihil ad cauſam facientia. Nihil ſui diſſimilis eſt in opere ad Amphilochium de Spiritu ſancto: ſed quodcunq; tractat argumentum, nuſquam illum deſtituit perpetua dictionis ſanitas ac iucunditas, eaq; non aſcita, ſed natiua. Adeſt ubiq; iuxta nomen illius, regia quædam maieſtas cum admirabili quadam humanitate coniuncta. Sic inuehitur in mores hominum, ut obiurgantem etiam poſſis amare. Qualis erat oratio, talis erat & uita. Hac ingenij dexteritate Euſebium Epiſcopum ambitione tendentem ad ſeditionem, ex æmulo reddidit amiciſſimum. Hac Modeſtum Cæſaris præfectum ſic contempſit, ut hominem impium uirtutis fulgore raperet in ſui admirationem. Hac Euſebium Ponti præfectum deuicit deiecitq;, ac mox deiecto tulit opem. Hac ipſum Imperatorem Valentem, quum ingreſſus eſſet eccleſiam, primum in ſtuporem adegit: mox ſapienti colloquio à concepta crudelitate deterruit: atq; etiam ab Ariana factione reuocauit, niſi quod huius amabilis libertas conſtruxerat, aliorum pertinax improbitas deſtruxiſſet. Animus erat adeò paratus ad martyrium, ut illud muneris etiam exoptaret loco. In ſcriptis illius nihil uſquam obſtrepit humani affectus, nuſquam ſuam agit cauſam. Poſtremò ineſt quiddam, quod quo nomine ſit appellandum, nõdum inueni. Adeſt peculiaris gratia, quæ nunquam ſatiat legentem, ſed ſemper ſitientem dimittit.

INDEX HOMILIARVM SIVE CONCIONVM IN OPIFICIVM SEX DIERVM, Hexaemeron Græcis dictum.

In principium libri Geneſeos. Homilia 1

De eo quod inuiſibilis erat terra, & inornata. 2

De modis generationis. 3

De congregatione aquarum. 4

De germinatione terræ. 5

De generatione luminarium. 6

De reptilibus. 7

De uolatilibus & aquaticis. 8

De terreſtribus. 9

De hominis conſtructione. 10

De hominis conſtructione. 11

SANCTI PATRIS NOSTRI BASILII MAGNI, ARCHIEPISCOPI CAESAREAE CAPPADOCIAE, IN OPIFICIVM ſex dierum, Homilia prima, Iano Cornario medico phyſico interprete.

IN PRINCIPIO fecit Deus cœlum & terram.] Conueniens principium eſt ei qui de mundi conſtitutione dicturus eſt, principiũ ſtructuræ eorum quæ uidentur ſermoni præponere. Cœli enim & terræ creatio tradenda eſt, non ſponte producta, uelut quidam imaginati ſunt, uerùm à Deo cauſa accepta. Qualis auditus dignus eſt, magnitudine eorum quæ dicuntur? Qualiter præparatam animam ad tantarum rerum auditionem occurrere conuenit? Nimirum ab affectionibus carnis puram, cui nullæ rerum ſecularium curę tenebras offuderunt, induſtriam curioſè ſcrutantem, & undiq; circumſpicientem, ſi cubi dignam Dei notionem apprehendere poſsit. Cæterùm priuſquam uerborũ acumen expendamus, & quantę ſint paruarũ harum uocum ſignificationes perſcrutemur: conſideremus quis ſit qui nobis dicit, quo etiamſi ſcriptoris acumen non aſſequamur, propter intellectus noſtri debilitatẽ, tamẽ ad fidem ac dignitatẽ dicentis intenti, ſponte ad aſſenſionẽ dictorum perducamur. Moyſes itaq; eſt qui hoc hiſtorię ſcriptum nobis proponit. Moyſes ille, qui probitatis teſtimoniũ dum adhuc ſub mãmis hæreret, à Deo accepit: quem adoptauit quidem filia Pharaonis, uerùm regaliter educauit, ſapiẽtibus ex Aegyptijs ad erudiendũ ipſum præceptoribus præfectis: qui tyrannidis faſtũ odio habens, & ad cognatorũ ſuorum humilitatẽ decurrens, maluit cum populo Dei mala tolerare, quàm temporariã peccati fruitionẽ habere: qui amorem ad iuſticiam ex ipſa natura nactus eſt. quandoquidẽ etiam priuſquam populi principatus ipſi cõmitteretur, uidetur ob naturæ ſuæ in malos odium, uſq; ad mortem malos perſequutus eſſe. Qui fugatus eſt ab his quos beneficijs affecit, & Aegyptios tumultus ultrò reliquit, & Aethiopiã acceſsit, illicq; ab omnibus alijs ferias agens, per totos quadraginta annos ſpeculationi ueritatis uacauit. Qui octogeſimũ iam natus annũ, uidit Deum, quantum hominẽ uidere poſsibile eſt, imò quantũ nulli alij datum eſt, iuxta ipſum adeò teſtimonium Dei: nempe, Si cõtingat propheta ueſter Domino, per uiſum ipſi cognoſcar, & in ſomno ipſi loquar, nõ ſic uelut ſeruus meus Moyſes in tota domo mea fidelis eſt, ore ad os loquar ipſi in ſpecie, & nõ per ænigmata. Hic itaq; qui ipſam faciẽ Dei æqualiter cum angelis uidere dignus factus eſt, ea quæ à Deo audiuit, nobis recenſet. Audiamus igitᷣ uerba ueritatis, nõ in humanę ſapiẽtię perſuaſionibus, ſed in doctrinis ſpiritus prolata, quorũ finis nõ eſt audientiũ collaudatio, ſed eorũ qui docẽtur ſalus. In principio fecit Deus cœlũ & terrã.] Moratᷣ ſermonẽ meũ ſentẽtiæ admiraratio. Quid primùm dicam? unde expoſitionẽ incipiã? redarguam 'ne externorũ uanitatẽ, an prædicabo noſtram ueritatẽ? Multa de natura prodiderũt Græciæ ſapiẽtes, & ne una quidẽ ſentẽtia apud ipſos immota ac incõcuſſa conſtitit, ſemper poſteriore priorẽ deſtruẽte, ut minimẽ operoſum ſit nobis illorũ dicta redarguere. Sufficiũt.n. ipſi inter ſe ad ſuijpſorũ deſtructionẽ ac euerſionẽ. Qui enim Deum ignorarũt, cauſam prouidam uniuerſorũ generationi præſidere nõ conceſſerũt: ſed ea quæ cõſequuntur, ſimiliter ignorãtiæ à principio cõcluſerunt. Quapropter aliqui ad materiales cauſas cõfugerunt, mundi elementis cauſam totius attribuentes. Aliqui indiuidua ac impartibilia corpuſcula, molesq; ac meatus, naturã uiſibilium continere imaginati ſunt. Iam enim cõcretis inter ſe impartibilibus corpuſculis, iam rurſus diſcretis, generationes & corruptiones fieri, & in durabilioribus corporibus fortiorem atomorũ implicationẽ, diuturnitatis cauſam exhibere aſſerentes, reuera araneæ telam texunt qui talia ſcribunt, qui adeò tenuia & inconſi-

Num.12

ſtentia principia cœli & terræ ac maris ſupponunt. Non enim nouerunt dicere, In principio fecit Deus cœlum & terrã: & propterea citra gubernationẽ & diſpenſationẽ omnia temerè ferri, ab inhabitãte in ipſis impietate decepti ſunt: quod ipſum ut ne nobis accidat, is qui mundi fabricationem cõſcripſit, ſtatim in primis uerbis per nomen Dei mentem noſtrã illuminauit, quum ait, In principio fecit Deus. Nónne bonus eſt ordo qui principiũ primũ appoſuit? ne ſine principio ipſum eſſe aliqui opinari poſsint. Deinde addidit, Fecit: quo demonſtretur quòd minima pars potentię ipſius opificis eſt, id quod factũ eſt. Quemadmodũ figulus ex eadem arte infinita formans uaſa, neq; artem, neq; potentiã inſumit: ſic etiã uniuerſi huius opifex, non uni mundo cõparem habens effectricem potentiã, ſed in infinitum excedentem, ſolo uoluntatis momento, magnitudines eorũ quæ uidentur adeſſe produxit. Si igitur & principiũ habet mundus, & factus eſt, quære quis ſit qui ipſi principium dedit, & quis ſit ipſius factor ac creator: imò ut ne humanis ratiocinationibus inquirens à ueritate aberres, præuenit nos per doctrinam, uelut ſigillũ & amuletum animis noſtris immittens precioſum nomẽ Dei, quum ait: In principio fecit Deus. Beata natura, luculenta bonitas, id quod dilectũ omnibus rationis participibus eſt, deſiderabilis pulchritudo, principiũ rerum, fons uitæ, lux ſpiritualis, inacceſsibilis ſapientia, hic fecit in principio cœlum & terram. Ne igitur imagineris ô homo, ea quæ uidentur principio carere: neq; propterea quòd ea quæ in cœlo mouentur, circulariter circumuoluuntur, & circuli principium ſenſus noſtri promptitudine percipi nõ poteſt: corporũ quæ circulariter circumferuntur naturã ſine principio eſſe putes. Neq; enim circulus hic (figurã dico planã, quæ ſub una linea cõtinetur) quoniã effugit ſenſum noſtrũ, neq; unde cœpit, neq; in quid finiat inuenire poſſumus, iam etiã ſine principio ipſum eſſe ſtatuere debemus. Verùm etiamſi ſenſum fugit, reuera tamen omnino initium à quopiã accepit is, qui centro & diſtantia quadã ipſum circumſcripſit: ſic & tu, non propterea quòd in ſeipſa cõniuent ea quæ circulariter mouentur, motus ipſorum æqualitas à nullo per medium diſſecta, errorem tibi pariat, mundũ ſine principio & ſine fine eſſe. Tranſit enim figura mundi huius, & cœlum ac terra præ
1. Cor. 7. teribunt. Præmiſſa itaq; quædã exclamatio ac quaſi præoccupatio dogmatũ de fine ac cõſummatione & tranſmutatione mundi, ſunt ea quæ nunc breuibus uerbis in rudimẽtis diuinitùs inſpiratæ doctrinæ traduntur. In principio fecit Deus. Quæ à tempore initium ſumpſerunt, ea neceſſe eſt & in tempore conſummari. Si initium temporale habet, ne dubites de fine. Geometricæ enim & arithmeticæ rationes, & de corporibus ſolidis tractationes, & diuulgata aſtronomia multũ occupata uanitas, ad qualẽ finẽ diuertunt? ſiquidẽ harum artium ſtudioſi, hunc quem uidemus mundũ, ſempiternũ eſſe unà cum cõditore uniuerſorũ Deo ratiocinati ſunt, ad eandẽ maieſtatẽ, circumſcriptum & materiale corpus habentẽ ducentes, cum incomprehenſibili ac inuiſibili natura, neque tantum ſecum cogitare potentes, quòd cuius partes corruptionibus & alterationibus ſubiacẽt, eius etiam totũ aliquando neceſſe eſſe, eaſdẽ affectiones cum ſuis partibus ſuſtinere. Verùm ad tantã uanitatẽ ratiocinationib. ſuis redacti ſunt, & ſtupidũ cor ipſorum obtenebratũ eſt. & quũ ſe ſapientes prædicẽt, ſtulti facti ſunt, ut alij quidẽ cœlũ ab æterno cum Deo exiſtere pronũciarint: alij uerò illud ipſum eſſe Deum ſine principio & ſine fine, & cauſam gubernationis rerũ ſingularũ. Profectò mundanę ſapiẽtię redundantia, grauis aliquando cõdemnationis additamentũ ipſis afferet, propterea ꝙ adeò acutè uanitates uidẽtes, uoluntariè ad ueritatis intelligentiã occæcati ſunt. Verùm qui ſtellarũ diſtantias dimetiũtur & ſemper apparẽtes ac ſeptẽtrionales ex ipſis deſcribũt, itemq; eas quæ circa auſtrinũ polum ſitæ, iſthic quidẽ habitantib. apparent, nobis aũt ignotæ ſunt, & aquilonarẽ latitudinẽ, ac circulũ zodiacum infinitis diſtantijs diuidũt, & ſiderũ repetitos ac reiteratos curſus, firmamentaq; & excluſiones, & motũ omnium ad præeuntia ac primordialia exactè obſeruãt, & per quantũ tempus unuſquiſque planetarũ ſuum circuitũ expleat: unã ex omnibus artem nõ inuenerũt, ut cogitarẽt Deum uniuerſi eſſe creatorẽ, & iudicẽ iuſtũ, dignã pro cuiuſq; uita retributionẽ referentẽ: neque cognoſcere potuerũt, quòd ad hoc quod conditus eſt mundus, & quod iudiciũ futurum eſt, cõſequatur notio cõſummationis. Quia neceſſe eſt trãſmutari mundũ, ſi modò animarũ ſtatus ad aliã uitæ ſpeciẽ tranſiturus eſt. Quemadmodũ enim præſens uita co-

ta cognatã habuit huius mundi naturã,ſic futura animarũ noſtrarũ uita conſimilem ſta
tui ſuo ſortem ſuſcipiet. At uerò illi tantũ abſunt ut ueris his animũ aduertant,ut etiam
amplo cachinno nos perfundant,qui de cõſummatione mundi huius,& regeneratio-
ne ſeculi uerba facimus. Quandoquidẽ uerò principiũ natura prępoſitũ eſt his quę ab
ipſo ſunt, neceſſariò de his quæ à tempore eſſe ipſum habent differens,hanc uocẽ om-
nibus præpoſuit,inquiens, In principio fecit. Etenim erat quid,uelut ueriſimile eſt,eti-
am ante mundũ hunc,quod intelligẽtia quidem noſtra cõtemplari nobis licet:uerùm
id narrare reliquit, propterea quòd his q introducunt adhuc & infantib. parũ apta ea
cognitio exiſtit. Erat quidã uetuſtior mũdi generatione ſtatus, ſupermundanis poten
tijs cõueniẽs,ſupertemporalis,æternus,ſempiternus. Opificia aũt in ipſo, omniũ cõdi
tor & opifex perfecit:lucem ſpiritualẽ beatitudini diligentiũ Dominũ cõuenientem,
rationales & inuiſibiles naturas,& omnem intelligibiliũ ornatũ,quæ intelligentiã no-
ſtram ſuperexcedũt,quorũ neq; nomina inuenire poſsibile eſt. Hęc em̃ inuiſibilis mũ-
id eſſentiã complent,uelut nos docet Paulus, dicẽs: quòd in ipſo cõdita ſunt omnia,ſi-
ue uiſibilia,ſiue inuiſibilia,ſiue throni,ſiue dominationes,ſiue principatus,ſiue poteſta
tes,ſiue potentię, ſiue angelorum exercitus,ſiue archangelorum præfecturæ. Vnde o-
portebat de cætero etiã mundũ hunc ad exiſtẽtia ſuperinduci,primordialiter quidem
locũ docendi ac erudiendi animas noſtras. Deinde uerò etiam ſummatim,omniũ quæ
generant̃ & corrumpunt̃ idoneum contuberniũ. Cognatus itaq; mundo,& animali-
bus ac plãtis in ipſo,temporis decurſus ſubſtitit,feſtinãs ſemper & præterfluẽs, ac nuſ-
quam à curſu quieſcens. Aut non tale eſt tẽpus? cuius id quod preterijt annihilatũ eſt,
quod uerò futurũ eſt,nondũ adeſt,pręſens autẽ priuſq; cognoſcat̃ ſenſum aufugit. Ta-
lis aũt eſt & eorũ quæ gignuntur & à natura producũtur natura,aut augeſcẽs omnino
aut deficiens,firmitatẽ uerò & ſtabilitatẽ non manifeſtã habens. Cõueniebat igit̃ & a-
nimaliũ & plantarũ corporibus,uelut fluxioni cuidã ad neceſsitatem illigatis,& motu
ad generationẽ aut corruptionẽ ducente cõtentis, à tẽporis natura ambiri & cõtineri,
quæ cognatã cum his quæ alterant̃ proprietatẽ poſsidet. Proinde propriè exorſus eſt
ſermonẽ de ipſo ſapiens qui nos mundi generationẽ edocet, inquiens: In principio fe-
cit. hoc eſt,in hoc principio quod eſt iuxta tẽpus. Non.n.quod maior natu ſit omnib.
generatis,propterea ipſum præminere teſtat̃,in principio generatũ eſſe dicẽs. Verùm
poſt inuiſibilia & intelligibilia,uiſibilium horum & ſenſu apprehenſibiliũ principium
originis enarrat. Dicitur itaq; principiũ etiam primus motus,uelut in hoc, Principium
uiæ bonæ eſt facere iuſta: à iuſtis.n.actionibus primũ mouemur ad beatam uitam. Dici
tur & principiũ unde fit aliquid, illo exiſtente in hoc ipſo,uelut in domo fundamẽtum,
& in naui carina. Iuxta quam ſignificationẽ dictum eſt, Principiũ ſapiẽtiæ timor Domi
ni. Eſt.n.uelut baſis ac fundamentũ ad perfectionem ipſa religio & pietas. Eſt & princi
pium artificialiũ operum ipſa ars, uelut ſapientia Beſeleel principiũ fuit ornatus taber-
naculi. Principiũ etiã actionũ,ſæpe eſt utilis finis eorum quæ fiunt, uelut miſericordiæ
& eleemoſynę,laus ac commendatio apud Deum,& omnis uirtuoſę actionis finis,qui
in promiſsionib. cõſiſtit. Quũ itaq; tam multipliciter dicat̃ principiũ, cõſidera an non
omnib. ſignificatis pręſens uox conueniet. Etenim à quo tempore mũdi huius cõſtitu
tio cœpit, poſsibile eſt tibi diſcere,ſi ex præſenti retrò reſiliẽs,primã generationis mun
di diem inuenire contendes. Sic em̃ reperies,unde ſit primus tempori motus. Deinde
quòd uelut fundamenta quædã & baſes præſtrata ſunt cœlũ & terra. Poſtea quòd eſt
quædã artificalis ratio,quę conſtructionis eorũ quæ uidemus cauſa & autor fuit,uelut
uox principij tibi indicat,& quod non temerè neq; fruſtra,ſed ad finẽ quẽdam utilem,
& magnũ rerũ omniũ uſum, introductus & conſtructus ſit mundus: ſiquidem reuera
& officina diſcẽdi animis rationalib. & locus erudiẽdi ad cognitionẽ Dei,per uiſibilia
& ſenſibilia,manuductionẽ mẽti exhibẽs ad inuiſibiliũ ſpeculationẽ. Quemadmodũ
Apoſtolus ait, quòd inuiſibilia ipſius, à cõditione mundi per creaturas intellecta, con Rom.1.
ſpiciunt̃. Aut fortaſsis propter breuitatẽ opificij, quod omni tẽporis mora in totũ ca-
ret,dictum eſt, In principio fecit: quandoquidẽ indiuiſibile quiddã & nullã diſtantiam
habens, principium exiſtit. Quemadmodũ em̃ principiũ uię,nondum eſt uia, & princi
pum domus, nondũ domus: ſic & tẽporis principium,nondũ eſt tẽpus,imò neq; mi-

nima pars ipſius.Si uerò quiſpiã cõtentioſus principiũ dicit eſſe tempus, is cognoſcat quod diuidet ipſum in tẽporis partes. Hæ autem ſunt,principiũ,mediũ & finis.Principium autẽ principij animo cõcipere,omnino ridiculũ eſt.Et qui principiũ in duas partes ſecat, duo pro uno faciet:imò magis multa & infinita,quũ id quod diuiſum eſt,ſemper in alia ſecet.Quo igitur doceamur ſimul cum uoluntate Dei, citra temporis morã ſubſtitiſſe mundũ,dictũ eſt:In principio fecit.quod ipſum alij interpretes ſententiã manifeſtius explicãtes reddiderũt,In ſumma fecit Deus:hoc eſt coaceruatim & breui.De principio quidẽ igit̃,ut pauca de multis dicamus,hactenus.Quandoquidẽ uerò etiam artium alię factiuę dicuntur,alię operatiuę,aliæ ſpeculatiuę. Et ſpeculatiuarũ,finis eſt, actio in mẽte: operatiuarũ uerò, ipſe corporis motus, quo ceſſante nihil ſubſiſtit, neq; remanet uidentibus.Saltationis.n. & artis canendi tibia,nullus eſt finis, ſed ipſa in ſeipſam actio deſinit.In factiuis autẽ artibus etiã ceſſante actiõe,ꝓpoſitũ eſt ipſum opus, uelut ædificatoriæ,fabrilis lignariæ ac ferrariæ, & textoriæ, & quæcunq; eius generis: quę etiã ſi non adſit artifex,ſufficienter in ſeipſis artificiales rationes oſtendunt,& licet admirari ædificatorẽ ab opere,itemq; fabrũ ac textorẽ. Quo itaq; demonſtret,quòd mũdus artificialis eſt ſtructura,omnibus ad ſpeculandũ ꝓpoſita, ut per ipſam eius qui ipſum fecit ſapientia agnoſcat̃:non alia uoce uſus eſt ſapiens Moyſes de ipſo:ſed dixit, In principio fecit.non operatus eſt,neq; ſubſtituit,ſed fecit.Et quoniã multi ex his qui imaginati ſunt mũdũ ab æterno cũ Deo coexiſtere, nõ cõceſſerũt ab ipſo factũ eſſe, ſed uelut adumbrationẽ potentiæ ipſius exiſtentẽ,ſua ſponte obiter ſubſtitiſſe: & cauſam quidẽ ipſius confitent̃ Deũ,uerũ cauſam citra uoluntatẽ uelut umbræ corpus,& ſplendoris reſplendeſcentiã.Talem igit̃ errorẽ corrigens Propheta,hac uerborũ certitudine uſus eſt,quũ ait,In principio fecit Deus. nõ ipſum hoc, cauſam ut eſſet exhibuit:ſed fecit,uelut bonus utile,uelut ſapiens optimũ,uelut potens maximũ. Nam tantũ nõ artificem tibi demõſtrauit,qui eſſentiã uniuerſorũ conſcendit, & ſingulas partes inter ſe coaptat,& totum concors ac conſonum ſibijpſi,& concinnè habens perficit. In principio fecit Deus cœlum & terram.Ex duobus principijs uniuerſi originem innuit, cœlo quidẽ prærogatiuã generationis tribuens,terrã aũt ſecundã origine ſtatuens,& omnino ſi quid medium inter fines horum congeneratũ eſt.Quare etiamſi nihil dicat de elementis,igne, aqua & aere: tamen tu apud teipſum intelligentia tua expende,primùm quidẽ quòd omnia in omnibus permixta ſunt,& in terra inuenies,& aquam,& aerem, & ignem. Siquidẽ ex lapidib. quidẽ ignis exilit, ex ferro autẽ quod etiam ipſum à terra generationẽ habet,ignis abundans in affrictionib.elucere ſolet, quod etiã admiratione dignũ eſt.Quomodo in corporib.quidem exiſtens ignis, citra nocumentũ deliteſcit.Prouocatus uerò foras,conſumit ea quę hactenus ipſum conſeruarunt.Quod autem aquæ natura inſit in terra,hi qui puteos effodiunt, demõſtrant. Aerem uerò terræ ineſſe,exhalationes quæ ab ipſa humecta & calfacta à ſole remittuntur,comprobant. Poſtea uerò etiam,ſi cœlum natura ſupernum locum obtinet, terra autem infimũ omnium eſt:ideoq; ad cœlũ quidem ferunt̃ leuia,ad terram uerò grauia repere ſolent,contrarijſsima autem inter ſe ſunt ſupernum & infernum: qui eorum quę plurimũ ſecundũ naturam diſtant mentionem fecit,etiam ea quę mediã horũ regionem explent, cõprehenſim ſignificauit.Quare ne quæras ſingulorũ enarrationem,ſed ea quæ ſilentur per declarata intellige.In principio fecit Deus cœlum & terram.Perſcrutatio de ſubſtantia ſingularum rerum, aut earum quæ ſpeculationi noſtræ ſuccumbunt, aut ſenſui noſtro propoſitæ ſunt, longum & extentum ſermonem & ad expoſitionem ſui requirit, ut in huius quæſtionis conſideratione plura uerba inſumi neceſſe ſit, quàm in reliquis quæ de ſingulis quæſitis dici poſsibile eſt, ſupra hoc quod neq; ullum operæprecium ſit ad eccleſiæ ædificationẽ,circa hæc tempus diutius terere. Verùm de ſubſtantia cœli ſufficiunt nobis ea quæ ab Eſaia dicta ſunt,qui uulgaribus uerbis ſufficientem naturæ ipſi-
Cap.40. us intellectum nobis induxit,quum inquit: Qui firmauit cœlum uelut fumũ. hoc eſt, qui tenuem,& nõ ſolidam neq; craſſam naturã,ad cœli compagem ac ſubſtantiã produxit. De figura quoq; cœli ſufficiunt nobis ea quæ ſunt apud ipſum in glorificatione Dei dicentẽ, Qui ſtatuit cœlum uelut fornicem.Eadem hęc etiam de terra cõſulimus, ut ne quis ſibijpſi negocium faciat, ſubſtantiã ipſius quænã ſit, curioſius inquirendo,

neq;

neq; tempus terat ratiocinationibus, ipſum quod ſuppoſitum eſt inueſtigando, neq; quærat naturã aliquã qualitatibus deſolatã,& pro ſua ratione qualitatis expertem exiſtentem: ſed probè ſciat, quòd omnia quę circum ipſam conſpiciuntur, ad rationem ut ſint, ordinata ſunt, expietiua ſubſtantię exiſtentia. Ad nullum.n. finem peruenies, ſingulas in ipſa exiſtentes qualitates ratione adimere tentãs. Si.n. remouebis nigrum, frigidum, graue, denſum, qualitates ſecundũ ſaporem in ipſa exiſtentes aut ſi quæ aliæ circa ipſam uidentur, nihil erit quod ſuppoſitũ eſt. His igitur relatis, ne illud quidẽ inquirendum moneo, ſuper qua re cõſiſtat. Vertigine enĩ ſic mens afficietur, ratiocinatione ad nullũ confeſſum finem perueniente. Siue enim aerem latitudini terræ ſubſtratũ eſſe dixeris, dubius hærebis, quomodo mollis & multum inanis natura renitatur præ tanta grauitate cõpreſſa, & non dilabatũ undiquaq;, confidentiã effugiens, & ſemper ſurſum ſe diffundens ſuper id quod ipſam comprimit. Rurſum ſi tecũ ſtatueris, aquã eſſe quod terræ ſubiectũ eſt, etiã ſic inquires, quomodo graue & denſum, non ſubit aquã: ſed ab imbecilliore natura id quod in tantũ grauitate excellit, ſuperatur ac tenetur. Vltra hoc quod etiã ipſius aquę baſim inueſtigabis, & rurſus dubitabis, cui nam ſolido & renitẽti ultimum ipſius fundum incumbat. Si uerò aliud corpus terra grauius ac ſolidius ſtatueris impedire terrã, ne ad inferna procedat, occurret animo tuo etiã illud, quod ſimili quopiam etiam id opus habeat quod ipſum ſuſtineat, & corruere non ſinat. Et ſi cõfictum quid etiã illi ſupponere poterimus, rurſus illius fulcrum animus noſter inquiret, & ſic in infinitum elabemur, ſemper ad fundamenta reperta, noua rurſus excogitãtes. Et quanto longius ſermone progredimur, tanto maiorem renitentẽ facultatẽ ac ſuffulcientem uim introducere cogimur, quę ad totum ſuperincumbens ſimul reniti poterit. Quapropter terminos cogitationi tuę prępone, ne quando curioſitatẽ tuam ipſius Iob ſermo redarguat dum incomprehenſibilia ſcrutaris, & interrogeris ab ipſo etiam tu, in quònam anuli ipſius fixi ac firmati ſunt. Cæterũ ſiquando in Pſalmis audieris, Ego firmaui columnas ipſius: uim cõtentiuam ipſius, columnas dictas eſſe puta. Nã ſuper maria fundauit ipſam, quid ſignificat quàm aquæ naturã undiquaq; terræ circũfuſam eſſe? Quomodo igitur fluxilis exiſtens aqua, & in decliue ferri ſolita, manet ſublimis & ſuſpenſa & nuſq; defluens? Tu uerò non conſideras quod eandẽ aut etiã ampliorẽ hæſitationem rationi exhibet terra per ſe pendens, grauior natura exiſtens. Verùm neceſſe eſt ſiue terram per ſeipſam eſſe demus, ſiue ſuper aquas ipſam fluctuare dicamus, nuſq; à pia intelligentia recedere, ſed omnia ſimul potentia cõditoris contineri confiteri. Ob hæc igitur oportet dicere & quemq; ſibijpſi, & percunctantibus nos, ſuper qua re ingens hoc & intolerabile terrę pondus firmatũ eſt: quòd in manu Dei fines terræ ſunt. Hoc ſecuriſsimũ eſt nobis ad intelligentiã, & utile audiẽtib. Iam uerò etiã Phyſici quidam ob eiuſmodi cauſas terrã immobilem manere aſſeuerant, nimirũ quòd mediam uniuerſi regionẽ accepit, & quòd propter æqualem undiquaq; ad extrema diſtantiam non habens quo magis declinet, neceſſariò maneat in ſeipſa, quũ æqualitas undiq; circumſita, omnino impoſsibilem ad aliquã partem inclinationẽ ipſi inducat. Mediã autem regionẽ non ſorte, neq; ſponte terrã nactã eſſe, ſed hunc eſſe terræ naturalẽ, ac neceſſarium ſitum. Nam quum cœleſte corpus extremã regionem ſurſum uerſus obtineat, quęcunq; ſanè ſupponamus, inquiũt, natura grauia ex ſupernis elabi, ea undiquaq; ad mediũ deferentur. Et in quod ſanè partes deferuntur, in id etiã totum nimirũ detrudetur. Si autẽ lapides & ligna & terrea omnia deorſum uerſus feruntũ, hic utiq; fuerit etiam toti terrę proprius ac conueniens ſitus. Et ſi quid leuiũ à medio feratũ, ad ſupremũ nimirũ mouebitur. Quare propria latio grauiſsimis eſt deorſum uerſus: deorſum autẽ medium dicimus. Ne igitur mireris, ſi nuſq; excidit terra, regionem ſecundũ naturam, ipſum medium habẽs. Omnino enim neceſſe eſt manere ipſam in regione ſua, aut pręter naturam motam, propria ſede excedere. Horum ſanè iam relatorũ ſi quid tibi probabile eſſe uidetur, ad ſapientiam Dei quę hæc ſic ordinauit, miraculum transfer. Non enim minor redditur ſtupor propter maxima, quũ modus iuxta quem ſit aliquid eorũ quæ præter opinionem fiunt, fuerit inuentus. Sin minus, attamen ſimplicitas fidei fortior ſit rationalibus demonſtrationib. Eadem hæc etiam de cœlo dixerimus. Quod clamoſiſsimæ ac uerboſiſsimæ tractationes ſapientibus mundi, de cœleſti natura propo-

Cap. 9.
Pſal. 74.

ſitæ ſunt. Et alij quidē compoſitū ipſum ex quatuor elementis dixerunt, uelut tangibilem exiſtentem & uiſibilem, & participantē terra quidē, propter ſoliditatē: igne uerò, quia conſpicit: reliquis autem, propter mixturam. Alij hunc ſermonem ut minimè uerisimilem reprobantes, quintam quandā corporis naturā ad cœli conſtitutionē, domi & apud ſeipſos excogitatā ſuperinduxerūt. Et eſt apud ipſos corpus quoddā ætheriū, quod neq; ignis eſt, inquiūt, neq; aer, neq; terra, neq; aqua, neq; omnino aliquod unū ex ſimplicib. propterea quòd ſimplicib. proprius eſt motus rectus: quū leuia quidē ſurſum ferant, grauia autem deorſum. Neq; idem eſt ſurſum & deorſum ferri cum circulari circūuolutione. Et in ſumma, rectam lationē ad circularem reuolutionem plurimam diſtantiam habere aiunt. Quorū autem motus ſecundū naturam euariant, horū neceſſe eſt inquiūt, etiā eſſentiā euariare. Sed neq; ex primis corporib. quæ ſanè elemēta uocamus, cœlum compoſitū eſſe, pronūciare nobis poſsibile eſſe, propterea quòd ex diuerſis compoſita, æqualem & inuiolentū motū habere nō poſſunt, quū ſingula quæ in compoſitis inſunt ſimplicia, aliū atq; alium impetū à natura habeant. Quapropter primùm laborioſè continent in cōtinenti motu compoſita ipſa, ob id quòd unus motus non poteſt omnib. cōtrarijs cōgruus eſſe & amicus: ſed is qui proprius eſt leui, cōtrarius eſt grauiſsimo. Quū.n. ſurſum uerſus mouemur, grauamur terreo: quum uerò deorſum ferimur, uim facimus igneo, præter naturam ipſum deorſum trahentes. Diſtractio autē elementorū ad cōtraria, dilapſus ac ruinæ cauſa exiſtit. Nā quod coactū eſt & pręter naturā, paululum reſiſtens, & hoc uiolenter ac uix, citò diſſoluit in ea ex quib. compoſitū eſt, ſingulis congreſsis ad propriū locū reuertentib. Et ob has ſanè ratiocinationum neceſsitates, reprobatis priorum opinionibus, propriæ ſententiæ cōſtitutione ac cōfirmatione opus habuerūt, qui quintā corporis naturā ad cœli & ſtellarū in ipſo generationē ſuppoſuerūt. Alius autē quiſpiā iuuenili ardore præditus, probabilib. argumentis rurſus hos adortus, hæc quidem confutauit & diſſoluit, propriam uerò ex ſeipſo opinionem introduxit. De quibus ſi nunc dicere aggrederemur, in ſimilē cum ipſis garrulitatē delaberemur. Verùm nos illos inter ſe mutuò ſeipſos deſtruere ac reprobare ſinentes, dimiſſoq; de eſſentia ſermone, credētes Moyſi, quòd fecit Deus cœlum & terram: optimū artificem eorū quę ſapienter & artificioſè facta ſunt glorificemus, & ex pulchritudine eorū quæ uidemus eum qui omnē pulchritudinē excedit mente concipiamus, & ex magnitudine ſenſibiliū horū & circumſcriptorū corporū, infinitū illū & omnē magnitudinē ſuperantē, omnemq; intelligentiam in multitudine potentiæ ſuæ excedentē reputemus. Etenim etiamſi naturā eorum quę facta ſunt ignoramus, tamen id quod integrè ſenſui noſtro ſubiacet, tantū miraculi habet, ut etiā acutiſsima mēs minor appareat, eo quòd minimū eſt in mundo, ad hoc ut aut pro dignitate ipſum enarrare ualeas, aut creatori debitā laudē referre, cui omnis gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

HOMILIA II. DE EO QVOD INVISIBILIS erat terra & inornata.

PARVIS hodie mane immorati uerbis, tantam ſententiæ profunditatē occultatam inuenimus, ut de his quæ ſequuntur omnino deſperemus. Si eīm ueſtibula ſanctorū talia ſunt, & loca ante portas tēpli adeò uenuſta & ueneranda, & pulchritudinis exceſſu oculos mentis noſtræ perſtringentia, qualiánam ſunt ſancta ſanctorū? & quis ſufficiens eſt ut audeat accedere adyta? aut quis inſpiciet arcana? inacceſsibilis eſt eīm ipſorū aſpectus, & ægrè omnino explicabilis de intellectis ſermo. Veruntamen quoniā apud iuſtū iudicē, etiam electionis tantum eorū quę decent, nō deſpicabiles mercedes ſunt cōſtitutæ, minimè cunctādum eſt nobis ad perſcrutationem. Nam etiamſi dignitate tractationis deſtituamur, tamen ſi à ſentētia Scripturæ ſpiritu auxiliāte nō excidamus, etiam ipſi nō reiectanei omnino iudicabimur, & cooperāte gratia, ædificationē quandam eccleſiæ Dei exhibebimus. Terra aūt erat, inquit, inuiſibilis, & inornata. Quomodo utriſq; pariter factis, cœ-
Gen. 1. lo & terra, cœlū quidē omnib. numeris abſolutū eſt, terra uerò adhuc imperfecta eſt & inelaborata? aut omnino quid eſt terra inornata? & ob quā cauſam inuiſibilis erat? Eſt quidē igiť perfecta terræ ſtructura, fertilitas ex ipſa, plantarū omnigenarū germinatio

nes, ar-

nes, arborũ altiſsimarũ eruptiones, tum fructuoſarũ, tum infrugiferarũ, florũ colores & odores grati, & quæcunq; paulo pòſt, præcipiẽte Deo emergẽtia ex terra, ipſam genitricẽ ornabũt: quorũ quoniã nihil adhuc erat, meritò inornatã ipſam nominauit. Eadem hæc & de cœlo dixerimus, quod neq; ipſum elaboratũ erat, neq; propriũ ornatũ acceperat, quod uidelicet nondũ neq; luna neq; ſole illuſtrabatur, neq; choris aſtrorũ coronabaẽ. Nondũ.n. ipſa facta erant. Quare nõ aberraris à ueritate, etiamſi cœlũ inornatũ dixeris. Inuiſibilẽ aũt terrã appellauit, propter duas cauſas: aut quòd nondũ erat ipſius ſpectator, aut quòd ſubmerſa exiſtens ex ſuperſtãte in ſuperficie ipſius aqua conſpici nõ poterat. Nondum enim cõgregatæ erant aquæ in proprias ſtationes ac locos, quas poſtea Deus cõgregatas maria appellauit. Inuiſibile igit̃ quid eſt? Partim quidẽ quod oculis carnis cõſpici nõ poteſt, uelut eſt mẽs noſtra: partim uerò quod natura cõſpicuũ exiſtẽs, propter appoſitionẽ incumbentis ipſi corporis occultatur, uelut ferrũ in profundo: iuxta quam ſignificationẽ nunc inuiſibilẽ putamus appellatã eſſe terrã, quæ ab aquis occultabatur. Deinde uerò quũ nondũ eſſet facta lux, nihil miri erat in mũdo ſitã, ꝓpterea quòd nõ illuminatus eſſet ſuper ipſam aer, inuiſibilẽ ea gratia à Scriptura appellari. Cæterùm adulteratores ueritatis, qui nõ docent ſuas ipſorũ mẽtes Scripturã ſequi, ſed ad propriã ſententiã ſcripturarũ intellectũ detorquẽt, materiã aiũt per has dictiões ſignificari. Hæc.n. inquiũt, & inuiſibilis eſt natura & inornata, qualitatis expers exiſtẽs pro ſua ratione, & ab omni forma ac figura ſeparata: quam aſſumptã artifex ipſe ſua ſapiẽtia formauit, & in ordinẽ adduxit. & ſic per ipſam ea quæ uidentur ad ſubſtantiam produxit. Siquidẽ igitur ingenita eſt hæc, primùm quidẽ æqualẽ cũ Deo ſenij dignitatẽ habebit: quo quid magis impiũ fieri poſsit? qualitatis expertẽ, informẽ, extremam deformitatẽ, turpitudinẽ typo carentẽ (ipſorũ.n. appellationib. utor) eadem pręminentia ac prærogatiua dignari, cum ſapiẽte, & potẽte & penitus formoſo opifice ac uniuerſorũ cõditore. Deinde tanta erit, ut totã Dei ſcientiã ſuſcipiat. Atq; ſic quodam modo nõ inueſtigabili potẽtiæ Dei ſubſtantiã ipſius æquiparãt. ſiquidẽ ſufficit & abũde poteſt totã Dei ſcientiã per ſeipſam dimetiri. Si uerò minor eſt materia ꝙ efficacia Dei, etiã ſic in abſurdiorẽ blaſphemiã ſermo ipſorũ cõuertetur, quũ propter inopiã materię, ocioſum & inefficacẽ, ꝓpria opera Deum detineãt ac remorẽtur. Verùm decepit ipſos humanæ naturę paupertas. Et quãdoquidẽ apud nos unaquæq; ars circa materiã quandã certo modo occupata eſt, uelut fabrilis ferraria circa ferrũ, lignaria circa ligna, & in his aliud eſt ſubiectũ, aliud forma, aliud quod ex forma perficitur: & materia quidem foriſecus aſſumitur, forma aũt ab arte adaptat̃: effectus uerò ex ambobus, ex forma & materia cõponitur. ſic putãt etiam in diuino opificio, figurã quidẽ mundi à ſapiẽtia creatoris uniuerſorũ inductã eſſe, materiã uerò foriſecus conditori ſubiectã fuiſſe, & ſic mundũ cõpoſitum factũ eſſe: ſubiectũ quidẽ & eſſentiã aliunde habentẽ, figurã aũt & formã à Deo adeptũ. Ex hoc aũt cõtingit ipſis, negare quidẽ magnũ Deum conſtitutionis rerũ omniũ præſidẽ eſſe: uerùm uelut ſymboli cuiuſdã collatorẽ, modicam quandã portionẽ ad rerũ generationẽ de ſeipſo cõtuliſſe, nõ potentes propter ratiocinationum humilitatẽ, ad ueritatis altitudinẽ reſpicere. Quia hic artes materijs poſteriores ſunt, propter neceſsitatẽ uſus in uitã productæ. Lana eñ prius extitit, textoria autẽ ſucceſsit, naturæ defectũ de ſeipſa explẽs. Et lignũ quidẽ erat fabrilis uerò lignaria ars ſuccedẽs, & ad quæſitũ ſemper uſum materiã efformãs, utilitatẽ lignorũ nobis oſtẽdit: remũ quidẽ nautis, agricolis uerò uentilabrũ, armigeris haſtã exhibens. At uerò Deus priuſq; aliquid eorũ quę uidemus fieret, in animũ induxit, & promptus fuit producere ad generationẽ ea quæ nõ erant: ſimulq; cogitauit qualẽ 'nam mundũ eſſe oporteret, & formæ ipſius cõuenientem materiã ſimul generauit. Et cœlo quidẽ, cõuenientẽ cœlo naturã attribuit: terræ uerò figuræ propriã ipſi & debitam ſubſtantiã ſubiecit. Ignẽ autem & aquã & aerem, figurauit ut uoluit, & ad eſſentiã produxit, prout uniuſcuiuſq; creati ratio expoſtulabat. Totũ uerò mundũ diſsimiliũ partium exiſtentẽ, arcano quodam amicitiæ uinculo ad unam ſocietatẽ ac harmoniã colligauit: ut etiã ea quæ plurimum inter ſe ſitu diſparata ſunt, unita eſſe uideãtur per cõſenſum. Ceſſent igit̃ à fabuloſis figmentis, qui propriarũ ratiocinationũ debilitate, incomprehenſibilẽ mentibus, & penitus ineffabilem humana uoce poteſtatem dimetiuntur. Fecit Deus cœlum & ter-

ram,nõ ex dimidio utrunq;:ſed totum cœlum,& totam terram, ipſam eſſentiam forma cõprehenſam.Non enim figurarũ eſt inuentor,ſed ipſius naturæ rerum opifex. alioqui reſpondeat nobis,quomodo cõuenerunt inter ſe factiua potentia Dei, & paſsiua materię natura:hæc quidem ſubiectũ exhibens citra formam, ille uerò figurarũ ſcientiam habens abſq; materia,ut utriq; defectus ab altero ſarciatur? opifici quidem, ut habeat ubi artem cõmonſtret:materiæ uerò,ut deformitatẽ & formæ priuationem deponat? Verùm de his hactenus.Rurſus autem ad principiũ reuertamur, quum dixit,In principio fecit Deus cœlum & terram: multa conſiluit,aquam,aerem,ignem, eos qui generantur ex his affectus,quæ omnia uelut mundi expletiua, ſimul nimirũ cum toto ſubſtiterunt. Verùm hiſtoria ea recenſere reliquit, ut exerceret mentem noſtram ad acrimoniam,ex paucis occaſionib.reliqua æſtimãda exhibens.Quandoquidẽ igitur nõ dictũ eſt de aqua,quòd fecit ipſam Deus:dictum autem eſt, quòd inuiſibilis erat terra:expẽde tu tecum,quo uelo cõtecta nõ apparebat.Itaq; neq; ignis ipſam tegere poterat:illuſtris enim eſt,& luciditatem exhibet his quibus accedit,& quiduis potius ꝙ tenebroſus eſt ignis.Neq; uerò aer tunc terræ operimentũ erat. Rara enim & perſpicua eſt aeris natura,omnes uiſibilium ſpecies ſuſcipiens,& uidentiũ oculis immittẽs. Reliquum igitur eſt cogitare nos,aquam in ſuperficie ſuperſtare, nõdum ad propriam ſortem ac ſedem ſubſtãtia liquida ſecreta.Ex hoc autem nõ ſolùm inuiſibilis erat terra, ſed etiam inornata & inelaborata.Etenim humoris redundãtia etiam nunc impedimentũ eſt terræ ad producendũ fructum.Eadem igitur cauſa eſt,& quòd nõ uidebatur,& quòd inornata erat.ſiquidem ſtructura & apparatus terræ, eſt proprius ipſi & naturalis ornatus,ſegetes in locis planis ac humilibus redundãtes,prata uirentia & uarios flores proferentia, ſaltus floridi, & montium uertices ſyluis umbroſi:quorum nihil adhuc habebat, parturiens quidem omnimũ generationẽ,propter inditã ipſi ab opifice potentiã: uerùm iuſtum tempus expectans, ut ad diuinã iuſsionẽ ſuos fœtus in apertũ proferret. Sed & tenebræ,ait,incumbebãt ſuper abyſſum.Rurſum aliæ fabularum occaſiones, & figmentorũ magis impiorũ principia, eorum qui ad proprias ſuſpiciones uerba peruertunt. Tenebras enim nõ ut ſolent exponũt,aerem quendã non illuminatũ,aut locũ ex corporis obiectu & obturatione obumbratũ,aut omnino locum iuxta quancunq; cauſam luce priuatũ,ſed potentiã malam. Imò magis ipſum malum à ſeipſo principium habens,oppoſitũ contrariũ bonitati Dei,tenebras exponunt. Si enim Deus lux eſt,nimirum rebellans ipſi potentia,tenebræ utiq; fuerint,aiunt,iuxta ſententiæ conſequentiã: tenebræ nõ ab alio eſſe ipſum habenres,ſed malum per ſe genitum:tenebræ hoſtes animarum,mortis inductrices, uirtutis cõtrarietates:quas etiam ſubſiſtere, & non à Deo generatas eſſe, ex ipſis prophetæ uerbis ſignificari falluntur. Ex hoc ſanẽ, quid non malorũ & impiorũ dogmatũ confictũ eſt? Quales lupi graues,diſtrahentes ouile Dei, à parua hac uocula principio ſumpto animas nõ inuaſerũt? Nonne Marciones? nonne Valentini inde? nonne abominabilis Manichæorum hæreſis? quam marcorem eccleſiarum ſi quis appellet,à uero nõ aberrabit.Quid longè aufugis à ueritate,ô homo,occaſiones perditionis tibijpſi excogitãs? Simplex eſt ſermo,& omnibus intellectu facilis:Inuiſibilis erat terra,inquit.Quæ eſt cauſa? quoniã abyſſum habebat ſuperſtantẽ ſibi.Abyſsi aũt ſignificatio quæ eſt? aqua multa finem difficulter apprehenſibilẽ habens deorſum uerſus. At uerò nouimus multa corpora etiã per aquã tenuiorẽ & pellucidã ſæpe tranſparuiſſe.Quomodo igitur nulla terræ portio ꝑ aquas oſtẽdebatur? quia obſcurus adhuc & obtenebratus erat aer ſuper ipſam diffuſus.Radius equidẽ ſolis per aquas penetrãs,ſæpe calculos in profundo oſtendit.In nocte uerò profunda nullo modo quis uidere queat ea quæ ſub aqua ſunt. Quare idipſum quòd inuiſibilis erat terra, hoc quod adijcit cõfirmat,quòd etiã abyſſus incumbẽs erat,& ipſa obtenebrata.Neq; igitur abyſſus multitudo eſt potentiarũ oppoſitarũ, uelut quidã phanatici imaginati ſunt. neq; tenebræ principalis quædã & maligna potentia,bono oppoſita. Duo enim inter ſe æqualia iuxta contrarietatẽ,corruptoria erunt penitùs mutuæ cõſtitutionis, & negocia habebũt perpetuò,moleſtiasq; exhibebunt indeſinenter inter ſe bello implicata. Et ſi excellerit potentia alterum oppoſitorum,conſumptiuũ penitus fit ſuperati. Quare ſiquidem æquiualentẽ dicunt mali ad bonum contrarietatem, inceſſabile in du

cunt

cunt bellum, & perpetuam corruptionē, uincentium partim & uictorum. Si uerò potentia præualet bonū, quę cauſa eſt cur non mali natura penitus tollatur ac extirpetur? Si uerò, quod non eſt fas dicere, admiror quomodo non ipſi ſeipſos damnēt, ac nefandas adeò blaſphemias labantes ac titubantes. Nec uerò à Deo malum generationē habere, pium eſt dicere, propterea quòd nullum contrariū à cōtrario generatur. Neq; enim uita mortem generat, neq; tenebræ lucis principiū ſunt, neq; morbus ſanitatis opifex eſt: ſed in tranſmutationib. affectionū, ex contrarijs ad contraria tranſitiones fiunt. In generationib. autem, non ex cōtrarijs, ſed ex cōgeneribus unaquæq; res fit & procedit. Si igitur, inquiunt, neq; ingenitum eſt, neq; à Deo genitum, unde naturam habet? Eſſe enim mala nullus uiuentiū contradicet. Quid igitur dicimus? Quod malum non eſt ſubſtantia uiuens & animata ſed affectio in anima contrariè ſe habens ad uirtutem, propter dilapſum à bono ſegnibus accedens. Ne igitur forinſecus malum circumſpice, neq; à principio genitā quādam naturā maliciei imaginare; ſed maliciei in ſeipſo unuſquiſq; ſeipſum principalē ducem cognoſcat. Semper enim ex his quæ fiunt, alia quidē ex natura nobis accedunt, uelut ſenectus & infirmitates: alia uerò ſua ſponte, uelut irrationales & fortuiti caſus triſtiū quorundam ſæpe, aut etiam hilariorū, ad aliena principia contingentes: uelut puteum fodienti, inuentio theſauri: aut ad forum progredienti, rabioſi canis incurſus. Alia uerò in nobis exiſtunt, uelut dominari cupiditatibus, aut non caſtigare uoluptates: uelut, cohibere iram, aut manus immittere irritanti, uerum dicere aut mentiri, moribus manſuetum eſſe & moderatū, aut tumidum & ſuperbia elatum. Quorum itaq; ipſe dominus es, horum principia ne aliunde quæras, ſed noſce malum propriè dictum ex uoluntarijs lapſibus principium ſumpſiſſe. Non enim ſi inuoluntarium & non in nobis eſſet, tantus timor ex legibus iniuſtè agentibus impēderet. Neq; ita ſeueræ ac implacabiles eſſent iudiciorū pœnæ malefactoribus pro dignitate retribuentes. Hæc uerò mihi dicta ſint de propriè malo. Morbus enim & paupertas, & ignominia, & mors, & quæcunq; moleſta ſunt hominibus, nōdum in malorū numero recenſeri merent, propterea quòd neq; oppoſita his, inter maxima bona cōnumeramus. Quorū aliqua ex natura ſunt, aliqua uerò etiam utiliter multis obuenire uidētur. Omnem igitur tropicam allegoricamq; hac ex ſuſpicione expoſitionē, in præſens prætermittentes, tenebrarum intelligentiā ſimpliciter ac minimè curioſe, Scripturæ uoluntatem ſequentes, accipiemus. Inquirit autem ratio, an ſimul cum mundo factę ſint tenebræ, & an antiquiores ſint luce, & cur id quod peius eſt antiquius ſit. Dicimus itaq; & has tenebras non ſecundum eſſentiam ſubſtitiſſe, ſed affectionem eſſe circa aerem quę ad priuationem lucis ſucceſsit. Qualis igitur lucis exors derepentè locus in mundo inuentus eſt, ut tenebrę ſuper aquam eſſent? Conſideremus itaq; quod ſiquidem quid erat ante ſenſibilis huius & corruptibilis mundi conſtitutionem, in luce nimirū id erat. Neq; enim angelorū dignitates, neq; omnes cœleſtes exercitus, neq; in ſumma ſiquid eſt nominatum aut innominatū ex rationalib. naturis, & miniſtrantib. ſpiritibus, in tenebris degebant: ſed in luce & omni ſpirituali lætitia, ſibijpſis conuenientē ſtatū habebant: & his nemo contradicit, qui ſaltem ſupercœleſtem lucē in ſanctorū promiſsis expectat. De quo Solomon ait, Lux iuſtis ſemper. Et Apoſtolus, Gratias agentes patri, *Pro.4.* qui ſufficientes nos fecit in portione ſortis ſanctorū in luce. Si enim damnati mittunt *Ephes.5.* in tenebras exteriores: nimirū qui laude ac receptione digna operati ſunt, in ſupermundana luce requiē habent. Quandoquidē igitur cœlū iuſsione Dei factū eſt, aceruatim circumextentum his quę intra ipſum ſub propria ipſius circumferentia contenta ſunt, corpus habens continuū, ſufficiēs diſparare ab externis ea quæ intra ipſum ſunt: neceſſariò cōcluſum intra ipſum locū obſcurū cōſtituit, externo ſplendore interciſo ac intercepto. Tria n. concurrere in umbra oportet, lucem, corpus, & obſcurū locū. Mundanæ itaq; tenebrę per umbrā cœleſtis corporis cōſtiterūt. Conſidera porrò mihi ab exēplo euidēti quod diximus, in ſerenitate meridionali tentoriū quoddā ex denſa & arcta materia tibijpſi cōſtituendo, & in tenebris extemporalib. teipſum includēdo. Tales igitur etiam illas tenebras fuiſſe ſtatue, non primordialiter ſubſiſtētes, ſed ad alia cōſequētes. Hæ ſanè tenebræ etiam aſcendere ſuper abyſſum dicūtur, quoniā extremitates aeris ſuperficiebus corporū cōiungi ſolent. Aqua autem erat, quæ tunc omnibus ſuperſtabat.

Qua-

Quapropter neceſſariò tenebras ſuper abyſſum exiſtere dictum eſt. Et ſpiritus Dei inquit, ferebatur ſuper aquas. Siue ſpiritũ hunc dicit aeris diffuſionẽ, accipe ſcriptorẽ partes mundi tibi enumerare. Quòd fecit Deus, cœlũ, terrã, aquã, aerem, & hunc diffuſum iam ac fluentem. Siue quod maximè uerum eſt, & ab his qui nos præceſſerunt comprobatum, Spirius Dei, ſanctus ille dictus eſt, propterea quòd hoc peculiariter & præcipuè obſeruatum eſt, quòd tali mentione ipſum Scriptura dignatur, & nullum alium ſpiritum Dei, quàm ſanctum, eum qui diuinã & beatam triadem complet, mominat: & ſi hanc exceperis ſententiã, maiorẽ ab ipſa utilitatem inuenies. Quomodo igitur ferebatur ſuper aquas? Narrabo tibi, nõ meũ ſermonẽ, ſed uiri Syri tantum à mundana ſapientia remoti, quantũ propinquus ueritatis ſcientiæ erat. Dicebat itaq; Syrorũ uocem & ſignificantiorẽ eſſe, & propter uicinitatẽ ad Hebraicã linguam, magis quodammodo ad ſcripturarum intelligentiã accedere. Eſſe igitur ſententiã dicti talem: Ferebatur, inquit, exponunt pro cõfouebat & incubabat aquarum naturam, ad ſimilitudinem uolucris aut gallinæ ouis incubantis, & uitalẽ quandã uim his quæ cõfouentur immittẽtis. Talem quandã ſententiã ab hac uoce ſignificari dixit. Nimirũ ferebatur ſuper aquas ſpiritus, hoc eſt, ad uiuificationẽ aquæ naturã præparabat: ut ſufficiẽter ex hoc demonſtretur id quod à quibuſdã quæſitum eſt, quòd neq; ſpiritus ſanctus ab opificiali actione abſit. Et dixit Deus, Fiat lux. Prima uox Dei lucis naturã creauit, tenebras diſsipauit, mundũ illuſtrauit, omnibus aceruatim gratum & iucundũ aſpectum induxit. Nam & cœlum apparuit, hactenus mundo occultatũ, & pulchritudo ab ipſo tanta, quantã etiam nunc oculi teſtantur. Illuſtrabatur autem aer, imò magis permixtã ſibijpſi totam per totum lucem habebat, celeres ſplendoris diſtributiones ad terminos ipſius ubique demittentem. Surſum enim ad ipſum æthera ac cœlum feſtinando præuenerat: in latitudine autem, omnes partes mundi, aquilonares & auſtrales, orientales & occidentales, in breui temporis momento illuminabat. Talis. n. ipſius eſt natura, tenuis & pellucida, ut nulla temporali mora opus habeat lux per ipſum tranſiens. Quẽmadmodũ enim uiſum noſtrum citra temporis moram tranſmittit ad ea quæ cõſpicimus: ſic etiam lucis appulſum, minima mora, & minore momento quàm quis mente concipere poſſit, in omnes fines ſuos ſuſcipit. Et æther iucundior poſt lucem erat, & aquæ clariores, non ſolùm ſplendorẽ ſuſcipientes, ſed etiam à ſeipſis remittentes, iuxta lucis refractionem ſplendoribus undiquaq; ab aqua cribratis. Omnia ad iucundiſsimum ac optimũ diuina uox tranſmutauit. Quemadmodum enim qui in aquæ profundo oleum immittunt, loco luciditatem: ſic creator uniuerſorum, uoce ad mundum edita, lucis gratiam aceruatim immiſit. Fiat lux. Etiam iuſsio erat, & natura fiebat, qua neque excogitare quicquam iucundius ad fruitionem, humanæ rationi poſsibile eſt. Quum porrò uocẽ in Deo, & uerbum, & iuſsionem dicimus, non per uocalia organa emiſſum ſonum, neque impreſsionẽ in aerem per linguam contingentẽ, diuinum ſermonẽ intelligimus: ſed in uoluntate inclinationẽ, quo res diſcentibus manifeſtior eſſet, in iuſsionis ſpecie figurari putamus. Et uidit Deus lucẽ quòd pulchra eſſet.] Quámnam ſatis dignam laudem lucis nos dixerimus, quę anticipatum à conditore teſtimoniũ habet, quòd pulchra eſt. Sed & apud nos oratio oculis iudicium defert, adeò nihil habens tantũ quod dicat, quantum ſenſus præuertens teſtatur. Si autem pulchritudo quæ in corpore eſt, ex partiũ inter ſe cõgruentia ac ſymmetria, & apparente coloris bonitate, eſſe ipſum habet: quomodo in luce ſimplici ſecundũ naturam exiſtente & ſimilium partium, pulchritudinis ratio cõſeruatur? Num quòd ſymmetriam luci, non in proprijs ipſius partibus, ſed in iucunditate ac lenitate ad uiſum eſſe teſtamur? Sic enim etiam aurũ pulchrũ eſt, non ex partiũ congruẽtia, ſed ex ſola coloris bonitate, illectamentũ ad uiſum & iucunditatem adeptũ. Et heſperus ſtellarum pulcherrimus eſt, nõ quòd proportionata habeat membra, ex quibus conſtitutus eſt: ſed quod iucundus quidam & delectabilis ſplendor ab ipſo oculis illabatur. Deinde iudiciũ Dei nunc de pulchritudine, non penitus ad uiſus delectationẽ reſpicientis: ſed etiam ad utilitatem ab ipſa in poſterũ proſpicientis, factum eſt. Oculi enim nondũ erant pulchritudinis in luce iudices. Et ſeparauit Deus ſeorſim medium lucis, & ſeorſim medium tenebrarum: hoc eſt impermixtã ipſorum naturã, & iuxta contrarietatẽ oppoſitam Deus conſtruxit. Et uocauit Deus lucem

cem diem,& tenebras uocauit noctem.] Nunc quidem deinceps poſt ſolis generatio nem,dies eſt aer ipſe,à ſole in hemiſphęrio ſupra terram lucente illuminatus:& nox terræ umbra,occultato ſole ſuccedens.Tunc autem non ſecundũ motum ſolarem,ſed diffuſa primogenita luce illa,& rurſus contracta,iuxta prȩfinitã à Deo menſuram,dies fiebat,& nox contrà accedebat.Et facta eſt ueſpera,& factum eſt mane,dies una.] Veſpera quidem igitur eſt communis terminus diei ac noctis,& matutina hora ſimiliter uicinitas eſt noctis ad diem.Quo igitur prȩrogatiuam prioris generationis diei tribueret, prius dixit finem diei,deinde noctis,uelut inſequẽte diem nocte.Nam ipſe ante generationem lucis in mundo ſtatus non erat nox,ſed tenebrȩ.Quod uerò contrà ad diem diſtinctum eſt,idipſum nox nominatum eſt,quod ſanè recentiorem etiam appellationem poſt diem adeptum eſt.Facta eſt igitur ueſpera,& factum eſt mane,dies una.] Tẽpus diei & noctis dicit.Non amplius appellauit dies & nox,uerùm prædominanti omnem appellationẽ attribuit.Hanc etiã conſuetudinẽ reperies in tota Scriptura,in temporis menſuratione dies numeratas,non etiam noctes cum diebus. Dies annorum noſtrorũ,inquit Pſalmographus.Et rurſus Iacob,Dies uitæ meæ paruę & malæ.Et rurſus, Pſal.89. Omnes dies uitę meę.Quare quę nunc in hiſtorię ſpecie tradita ſunt,legiſlatio ſunt ad Gen.74. conſequentia.Et facta eſt ueſpera,& factum eſt mane,dies una. Cuius gratia non dixit primam,ſed unam? & quidem quum magis conſequens eſſet ſubdituro ſecundam & tertiam & quartam diem,ut præcedentem & auſpicantem conſequentes primam appellaret. Sed unam dixit,aut menſurã diei & noctis definiens,& tempus diei ac noctis cõnectens, ut uigintiquatuor horarũ ſpacium diem unam expleat, ad intellecta uidelicet nocte ad diem : ut etiamſi in ſolſtitijs contingat alterã ipſarum longiorem eſſe,tamen præfinito tempore utriuſq; ſpacium circumſcribatur.uelut ſi dixiſſet, Quatuor & uiginti horarũ menſura eſt ſpaciũ unius diei. Aut quia ſolis ab eodẽ ſigno in idem rurſus reſtitutio in una die fit,ut quoties ueſpera & mane iuxta ſolis circumlationẽ,mundum occupet,non in ampliori tempore,ſed in unius diei ſpacio circuitus expleat: aut potior eſt ratio in arcanis tradita.Quod ſanè qui temporis naturã fabricauit Deus mẽſuras ipſi & ſigna,dierum ſpacia adiecit:& ſeptenario numero ipſum dimetiẽs,ſemper ſeptenarium in ſeipſum reuolui iubet,temporis motum enumerantem.Septenariũ autem rurſus explere unam diem,ſepties ipſum in ſeipſum reuertentẽ.Hæc autem eſt circularis figura,à ſeipſo initium ſumere,& in ſeipſum deſinere,id quod etiam æui proprium eſt,in ſeipſum reuerti,& nuſquam terminari.Proptereaq; caput temporis non primam diem,ſed unam nominauit,ut etiam ex appellatione cognationem ad æuum habeat. Quæ enim characterem ſolitudinis,& nullius ad alterum ſocietatis oſtendit,propriè & aptè una appellata eſt.Si uerò multa ſecula nobis Scriptura adducit,ſeculum ſeculi,& ſecula ſeculorum multis locis dicens:attamen etiam iſthic non primum,neq; ſecundum, neq; tertium nobis ſeculum enumeratur, ut magis ſtatuum & rerum uariarũ differentię,& non circumſcriptiones & fines & ſucceſsiones ſeculorum, ex hoc nobis demõſtrentur. Dies enim Domini,ait,magna & illuſtris. Et rurſus: Vt quid uos diem Ioan.2. Domini quęritis? Et,Hæc eſt tenebrę,& non lux. Tenebrę uidelicet his qui digni ſunt tenebris.Alioqui ueſpera carentem,& ſucceſsionẽ non habentẽ,& indeſinentẽ,diem illam Scriptura nouit,quam etiam octauam Pſalmographus appellauit,ꝓpterea quòd Pſal.117. extra ſeptenariũ hoc tempus ſita ſit. Quare ſiue diem dixeris, ſiue æuum aut ſeculum, eandem ſignificationẽ dices.Siue igitur dies ſtatus ille dicatur,una eſt,& non multę:ſiue ſeculum appelletur,unicum ſanè fuerit, & nõ multiplex. Quo igitur ad futuram uitam cogitationẽ noſtram abduceret, unam nominauit, eam quæ eſt ſeculi imago, primitię dierum,coætanea lucis,ſancta Dominica,reſurrectiõe Domini honorata. Facta eſt igitur ueſpera,inquit,& factum eſt mane, dies una.Sed enim ſermones illi de ueſpera,in prȩſenti ueſpera aſſumpti, hic nobis orationẽ finiũt. Verùm pater ueræ lucis, qui diem ornauit cœleſti luce, qui noctem illuſtrauit ſplendorib.ignis,qui futuri ſeculi requiem ſpirituali & indeſinẽte luce inſtruxit,illuminet corda ueſtra in cognitione ueritatis,& cõſeruet uitam ueſtram inoffenſam,exhibens uobis, ut in die honeſtè deambuletis, ut reluceatis uelut ſol in ſplendore ſanctorum, ad exultationem meam in diem Domini.Cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

HOMILIA III. DE MODIS GENERATIONIS.

PRIMAE diei opera, immò magis unius. Ne enim dignitatem ipſius auferamus, quam in natura habet à conditore per ſeipſam edita, nō in ordine ad alias enumerata: ueruntamen quia opera quæ in ipſa facta ſunt, heſternus ſermo recenſuit, & diuiſa expoſitione in auditores, matutinum quidē alimentum animarum, ueſpertinam uerò læticiam fecit, nunc ad ſecundæ diei miracula tranſit. Dico autē hoc non ad expoſitoris facultatē relatione facta, ſed ad gratiam eorum quæ ſcripta ſunt, quæ à natura id habet ut promptè excipiatur, & omni cordi blanda ac grata ſit, eorum qui ueritatem probabili præferūt. Iuxta quod etiam
Pſal.us. Pſalmus ſignificantiſsimè dulcedinem ex ueritate proponens: Quàm dulcia ait, gutturi meo oracula tua, ſuper mel ori meo. Heri itaq; quantū poſsibile erat, exercitio circa oracula Dei animis noſtris exhilaratis, rurſus obuiam iuimus hodie in ſecunda die, miracula operum ſecundæ diei uiſuri. Sed enim non me latet, quòd multi artium mechanicarum artifices ex ſola diurna opera uictum ſibi parantes, nos circumſtāt, qui ſermonem noſtrum diſcindunt ac decurtāt, ne diutius ab operis diſtrahantur. Ad quos quid dicam? Quod temporis pars Deo ad uſurā tradita, nō euaneſcit, ſed cum magno additamento ab ipſo redditur. Quæcunq;.n. calamitates ociū inducūt, has Dominus tranſmittet, & corpori robur, & animæ alacritatem, & cōmerciorum facilitatē, & in omnem uitam ſucceſſum, his qui ſpiritualia præferūt largitus. Etſi in præſens non iuxta ſpes, ſtudia uobis ſucceſſum habuerint, tamen ad futurū ſeculum bonus theſaurus eſt doctrina ſpiritus. Tolle itaq; omnem de corde uictus curā, & teipſum totū mihi hic præbe. Nulla enim utilitas eſt præſentiæ corporis, corde tuo circa terreum theſaurū occupato. Et dixit Deus, Fiat firmamentum in medio aquę, & ſit ſeparans ſeorſim mediū aquę & aquę.] Iam etiam heri audiuimus uerba Dei, fiat lux: & hodie, fiat firmamentū. Amplius, autem quiddā habere uidentur præſentia, quòd non permanſit ſermo in nuda iuſsione ſed etiā cauſam, ſecundū quā requiritur firmamenti ſtructura, inſuper explicauit: Vt ſeparet, inquit, ſeorſim mediū aquę & aquę. Primum igitur id ſuſceptū inquiramus, quomodo Deus loquitur, num iuxta noſtrū modū, prius quidem à rebus typus intellectui accedit & inprimitur? Deinde poſt imaginationem, de ſubiectis proprias & aptas uniuſcuiuſq; ſignificationes eligens enunciat? Poſtea miniſterio uocaliū organorum tradens intellecta, ſic per impreſsionem in aerem, iuxta articulatum uocis motum, intelligentiam quę in occulto eſt manifeſtat? Et quomodo non fabuloſum eſt, dicere Deum tali circuitione indigere, ad eorum quæ in mente habet declarationē? Aut magis pium eſt dicere, qòud ſancta uolūtas, & primus impetus intellectualis motus hoc ipſum ſermo eſt Dei. Figurat autem ipſum explicitè Scriptura, ut demōſtret quòd non ſolū factā eſſe uoluerit creationem, ſed etiam per quendā coadiutorem hanc adductā eſſe ad generationem. Poterat enim uelut ab initio dixit, de omnib. dicere: In principio fecit Deus cœlū & terrā. deinde, Fecit firmamentum. Nunc autem Deum imperantē & loquentem inducens, eum cui imperat & cui dicit tacitè ſubindicat, non inuidens nobis cognitionem, ſed inflammans nos ad deſiderium, ex eo quòd ueſtigia quædam & ſignificationes arcani ſubijcit. Quod enim labore partum eſt, cum læticia ſuſcipitur, & diligenter conſeruatur: quorum uerò prompta eſt adeptio, eorum poſſeſsio deſpicabilis eſt. Quapropter uia quadā & ordine nos ad intelligentiam de unigenito perducit, quamuis ſanè uocis ſermone nihil adeò opus erat incorporeæ naturæ, quū ipſa mēte concepta tradi poterāt coadiutori. Quare quæ eſt neceſsitas ſermonis, potentibus ex ipſo intellectu communicare inter ſe conſilia? Vox etenim propter auditum eſt, & auditus ꝓpter uocem: ubi autē non eſt aer, non lingua, nō auris, non meatus intortus ad ſenſum in capite deferens ſonos ac ſtrepitus: ibi neq; uerborū uſus eſt: ſed ex ipſis intra cor conceptis, ut ita dixerim, cogitationibus, uoluntatis traditio contingit. Qui igitur uelut dixi erigatur mens noſtra ad inquiſitionem perſonæ, ad quam ſermones fiunt, ſapienter & artificioſe figura hæc loquēdi aſſumpta eſt. Secundum eſt ut perſcrutemur, an aliud ab eo quod in principio factum eſt cœlum, ſit firmamentū hoc, quod etiam ipſum uocatum eſt cœlum: & an omnino cœli duo, quod ipſum hi qui de cœlo philoſophantur optauerint, magis ut linguas amittant, quàm ut uerum eſſe concedāt. Vnum enim ſup

ponunt

ponunt cœlum,& nõ habere naturã,ut ipſi ſecundum aut tertium,aut multiplex accedat,tota cœleſtis corporis ſubſtantia ad unius conſtitutionem conſumpta,uelut putãt. Vnum enim eſſe quod circulariter fertur corpus, & hoc finitum: quod ſanè ſi penitus inſumptum eſt cum primo cœlo,nihil reliquũ eſſe ad ſecundi aut tertij generationem. Hæc quidẽ igitur hi qui materiã ingeneratã opifici ſuperinducunt imaginãtur, ex primo fabulamẽto ad cõſequens mendacium delati. Nos autẽ Græciæ ſapientibus id faciendum cẽſemus,ut ne prius nos ſubſannent quàm diſſenſiones inter ſe componant. Sunt eñ inter ipſos,qui infinitos cœlos & mundos eſſe aiunt:quorum non probabilẽ ac minimè uerisimilẽ ſententiã,quum redarguerint hi qui robuſtioribus demonſtrationibus utuntur,& geometricis neceſſitatib. cõſtituerint,nõ habere naturã ut aliud cœlum gignatur præter unum:tunc magis deridebimus lineares & artificioſas ipſorũ nugas.Siquidẽ uidẽtes bullas propter ſimilẽ cauſam fieri,tum unam,tum multas: deinde dubitant de cœlis pluribus,an ſufficiat opificialis potẽtia ipſos ad eſſe producere.Quorum robur & magnitudinẽ nihil differre putamus à caua humiditate, quæ in ſalientib. aquis ſuperinflatur,quũ ad excellentiã potentię Dei reſpexerimus.Quare ridiculus eſt ipſorum de impoſſibili ſermo ac ratiocinatio. Nos autẽ intantum abſumus ab eo ut de ſecundo dubitemus,ut etiã tertiũ inquiramus, cuius aſpectu B. Paulus dignus factus eſt.Pſalmus porrò cœlos cœlorũ nominans,etiã plurium notionẽ nobis induxit. Neque uerò hæc magis inopinata ſunt quàm ſeptem circuli,in quibus ſeptem ſtellas ferri, ferè omnes cõſonẽ cõfitentur:quos etiam adaptatos eſſe aiunt alterum alteri,ad ſimilitudinem cadorum ac uaſorum in ſe mutuò inſertorum.Hos autẽ dum cõtrario ad uniuerſum curſu feruntur,diffiſſo per ipſos æthere,bene ſonantem quendam ac cõcinnum reddere ſonum,ut omnẽ in melodijs ac cantilenis iucunditatẽ excedat. Deinde quum hi qui talia dicunt probationẽ per ſenſum expetãt,quid dicunt?quod propter conſuetudinem ab initio ad ſonum,ex prima generatione ipſi adſueti,ex multo circa audiendum ſtudio,ſenſu priuati ſumus,quemadmodũ hi quorũ aures in officinis ferrarijs aſſiduè obtunduntur. Quorum fraudẽ ac marcorẽ redarguere, adeò euidenter ex primo auditu omnib. apparentẽ,non eſt uiri neq; ſcientis tempori parcere, neq; auditorũ intelligentiam cõiectantis. Verùm externis rebus externis hominibus relictis,nos ad cõcionatorium ſermonẽ conuertamur.Dictum eſt igitur à quibuſdam,qui nos præceſſerunt,nõ ſecundi cœli generationẽ hanc eſſe,ſed ampliorẽ expoſitionẽ prioris. Propterea quòd iſthic quidem in ſumma tradita ſit cœli & terræ creatio : hic uerò elaboratius modum ſecundum quem unumquodq; factum eſt,Scripturã nobis tradere. Nos autẽ dicimus,quòd quum nomen aliud,& uſus proprius ſecundi cœli traditus ſit, aliud eſt ab eo quod in principio factum eſt,hoc ipſum,ſolidiorem naturã & uſum electum uniuerſo exhibens. Et dixit Deus,Fiat firmamentum in medio aquæ:& fecit Deus firmamentum,& ſeparauit Deus ſeorſim medium aquæ quod erat infra firmamentum, & ſeorſim medium aquæ quod erat ſupra firmamentum.] Et ſanè anteaquã ſententiã ſcriptorum attingamus, id quod ab alijs contrà inductum eſt,diſſoluere tentemus. Interrogant eñ nos,ſi ſphæricum quidẽ & globoſum eſt firmamenti corpus,uelut uiſus indicat,fluxilis autẽ & circa alta dilabens eſt aqua:quomodo potuerit ſuper curuam firmamenti circumferentiã firmari?Quidnam ad hoc dicemus?Quod maximè quidem, nõ ſi quid ad nos orbiculare cõſpicitur ſecundum internã cauitatẽ, hoc ipſum neceſſe eſt etiã externa ſuperficie ſphæricè abſolutum eſſe,& totum exactè circulo circumſcriptum eſſe, & planè ac leuiter circumductum : quum ſanè uideamus & balneorum lapideos fornices,& antroſorũ ædificiorum ſtructuras, quæ circa internum aſpectũ in ſemi circuli figurã circumducta, in partibus ſupra tectum ęqualem ſæpenumero habent ſuperficiẽ.Quare huius rei gratia neq; ipſi negocia ſibi faciant, neq; nobis exhibeant, uelut nõ potentibus in ſupernis partibus aquã detinere.Conſequens autẽ fuerit dicere, quæ ſit natura firmamenti,& ob quã cauſam locatum eſt,ut inter aquã medium obtineat.Firmamenti nomẽ familiare eſt Scripturæ uſurpare in his quæ robore ſuper excellunt. Velut quũ dicit,Dominus firmamẽtũ meũ & refugiũ meũ.Et,Ego firmaui columnas ipſius. Et hoc,Laudate Dominũ in firmamento potentiæ ipſius.Equidẽ extra Scripturam,firmum & ſolidum dicunt corpus, quod denſum eſt & plenum, quod ad

Pſal.148. Pſal.17. Pſal.74. Pſal.150.

b diſtinctionem

diſtinctionẽ contra mathematicum dicitur. Eſt autẽ Mathematicum, quod in ſolis dimenſionibus eſſe ipſum habet, in latitudine dico ac longitudine & profunditate. Solidum uerò, quod ſupra dimenſiones, etiam ſoliditatẽ ac renitentiã habet. Scripturæ uerò familiare eſt robuſtum & non remittens, firmamentum dicere. Vt etiam de aere con
Pſal. 103. denſato ſæpe uoce hac uſa ſit, uelut quũ dicit, Qui firmat tonitru: ſoliditatẽ enim & reſultum ſpiritus intra nubium cauitates comprehenſi, eo quòd uiolẽter erumpãt ſtrepitus tonitrua efficientes: firmitatẽ & ſoliditatẽ tonitrui, Scriptura appellauit. Et nũc itaq; putamus, de ſolida quadam natura aquæ lubricitatẽ ac facilẽ defluxionẽ ſiſtere ac retinere potente, uocẽ hanc dictam eſſe. Nec uerò, quoniam iuxta communẽ & receptam opinionem ex aqua generationẽ habuiſſe uidetur, aut aquæ congelatæ ſimile eſſe putandum eſt, aut tali cuidam materiæ, ex humoris percolatione principium accipienti. Qualis eſt cryſtalli lapidis, quẽ per excellentem aquæ congelationẽ tranſmutari aiunt: aut ſpecularij lapidis natura in metallis concreſcens. Eſt autem lapis pellucidus peculiarem eamq; puriſsimam tranſparentiam adeptus, qui ſi iuxta ſuam naturam ſincerus & abſolutus fuerit repertus, neq; putredine aliqua exeſus, neq; ſegmenta ac ſtrias in altum productas habens, ferè aeri luciditate ſimilis exiſtit. Nulli igitur horum firmamentum aſſimilamus. Puerilis enim reuera & ſimplicis intelligentiæ eſt, tales de cœleſtibus habere opiniones. Non tamẽ, ſi omnia in omnibus ſunt, ignis quidem in terra, aer uerò in aqua: & ex alijs ſimiliter alterum in altero, & nullum ex ſenſui ſubiectis elementis ſincerum eſt & impermixtum, ſiue ad medium, ſiue ad oppoſitum ſocietate ac communione, huius gratia admittimus ut firmamentum, aut ex uno ſimplicium, aut ex his mixturam quis eſſe dicat, à Scriptura edocti, ut nihil permittamus menti noſtræ ultra conceſſa imaginari. Nec uerò nobis illud prætereundum eſt, tanquam ſignificationis expers à nobis non notatum, quòd poſtquã imperauit Deus, Fiat firmamẽtum, non dictum eſt ſimpliciter, Et factum eſt firmamentũ: ſed, Et fecit Deus firmamentũ. Et rurſus, Separauit Deus. Surdi audite, & cæci uidete ac ſuſpicite. Et quis eſt ſurdus, præterquã non audiens adeò magna uoce inclamantẽ ſpiritũ? Et quis cæcus, qui non uidet adeò manifeſtas de unigenito demonſtrationes? Fiat firmamentũ. Hæc uox eſt principalis cauſę. Fecit Deus firmamentũ. Hoc creaticis & opificialis potentiæ teſtimoniũ eſt. Verùm ad cohærentẽ expoſitionem ſermonẽ reducamus. Sit ſeparans ſeorſim mediũ aquæ & aquæ. Infinita quidem igitur uelut uериſimile eſt, aquarum diffuſio erat, undiquaque ſupra terram inundantium ac eleuatarum, ut etiam proportionem ad alia elementa excedere uideantur. Ob id etiam in ſuperioribus dicebatur, Abyſſus undiquaq; terræ circũdata eſſe. Cauſam uerò multitudinis in ſequentibus reddemus. Nullus autem penitus, neq; quiſpiam eorum qui ualde exercitatam mentẽ habent, & circa corruptibilẽ hanc & diffluentẽ naturam acutè uident, opinionẽ noſtram impetet: uelut qui impoſsibilia aut ficticia in ſermone proponamus. neq; reddendam rationẽ à nobis poſtulabit, ſuper qua re aquarum natura firmata erat. Qua enim ratione terram grauiorem aqua exiſtentem eleuant, in medioq; collocant ab extremis abducentes: eadẽ ſanè omnino etiam infinitam illam aquam, tum propter naturalẽ deorſum uerſus lationẽ, tum propter momenti undiquaq; æquilibrium, circum terram quieſcere concedent. Igitur infinita aquæ natura terræ circumfuſa erat, non parẽ menſuram ad ipſam habens, ſed multipliciter excedens, ſic à principio magno artifice futurũ proſpicẽte, & propter conſequentem neceſsitatẽ prima diſponẽte. Quæ igitur neceſsitas erat, ut aqua amplius quàm dici queat, excelleret? Quandoquidẽ neceſſaria erat uniuerſo ignis ſubſtantia non ſolùm ad res terreſtres diſponendas, ſed etiam ad uniuerſi ac totius complementũ. Mutilum enim eſſet totum, uno maximo & omniũ opportuniſsimo deſtitutum. Oppoſita autem hæc inter ſe, & alterum alterius corruptiuũ eſt ignis quidem aquæ, ubi potentia præualuerit: aqua uerò ignis, ubi multitudine exceſſerit. Oportebat autẽ neq; ſeditionẽ inter ipſa mutuam eſſe, neq; ob perfectum alterius defectum, occaſionem exhiberi uniuerſo ad diſſolutionem. Tantam igitur humoris naturam gubernator totius predepoſuit, ut uſq; ad ſtatutos mundi cõſtitutionis terminos dum paulatim per potentiã ignis conſumitur, reſiſteret. Qui itaq; omnia pondere & menſura conſtituit. numeratæ enim ipſi
Cap. 36. ſecundum Iob, etiam pluuiæ guttæ ſunt: nouerat quantum tempus mundo aſſignaſſet
ad

ad durabilitatē, & quantum ſumptum igni prædeponere oporteret. Hæc eſt ratio redundantiæ aquarum circa creationem. At uerò nullus adeò extra uitā penitus poſitus eſt, ut ratione edoceri opus habeat neceſſitatē ignis in mundo, non ſolùm quod continentes uitam noſtram artes ignita opera indigent, textoria dico & coriaria, ædificatoriaq; ac agricultura. Sed quod neq; arborum germinationes, non fructuū maturitates, non animaliū terreſtriū aut aquatilium generationes, non horum alimēta, aut ab initio conſtitiſſent, aut ad tēpus ſuffeciſſent, calore nō præſente. Igitur neceſſaria quidē eſt caloris creatio, propter rerum creatarum conſtitutionē ac durabilitatē. Neceſſaria autem etiā humoris largitas, propterea quòd indeſinens & ineuitabilis ſit ignis ſumptus. Circumſpice omnem creationē, & uidebis caloris uim in omnibus quæ generantur ac corrumpuntur dominari. Propter hoc itaq; multa aqua ſuper terrā diffuſa eſt, & ultra illa quæ uiſui ſubiacent delata, inſuperq; per omnē ipſius profunditatē diſperſa. Vnde fontium ubertates, & puteorum confluxiones, & fluuiorum fluenta, tum torrentium, tum perpetuò fluentiū, quo in multis & uarijs promptuarijs humiditas conſeruaretur. Et ex oriente quidē à ſolſtitio hyberno Indus fluuius manat, flumen omnium fluuialiū aquarum maximum, uelut hi qui terræ circuitus diſcribunt, prodiderunt. A medio autem orientis Bactrus & Choaſpes & Araxes, à quo etiam Tanais diffiſſus in Meotidem exit paludē: & ad hos Phaſis à Caucaſijs montibus delabens, & innumerabiles alij à ſeptentrionalibus locis, in pontum Euxinum feruntur. Ab occidentibus uerò æſtiuis ſub Pyrenæum montē Tarteſus & Iſter: quorū ille quidē in mare extra columnas exoneratur, Iſter uerò per Europam fluens in pōtum ſe ingerit. Et quid alios enumerare opus eſt, quos Riphæi montes ultra intimam Scythiam ſiti generant? E quorū numero eſt & Eridanus cum infinitis alijs fluuijs, hiſq; nauigabilibus, qui occidentales Galatas & Celtas & uicinos ipſis barbaros præterlabentes, in occidētale pelagus omnes infunduntur. Alij ex meridie ex ſupernis plagis per Aethiopiam, partim in mare ad nos perueniūt, partim in id quod extra nauigabile eſt euacuant, Aegon, & Nyſes, & Chremetes appellatus, inſuperq; Nilus: qui neq; fluuijs natura ſimilis eſt, quum uelut mare, Aegyptum operiat, ac pelagum faciat. Sic ſanè terræ habitabilis apud nos locus aqua circumdatus eſt, & ingētibus profunditatibus pelagi illigatus, & infinitis fluuijs perpetui curſus alluitur, propter arcanā & ineffabilē ſapientiam eius qui diſpoſuit ut contraria igni natura ægrè conſumptilis eſſet. Erit tamē tēpus quando etiam omnia igne conburentur, uelut ait Eſaias, ubi ad uniuerſorum Deum dixerit: Qui dicit abyſſo deſolaberis, & omnes fluuios tuos ſiccabo. Quare abiecta fatua ſapientia ſuſcipe nobiſcū doctrinam ueritatis, uulgarē quidē ſermone, ſcientia autem conſtantē, & quæ dilabi non poteſt. Fiat firmamentum in medio aquæ, & ſit ſeparans ſeorſim mediū aquæ & aquæ. Dictum eſt quid ſignificet in Scriptura firmamenti uocabulum: quod nō renitentē & ſolidam naturam, habentem grauitatē & reluctationē, firmamentum dicit. Nam ſic ſanè terram magis propriè quis hac appellatione dignaretur. Sed propterea quòd natura ſublimium & ſuperincumbentiū tenuis ſit & rara, & nullo ſenſu comprehenſibilis, firmamentum hoc nominauit, comparatione tenuiſſimorum & ſenſu comprehenſibilium. Et concipe mihi mente locum quendam humoris diſcretiuum, qui tenuē quidem & excolatum ſurſum tranſmittat, craſſiſſimū uerò & terreum ad inferna demittat, ita ut ab initio uſq; ad finem eadem temperies conſeruetur, particulatim humoris detractione coniungente. Tu uerò multitudini aquæ fidē non habes ad caloris autē multitudinem non reſpicis, qui etiam ſi modicus fuerit magnitudine, multam tamē humiditatem per uim ſuā conſumit. Attrahit enim adiacentē humorē, uelut indicat medicinalis cucurbita. Conſumit autem attractum, uelut uidere eſt in lucernarū igne, qui per funiculum adiacens alimentū attrahens, citò ipſum per trāſmutationē comburit, & ad fauillam redigit. At uerò æthera quis ambigit eſſe ignitum & perurentē? qui ſi non neceſſariò creatoris ipſius termino contineretur, quidnam prohiberet ipſum omnia inflammantē & contigua comburentē, omnē ſimul in rebus exiſtentē humiditatem conſumere? Quapropter aqua aeris fit, dum obnubilatur ex uaporum ſublatione ſupernus locus, quos fluuij & fontes, & lacunæ, & paludes, & maria omnia emittūt, ut ne omnia inflammans æther corripiat: quando ſanè etiam ſolem hunc uidemus æſtatis tem Cap. 51.

pore irriguam ſæpe & lacuſtrem regionem in breuiſsimo temporis momẽto, humore penitus priuatam & ſiccam relinquere. Vbi igitur eſt illa aqua? oſtendant nobis qui omniũ rerum ſcientia præſtant. an non omnibus manifeſtum eſt, quòd caliditate ſolis exhalauit & conſumpta eſt? quanquam neq; calidum eſſe ſolem illi dicant, tantum ipſis id quod dicant redundat. Et conſiderate ſaltem, qua demonſtratione nitentes, ſe contra actionem ipſius opponũt. Quoniã albus eſt, inquiunt, colore, & nõ ſubruffus, neq; flauus: ea gratia neq; ignitus eſt natura. Sed & caliditatẽ huius ex ueloci circũactu eſſe dicunt. Quid uerò hinc ſibijpſis uolũt ac diſponunt? ut nihil humorũ cõſumere ſol ipſe putetur. Ego uerò etiamſi non ſit uerum quod dicunt, tamen uelut comprobans meũ ſermonem, non reprobabo. Dicebatur enĩ à me, propter caloris ſumptũ neceſſariã eſſe aquarum multitudinem. Nihil autem differt ex natura calidum eſſe, aut ex affectione ardorem habere, ad hoc ſanè ut eadẽ accidentia circa eaſdem materias gignat. Siue enim cõſtricta inter ſe mutuò ligna, ignem ac flammam concipiant, ſiue ex flamma accenſa combuſta fuerint, æqualis eſt ac cõſimilis ex utriſq; finis. Quanquam magnã omnia gubernantis ſapientiã uideamus, quæ ſolem ex alijs ad alia loca tranſponit, ut ne in ijſdem ſemper commorans, rerum ordinem ac conſtitutionem per caloris redundantiam deuaſtet. Sed nunc quidem ipſum ad auſtrinã partẽ circa hyberna ſolſtitia abducit: nunc uerò ad æquinoctialia ſigna transfert, & inde ad ſeptentrionalia ſub æſtiua ſolſtitia reducit, ut tranſitione ipſius paulatim fiente, locis circum terrã temperies conſeruetur. Cõſiderent porrò, an nõ ipſi ſeipſos impetãt, ac ſibijpſis aduerſentur, qui mare dicunt neq; fluminib. inundare, ac excreſcere propter ſolis ſumptũ, inſuperq; ſalſum & amarum relinqui, tenui & potabili præ caliditate conſumpto, quod ipſum ex ſolis maximè diſcretione contingit: leue quidem abducentis, craſſum uerò & terreum uelut quendã limum ac fecem relinquentis: ex quo amaritudo & ſalſugo, & ſiccandi uis mari adeſt. Qui ſanè talia de mari dicũt, rurſus mutata ſententia, nullã humoris fieri imminutionem ex ſole dicunt. Et uocauit Deus firmamentũ cœlũ.] Tanquã propriè quidẽ alteri appellatione cõgruente, iuxta ſimilitudinem uerò etiã hoc appellationem tranſſumente. Obſeruauimus autem in multis locis, eum quem uidemus locũ, cœlum dici, propter dẽſitatem cohærentiamq; ac cõtinuitatem aeris, manifeſtè oculis noſtris ſubiacentis: & ab eo quod cõſpicitur, apud Græcos urani appelationem habentis. Ve-
Hier.15. lut quũ ait, Volatilia cœli. & rurſus, Volantia iuxta firmamentũ cœli. Tale eſt etiam, A-
Deut.4. ſcendunt uſq; ad cœlos. Et Moyſes benedicens tribũ Ioſeph, à terminis cœli & roris, &
Deut.33. à ſolſtitijs & coitibus lunæ, & à uertice montium ac colliũ perpetuorũ, benedictiones tribuit. tanq; locus circa terrã per moderationem in his fertilis reddatur. Sed & in exe- crationibus Iſrael: Erit tibi, ait, ſuper caput cœlũ æreum. quid nã hoc dicens? perfectam
Deut.28. ſiccitatem & defectum aquarũ aeriarum, per quas fœcunditas fructuũ in terra exiſtit. Quum igitur ex cœlo ferri dicit rorem aut pluuiam, de aquis accipimus, quas ſupernã regionem obtinere ordinatum eſt. Congregatis enim exhalationibus circa altitudinẽ, & denſato aere per ſpirituum conſtrictiones, quum quidem quæ hactenus fuêre humiditates ad modum uaporis & tenuiter in nube diſperſæ, inter ſe congreſſæ fuerint, guttę gignuntur, & ob concrementi grauitatẽ deorſum uerſus ferũtur. Et hæc eſt pluuiæ generatio. Quum uerò humor uiolentia uentorum reliſus inſpumuerit, deinde ad ſummum frigefactus totus per totum cõgelatus fuerit, fracta nube nix delabitur. Et in ſumma, iuxta eandem rationem uidere tibi licet, omnem humoris naturã circa aerem ſuper caput noſtrum cõſiſtentem. Et nemo cum ſuperflua curioſitate eorum qui de cœlo philoſophantur, ſimplicitatem & incompoſitã ſpiritualium ſermonum ſupellectilẽ comparet. Quãto enim pulchritudo in caſtis præſtãtior eſt meretricia, tanta etiã eſt noſtrorum ſermonum ad externos diuerſitas. Illi enim coactã ueriſimilitudinem rationibus ac uerbis probabilibus inducunt: hic autem nuda uerſutiarũ ac machinamentorum ueritas propoſita eſt. Et quid opus eſt nos negocijs implicari in mendacijs ipſorum redarguendis. quibus ſufficit ipſorũ illorũ libris inter ſe oppoſitis, in magna quiete ſpectatores belli ipſorũ ſedere? Neq; enim numero pauciores, neq; dignitate cedentes, uerùm uocalitate etiã multũ præſtantes, ad cõtrarium illis ſe opponũt ſermonem, qui totum uniuerſum exardere dicunt, & rurſus reuiuiſcere, ex ſeminarijs rationibus

quæ

quæ in exuſtis remanent. Vnde etiã infinitas mundi corruptiones & regenerationes inducunt. Sed illi quidem in utranq; partem à ueritate diffiſſi, hinc & hinc digreſſiones ad errorem ſibi ipſis inueniunt. Nobis autem ad eccleſiaſticos etiã quoſdã ſermo quidã eſt de diſcretis aquis, qui prætextu receſſus à ſenſibilib. in ſublime, & intelligentiæ altioris, ad allegorias confugerunt, potentias ſpirituales & incorporeas tropice ex aquis ſignificari dicentes, & ſuperne quidem ſupra firmamẽtum manſiſſe meliores, inferne uero in terreſtribus ac materialib. locis permãſiſſe malignas. Propterea ſanè aiũt etiã deum aquas ſupra cœlum laudare, hoc eſt bonas potentias, dignas exiſtentes propter mẽtis ac principalis animæ partis puritatem, cõuenientem conditori hymnum abſoluere. Aquas autẽ ſub cœlo ſpiritales eſſe malignitates, à naturali altitudine ad malicici profunditatem delapſas. Quas uelut turbulentas exiſtentes & ſeditioſas, & tumultibus ac affectionib. redundantes ac exæſtuantes, mare nominatas eſſe, propter tranſitionem & inſtabilitatem uoluntariorum motuũ. Tales porrò ſermones uelut ſomnijs pares & aniles fabulas relegãtes, aquã, aquã intelligamus: & diſcretionem à firmamento factã, iuxta redditã cauſam accipiamus. Et tamen etiãſi aliquando ad glorificationẽ cõmunis uniuerſorum domini, aquæ quæ ſupra cœlos ſunt aſſumantur, nõ ob id rationalem naturã ipſas eſſe putamus. Neq; eñ cœli animati ſunt, quoniã enarrant gloriam dei, neq; firmamentũ animal eſt ſenſitiuum, quoniã annunciat creationẽ & opera manuum ipſius. Et ſi dicat quis cœlos quidem eſſe ſpeculatiuas potentias, firmamentum autem actiuas & factiuas eorum quæ decent, uelut ſuperbum quidẽ ac uenuſtum ſermonem ſuſcipimus, uerum autem eſſe non adeò ualde concedemus. Sic enim & ros, & pruina, & frigus & æſtus, quoniã apud Danielem laudare uniuerſorum opificẽ iubentur, ſpiritualis quædã erit & inuiſibilis natura. Verum ſermo in his apud eos qui mente præditi ſunt ſpeculatiue acceptus, completiuus eſt glorificationis conditoris. Non eñ ſolũ aqua ſupra cœlos, uelut honoribus præpoſita, propter eminentiam quæ ex uirtute ipſi adeſt, deo laudẽ explet. Sed laudate ipſum ait, & quæ ex terra ſunt, dracones & omnes abyſſi. Quare etiã abyſſus ipſa, quam in peiorem partem hi qui allegorijs utuntur reiecerunt, neq; ipſa adeò reiectilis à Pſalmographo iudicata eſt, in cõmunem creationis chorũ aſſumpta. Sed & ipſa iuxta exiſtẽtes in ipſa ſermones ac rationes, cõcinne explet cõditori hymnorũ cantilenã. Et uidit deus quod pulchrũ eſſet. Non oculis dei iucunditatẽ exhibent ea quæ ab ipſo fiunt, neq; talis apud ipſum laudatio eſt pulchrorũ, qualis apud nos. Sed pulchrũ eſt id quod ratione artis perfectũ & abſolutum eſt, & quod ad finis utilitatẽ tendit. Qui itaq; in principio ſcopũ rerum quę ab ipſo fiunt propoſuit, ea quæ particulatim fiũt uelut completiua finis, artificialib. ſuijpſius ratiocinationib. percenſens approbauit. Alioqui & manus per ſeipſam, & oculus ſeorſim, & unaquæq; ſtatuæ pars diuiſim ſita, nõ utiq; apparuerit pulchra cuilibet cui ipſa uidẽda forte cõtingit. Vbi uero in propriũ locũ ac ordinẽ repoſita fuerit, tum nobilitas operis ex proportione relucẽs uix tãdem idiotæ cognobilis exiſtit. Atqui artifex etiã ante compoſitionẽ, uniuſcuiuſq; pulchritudinẽ nouit, & laudat ſingula, ad finem ipſorum ſentẽtiam ſuam referens. Talis igitur quiſpiã etiam nunc artificioſus laudator partialiũ operũ deus eſt. Adſcriptum eſt autẽ hoc, debitã laudem etiã uniuerſo ſimul mundo abſoluto explens. Sed enim hic nobis de ſecunda die ſermones deſinant, quo ſtudioſis auditorib. temporis oportunitas exhibeatur expendẽdi ea quæ audiuerunt, ut ſi quid utile in ipſis ſit, id ipſum memoria conſeruent, & per ſedulã meditationem, uelut per quandã concoctionem, eorum quæ utilia ſunt diſtributionem ac digeſtionẽ expectent. His uero qui circa communem uitam ac uictum acquirendum occupati ſunt uacatio detur, ad curas per mediũ tempus diſponendas, ut pura à curis anima ad ueſpertinã ſermonũ epulationem accurrant. Qui porrò magna opificia perfecit deus, & qui diſpoſuit ut parua hæc à nobis dicerentur, det uobis intelligentiã in omnib. ſuæ ipſius ueritatis, quo ex uiſibilib. inuiſibilem intelligatis, & ex magnitudine ac pulchritudine creaturarum, decentẽ de conditore opinionẽ aſſumatis. Inuiſibilia eñ ipſius à cõditione mundi per creaturas intellecta conſpiciũtur, ſempiternaq; ipſius poteſtas & deitas: ut & in terra, & in aere, & in cœlo & in aqua, & in nocte & in die, & in omnib. uiſibilib. in principio, exẽpla benefactoris capere queamus. Neq; eñ peccatis

Cap. 3

Pſal. 32

occaſionem aliquam dabimus,neq; inimico locum in cordibus noſtris relinquemus, per aſſiduam memoriā inhabitantem habentes in nobis deum.Cui omnis gloria & adoratio nunc & ſemper in uniuerſa ac infinita ſecula ſeculorum, Amen.

HOMILIA IIII. DE CONGREGATIONE AQVARVM

SVNT quædā ciuitates quæ omnigenis ſpectaculis præſtigiatorum à ſummo mane uſq; ad ueſperā ipſam oculos paſcunt.Et ſanè quædā etiam cantilenarum fractarum & corruptarū,& omnino multā intemperantiā in animis noſtris parientium,quàm diutiſſima auditione non exſatiātur.Et tales populos multi beatos prædicāt,quod fori mercimonijs aut ſtudijs ex artibus ad uiam tutandā excogitatis,relictis,per ocium omnemq; uoluptatē præſtitutum ſibi uitæ tempus tranſigunt,nō ſcientes quod orcheſtra ſpectaculis proteruis abundans,cōmunis & publicus locus eſt ad diſcendā petulantiā his qui in ea cōſident:& quod ex omni harmonia compoſiti tibiarum modi,& cantilenæ meretriciæ animis auditorum inſidentes,nihil aliud quàm omnes inhoneſte ſe gerere perſuadēt,citharistarum aut tibicinū cruſmata ac laſciuos motus imitando.Iam uero quidā nimio equorū ſtudio flagrantes,etiā per ſomnium pro equis pugnant,currus tranſmutantes, & aurigas tranſponentes,& in ſumma à diurnæ deſipientiæ imaginationib. ne in ſomno quidem deſiſtunt.Nos autem quos dominus magnus miraculorū editor & artifex,ad trāſuectionem & oſtentationē propriorum operū cōuocauit,languebimus ad ſpectaculum,aut pigri erimus ad auſcultationem oraculorū ſpiritus? & non magnā hanc ac uariam diuini opificij officinā circumſtantes,& ad ſuperiora tempora retrogreſſi, unuſquiſq; mente contemplabimur uniuerſi cōſtructionem?Cœlum quidē ſtatutum iuxta
Eſa.40 propheticum ſermonē,uelut fornicem.Terram autē infinita magnitudine & grauitate,ipſam ſuper ſeipſam firmatā.Aerem diffuſum mollē & humidum natura, proprium & cōtinuum alimentū reſpirantibus exhibentē,cedentem autem & findi ſe ſinentem per mobilia,propter teneritudinē,ut nullū impedimentum ſit ab ipſo, his qui procedunt ac in ipſo cōcitantur,dum ſemper ad poſteriorem partem eorū qui ipſum findūt, facile cedit ac diffluit.Aquæ autem naturā,tum alimentum præbentis, tum ad alios uſus nobis ordinatæ,& bene conſtitutā huius ad definitos locos cōgregationem, ex recens à nobis lectis conſpicies. Et dixit deus, cōgregetur aqua quæ ſub cœlo eſt in congregationē unā,& uideatur arida,& factū eſt ita. & congregata eſt aqua quæ ſub cœlo erat in cōgregationes ipſarum,& uiſa eſt arida,& uocauit deus aridam,terram,& congregationes aquarum uocauit maria.] Quanta mihi negocia exhibebas in ſuperioribus ſermonibus expetēs cauſam, Quomodo inuiſibilis erat terra,quum omni corpori naturaliter color adſit,& omnis color uiſus ſenſu apprehendatur. Et fortaſſe tibi nō ſufficienter habere uidebātur ea quæ diximus,quod ad nos inuiſibilitas, nō ad naturam dicta fuerat,propter aquæ ſuperpoſitionē, quæ tum omnem terrā contegebat. Ecce nunc audi ipſam ſeipſam declarantem ſcripturā. Cōgregentur aquæ & uideatur arida.Contrahuntur uela,ut cōſpicua fiat quæ hactenus nō uidebatur. Fortaſſis autē quis etiā illud ad hæc inquiſierit.Primum quidem, Cur quod ſecundum naturā aquæ ineſt ut ad decliue feratur,hoc ipſum ad imperiū opificis ſermo reducit.Quàm diu eñ in planicie ſita fuerit aqua,ſtabilis eſt,nō habens quò diffluat. Poſtq; uero decliuitatē aliquā occuparit,ſtatim ubi præcedens fuerit cōcitata, ea quæ ipſi cohæret gradū motæ occupat,& illius ea quæ cōſequitur:atq; ſic quidem effugit ſemper præcedens,protrudit autem ſuperueniens,& tanto uelocior latio cōtingit, quanto amplior fuerit grauitas eius quæ defertur,& locus cauior ad quē influxus fit.Si igitur hoc à natura aquæ adeſt,ſuperfluum eſt præceptum quod iubet aquas in unā congregationē cōgregari. Nam omnino propter naturæ deorſum uerſus momentum,ad cauiorem omnibus regionem ſua ſponte cōceſſura erat,& nō prius gradum fixura, quàm dorſum ipſius exæquaretur.Nulla enim eſt regio ita plana,uelut eſt ipſa aquæ ſuperficies.Deinde quomodo ait in unā cōgregationem cōcurrere aquas iuſſas eſſe,quū multa ſint maria plurimum inter ſe ſitu ſegregata.Ad primū quidē igitur quæſitum, illud dicimus. Quod maxime quidē tu poſt præceptū dominicū cognouiſti aquæ motus, & quod fluxa eſt ac inſtabilis,& ad prona ac caua ſecundū naturā fertur.Ante hoc autem, quā habebat uim

uim priuſquam ipſi ex præcepto hoc curſus accederet, neq; ipſe nouiſti, neq; aliquem qui nouiſſet audiuiſti. Cogita enim quod dei uox naturæ eſt creatrix, & quod tunc fiebat ad creaturā præceptū, conſequentiā deinceps ipſis creatis exhibebat. Dies & nox ſemel per opificem creatæ ſunt, & ex illo etiam nunc mutuo ſucceſſu, & æquis portionibus tempus diuidere nō deſinunt. Cōgregentur aquæ. Iuſſa eſt currere aquarum natura, & nunquam languet, ad præceptum illud perpetuò ſpectans ac feſtinans. Hoc autem dico, ad fluxā aquarū portionem reſpiciens. Aliæ enim ſua ſponte fluunt, uelut fontanæ & fluuiatiles, Aliæ collectitiæ ſunt & nō progredientes. Verum mihi nunc de progredientibus eſt ſermo. Cōgregentur aquæ in congregationem unam. Si unquam tibi ſupra fontem largam aquā egerentem ſtanti cogitatio contigit: Quis eſt qui impellit aquā ex ſinu terræ? quis eſt qui urget ipſam ut ulterius pergat? qualia ſunt promptuaria unde procedit? quis eſt locus in quem feſtinat? quomodo & hæ non deficiūt, & illæ nō explentur? hæc ex prima illa uoce dependent, illinc curſus aquæ indulgētia. Per omnem aquarum hiſtoriā memor ſis primæ uocis, Cōgregentur aquæ. Oportebat ipſas currere ut proprium locum occuparent: deinde ubi eſſent in præſtitutis locis, manere in ſeipſis & nō ulterius procedere. Propterea iuxta Eccleſiaſtę ſermonem omnes torrentes in mare procedunt, & mare nō impletur. quādoquidem & fluere aquis contingit propter diuinum præceptum, & mare intra fines circumſcribi, à prima legiſlatione eſt. Cōgregentur aquæ in cōgregationem unam. Vt ne ſuperinfluēs aqua ſuper locos ipſam ſuſcipientes effunderetur, transgrediensq; ſemper & alia ex alijs explēs, omnem cōtinenter terram undis opprimeret, iuſſa eſt cōgregari in unā cōgregationem. Quapropter furioſum ſæpe ex uentis mare, & in maximā altitudinē per undas exurgens, ubi littora tantum cōtigerit, impetu in ſpumā diſſoluto retrocedit. Aut me nō timebitis, dicit dominus, qui poſui arenam terminū mari. Debiliſſima re arena, id quod uiolentia intolerabile eſt frenatur. Alioqui quid prohiberet rubrum mare, omnē Ægyptum cauiorē ac depreſſiorē ipſo exiſtentem inuadere, & cū Ægyptio pelago coniungi, ſi nō præcepto conditoris ligatum eſſet. Quod enim humilior ſit Ægyptus rubro mari, facto nobis perſuaſerunt hi qui pelagus Ægyptium ac Indicū, in quo eſt rubrum mare, inter ſe coniungere uoluerunt. Quare ab aggreſſione hac deſtiterunt, Seſoſtris Ægyptius qui primus eam auſpicatus eſt, & Darius Medus qui poſtea perficere uoluit. Atq; hæc à me dicta ſunt, ut imperij potentiam intelligamus. Cōgregentur aquæ in cōgregationē unam. Hoc eſt alia ab hac ne gignatur, ſed in prima collectione permaneat id quod colligitur ac congregatur. Deinde qui dixit cōgregari aquas in unam congregationem, oſtendit tibi quod multæ erant aquę per multos locos diuiſę. Nam & montium cauitates conuallibus profundis ſuperinductæ, aquarū collectionē habebant, inſuperq; campi multi & ſupini, neq; maximis pelagis magnitudine cedentes, & ualles infinitæ, & conualles iuxta alias atq; alias figuras cauatæ, omnia aquis tūc impleta euacuata ſunt, diuino præcepto ad unā congregationem aqua undiquaq; cōpulſa. Et nemo dicat, quod ſiquidem aqua ſuper omnem terram erat, omnino etiam omnes cauitates quæ nunc mare ſuſceperunt, repletæ erant. Vbi itaq; aquarum collectio futura erat, cauitatibus iam præoccupatis? Ad hoc ſanè dicemus, quod tunc etiā uaſa conceptaculaq; ſimul conſtructa ſunt, quum oporteret ad unam congregationē aquam ſecerni. Non enim erat illud extra Gades mare, neq; magnum illud & horrendum nauigantibus pelagus, quod Britannicam inſulam & occidētales Hiſpanos ambit. Sed tunc capacitate dei præcepto fabricata, in ipſam aquarum multitudines conceſſerunt. Cæterum ad hoc quod contra experientiā ſe habet ſermo apud nos de mundi creatione, non enim in unam congregationem aquarum omnis aqua concurriſſe uidetur: multa dicere licet, eaq; omnibus per ſe nota. Fortaſſis autem & ridiculum eſt aduerſus tales digladiari. Nunquid enim & lacuſtres ac cœnoſas, eaſq; quæ ex imbribus colliguntur nobis proferre debent, & putare quod per has ſermonem noſtrum redarguant? Verum maximum & perfectiſſimum aquarum concurſum congregationem unam nominauit. Nam & putei congregationes aquarum ſunt manu factæ, in cauatam terræ partem, diſperſa in ipſam humiditate influente. Non itaq; uulgares aquarum coaceruationes, cōgregationis appellatio indicat, ſed præminentē & maximam,

Cap. 1

Hier. 5

in qua totum elementum coaceruatum demonſtratur. Quemadmodũ enim ignis & in parua fruſta conciſus eſt in noſtro uſu, & aceruatim in æthere diffuſus: Et aer diuiſus quidem eſt particulatim, & aceruatim locũ per omnem terrã occupauit: Sic etiã in aqua quamuis paruę quædã diuiſæ ſint collectiones, tamen una eſt congregatio totũ elementum à reliquis ſecernens. Etenim ſtagna tum ad partes ſeptẽtrionales, tum quę circa Græcum locum ſunt, Macedoniamq; ac Bithynorum regionem & Palæſtinorũ obtinent, congregationes nimirum ſunt. Verum nunc de maxima omnium, & magnitudine ad terrã adæquata ſermo eſt. atq; illas quidem aquas habere, nemo cõtradicet. non tamen maria quis ipſas decenti appellatione uocarit, etiã ſi quędã ſalſuginoſitatẽ & terreitatem conſimilem magno mari habeant. Velut ſtagnũ Aſphaltitis appellatũ in Iudæa, & Serbonitis inter Ægyptum & Palæſtinã, ad Arabicã ſolitudinem porrectum. Hæc enim ſtagna ſunt. Mare autem unum eſt uelut narrant, ſi qui terrã perluſtrarunt, etiamſi Hyrcanium & Caſpium quidã per ſe circumſcripta eſſe putent, attamen ſi quid credere oportet illis qui Geographiam conſcripſerunt, inter ſe mutuo perforata ſunt, & ſimul omnia ad maximum mare hoſtijs concidunt, quemadmodũ etiã rubrum mare, dicunt ad id quod ultra Gades eſt connecti. Quomodo igitur dicit, Deus cõgregationes aquarum uocauit maria? Quia in congregationem unã aquæ concurrerunt, Stationes autem aquarum, hoc eſt ſinus iuxta propriã figurã à circũſita terra comprehenſos, maria dominus appellauit. Mare ſeptentrionale, mare auſtrinum, mare orientale, & occidentale rurſum aliud eſt, & nomina pelagorũ propria ſunt: Põtus Euxinus, Propontis, Helleſpontus, Ægæum, & Ioniũ, Sardonicum pelagus, & Siculum, & Tyrrhenicum aliud eſt. Et infinita ſanè nomina pelagorũ ſunt. quæ ſingula enumerare exacte, longum fuerit & ineptiarum plenum. Ob id nominauit deus cõgregationes aquarum maria. Verum ad hoc quidem euexit nos ſermonis conſequentia. Nos autem ad principium rurſus redeamus. Et dixit deus, congregentur aquæ in cõgregationem unam, & uideatur arida. Non dixit, & uideatur terra, ut ne rurſus ipſam inconſtructã ac inornatã pronunciet, lutoſam exiſtentem & aquæ permixtã, nondum propria forma neq; potentia accepta. Simul autẽ ne Soli cauſam ſiccitatis terræ deferamus, antiquiorem Solis generatione, ſiccitatem terræ opifex parauit. Expende autem ſententiã ſcriptorum, quod non ſolum redundãs aqua de terra defluxit, ſed etiã quantum eius ipſi admixtum erat per profundũ, hoc ipſum elapſum eſt ineuitabili pręcepto domini perſuaſum. Et factum eſt ita. Sufficiens eſt hæc inductio, ad demonſtrãdum opificis uocẽ in opus perueniſſe. Adiectũ eſt autẽ in quibuſdã exemplarib. Et congregata eſt aqua quæ ſub cœlo erat, in congregationes ipſarum, & uiſa eſt arida. Quæ ſanè uerba neq; quidã ex reliquis interpretib. expreſſerunt, neq; uſus Hebræorũ habere uidetur. Nam reuera redundat poſt teſtimonium, quod factum eſt ita, amplior eorundem enarratio. Sincera itaq; exemplaria obelo notata ſunt, Obelus autem ſiue ueru ſignum eſt reprobationis. Et uocauit deus aridã, terrã, & congregationes aquarum uocauit maria. Cur & ſupra dictum eſt, congregentur aquę in congregationem unã, & uideatur arida, & non ſcriptũ eſt, & uideatur terra? & hic rurſus, uiſa eſt arida, & uocauit deus aridã, terram? Quia arida quidem, proprietas eſt uelut delineatiua ac deſignatiua naturę ſubiecti, Terra autem, appellatio quędam rei eſt nuda. Quemadmodum enim rationale proprium eſt hominis, uox autem homo, ſignificatiua eſt animalis cui eſt proprium: Sic etiam aridum propriũ eſt ac præcipuum ipſius terræ. Cui itaq; proprie adeſt ariditas, id ipſum appellatum eſt terra. Quemadmodũ cui proprie adeſt hinnibile, hoc ipſum appellatum eſt equus. Non ſolum autẽ in terra hoc ita eſt, ſed etiã in alijs elementis: unũquodq; enim propriã & ſorte oblatam habet qualitatem, per quã & à reliquis ſecernitur, & quale unumquodq; eſt cognoſcitur. Et aqua quidem propriam qualitatem, frigiditatem habet, Aer uero humiditatem, Ignis autem caliditatem. Verum hæc ut prima elementa compoſitorum, iuxta relatum modum rationis ſpeculationi ſubiacent. Quæ uero iam in corporib. collocata ſunt, & ſub ſenſum cadunt, copulatas qualitates habẽt, & nihil ex uiſibilib. ac ſenſibilibus abſolute ſolitariũ, neq; ſimplex ac ſincerum. Sed terra quidem ſicca eſt ac frigida. Aqua uero humida & frigida. Aer calidus & humidus. Ignis calidus & ſiccus. Sic enim per coniugatam qualitatem facultas prouenit,

uenit, ut ſingula ſingulis permiſceātur. Nā uicino elemento unūquodq; per cōmunē qualitatem commiſcetur, & per ſocietatem quā ad propinquum habet contrarijs coniungitur: uelut uerbi gratia, terra arida exiſtens ac frigida, unitur quidē aquæ iuxta cognationem frigiditatis: unitur autē per aquā aeri, quandoquidem media inter utrumq; conſtituta aqua, uelut duabus manibus immiſſis, utraq; qualitate iuxtà poſita contingit: frigiditate quidē terrā, humiditate uerò aerem. Rurſus aer ſuo interuentu conciliator fit pugnantis naturę aquæ & ignis: aquę per humiditatem, ignis per caliditatem, implicatus. Ignis autem calidus & ſiccus natura exiſtens, caliditate ad aerem colligatur, ſiccitate uerò rurſus ad terræ ſocietatem redit. Atq; ſic fit circulus & chorus cōcinnus, conſentientibus omnibus, & inter ſe mutuū ordinē facientibus. Vnde etiā propriè ordinis appellatio ipſis elementis à Græcis adaptata eſt. Hæc à me dicta ſunt, ut cauſam adducerem, ob quā Deus aridā appellauit terrā, & non terrā appellauit aridā: quia aridum non ex his eſt quæ poſterius terræ acceſſerunt, ſed ex his quæ ab initio ſubſtantiā ipſius complent. Quæ autem cauſam ut ſit aliquid præbent, priora ſunt natura, & pręferenda his quæ poſtea acceſſerunt. Quare meritò ex præexiſtentibus & ſenioribus, excogitatæ ſunt terræ notæ. Et uidit Deus quòd pulchrum eſſet.] Non hoc ipſum hic ſermo indicat, iucundum aliquem aſpectum maris Deo apparuiſſe: non enim oculis aſpicit pulchritudines creaturarum conditor ipſe: ſed ineffabili ſapientia ea quæ fiunt cōtemplatur. Iucundum equidē ſpectaculum eſt mare inalbatum, ſtabili tranquillitate ipſum detinente. Iucundum etiā, quum lenibus auris exaſperatum ipſius dorſum, purpureum colorē aut cæruleum inſpiciētibus offert: quum neq; uiolēter uerberat uicinā terram, ſed uelut pacificis quibuſdā amplexibus ipſam complectitur. Non tamē ſic putare oportet Scripturā dixiſſe, etiā Deo pulchrum ac iucundum uiſum eſſe mare: ſed pulchritudo hic ratione opificij iudicatur. primum quidem quòd fons omnis humiditatis circum terrā eſt aqua maris, partim quidē per obſcuros meatus ſe diſtribuens, uelut indicāt laxæ & antroſæ terræ, ſub quas cuniculos agens fluidum mare, poſtquā obliquis & ad altum uergentibus diſcurſibus incluſum fuerit, à mouente ipſum ſpiritu impulſum extrà fertur ſuperficie perrupta, & fit potabile, amaritudine ex percolatione ſanata. Iam uerò etiam calidiore ex metallis qualitate in tranſitu aſſumpta, ex eadem mouentis cauſa feruidum fit utplurimùm & ardens. quod ipſum ſanè in multis locis inſularibus, multisq; itidem maritimis uidere datur: quum ſanè etiā in mediterraneis, loci quidam fluuialibus aquis uicini, ut parua magnis comparemus, conſimilia perpetiantur. Ad quid igitur hoc à me dictum eſt? Quòd tota terra cuniculis referta eſt, per meatus obſcuros ex principijs maris ſubtermeāte aqua. Pulchrum itaq; eſt mare Deo, & propter humoris in profundo ſubtercurſum. Pulchrum etiā, quia fluuiorū exiſtēs receptaculum, in ſeipſum undiquaq; ſuſcipit fluxus, & intra ſuos terminos manet. Pulchrum etiā, quia aerijs aquis principium quoddā eſt & fons, caleſcens quidē radio ſolis, deponens autem tenuem aquā per uapores: quæ ſanè aqua in ſupernum locum tracta, deinde perfrigerata, propterea quòd altior ſit refractione radiorum à ſoli pauimento, & ſimul umbra ex nebula frigiditatem intendente, pluuia fit, & terrā pinguefacit. Atq; his nullus omnino fidem derogat, qui poſitos ad ignem lebetes conſiderat: qui pleni humoris exiſtentes ſæpe uacui deprehenſi ſunt, omni eo quod coquebatur in uaporem ſecreto. Sed & ipſam maris aquā uidere licet, quæ à nauigantibus coquitur: qui uapores ſpongijs excipientes, neceſſitatis uſum in neceſſitatibus mediocriter conſolātur. Pulchrū uerò etiā aliter apud Deum eſt mare, quia conſtrigit & coercet inſulas, ſimul & ornatum & ſecuritatem ipſis per ſeipſum exhibens. Deinde etiā, quòd terras plurimū inter ſe diſtātes per ſe coniungit, expeditum nauigantibus commercium exhibēs, per quos etiā hiſtorias rerum ignotarum largitur, & diuitiarum cauſa mercatoribus exiſtit: & uitę neceſsitates facilè corrigit, euectionem ſuperfluorum abundantibus præbens, correctionem uerò deficientis indigentibus largiens. Et unde mihi contingat totā maris pulchritudinem exactè uidere, quanta conditoris oculo apparuit? Si autē mare pulchrum & laudatum eſt apud Deum, quomodo non pulchrior ſit talis congregationis conuentus in qua permixtus ſonus, uelut undæ cuiuſdā ad litus allabentis, uirorū & mulierū & puerorū ac infantium, per precationes noſtras ad Deū emittitur?

Tranquil-

Tranquillitas autē alta inconcuſſam ipſam conſeruat, ſpiritibus malignitatis turbare ipſam per hæreticos ſermones nō potentibus. Fiatis igitur digni laude Domini, bonā hanc diſciplinam decentiſsimè obſeruantes, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

HOMILIA V. DE GERMINATIONE TERRAE.

ET dixit Deus: Germinet terra herbam fœni, ſeminās ſemen ſecūdum genus & ſecundum ſimilitudinē, & lignū fructiferum faciens fructum ſecūdum genus, cuius ſemen ipſius in ipſo.] Conſequēter poſtquam reſpirauit terra, onere aquæ ſubmoto, præceptū ipſi contigit ut germinet primùm herbam, deinde lignum, quod ipſum etiā nūc fieri uidemus. Vox enim tunc & primum illud præceptū, uelut lex quædā naturę facta eſt, & permanſit in ipſa terra, generandi & fructificandi uim conſequenter ipſi exhibēs. Germinet terra. Primùm in generatiōe è terra naſcentiū, eſt germinatio. Deinde quum prominuerint paululum germina, herba fit: deinde poſtquam adaucta fuerint, fœnū eſt, paulatim firmitatem accipientib. naſcentib. & uſq; ad perfectionē in ſemen progredientibus. Viriditas em̄ & herboſitas conſimilis eſt omniū. Germinet terra herbā fœni. Per ſeipſam terra proferat germinationē, nullius auxilio aliunde indigens. Quandoquidem quidā putant ſolem eſſe cauſam eorū quę ex terra naſcuntur, per attractionē caliditatis uim quę in profundo eſt ad ſuperficiem adtrahentē, ob id antiquior conſtructio eſt terræ quàm ſolis: quo errore decepti deſinant adorare ſolem, uelut ipſe cauſam uitę exhibeat. Si itaq; crediderint quòd ante illius generationē, omnia circa terram conſtructa erant, etiam immodicam de ipſo admirationem remittent, cogitantes quòd iunior eſt quàm fœnū & herba ſecundū generationē. Num igitur armentis quidem alimentum prius depoſitū eſt, noſtrum autem nulla prouidentia dignū uiſum eſt? Imò qui bobus & equis pabulum prædiſpoſuit, diuitias & fruitionem tibi maximè pręparat. Qui em̄ iumenta tua nutrit, ſupellectilem uictus tui ſimul auget. Deinde ſeminum generatio quid aliud eſt, & non uitæ tuæ præparatio? ſupra hoc quod multæ adhuc herbæ & olera, hominum alimenta exiſtunt. Quare etiamſi genus quoddam herbæ ad alia pertineat, illorum quoq; lucrum ad nos redit, & nobis uſus ſeminum aſsignatus eſt, ut ſententia dictorum talis ſit. Germinet terra herbā fœni, & ſemen ſeminans ſecundum genus. Sic enim & dictionis conſequentia reſtitui poterit, quum inconuenienter nunc habere conſtructio uideatur, & neceſſitas eorum quæ à natura gubernātur conſeruabitur. Primùm quidem germinatio, deinde herbæ uiriditas, poſtea fœni augmentum, deinde complementum augeſcentium per ſemē. Quomodo igitur inquiunt, omnia ex terra naſcentia ſemen producere ſermo oſtendit, quum neq; harundo, neq; gramen, neq; mentha: non crocus, non allium, non butomon, neq; innumera alia genera ſemen producere uideantur. Ad hoc ſanè dicimus, quòd multa ex terra naſcentia in fundo & radice ſeminum habent, quemadmodnm harūdo poſt annuum incrementum, à radice quandam prominentiam emittit, ſeminis rationem habentem in futurum. Hoc autem & alia innumera faciunt, quę per terram diſperſa in radicibus ſucceſsionē poſſident. Quare omni re uerius, id eſt, ſingulis ex terra naſcentibus aut ſemen eſſe, aut uim quandam ſeminariam ineſſe. Atq; hoc eſt quod ait, Secūdum genus. Non em̄ prominentia harūdinis oleā producit, ſed ex harundine quidē alia harundo: ex ſeminibus uerò cognata his quæ deiecta ſunt, germināt. Et ſic id quod in prima generatione productum eſt à terra, uſq; in hoc tempus conſeruatur, per conſequentiam ſucceſsionis genere ſeruato. Germinet terra. Conſidera mihi ex parua uoce & præcepto adeò breui, perfrigeratam & ſterilē, partu aceruatim uexari, & ad fructus generationem commoueri, quemadmodum quæ triſti aliquo ac lugubri amictu abiecto, ſplendidiorem induerit, & proprijs ornatibus exultet, & innumera genera plantarum proferat. Volo equidem ut tibi creationis miraculum firmius inſideat, quo ubicunq; reperiaris, & cuicunq; generi terrę naſcentium aſtiteris, euidentē cōditoris memoriā cōſerues, ac

Cap.40. capias de ipſo admonitionē. Primùm quidē igitur quū uideris herbā fœni & florē, ad meditationē uenias de humana natura, in memoriā reuocās imaginē ſapiētis Eſaiæ. Quod omnis caro ut fœnū, & omnis gloria hominis uelut flos fœni. Breuitas.n. uitę, &

in modico

in modico tẽpore gaudium, ac hilaritas humanæ proſperitatis aptiſſimã apud prophetam imaginẽ adepta eſt. Hodie floridus corpore, carnulentus præ delicijs, florulentum habens colorẽ, præ ætatis uigore ualidus, & concitatus, & præ impetu non conſiſtens & intolerabilis: cras idem hic miſerabilis, aut tempore marcidus, aut morbo diſſolutus. Ille conſpicuus in diuitiarũ opulentia, & multitudo circa ipſum adulatorũ, ſatellitiũ amicorum fictorũ gratiam ipſius uenantiũ multitudo cognationis eiusq; fictæ, grex innumerus inſequentiũ, partim cibi gratia, partim ob alias cauſas ad ipſum accurrentium ipſiq; aſsidentiũ, quos & progreſſus & reuerſus ſecum trahens, inuidiam ſibi occurrentium parit. Adde ad diuitias etiam politicam aliquam poteſtatẽ, aut etiam ex regib. honores, aut gentium gubernationẽ, aut exercituũ imperium, præconẽ magna uoce ante ipſum intonantẽ, feruligeros hinc & hinc grauiſsimam percuſſionẽ ſubditis incutientes, plagas, bonorum publicationes, abductiones, uincula, ex quibus intolerabilis apud ſubditos coaceruatur timor. Et quid poſtea? Vna nox, aut una febris, aut pleuritis, aut peripneumonia (coſtarum & pulmonis hę ſunt inflammationes) hominẽ nõ rapi ex hominibus poſſe putatũ, aufert, omnẽ ſcenam circa ipſum derepentè denudans, & maieſtas illa uelut inſomnium redarguta euaneſcit. Quare humanæ gloriæ ſimilitudo, ad debiliſſimũ florem, à propheta appoſita eſt ac collata. Germinet terra herbã fœni, ſeminans ſemẽ ſecundũ genus & ſecundũ ſimilitudinẽ. Ordo terræ naſcentiũ adhuc etiã nunc teſtimoniũ præbet primæ cõſtrictioni. Germinatio enim præcedit omnẽ herbã. Siue enĩ à radice exit ex inferna prominentia, uelut crocus & gramẽ, ſurſum germen emittere oportet, & foras ꝓminere. Siue à ſemine, etiã ſic neceſſe eſt primũ germinationem, deinde herbam fieri: deinde fœnum uireſcens, deinde ſemen in arida iam ac craſſa ſtipula creſcens. Germinet terra herbam fœni. Quum in terram inciderit ſemen, quæ moderatam humiditatem ac caliditatẽ habet, laxum redditur, & multos meatus acquirit. & de adiacente terra decerpens familiaria, & naturæ ſuæ conuenientia ad ſe trahit. Tenuiſſimæ autem terræ particulæ meatibus illabentes ac ſe inſerentes, molem ipſius amplius dilatant, ut deorſum quidẽ radices agat, ſurſum uerò promineat, ſtipulis parinumero ad radices ſurſum prolatis. Caleſcente autẽ ſemper germine, attracta per radices humiditas, per caloris attractionẽ moderatũ de terra alimentum ſimul adducit: atq; hoc in ſtipulam, & corticem, & ualuulas frumenti, & in ipſum adeò frumentum ac glumam diſpartitur. & ſic paulatim incremento contingente, ſingula è terra naſcentia ad iuſtam ac propriam menſurã perueniunt: ſiue frumentacei, ſiue leguminũ, ſiue oleracei, ſiue ſarmenticij generis exiſtant. Vnicũ fœnũ & unica herba, mentem tuam totã ad ſpeculationẽ artis quæ ipſa produxit, applicare, & excitare poteſt. Quomodo geniculis frumenti ſtipula cingitur, quo uelut ligamenta quædam, ſpicarum onus facilè ferãt, quum fructibus plenæ ad terrã inclinentur. Ob id auena quidẽ omnino uacua eſt, utpote nulla re caput grauata: frumentum autẽ ſiue triticum natura his ligamentis muniuit. In ualuula autẽ granum ipſum deponens, ut ne ſeminilegæ auiculæ ipſum facilè diripiant, inſuper etiam prominentia glumarum, uelut cuſpidibus, paruarum animalium noxam abigit. Quid dicam? quid tacebo? In opulentis creationis theſauris difficilis eſt inuentio rei precioſioris, & grauiſsimum eſt damnum eius amiſſæ. Germinet terra herbam fœni. Et ſtatim cum his quæ alimentum præbent ſimul prolata ſunt uenena cum frumento cicuta, cum reliquis alimentis ueratrũ, & aconitũ, & mandragora, & papaueris ſuccus. Num igitur gratiã ob utilia confiteri omittentes, accuſabimus opificem propter ea quæ uitã noſtram corrumpunt? Illud uerò non reputabimus quòd nõ omnia uentris noſtri gratia creata ſunt? Imò nobis quidẽ deſtinata alimenta ad manũ prompta ſunt, & omnibus probè nota: ſingula autẽ quę creata ſunt, propriã quandam rationẽ in creatione explent. Non enĩ quandoquidẽ tibi uenenũ eſt taurinus ſanguis, eapropter oportebat aut nõ produci animal, aut exangue eſſe, cuius robore ad tot res uita noſtra opus habet: ſed tibi quidẽ ſufficiens eſt ratio cohabitans ad cauendũ à rebus pernicioſis. Nũquid enĩ ouiculæ & capræ ſciunt uitare ea quæ uitã ipſarũ affligãt, ſolo ſenſu id quod nociuum eſt diſcernentes: tibi uerò cui & ratio adeſt, & ars medica quod utile eſt ſuggerẽs, & eorũ qui præſumpſerunt experimentũ, de nociuorum fuga admonens, difficile eſt, dic mihi, uenena uitare? Eſt autem horũ nihil ocioſe, nihil inu-

tiliter

tiliter generatũ. Aut enim alicui brutorũ generi alimentum exhibent, aut etiam nobis ipſis à medica arte in aliquorũ malorũ ſolatium inuēta ſunt. Etenim cicuta ſturni ueſcũtur, propter corporis ſtructuram, detrimentum ex ueneno effugientes. Quum enim tenues habeant à corde meatus, deglutitam concoquunt, priuſquã frigiditas ipſius principales partes cõtingat. Veratrum aũt coturnicum alimẽtum eſt, per temperamenti proprietatem noxam effugientium. Sunt autem & hæc ipſa pro temporis occaſione nobis utilia. Per mandragorã enim medici ſomnum inducunt, opio autem ſiue papaueris ſucco uehementes corporum dolores ſopiunt. Iam uerò quidam etiam cicuta rabioſam appetentiam obtuderunt, & ueratro multos inueteratos affectus expugnauerunt. Quare quam habere te putabas contra conditorẽ accuſationem, ea tibi in additamentũ gratiarũ actionis acceſsit. Germinet terra herbam fœni. Quantum ſpontaneum alimentum in his dicit, & in radicibus, & in ipſa herba, & in ipſis etiam fructibus? Quantum uerò & id quod ex induſtria & agricultura nobis accedit? Non ſtatim iuſsit ſemen & fructũ proferri, ſed germinare & uireſcere terram, & tũc in ſemẽ perfici, quo primum illud præceptũ naturæ uelut documentum fiat, ad eam quæ deinceps eſt conſequentiam. Quomodo igitur, inquiunt, terra ſecundum genus profert ſemina, quum ſępe frumento in agrũ proiecto, hoc ipſum nigrum triticum colligamus? Imò hoc nõ eſt ad aliud genus tranſmutatio, ſed uelut morbus quidam & ęgritudo ſeminis. Non enim frumentum eſſe deſijt, ſed nigrefactum eſt per adultionem, uelut etiã ex ipſa appellatione diſcere licet. exceſſu enim frigoris exuſtum, ad alium colorem ac ſaporem tranſijt: & tamẽ etiam rurſus ad priſtinam ſpeciem redire dicitur, ubi aptam terrã ac tẽ
Mat.13. peratum aerem fuerit adeptum. Quare nihil præter præceptum in terræ naſcentib. fieri cõperias. At uerò loliũ & reliqua ſpuria ſemina, quę alimentũ prębentibus immixta ſunt, quę Zizania ſcriptura appellare ſolet, nõ ex frumẽti tranſmutatione fiunt, ſed ex proprio principio ſubſiſtunt, propriumq́ genus habent. Atq; hæc ſanè imaginem habent eorũ qui doctrinas Domini illegitimè adulterãt, & non genuino more ſermonẽ edocti ſunt, ſed ex praui ſpiritus doctrina corrupti: permiſcent aũt ſeipſos ſano eccleſiæ corpori, quo ex obſcuro, malum de ſeipſis ſimplicioribus. affricent. Iã uerò Dominus etiam perfectionem eorum qui in ipſum crediderunt, ſeminũ incremento aſsimilat dicens: Quod quum homo proiecerit ſemen in terrã, & dormit & reſurgit, noctẽ & diẽ, & ſemen ſuſcitatur ac producitur, quod nõ nouit ipſe. Sua ſponte eñ terra fructũ pro-
Mar.4. fert, primùm fœnum ſiue herbã, deinde ſpicã, deinde plenũ frumẽtum in ſpica. Germinet terra herbam. Et in minimo tẽporis momento à germinatione exorſa terra, quo leges cõditoris ſeruaret, omnẽ incrementi ſpeciem pergreſſa, ſtatim ad perfectionẽ germina produxit. & prata quidem erant profunda ob luculentũ fœni prouentũ. Cãpi autem frugiferi ſegetibus horrentes, pelagi undoſi imaginem in ſpicarum motu cõ ſeruarunt. Omnis autem herba omneq́ oleraceum genus, & quicquid ſarmentitium eſt, & quęcunq; leguminum genera, omni ubertate tunc ſupra terram eminebant. Neque eñ infelix ſucceſſus in his quæ tunc producta erant extimeſcendus erat, neq; ex agricolarum inexperientia, neq; ex aeris intemperie, neq; ex alia quapiam cauſa quæ producta lędere poſſet. Nec uerò condemnatio ubertatẽ terræ impediebat. Antiquiora eñ hæc ſunt peccato, ob quod in ſudore uultus noſtri comedere panẽ damnati ſumus. Sed & lignum fructiferũ, inquit, faciens fructũ, cuius ſemẽ ipſius in ipſo ſecundũ genus & ſecundum ſimilitudinẽ ſuper terram. In hoc uerbo omnes ſyluę dẽſæ factæ ſunt, omnes arbores emerſerũt, quęq; in longiſsimã altitudinem exurgere ſolent, abietes & cedri & cupreſsi & piceæ: itemq; humiles. Omnes autẽ frutices ſtatim erant comati ac denſi. Et plantæ coronamentarij generis, & roſeta & myrti & lauri, omnia in uno tẽporis momẽto prius non exiſtentia, ſuper terram ad eſſe prodierunt: ſingula cũ familiari proprietate, manifeſtiſsimis differentijs ab his quę diuerſi ſunt generis diſcreta, ſingulaq; proprio charactere cognobilia. Pręterq; quòd roſa tũc ſine ſpina erat, poſtea uerò ad floris pulchritudinẽ ſpina adiuncta eſt, quo ad fruitionis iucunditatem in propinquo appoſitum habeamus mœrorẽ, memores peccati, ob quod ſpinas & tribulos nobis proferre terra dãnata eſt. Atqui, inquiunt, imperatũ eſt terrę proferre lignũ fructiferũ, faciens fructũ ſuper terrã. Multas aũt arbores uidemus neq; fructus neque
ſemina

ſemina habẽtes. Quid igitur dicemus? Quòd præſtãtiores natura primariã mentionẽ adeptæ ſunt. Deinde quòd exactè cõtemplanti etiã omnes apparebũt, aut ſemine præditæ, aut æquiualentia ſeminib. habẽtes. Populi enim nigræ & ſalices & ulmi & populi albę, & quęcũque eiuſmodi, fructũ quidem nullum in conſpicuo ferre uidentur: ſingulas autem has ſemen habere, ſi quis diligenter expenderit inueniet. Subiectũ enim folio granum, quod quidã in nominibus effingendis occupati, miſchon Gręcè uocãt, ſeminis uim habet. Quæcunq; autem à ramorum ſurculis naſci ſolẽt, ferè inde radices emittunt. Fortaſsis autem ſeminis rationẽ habent etiam propagines radicũ, quas plantatores auellentes genus inde augent. Prius tamen quemadmodũ diximus, hæ mẽtione dignæ iudicatę ſunt, quæ uitã noſtrã magis conſeruãt, & quę proprijs fructibus hominem excipientes, luculentum uictum ipſi præbiturę erant. Vitis quidem uinũ generans, quod cor hominis lætificaturum erat: olea uerò fructum exhibens exhilarare potentem per oleum ipſam faciem. Quot concurrerunt in idem urgenter & compendio à natura producta? Radix uitis, ſarmenta in circulo uirẽtia & magna ſuper terrã diffuſa, germen, pãpini, uua acerba, botrus. Sufficit uitis ipſa uiſu tuo diligẽter cõſpecta, ut te de natura admoneat. Meminiſti eñ ſcilicet imaginis Domini, q uitem ſeipſum appellat, & patrẽ agricolã, & ſingulos nos per fidem eccleſiæ implãtatos ſarmẽta ac palmites appellauit. Et prouocat nos ad fertilitatẽ, ut ne ob inutilitatẽ damnati in ignem mittamur. Et nõ ceſſat ubiq; animas hominũ uitibus aſsimilare. Vinea enim facta eſt dilecto, inquit, in apice in loco pingui. Et, Vineã plantaui, & circundedi ſepem. Humanas nimirum animas uineã dicit, quibus ſepem circundedit munimẽtum ex præceptis, & cuſtodiã angelorũ. Adeſt eñ & immittet ſe angelus Domini in circuitu timentium ipſum. Deinde etiã uelut perticas nobis affixit poſitos in eccleſia, primũ Apoſtolos, deinde prophetas, tertio loco doctores. Et antiquorũ ac beatorũ exemplis, meditationes noſtras in altũ euehens, non dimiſit ipſas humi proſtratas & conculcatu dignas. Vult autẽ nos uelut pampinis quibuſdã circumuolutis, dilectionis amplexibus propinquos complecti, & in ipſis requieſcere, quo ſemper ſurſum uerſus impetum habentes, uelut uites arbores ſcãdentes, altiſsimis apicibus noſipſos adæquemus. Exigit inſuper à nobis ut ſuſtineamus dum defodimur. defoditur autem terra ab anima in depoſitione curarũ mundi, quę oneri ſunt cordibus noſtris. Quare qui carneã dilectionem deponit, & amorem erga pecunias, aut erga miſerã hanc gloriolã affectionẽ, cõſpuendã & contemptibilem ducit, uelut defoſſus eſt & reſpirauit, depoſito inani onere terrenæ elationis ac ſapientiæ. Oportet autẽ iuxta prouerbij rationẽ, neq; in multæ materię effuſionem eluxuriari & uelut inſanire: hoc eſt, non ad oſtentationem in uitæ huius republica uerſari, neq; apud externos laudẽ uenari, ſed fructuoſum eſſe, & uero agricolæ oſtentationẽ operũ reponere. Tu uerò uelut olea fructuoſa in domo Dei ſis, & nunq̃ ſpe denuderis, ſed ſemper florentem habens circa teipſum ſalutẽ per fidẽ. ſic eñ perpetuã uiriditatem huius plantæ imitaberis. Sed & ferilitatem ipſius æmulaberis, ſi largã eleemoſynã ac miſericordiã in omni tempore exhibueris. Cæterũ redeamus ad perſcrutationẽ artificialium conſtructionum, quot tunc genera plantarum emerſerunt, alia fructuoſa, alia infrugifera & ædificijs commoda: alia ad naues fabricandas apta, alia ad exurendũ deſtinata? In his rurſus, uaria quidem eſt in unaquaq; arbore partium ipſius conſtructio, difficilis autẽ inuentio proprietatis uniuſcuiuſq;, & ſpeculatio differentiæ ad ſingula diuerſi generis. Quomodo aliæ quidem ex ipſis in profundum radices agunt, aliæ eaſdem in ſummo habent. & aliæ quidẽ in directũ naſcuntur, & unum ſtipitẽ habent: aliæ uerò humirepæ ſunt, & ſtatim à radice in multos exortus ac ramos diuiſæ. Quomodo quarũ rami prolixi ſunt, & multũ in aerem extenti, harum etiã radices profundæ & plurimũ per circuitũ diſperſæ ſunt, uelut fundamẽta quędam ſupponente natura, proportione reſpondentia grauitati eorũ quæ ſupernè ſunt. Quot corticũ differentiæ: aliæ eñ plantæ leuem corticẽ habent, aliæ aridũ: & aliæ unicum corticem habent, aliæ multiplicem. Quod uerò mirandũ eſt, etiã humanæ iuuentutis ac ſenectutis accidentia in ipſis plantis reperias. Nouellis eñ ac uiridibus cortex extentus eſt, ſeneſcentib. uerò uelut rugatur & exaſperatur. Et aliæ inciſæ adhuc germinãt, aliæ uerò citra ſucceſsionẽ ac propagationẽ manent, uelut mortem quandam,

Ioan. 15.
Eſa. 5.
Mat. 21.
Eph. 4.

cæſurã perpeſſę. Iam uerò quidã obſeruarũt exciſas etiã ut exuſtas pinus, in querceta ac ſyluas tranſiuiſſe. Quædã autem naturalia uitia agricolarũ diligentia curata eſſe nouimus, uelut malos punicas acidas, & amygdalas amariores: quæ quum perforato ad radicem trunco, cuneum piceum pinguem per mediã medullã adactum ſuſceperint, tunc ſucci malignitatẽ in utilitatẽ tranſmutãt. Nemo igitur in uitijs degens de ſeipſo deſperet, gnarus quòd agricultura quidẽ plantarũ qualitates tranſmutat: curatio autem animæ & cultura ſecundum uirtutẽ, potens eſt omnigenas infirmitates exuperare. At uerò differẽtia fructuoſarũ plantarũ circa fructus generationẽ, tanta eſt, ut neq; uerbis eam explicare quis poſsit. Nõ enim ſolùm in diuerſis genere fructuũ differentiæ ſunt, ſed etiã in eadem ſpecie arboris multa diuerſitas eſt, ubi ſanè alia nota fructus maſculæ arboris, alia fœminæ, à plantarũ curatorib. diſcreta eſt, qui certè & palmas in mares ac fœminas diſtingũt. & uideas utiq; aliquãdo eam quę ab ipſis fœmina appellatur demittentem ramos, uelut libidine concitatã, & amplexũ maris appetentẽ. uideas autem & curatores plantarũ ramis ipſarũ uelut ſemina quędã maſcularũ inijcere, quos culices appellant, atq; ſic uelut in ſenſu fruitionis ac uoluptatis illã conſtitui, ac rurſus erigere ramos, & arboris comã ad propriã figurã redire. Eadẽ hæc & de ficis produt.
Vnde aliqui ſylueſtres ficos ad domeſticas applantãt, aliqui groſſos fructuoſis ac domeſticis ficis alligantes, infirmitati ipſarum medenť, diffluentem iam ac diſperſum fructum per groſſos caprifici continentes. Quale hoc eſt tibi à natura ænigma? Quòd oportet nos ſæpe etiã ab alienis à fide, impetum ac firmitatem quandã aſſumere, ad bonorum operum perpetrationẽ. Si enim uideris aliquẽ qui eſt in uita gentili, aut à quadam ſecta peruerſa ab eccleſia diſſectus, uitæ modeſtę & reliquę moralis diſplinę ſtudioſum eſſe, amplius ſedulitatẽ tuam intende, ut ſimilis fias fructuoſæ fico, quæ ex ſylueſtrium pręſentia uires colligit, & defluuium quidem cohibet, fructus uerò diligentius enutrit. Tales quidẽ igitur differentię plantarum ſunt circa generationis modum, ut pauciſsima de plurimis dicã. Ipſorum autem fructuũ quis recẽſere poſsit uarietatẽ, figuras, colores, ſaporum proprietatẽ, & à ſingulis utilitatẽ? Quomodo quidã nudi coquuntur à ſole, quidã uerò in teſtis occultati complentur? Et aliquarũ quidẽ tener eſt fructus, craſſum uerò folij tegumentũ uelut in fico. Aliquarum uerò fructus denſiores ſunt, exilis autem foliorum prætextus, ut in nucis arbore? Quia illi propter debilitatẽ ampliori auxilio indigebant: his uerò nociuus erat craſsior pretextus, propter umbrã ex ipſo. Quomodo diffiſſum eſt uitis folium, quo & aduerſus aeris detrimenta botrus reſiſtat, & radiũ ſolis per raritatem largè ſuſcipiat. nihil ſine cauſa, nihil ſpontaneũ, omnia quandã arcanam & ineffabilem ſapientiã habẽt. Quis ſermone aſſequi poſsit? quomodo humana mens omnia exactè percenſeat, ut & proprietates conſpiciat, & differentias ſingulatim manifeſtè diſcernat, & cauſas occultas citra omnem defectum proferat? Vna aqua per radicem attracta, aliter nutrit radicem ipſam, aliter trunci corticẽ aliter lignum, aliter medullã. Eadem & foliũ fit, & in uirgulta ac ramos diffinditur, & fructib. exhibet incrementũ, & lachryma plantæ ac ſuccus ex eadem cauſa prouenit. quibus omnib. quanta ſit inter ſe differentia nullus ſermo explicare poſsit. Alia enim eſt lentiſci lachryma, & alius balſami ſuccus, & ferulæ quædã in Aegypto ac Libya, aliud ſuccorum genus elachrymantur. Ferunt etiã electrum ſiue ſuccinum, plãtarum ſuccum eſſe in lapidis naturam concretum. Teſtimonium autem huic ſermoni prębent feſtucæ, & minutiſsima animalcula in ipſo apparentia, quæ tenero ac molli exiſtente ſucco apprehenſa, detinẽtur concluſa. Et in ſumma, qui non experimento edoctus eſt ſuccorum iuxta qualitates differentiã, is nullam orationem inueniet quæ actionem ac efficaciã ipſorũ explicet. Quomodo rurſus ab eadẽ humiditate in uite quidem uinũ cõſiſtit, in olea autem oleum? Et nõ ſolũ hoc mirabile eſt, quomodo illic quidem humor edulcatus eſt, hic uerò pinguis euaſit: ſed quod etiã in dulcibus fructib. ineffabilis eſt uarietas qualitatis. Alia eſt enim in uite dulcedo, & alia rurſus in malo, & fico, ac palma. Quin adhuc amplius uolo te circa hæc expendenda occupatũ eſſe. Quomodo eadem aqua nunc leuis eſt ad ſenſum, quũ in quibuſdã plantis fuerit edulcata: nunc uerò guſtum offendit, quũ per alias plantas inducta exacuerit. Et rurſus in extremã amaritudinem mutata ſenſum exaſperat, quum in abſinthio aut ſcammonia fuerit. Et in glan-

dibus

dibus quidem aut corni fructu, ad adſtringentem auſterã qualitatẽ tranſit, in terebinthis autem & nucib. ad tenerã & oleoſam naturã tranſmutatur. Et quid opus eſt procul diſsita proferre, quum etiam in eadem fico ad contrariſsimas tranſeat qualitates? Amariſsima enim eſt in ſucco, dulciſsima uerò in ipſo fructu. Et in uite, adſtringentiſsima quidem eſt in flagellis ac ramis, dulciſsima uerò in botris. Porrò differentiæ iuxta colores quot ſunt? Videas enim in prato eandem aquã in hoc quidem flore rubeſcentem, & in alio purpuream, & in hoc cæruleã, & in alio albam. Et rurſus ampliorẽ hac in coloribus uarietate, circa odores differentiã exhibentem. Sed enim uideo mihi ſermonem propter ſpeculationis inſatiabilitatem, in immenſum excreſcere, quem niſi ligatum ad neceſsitatem creationis abduxero, deficiet me dies in proferendo uobis ex minutiſsimis maximam conditoris ſapientiam. Germinet terra lignum fructiferum faciens fructum ſuper terram.] Et ſtatim uertices montium arbores uelut comas ferebant, & horti artificioſe conſtruebantur, & fluuiorum ripæ infinitis plantarum generibus exornabantur. & partim quidem ad humanæ menſæ ornatum ordinabantur, partim uerò pecoribus alimentum præparabant, ex folijs, ex fructibus. Alia uerò utilitatẽ ex medicina nobis largiebantur, ſuccos, liquores, lachrymas, feſtucas, cortices, fructũ. Et ut ſemel dicã, quæcunq; nobis longa experientia inuenit, ex particularib. fortuitis occaſionib. id quod utile eſt colligens, ea acuta conditoris prouidentia à principio ꝓſpiciens, ad generationem produxit. Tu uerò quum uideris hortenſia, ſylueſtria, aquatica, terreſtria, florigera, aut non florentia, in paruo magnũ agnoſcẽs, ſemper adde aliquid miraculo, & auge mihi dilectionem conditoris. Expende quomodo alia quidem perpetuò uirentia fecit, alia uerò nuda, & ex perpetuò uirentibus alia folium amittentia, alia perpetuò retinentia. Amittit enĩ folia & olea & pinus, etiamſi latenter folia ſub alternent, ut nunq; uideantur coma denudari. Perpetuò autẽ foliũ retinet palma, eodẽ folio ex prima germinatione in finẽ uſq; permanẽs. Deinde etiam illud cõſidera, quo modo myrica uelut geminæ uitæ eſt, & inter aquatica connumerata, & iuxta ſolitudines abundãs. Quapropter etiam Hieremias meritò maligniores & in utranq; partem ambigentes mores, huic arbori aſsimilat. Germinet terra. Paruum hoc præceptum, ſtatim magna natura & ſermo artificioſus erat, citius cogitatiõe noſtra innumerabiles naſcentiũ proprietates perficiens. Illud adhuc etiam nunc præceptum terræ exiſtens, urget ipſam iuxta ſingulorũ annorũ circuitũ, ut exerat uim ſuam quantum eius habet, ad herbarum & ſeminum ac arborum generationẽ. Quemadmodũ enim turbo ex prima plaga ipſi inculſa, omnes deinceps circuitiones facit, quũ fixo aculeo in ſeipſo circumfertur: ſic etiam naturę cõſequentia ex primo præcepto initio ſuſcepto, ad omne conſequenter procedit tempus, donec ad cõmunem conſummationẽ uniuerſi peruenerit. ad quam etiam nos fructuoſi & pleni bonorũ operũ feſtinemus, quo plantati in domo Domini, in atrijs Dei noſtri effloreſcamus, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

Cap. 17 & 18.

HOMILIA VI. DE GENERATIONE LVMINARIVM.

ATHLETARVM ſpectatorem etiã ipſum impetu ac cõcitatione quadam participare oportet. & hoc ex panegyricis ſtatutis uidere licet, quæ cõſidentes in ſtadio, nudo capite deſidere debere ſanciunt, meo iudicio, ut nõ ſolum ſpectator decertantiũ, ſed etiã certator unuſquiſq; in parte aliqua exiſtat. Sic ſanè etiam magnorum & immenſorum ſpectaculorum æſtimatorem, & inenarrabilis ſapientię auditorẽ, cõueniebat de domo uenientem habere impetus quoſdam ad propoſitorũ ſpeculationẽ, & pro uiribus certaminis ſodalẽ mihi eſſe, & auxiliarium potius q̃ iudicẽ adſtare, ne ueritatis inuentio alicubi nos fallat, & meus error cõmune audientiũ damnũ fiat. Ad quid igitur hæc dico? Quia, quoniã propoſitũ eſt nobis expendere mundi conſtitutionẽ, & ſpeculatio uniuerſi nobis inſtat, nõ ex mundi ſapiẽtia principia habens, ſed ex his quibus Deus Moſen ſeruum ſuum erudiuit, in ſpecie loquutus ad ipſum, & non per ænigmata: neceſſarium eſt omnino, eos qui magnarum rerum ſpectacula amant, non habere animũ inexercitatũ ad rerum nobis propoſitarum intellectũ. Si igiť aliquando in nocturna ſerenitate, ad ineffabilẽ aſtrorum pulchritudinem intentis oculis, de uniuerſorum opifice cogitaſti, Quis eſt qui his flo-

ribus cœlū uariegauit, & quomodo in rebus uiſibilibus maior eſt neceſsitas ꝙ uoluptas. Rurſus in die, ſi ſobria ratiocinatione didiciſti diei miracula, & per uiſibilia de nō uiſibili ratiocinatus es: præparatus uenis auditor, & decorum ſupplemētum uenerandi huius ac beati theatri. Age igiť, quemadmodū qui ignotos in urbibus manu apprehenſos circunducūt, ſic ſanè etiam ego ad occulta magnę huius ciuitatis miracula uos uelut peregrinos ducā In hac ciuitate, in qua antiqua patria noſtra, ex qua expulit nos homicida dæmon, qui ſuis inescationib. hominē in ſeruitutē adegit. Hic uidebis primam hominis generationē, & eam quæ nos ſtatim apprehendit mortē, quā generauit peccatū, primogenitus partus principis & autoris maliciei dæmonis: & cognoſces teipſum terreū quidē natura, opus autē manuū diuinarū, & potentia quidē longè brutis inferiorem, principē autem electū ac deſignatū brutorū & inanimatorū, cōſtructionibus quidē ex natura imminutū, uerùm rationis opulentia ad cœlū ipſum eleuari potētem. Si hæc didicerimus, noſipſos agnoſcemus, Deū cognoſcemus, cōditorem adorabimus, hero ſeruiemus, patrem glorificabimus, nutriciū noſtrū diligemus, benefactorem reuerebimur, principē uitæ noſtrę & præſentis & futuræ adorare nō deſinemus, eum qui per has quas iam nobis tribuit diuitias, etiā promiſſorū nobis fidem facit, & experimento præſentiū, ea quę ſperamus cōfirmat. Si enim temporalia talia ſunt, qualia cēſenda ſunt æterna? & ſi uiſibilia adeò pulchra ſunt, qualia inuiſibilia erūt? Si cœli magnitudo humanæ intelligentiæ menſurā excedit, quis nam ſempiternorum naturā inueſtigare poterit? Si qui corruptioni ſubiacet ſol adeò pulcher eſt, adeoꝗ magnus, uelox ad motum, & ordinatos circuitus faciens, cōmoderatam ac congruentē habēs menſuram ad uniuerſū, ut nō excedat proportionem ad totum, pulchritudine autē naturæ uelut oculus quidam pellucidus decorans creationē, ſi inſatiabilis eſt huius aſpectus: quali putas pulchritudine præditus eſt iuſticiæ ſol? Si cæco pœna eſt hunc nō uidere, qualis pœna eſt peccatori uera luce priuatum eſſe? Et dixit Deus, Fiant luminaria in firmamēto cœli, ut luceant ſuper terrā, & ſeparent ſeorſim mediū diei, & ſeorſim medium noctis] Cœlū anticipauerat, itemꝗ terra. poſt hæc lux creata fuerat, dies & nox diſcreta fuerant. rurſus firmamentum factum fuerat, & aridæ manifeſtatio. Aqua cōgregata fuerat in ſtabilem ac definitā congregationem. Terra repleta erat proprijs fœtibus ac germinibus, & innumeris herbarum generibus productis, & omnigenis plantarum ſpeciebus redundans. Sol autem & luna nondū erāt: quo neꝗ lucis principem & patrē ſolem nominarent, neꝗ eorum quæ ex terra naſcūtur opificē putarēt, hi qui Deū ignorāt. Ob id quarta iam die, & tūc dixit Deus, Fiant luminaria in firmamēto cœli. Quū de eo qui dixit edoctus fueris, ſtatim in mente tua cōiunge eum qui audiuit: Dixit Deus, fiant luminaria: Et fecit Deus duo luminaria. Quis dixit, & quis fecit? Nō intelligis in his perſonarū duplicitatē? ubiꝗ ad hiſtoriā, theologię doctrina myſticè interſperſa eſt. Et utilitas generationis luminariū appoſita eſt: ut luceāt, inquit, ſuper terram. Si lucis genaratio anticipauerat, quomodo nunc ſol rurſus ut luceat factus eſſe dicitur? Primum quidē igitur proprius dictionis modus nullum tibi riſum moueat, ſi non ſequimur receptas à uobis explanationes uerborū, neꝗ ſitus ipſorū concinnitatē approbamus. Non.n. tornatores dictionū, neꝗ probè ſonātes uoces recipimus: ſed nominū claritatē, nos ubiꝗ præferendā ducimus. Vide igitur num per uocē ut luceant, ſufficiēter declarauit quod uolebat. Lucere em̄ pro illuminare dixit. Hoc uerò nihil pugnat cū his quę de luce dixit. Tunc em̄ ipſa lucis natura producta eſt, nūc autem ſolare hoc corpus, ut primogenitæ illi luci uehiculum ſit, præparatū eſt. Quemadmodū em̄ aliud eſt ignis, & aliud lucerna: ille quidē illuminandi uim habens, hęc uerò ad collucendū indigentibus facta: ſic etiā puriſsimæ illi ac ſinceræ & incorporeæ luci, uehiculum nunc luminaria præparata ſunt. Sicut em̄ Apoſtolus dicit quoſdam luminaria in mūdo, alia uerò eſt lux mūdi uera, cuius participatione ſancti luminaria fiebāt animarum quas erudiebāt, ipſas ab ignorantiæ tenebris liberātes: ſic etiā nunc ſolem hunc poſt ſplendidiſsimam illam lucem conſtruens uniuerſorū opifex, ipſum circum mundum accendit. Et nemini ſanè incredibile uideatur id quod dictum eſt, quod aliud quid à luce eſt ſplendor, aliudꝗ rurſus ſubiectum luci corpus. Primū quidem ex eo quòd omnia cōpoſita ſic apud nos diuidantur, in ſuſceptricem nimirum ſubſtantiam,

Phil. 2.

& in

& in accedentē ipſi qualitatē. Quemadmodū igitur aliud quid eſt natura albedo, aliud inalbatum corpus: ſic etiā nunc relata diuerſa exiſtentia, unita ſunt potētia cōditoris. Et ne dixeris mihi, impoſsibile eſſe hæc inter ſe diuidere. Neq; em̄ ego diuiſionē lucis à ſolari corpore, mihi & tibi poſsibilē eſſe dico. Sed quòd quæ nobis cogitatione ſepa rabilia ſunt, ea etiā ipſa actiōe à naturæ ipſorū opifice diſparari poſſunt, alioqui etiā u-rendi uim ignis, à ſplendore ſeparare, tibi impoſsibile eſt. Verùm Deus admirabili ſpe ctaculo ſeruum ſuum excitare uolens, ignem rubo impoſuit ſolo ſplendore efficacē, urendi autē uim ocioſam habentē. Velut etiam Pſalmographus teſtatur dicens: Vox Pſal. 28.
Domini diſſecantis flammā ignis. Vnde etiā in retributionibus prout nos uiximus, ſer mo quidā arcanus nos erudit, quòd diuidetur ignis natura, & lux quidē in fruitionem iuſtis, potentia autem urendi puniendis deſtinabit̄. Poſtea uerò etiam ex lunæ affectio nibus poſsibile eſt nos confirmationem quæſitorū inuenire. Deſinēs em̄ & decreſcēs, non toto ſui corpore conſumitur, ſed circumſitam lucē deponens, & rurſus aſſumens, imminutionis & augumenti imagines nobis exhibet. Quod autem non ipſum eius de ſinentis corpus conſumat̄, ea quæ uidentur, euidens teſtimonium præbent. Licet em̄ tibi & in puro aere, omniq; nebula remota, quū maximè falcatam figurā habet, obſer-uare ac inſpicere obſcuritatē ipſius luce non illuminatam, à tanta curuatura circūſcri-bi, quanta in plenilunijs totam ipſam explet, ut clarè abſolutus circulus conſpiciatur, uiſu noſtro umbroſum & aereum ſinum illuminatæ parti conferente. Et ne mihi dixe-ris inducticiā lunæ lucē eſſe, propterea quòd imminuitur ad ſolem accedens, augetur autem rurſus diſcedens. Neq; em̄ illud in pręſenti expendere nobis propoſitū eſt. Sed quod aliud eſt ipſius corpus, aliud quod illuminat. Tale quid etiā mihi in ſole conſide rato. Prǽterq; quòd hic ſemel acceptam lucē ſibijpſi contēperatam habens, nō depo-nit: illa uerò aſsiduè uelut exuens & rurſus induens lucē, per ſeipſam etiā ea quæ de ſo le dicta ſunt confirmat. Hi itaq; ordinati ſunt, ut ſeparēt ſeorſim mediū diei, & ſeorſim medium noctis. Etenim ſuprà ſeparauit Deus ſeorſim mediū lucis, & ſeorſim mediū tenebrarū. Et tunc naturam ipſorū in contrarium diſparauit, ut inter ſe nullā mixturā habeant, & luci ad tenebras nulla ſocietas ſit. Quod enim eſt in die umbra, hoc puta-re oportet in noctē eſſe tenebrarum naturā. Vmbra em̄ ſplendore quodam illuceſcen-te, oppoſitè ad lucem à corporib. excidit, & mane quidem ad occaſus extenta eſt, ue-ſperi uerò ad exortū declinat, in meridie ſeptentrionalis fit. Et nox in cōtrarium radijs cedit, nihil aliud exiſtens iuxta naturam q̄ terræ umbra. Quemadmodum enim in die umbra ad id quod ſplendorem obſtruit cōſiſtit, ſic nox obumbrato aere circum terrā conſiſtere ſolet. Hoc igitur eſt id quod dictū eſt, quod ſeparauit Deus ſeorſim mediū lucis, & ſeorſim mediū tenebrarū: Quandoquidē tenebræ lucis incurſus effugiunt, na turali alteratione ipſis inter ſe mutua, in primo opificio conſtituta. Nunc autem ſolem impoſuit menſuris diei, & lunam quum ad proprium circulum abſoluta eſt, principē fecit noctis. Ferè em̄ tunc ex diametro luminaria inter ſe oppoſita ſunt. Exoriente em̄ ſole in plenilunijs, luna ad obſcuritatem defertur: occidente autem rurſus ſole, hæc ip ſa ſæpe ab oriente emergit. Si uerò iuxta alias figuras lunare lumen nō ſimul cum no-cte abſoluitur, nihil ad propoſitum ſermonem. Veruntamē quum in ſe perfectiſsima eſt, principatum quidē obtinet noctis, proprio lumine ac ſplendore aſtra ſuperans, & terram illuſtrans. Ex æquo autem ad ſolem temporis menſuras partitur. Et ſint in ſi-gna, & in tempora, & in dies, & in annos.] Neceſſariè ſunt ad humanam uitam lumina rium notæ ac ſignificationes. Si em̄ quis non ultra modū ſigna ex ipſis curioſius inqui rat, utiles ipſorū obſeruatiōes ex longa experientia cōperiet. Multa em̄ de pluuijs di-ſcere licet, multaq; de ſiccitatib. & uentorū motu, aut particulariū aut uniuerſaliū, uio-lentorū aut remiſſorū. Vnū enim quoddā ex his quę à ſole oſtendunt̄, etiā Dominus nobis tradidit, quum inquit, Quòd tempeſtas erit, triſtatur em̄ rutilans cœlū. Quū em̄ Mat. 16.
per nebulā ſolis latio cōtingit, obſcurantur quidem radij, prunarū autem ſpecie, & co-lore ſubcruentus ipſe conſpicitur, craſsitudine aeris talem imaginationem oculis no-ſtris inducēte: non diffuſus autē à radio, denſatus tunc & cōpactus aer, manifeſtus fit quòd ꝓpter influxionē uaporū ex terra ſuperari nō poſsit, ſed ob humoris redundan tiam tempeſtatē inducturus ſit regionib. circa quas congregat̄. Similiter aūt quū luna

circumſtagnatur, & areæ ſolem circumſcribunt, aut aquæ aereæ multitudinẽ. aut uio
lentũ uentorũ motũ ſignificant. Aut quum ſoles aduerſi gemini uel plures, anthelios
Græci uocãt, unà cũ ſolis latione circũcurrunt, accidentium quorundã aeriorũ ſigna ſi
unt. Quemadmodũ etiã uirgæ colore iridis in directũ in nubibus apparẽtes, hymbres
aut tẽpeſtates ingentes aut omnino plurimã aeris tranſmutationẽ indicant. Multas e-
tiam ſignificationes circa lunã augeſcentẽ aut decreſcentẽ obſeruauerũt hi qui his re-
bus intẽti ſunt. ut aer circa terrã neceſſariò unà cũ figuris ipſius permutetur. Etenim te
nuis exiſtens circa tertiã diem ac pura, ſtabilẽ ſerenitatẽ annunciat: craſſa aũt apicibus
& ſubrubra apparẽs, aut aquam copioſam à nubibus, aut auſtri motũ uiolentũ minat̃.
Quantã aũt utilitatẽ uitæ præbeat ſignificatio ex his quis ignorat? Expedit enĩ nautæ
intra portus nauẽ cõtinere, ubi pericula ex uentis proſpexit. Expedit iter facienti pro-
cul declinare detrimentũ, ex triſticia aeris mutationẽ expectãti. Agricolæ aũt qui cir-
ca ſemina & plantarũ curas occupati ſunt, omnes inde inueniũt operarũ opportunita-
tes. Quin & diſſolutionis uniuerſorũ ſigna, in ſole & luna ac aſtris apparitura eſſe Do-
Luc.21. minus prædixit. Sol cõuertetur in ſanguinẽ, & luna nõ dabit ſplendorẽ ſuũ. Hæc ſigna
ſunt conſummationis uniuerſi. Cæterũ qui foſſam tranſiliunt, in patrociniũ artis gene-
thliacæ, de natiuitatũ ratione docentis, hunc ſermonẽ trahũt, & uitam noſtrã ad motũ
cœleſtiũ alligatã eſſe dicũt, & ob id ex aſtris fieri à Chaldæis ſignificationes eorũ quæ
nobis accidũt: & ſimplicẽ ſcripturæ ſermonẽ. Sint in ſigna: nõ de mutationib circa ae-
rem, neq; alterationib. circa tẽpora, ſed de uitarũ ſorte, ad id quod ſibijpſis uidetur ac-
cipiunt. Quid enĩ dicunt? Quòd horũ aſtrorũ quę mouenẽ implexus, ad ſtellas quę in
zodiaco ſitæ ſunt, ubi ſecundũ talem figurã inter ſe cõcurrerint, tales generationes effi
cit. Et rurſus talis habitus eorundem contrariã uitæ ſortẽ facit. De quib nõ inutile for-
taſsis fuerit maioris lucis gratia, paulo altius repetita dicere. Dicã aũt nihil meĳpſius, ꝓ
priũ, ſed ipſorũ illorũ uerbis aduerſus ipſos redarguendos utar, his quidẽ qui iam detri
mentũ inde paſsi ſunt, medelã quandã exhibiturus, reliquis uerò ſecuritatẽ ac muni-
mentũ, ut ne in ſimiles errores incidãt. Artis genethliacæ huius inuẽtores ubi didiciſ-
ſent, quod in temporis latitudine ac ſpacio multæ figuræ ipſos fugerẽt, in anguſtũ om
nino tẽporis mẽſuras cõcluſerunt. Nimirũ tanq̃ circa minimũ & breuiſsimũ tempus,
1.Cor.15. (quod Apoſtolus indiuiſibile & in momẽto ac ictu oculi dicit) maxima differentia ge
nerationis ad generationẽ exiſtat, & qui in hoc indiuiſibili tẽporis momẽto natus ſit,
rex ſit urbiũ & princeps populorũ, excellenter diues & potens: qui uerò in altero tẽpo
ris momẽto natus ſit, mendicus quiſpiã ſit & circulator, à foribus ad fores tranſiẽs quo
tidiani uictus gratia. Quapropter circulũ ſigniferũ, à ferendis animaliũ ſignis appella-
tum, in duodecim partes diuidẽtes, quãdoquidẽ per triginta dies ſol ſphæræ nõ uagæ
dictæ duodecimã partẽ pertrãſit, in triginta partes ſingulas duodecim partes direme-
runt. Deinde ſingulis partib. in ſexaginta diuiſis, ſingulas rurſus ſexageſimas ſexageſi-
es ſecuerunt. Proponẽtes igit̃ generationes eorũ qui pariunt̃, uideamus an hanc diui-
ſionis tẽporis certitudinẽ cõſeruare poterint. Simul enĩ ut natus eſt puer, obſtetrix in-
ſpicit generatũ, maſculúsne ſit aut fœmella, deinde expectat ploratũ, quod uitæ ſignũ eſt
eius qui natus eſt. Quot ſexageſimas in hoc tẽpore præterijſſe uis? deinde dic Chal-
dæo de puero nato, per quot minutiſsimas partes uis ut ponamus obſtetricis uocẽ trã
ſiſſe? cũ aliàs, tum ſi cõtigerit ut extra gynæcium cõſiſtat qui horã colligit ac exponit.
Oportet enĩ horoſcopos diſcere uolentẽ, tẽpus & horã exactè deſcribere, ſiue diurni
ſiue nocturni illi exiſtãt. Quãtus ſexageſimarũ cumulus rurſus in hoc tẽpore præterit?
Neceſſe eſt enĩ inueniri ſtellã horoſcopũ, nõ ſolum iuxta quotã duodecimã partẽ eſt,
ſed etiã iuxta quas duodecimæ partis partes, & in quota ſexageſima, in quas ſingulas
trigeſimas partes diuidi diximus: aut ut certitudo reperiat̃, in quota ſexageſima ex his
quæ à primis ſexageſimis ſubdiuiſæ ſunt. Et hãc adeò tenuẽ & incõprehenſibilẽ tẽpo-
ris inuentionẽ in ſingulis planetis facere neceſſe eſſe dicũt, ut cõperiatur qualẽ habitũ
habebãt ad nõ uagas ſtellas, & qualis figura erat ipſorũ inter ſe in generatione eius q
tũc natus eſt. Quare ſi & horã exactè aſſequi impoſsibile eſt, & breuiſsimi tẽporis alte
ratio à toto aberrare facit: ridiculi ſanè ſunt & qui circa artẽ in natura rerũ nõ exiſten-
tem tantum operæ collocãt, & qui ad ipſos ore aperto hiant, tanq̃ qui poſsint ſcire ea

quæ

quæ circa ipſos futura ſunt. Quales porrò ſunt effectus? Hic criſpo eſt capillo inquiũt, & gratioſo aſpectu. Arietis.n.horam habet. Tale aũt quodã modo uidetur eſſe animal hoc. Sed & magnanimus eſt, quãdoquidẽ aries principatũ gerit, & uolũtarius ad dandum, & rurſum prõptus ad acquirendũ: quandoquidẽ animal hoc & citra triſticiã deponit lanã, & rurſus facilè à natura ueſtitur. Sed & taurianus aiunt, patiẽs eſt laboris & ſeruilis, quoniã ſub iugũ mittitur taurus. Et Scorpianus percuſſor eſt, ꝓpter ſimilitudinem ad animal & feram ſcorpiũ. Libranus aũt iuſtus, ꝓpter librarũ apud nos æqualitatem. Quid his magis ridiculũ fieri poſsit? Aries à quo generationẽ hominis ſumis, duodecima cœli pars eſt, in quo quũ eſt ſol uerna, ſigna contingit: & libra & taurus ſimiliter, unũquodq; ex his ſignis duodecima pars eſt circuli zodiaci appellati. Quomodo igitur inde primordiales cauſas uitis hominũ eſſe dicẽs, ex pecorib. apud nos, hominũ generatorũ mores delineas? Liberalis ẽm eſt Arietinus, non quia tales mores illa cœli pars inducit, ſed quia talis naturę eſt ouicula. Quid igitur perterrefacis nos per aſtrorũ dignitatẽ, ad habendã tibi fidẽ, perſuadere aũt conaris per balatus? Si ẽm ab animalib. acceptas, cœlũ tales morũ proprietates habet, etiã ipſum alienis principatib. ſubiacet, ex pecorib. cauſas pendentes habens. Si aũt ridiculũ eſt hoc dicere, multo magis ridiculum eſt, ex his quæ nihil cõmune habẽt, conari ſermonẽ probabilẽ ac credibilẽ facere. Verùm hę quidẽ ipſorũ ſapiẽtię aranearũ telis ſimiles ſunt, in quas quũ inciderit culex, aut muſca, aut qd ſimile his imbecillũ, illaqueata detinentur: quũ uerò fortius aliquod animal appropinquarit, tũ ipſum facilè elabitur, tũ imbecillẽ texturã perrũpit ac diſsipat. At uerò nõ in his cõſiſtunt ac quieſcũt ſolis, ſed etiam eorũ quorũ electio uniuſcuiuſq; noſtrûm propria eſt, ſtudiorũ inquã, uirtutis aut uitiorũ, cauſas cœleſtib. aſsignãt. Quib. cõtradicere, aliàs quidẽ ridiculũ eſt: uerùm quia multi fraude circumuẽti detinẽtur, neceſſariũ fortaſsis eſt nõ ſilentio præterire. Primùm quidẽ igitur illud ipſos interrogabimus, An nõ unaquaq; die ſexcẽties figuræ ſtellarũ uariãtur? Quũ ẽm in ꝑpetuo motu ſint planetæ, & alij citius ſe mutuò apprehendãt, alij tardiores circuitus faciãt, in eadẽ hora ſępe & uidẽt ſe mutuò, & occultant, magnamq; uim habet in natiuitatib. aut à benefico inſpici aut à malefico, uelut ipſi dicũt: & ſæpe tempus in quo benefica ſtella teſtimoniũ præbebat nõ reperientes, iuxta unius ex minutiſsimis ignorantiã, uelut in infelicitate ac mala fortuna poſitum ipſum deſcripſerũt. Ipſorũ ẽm illorũ uerbis uti cogor. In huiuſmodi ſanè ſermonib. & multa ſtoliditas eſt & multiplex impietas. Maleficę ẽm ſtellæ prauitatis ſuæ cauſas in eum q ipſas creauit transferũt. Si ẽm ex natura ipſarum eſt prauitas, opifex ipſe mali creator erit: ſi uerò uoluntariè malæ fiunt, primùm quidẽ erunt animalia eligẽdi facultate prædita, ſolutis & per ſe potentib. impetib. utentia, quod ipſum de inanimatis emẽtiri inſaniæ ſimile eſt. Deinde quanta abſurditas eſt, malũ & bonũ non ꝓ dignitate unicuiq; diſtribuere? Sed quũ in hoc loco eſt bonã eſſe, & quia ab hac afficitur, maleficã fieri eandẽ: & ubi rurſus paululũ declinauerit à figura, ſtatim prauitatis obliuiſci. Atq; hæc quidẽ hactenus. Si uerò ſingulis temporum momentis in aliam atq; aliam figurã tranſmutãtur, in ſexcẽtis autem huiuſmodi tranſmutationib. ſæpe in die regiarũ natiuitatũ figurationes perficiũtur, cur nõ ſingulis dieb. generantur reges? aut cur omnino paternæ ſunt apud ipſos regni ſucceſsiones? Neq; uerò ſinguli reges obſeruata regia ſtellarũ figura, ad eam filij natiuitatẽ adaptãt. Quis ẽm hominũ talis rei dominus eſſe poſsit? Quomodo igitur Ozias genuit Ioathã, Ioatham Achaz, Achaz Ezechiam? & nulli ex his ſeruilẽ natiuitatis horã nanciſci cõtigit? Deinde ſi & actionum ſecundum uicia ac uirtutũ principia nõ ex nobis ſunt, ſed neceſsitates ex natiuitate, ſuperflui ſunt legiſlatores, qui nobis facienda ac fugiẽda pręſcribunt. Superflui etiam iudices, qui uirtutẽ honorant & uitia caſtigãt. Non enim fur eſt qui iniuriam facit, neq; homicida, cui neq; uolenti poſsibile erat manus cõtinere, quum effugere nõ poſsit, urgẽte ipſum ad actiones neceſsitate. Vaniſsimi autẽ omnium ſunt qui artes exercent, imò fertilitate abundabit agricola, neq; ſemina in terram deijciẽs, neq; falcem exacuens: diteſcet mercator ſiue uolet ſiue nõ, fato ipſi pecunias coaceruante. Magnæ autem Chriſtianorum ſpes nobis inaniter peribunt, ſi neq; iuſticiæ præmium eſt, neque peccatum condemnatur, propterea quòd nihil ex uoluntate ab hominibus perficitur. Vbi enim neceſsitas & fatum dominatur, ibi nullum locum habet æſtimatio

pro dignitate, quod iuſtiud cū præcipuū exiſtit. Et aduerſus illos hucuſq;. Neq; enim uos longiori ſermone opus habetis apud uos ſani exiſtētes, & tempus nō permittit ultra modum aduerſus ipſos inuehi. Itaq; ad uerba cōſequentia redeamus. Sint, inquit, in ſigna, & in tempora, & in dies, & in annos. Dictū eſt uobis de ſignis. Tempora aūt putamus ipſum dicere horarū temporis alterationes, hyemis & ueris & æſtatis & autumni: quæ ut nobis ordinatè circuitum faciāt, ordinatus luminarium motus facit. Hyems ēm fit, ſole in auſtralib. partibus diuerſante, & multā nocturnā umbrā in noſtris regionibus efficiēte, ut aer quidē circum terrā perfrigeretur, omnes autē humidæ exhalationes circa nos cōſiſtant, & imbriū ac frigorū, ingentiumq; niuiū cauſam exhibeāt. Quū uerò à meridionalib. regionib. reuerſus in medio fuerit, ut ex æquo tempus inter noctem ac diem diuidat, quanto plus in locis ſuper terram diuerſatur, tanto amplius particulariter temperiem reducit, & fit uer, omnibus plantis germinationis princeps exiſtens, & plurimas arbores reuiuiſcere faciens, terreſtribus autem animantib. itemq; aquaticis omnib ex ſobolis ſucceſsione genus conſeruans. Hinc autem iam ad ſolſtitiū æſtiuum ad ipſum ſeptentrionem procedens ſol, longiſsimos nobis dies facit. & quia plurimū cū aere conuerſat, tum ipſum ſupra caput noſtrū aerē torrefacit, tum terrā omnem reſiccat & ex hoc ſeminib. ad maturitatē auxiliarius eſt, & arborū fructus ad concoctionē urget. Quo ſanè tempore maximè flammeus eſt ſol, breuesq; umbras in meridie facit, propterea quòd ex alto regionē noſtram illuſtrat. Longiſsimæ ēm ſunt dies in quibus breuiſsimæ ſunt umbræ. Et uice uerſa, breuiſsimæ ſunt dies, quę umbras longiſsimas habent. Et hoc apud nos contingit, qui ſeptentrionales terræ partes habitamus, & ab alterius partis umbra Heteroſcij appellamur. Nam ſunt aliqui per duos anni totius dies penitus umbra carētes, dū in meridie exiſtūt, quos à uertice illuſtrās ſol, undiquaq; ex æquo circum circa illuminat, ut etiam aqua puteorū profundorū per anguſta oſcula illuminet: unde quidā ipſos Aſcios quaſi umbra carentes uocant: qui uerò ultra aromatiferā Arabiā habitant, in utranq; partē umbras alterant. Soli enim hi in noſtra terra habitabili habitātes, ad auſtrales partes in meridie umbras demittunt unde illos aliqui Amphiſcios nominauerūt. hæc autem omnia ſole iam ad aquilonarē partem tranſgreſſo fiunt. Ex his ſanè conijectare licet inflammationē ex ſolis radio aeri accedentem, quanta eſt, & qualia accidentia efficit. Hinc uerò autumni tempus nos excipiens, æſtus quidē exceſſum infringit. paulatim uerò calore per temperamenti mediocritatem remittens, innoxiè nos per ipſam ad hyemem deducit, nimirū ſole rurſus à ſeptentrionalibus partibus ad auſtrales diuertente. Hæ temporū circuitiones ad motus ſolis ſequentes, uitā noſtrā gubernāt. Sint, inquit, & in dies. Non ut dies faciāt, ſed ut diebus præſint: dies enim & nox antiquiora luminarium generatione exiſtunt. Hoc
Pſal. 135. enim & Pſalmus indicat dicens: Poſuit ſolem in poteſtatē diei, lunā & ſtellas in poteſtatem noctis. Quomodo igitur habet ſol diei poteſtatē? Quod lucem in ſeipſo circūferens, ubi noſtrū horizontē tranſgreſſus fuerit, diſſolutis tenebris diem exhibet. Quare non deliquerit, qui diem definierit, eſſe aerem à ſole illuminatū. Aut diem eſſe temporis menſurā, in qua ſol in hemiſphærio ſupra terrā commoratur. Sed & in annos ſol & luna ordinati ſunt. Luna quidē ubi duodecies curſum ſuum perfecerit, annū efficit. Pręterq; quod menſe intercalari ſæpe opus eſt ad exactū horarum cōcurſum, uelut Hebræi ab antiquo annum diuiſerunt, & uetuſtiſsimi Græcorū. Annus autem ſolaris, eſt ex eodem ſigno in idem ſignū iuxta propriū motū ſolis reſtitutio. Et fecit Deus duo luminaria magna.] Quandoquidē Magnū partim abſolutū intellectū habet, uelut quū dicimus magnū cœlū, & magnā terrā, & mare magnū: partim uerò ut plurimū ad alterum referri ſolet, uelut quū dicimus magnū equū, & magnū bouē. Non ēm ob corporeæ molis exceſſum, ſed ex collatione ad ſimilia, huiuſmodi teſtimoniū magnitudinis accipiūt. Quomodo igit̄ magni ſignificationē accipiemus? Nū uelut formicā aut aliud quoddā paruū animal, magnū appellamus, propter cōparationē ad alia eiuſdē generis, exceſſum teſtificātes? Aut Magnū nunc ſic accipiemus, uelut in propria luminariū conſtitutione magnitudine apparente? Ego quidē ſic opinor. Non enim quia maiora ſunt minorib. ſtellis, ob id magna ſunt: ſed quia tantis ſunt lineamētis circumſcripta, ut ſplendor ab ipſis diffuſus ſufficiat & cœlo illuſtrando, & aeri, & ſimul circū totā terrā

ac mare

ac mare extendatur. Quæ ſanè iuxta omnē cœli partem exiſtentia, & orientia, & occidentia, & mediū tenentia, æqualia undiquaq; hominib. apparent. quod ipſum manifeſtum indiciū exhibet opulentę magnitudinis, quia latitudo terrę nullam ipſis accesſionem facit, ad hoc ut aut maiora aut minora uideantur. Etenim procul diſtantia, minora quodāmodo uidemus. Quibus autē magis appropinquamus, eorum magnitudinē magis inuenimus. A ſole aūt nemo remotior eſt, neq; ipſi quiſq; uicinior eſſe poteſt, ſed ex æquali diſtantia omnē terræ partem habitātes accedit. Cuius rei ſignū eſt, quòd & Indi & Britanni æqualē uident. Neq; enim apud eos qui ad orientē habitant, quum occidit magnitudinem remittit: neq; apud occidentis habitatores exoriens minor apparet. Neq; uerò in medio cœlo exiſtens, in alterutram partem à uiſu euariat. Ne decipiat te id quod apparet, neq; quia cubitalis uidētibus eſſe uidetur, tantū ipſum eſſe reputa. Contrahi eīn ſolent in maximis diſtantijs eorū quæ uidemus magnitudines, ui uiſua nō potente interpoſitū locum penetrare, ſed uelut cōſumitur in medio ſpacio, & modica ipſius pars ad uiſibilia pertingit. Quum igitur uiſus noſter paruus fiat, parua etiā uiſibilia putari facit, propriā ſuam affectionem uiſibilibus inducens. Quare ſi fallitur uiſus, incertū eſt iudicium. Reuoca porrò in memoriā proprios affectus, & à teipſo habebis dictorum cōfirmationem. Si aliquādo de magno montis cacumine campum uidiſti magnū & ſupinè ſitum, quantá nam tibi uiſa ſunt boum iuga? quanti ipſi aratores? Nónne formicarum quandam imaginem tibi exhibuerunt? Si uerò & à ſpecula in magnū pelagus cōuerſa oculos in mare intendiſti, quantæ tibi uiſæ ſunt maximæ inſulæ? quanta tibi apparuit una nauis oneraria ingentia onera geſtans. albis uelis ſuper cęruleum mare inuecta? Nónne omni columba minorem imaginem tibi exhibuit? propterea quòd, uelut dixi, uiſus in aere cōſumptus exilis redditus, ad exactam uiſibilium apprehenſionē non ſufficit. Iam uerò & maximos monteſprofundis uallibus eliquatos, rotundos & leues eſſe uiſus dicit, eminētias ſolas contingens, cauitates uerò intermedias introire propter debilitatē non potens. Sic neq; figuras corporum quales ſunt cōſeruat, ſed quadrangulares turres rotundas eſſe putat. Quare undiq; manifeſtū eſt, quòd in maximis diſtantijs nō articulatā, ſed confuſam corporum imaginē capit. Magnum igitur eſt luminare, iuxta Scripturę teſtimoniū, & infinitis modis amplius quàm apparet. Sed & illud tibi euidens magnitudinis ſignū ſit. Quum infinita multitudo ſtellarum in cœlo ſit, lumē de ipſis ſingulatim collectum ac coaceruatū non ſufficit ad noctis triſticiam diſſoluendā: ſolus autē hic ſuper horizontē apparens, imò dum adhuc expectatur, & priuſq; omnino ſupra terrā emineat, & tenebras diſsipat, & ſtellas ſplendore ſuperat, & hactenus cōpactum ac cōgelatum circum terram aerem liquefacit ac diffundit. Vnde & uenti matutini, & ros in ſerenitate circum terrā diffluunt. Quum autem tanta ſit terra, quomodo poſſet in uno temporis momento omnem illuminare, ſi non à magno circulo ſplendorem immitteret? Atq; hic mihi artificis ſapientiā addiſce, quomodo pro hac diſtantia, moderatā ipſi contribuit caliditatē, ut neq; per exceſſum combureret terram, neq; per defectum perfrigeratā ipſam relinqueret ac ſterilem. Germana uerò & cōſimilia iam dictis etiam de luna intelligātur. Magnū enim etiam huius corpus eſt, & lucidiſsimū poſt ſolem. Non tamen ſemper uiſibilis permanet ipſius magnitudo, ſed nunc abſoluta circulo, nunc defectuoſa & imminuta apparet, iuxta alterā ſui partem defectum oſtendens. Altera enim parte obſcuratur augeſcens, altera uerò pars ipſius in tempore decrementi occultatur. Ratio porrò quædam inenarrabilis eſt ſapientis opificis, uariæ huius alterationis figurarū. Aut enim ut nobis euidens exemplum naturæ noſtræ exhiberet, quòd nihil humanarū rerum ſtabile eſt, ſed alia ex non exiſtentibus ad perfectionem accedunt, alia ad propriū uigorem progreſſa, & ad ſummam ſuiipſorū menſurā aucta: rurſum paulatim cōtingētibus detractionib. corrūpuntur, & pereūt, ac imminuta abolent: ut ex lunæ ſpectaculo nos de rebus noſtris erudiamur, & uelocis rerū humanarū circuitus intelligentiā ſumētes, nō magnopere ob uitæ felicitatē gloriemur, neq; ob potētatus exultemus, neq; ob diuitiarū incertitudinē attollamur: ſed carnē circa quā alteratio cōtingit, deſpiciamus, animæ aūt cuius bona immobilia ſunt, curā habeamus. Si autē triſticiā infert tibi luna, detractionib. paulatim cōtingentibus lumen inſumens, plus cōtriſtet te anima uirtutē adepta, & per inanimad-
uertentiam

uertentiam bonum ipſum diſperdēs, & nunquam in eadem diſpoſitione ac affectione manens, ſed quę frequēter alteratur & tranſmutat̃ propter mentis inſtabilitatē. Re uera enim iuxta id dictū eſt, Stultus ut luna mutat̃. Opinor aūt & animaliū conſtitutioni, & reliquis ex terra naſcētibus, non paruā eſſe ex lunę tranſmutatione utilitatē. Aliter eñi diſponūtur corpora ipſa decreſcēte, aliter augeſcēte. Nunc quidem deſinēte ipſa, rara fientia & uacua: nunc uerò augeſcēte, & ad plenitudinē feſtināte, etiam ipſa rurſus repletionē ſentientia, propterea quòd humiditatē quandā caliditate temperatā, ad profundum feſtinantē, latēter immittit. Quod ipſum declarāt hi qui ſub luna dormiūt: ſuperflua eñi humiditate amplitudo capitis ipſorū replet̃. Et recens mactatę carnes, quæ ex lunæ incurſu citò permutantur, & animaliū cerebella, & ex marinis humidiſsima, & arborum medullæ, quę omnia non poſſet unà cum ſuijpſius alteratione tranſmutare, ſi nō immēſum quid, & ſupereminētis potentiæ eſſet, iuxta ipſius Scripturę teſtimoniū. Quin & affectiones circa aerē ſimul cum ipſius mutationib. efficiūtur, uelut teſtantur repentinæ turbationes ſæpe in nouilunio ex tranquillitate, & uentorū quiete exorientes, nubibus cōturbatis & inter ſe cōmiſsis. Et Euriporū refluxus, & maris circa Oceanum appellatum reciprocatio, quam ad circuitus lunæ ordinatè cōſequi inuenerūt hi qui accolunt. Etenim Euripi iuxta reliquas lunæ figuras in utranque partē transfluūt: in tempore uerò generationis, ne breuiſsimo quidē tempore quieſcūt, ſed in cōmotione & libramēto continuo cōſiſtunt, donec rurſus apparēs conſequentiā quandā reflexui exhibeat. Occidētale aūt mare reciprocationes ſuſcipit, nunc quidem reuertēs, rurſus aūt inundans, ac diffluens uelut lunæ reſpirationib. retrorſum ſubtrahatur, & rurſus ipſius expirationib. ad propriā menſurā compellatur. Hæc à me relata ſunt ad luminarium magnitudinem demonſtrandā, & ut id cōſtitueremus, quod neque ſyllaba aliqua in diuinitùs inſpiratis uerbis ocioſa exiſtat, quanque nihil ſanè ex principaliorib. ſermone attigerimus. Multa eñi de magnitudinib. ac diſtātijs ſolis ac lunæ ratiocināndo inueniri poſſunt, ab eo qui non tanque aliud agens, actiones & potētias ipſorum cōtemplatur. Candidè igitur oportet nos noſtrā ipſorum imbecillitatē accuſare, ut ne noſtra oratione maxima opificia expendatis, ſed ex paucis relatis apud uoſipſos ſupputeris, quot & quanta ſint ea quæ relicta ſunt. Ne igitur lunā oculo metiaris, ſed ratiocinatione, quæ multo acutior oculis eſt ad ueritatis inuentionē. Fabulæ quædam ridiculæ ab aniculis ebrioſis ac deliris ubique diſperſæ ſunt, quòd incantationib. quibuſdam ex propria ſede emota luna ad terram deferatur. Quomodo igitur mouebit præſtigiatorū incantatio eam quam ipſe Altiſsimus fundauit? Qualis uerò locus detractā ipſam ſuſcepit? Vis à paruis ſignis magnitudinis ipſius demonſtrationē accipere? Orbis terrarū urbes plurimum inter ſe habitationib. ſeparatæ, ex æquo omnes cum his qui ad orientē uniuerſi ſunt uicis, lunare lumen ſuſcipiūt: quibus ſi nō omnibus facies compar & ex aduerſo cōferenda eſſet, rectos quidē angiportus omnino illuminaret: eos uerò qui latitudinē ipſius excedūt, inclinatis radijs per obliqua allatis impeteret. Quod ipſum & in lucernis in domibus fieri uidere eſt. quum enim plures homines circūſteterint ipſam lucernam, umbra eius qui in directū ſtat, in directū extenditur, reliquæ in utranque partem inclinant. Quare ſi non immenſum, & magnitudinis excellentis lunare corpus eſſet, non utique ſimiliter ad omnes extenderetur. Similiter eñi ipſius ab æquinoctialib. locis orientis participes ſunt, & qui ad zonam perfrigeratā habitāt, ſubque urſę ac ſeptētrionis circunuerſiones ſiti ſunt, & qui iuxta cauitates meridiei, exuſtæ ac torridæ zonæ uicini ſunt: ad quos omnes ſecundum latitudinem æqualiter perueniens, manifeſtiſsimū magnitudinis ſuæ teſtimonium præbet. Quis igitur contradicet, non omnino magnum ipſius corpus eſſe? quod tot ac tantis ſimul diſtantijs adæquat̃. Et de lunæ quidē ac ſolis magnitudinibus hactenus. Cæterùm qui largitus eſt nobis intellectum, præbeat ut ex minimis creaturis magnam Dei ſapientiam addiſcamus, & ex magnis maiores creatoris notiones capiamus. Quanquam cōparatione creatoris, ſol & luna, culicis & formicæ rationē habeant. Non enim dignā ac iuſtam magnitudinis Dei uniuerſorū ſpeculationē ex his ſumere licet, ſed paruis quibuſdā ac obſcuris ſignificationib. per ipſa præmoneri, uelut etiam per ſingula minutiſsima animalia, aut etiam herbas. Contenti ſimus relatis. Ego quidem gratias agens ei qui mihi paruam hanc uerbi adminiſtrationem

Eccleſ. 27.

tio nem eſt largitus: uos autem ei qui enutrit uos ſpiritalibus alimentis, qui etiam nunc uos, ueluti ordeaceo quodam pane exilitate uocis noſtræ enutriuit, & enutriat ſanè optò in perpetuum iuxta fidei proportionem, largiens uobis ſpiritus manifeſtationē, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

HOMILIA VII. DE REPTILIBVS.

ET dixit Deus: Producant aquę reptilia animarum uiuentium ſecundum genus, & uolatilia uolantia iuxta firmamentū cœli ſecundum genus.] Poſt luminarium opificiū, de cætero etiam aquæ animalibus implentur, ut & hæc ſors exornaretur. Accepit enim terra ex proprijs germinibus ornatum, accepit cœlum ſtellarū floſculos, & uelut gemellorū oculorum iactibus, magnorū luminarium cōiugatione exornatū eſt. Reliquum erat etiam aquis proprium ornatum tribui. Venit præceptum, & ſtatim flumina exculta, & ſtagna fœcunda, ſingula ipſorum proprijs & naturalibus generibus. Et mare omnigena natatiliū genera parturiebat. Et neq; quantū in limoſis ac cœnoſis locis aquę erat, id ipſum ocioſum ac uacuū & exors cōſummationis iuxta creationē pmanebat. Ranę ēm, & culices ex ipſis nimiū efferuebant. Quæ enim adhuc nunc uidentur, demōſtratio ſunt præteritorū. Sic omnis aqua ad præſtandū opificis præcepto miniſteriū feſtinabat: & quorū neq; genera quis enumerare poſsit, horum uitam ſtatim actuoſam & ſe mouentem, magna & inenarrabilis Dei potentia deſignauit, ſimul cum præcepto aptitudine ad generandū animal aquis inſita. Producant aquæ reptilia animarū uiuentium. Nunc primum animatū & ſenſus particeps animal creatur. Plantæ enim & arbores etiamſi uiuere dicuntur, propterea quòd nutritiua & auctiua facultate participant, nō tamen etiam animalia ſunt, neq; animata. Huius itaq; gratia producūt aquæ reptilia. Omne natatile, ſiue in ſuperficie aquæ innatet, ſiue per profundū aquam ſecet, reptiliū naturæ eſt, & ſuper aquę corpus diſtrahitur. Et ſi etiam quædam aquatica pedes habeant, ac gradiantur, maximè quidem gemini uictus, in terra uidelicet & aqua, pleraq; horum exiſtunt, uelut phocæ & crocodili, & fluuiatiles equi, & ranę, & cancri: attamen prærogatiuā natatile habet. Propterea producant aquæ reptilia. In his paruis uerbis, quod genus relinquitur? quid non comprehenſum eſt in opificis præcepto? Non quæ animal pariunt, uelut phocę & delphines ac torpedines, & ſimilia his Cartiliginoſa appellata. Non ouipera quæ ferme ſunt omnia piſcium genera, non quæ ſquamoſa, non quę corticoſa, non quibus pinnę ſunt, & quibus non ſunt. Vox quidem præcepti parua, imò neq; uox, ſed momētum ſolum & impetus uoluntatis ueru[m] in ſententię in præcepto diffuſio tanta eſt, quot ſunt piſciū differentiæ ac ſodalitates, quas omnes exactè recenſere idem eſt ac fluctus pelagi enumerare, aut heminis aquam maris metiri tentare. Producant aquæ reptilia. In his ſunt pelagia, littorea, in profundo degentia, petroſa, gregaria, diſperſa, balenæ ingentes, & minutiſsimi piſces. Per eandem enim potentiam, & per æquale præceptum, tum magnum, tum paruū eſſe, ac uitam ſortitur. Producant aquæ. Oſtendit tibi naturalem natatilium ad aquam cognationē, quapropter paululum ab aqua ſeparati piſces pereūt. Non enim habent reſpirationem, ut hunc aerem trahant: ſed quod terreſtribus eſt aer, hoc natantium generi eſt aqua. Et cauſa manifeſta eſt. Quòd in nobis ſitus eſt pulmo, uiſcus rarum, ac multos meatus habens, quòd per thoracis diſtentionem aerem ſuſcipiens, caliditatem quæ in nobis eſt uentilat ac refrigerat: illis autem branchiarum diſtentio ac contractio quæ & ſuſcipiunt aquam & emittunt, reſpirationis rationem explet. Priuata ſors piſciū, propria natura, diæta ſeparata, proprij moris uita. Quapropter neq; manſuetien quicquam ex natatilibus ſuſtinet, neq; omnino admittit humanæ manus contactum. Producant aquæ reptilia animarum uiuentium ſecundum genus. Viuuſcuiuſq; generis primitias, nunc ueluti ſemina quædam naturæ produci iubet. Multitudo ipſorum in cōſequenti ſucceſsiōe diſponitur, quum augeri & creſcere ipſa oporteat. Alterius generis ſunt teſta intecta, oſtracoderma Græcis appellata, uelut ſunt conchæ, pectines, cochleæ marinæ & ſtrombi, & infinitæ oſtreorū differentiæ. Aliud rurſus genus eſt ab iſtis cruſtaceorum appellatorū, uelut ſunt locuſtæ, & cancri, & his ſimilia. Aliud ab his genus eſt mollium dictorū, quorum caro tenera & laxa exiſtit, ueluti ſunt polypi & ſepię, ac his ſimilia. & in his rurſus infinitę ſunt differentię.

Dracones enim & murenæ & anguillæ in limoſis fluminib. naſcentes, itemq́ ſtagnis, uenenum iaculantibus reptilibus magis quàm piſcibus, iuxta naturæ ſimilitudinẽ appropinquant. Aliud genus eſt ouiperorum, & aliud uiuiperorũ. Pariunt autem uiuum & animal muſtelarum genera & caniculæ ſiue cyniſci: & in ſumma cartilaginea appellata, & ex cetorum genere plurima uiuipera ſunt, delphines & phocæ, quę etiam recentes adhuc ac teneros catulos ex aliqua cauſa conſternatos, rurſus uentre ſuſcipere ac complecti dicũtur. Producant aquæ ſecundũ genus. Aliud genus eſt cetoſum, & aliud tenuium piſcium. Rurſus in piſcibus innumeræ differentiæ ſecundum genera diuiſæ, quarum & nomina propria, & alimentum diuerſum, & figura, & magnitudo, & carniũ qualitates, omnia maximis differentijs inter ſe ſeparata ſunt, & in alijs atque alijs ſpeciebus cõſiſtunt. Quales igitur thunniſpices generũ differẽtias nobis enumerare poſſint? quanq; aiunt ipſos in magnis piſcium gregibus etiã numerũ referre. Quis uerò ex his qui circa littora ac ripas cõſenuerũt, omniũ hiſtoriã nobis exactè cognoſcendã tradere poſsit? Alia genera cognoſcũt hi qui in Indico mari piſcãtur, alia qui in Aegyptio ſinu uenãtur: alia Inſulares, alia Mauritani. Omnia autem ſimiliter tum magna tum parua, primũ illud præceptum, & ineffabilis illa potẽtia produxit. Multæ ſunt uitarum uarietates, multæ etiã circa ſucceſsionẽ uniuſcuiuſq; generis differẽtiæ. non incubãt ouis plurimi piſcium, uelut uolucres aut gallinę, neq; nidos figunt, neq; cum laboribus enutriunt ſuos fœtus, ſed aqua ſuſceptũ elapſum ouum animal facit. Et unicuiq; generi ſucceſsio citra alternationẽ, & citra permixtionẽ ad alteram naturam. Non uelut mulorũ in terra, aut quarundã uolucrum permixtiones, quæ adulterãt genera. Nullum piſciũ genus ex dimidio dentibus armatũ eſt, uelut apud nos bos & ouicula. Nullum enim apud ipſos genus ruminat, niſi quod de Scaro quidã produnt. Omnia autem acutiſsima dentiũ acie denſata ſunt, ne longiore manducatione cibus diffluat. Si enim non citò diſſectus in uentrem delegaretur, futurũ erat ut in attenuatione per aquã diſſolueretur ac diſpergeretur. Cibus autem piſcium alius alijs iuxta genus diſcretus. alij enim limo aluntur, alij fucis & alga: alij herbis quæ in aquis naſcuntur contenti ſunt Plurimi autem piſciũ ſe mutuò uorant, & minor apud illos pabulũ eſt maioris: & ſi quãdo contigerit ut eum qui minorẽ ſuperauit alius inſequatur, ſub unam poſtremi aluum feruntur. Quid igitur nos homines facimus in potentatib. ſuper inferiores cõſtituti? Quid à poſtremo piſce differt is qui prę ingluuioſa diuitiarum cupiditate, in inexplebilibus auariciæ ſuæ ſinibus debiles abſcondit? Ille habebat quę pauperis fuerant, tu ipſum correptum partẽ tuæ ipſius opulentię feciſti. Iniuſtis iniuſtior apparuiſti, & auarior auaro. Vide ne te idẽ finis qui piſces maneat, hamus uidelicet aut naſſa aut rete. Omnino eñi & nos multis iniuſtorũ factis perpetratis, ultimam pœnã non effugiemus. Iam uerò etiam in debili animalculo uafritijs ac inſidijs cognitis, uolo ut fugias tu malefactorum imitationẽ. Cancer oſtrei ac cõchæ carnem appetit, ſed difficilis captu eſt ipſi hæc præda, propter teſtæ munimentũ. Infracto enim ſepto tenerã carnem natura muniuit. quapropter etiam teſta intectũ hoc animal appellatur. Et quia duæ cauitates exactè inter ſe adaptatæ ipſum oſtreũ ambiunt ac cõplicant, neceſſariò inefficaces ſunt chelarũ cancri forcipes. Quid igitur facit? Quum uiderit in tranquillis locis concham uoluptuoſe apricantẽ, & ad radium ſolis plicas ſuas expandentẽ, tunc ſanè clanculũ calculo immiſſo prohibet complicationẽ, atq; ita inuenitur id quod uiribus deeſt, uerſutia obtinere ac ſupplere. Hæc eſt malicia eorum quæ neq; ſermone, neq; uoce participant. Ego autem uolo te artem & induſtriã acquirendi in cancris imitantẽ, à propinquorũ detrimẽto abſtinere. Talis eſt qui ad fratrẽ doloſe accedit, & propinqui negligẽtijs inſidiatur, & alienis calamitatib. illudit. Fuge imitationes condemnatorũ, tuis rebus cõtentus ſis. Paupertas cum uera ſufficientia, omni fruitioni ac uoluptati à modeſtis præfertur. Nec uerò prætererim polypi dolos ac furacitatẽ, qui qualemcunq; tandem petram amplexus fuerit, illius colorem ſubit ac induit, ut multi piſces ex improuiſo natantes in polypum incidant uelut in petram uidelicet, & præda ſic prompta uerſuto contingat. Talibus moribus præditi ſunt, qui ſemper dominãtes poteſtates ſubeũt, ipſisq; ſe captioſè ſubmittunt, & ad ſingulas ſemper neceſsitates ac uſus ſe tranſmutãt ac adaptant, non in eodẽ propoſito ſemper cõſtantes, ſed alij atq; alij facilè fientes, modeſtiã uenerãtes

cum

cum modeſtis, proterui inter proteruos, ad cuiuſuis placitum ſentētiam tranſmutātes:
quos necꝫ declinare facile eſt, necꝫ detrimētum ab ipſis uitare, propterea quod ſub pie
tatis prætextu nequitia cōſtructa altè occultata ſit. Tales mores lupos rapaces nomi- *Matth.7.*
nat Dominus, in ouium indumentis apparētes. Fuge morum uarietatē ac multiplicita
tem: perſequere ueritatē, ſinceritatē, ſimplicitatem. Serpens uarius eſt. & ob id ad reptā
dum condēnatus eſt. Iuſtus ſincerus eſt, & nihil fingit, qualis Iacob. Quapropter habi- *Gen.3.*
tare facit Dominus eos qui unius moris ſunt in domo. Hoc eſt mare illud magnum &
amplum, illic reptilia quorum nō eſt numerus, animalia parua cū magnis. Sed tamē ſa-
piens quædam & probè ordinata eſt apud ipſos gubernatio. Nō ēm ſolū non accuſare
poſſumus piſces, ſed ſunt etiam quæ operæprecium eſt imitari. Quomodo genera pi-
ſcium ſingula ſibijpſis aptum locū diſtributum habētia, in alienos non inſcendunt, ſed
intra proprios terminos diuerſantur. Nullus geometra apud ipſos habitationes diuiſit,
nō muris circumſcriptæ ſunt, nō terminis diremptæ ſunt: & ſua ſpōte unicuicꝫ id quod
utile eſt deſtinatum eſt. Etenim hic ſinus hæc genera piſcium paſcit, ille alia: & quæ hic
abundant, illic deſunt. nullus mons acutis uerticib. extētis diſparat, nō flumen trāſitum
diſcindit. Sed lex quædam eſt naturæ æqualiter & iuſte iuxta uniuſcuiuſcꝫ utilitatem,
ſingulis diætam diſtribuēs. Verùm non nos tales ſumus. Vnde? quia trāſferimus termi
nos perpetuos, quos ſtatuerunt patres noſtri. ampliamus terram, domū ad domū con- *Eſa.5.*
iungimus, & agrum ad agrum, ut à propinquo detrahamus. Nouerūt cete determina-
tam ipſis à natura diætam, extra habitatas regiones occupauerunt mare inſulis deſola-
tum, qua parte nulla continēs terra ulterius reſtat. Quapropter nō nauigabile eſt, necꝫ
hiſtoria & explorandi cauſa, necꝫ aliqua neceſsitate perſuadente nautas, ut illud pete-
re audeant. Illud ipſum mare occupauerunt cete, maximis montib. magnitudine ſimi-
lia, uelut hi qui uiderunt narrāt, manētcꝫ intra proprios terminos, necꝫ inſulas necꝫ ur-
bes maritimas infeſtantia. Sic quidem igitur unumquodcꝫ genus uelut in ciuitatib. aut
uicis quibuſdā, aut antiquis patrijs, in deſtinatis ipſis maris partib. tentoria habet. Iam
uerò etiā quidam ex piſcibus peregrinantes, uelut è cōmuni curia ad externos limites
ablegati, ſub una quaſi bellica teſſera proficiſcuntur. Quum enim deſtinatū motus tem
pus inſtiterit, alij ab alijs finibus tranſmigrātes, cōmuni naturę lege excitati, ad ſepten-
trionale feſtinant mare. Et uideas ſanè iuxta tempus aſcenſus, uelut fluentū quoddam
piſces unitos, & per Propontidē in Euxinum influentes. Quis eſt qui eos mouet? qua
le præceptū regis? qualia edicta in foro explicata præfinitū tempus indicant? qui ſunt
qui peregrinos ducunt? Vides diuinā ordinationē omnia implentem, & per minutiſsi
ma permeantē. Piſcis non contradicit legi Dei, & homines ſalutaria dogmata non to-
leramus? Ne cōtemne piſces, quia muti ſunt, & omnino rationis expertes: uerùm time
ne etiā his magis rationis expers ſis, ordinationi cōditoris reſiſtens. Audi piſces tantū
nō uocem per ea quæ faciunt emittētes: nempe Nos ad generis perpetuitatem, in lon
gam hanc peregrinationē ablegamur. Non habent propriam ſibi rationem, habēt au-
tem naturæ legem fortiter inſidentē, & id quod faciendum eſt indicantē. Eamus, aiunt,
ad ſeptentrionale pelagus. Dulcior enim eſt illa aqua quàm reliquum mare, propterea
quòd ſol modico tempore ad ipſam cōmorans, nō educit ex ipſa per radios totum id
quod potabile eſt. Gaudent aūt dulcibus etiā marina. Vnde etiā ad flumina ſæpe ena-
tant, & procul à mari feruntur. Ex quo pontus ab ipſis reliquis finibus præfertur, uelut
idoneus ad pariendum & educandos fœtus. Poſtquā autem id quod ipſis ſtudio fuit,
ſufficiēter expletum fuerit, rurſus paſsim omnes domū reuertunt. Et quæ eſt ratio? au-
diamus à tacentibus. Superficiale eſt, inquiunt, & non profundū ſeptentrionale mare,
& ſupinum ac æqualiter ad uentorum uiolentias ſitum, pauca littora ac ſubterfugia ha
bens. Quapropter etiam ex fundo uēti facilè ipſum euertūt, ut etiam arena ex profun-
do fluctibus permiſceatur. Sed & frigidū eſt hyemis tempore, ut quod à multis & ma-
gnis fluminibus impleatur. Ob id ipſo in æſtate moderatè fruētes, rurſus hyeme ad te-
porē in alto, & regiones ad ſolē ſitas feſtināt: & relictis ſeptentrionalibus uētis infeſta-
tis, in ſinus qui modicè exagitantur uelut in portus ſe recipiūt. Vidi hæc ego, & in om-
nibus Dei ſapientiam admiratus ſum. Si bruta intelligunt & propriā ſuam ſalutem cō-
ſeruant, & nouit piſcis quid ſibi eligendū ſit ac fugiendum: quid dicemus nos ratione
d honorati,

honorati, & lege eruditi, promiſsionibus allecti, ſpiritu edocti, deinde res noſtras magis citra rationem quàm piſces diſponentes? Siquidē hi quādam futuri prouidentiam facere ſciunt: nos autem ex deſperatione de futuro, per uoluptatem beſtialem uitā noſtram conſumimus. Piſcis tot maria permutat, ut aliquam inueniat utilitatem. Quid dices tu, qui in ocio ac deſidia uiuis? Ociū autē mala faciendi principiū eſt. Nemo ignorantiam prætexat: naturalis ratio boni familiaritatem ac proprietatem, & à nociuis alienitatem nobis oſtendens, nobis inſita eſt. Non deſiſto à marinis exemplis, quandoquidem hæc propoſita ſunt nobis ad expendendum. Audiui à quodam maritimo, quod echinus marinus, paruū penitus & deſpicabile animal, ſæpenumero nauigantibus & tranquillitatis & tēpeſtatis doctor exiſtit. Qui quum præuiderit turbationem ex uentis futuram, ſaxum quoddā generoſum ſubtergreſſus, in ipſo uelut in anchora firmiter fluctuat, & grauitate detinet̃, ut ne facile ab undis detrahat̃. Hoc ſignum ubi uiderint nautæ, ſciunt imminere uiolentum uentorum motum. Nullus aſtrologus, nullus Chaldæus, ex aſtrorum exortibus aeris turbationes coniectans, echinum hæc docuit: ſed maris & uentorū Dominus, etiā paruo huic animalculo magnæ ſuæ ſapientiæ euidens ueſtigiū indidit. nihil improuiſum, nihil neglectū à Deo, omnia ſpeculatur ſomnū non admittens oculus, omnib. adeſt, unicuiq; elargiens ſalutem. Si echinum extra ſuam inſpectionem Deus nō dimiſit, tuas res nō inſpectat? Viri diligite uxores, etiamſi externi & extorres inter uos eſtis, ad nuptiarum ſocietatē conueniſtis: naturæ uinculum, per benedictionē iugum, unio ſit diſtantium. Vipera ſæuiſsimum omnium reptiliū ad marinæ murenæ nuptias accurrit: & ubi ſibilo præſentiā ſuam indicauit, euocat ipſam ex alto ad nuptialē complexum: hæc uerò obedit, & cū uenenū iaculante beſtia unitur. Quid uult mihi hic ſermo? Quòd ſiue aſper ſit, ſiue ferus moribus maritus, neceſſe eſt ferre coniugem, & ex nulla occaſione admittere ut unio diuellat̃. Percuſſor eſt? at uir. ebrioſus eſt? at unitus ſecundū naturā. aſper eſt & implacidus? At membrum iam tuū, & membrorū præſtantiſsimū. Audiat autē & uir admonitionē ipſi conuenientem. Vipera nuptias reuerita uenenū euomit: tu naturæ crudelitatē & inhumanitatem nō deponis, ob reuerentiam unionis? Aut fortaſsis etiam aliter commodat nobis uiperæ exemplū: quòd adulteriū quoddā naturæ eſt uiperæ & murenæ complexus. Diſcāt igitur alienis nuptijs inſidiātes, quali reptili ſint ſimiles. Vnus mihi ſcopus eſt undiquaq; ædificare eccleſiā. Sedent̃ affectiones proteruorū, & terreſtribus & marinis exemplis eruditæ. Hic me à ſermone deſiſtere, & corporis imbecillitas, & tēpus ſerotinū cogit: quoniam multa adhuc habebā admiratione digna, quæ appoſiturus eram his qui libenter audiunt, de his quæ in mari naſcunt̃, de ipſo mari, quomodo aqua in ſalem cōgelatur: quomodo precioſiſsimus lapis coraliū in mari quidē frutex & planta eſt, quum uerò in aerē prolatus fuerit, ad lapidis ſoliditatē tranſgelat̃. quomodo uiliſsimo animali conchę precioſam margaritā natura indidit? Quæ em̃ cōcupiſcunt theſauri regū, ea circa littora & ripas & aſperas petras diſiecta ſunt, teſtis oſtreorū inſita. Vnde auream lanam pinnæ conchyliorū generis alunt, quam nullus ex his qui floridos colores tingūt imitari poſsit. Vnde cochleę regibus purpuras largiunt̃, quæ flores pratorū coloris excellentia pretergrediunt̃. Producant aquæ. Et quid neceſſariorum non eſt factū? quid precioſorū nō donatū eſt uitæ? partim in miniſterium hominum, partim in ſpeculationem miraculi conditionis ac creationis: alia uerò etiam horrenda, ſecordiā noſtrā excitantia ac erudientia. Et fecit Deus cete magna. Nō quia maiora ſunt quàm ſquilla & mæna, propterea magna dicta ſunt: ſed quia maximis montibus corporis mole adæquant̃, ut quæ ſæpe etiam inſularum magnitudinē exhibēt, ſi quādo in ſummā aquę ſuperficiem enatarint. Hæc itaq; tanta exiſtentia, non circa ripas neq; circa littora diuerſantur. ſed Atlanticū appellatum pelagus inhabitant. Talia ſunt animalia ad timorē & perterrefaciendos nos creata. Si uerò audieris, quòd maximas naues paſsis uelis ſecūdo uēto utētes, minutiſsimus piſciculus remora ita facile ſiſtit, ut immotas diutiſsimè ſeruet, uelut in ipſo mari radices egiſſent: nōne in paruo hoc eandem potētiæ conditoris ſignificationē accipis? Non em̃ ſolum gladij & ſerræ & canes & balænæ & libellæ horrenda ſunt: ſed & paſtinacæ marinæ aculeus, eiuſq; mortuæ, & lepus marinus, non minus horrenda ſunt, celerem & ineuitabilem interitum inducentia. Sic te per omnia

uigilare

uigilare cōditor uult,ut in ſpe ad Deum detrimenta ex ipſis euites. Sed eñ ex profunditatib. egreſsi, in terrā cōfugiamus. Etenim alia ſuper alia opificij miracula correptos nos uelut fluctus quidā,aſsiduis ac aceruatis incurſionibus ſermonē noſtrum ſubmerſum uexerunt. Quanquam mirum ſanè ſit apud me,ſi non ubi haud minoribus in terra miraculis mens noſtra occurrerit,rurſus ſecundum Ionæ factū in mare diffugiet. Videtur aūt mihi oratio in infinita miracula illapſa,modi oblita eſſe: & idem cum nauigantibus in pelago perpeſſa eſſe, qui ad nullum præfixum terminum motum cōiectantes, ſæpenumero ignorant quantum itineris perfecerunt. Id quod & circa nos factum eſſe uidetur, nimirum currente per creatorem ſermone, multitudinem relatorum ſenſum ipſum non apprehendiſſe. Verùm etiamſi audiendi ſtudio uenerabile hoc theatrum teneatur, & dulcis auribus ſeruorum, herilium miraculorum narratio: hic ſermonem in portum ducemns, & diem expectabimus ad ea quæ deſunt abſoluenda. Iam uerò omnes exurgentes, gratias pro relatis agamus, & eorum quę deſunt complementum petamus. Vtinam uerò fiant uobis etiam in cibi aſſumptione commenſales narrationes, ea quæ uobis manè itemq; ueſperi oratione explicaui: & ô utinam in cogitatione de his à ſomno apprehenſi, diurna lætitia etiam dormientes fruamini, ut dicere poſsitis: Ego dormio, & cor meum uigilat, meditans nocte ac die in lege Domini: cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen. Pſal.76.

HOMILIA VIII. DE VOLATILIBVS ET AQVATICIS.

ET DIXIT Deus, Producat terra animam uiuentē ſecundū genus quadrupeda & reptilia, & beſtias ſecundū genus: & factū eſt ita.] Venit præceptum uia ac ordine procedens, & accepit etiā terra proprium ornatum. Illic erat, Producant aquæ reptilia animarum uiuentiū: hic, Producat terra animam uiuentem. Animata igitur eſt terra? & locum habent uana ſapientes Manichæi, qui animā terræ indūt? Nō quia dixit, Producat, id quod in ipſa ſitū erat protulit: ſed qui præceptum dedit, etiā uim producendi ipſi largitus eſt. Neq; enim quum audiuit terra, Germinet herbā fœni & lignum fructiferū, occultū in ſe habēs fœnum protulit, neq; palmam aut quercū aut cupreſſum, infernè alicubi in utero ſuo occultata, ad ſuperficiem extulit: ſed diuinus ſermo natura eſt eorū quę fiunt. Germinet, non q̄d habet emittat: ſed quod nō habet, acquirat, Deo efficaciæ uim donāte. Sic etiā nunc, Producat terra animā, non in ipſa inſitam: ſed datam ipſi à Deo per præceptum. Deinde etiam in contrariū ſermo ipſis conuertetur. Si enim terra produxit animam, ſe ipſam anima deſolatā reliquit. Sed ipſorū quidem abominatio, ex ſeipſa nota eſt. Cur tamen aquis præceptū eſt producere reptilia animarū uiuentiū, terræ aūt animam uiuentem? Arbitramur equidē, quòd natatiliū natura, imperfectiore quodammodo uita participare uidet̄, propterea quòd in aquæ craſsitudine uiuit. Nam & auditus illis grauis eſt, & obtuſe uident, per aquam cernentes, & neq; memoria illis, neq; imaginatio, neq; familiaris rei cognitio. Ob id uelut indicat ſermo, quòd carnalis uita in aquaticis præcedit animales motus: in terreſtribus aūt, utpote perfectiore ipſorū uita exiſtente, omnis principatus animæ delatus eſt. Nam & ſenſus magis integri ſunt, & perceptiones præſentium acutæ, & memoriæ præteritorū certæ, apud pleraq; quadrupeda exiſtunt. Propterea uelut ueriſimile eſt, in aquaticis quidē corpora creata ſunt animata: reptilia enim animarū uiuentiū ex aquis producta ſunt: in terreſtribus aūt, animam corpora gubernantem generari præceptum eſt, tanquam amplius quid de uitali facultate participent, ea quæ ſuper terram uitam degunt. Irrationalia equidem ſunt etiam terreſtria: ſed tamē unumquodq; uoce ex natura multas animæ affectiones ſignificat. Nam & gaudiū & triſticiam, & familiaris rei cognitionem, & alimenti inopiam, & ſeparationem eorū quę ſimul paſcebant, & innumeras affectiones ipſo uocis ſono manifeſtant. Aquatica uerò nō ſolum muta ſunt, ſed etiā immanſueta & indocilia, & ad omnē uitę ſocietatem hominibus intractabilia. Cognouit bos poſſeſſorē, & aſinus pręſepe Domini ſui: piſcis autem non agnouit nutritorem. Nouit familiarem & conſuetam uocem aſinus: nouit uiam quā ſępe tranſgreſſus eſt, & ſanè aliquando dux itineris aberranti homini contigit. Audiendi aūt ſubtilitatem huius animalis, neq; aliud quoddam ter-

reſtre habere dicitur. Memoriā uerò iniuriarū in camelis, & iræ grauitatē, & ad ulciſcē-
dum conſtantiā, quod nam ex marinis imitari poſsit? Percuſſa aliquando camelus, lon
go tempore iram reponit: & ubi occaſionē nacta fuerit, malum retribuit. Audite uos
qui grauiter iraſcimini, qui memoriam iniuriarū uelut uirtutē colitis, cui ſimiles eſtis,
quum offenſam contra proximū, uelut ſcintillam quādā in cinere occultatam, tandiu
ſeruatis, donec materiam adepti, uelut flāmam iram reaccendatis. Producat terra ani-
mam uiuentem. Cur terra animā uiuentem educit? Vt differentiā diſcas animæ peco-
ris & animæ hominis. Paulo pòſt cognoſces quō anima hominis conſtituta eſt. Nunc
Leuit. 7. de brutorum anima audi. Quandoquidē iuxta id quod ſcriptū eſt, omnis animalis ani-
ma ſanguis ipſius eſt, ſanguis aūt concretus in carnē tranſmutari ſolet, caro aūt corru-
pta in terram reſoluitur, mortuū quid meritò brutorum anima exiſtit. Producat igitur
terra animam uiuentem. Vide conſequentiam, animæ ad ſanguinem, ſanguinis ad car-
nem, carnis ad terram. Et rurſus reſolutione facta, per eadem reuertere, à terra ad car-
nem, à carne ad ſanguinē, à ſanguine ad animam, & inuenies quod terra eſt anima bru
torum. Ne putes antiquiorem eſſe ſubſtātia corporis ipſorū, neq; permanere poſt car-
nis diſſolutionē. Fuge nugas arrogantiū philoſophorū, qui non erubeſcunt ſuas ipſo-
rum animas & caninas, eiuſdē inter ſe ſpeciei ſtatuere: qui dicunt ſeipſos aliquādo fuiſ-
ſe & mulieres, & frutices, & piſces marinos. Ego autem an aliquando fuerint piſces, nō
ſanè dixerim. quod uerò dum hæc ſcripſerūt magis ꝙ piſces rationis expertes fuerint,
etiam ualde conſtanter contenderim. Producat terra animā uiuentē. Fortaſsis mirā-
tur multi, qua gratia in ſermonis curſu confeſtim tempore non modico conſilui. Sed
diligentiores auditores cauſam taciturnitatis nō ignorant. Quō enim ignorarent, qui
per mutuos intuitus ac nutus, me ad ſeipſos conuerterunt, & ad cogitādum de relictis
induxerunt? Integra enim creationis ſpecies, eaq; non minima, nos latuit, & fermè pe-
rierat, utpotè quam ſermo noſter penitus inexpenſam reliquit. Producant aquæ repti-
lia animarum uiuentium ſecundum genus, & uolatilia uolantia ſuper terrā iuxta firma-
mētum cœli. Diximus de natatilibus quantū tempus ueſperi permittebat. Hodie tran-
ſiuimus ad terreſtria expendenda, effugit nos uolatilium genus in medio ſitū. Neceſſe
eſt itaq; ad ſimilitudinē obliuioſorū uiatorum, qui ubi quid rerū opportunarū relique-
rint, etiamſi multū itineris cōfecerint, rurſus eodē reuertuntur, dignam negligētiæ pœ
nam, ipſam ex itinere laſsitudinē ſuſtinentes: Sic etiam nobis, ut apparet, eadem uia re-
petenda eſt. Nam neque contemptile eſt quod relictum eſt, ſed tertia uidetur eſſe pars
creationis in animalibus: ſiquidem tria ſunt animalium genera, terreſtre, uolatile, & a-
quaticum. Producant, inquit, aquæ reptilia animarū uiuentiū ſecundum genus, & uo-
latilia uolantia ſuper terram iuxta firmamentum cœli ſecundum genus. Cur ex aquis
etiam uolatilibus generationē dedit? quod uelut cognatio quædā eſt uolatilib. ad na-
tatilia. Nam uelut piſces aquam ſecant, motu pinnarū ulterius procedētes, caudę uerò
mutatione tum circūuerſiones, tum rectos motus, ſibijpſis uelut temone gubernātes:
Sic etiam in uolatilibus uidere eſt, aerem alis ſimili modo pernatantibus. Quare quum
una proprietas in utriſq; ſit natare, una quædā cognatio ex aquarū generatione exhibi
ta eſt, præterꝙ quod nullum uolatile expes eſt, propterea quod omnibus uictus à ter-
ra ſit, & omnia neceſſaria pedum miniſterio indigeant. Rapacibus enim ad prædā un-
guium acies, reliquis uerò ad alimentū acquirendū, & ad reliquam uitam tranſigendā,
neceſſarium pedum miniſteriū cōtributum eſt. Paucæ aūt uolucres male pedatæ ſunt,
neq; ad uadendum, neq; uenandum pedibus idoneæ, uelut ſunt hirundines & ripariæ
ſiue falculæ appellatæ, quibus alimētum ex his quæ in aere feruntur excogitatum eſt:
hirundini autē uolatus terræ uicinus pro pedum miniſterio eſt. Sunt tamen generum
differentiæ innumeræ etiam in uolucribus, quas ſi quis iuxta eundem modum recen-
ſeat, iuxta quem partim etiam piſcium expenſionē attigimus, unum quidem uolatiliū
nomen inueniet, innumeras autē in his differētias, & in magnitudinibus, & in figuris,
& in coloribus: & iuxta uitas & actiones & mores, inenarrabilem inter ipſa uarietatē.
Iam uerò quidam etiam nominū effictionibus uti conati ſunt, quo uelut per cauteres
quoſdam incōſuetæ ac peregrinæ appellationis, proprietates uniuſcuiuſq; generis co-
gnoſcāt. Et alias quidē nominauerunt fiſsipēnes, uelut aquilas: alias uero cutipennes,

uelut

uelut ueſpertiliones:alias teneripẽnes,ut ueſpas:alias uaginopẽnes, uelut ſcarabæos, & quecũqꝫ in uaginis quibuſdã ac amiculis generatę,diffracta ipſis teſta ad uolatũ liberant. Sed nobis ſufficiẽs inſigne ac nota eſt ad generũ ꝓprietatẽ,cõmunis uſus,& Scripturæ diſtinctiones de puris & impuris. Aliud quidẽ igitur genus eſt carniuororum, & alia conſtitutio conueniens pro modo diætæ ipſorum,unguiũ acies,& roſtrũ incuruum,& penna uelox:quo & facile capiatur præda,& dilaniata alimentũ prędatori fiat. Alia conſtitutio eſt ſeminilegarũ : alia eorũ quæ ex omni obueniente nutriuntur,& in his multæ differentiæ. Quædam eñ ex ipſis ſunt gregaria,exceptis rapacibus. Horum autẽ nullum ſociale eſt extra coniugij cõplexum. Innumera uerò alia congregatiuam amant uitam,uelut columbæ,grues,ſturni,& graculi. Rurſus ex his alia ſub nullo imperio ſunt,& uelut proprijs legibus uiuunt. alia ſub duce locata ſunt,uelut grues. Iam uerò etiam alia quædam in his differentia eſt,iuxta quam alia popularia ſunt & indigena. Alia longiſſimè diſcedere ſolent,& hyeme appropinquante utplurimũ extra locum ſe cõferre. Tractabilia aũt & manſueta plurima uolatilia educatione fiunt,exceptis debilibus, quę propter excellentẽ timiditatam ac formidinẽ,aſſiduam manus moleſtiã non ſuſtinent. Sed & humana cõſuetudine quædam uolucres gaudẽt, eaſdemqꝫ nobiſcum habitationes habent. Aliæ montanæ ſunt,& ſolitudine delactent. Maxima aũt differẽtia eſt & proprietas uniuſcuiuſqꝫ circa uocẽ. Aliæ enim uolucres loquaces ſunt, aliæ taciturnæ:& aliæ canoræ & uocales,aliæ omnino muſicæ ac cantus exortes. Et aliæ imitatrices ſunt,aut ex natura habẽtes ut imitenť,aut ex inſtitutione edoctæ. Aliæ uerò uniformem & immutabilem uocẽ emittunt. Superbus eſt gallus,elegans pauo, laſciuæ columbæ,& domeſticæ gallinæ,omni tẽpore coitus conſuetudinẽ habentes. doloſus & zelotypus eſt perdix,nequiter adiuuans uenatores ad prædã. Innumerę ſunt ut diximus & actionũ & uitarũ differentiæ. Sunt porrò quædam ex brutis etiam politica, & reip. ſtudioſa:ſiquidẽ politiæ propriũ eſt,ut ad unum cõmunem finem ſingulorũ actiones ſint deſtinatę,uelut in apibus uidere eſt. Nam illarũ cõmunis eſt habitatio, communis uolatus,opificium omniũ unum:& quod maximum eſt,quòd ſub rege & quodam ordinis duce operas attingunt, non prius ſuſtinẽtes ad prata exire,niſi ubi uiderint regem uolatum auſpicari. Eſt aũt ipſis nõ electus rex, ſæpe enim uulgus iudicio carens, peſſimum ad principatum euexit:neqꝫ ſorte poteſtatẽ adeptus, abſurdi enim ſunt ſortium caſus,in extremum omnium ſæpe poteſtatẽ conferentes: neqꝫ ex paterna ſucceſſione in regno collocatus. Nam & hi inerudití & oñis uirtutis indocti, ob delicias & adulationem fermè fiunt. Sed ex natura principatum in omnes habens, & magnitudine & figura,& morum lenitate excellens. Et eſt quidem aculeus regi,ſed non utitur eo ad ultionẽ. Leges quædã hæ ſunt naturæ nõ ſcriptæ,ut tardi ſint ad uindictã,qui ad maximas potentias ſunt euecti. Sed & quæcunqꝫ apes exemplũ regis non ſequuntur, eas ſtatim temeritatis pœnitet,quia ad aculei plagam commoriuntur. Audiant Chriſtiani quibus præceptũ eſt,nulli malum pro malò reddere,ſed uincere in bono malum. Imitare apem in proprio uictu acquirendo,quia nihil deuaſtans, neqꝫ fructũ alienũ corrũpens,fauos conſtruit. Nam ceram de floribus manifeſtè congregat: mel aũt,humiditatem ad roris ſpeciem floribus inſperſam, ore attractum cauitatibus fauorum immittit. Vnde etiam liquidum primùm eſt,deinde tempore concoctum, ad propriã cõpagem ac iucũditatẽ peruenit. Honeſtas & decẽtes laudes hæc à prouerbiorũ autore adepta eſt,ſapiens & operatrix appellata. Sic quidem laborioſe alimentũ congregãs,cuius labores, inquit,reges & priuati ad ſanitatem aſſumunt: ſic aũt ſapienter & artificioſe cellas mellis conſtruens. In tenuem enim membranã ceram diſtẽdẽs, frequentes & continuas inter ſe cauitates coædificat,ut frequẽtia ligationis inter ſe minutiſsimarũ, fulcrũ uniuerſo operi fiat. Vnaquæqꝫ enim cauitas ac cella ex altera hæret,tenui ſepto ab ipſa diſparata,ſimulqꝫ cõiuncta. Deinde fiſtulæ hæ bis ac ter concameratæ,atqꝫ inſtar cõtignationum ædium inter ſe ſuperędificatæ ſunt. Vitauerũt enim unam continuã facere cauitatẽ,ut ne humor ob grauitatẽ foras dilabereť. Diſce uerò quõ nec geometriæ inuentionũ rudis eſt ſapientiſſima apis. Omnes enim fauorum cellæ ſexangulę ſunt, & æqualia latera habent,nõ in directũ alternatim incumbentes,ut nequid patiantur ima uacuis adaptata:ſed anguli ſexangularũ infernarum ſedes & fulcrum ſunt incumben-

Matth.5. Pro.16.

tium,ut ſecurè ſupra ſe onera eleuẽt ac ſuſtineãt,& ſeparatim in unaquaq; cauitate hu-
mor cõtineatur. Quomodo porrò tibi omnes exactè recenſuero in uitis uolucrũ pro-
prietates? quõ grues in nocte uigilias ex circuitione uiciſſim ſuſcipiũt: & aliæ quidem
dormiunt, aliæ uerò circũ circà obeuntes, omnem ipſis ſecuritatẽ in ſomno exhibent.
Deinde tẽpore uigiliarũ peracto, hæc quidem clangore edito ad ſomnũ conuertit: illa
uerò ſucceſsionẽ ſuſcipiens, ſecuritatẽ quę ipſi contigit partim retribuit. Hanc diſcipli
nam etiam in uolatu uidebis. Aliàs em̃ alia ducatum ſuſcipit, & deſtinatũ quoddã tem-
pus in uolando prægreſſa retrò uertitur, & ducatũ uiæ inſequenti poſt eam tradit. Cæ-
terùm quod ciconiæ faciunt, nõ procul à rationali intelligentia abeſt. Sic quidẽ omnes
iuxta unum tempus ad has regiones accedũt, ſic aũt ſub uno quaſi ſigno elato omnes
diſcedunt. Stipant aũt ipſas cornices noſtræ, eaſq; deducunt (ut mihi quidẽ uidetur) ſo
cietatem quandam bellicã aduerſus hoſtiles aues exhibẽtes. Cuius rei ſignum primũ
eſt, quòd ſub illud tẽpus cornix penitus non appareat. Deinde quòd cũ uulneribus re-
deuntes, manifeſta protectionis & auxilij lati ſigna afferũt. Quis apud ipſas leges ho-
ſpitalitatis deſcripſit? quis ipſis accuſationẽ deſertoris minatus eſt, ut nulla in comita-
tu ac deductione deficiat? Audiant inuiſi hoſpitibus, & fores claudẽtes, & neq; tectum
in hyeme & nocte aduenis impertiẽtes. At uerò prouidẽtia ciconiarũ circa ſenio affe-
ctos, ſufficiebat ut pueros noſtros, ſi animaduertere uellent, ad parẽtum amorẽ excita-
ret. Om̃ino em̃ nullius adeò defectiuoſe ſapiens eſt, ut nõ pudore dignũ iudicet, brutiſ-
ſimis uolucrib. uirtute poſteriorẽ eſſe. Illæ patrẽ præ ſenio pennarũ defluuio laborantẽ
circũſtantes proprijs pẽnis cõfouent, & alimentũ abundè ſuppeditantes, etiã uolandi
auxiliũ quantũ poſſunt præbent, utrinq; ala leniter alleuantes. Atq; hoc ita apud om̃es
decantatũ eſt, ut iam Græci beneficiorũ retributionẽ Antipelargoſin nominẽt, à cico
nia quã pelargũ appellant uoce ficta. Nemo de paupertate doleat, neq; de ſua uita de-
ſperet, qui nullã domi opulentiã relinquit, ad hirundinis induſtriã reſpiciẽs. Illa em̃ ni-
dum cõſtruens, feſtucas quidẽ ore tranſuehit: lutũ aũt pedibus eleuare nõ potens, ex-
tremitates pennarũ aqua madefaciens, deinde tenuiſſimo puluere obuoluens, ſic luti
uſum excogitat, & paulatim feſtucas inter ſe uelut glutine quodã cõnectẽs, in ipſo ſic
nido pullos educat. Quorum ſi quis oculos expungat, à natura quandam artem medi-
cam habet, per quam ſobolis uiſum ad ſanitatẽ reducit. Hæc te cõmonefaciant, ne pro-
pter paupertatẽ ad maleficia cõuertaris: neq; in grauiſſimis afflictionibus, omni ſpe ab
iecta, ignauus & ab actione deſiſtens iaceas, ſed ad Deum confugias; qui ſi hirundini
tanta largitur, quanto maiora dabit his qui ex toto corde ipſum inuocãt? Halcedo ma-
rina eſt auicula. hæc apud ipſa littora pullos excludere ſolet, in ipſa harena oua depo-
nens: & circa mediã ferè hyemẽ pullos excludit, quum multis & uiolentis uentis mare
terræ allidit. Sed tamen ſopiuntur oẽs uenti, quieſcunt fluctus maris, per ſeptem dies
quibus halcedo ouis incubat: in tot em̃ diebus pullos excludit. Quum aũt etiã alimen-
to ipſis opus ſit, alios ſeptem ad pullorũ incrementũ magna largiẽs Deus, minutiſſimo
animalculo exhibuit. Quare & nautæ omnes hoc ſciunt, & illos dies Halcedonios ap-
pellant. Hæc tibi ad exhortationẽ, ut à Deo petas ea quæ ad ſalutẽ tuam pertinent, per
Dei circa bruta prouidentiã ſancita ſunt. Quid non præter omnẽ opinionẽ tui cauſa fi-
at, qui factus es ad imaginẽ Dei? ubi auiculæ adeò paruæ gratia, magnum & horrẽdum
detinetur mare, in media hyeme tranquillitatem agere iuſſum? Turturem aiunt coniu-
ge priuatam, non amplius ad alterum ſocietatem ſuſcipere, ſed manere ſolitariam: ob
memoriam olim coniuncti, ſocietatem ad alium abnegantem. Audiant mulieres, quo-
modo pudicitia uiduitatis etiam apud bruta, turpitudini in multis nuptijs præferatur.
Iniuſtiſſima circa ſobolis educationem eſt aquila: duos enim pullos excludens, alte-
rum ipſorum ad terram deijcit, alarum plagis expellens ac repudians: alterum aũt ſolũ
ſuſceptũ familiarẽ ſibi facit, propter alimenti difficultatẽ abdicans quẽ generauit. Sed
nõ ſinit hunc perire, uelut aiunt, oſſifraga: ſed ipſum ſuſceptum, unà cum proprijs ſuis
pullis educat. Tales ſunt parentes duri, qui ob prætextum paupertatis infantes expo-
nunt, aut etiã in hæreditatis diſtributione erga liberos iniqui ſunt. Iuſtum eſt enim, quẽ
admodum ex æquo impertiti ſunt unicuique ut eſſent, ſic etiam ſumptus ad uiuendum
æqualiter ipſis exhibere. Ne imiteris uncunguium uolucrium crudelitatem: quæ ubi
uiderint

uiderint pullos ſuos de cætero ad uolatũ cõfidentes, eijciunt ipſos nido, alis uerberantes ac expellẽtes, & de cætero nullã ipſorũ curam gerunt. Laudãdus eſt cornicis erga ſobolẽ amor, quæ etiã uolantes iam cõcomitatur pullos, ipſisq; cibum ſuppeditat, & ad plurimũ tempus enutrit. Multa uolucrũ genera ad cõcipiendũ maribus nihil opus habent. Sed in alijs generib. infœcunda ſunt ſubuentanea: uerũ uultures aiunt utplurimũ parere citra coitũ, eosq; longiſſimæ uitæ, ut quibus ad centeſimũ annũ ferme uita extenditur. Hoc ex uolucrũ hiſtoria ſignũ apud te contine, quo ſi quãdo uideris aliquos myſteriũ noſtrum irridentes, tanq; impoſſibile ſit & extra naturã, uirginẽ peperiſſe, uirginitate ipſius impolluta conſeruata: in animo tuo tecũ uolutes, quòd is cui uiſum eſt in ſtulticia prędicationis ſaluare credentes, innumeras ex natura occaſiones ad ea quę præter opinionẽ ſunt confirmanda præſumptas ac præmiſſas propoſuit. Producant aquæ reptilia animarũ uiuentium, & uolatilia uolantia ſuper terrã, iuxta firmamentum cœli. Super terrã quidẽ iuſſa ſunt uolare, propterea quod omnib. alimentũ à terra exiſtat: iuxta firmamentum uerò cœli, uelut etiã antea diximus, cœlo hic urano Græcis, ipſo aere appellato, ab eo quòd uideatur: & firmamento, propterea quod denſioris quodammodo ſit concrementi quàm ætherium corpus, & magis conſtrictus per euaporationes ex infernis, aer qui ſupra caput noſtrum eſt. Habes igitur cœlũ exornatũ, terrã decoratam, mare proprijs fœtibus fœcundum redditum, aerem plenũ uolucribus per uolãtibus ipſum: omnia præcepto Dei ex non exiſtentibus ad eſſe producta. Et quæcunq; ſermo noſter dimiſit nunc, diutiorẽ in his moram declinãs, ut ne modum excedere uideatur: ea tecum ſtudioſe reputans, & in omnibus Dei ſapientiã addiſcens, nunquam admirari deſines, neq; ceſſabis per omnem creationem glorificare conditorem. Habes in tenebris nocturnam uitam ducentia uolucrium genera: in luce, diurnam uitam degentia. Veſpertiliones enĩ & noctuæ & corui nocturni, ex noctu paſcentibus ſunt. Quare ſi quando in hoc tempore tibi non affuerit ſomnus, ſufficiet & in his conuerſatio, & proprietatũ in ipſis exiſtentium expenſio, ad glorificationẽ cõditoris. Quo modo uigil ſit luſcinia, quum incubat ouis, per totam noctẽ à cantu nõ deſiſtens. Quomodo idem quadrupes ſit & uolatile, ueſpertilio ipſa. quomodo ſola ex uolucrib. dentibus utatur: & parit quidẽ animal uelut quadrupeda, emergit autẽ in aerem non ala eleuata, ſed coriacea quadã membrana. Quomodo & hoc aliquid mutui amoris in natura habet. nam uelut longa catena ueſpertiliones inter ſe cohærent. & una ex alia appenſa eſt: quod ipſum in nobis hominib. nõ facile ſit efficere. Separatio enim & proprietas à pleriſq; ſocietati ac unioni præfertur. Quomodo noctuæ oculis ſimiles ſunt, uanæ ſapientiæ uacantes. Nam illius uiſus nocte quidem ualidus eſt, ſole autem ſplendente obſcuratur: & horũ mens acutiſſima quidem eſt ad uanitatis ſpeculationem, uerùm ad ueræ lucis intelligentiam obfuſcata eſt. In die autem ualde facile eſt tibi undiquaq; miraculum conditoris apprehẽdere. Quomodo ad operas te excitat domeſtica auicula, acuta uoce intonãs, & ſignificans procul adhuc appellentẽ ſolem, uiatores excitans, & agricolas ad meſſem educẽs. Quomodo uigil eſt anſerum genus, & ad latentium ſenſum acutiſſimum: qui aliquando etiam reginã urbiũ cõſeruarunt, hoſtes quoſdam clandeſtinos, per obſcuros cuniculos ad arcem Romæ capiendam iam progreſſos, prodentes. In quo uolucrũ genere nõ proprium quoddã miraculum natura oſtendit? Quis eſt qui uulturibus prænunciat hominum mortem, quum inter ſe exercitibus eductis militant? Videas enim innumeros greges uulturum exercitus ſequẽtes, ex armorum apparatu cõiectantes euentum. Hoc autem nõ procul à ratiocinationibus humanis abeſt. Quomodo tibi horrendos locuſtæ exercitus exponam? quæ ſub unum quaſi bellicum ſignum omnis eleuata, & ſecundum regionis latitudinem caſtrametans, non prius fructus attingit, quàm diuinum præceptum ipſi permittat. Quomodo ſeleucis inſequitur plagæ ipſius medela? infinitam habẽs edendi facultatem, benigno Deo naturam ipſius inexplebilem in hominum beneficentiam conſtruente. Quis modus cantilenæ cicadæ? quomodo in meridie ſeipſis magis ſunt canoræ, per aeris attractionem edito ſono, quã in thoracis diſtẽtione faciunt. Atenim uideor mihi lõge inferior ſermone eſſe ad explicãda uolatiliũ miracula, quàm ſi pedibus conarer uelocitatẽ ipſorũ aſſequi. Quũ uideris ex uolatilibus inſecta appellata, uelut ſunt apes & ueſpæ:

ſic enim ipſa appellarunt, propterea quòd undiquaꝗ inciſuras quaſdam oſtendãt: me ditare quòd his reſpiratio nõ eſt, neꝗ pulmo, ſed tota per totum aere aluntur, quapropter etiam oleo madefacta pereunt meatibus obſtructis, aceto autẽ ſtatim affuſo, rurſut reuiuiſcunt tranſitibus reſeratis. Deus noſter nihil redundãs, & nihil defectuoſum in aliquo neceſſario creauit. Rurſus ſi aquas amantia uolatilia cõſiderabis, aliam in ipſis conſtructionem comperies. Pedes neque fiſſos, uelut cornicis: neꝗ incuruos, uelut carniuororum, ſed latos & membranoſos, ut facile aquæ innatent, uelut remis quibuſdam pedum membranis aquã impellẽtes. Si uerò didiceris quomodo cygnus demiſſo in profundum collo, ſibiipſi ex infernis alimentum effert, tunc ſapientiam conditoris inuenies: quòd propterea longius pedibus collum addidit, quo uelut funiculo quodam demiſſo, alimentum in alto occultatũ exquirat ac extrahat. Si ſimpliciter legãtur Scripturæ uerba, ſyllabę quædam longæ exiſtunt. Producãt aquę uolatilia uolantia ſuper terrã iuxta firmamentum cœli. Si uerò perſcrutatus fueris uerborũ ſententiã, tunc magnũ ſapiẽtiæ conditoris miraculũ apparet. Quot uolatilium differentias præuidit, quomodo ipſa inter ſe iuxta genus diſparuit, quomodo unũquodꝗ ſeparatis inſigniuit proprietatib. Deficit me dies in aerijs miraculis exponendis, uocat nos terra ad ferarum & reptilium ac pecorum demonſtrationẽ, in promptu habens quæ æquali æſtimatione digna, cõtra plantas & natatilium genus omniaꝗ uolatilia opponat ac oſtendat. Producat terra animam uiuentem pecorum & beſtiarũ & reptilium ſecundũ
1.Cor.15. genus. Quid dicitis qui fidem nõ habetis Paulo de alteratione in reſurrectione, quum uideatis multa aeria formas mutare? qualia etiã de Indo uermiculo narrantur cornuto, qui primùm in erucam trãſmutatus, deinde temporis progreſſu bombyx fit: & neꝗ in hac forma permanet, ſed ex laxis ac latis bracteis alas acquirit. Quum igitur ſedetis uos mulieres horũ opera retexentes, fila uidelicet quæ mittunt uobis Seres ad mollia indumenta parãda, memores mutationis animalis: manifeſtã reſurrectionis notionẽ accipite, & ne abrogetis fidẽ alterationi, quã Paulus omnib. annunciat. Sed enim ſentio ſermonem modũ excedere. Quum igitur ad multitudinẽ dictorum reſpicio, extra modum me egreſſum uideo: quũ uerò rurſus ad uarietatẽ ſapientiæ opificis reſpexero, ne incœpiſſe quidẽ me narrationẽ puto. Simul autem etiam detinere uos diutius nõ inutile eſt. Quid enim quis facere poſſit ab hoc uſꝗ ad ueſperã tempore? nõ urgẽt uos conuiuatores, nõ expectant uos ſympoſia. Vnde ſi ita uidet, corporali ieiunio ad animarum lætíciã utemur. ſæpe inſeruiuiſti carni ad uoluptatẽ, hodie in animæ miniſterio perſeuera. Delicijs fruere in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Si diuitias amas,
Pſal.18. habes diuitias ſpirituales. Iudicia Domini uera iuſtificata in idẽ, deſiderabilia ſuper aurum & lapidẽ precioſum multũ. Si uoluptuarius quiſpiã es, & delectantib. gaudes, habes oracula Dei, ei qui ſpirituales ſenſus ſanos habet, dulciora exiſtentia ſuper mel & fauum. Si uos dimiſero, & cõcionem diſſoluero: alij quidẽ ad cubos diſcurrent, illic iuramenta & cõtentiones graues, & auariciæ uexationes, dæmon aſſiſtit per oſſa in terpuncta furorem accendẽs: & eaſdem pecunias ad utranꝗ partẽ transferens, nũc hunc uictoria attollens, & illi triſticiam inducens: rurſus autẽ illum ſuperbientẽ reddens, & hunc pudefactum. Quæ utilitas eſt ieiunare corpore, animã autẽ innumeris malis repletam eſſe? Qui uerò cubis nõ ludit, aliàs autẽ ocium agit, quid uanitatum non loquitur? quid abſurdorũ non audit? Ocium enim ſine timore Dei, prauitatis doctor eſt his qui tẽpore uti non ſciunt. Fortaſſis quidẽ igitur etiam utilitatẽ aliquã in his quæ dicuntur inuenietis: ſin minus, attamen ut ne peccetis, ex hac occupatione uobis contingit. Quare diutius uos detinere, eſt diutius uos à malis ſubducere. Sufficiunt etiã relata benigno ac candido iudici, ſi quis non ad opulentiã creationis reſpiciat: ſed ad noſtræ facultatis debilitatem, & ad ſufficientiã eorũ qui ad lætíciã conuenerunt. Terra uos proprijs germinib. excepit, mare piſcibus, aer uolatilibus. Parata eſt terra æqualia his opponere ac oſtendere. Sed hic modus ſit matutinæ epulationis, ut ne ſuperexcedens ſatietas, hebetiores uos ad ueſpertinarũ epularum fruitionem reddat. Qui porrò omnia ſua creatione repleuit, & in omnib. nobis propriorũ miraculorũ euidentes commonefactiones reliquit: repleat corda ueſtra omni lætícia ſpirituali, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

QVALIS uobis matutina ſermonũ menſa uiſa eſt? Mihi equidẽ in mentẽ
uenit, ut mea pauperis cuiuſdam cõuiuatoris beneuolentię aſsimilare de-
beam, qui ex numero eorum qui menſas opulenter conſtruunt eſſe am-
biens, ob penuriam rerum ſumptuoſarum triſtificat conuiuas, pauperem
ſupellectilẽ ac apparatũ largè inferens menſæ, ut ambitio in ineptiarũ op
propriũ ipſi cedat. Tale ſanè quiddã eſt etiam noſtrum factũ, niſi uos quid aliud dicitis.
Verùm qualiacunq; tandẽ ſint hæc, neutiquam uobis ſunt contemnenda. Neq; enim
Heliſſæum ut malũ conuiuatorem auerſabant hi qui tunc erant, eumq; oleribus ſylue-
ſtribus accipientem amicos. Noui leges allegoriæ, etiamſi nõ ex meipſo excogitarim, 4.Reg.3.
ſed in elaborata ab alijs inciderim, quas hi qui cõmunes ſcriptorũ notiones non ſuſci-
piunt, aquã non aquã dicunt. ſed aliã quandã naturã, & piſcem ad id quod ſibijpſis ui-
ſum eſt interpretant: & reptiliũ generationẽ ac beſtiarũ ad proprias ſuſpiciones con-
uerſi exponũt, uelut ſomniorũ interpretes eorũ quæ in imaginationib. in ſomno appa-
ruerunt expoſitiones ad propriũ ſcopũ facientes. Ego autẽ ubi fœnũ audiui, fœnũ in-
telligo: & plantã & piſcẽ & beſtiã, & pecus, omnia uelut dicta ſunt, ſic accipio. Non e- Rom.1.
nim erubeſco propter euangeliũ: neq; quia qui de mundo ſcripſerunt multa de figuris
terræ diſſeruerũt, an ſphæra ac globus ſit ſiue cylindrus, ſiue diſco ſimilis terra, & ex æ-
quo undiq; exornata, aut uanno ac uentilabro ſimilis, & in medio caua, (ad omnes eñ
has ſuſpiciones delati ſunt qui de mundo ſcripſerũt, ſinguli opiniones inter ſe mutuò
diſſoluentes) propterea ſanè adducar, ut noſtrã mundi conſtructionẽ uiliorẽ dicã, quo
niam nihil de figuris Dei ſeruus diſſeruit. neq; dixit menſurã terræ in circuitu cẽtena o-
ctoaginta ſtadiorũ milia habere: & umbrã ab ipſa in ſolis ſub terra motu non dimenſus
eſt, quantum in aerem procedat, & quomodo hæc ad lunã allata deliquia faciat: quo-
niam quæ nihil ad nos pertinent, uelut inutilia nobis obticuit. Num igit ea gratia uilio
ra putabo ſpiritus oracula, quàm infatuatæ ſapientiæ: an potius glorificabo eũ qui mẽ-
tem noſtrã uanitatibus deditã eſſe nõ uoluit, ſed omnia ad ædificationẽ ac perfectionẽ
animarũ noſtrarum cõſcribi diſpoſuit? quod ipſum quidã parũ intelligẽtes, uidentur
mihi additionibus quibuſdam & tropologijs ex propria ſua intelligentia, gratiam ali-
quam his quæ ſcripta ſunt adijcere tentaſſe. Verùm hoc eſt eius qui ſeipſum ſapientio-
rem oraculis ſpiritus facit, & in expoſitionis prætextu ſua ipſius obiter inducit. Intelli-
gantur itaq; ut ſcripta ſunt: Producat terra animam uiuentem pecorum & ferarum &
reptilium. Conſidera uerbum Dei per creationem currere, & quod tunc incepit, & uſ-
q; nunc efficax eſt, & in finem penetrat, donec mundus fuerit completus. Quemadmo
dum enim ſphæra ac pila quũ à quopiã impulſa fuerit, deinde decliuem aliquem locũ
apprehenderit, tum ex propria ſtructura, tum ex loci aptitudine, ad decliue fertur, non
prius cõſiſtens q; planicies aliqua ipſam excipit: Sic natura rerũ uno præcepto cõmo-
ta, creationẽ in generatione & corruptione æqualiter penetrat, generũ cõſequentias
per ſimilitudinẽ cõſeruãs, donec ad ipſum peruenerit finẽ. Equũ eñ equi ſucceſſorem
facit, & leonẽ leonis, & aquilã aquilæ, & unũquodq; animal conſequentib. ſucceſsioni
bus cõſeruatũ uſq; ad cõſummationẽ uniuerſi deducit. Nullũ tẽpus animaliũ proprie-
tates exiles facit: ſed uelut nuper cõſtituta natura, ſemper recẽs unà cũ tẽpore decurrit.
Producat terra animã uiuentem. Hoc præceptũ in terra permanſit, & nõ ceſſat inſerui-
re cõditori. Alia eñ ex ſucceſſione eorũ quæ prius exiſtunt ꝑducunt. Alia uerò adhuc
etiã nũc ex ipſa terra in animal generari oſtendunt. Non eñ ſolum cicadas in pluuioſis
tẽpeſtatibus remittit, neq; alia innumera genera uolatiliũ quę in aere ferunt, quorũ plu
rima innominata ſunt, ꝓpter tenuitatẽ: ſed etiã mures & ranas iam ex ſe profert, quũ ſa
nè circa Thebas Aegyptias, ubi in æſtib. largè pluerit, ſtatim arualib. muribus regio cõ-
pleatur. Anguillas autẽ neq; aliter uidemus q; ex limo conſtitui ac generari, quarũ ſuc-
ceſſionẽ neq; ouũ neq; alius quiſpiã modus conſtituit, ſed ex terra ipſis generatio exi-
ſtit. Producat terra animam. Pecora terreſtria & ad terram prona ſunt, uerùm cœleſtis
planta homo, quantũ corporei figmẽti figura, tantũ etiã animæ dignitate differt ac prę-
ſtat. Quadrupedũ figura qualis eſt? Caput ipſorũ in terrã pronũ eſt, in uentrẽ ſpectat,
& huius delectationẽ ex omni occaſione perſequit. Tuũ caput ad cœlum ſurrectũ eſt,
oculi

oculi tui ſuperna intuentur. Quare ſi quando & tu affectionib. carnis teipſum dehoneſtaueris, uentri inſeruiēs, & his quæ ſub uentre ſunt, collatus es pecoribus ſtolidis, ipſiſq; aſsimilatus es. Alia eſt cura te decens, ſuperna quęrere ubi Chriſtus ipſe eſt, ſuper
Phil. 3. terreſtria mētem eleuare. Velut figuratus es, ita etiā diſpone tuam ipſius uitam. Rempublicam habeto in cœlis. Vera tua patria eſt ſuperna Hieruſalem, ciues & cōtribules primogeniti deſcripti in cœlis. Nō igitur in terra ſita anima brutorū apparuit & emerſit, ſed ſimul cum præcepto in natura ſubſtitit. Vna autē eſt anima brutorū: unum eſt enim quod ipſam inſignit irrationalitas. Verùm diuerſis proprietatib. unumquodq; animal ſecernit. Stabilis eſt bos, piger eſt aſinus, calens eſt equus ad fœminæ appetentiā, immitis eſt lupus, doloſa eſt uulpecula, timidus eſt ceruus, laborioſa eſt formica, blandus eſt canis, & amiciciæ memor. Simul em̄ & creatū eſt unumquodq;, & inducta eſt ipſi naturæ proprietas. Simul generatus eſt animi impetus ille cū leone, & ſolitudo uitæ ipſius, & inſocietas ad ea quæ eiuſdē generis ſunt. Nam uelut tyrannus quiſpiā brutorum, propter naturæ ſuperbiā, ęqualitatē ad multos nō ſuſcipit: qui ſanè neq; heſternū alimentū admittit, neq; utiq; reliquias heſternæ prædæ ſuæ adierit. Cui etiam tanta uocis organa natura indidit, ut multa animalia uelocitate excellentia ſolo ſæpe rugitu capiantur. Impetuoſum animal eſt panthera, & repentinis motibus præditum. Idoneum corpus ipſius flexibilitati ac leuitati cōiunctum eſt, ad animæ motus cōſequens. Pigra eſt natura urſæ, proprij etiam mores latētes ac altè tecti: ſimile induta eſt etiam corpus, graue, compactum, inarticulatum, cōueniens reuera beſtiæ in ſpeluncis latenti præfrigeratæ. Si ſermone percurramus, quanta inſit brutis his citra doctrinā & naturalis ſuper uita ſuiipſorū cura, aut ad noſtram ipſorum cuſtodiam, & ſalutis animarū prouidētiam commouebimur: aut amplius cōdemnabimur, quū inuenti fuerimus etiam imitatione brutis inferiores. Vrſa ſæpe altiſsimis ſauciata plagis, ſibiipſi medet, omni ſtudio uerbaſco herba ſiccā naturam habente uulnera obturans. Videas autē & uulpeculam lachryma pini ſeipſam ſanātem. Teſtudo uerò uiperæ carnib. impleta, per origani contrarietatem detrimentum uenenum iaculantis beſtiæ effugit. Et ſerpens oculorum cladi medet fœniculo paſta. Prænotiones porrò mutationis circa aerem, qualem nō prudentiam rationalē occultant? quum ſanè ouicula hyeme accedente, largiter alimentū ingerat, uelut ſuperingerens cibū ad futurā inopiam. Boues autē hyemis tempore diu concluſi, iam tandē uere accedēte, naturali ſenſu mutationem percipiētes, ex ſtabulis ad exitus ſpectant, omnes ſub unum quaſi ſignū datum uiſus tranſmutantes. Iam uerò quis ex labori deditis, etiam herinacium terreſtrem obſeruauit duplices reſpirationes luſtro ſuo cōſtruentem: & ubi quidē aquilonis ſtatū timet, ſeptentrionalē obturat, auſtro uerò flante, in ſeptentrionalē tranſit. Quid per hæc nobis hominib. cōmonſtrat? Non ſolū quòd per omnia conditoris noſtri cura permeat, ſed quòd etiā in brutis quidam futuri ſenſus ſit, ut & nos præſenti uitæ nō addicti ſimus, ſed de futuro ſeculo omne
Prouer. 6. ſtudiū habeamus. Nō laborabis pro teipſo ô homo? non in præſenti ſeculo prædepones ac recondes requiē futuri, ad formicæ exemplū reſpectu habito? quæ in æſtate alimentū hyemale ſibiipſi recōdit, & nō propterea quòd nōdum adſunt hyemis moleſtiæ, per ociū tempus tranſmittit: ſed diligētia quadā indeſinēte, ſeipſam ad laborē intēdit, donec ſufficiēs alimentū in penum repoſuerit. & neq; hoc ſegniter ac negligenter, ſed ſapienti quadam uerſutia excogitās, quo ipſum alimentū q̃ diutiſsimè perſeueret. Suis em̄ ungulis medios fructus diſſecat, ut ne enaſcētes, inutiles ipſi ad alimentū reddantur: eoſdē etiā ſiccat, ubi ſenſerit ipſos madefactos. & nō in omni tempore ad uentū exponit: ſed ubi pręſenſerit aerē in ſerena cōſtitutione cōſeruari. Profectò nō uideas imbrē ex nubib. defluere, quo tēpore frumētū à formicis expoſitū eſt. Quis ſermone aſſequi poſsit, qualis auditus capax fuerit, quod tēpus ſuffecerit, ad dicēda & enarranda
Pſal. 90. da artificis miracula? Dicamus & nos cum ꝓpheta: Quàm magnificata ſunt opera tua Domine, omnia in ſapiētia feciſti. Quomodo igit̃ ſuffecerit nobis ad excuſationē, qđ literis ea quæ conducunt, edocti non ſimus: quū per legē naturæ citra doctrinā contin
Mat. 7. gentē, eius qđ cōmodū eſt, electionē acceperimus? Noſti quòd facies proximo bonū? quod tibiipſi ab altero uis fieri. Noſti quid ſit malum? quod nec ipſe uelis ab alio pati. Nulla ars ſecādi radices, nullū herbariū experimentū, doctrinam utiliū brutis inuenit:

ſed

ſed naturaliter unumquodq; animal propriam ſalutem exquirit, & inenarrabilẽ quandam familiaritatẽ ad id quod ipſi ſecundum naturã eſt poſsidet. Sunt autẽ & apud nos uirtutes ſecundum naturã, ad quas familiaritas ipſi animæ, nõ ex doctrina hominũ, ſed ex ipſa natura ineſt. Quemadmodũ enim nulla diſciplina nos docet morbũ odiſſe, ſed ſpontaneam habemus calumniam ac deteſtationem aduerſus ea quæ nobis moleſta ſunt: ſic etiã eſt animæ quædam declinatio, & fuga uitij, citra doctrinã. Omne autem uitium eſt animæ ægritudo: uirtus uerò ſanitatis rationem obtinet. Rectè eñ quidã ſanitatẽ definierũt, eſſe ſtabilitatẽ actionũ ſecundum naturã: quòd etiã ipſum ſi quis de bona animæ habitudine dixerit, à decoro nõ aberrabit. Vnde appetens familiaris & eius quod ſecundũ naturã eſt, citra doctrinã anima ipſa exiſtit. Quapropter laudata eſt apud omnes modeſtia, & accepta iuſticia, & admirabilis fortitudo, & grata prudentia, quæ magis familiaria animæ ſunt quàm corpori ſanitas. Vos filij diligite parẽtes, uos *Ephe.6.* parentes ne irritetis filios. Num & natura hęc nõ docet? Nihil noui monet Paulus, ſed uincula naturæ adſtringit. Si leæna amat filios ſuos, & lupus pro catulis pugnat: quid dixerit homo, & præcepta negligẽs, & naturã adulterans, quũ aut filius dehoneſtat ſenectã patris, aut pater propter ſecundas nuptias priorũ filiorum obliuiſcitur? Immenſus profectò eſt in brutis, ſobolis ac parentum inter ſe amor. Quapropter opifex ipſorum Deus rationis defectũ per ſenſuũ opulentiã mitigauit. Vnde eñ inter innumeras ouiculas agnus ex mãdra exiliens, nouit uocẽ matris, & ad ipſam feſtinat, & proprios lactis fontes inquirit: & ſi egenas maternas mammas cõtigerit, cõtentus eſt illis, multa plena ac grauata ubera prætergreſſus? Et uiciſsim mater inter infinitos agnos propriũ agnoſcit? Vox eſt una, color idẽ, odor ab omnib. ſimilis, quantũ ad noſtras nares affertur. Sed tamẽ eſt quidã ipſis ſenſus noſtra apprehẽſione acutior, iuxta quẽ unicuiq; adeſt familiaris & proprij agnitio. Nondum ſunt dentes catulo, & tamẽ per os ad uindictam paratus eſt aduerſus eũ qui moleſtus eſt. Nõdum cornua ſunt uitulo, & nouit ubi arma ipſi enaſcenť. Hæc demonſtrãt indoctas eſſe naturas uniuerſorũ, & nihil eſſe inordinatũ, neq; indefinitũ in rebus exiſtentib. ſed omnia habere ueſtigia ſapiẽtiæ conditoris, in ſeipſis oſtẽdentia quòd cõſtructa ad cõſeruationem propriæ ſuæ ſalutis producta ſunt. Rationis quidẽ expers eſt canis, æquiualentem tamẽ rationi ſenſum habet. Quę eñ per multũ uitæ ociũ deſidẽtes mũdi ſapiẽtes uix inuenerũt, ſyllogiſmorũ inq; plexus: ea ſe à natura edoctũ oſtẽdit canis. Veſtigiũ enim feræ perſcrutãs, ubi inuenerit ipſum multiformiter fiſſum, digreſsiones quocunq; diuertẽtes ſingulatim rimatus, tãtũ nõ ſyllogiſticã uocẽ per ea quæ facit edit. aut hac (inquit) fera diuertit, aut illac, aut in hac partẽ. Atqui neq; hac, neq; illac: reliquum igiť eſt ipſam hac digreſſam eſſe: & ſic per deſtructionẽ falſorũ, uerũ inuenit. quid magis eximiũ faciũt, qui in mathematicis figuris deſignãdis reuerẽter & cũ graui autoritate deſidẽt, & puluerẽ lineis inſculpunt, ex tribus propoſitionib. tollentes ac deſtruẽtes duas, & in ea quæ reliqua eſt ueritatẽ inuenietes? Porrò memoria beneficij huius animalis, quẽ non ex ingratis erga benefactores pudefacit? quũ ſanè multi canes etiã occiſis dominis in ſolitudine immortui eſſe cõmemorentur. Iã uerò quidã in recenti adhuc facto & affectione, etiã uiæ duces his qui occiſores inquirũt facti ſunt, & ad pœnã rapi malefactores fecerũt. Quid dixerint hi qui creatorẽ ipſorũ & nutritorẽ Dominũ nõ diligũt, ſed etiã amicis utunť his qui iniuſta cõtra Deum loquunť, & eadẽ cũ ipſis mẽſa participãt, & iuxta ipſum cibum blaſphemias cõtra nutritorem tolerant. Cæterũ nunc ad ſpeculationẽ creaturis redeamus. Animalia quæ faciliora ſunt captu, fœcundiora ſunt. Quapropter multã prolẽ pariunt lepores, & capræ ſyluestres: & oues ſyluestres gemellos pariunt, ut ne deficiat genus à crudiuoris conſumptum. Quæ uerò alia perimunt, paucam ſobolem pariũt: unde uix unius leonis mater leæna fit. dilaniato eñ utero per unguium aciẽ procedit, uelut tradunt. Et uiperæ utero eroſo progrediunť, decentẽ mercedẽ genitrici rependentes. Adeò nihil nõ prouidũ in naturæ rebus eſt, neq; quicq; pertinentis ad ſe curæ expers. Et ſi ipſas animaliũ partes cõſideraueris, inuenies quod neq; ſuperfluũ quid cõditor appoſuit, neq; neceſſaria detraxit. Carniuoris animalib. acutos dentes adaptauit: talibus eñ opus erat ad alimenti ſpeciem. Quæ uerò ex dimidio dentibus armata ſunt, multis & uarijs alimentorum horreis inſtruxit. Nam quia primùm non ſufficienter attenuať ab

ipſis alimẽtum,tribuit ipſis ut deglutitũ rurſus reuocent, quo ruminatione contritum in nutrimentum cedat,& ei quod nutritur aſsimiletur. Gulæ, & pelliculæ in uentribus, & reticula, & inteſtina magna,nõ fruſtra ſita ſunt in animalib. quæ ea habẽt, ſed neceſſariam utilitatẽ ſingula implent. Lõgum eſt collũ cameli,ut pedibus adęquetur, & herbam cõtingat ex qua uiuit. Breue eſt & humeris inſitum collum urſæ, & leonis, & tigridis, & reliquorum eius generis: quia non ex herba ipſis eſt alimentum,neq; neceſſe eſt ad terram ſe inclinare,quũ carniuora ſint, & ex præda animalium ſe ſuſtentent. Quid ſibi uult proboſcis elephantis? Quia magnum animal, & ex terreſtribus maximũ,ad perterrefaciendos occurrentes productum,carnoſum eſſe oportebat,corporeq; completo. Huic ſi collũ magnum & pedibus adæquatum additum eſſet, intractabile eſſet ob ſuperexcellentẽ grauitatem ſemper deorſum uergens. Nunc autem caput quidem per pauca ceruicis uerticula ad ſpinã connectitur: habet autem proboſcidem, colli utilitatem & uſum implentẽ, per quam & cibum adducit, & potum ſubuehit. Sed & inarticulati ſunt ipſi pedes, & uelut columnæ unitæ onus ſuſtentant. Si enim laxi & flexibiles artus ipſis ſuppoſiti eſſent, frequẽtes ſanè articulorum emotiones, ipſo ſe inclinante & exurgente cõtingerent, onus leuare nõ potentium. Nunc autem breuis talus pedi elephantis ſubiacet, neq; tamẽ in talum, neq; in genu articulatus eſt. Articulorum enim lubricitas non ſuſtentare poſſet animantis carnoſitatem, multã adeò ipſi circumfuſam & circùm trementem. Vnde neceſſarius naſus ille fuit uſq; ad pedes demiſſus. Non uides in bellis, quòd uelut turres quædam animatæ aciem præcedunt? aut colles quidã carnei intolerabilẽ impetum habẽtes, hoſtium cõſtipatum agmen diſcindunt? quib. ſi nõ correſponderent ad proportionẽ infernæ partes, ad nullum tempus animal ſufficeret, neq; duraret. Nunc autẽ tradunt aliqui trecẽtos annos, & plures adhuc uiuere elephãtem, proter hanc artuũ compagẽ nullos articulos habentem. Cibum autem, uelut diximus, proboſcis illa de terra in altum ſubleuat, ſerpentinæ exiſtens ac flexibilioris naturæ. Atq; ſic uerus eſt ſermo, quod nihil ſuperfluum neq; defectuoſum in creatis inueniri poſsibile eſt. Hoc tamẽ animal tanta magnitudine præditum, ſubditum nobis Deus conſtituit, ut & ſi doceatur intelligat, & ſi percutiatur excipiat ac ſuſtineat: euidenter nos edocẽs, quod omnia ſubiecit nobis, propterea quòd ad imaginẽ cõditoris facti ſimus. Non ſolum autẽ in magnis animalib. imperueſtigabilẽ ſapientiam uidere eſt, ſed etiam in minutiſsimis nihilo minora miracula cõgregare licet. Quemadmodũ eñ nõ magis miror magnos mõtium uertices, qui propter nubiũ uicinitatẽ, & cõtinuam perflationẽ, hyemis ſtatũ conſeruãt, quàm cõcauitatem uallium, quæ nõ ſolum uentorum alta petentium ſæuitiem effugit, ſed etiam tepidum ſemper aerem cõtinet. Sic etiam in animalium conſtitutionibus nõ magis admiror elephantẽ ob magnitudinẽ, quàm murem, quia horrẽdus eſt elephanti: aut tenuiſsimum ſcorpij aculeum, quomodo cauauit ipſum uelut tibiam artifex ipſe, ut per ipſum uirus ſauciatis immittatur. Et nemo incuſet conditorem, propterea quòd animalia uenenum eiaculantia, & perimentia, & uitæ noſtræ aduerſaria induxit. Nam ſic etiã pædagogo quis uitio uerterit iuuẽtutis leuitatem in ordinem redigenti, & plagis ac flagellis proteruitatẽ caſtiganti. Fidei probatio
Pſal.90. ſunt beſtiæ. Cõfidis Domino, ſuper aſpidẽ & baſiliſcum aſcẽdes, & conculcabis leonẽ & dracone, & habes per fidem poteſtatẽ calcandi ſerpentes & ſcorpios. Aut nõ uides
Act.28. quòd Paulum ſarmenta colligentẽ inuaſit uipera, & nullum detrimẽtum affricuit, propterea quòd plenus fide ſanctus eſſet? Si autẽ fidem non habes, time nõ magis beſtiã quàm tuam ipſius incredulitatem, per quam teipſum facilem captu omni corruptioni feciſti. Verùm enimuerò iamdudum ſentio de hominis generatione à me exigi, & tantum nõ audire mihi uideor auditores in cordibus uociferãtes: Noſtra quidẽ qualia ſint natura edocemur, nos autẽ ipſos ignoramus. Neceſſe igitur eſt dicere, omni cũctatione nos detinente repulſa. Reuera enim uidetur omnium grauiſsimum eſſe, ſeipſum non nouiſſe. Non enim ſolum oculus foras proſpiciens, in ſeipſum uiſu non utitur: ſed & ipſa mens noſtra alienum peccatum intuens, tarda eſt ad propriorũ delictorũ agnitionem. Quapropter etiam præſens ſermo quum celeriter recenſuerit aliena, ſegnis eſt & torpore plenus ad propria expendenda. Atqui non magis ex cœlo & terra Deũ cognoſcere datur, quàm ex propria noſtra conſtitutione, ſiquidẽ prudẽter quis ſeipſum
expendere

expendere uelit, uelut ait propheta: Mirabilis facta eſt ſciētia tua ex me. hoc eſt, ubi me Pſal. 138.
ipſum perdidiciſſem, excellentiā ſapiētię in te edoctus ſum & dixit Deus: Faciamus ho
minem. Vbi eſt mihi Iudæus, qui in ſuperiorib. theologiæ lumine, uelut per feneſtras
quaſdā illucēte, & ſecunda perſona myſticè quidē demōſtrata, nō autē euidenter elu-
cente, aduerſus ueritatē cōtendebat, ipſum ad ſeipſum loqui Deū aſſerens? Ipſe enim
inquit, dixit, & ipſe fecit: fiat lux, & facta eſt lux. Erat quidē igitur etiā tunc expoſita in
his quæ ab ipſis dicebant̄ abſurditas. Quis eṁ faber ferrarius aut lignarius aut etiā ſu-
tor coriarius, inter inſtrumenta artis ſolus deſidēs, nemine ipſi cooperāte, dicit ipſe ſi-
bijpſi, Faciamus gladiū, aut cōponamus aratrum, aut efficiamus calceū, & nō cum ſilen
tio pertinentē ad ſe actionē abſoluit? Nugæ enim reuera ingentes ſunt, imperantē ali-
quem ſibijpſi & præceptorē deſidere, & heriliter ac uehementer ſeipſum urgere. Sed
tamē quos ipſum Dominum calumniari nō tæduit, quid nō dixerint exercitatā ad mē-
dacium linguā habētes? Præſens tamē uox, os ipſorū omnino obturat. Et dixit Deus,
Faciamus hominē. Num etiam nunc, dic mihi, ſolitaria eſt perſona? nō enim ſcriptum
eſt, Fiat homo: ſed, Faciamus hominē. Quàm diu nondū apparebat is qui docetur, ho
mo nimirū, in profundo occultata erat cognitionis Dei prædicatio: quū de cætero ho-
minis generatio expectatur, denudatur fides, & clarius reuelatur ueritatis doctrina: fa-
ciamus hominē. Audis ô Chriſti aduerſarie, quod ad ſociū opificij loquitur, per quē &
ſecula fecit, qui fecit uniuerſa uerbo potentiæ ſuæ? Sed enim non quiete ſuſcipit ſermo
nem pietatis. Verùm quemadmodū beſtiæ homini maximè infeſtæ, ubi ſeptis incluſæ
fuerint, circum ſepimenta fremunt, amarulentiā & feritatem naturę oſtendētes, furorē
autē explere non potentes: ſic etiam infenſum ueritati genus Iudæi ad anguſtias reda-
cti, multas aiunt eſſe perſonas, ad quas ſermo Dei factus eſt. angelis enim dicit aſtanti-
bus ipſi, Faciamus hominē. Iudaicū hoc eſt figmentū, & leuitatis inde profectæ fabu
lamentū, ut ne unum ſuſcipiant, innumeros inducunt: & filium reprobantes, famulis
conſilij dignitatē attribuunt: & conſeruos noſtros, dominos noſtræ creationis faciunt.
perfectus homo ad angelorū dignitatē adducitur. Quale autē opificiū æquale eſſe po-
terit cōditori? Conſidera autē & quod ſequitur, Iuxta imaginē noſtram. Quid dicis ad
hoc? Num & imago una eſt Dei & angelorū? filij equidē & patris eandē eſſe formam,
omnino neceſſe eſt, forma uidelicet uelut Deo cōuenit accepta, nō in figura corporea,
ſed in proprietate deitatis. Audi & tu qui ex noua circumciſione es, qui ſimulato Chri
ſtianiſmo, Iudaiſmo honorē habes: cui dicit ſecūdū imaginē noſtrā? Cui alij ſanè quàm
ſplendori gloriæ & characteri ſubſtantiæ ipſius, qui eſt imago Dei inuiſibilis. Propriæ
itaq; imagini uiuenti, & quę dixit, Ego & pater unū ſumus. &, Qui me uidit, uidit & pa Col. 1.
trem. huic dicit, Faciamus hominē ſecundū imaginē noſtrā. Vbi unà eſt imago, ubi po Ioan. 10.
teſt eſſe inæqualitas ac diſſimilitudo? Et fecit Deus hominē. nō fecerunt. Fugit hic ꝑlu Ioan. 14.
relitatē perſonarum: per illa quidē Iudæum erudiēs, per hæc uerò paganiſmum exclu-
dens, ſecurè recurrit ad unitatē, quo & filiū intelligas cum patre, & multitudinis deo-
rum periculū effugias. Ad imaginē Dei fecit ipſum. Rurſus coadiutoris perſonā indu-
xit. nō enim dixit, Ad imaginē ſuijpſius: ſed, Ad imaginē Dei. In quo quidē igit̄ habeat
homo id quod eſt ſecundum imaginē Dei, & quomodo particeps ſit eius quod eſt ſe-
cundū ſimilitudinē, in ſequentibus Deo dante dicetur. Nūc autē tantum dicatur, quod
ſi una eſt imago, unde tibi in mentē uenit intolerabilis impietas, ut diſsimilē patri filiū
dicas? O ingratitudinē, cuius particeps factus es ſimilitudinis, eam nō attribuis bene
factori? & tibijpſi quidē propria manere putas, ea quę ſunt ex gratia exhibita. Domino
autē ſimilitudinē ex natura ad genitorē habere non permittis? Cæterùm ſilentiū nobis
de cętero ueſpera ipſa imponit, quæ iamdudum ſolem ad occidentē demiſit. Hic igitur
etiā nos ſermonem ſopiemus, dictis contenti. Nunc quidem igitur quantum ad ęmula
tionem ueſtram excitandā attinet, ſermone attigimus, perfectiorē uerò propoſitorū
enucleationem, in conſequentibus ſpiritu cooperante dabimus. Abite itaq; mihi gau-
dentes uos Chriſti amans eccleſia, pro omni obſonio ſumptuoſo & uarijs condimen-
tis, per memoriam relatorum uenerandas menſas ueſtras exornantes. Confundatur
qui diſſimilitudinem producit, pudefiat Iudæus, gaudeat ueritatis dogmatibus pius,
glorificetur Dominus, cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia decima, de hominis conſtructione.

VEteris debiti exolutionē impleturus prodeo: cuius redditionē diſtuli, non ob uoluntatis ingratitudinē, ſed corporis debilitatē. Debitū maximè neceſſariū, & quod ueſtris auribus debemus. Etenim iniuſtum eſſet uos de brutis, & natatilibus, & pecoribus, & uolatilibus, deꝗ cœlo & quæ iuxta cœlum ſunt, & de terra terræꝗ plantis edoctos, nō etiam de noſtra generatione ex diuinitùs inſpirata Scriptura illumnari. Quēadmodū eñ oculi noſtri externa uidētes, ſeipſos nō uidēt, niſi alicubi corpus ſolidū cōtigerint, & illinc refractus uiſus, uelut à refluxu, uidere ipſos fecerit ſuam ipſorū cōſtitutionē retrorſum: Sic etiam mēs noſtra, alia uidēs ſeipſam nō uidet, niſi Scripturis incūbat. Lumē eñ inde refractū cauſa eſt, ut unuſquiſꝗ noſtrûm conſpiciatur, alioqui imprudentes ſumus, & noſtræ ipſorum conſtructionis minimè perſpicaces, quòd ſumus, & quid ſumus ignorantes. negligentiſsimè enim circa nos ipſos diſpoſiti ſumus, eorum quæ cognitioni expoſita ſunt, & minutiſsimorū in nobis cognitionē nō habentes. Multæ artes omne ſuum ſtu-
Medicina. dium circa corpus noſtrū humanum cōſumpſerunt: & ſi medicinā percenſueris, reperies quanta de utilitate partiū noſtrarum nobis exponit, quot obſcuras uias in occulto exiſtentes, circa internā noſtrā cōſtructionem, in artis reſecandi corpota aggreſsionib. inuenit. unā cōſpirationem à corpore, canales ſpiritus, aquæductus ſanguinis, reſpirationis attractionē, habitationem foci caloris in corde, motū perſeuerantē ſpiritus circa cor: innumera apud illos ſtudio inuenta ſunt, quorū nemo noſtrū expertus eſt. propterea quod nullum ocium ad hanc partē expendendā inſumimus, neꝗ ſeipſum quiſ'nā ſit quiſquā noſſe ſtudio habet. magis eñ ad cœlū cognoſcendū prōpti ſumus, ꝗ noſipſos. Quare ne cōtemnas miraculū quod in te eſt. Paruus enim es uelut putas, magnum autem cōperiet te ratio recenſens & expēdens. Quapropter ſapiēs Dauid exactè gna-
Pſal. 138. rus ſeipſum expendere. Mirabilis facta eſt, inquit, ſcientia tua ex me: & artē quæ in me eſt, quanta uidelicet ſapientia cōſtructū eſt corpus meū, cōſiderās ex parua hac cōſtructione, magnū opificem intellexi. Faciamus hominē ſecundū imaginē noſtrā, & ſimilitudinem. Oſtenſum eſt nuper in tranſcurſu, & ſufficienter demonſtratū eſt, quis ſit qui dicit, & ad quē fit ſermo: & habet eccleſia de his demonſtrationes, imò magis habet fidem demōſtratione firmiorē. Faciamus hominē. Perdiſce teipſum hinc initio facto. Nondū de alio opificio hæc uox cōſcripta eſt. Lux facta eſt, & ſimplex eſt præceptū, dixit Deus: Fiat lux, cœlū, & abſꝗ cōſilio cœlū factū eſt, & luminaria, & nullū conſilium prius iniȷt de luminaribus. Mare & pelagus immēſum præcepto ad eſſe producta ſunt. Piſciū genera omnigena iuſſu facta ſunt, feræ & iumēta & uolatilia, dixit & facta ſunt. Hic nondū eſt homo, & cōſiliū fit de homine. Nō dixit uelut de aliȷs, Fiat homo. Perdiſce tui ipſius dignitatem: nō proiecit generationē tuā præcepto, ſed conſiliū fit in Deo, quomodo præſtans animal ad uitā producendū ſit. Faciamus hominē. Sapiens deliberat, artifex conſiderat. Ergo defectuoſa eſt ipſius ars, & ex cura uult abſolutum & perfectum ac exactum facere ſuum opificium, aut ut tibi demonſtret quòd perfectus es apud Deū. Didiciſti quòd duæ ſint perſonæ: is qui dicit, & ad quem fit ſermo. Cur non dixit, Fac, ſed Faciamus hominē? ut intelligas Dominū, ut ne patrē cognoſcens, filium ignores: ut ſcias quòd pater fecit per filium. & filius creauit paterna uoluntate, & glorifices patrē in filio, & filiū in ſpiritu ſancto: ſic cōmune factus es opus, ut cōmunis adorator amborum exiſtas: nō ſcindens adorationem, ſed uniens deitatem. Vide hiſtoriā quidem figura, theologiam aūt potentia. Et fecit Deus hominē. Faciamus dixit. & non dixit, Et fecerunt: ut ne multitudinis deorū occaſionem arripias. Si enim pluralis inducta eſſet perſona, inſatiabiles facti eſſent homines, multam deorum copiā ſibiȷpſis accumulantes. Nunc uerò faciamus, ut cognoſcas patrem & filiū & ſpiritum ſanctū. Poſtea uerò fecit Deus hominē, ut unias deitatē. unias aūt non ſubſtantias, ſed potentias, ut unā maieſtatem habeas, non partiens circa adorationē, non partiens in deorū multitudinē. Non dixit, Fecerunt Dei hominem: ſed. Fecit Deus. propria eſt ſubſtantia patris, & própria filȷ, & propria ſpiritus ſancti. Cur igitur non tres? quia una deitas. quā enim in patre uideo deitatem, hanc etiam in filio: & quam in filio, hanc & in ſpiritu ſancto: propterea quòd forma in utroꝗ una, & principium à patre in filio idem. & pro-

pterea

pterea etiã apud nos adoratio & glorificatio una. Procœmiũ noſtræ generationis, theologia uera, faciamus hominẽ, & ſecundũ imaginem & ſimilitudinem noſtrã. Secundũ imaginem Dei facti ſumus. Quomodo igitur ſecundũ imaginẽ Dei? Depurgemus cor inſciũ, præſumptionem & anticipationem ineruditã, indoctas de Deo opiniones: ſi ſecundũ imaginẽ Dei facti ſumus, inquiunt, cõformis nobis eſt Deus? Oculi circa Deũ & aures, caput, manus, coxendix, in quo ſedet? Deus enim in Scriptura ſedere dicitur. *Pſal.79.* pedes per quos obambulat? Nónne talis eſt Deus? Reijce de corde indecoras imaginationes. Eijce à te cogitatiõẽ minimè decentem magnitudinẽ Dei, figuræ expers eſt Deus, ſimplex, magnitudine carens, quantitatis exors: ne imagineris formam circa ipſum, ne paruum reddas iudaicè eum qui magnus eſt, ne apprehendas Deum corporalibus notionib. ne circumſcribas ipſum mente tua, incõprehenſibilis eſt magnitudine: cogita magnũ, & magno appone plus quàm mẽte cõcepiſti, & pluri adhuc plus, & tuã cogitationem perſuade quod ad infinita nõ perueniet. Figurã ne concipias animo, à potentia Deus intelligitur, ſimplicitas naturæ, magnitudo quantitatis exors, ubiq; eſt, & ſuper omnia redundat, & eſt tactu indefinitus, qui tuã apprehenſionẽ elabẽs, neq; magnitudine circumſcribitur, neq; figura cõprehenditur, neq; potentia menſuratur, neq; temporibus cõſtringitur, neq; finibus terminatur. Nihil eſt circa Deũ, quale circa nos. Quomodo igitur Scriptura dixit nos ſecundũ imaginẽ Dei factos eſſe? De Deo doceamur, de nobis ipſis cogitemus, quod nõ habemus in corporis forma id quod ſecundũ imaginẽ Dei eſt. quum enim corpus corrumpitur, forma perit, non in corruptibili incorruptibile figuratur. nõ eſt corruptibile imago incorruptibilis: corpus augetur, minuitur, ſeneſcit, alteratur: aliud eſt in iuuentute, aliud quũ in bona habitudine eſt: & aliud quum in affectionib. fuerit, aliud dum timet, & aliud dum lætatur: aliud in inopia & fame, aliud in ſatietate: & aliud in pace, & aliud in pugna: alius color uigilantis: & alius dormientis. in illo eñ effloreſcit quod rubicũdus eſt, calore ad externa procedente: in hoc uerò caliditas perfrigerata eſt, & in profundum cõtracta, quapropter etiã ſub pallida ſunt dormientiũ corpora. quomodo igitur poteſt id quod alteratur, ſimile eſſe inalterabili? ei quod ſemper ſimiliter habet, id quod nunquam cõſiſtit? Dilabitur corpus noſtrũ uelut ea quæ ſunt fluida, prius quàm uideamus ſubterfugit, aliud ex alio humanũ corpus apparet. Secundũ imaginem noſtrã. Quomodo immobilem naturã ſeruare poterit fluida imago, formæ exortẽ formam habens? Quomodo igitur inquiremus id quod dictũ eſt, ſecundũ imaginẽ? In his quæ ipſe Dominus dixit. Si meũ quid dixero, non ſuſceperitis: ſi herile, ſuſcipietis. Faciamus hominẽ ad imaginẽ noſtram & ad ſimilitudinẽ, & imperẽt piſcibus. Corpore an ratione? In anima eſt imperiũ, an in carne? caro multorum animaliũ carnibus imbecillior eſt. Qualis comparatio carnis hominis & cameli? hominis & bouis, hominis & uniuſcuiuſq; quamcunq; tandem uelis feræ? facilè conſumitur caro humana ad feræ carnẽ collata: ſed in quo eſt imperiũ? In rationis opulẽtia. quanto inferior eſt uirib. corporis, tãto ſuperior eſt ſupellectile rationis. Vnde magna onera transfert homo, mentis induſtria magis quàm uiribus corporeis. Faciamus hominẽ ſecundũ imaginem noſtram. Internũ hominem dicit, Faciamus hominẽ. Verùm dicis tu, Cur non dicit nobis de ratione? hominem dixit ſecundũ imaginem Dei, ratio aũt homo eſt. Audi Apoſtolũ dicentem, Etiamſi externus homo noſter *2.Cor.4.* corrumpitur, at internus renouatur de die in diem. Quomodo duos cognoſco homines? unũ apparentem, alterum in apparente occultatũ, inuiſibilem internũ hominẽ. Intus itaq; habemus hominem, & duplices ſumus, & quod dicitur uerũ eſt, nimirũ quòd intus ſumus. Ego enim iuxta internũ hominẽ ſum, externa uerò nõ ego, ſed mea. Non enim manus, ſed ego rationalis animæ pars. manus autem pars hominis. Quare corpus quidẽ inſtrumentũ eſt hominis, inſtrumentũ animæ, homo autẽ propriè in ipſa anima. Faciamus hominẽ ſecundũ imaginẽ noſtrã. hoc eſt. Dabimus ipſi rationis facultatem. Et imperent. Non Faciamus hominem ſecundũ imaginem noſtram, & iraſcantur, & cõcupiſcant, & triſtentur. non eñ affectus in Dei imaginem aſſumpti ſunt, ſed ratio affectuũ domina. Et imperent piſcibus. ſtatim ut cõditus es, etiã princeps cõditus es. Et imperent. Vnius anni poteſtatem à rege quis accipit, homo ab homine, mortalis à

mortali,accipiens à nõ habente.qualẽ enim poteſtatẽ animæ habet homo? Tu uerò à Deo accepiſti nõ lignis inſcriptã, neq; membranarũ plicis corruptibilib. & uermibus expoſitis:ſed conſcriptam diuinã uocem natura habet,Imperẽt.Hæc uniuerſa imperio humano ſubiacent.Imperent piſcibus,& beſtijs terræ,uolatilibus cœli, pecoribus, reptilibus repentibus ſuper terrã.Nõ dixit,Faciamus hominẽ ſecundũ imaginẽ & ſimilitudinem noſtrã,& edant omne lignũ fructiferũ,quod habet fructũ in ſeipſo. Poſteriora ſunt ea quæ ad carnẽ pertinẽt.prima quæ ad animam præeuntia & præpoſita appellata.Prima nobis coelecta ac contributa eſt imperandi facultas. Imperiale es animal ô homo,& quid ſeruis affectibus? quid tuam ipſius dignitatem deſtruis,& ſeruus fis peccati? cur teipſum facis captiuũ diaboli? princeps creaturæ electus es, & reuerentiam ac autoritatem naturæ tuæ abieciſti? ſeruus uocatus es? quid te affligit ſeruitus corporis? cur nõ gloriaris in dominio tibi à Deo cõtributo,quòd rationem habes affectuũ dominam? Quũ uideris herum tuũ ſeruũ eſſe uoluptatis,teipſum uerò moderatũ,ſcito quòd tu quidem es ſeruus nomine ſolũ,ille uerò nomine quidẽ habet dominium, opere uerò cõfirmatam habet ſeruitutẽ.uides illum cũ ſcorto trahi,teipſum uerò ſcortum contemnere? quomodo nõ tu dominus es effectus,ille uerò ſeruus eſt calcatarũ à te uoluptatum? Quare uerba hæc Faciamus hominẽ, & imperent indicant quòd ubi eſt imperandi facultas,ibi eſt Dei imago.Imperẽt piſcibus.Primum nobis eorum quæ habitationẽ à nobis ſeiunctã habẽt,imperiũ datum eſt.Non dixit, Imperent animalibus familiarib. ſed piſcibus.Aquatica eſt enim ipſorum uita. Piſcium igitur imperium nobis primùm datum eſt.Et quomodo piſcibus imperamus? Si meminiſti aliquando te in ſtagno comparuiſſe,& quomodo umbra tua omnia conſternauit:quis dominus turbatis domi rebus,ſubitò comparens ſic ſilentiũ fecit,& præſentia dominij ſui omnia in decorũ tranſmutauit,quomodo omnis aquatica creatura uno homine apparente, figurã tranſmutat? nõ amplius liberã habet uitam,non audet dorſo maris aut ſtagni innatare.delphin ubi propè hominem eſſe conſpexerit,quamuis delphin ſit omniũ natatilium regaliſsimus,reueretur: ſic datum eſt homini in natatilia imperium.Quũ autẽ uideas rationem tuam omnia penetrantem,& omnibus dominantẽ,quomodo nõ cetis imperas? Vidi ego humanæ mentis uerſutiam,quũ hamos quoſdã cõſtruunt, & ineſcationes magnitudine mediocri cetis deuorãdas adaptant:deinde ex ſummis illis funiculis, ex quibus hami dependent,iuxta alterã extremitatẽ utres ſpiritu diſtentos alligant,eoſq; ſupernẽ in pelagus demittunt. Vbi itaq; immania cete ad ineſcationes allata fuerint, & hamos in ſe ſuſceperint,utres quidem in profundum trahunt:utriũ uerò natura ſuperna petẽs, rurſus ad ſuperficiem ipſa retrahit,& proprio cibo infixa ſurſum ac deorſum impelluntur.ac profunditates alterãt ac perſcrutantur.Atq; ſic immanis belua maria ſuper maria emenſa,& multũ robur inefficax habens,tandẽ hamo illo capitur: & labore domita, & fame uicta,mortua cũ utribus trahitur,& præda fit uenatori:paruo magna, debili immanis.Cur? quia rationis facultate uim imperandi adeptus , uelut malos ſeruos fugitiuos ad obedientiam ducit inobedientiſsimos:& eos qui per manſuetudinẽ adduci nõ poſſunt per uiolentiã in ſeruitutẽ adigit.Sic undiquaq; imperãdi uis à cõditore homini inſita eſt.inde gladij & libellæ & balenæ & ſerræ,& boues,& omnia illa horrẽda cetorum nomina,homini ſubdita facta ſunt.Imperẽt piſcibus maris,& beſtijs terræ.Non uides leonẽ graue illum & rugientẽ,cuius & nomẽ intolerabile eſt,& rugitus terrã tremulam facit? cui nam eſt ita tolerabilis,ut ipſius impetũ ſuſtineat? Nullum animal tantam in uirium ſuarũ facultate cõfidentiam habet,ut leonis impetũ ſuſtineat,attamen illum uides in parua cauea cõcluſum.Quis eſt qui incluſit ipſum? qui paruũ carcerẽ magno animali excogitauit.Quis eſt qui raritate ſtaminũ illorũ lignorũ reſpirationẽ feræ præparauit,ut ne ipſa proprio anhelitu ſuffocetur,ſed & reſpirationẽ liberã ipſi dedit & munimenti ſecuritatem ſimul diſpoſuit? Quis? nonne homo ludicra facit feras crudeliſsimas? Nõ eludit pantheras,quũ chartã erigit in hominẽ effiguratã? & hæc quidem chartam dilaniat,homo uerò infra chartam iacens,ſtultitiã feræ deridet. Nonne poteſtate homo omnib.dominatur? Quid dicam tibi de uolatilibus? Quòd non aſcendit quidem in aerem homo,non enim pennas habet: ſimul euolat autẽ,cum uolatilib.

Ioan.8.

mentis

mentis poteſtate,nihil detinet rationē,quæ in profundo ſunt perſcrutat̄,quæ ſuper terrā ſunt uenatur, quæ in aere ſunt præripit. Vidiſti'ne aliquando in rami extremitati ſedentē auiculā irridentem homines? cōfidit enim in leuitate pennarum. Attamē uidere eſt puerū eò animū intendentem, & arundines arundinibus ſubijcientem, & in extremitate arundinum uiſcum agglutinantē, deinde latenter per ramos & folia uiſci præſentiam occultantē: & obſeruato auiculæ uiſu in ſublime eleuato, modico contactu tenet ac apprehendit uolatile per aerem ambulare ſolitū, & quod per æthera fertur, captiuum uiſco ducit. Infrà iacet homo, & manus infrà eſt, ſed uerſutia aſcendit, & per artē homo omnia aſſequi poteſt. retia tenduntur pennatis, ſagitariorū coniectura uolantia impetit, ineſcamētis capiuntur uoraciora: nō uidiſti etiā aliquādo aquilā impetuoſe in prædā illapſam, deinde laqueis infernè transfixā? Sic quod in alto eſt, infrà deſcendit humanis ineſacmētis attractū. Omnia ſub manum hominis duxit, & creationē compleuit, & hominē dominij exortē nō fecit. Ne dixeris, Ea quæ in aere feruntur, quomodo ad me pertinent? nam per rationē etiā illa tibi ſubdita fiunt. Et reptilibus reptantib. ſuper terrā. Vides ubi habes quod factus es ad imaginem Dei? Et fecit Deus hominem. Quid igitur eſt homo? ex his quæ legimus, & quæ audiuimus, definiemus. Non em̄ adhuc opus eſt nobis mutuari definitiones alienas, neq; dogmata ex uanitate ſuperinducere rationi ueritatis. Homo eſt creatura Dei rationalis, facta ad imaginem cōditoris ipſius. Si quid deeſt definitioni huic, cōſiderēt hi qui multa cōſumpſerūt in corrupta ſapientia adipiſcenda. Secundū imaginē Dei factus eſt homo. Et benedixit Deus hominē, & dixit: Creſcite & multiplicamini & implete terrā. Hæc eſt piſcium benedictio, & dixit Deus, Producāt aquæ reptilia animarū uiuentium. & factum eſt ita. Deinde, & dixit Deus: Creſcite & multiplicamini & implete aquas. Quid igitur eximiū eſt? Neceſſariò & hæc cōmunia tibi largitus eſt, & propria te expectāt. Creſcis enim uelut etiā reliqua animalia, & à paruo primum modicis paulatim additamentis factis ad perfectionē peruenis. Sic etiā equi & canes: ſic & aquilæ & cygni, & omnia quæ nominare poſſis, per paruam & primā fœturā modicā paulatim acceſsione facta, ubi perfectū augmentū acceperūt, rurſus per imminutionē ad id quod minus eſt reuertuntur. Quę itaq; cōmunia naturæ erāt, etiam nobis donauit. Creſcite, hoc eſt nutrimini, parui generati, magni euadite, & terminus ſit augmenti. Non em̄ quia in primo ſeptennio mutamur, & capit nos ſtaturæ transmutatio in ſecundo annorum ſeptenario, iam ſimiliter debemus in omni uitæ noſtræ parte, iuxta ſeptenarios ſtatura tranſmutari. Primus ſeptenarius puerilē ſtaturā habet, termini puerilis ſtaturæ manifeſti, trāſmutatio dentium, alij cadunt, alij ſubenaſcuntur. Secundū principiū capit ipſum augmentū uſq; ad finē decimi quarti anni. deinceps tertia eſt ſtatura puberum. In prima em̄ eſt puerulus, deinde puer, deinde puber à quartodecimo anno, deinde uir: atq; hic ſunt termini tertij augmenti. Creſcite igitur. Non ſi centū factus fueris annorū, à primo uſq; ad centeſimū annū augmentū ſuſcipis: ſed hoc Creſcite unū uerbū ſapienter dictū, prouidē diſponitur. Creſcite uſq; quo? ſed nō ſunt menſuræ augmenti? Iuxta primā cōpagē ac conſtitutionem proiectā ac fundatā in utero, proiectæ ac propoſitæ ſunt etiā rationes augmenti. Non em̄ poſtea recentius eſt & acceſſoriū ſtaturæ donum: ſed iacta in utero fundamēta, ſimul proiectas habent aptitudines ad augmentū. Exciderūt dentes, cognoſcimus quòd tanta mēſura auctus eſt. Pueruli trium annorū menſurā ſumit pater, nouit quòd duplum eius magnitudinis accipiet in perfectione. Quātus enim eſt triennalis, tantus bis euadet, aut rurſus tantus erit in augmenti cōplemento. Hæc eſt menſura humanæ naturæ uſq; ad finem, uſq; ad terminum à ſeptenario primo uſq; ad ſecundum. Illinc de cætero caliditas amplior, conformatio corporis rarior, humiditas deficit, corroborant̄ membra, in principio fortiorū puberum ſunt homines, nondum quidem perfectionē habentes. Recens enim compacta adhuc eſt ipſorū caro, & ad tolerandos labores inepta: & leuitatem quidē & agilitatē de cætero animal accipit. In tertio uerò cōſequenter ſeptenario perfectionē augmenti acquirit. Non amplius autem in longitudinē corpus erigitur poſt tertiū ſeptenariū. Poſtq; autē reſpirauerit natura à laboribus augmenti ſurſum uerſus, deinceps in latitudines tranſire incipit, & uelut fundamenta circumdare his quæ in altū educta ſunt, & craſsitudines ipſis circūponere, & corporis mem-

bra robuſta facere. Hæc quidē facit natura iuxta ſurſpſius conſequentiam. Facta autem ſunt ab initio præcepto Dominico: & quod tunc dictum eſt, per omnem creaturā uſq; ad finem procedit. Creſcite & multiplicamini. Creſcite, ut ne in uno terminetur creatio: Multiplicamini, ut ne in unum, ſed in plures: & implete terram. Implete autem non inhabitatione, ſic eñ in anguſtijs concluderemur uiuentes, ſi tanta eſſet terra, quanta nos dimetit, ſed implete poteſtate. Nobis eñ dominiū terræ dedit. Implete terrā. Nec uerò & hanc homines neceſſariò implent, ſed dominos nos fecit ad implendum, & implemus illam ratione. Quum uiderimus quanta ſit menſura peruſtæ & non habitabilis, quum uiderimus quanta ſit regio ſeptentrionalis, quæ propter excellentem frigiditatem inculta eſt & inutilis, non impleuimus terram? non electo utili, id quod ad uitam degendam hominibus inutile fuit repudiauimus? Quare implete terrā, dominos nos fecit. Non quia totius non habemus uſum, ideo non habemus totius dominium. Neq; enim tu ubi frumentum mercatus es, non es totius dominus: quandoquidem in frumento partim quod editur, partim quod reijcitur habes: aut lapides quidem uelut inutiles abijcis, & ſi quid aliud ad eſum ineptum ammixtum eſt, & paleas difflas, & zizanium ſecernis, & quod purum eſt ad uictus copiam eligis. Sic itaq; terra partim donata eſt ad habitationem idonea, quæ potior eſt, partim ad agriculturam neceſſaria, alia rurſus ad greges quadrupedū paſcendos ſpatioſe extenta eſt. Dic mihi, licet'ne mihi conſtituere quod uolo, quādoquidē factus ſum dominus, iuxta Domini qui me cōdidit largitionem? & implete terram. Et imperate piſcibus maris, & uolatilibus cœli, & beſtijs terræ.] Hæc eſt deinceps benedictio, hæc legislatio, hæc dignitas data nobis à Deo. Et fecit Deus hominem, ſecundum imaginē Dei fecit ipſum.] Nonne adnotaſti quod defectuoſa erat ſententiæ latæ concluſio ac ipſa demonſtratio? Faciamus hominem ſecundum imaginē noſtram, & ſecundum ſimilitudinem. Conſultatio ipſa duo habet: ſecundum imaginem, & ſecundum ſimilitudinem. Opificiū ipſum unū habet. Num aliter conſultauit, & aliud poſtea conſilium iniuit? Num pœnitentia quædam in creatione cōſequuta eſt? Num debilitas cōditoris qui alia uoluit, & alia fecit? Aut ſuperflua garrulitas eſt in uerbis? fortaſſis enim hoc dicit: Faciamus hominem ſecundum imaginem & ſecundum ſimilitudinem. Quum enim dixerit, Secūdum imaginem, non dixit nec repetiuit ſecundum ſimilitudinem? Quodcunq; ſanè ex his elegerimus, id quod ſcriptum eſt accuſabimus. Siue enim hoc dicit, ſuperfluum eſt eadem bis dicere. Ocioſum autem uerbum in Scriptura eſſe dicere, blaſphemia ingens eſt. Atqui nihil ocioſe dicit, igitur neceſſarium eſt factum eſſe hominem ſecundum imaginem, & ſecundum ſimilitudinem. Cur non expreſſa ſunt quæ conſultauit? Cur non dictum eſt, Et fecit Deus hominē ſecundum imaginem Dei, & ſecundū ſimilitudinem? debilis fuit cōditor? impius eſt ſermo, pœnitētia ductus eſt imperator? magis impia eſt cogitatio. At dixit, & poſtea aliud conſiliū iniuit? nō. Neq; igitur Scriptura hoc dicit, neq; debilitatus eſt opifex, neq; conſilium irritum fuit. Quæ itaq; eſt ratio ſilentij, Faciamus hominem ſecundum imaginē noſtram, & ſecundum ſimilitudinē? Alterum equidē ex creatione habemus, alterū ex uolūtate acquirimus. Simul cū prima cōſtructione adeſt nobis, quod ad imaginē Dei facti ſumus: ex uoluntate nobis acquiritur ac rectificatur, ut ſecundum ſimilitudinē Dei ſimus. Hoc aūt ipſum, ſecundū uoluntatē uidelicet, potentia nobis ineſt: actione aūt nobis ipſis inducimus. Si nō facta anticipatiōe dixiſſet Dominus qui nos fecit, Faciamus & ſecundū ſimilitudinē: ſi nō potentiā fiendi ſecundū ſimilitudinē nobis largitus eſſet, non utiq; noſtra ipſorū facultate ſimilitudinē ad Deū ſuſcepiſſemus. Nunc uerò potentia nos fecit aſsimulatores Dei, potentiā autem largitus ad hoc Deo aſſimilemur: dimiſit nos operatores eſſe ſimilitudinis ad Deū, ut nuncius ſit operationis merces, ut ne uelut imagines ſimus à pictore factæ, temerè ſitæ, ut ne noſtra ſimilitudo alteri laudē ferat. Quū enim imaginē uideris exactè ad exemplar efformatam, non imaginē laudas, ſed pictorē admiraris. Quo itaq; miraculum meum fiat, & non alienum, mihi reliquit, ut ſecundum ſimilitudinem Dei fiam. Secundum imaginem enim habeo ut rationalis ſim, ſecundū ſimilitudinem autē fio, in hoc quod Chriſtianus factus ſum. Fiatis perfecti uelut pater ueſter cœleſtis perfectus eſt. Vidiſti ubi nobis contribuit id quod ſecundum ſimilitudinem eſt? Quia ſolem ſuum exoriri facit ſu-

Mat. 5.

cit ſuper malos & bonos, & pluuiã mittit ſuper iuſtos & iniuſtos. Si fias oſor maliciæ, immemor malè in te factorum, obliuioſus heſternæ inimicitiæ: ſi fias amãs fratris & cõdolens, aſsimulatus es Deo. Si remiſeris inimico ex corde, aſsimulatus es Deo. Si qualis eſt erga te peccatorẽ Deus, talis fias erga fratrẽ qui in te peccauit, per miſericordiã erga proximũ Deo aſsimilatus es. Quare id quod ſecundũ imaginẽ eſt, ex eo quod rationalis es habes: quod uerò ſecundũ ſimilitudinem eſt, acquiris ex eo quod bonitatẽ aſſumis. Aſſume uiſcera miſericordię, & bonitatẽ, ut induas Chriſtũ. Ex eo enim quòd condolentiam aſſumis, Chriſtum induis, & per familiaritatem ad ipſum, Deo familiaris redderis. Sic hiſtoria ipſa humanę uitæ eruditio exiſtit, Faciamus hominẽ ſecundũ imaginem. Habeo igitur, in creatione id quod ſecundum imaginem eſt: fio autẽ pro poſito & uoluntate, etiã ſecundum ſimilitudinem. Vbi tua eſt gratia? Cur tu coronatus es? Si enim opifex totum contribuit, quõ tibi regnũ cœlorum apertum eſt? Nunc autem alterũ quidem datum eſt, alterum uerò imperfectum relictum, quo ubi teipſum perfeceris, dignus fias retributione mercedis à Deo. Quomodõ igitur ſimus ſecundũ ſimilitudinẽ? per Euangelia. Quid eſt Chriſtianiſmus? ſimilitudo Dei quantum poſsibile eſt humanæ naturæ. Si ſuſcepiſti eſſe Chriſtianus, feſtina fieri ſimilis Deo, indue Chriſtum. Quõ uerò indues? qui baptiſma non accepit, qui indumentũ incorruptibilitatis non ſuſcepit, repudiat ſimilitudinem ad Deum. Si dixiſſem tibi, Ades huc, fias ſimilis regi, non'ne benefactorem me iudicaſſes? Poſtquã uerò te ſimilẽ Deo facere uolo, fugis ſermonem deificantẽ te, obturatis auribus ut neq; audias ſalutares ſermones.

Et fecit Deus hominem ſecundũ imaginem. Hominẽ, inquit mulier, maſculino genere dixit, Quid ad me? uir factus eſt. non eñ dixit hanc hominẽ muliebri genere: ſed articuli appoſitione maſculinum genus oſtendit. At uerò ut ne quis inerudite hominis appellatione de ſolo uiro uteretur, appoſuit, Maſculum & fœminam fecit eos. Et mulier habet quod ſecundum imaginẽ Dei facta eſt, uelut etiã uir. Similiter æquales ſunt naturæ, pares uirtutes, ęqualia præmia, ſimilis cõdemnatio. ne dicat, Debilis ſum. Debilitas carnis eſt, in anima eſt potentia. Quandoquidẽ igitur æqualis ſecundũ Deũ eſt imago, æqualis ſit & uirtus, bonorum operum demonſtratio. Nulla excuſatio eſt uolenti debile corpus prætexere, neq; hoc ſimpliciter, ſed tenerũ quidem propter condolentiam: ualidum autem in tolerantia, firmũ uerò in uigilantia. Quãdo hominis maſculi natura cum mulieris natura certare poteſt, quæ toleranter uitam ſuam degit? quãdo pertinaciam mulierum in ieiunijs uir imitari poteſt, itemq; in orationibus ſedulitatem, & in lachrymis ubertatẽ, & in beneficijs prõptitudinem? Noui ego mulierem clãdeſtinè furantem honeſta furta, citra uirum beneficia facientem, pro uiro, pro domus incremento, pro liberorum diuturnitate elargientem & fallentem uiri cognitionem, pro ipſo tribuentem, & ipſum cælantẽ. Quod enim faciebat, faciebat uidenti in occulto, non publicãs ſuã beneficentiã. Bona mulier habet id quod ſecundum imaginem. Ne animum aduertas externo homini, integumentum eſt hoc, anima ſedet intus ſub uelamine, & tenero corpore. Anima ſanè & anima ęqualis eſt, in uelaminibus differẽtia eſt. Deo igitur ſimilis factus eſt per probitatem, per toleratiã malorum, per ſocietatẽ, per mutuũ amorẽ, per fraternã charitatẽ, per odiũ mali, per dominiũ affectuũ peccati, ut tibi contingat imperium. Et imperent piſcibus. Datum eſt tibi imperium piſciũ irrationaliũ. Quare irrationalis affectus factus eſt princeps. Et imperent beſtijs. Omnis beſtiæ imperiũ habes. Quid igitur dicis, Ego feras & beſtias in meipſo habeo? Sanè innumeras, & multã ferarum turbã in teipſo habes, & ne contumeliã putaueris eſſe quod dico, parua beſtiola eſt ira, quum latrat in corde, non'ne omni cane ferocior exiſtit? In doloſa uerò anima latitãs dolus, non'ne omĩ urſa in latebris deliteſcenti immitior eſt? Non eſt beſtia ſimulatio? Qui uelox eſt ad cõtumeliã ac iniurias, nõ eſt ſcorpius? Qui uerò clam ad uindictã cõcitatur, nõ eſt uipera ſęuior? Auarus nõ eſt lupus rapax? Qualis beſtia in nobis non eſt? Mulierum amore furẽs, non eſt equus inſaniẽs? Equi enim, inquit, fœminarum amore furentes facti ſunt, unuſquiſq; ad uxorem proximi ſui adhinnijt, trãſpoſuit ſeipſum ad naturã brutorum per affectionẽ cui aſsimilatus eſt. Multæ igitur beſtiæ in nobis ſunt. Factus itaq; es princeps beſtiarum. Si externarum imperium habes, internas ſine imperio relinques? Qualis eris, ſi ratione quidẽ ea quæ

ad domandũ leonem pertinent cogitas & meditaris, ac ipſius rugitũ contemnis: frendens aũt dentibus etiã uocẽ inarticulatam emittis, irę impetu intus ſimul toto irruere contendente? & quod adhuc grauius eſt, neq; intus manere permittẽte, quũ homo ab affectu uictus fuerit, quũ ratione detruſa ira ipſa imperium animę aſſumpſerit? Princeps itaq; creatus es, princeps affectuum, princeps beſtiarũ, princeps reptilium, princeps uolatilium. Neq; cogitationes habeas ſublimes, neq; leuis ſis & inconſtans mẽte, ad uolatiliũ imperium deſtinatus es. Abſurdum fuerit, ſi externa quidẽ uolatilia depuleris, ipſe uerò leuis ſis ac ſublimis. Ne ſuperbias, ne te efferas, ne maiora mediteris quàm naturæ humanæ cõuenit, ne infleris dũ laudaris, ne glorifices teipſum, neq; magnum quid eſſe teipſum puta. Sic enĩ eris uolatile inſtabile, inconſtanti natura huc atq; illuc circumlatus. Impera cogitationib. tuis, quo fias princeps rerũ omnium. Sic imperiũ datum nobis in animalia, dirigit nos ad hoc ut nobis ipſis imperemus. Abſurdũ eſt enim, eũ qui domi regno ſubeſt, gentib. imperare: & eũ qui intus à meretricis dominio detinetur, publicè ciuitatis eſſe præfectũ. Domeſticas res bene adminiſtrare oportet, atq; ea quæ intus ſunt bono ordine diſponere, et ita in alios aſſumere ac gerere magiſtratũ. Alioqui cõuertetur à ſubditis ꝓuerbium in ipſum, ſi res ſuas inordinatas & indiſpoſitas habuerit, Medice cura teipſum. Proinde noſipſos primũ curabimus. Nemo ꝓpterea in contẽptum uenit, quòd leonẽ uenatus non ſit: uerùm qui non dominatus eſt iræ, omnib. ridiculus eſt. Quare qui proprio affectu ſuperior nõ eſt, in contẽptum uenit: qui uerò ſylueſtrib. feris ſuperior eſſe nequit, nondũ reprehenſione dignum quid admiſiſſe uidetur. Dominus porrò qui diſpoſuit ut hęc deſcripta ſint, quiq; paruam & debilem linguã noſtrã hucuſq; uobis concionari cõceſsit, qui per debilem noſtrã intelligentiã, magnos theſauros uobis in modicis adumbrationibus ueritatis manifeſtauit: det uobis per parua, magna: per modica ſemina, perfectã cognitionem, & nobis uolũtatis mercedem perfectam, & uobis fruitionis ſermonum diuinorum fructum completum, ipſi gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

HOMILIA XI. DE HOMINIS CONSTRVCTIONE.

SAPIENS ille Solomon nõ in perſuaſiuis ſapientiæ ſermonib. ſed in doctrinis Spiritus ſancti eruditus, propter recen. à nobis lecta glorioſè ſen-
Prou. 17. tiẽs de homine clamabat dicẽs: Magna res eſt homo, & precioſa res uir miſericors. Ego aũt uanè mecũ cõſiderabã, tum ea quæ in animo meo habebam, tum quæ à Scriptura de homine edoctus eram. Ipſe equidẽ reputabam quomodo magna res eſt homo, animal illud fragile, innumeris affectionibus ſubiectum, ex natiuitate uſq; ad ſenectutẽ infinitã malorum multitudinẽ exhauriẽs. de quo dictum eſt:
Pſal. 143 Domine quid eſt homo qđ cognitus es ipſi? Et Pſalmographus quidẽ cõtemnit uelut uile animal, prouerbium uerò uelut magnũ quiddã hominẽ glorificat. Verùm huiuſmodi dubitationem diſſoluit mihi hiſtoria generationis hominis lecta. Audiebamus enim nunc, quòd Deus accepit limũ de terra, & formauit hominem. Inueni autẽ ex uerbo hoc utrunq;, quòd nihil eſt homo, & magnum quid eſt homo. Si enim ad naturam ſolum reſpicias, nihil eſt & nullius precij: ſi uerò ad dignitatẽ, quia honoratus eſt, magna res eſt homo. Qualem? dixit Deus, Fiat lux, & facta eſt lux. Compara inter ſe hominis generationẽ: & lucis generationem. Illic dixit, Fiat firmamẽtum. Magnum cœlum ſuperne ſupra nos extentum eſt, uerbo Dei productum, ſtellæ, & ſol, & luna, & omnia quæ oculo uidemus: & magnitudines quas in ſupernis eſſe deprehendimus, per uerbum eſſentiam habuerunt. Mare & terra, & ipſorum ornatus, animalium genera omnigena, plantarum diuerſæ uarietates, om̃ia hæc uerbo facta ſunt. Homo uerò quo? non dictũ eſt, Fiat homo: ſicut, Fiat firmamentum. Sed amplius quid uides in homine ſuper lucem, ſuper cœlum, ſuper luminaria: ſuper omnia eſt hominis generatio. Accepit Dominus Deus. Dignatur propria manu corpus noſtrum formare, non demandauit angelo, non ſua ſpõte terra nos uelut cicadas produxit: nõ dixit huic uel illi ex miniſtrantibus potentijs ut facerent, ſed propria manu opificium aggreditur. Terram accepit. Quum ad acceptum reſpexeris, quid eſt homo? quum plaſten mente conceperis, magnum quid eſt homo. Quare & nihil eſt propter materiã, & magnum quid propter dignitatem. Et accepit Deus. Verùm quomodo? Illic in ſuperioribus habebatur,

Et fecit

& fecit Deus hominē. Hic uerò altius & quaſi ex integro hominis generationē hiſtoria nobis recēſet, uelut nihil de homine edocti ſimus. Et accepit Deus limū de terra, & formauit hominē. Iam ſanè quidā prodiderunt, Formauit, de corpore dictū eſſe: Fecit, de anima. Fortaſsis nō aliena à ueritate eſt hæc ratio. Vbi enim dictū eſt, Et fecit Deus hominē, ſecundū imaginē Dei fecit ipſum: Fecit dictum eſt. Vbi uerò deinceps de corporea ſubſtātia nobis recēſet: Formauit dicit. Differentiā aūt faciēdi & formandi etiā Pſalmographus docuit, ubi dixit: Manus tuæ fecerunt me, & formauerunt me. Fecit internū hominē, formauit externū. Etenim cōuenit formatio luto, fabricatio uerò ei qđ ſecundum imaginē eſt. Quare formata quidē eſt caro, facta uerò eſt anima. Quum igitur ſuprà de animę ſubſtantia dixerit, nunc nobis de formatione circa corpus diſſerit. Habe tibi itaq; etiā hanc rationem. Quæ uerò eſt illa altera? Quòd quædam nobis in ſumma dicuntur, quædā iuxta quē modum facta ſunt, nobis traduntur. In ſuperiorib. igitur habebatur quod fecit, hic uerò etiam quomodo fecit. Si enim ſimpliciter dixiſſet quòd fecit, putare potuiſſes quòd feciſſet uelut pecora, uelut beſtias, uelut plantas, uelut fœnum. Quò igitur fugias ſocietatem ad bruta, propriū circa te Dei opificiū ſermo tradidit. Accepit Deus limum de terra. illic dixit quod fecit, hic uerò quō fecit. Limum accepit de terra, & formauit proprijs manibus. Conſidera quomodo formatus es, officinam naturæ reputa. Manus eſt Dei, quæ te ſuſcepit. quòd à Deo formatū eſt, per iniquitatē ne polluatur, per peccatum ne alteretur, ne excidas de manu Dei. Vas es à Deo formatum, à Deo factū. glorifica creatorem. Neq; enim alterius rei gratia factus es, quàm ut organū idoneū ſis gloriæ Dei. Nam & mundus hic uniuerſus, uelut liber quidā inſcriptus eſt, Dei gloriam denuncians, occultam & inuiſibilē Dei maieſtatem per ſeipſum annuncians tibi qui mentē habes, ad intelligentiam ueritatis. Omnino igitur memineris dictorum, Et benedixit ipſis Deus, & dixit, Creſcite & multiplicamini & replete terram. Duplex eſt incrementum: alterum corporis, alterū animę. Verùm animæ incrementum, eſt additamentū per diſciplinas ad perfectionē. Corporis incrementum, eſt à parua ad iuſtam menſuram progreſſus. Creſcite itaq;, brutis quidē animantibus iuxta corporis perfectionē, ſecundū naturę abſolutionē dictum eſt: nobis autem, Creſcite iuxta internum hominē, ſecundū profectum ad Deū. Qualis erat Paulus, ad ea quæ ante ipſum erant intentus, eorum uerò quæ retro ipſum erant obliuiſcens. Hoc eſt incremētum ſpeculationum, pietatis aſſumptio, aſſumptæ ampliatio ac extenſio, appetere nos ſemper ultra præſentia, id quod prius factum eſt, ſemper retro ſe dimittere: quod uerò reſtat pietatis, idipſum pro uiribus inquirere. Qualis erat Iſaac, de quo teſtimoniū illud cōſcriptū eſt, quòd procedēs exaltabatur, donec magnus factus eſt. non enim deſtitit, neq; paululū auctus permanſit: ſed ſemper magnis greſsibus proceſsit. Trāſiuit ad opera uirtutis, pertrāſiuit magno gradu ad tēperantiā. proceſsit ad iuſticiam, inde ad fortitudinē conſcendit. Sic ad ſummā extremitatem altitudinis boni iuſtus attollitur. Creſcite igitur incremento, perfectionē uidelicet ſecundū Deum. iuxta hominē internū. Multiplicamini. Eccleſię eſt benedictio. Ne in uno circumſcribatur theologia, ſed in omnem terrā prædicetur Euangelium ſalutis. Multiplicamini. Quinam? qui ſecundū Euangelium generati eſtis. Replete terram. Carnē datam uobis in miniſteriū, replete bonis operibus. Oculus plenus ſit uiſu & conſpectu eorum quæ decēt. Manus plena ſit bonorū operū. Pedes parati ſint ad uiſitationem ægrotorum, ita ut eāt ad ea quę decent. Omnis membrorū noſtrorum cōſtitutio plena ſit operationib. iuxta præcepta. hoc eſt, Replete terrā. Communes quidem ſunt uoces etiam brutis, proprię autem ſiunt, quum eo quod eſt ſecundum imaginem & quo honorati ſumus, uſi fuerimus. Illa enim corporaliter augeſcunt, nos autem ſpiritualiter: & illa terram replent multitudine, nos terrā nobis coniugatam bonis operibus replemus, hoc eſt corporale miſterium. Ecce dedi uobis lignum quod habet fructum in ſeipſo, uobis erit in eſcam. Nihil prætereat Eccleſia, omnia legitima ſunt. Non dixit, Dedi uobis piſces ad eſcam, dedi uobis pecora, reptilia, quadrupeda. non enim horum gratia creaui, inquit, ſed prima legislatio fructuum fruitionem conceſsit. Adhuc enim paradiſo digni eſſe reputabamur. Eſt autem quoddam in occulto myſterium.

Pſal. 118.

Phil. 3.

Gen. 22.

Nobis

Nobis enim & beſtijs & uolatilibus cœli,& omnib.feris terrę fructus dati ſunt & gramen,& nõ nũc uidemus multas beſtias fructibus nõ nutriri? Quali enim fructu ſuſtineat panthera nutriri?quis uerò fructus leonem poſsit alere?Sed tamen hæc animalia legi naturæ ſubiecta fructib.nutriebãtur.Poſtquam aũt homo diætam trãſgreſſus eſt, & terminum datũ exceſsit,poſt diluuium quum Dominus inſatiabiles homines uidiſſet,in omnibus fruitionem permiſit,ut omnibus his ueſcerentur,uelut oleribus & herbis.Hac permiſsione etiam reliqua animalia libertatẽ edendi acceperunt, ex illo tempore de cętero cruda uorat leo,ex illo uultures expectant morticinia. Nõ enim ſimul ut generata eſſent animalia,etiã uultures terram circumluſtrabant.Nondum enim moriebatur quicquã à Deo imperatum aut factum,quo uultures nutrirentur.Neq; natura ſeparabat,in uigore enim erat.Neq; uenatores perimebant,nondum enim hominũ exercitatio erat.Neq; beſtię diuellebant,nondum enim crudiuoræ erant.Eſt autem familiare uulturibus,ex mortuis uiuere.Quare nondum erant mortua, nondũ graueolẽtia,nondum talis uulturum eſca:ſed omnes ad cygnorum ſimilitudinẽ uiuebant,& omnia nunc crudiuora in pratis paſcebantur.Et quemadmodũ uidemus canes medicinæ gratia ſæpe gramen depaſci,non quia cognatum eſt hoc ipſis alimentũ: ſed quòd quadã naturę doctrina citra eruditionẽ cõtingente,bruta ad id quod conducibile eſt, accurrunt.Talia etiam tunc fuiſſe reputa crudiuora animalia,& herbã ac gramen ſibijpſis in alimentũ excogitaſſe,non mutuò inter ſe inſidias ſtruxiſſe.Sed qualis futura eſt poſtea reſtitutio,talis erat prima generatio.Redit autem homo ad antiquam ſuam cõſtitutionem,prauitatẽ relinquens,& multam curioſam hanc uitam,& animæ circa tẽporalia ſeruitutẽ.Hæc omnia deponens,ad eam quæ in paradiſo fuit uitam reuertitur, liberã illam & nõ ſeruientem affectib.carnis,& Deo cõuerſantem, & angelis contubernalẽ.Hæc ſanè dicta ſunt à nobis,non quòd excludere uelimus datũ nobis à Deo uſum ciborũ:ſed ut præteritũ tẽpus beatũ prędicaremus. Qualis erat uita,quomodo non indiga,quõ paucis ad uitã degendam homines egebant, quomodo uarietatẽ uictus nobis peccati culpa induxit.Poſtquã enim à ueris in paradiſo delicijs excidimus, ſpurias delicias nobiſipſis excogitauimus.Et quia non amplius uidemus lignũ uitæ, neq; pulchritudine illa delectamur,dati ſunt nobis de cętero ad uoluptatẽ coci & piſtores,& placentarum ac condimentorũ ac ſuffimentorum uarietates,& talia quædã, in ſolatium noſtri inde lapſus.Quẽadmodum ęgroti quum præ uehementi ægritudine decumbunt,& conſueta uoluptate participare non poſſunt,ex odoramentis & talibus quibuſdam à medicis ſolatia ſumunt. Quum enim à fortiorum fruitione exciderint,ea quæ debilibus congruunt,hi qui ſenſibus ipſorum adulantur,excogitant. Veruntamen etiam nunc ad imitationẽ uitæ in paradiſo,noſipſos reducere uolentes,uitatis his uariæ materiæ eduliorum uoluptatib. ad illam uitã,quantum poſsibile eſt,noſipſos reducimus,fructibus & ſeminibus,& nucib.ac foris putamen durũ habẽtibus fructibus,ad uitam degendam utentes:horũ uerò ſuperfluitatẽ uelut non neceſſariã repudiamus.Nõ enim abominabilia ſunt propter creatorem,nõ tamẽ eligẽda propter carnis delicias ac uoluptatẽ.Et requieuit Deus ab omnib. operibus ſuis die ſeptima. Dicant igitur Arithmetici,& qui circa talia ocium collocarunt, & ſapientiã de his magni uenditant: quòd cognatus ſit mundi creationi ſenarius numerus, qui multum fœcundus eſt,multas numerorũ figuras ex ſeipſo generans,& partibus ſuis perfectus,& quęcunq; de ſenario in ſcholaſticis diſſertationibus Arithmetici recenſent:ſi cui ociũ eſt, ſecum ipſe expendat.Dicant etiam de ſeptenario,quòd ſterilitas quædam eſt in ſeptimo.neq; enim generat de ſeipſo,neq; ab altero generatur ſeptenarius numerus. Et ne ad multiplicem materiã ſermonẽ deducã,diſſertatione ad uos præterita,ad notiora ac gratiora procedã.Si uerò quis etiã circa hæc aliquã habet experientiã,ſciat quòd etiã horum theſaurus apud nos repoſitus eſt.Quare ſi magna res eſt numerorũ ſcientia, hic ſanè ſunt ipſius Arithmetices ſemina. Nos aũt nõ gloriamur his, propterea quòd ex mũdi ſint ſapientia,aut propter mundi ſapiẽtiam. Qui enim hæc tractãt,parua hinc furati,tractationibus uelut magnis ipſi ſe iactant.Quo itaq; oſtendamus ipſis quòd quę apud illos magno ſtudio iactantur,nobis contemptibilia ſint, ſilentio præteribimus

de his

de his ſermonẽ.Simul aũt nõ perceptu facilis eſt omi populo de his ſpeculatio.Ad[illegible]
aũt Eccleſia nõ admirabiliũ ſermonũ auſcultationẽ expectãs,ſed ſpeculationũ ad ædi
ficationẽ pertinentiũ ſolutiones inquirẽs.Honorata itaq; eſt ſeptima dies ſabbatum i-
pſum. Honoratus eſt apud Iudæos ſeptenarius numerus,in quo ſunt ſcenopegiæ,fe-
ſtum erectorũ tentoriorũ:itẽ celebritas tubarũ,& dies propitiationis. Septimus an-
nus apud illos honoratus remiſsiõis appellatus.Licebat enim ipſis per ſex annos ope
rari & colere terrã,ſeptimo uerò anno ſpõte naſcẽtib.contẽtos eſſe oportebat.Quum
habebãt terrã promiſsionis,ſex annis ſeruiebat Hebræus,& ſeptimo à ſeruitute libera *Leuit.25.*
batur.Septuageſimo anno ſoluta eſt apud ipſos captiuitas. Deinceps etiã ad noſtra. *Deut.21.*
Septies,inquit,cadet iuſtus,& reſurget.Sic nos ſeptenarij numeri conſortes ſimus. Se
ptimus à generatione nõ uidit mortẽ Enoch,myſteriũ Eccleſiæ.Septimus ab Abrahã
Moyſes legẽ accepit.Mutatio uitæ,diſſolutio iniquitatis:iuſticię introitus, Dei acceſ-
ſus:diſciplina in mundũ inducta eſt,legislatio eorũ quæ faciẽda ſunt facta eſt.Septua
geſima & ſeptima generatiõe ab Adã Chriſtus apparuit.Nouit ſeptenarij numeri my
ſterium Petrus:Quoties peccabit in me frater meus,& remittã ipſi,num ſepties? Do-
minus aũt inquit:Nõ dico tibi ſepties,ſed ſeptuagies ſepties.Parũ nouit myſteriũ, nõ- *Matth.18.*
dum didicit.diſcipulus enim adhuc eſt,nõ diſceſsit aũt à ſeptẽ ipſe doctor: dixit uelut
nouerat diſcipulus,extendit opulentia Dominus.Quoties peccabit, & remittam, cur
non dixit,Nũ ſexies? aut octies? ſed,Num ſepties? Cur Dominus non dixit,centies cẽ
ties,ſed ſeptenarium numerum multiplicauit? Neq; Petrus alium interrogauit, neque
Dominus ſeptenarij regulam exceſsit? Obſeruauit Petrus quòd regula traditionis ue-
tuſta eſt,ſeptenarium ſignificationẽ alicuius habere, remiſsionis peccatorum, requiei
perfectæ,cuius ſignum eſt ſabbatũ ſeptima dies à generatione.Petrus ſepties, Domi-
nus ſeptuagies ſepties.Peccata puniuntur ſepties,non ſic:Omnis qui occiderit Cain,
ſeptem pœnas perſoluet.neq; illic octo,ſed ſeptem.Paululũ expecta,& inuenies my-
ſterium.Primum peccatũ ſepties punitur.Secunda cędes Lamech.Ex Cain punita eſt
ſepties,ex Lamech uerò ſeptuagies ſepties. Ecce illic remiſsio apud Petrum ſeptima,
correſpondens pœnæ Cain:indulgentia apud Dominum ſeptuagies ſepties, uelut cõ
demnatio Lamech ſeptuagies ſepties.Quantum eſt delictum,tanta & indulgentia.
Vbi modicum eſt peccatum,modica eſt & remiſsio . Cui enim remiſit parum, parum
etiam diligit. Vbi abundauit peccatum,ſuperabundauit gratia.Quod igitur eſt myſte *Rom.5.*
rium? Octaua dies dicitur ſeculum iudicij,in quo peccator ſepties: iuxta exceſſum ue-
rò peccator ſeptuagies ſepties punietur.Iuſtus ſepties honorabitur: iuxta exceſſum iu
ſtus,ſeptuagies ſepties. Bonitas ipſa Dei erga homines nunc quidem per ænigmata *1.Cor.13.*
nobis futura oſtendit, tunc aũt in præſentia manifeſta & clara erit ueritas. Demon-
ſtrabit enim quibus quiſq; dignus eſt.Septuplam itaq; nobis retributionẽ debitã pec
catoribus indulgebit Dominus,hic per confeſsionẽ & pœnitentiã à nobis placatus.
Quare ſciẽtes horrendã illã diẽ, quæ diſtribuet retributionẽ peccatorib. dignã pro de
lictis remenſurationẽ,anticipantes per pœnitentiã diſſoluamus peccata, ut illic retri-
butionis multiplicitatem illam doloroſam effugiamus. Septimã itaq; ipſam diẽ illius
octauę cõſummationis ſeculi dicamus.Et requieuit Deus ab operibus. Non amplius
opera mundi in illa die,nõ amplius nuptię,non amplius cõmutationum mercimonia,
non amplius agriculturæ:ſed omnis terra ſtupefacta.omnis creatura in timore poſita,
ſudor immitigabilis,& ipſi iuſti in timore poſiti,quiſnam tandem de ipſis calculus fe-
retur:& Abraham tunc in timore erit,nõ ut condemnetur in gehennam.ſed in quo or
dine iuſtorum locabitur,primo'ne,aut ſecũdo,aut tertio? Dominus ex cœlis,& ipſi cœ
li rũpuntur,potentia reuelatur,omnis creatura tremefacta eſt.Quis ſine timore? ne an
geli quidẽ.Aſtant & ipſi non ut rationẽ dent Deo,ſed tamen glorioſa apparitio omni *Cap.64.*
bus tremorem iniicit.non audis Eſaiam dicentẽ,Si aperueris cœlũ,tremor apprehen-
det à te montes:in qua mare congelatur,in qua creatura uacabit, ac ceſſabit natura e-
mortua:tũc rapientur iuſti,tunc uehiculũ iuſtorũ nubes, tunc duces iuſtorum angeli,
tunc iuſti uelut ſtellę à terra in cœlũ aſſumentur.peccatores aũt uincti,proprio pecca-
torum onere illigati,deorſum cadent,malè ſibi cõſcij.Illa itaq; ſeptima ab hac ſeptima
figuratur. Et requieuit Deus ab omnibus operibus. Non amplius huius uitæ ſolici-

tudines

...es in illa die, ſopitæ ſunt cõcupiſcẽtiæ iuueniles, nõ amplius de nuptijs propoſitum, cupiditas generãdi liberos nõ amplius, de auro cura nulla: oblitus eſt auarus crumenæ, oblitus eſt agrorũ diues, oblitus eſt gloriç ambitioſus honoris: omnia illa ex animo exciderũt. Anima aũt in timore poſita eſt, & in expectatione impẽdentiũ malorũ. Timor enim expellit omnẽ in animis noſtris degentẽ affectuoſam cogitationẽ. Vbi timor Dei, oẽs affectuũ maculç ex mente noſtra expulſæ ſunt. Hæc ſeptima illius ſeptimæ typus eſt. Accepit igitur Deus limum. Non perfecta eſt mũdi generatio, non diſſecta eſt cõſequẽtia, ut noſtra enarratio obiter induceret: ſed dictũ eſt, Fecit Deus hominẽ, & requieuit ab omnib. operibus: & poſtquam ociũ egiſſet, docet nos quõ fecit. Accepit Deus limũ de terra. Quum audieris limum, diſce ut ne timeas hominẽ, ne grauem perſonã aſſumas, quid ob teipſum magnopere gloriaris? Quum inciderint tibi cogitationes, tumorẽ & inflãmationem cordis inducẽtes, incidat tibi recordatio creationis, quõ creatus es. Accepit Deus limũ de terra, & formauit Deus hominẽ. quõ poteris obliuiſci tuijpſius? tũc obliuiſcere tuijpſius, quum de terra receſſeris. Si uerò nunquam recedis de terra, ſed concretus es terræ, uadis ſuper terrã, requieſcis ſuper terrã, litigas ſuper terram: omne quodcunq; tandẽ facis ſiue magnũ ſiue paruum, ſuper terram prope habes commonefactionẽ tuç humilitatis. Cõuiciator es & iracũdus? unde eſt tibi ira? ex ignominia? nõ ſuſtines audire ignobilis? ſtatim efferbuit tibi ira? cõtendis dicere peiora quàm quç audiuiſti? Demitte oculos, & quieſcit tibi ira. Reſpice terram, & cogita, ignobilẽ me dixit, eum qui de terra factus ſum, minus dixit quàm ego ſum, nõ enim dixit Ex terra, ſed de homine. Quãto aũt præſtãtior eſt animatus homo terra, quæ pedibus cõculcatur. Ego aũt antiquã aſpicio matrẽ terram ipſam. quare nõ eſt cõtumelia de ſeruo genitum eſſe, ſed honor animatũ genitum eſſe. Qui uerò putat ſe multum uituperare me, ignorat quòd per contumeliã hanc me amplius honorauit. Ego enim meç naturæ intelligentiã habens, noui quis ſim, & unde ſim. Hoc modo ſi memores fuerimus de terra nos genitos eſſe, nunquã permittemus nobis iram excitari. Auxiliarius ſit cogitationi terra ſemper prçſens & commonefaciens. Quum ad concupiſcentiam quandam curris, cogita quõ abibis, & hinc diſcedes: ſi cogitaueris quod in terram diſſolueris, ſedata eſt concupiſcentia furoris. Terra es, & in terram reuerteris. Memor ſis quod paulo pòſt hæc non ſaltantia membra aut quæ nunc adeſt carnis cõcupiſcentia paulo pòſt non erunt, membris diſſolutis, & in terram reſolutis. Memor ſis naturæ, & ſolutus eſt omnis ad maliciam impetus ac concitatio. Hęc commofactio in omni peccato nobis amuletum ſit. Formauit Deus hominem, limo de terra accepto. Honeſta humilitas, congenita commonefactio. Si dixiſſet, Formauit Deus hominem de cœlo acceptum: quando uidiſſemus illud, ut cõmonefacti eſſemus naturæ? In prõptu adeſt nobis monumentũ noſtræ uilitatis, ex his quç pedibus calcamus. Inclinate ad terram, cogita quòd ex cognata terræ re & reiectitia formatus es. quid magis cõtemptibile quàm nos ſumus? quid magis merito uilipẽdimus q̃ noſipſos? Vidiſti aliquẽ magnopere iactabundũ? ueſte florida indutum? manũ habentem anulo fulgentẽ? gemmam autẽ ſigillũ precioſum ferentem, & ob hoc gloriantem? ſericis texturis amictum? ſeruos habentẽ, & comas diffuſas eaſq; flauas? profeſsionibus ac ſtudijs ſuperbientẽ? torques aureos circumferentem? in argentea ſella ſedentem? magnis paſsibus incedentem? magna uoce intonantem? elatum ob multitudinẽ ſeruorum & adulatorum, quos tales adſciſcunt, & poſt ſe trahũt, ob menſam ſumptuoſam, ob ſalutationes quas omnes ipſi in foro exhibent, qui de ſedibus exurgũt, qui obuiam procedunt qui deducunt, qui ferulas gerũt? Quum uideris magiſtratus hos quos præcones altaq; uoce præcedunt, quum uideris ipſos, hunc perterrentes, illum cædentes: alterum publicantes, & alium morti tradentes, ne timeas quæ uides, ne conſterneris ob ea quæ fiũt, per eũ qui ipſis imperat, ne mẽtem pauefaciat ac abalienet tibi imaginatio. Cogita quòd formauit Deus hominem, limum de terra. Siquidem aliud quid eſt, timeas. Si uerò limus de terra, contemne. Et formauit Deus hominem. Non ſtatim uox formauit artificioſam quãdam Dei circa hominem actionẽ nobis oſtẽdit? Formauit Deus. Nũ ſic formauit uelut hi qui lutea formant? uelut hi qui æs conflant? Cæterùm ſtatuç formatio, & gypſi efformatio ſuperficietenus habet imitationem. Vidiſti ſtatuam quomodo

Gen. 3. [margin note beside "cupiſcentiam quandam curris"]

modo ſtat mores quoſdã exprimens? aut animi concitationẽ præ ſe fert militis ſtatua, aut muliebrẽ affectionẽ æs ipſum, ubi in mulierẽ efformatũ fuerit: aut aliud quid quãtum poteſt per imitationẽ, ars unà cũ morum charactere iuducit. Dei aũt formatio nõ eſt talis: ſed formauit hominẽ, & opificiaria ipſius actio omnia organa penetrauit, ad profunditatẽ intrinſecus progreſſa. Si mihi tantum ſupereſſet ocij, ut tibi hominis ſtructurã demõſtrare poſſim, ex teipſo ſanè diſceres ſapientiã Dei circa te. Nã reuera paruus mundus eſt homo, & rectè fecerũt qui hoc nomine ipſum cohoneſtarũt. Quot circa hanc rem tractationes inſumptæ ſunt, phyſiologiæ medicorũ, obſeruationes magiſtrorũ corporum exercendorũ, aut de proportione, aut de membrorũ inter ſe congruentia ac ſymmetria, de multitudine carnoſitatis. Hęc oĩa in hominis efformationẽ ingrediunt. Et unde mihi tantũ eloquentiæ cõtingat, ut exactè dicere poſſim quanta in una uoce Formauit, continent? Quæ uerò uulgata ſunt, tu per te noſti, etiam ſi ego nullus dicam. Formauit Deus erectũ. Electam tibi hanc formationẽ præter cætera animalia dedit. Cur? quia electam etiã actionẽ tibi daturus erat. Reliqua enim pecora humi paſcentia ſunt: & ad quæ à natura deſtinata ſunt, ad ea etiã cõſtructionem habent. genita eſt ouicula ad paſcẽdũ, caput habet deorſum inclinatũ, ut uentrẽ inſpiciat, & ea quæ ſub uentre ſunt: qm̃ finis felicitatis eſt illis, repletio uentris & uoluptas. Homo aũt non in uentrem aſpicit, ſed caput eſt ipſi altum & ſurſum uerſus erectum, quo ſupernam cognationem intueať. Oculi non in terram nutantes. Ne igitur teipſum præter naturam geras: ne terrea circũſpicias, ſed cœleſtia, ubi Chriſtus eſt. Si enim cõſurrexiſtis, inquit, cum Chriſto ſuperna quærite, ubi Chriſtus ipſe eſt. Sic formatus es. Ipſa formatio documẽtum eſt finis ad quem factus es. Factus es ut Deum uideas, nõ ut ad terrã trahatur uita tua: non ut beſtialem habeas uoluptatẽ, ſed ut cœleſtẽ perficias uitã. Quapropter ſapientis oculi in capite ipſius, inquit ſapiẽs Eccleſiaſtes. Cuius aũt non ſunt in capite oculi? Immò in capite, hoc eſt ut alta ſpectent ac conſiderent. Qui uerò ad alta non ſpectat, ſed ad terrea, oculos habet ad terrã diſtractos. Oculi itaq; inſident orbiculatiores, capite humeris incũbente: & neq; hoc ipſum penitus humeris inſidet, ut ne humile ſit, ſed memorabili fulcro ipſi ceruici incũbit caput ſurſum uerſus. Et oculi gemelli ictus. Non ſufficiebat, dic mihi, unus? Immò duo oculi alterna ſucceſſione, ut unius diſſolutio alterius ſolatiũ habeat. Deinde etiã ab uno procedẽs uis uiſiua debilior eſt. Aquæductus aũt ex duobus fontib. cõmiſſis fortior euadit. Progreſſus eñ uiſus ſimul ad naſi interſeptum cõquieſcit, ſimulq; prominens unitur. Nam uelut canalis quidã, ab utroq; oculo prodit hinc hæc, illinc illa uis uiſiua. eminus aũt cõmiſſione ac confluxu uniuntur, unita aũt fortior euadit. Quõ demõſtrari poteſt quod unitur? Non uides ſenes q̃d ea quæ prope ſunt, nõ uident? Quia enim debilis eſt uis uiſiua diſſecta, id quod prope eſt non uidet. Vbi aũt cõmiſſio & confluxus fit uiſus, uelut inundatione quadam circa uiſum contingente, robuſtior fit ſenſibilium aſſumptio ac apprehẽſio. Et quot ſunt circa oculum munitiones? Tunica intrinſecus, & non ſufficit hæc, non enim poterat una craſſa eſſe: ſi craſſa eſſet, operimentum utiq; uiſus eſſet. Oportebat aũt pellucidam ac læuem eſſe. Igitur una eſt pellucida, una rara, altera corniformis, altera acinoformis: quæ ante operit, robuſtior, quæ intus eſt, rarior, ut ne impediat tranſitũ. Tertia cryſtalloformis, ut in ſeipſa & imaginem & pelluciditatẽ ſimul habeat. Prætextus eſt palpebra, eademq; operimentũ & uelamen, ac uelut domicilium ac propugnaculum eſt. Poterat ipſum operire manus. Antequam ueniſſet manus, perijſſet oculus. Nunc uerò in propinquo ſita eſt palpebra, & ſupernè incumbit: ſimulq; ut ſenſit detrimentum, operculum prætendit. Ob id & pupilla ſub uelamento delitеſcens, non ſemper aggreſſioni bus expoſita eſt. Intactum hoc ſolum ex omnibus mẽbris noſtris eſſe uult, oculus ſub uelamento palpebra ipſa occultatus. Aciculæ pilorum circumſitæ cur? quo exactior contingat complicatio palpebrarum ſupernæ ad infernam. Sunt enim pili uelut ligamenta inter ſe complicata. Deinde etiam parua animalia eminus prohibent, & puluerulenta nõ ſinunt appropinquare pupillæ quæ undiquaq; obfuſcari poteſt. Propria & peculiaris quædam munitio circa nos ſita eſt per pilos, ſimulq; per lineamenti circumſcriptionem decorem præbens, ſimul utilitatem exhibens. Supercilium ſupernè prætentum proprium eſt propugnaculum, ut dirigat uim uiſiuam. Quæ eſt demonſtratio?

Pſal. 138.

Col. 3.

Cap. 2.

Quum uolueris eminus quid conſpicari,& cauam manum ſupercilijs prætẽderis, cur hoc fit? ut uiſus qui ſurſum digeritur, non fruſtra diſpergatur: ſed ex prætentione manus in directum tendat, & in anteriorem partem impulſus, exactiorem faciat uis uiſiuæ diſpoſitionem. Sed & tranſitus uis uiſiuæ à manus prætentione dirigitur. Quapropter ſupercilia ſimul oculum dirigunt, ſimulq; ſudorem ex laboribus obortum influere, & oculis impedimento eſſe non ſinunt. Et propterea uelut muri munimentũ ſupercilia exiſtũt. Quis uinitor adeò probè poſſit uineam inſtruere ac abſoluere, ualloq; circundare, ut difficulter ipſam quis adire queat, ut ob circumſitas locorum foſſas non facile incurſionibus pateat, uelut Dominus ſuperciliorum munimentum, quod iuxta naſum eſt utrinq; partitum, quo ſudor hac & illac diffluens, nullum negocium agricolæ præbeat, neque in detergendo ſudore manum à uite abducat: ſed & ſudor ſimul per proprios canales ad inutilia diffluat, quũ iam olim opifex ipſum hoc deriuarit, & oculus ſimul propriam actionem perficiat. Si uoluerimus de his ſolis dicere quæ à Deo in nos ſunt collata, deficiet me tota dies: uerùm uos ex uno de omnibus his notionem ac ſignificationem ſumite. Porrò nos iam ad neceſſariam quandam uiam feſtinantes cum precibus comitamini ac proſequimini, quo breui uobis ſeruati etiam eorum quæ reſtant debitum exoluamus, per gratiam omnia gubernantis circa eos Domini, qui nos ſua gratia condidit. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

FINIS.

DIVI BASLII MAGNI ARCHIEPISCOPI CAESAREAE CAPpadociæ, Homiliarum in Pſalmos XVII. numero, Index.

In principium primi pſalmi.	Homilia	I
In ſeptimum pſalmum.	Homilia	II
In pſalmum decimum quartum.	Homilia	III
In reliqua eiuſdem pſalmi, & contra fœneratores.	Concio	IIII
In pſalmum uigeſimumoctauum.	Concio	V
In eundem pſalmum.	Concio	VI
In pſalmum uigeſimumnonum.	Concio	VII
In pſalmum triceſimum ſecundum.	Concio	VIII
In pſalmum triceſimumtertium.	Concio	IX
In pſalmum trigeſimumſeptimum.	Concio	X
In pſalmum quadrageſimumquartum.	Concio	XI
In pſalmum quadrageſimumquintum.	Concio	XII
In pſalmum quadrageſimumoctauum.	Concio	XIII
In pſalmum quinquageſimumnonum.	Concio	XIIII
In pſalmum ſexageſimumprimum.	Concio	XV
In pſalmum centeſimum decimumquartum.	Concio	XVI
In pſalmum centeſimum decimumquintum.	Concio	XVII

DIVI BASILII MAGNI HOMILIA SIVE CONCIO, IN PRINCIPIVM PRIMI PSALMI, IANO Cornario Medico Phyſico interprete.

OMNIS ſcriptura diuinitùs inſpirata ac utilis, propterea à ſpiritu cõſcripta eſt, ut uelut in cõmuni medica animarũ officina, oẽs homines propriæ affectionis medelam unuſquiſq; eligeremus. Medela enim, inquit, ſedabit peccata magna. Alia quidẽ igitur docent prophetæ, alia hiſtorici, alia lex, & alia rurſus ſpecies illa prouerbialis exhortationis. At uerò Pſalmorũ liber utilitatẽ ex om̃ibus complectitur. Vaticinatur futura, hiſtoriæ mentionem facit, legem uitæ ſancit, admonet quæ ſunt facienda: & in ſumma, commune promptuarium eſt bonarum doctrinarũ, id quod unicuiq; cõmodum eſt per induſtriam ſuam excogitans. Nam & uetera animarũ uulnera perſanat, & recens uulnerato celerẽ correctionem inducit. Et quod morboſum eſt tuetur ac fouet, & quod integrũ eſt cõſeruat: & omnino affectiones, quantũ poſſibile eſt, eximit, quæ uariè in hominũ animis per uitã imperiũ exercẽt. Atq; hoc cũ concinna quadã delectatione, ac uoluptate ſobriã cogitationẽ inducente. Quandoquidẽ enim uidit Spiritus ſanctus hominũ genus difficulter ad uirtutẽ perduci poſſe, & nos propter procliuitatẽ ad uoluptatẽ, rectæ uitæ negligentes eſſe, quid facit? delectationẽ ex melodia ipſis doctrinis immiſcuit, quo per delinitas ac leuigatas aures, ſermonũ utilitatẽ latenter ſuſcipiamus, planè iuxta ſapientũ medicorũ cõſuetudinem, qui his qui cibos auerſant̃ auſteriora pharmaca bibẽda præbentes, melle ſæpè poculum oblinunt. Propterea concinni pſalmorum cantus nobis excogitati ſunt, quo pueri ętate, aut etiã omnino moribus, canere quidẽ ſibi uideãnt̃, reuera aũt animas erudiant. Neq; em̃ quiſq; ex uulgo & ſegnioribus, apoſtolicũ aliquod aut propheticũ pręceptũ facile unquã memoria cõplexus abijt. At pſalmorũ oracula & domi canũt, & in foro circũferunt. Et ſanè quis animũ pre ira ualde efferatũ habens, ubi pſalmũ incini ſibi percipit, ſtatim animi feritate ſopita per melodiã diſcedit? Pſalmus tranquillitas animarũ, gubernator pacis, tumultus & undas cogitationũ ſedans ac cõpeſcens. Nã animæ partẽ iraſcibilẽ mollit, proteruam uerò caſtã facit: amicitiæ cõciliator eſt, diſſidẽtiũ unio, hoſtiũ recõciliatio. Quis em̃ inimicũ adhuc ducere poteſt eũ, cũ quo unã ad Deũ uocẽ emiſit? Quare etiã maximũ bonorũ dilectionẽ, pſalmorũ cãtilena exhibet, uelut nodũ quendã ad unionẽ ipſum cõncentũ excogitãs, & ad unius chori cõſonãtiã populum coaptãs. Pſalmus dæmonũ fugator, angelici auxilij inductor, ſcutũ in timorib. nocturnis, requies laborũ diurnorũ, infantib. ſecuritas, uigẽtibus ornamentũ, ſenibus ſolatiũ, mulierib. mũdus cõuenientiſſimus, ſolitudines habitatas facit, forũ moderatũ reddit, elementorũ loco eſt his qui introducunt̃, proficientiũ incrementũ, perfectorũ fulcrum, eccleſiæ uox. Hic feſtiuitates exhilarat, hic triſticiã quæ ſecundũ Deũ eſt, creat. pſalmus em̃ etiã ex lapideo corde lachrymas elicit. Pſalmus angelorũ opus, cœleſtis reſpublica, ſpiritualis ſuffitus. O ſapiẽs doctoris inuẽtũ, qui ſimul canere, & utilia diſcere nos excogitauit. Vnde etiã magis imprimunt̃ animis doctrinę. Qđ em̃ uiolẽter diſcitur, permanere nõ ſolet: quod uerò cũ iucũditate ac gratia ingredit̃, durabilius quodãmodo animis noſtris inſidet. Quid em̃ nõ inde didiceris? nõ fortitudinis magnificẽtiã? nõ iuſticię ſinceritatẽ? nõ tẽperantię grauitatẽ? nõ prudẽtiæ perfectionẽ? nõ pœnitentiæ modũ? nõ patientię menſurã? nõ quicquid dicere poſſis bonorum? Hic ineſt theologia perfecta: prædictio aduentus Chriſti per carnẽ, minæ iudicij, reſurrectionis ſpes, ſuppliciorũ timor, ꝓmiſſiones glorię, myſteriorũ reuelatiões. Omnia uelut in magno quodã ac cõmuni prõptuario, in Pſalmorũ libro repoſita ſunt: quẽ quũ multa ſint muſica inſtrumẽta, propheta ipſe ad id q̃d Pſalteriũ appellat̃ adaptauit, gratiã ex ſupernis à ſpiritu in ipſo reſonantẽ, uelut ego iudico, oſtendẽs. Propterea quòd hoc ſolũ ex muſicis inſtrumẽtis, ſonorũ cauſam ex ſupernis partibus habet. Nã citharæ ac lyræ æs, ex infernis ad plectrũ ſonitũ edit: hoc uerò pſalteriũ cõcentuũ cõcordiæ cauſas ex ſupernis habet, quo etiã nos ſuperna quærere meditemur, & nõ ob modulationis uoluptatẽ ad carnis affectiones deferamur. Sed & illud puto propheticã rationẽ altè ac ſapiẽter nobis per ipſius inſtrumenti ſtructurã indicaſſe, quòd hi qui cõcinnas ac cõcordes animas habent, facilem etiã ad ſuperna perfectionẽ habent. Verùm deinceps pſal-

morum principiũ uideamus. Beatus uir qui nõ abijt in conſilio impiorum.] Archite-
cti quidẽ igitᷓ ædificiorũ magnitudines in altũ ducentes, correſpõdentia altitudini fun
damẽta ſubijciunt. Et nauiũ ſtructores onerariã nauẽ ingentib. oneribus uehendis de-
ſtinatã cõſtruentes, cõuenientẽ merciũ uehendarũ oneri carinã ſupponũt. Et in anima
lium generatione, cor primũ à natura quaſi fundamentũ iactũ, cõuenientẽ futuro ani-
mali cõſtitutionẽ à natura accipit. Quapropter quũ corpus cõgruenter ad propria prin-
cipia circũtexatᷓ, magnitudinũ animaliũ differẽtiæ efficiuntᷓ. Quod igitur fundamentũ
eſt in domo, & in naui carina, & in corpore animalis cor, eã uim uidetᷓ mihi breue hoc
procœmiũ habere ad totã pſalmorũ ſtructurã. Quãdoquidẽ eñ multa & laborioſa & in
finitis ſudorib. ac laborib. referta in ſermonis progreſſu admoniturus eſt eos qui in pie-
tatis cultu decertãt, anteuertẽs felicẽ finẽ oſtendit, quo ob ſpem bonorũ repoſitorum,
uitæ moleſtias citra moleſtiã perferamus. Sic etiã uiatorib. aſperũ iter euntibus & ęgrè
peruiũ, hoſpitiũ cõmodum expectatũ laborẽ leuat. Et cupiditas merciũ facit ut merca-
tores mare trãſire audeãt. Et ſpes fertilitatis agricolarũ labores ſuffuratur. Quapropter
etiã cõmunis uitæ diſpenſator, magnus ille doctor ſpiritus ueritatis, ſapienter & artifi-
cioſe mercedẽ propoſuit, quo oculis ultra labores qui in manib. ſunt trãſmiſſis, mente
ad repoſitorũ bonorũ fruitionẽ feſtinemus. Beatus uir qui nõ abijt in cõſilio impio-
rum.] Propriè equidẽ ac primariò beatũ prædicandũ eſt, q̃d uerè bonum eſt: hoc autẽ
1.Cor.12. eſt Deus. Vnde etiã Paulus mentionẽ Chriſti facturus, Iuxta apparitionẽ, inquit, beati
Dei ac ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti. Beatũ eñ reuera eſt q̃d per ſe bonum eſt, ad quod
omnia reſpiciunt, q̃d omĩa cupiunt, ipſa immutabilis natura, herilis dignitas, impertur
bata uita, gubernatio omnis moleſtiæ expers, circa quã nõ eſt alteratio, quã nõ contin
git tranſmutatio, ſcaturiẽs fons, luculẽta gratia, incõſumptilis theſaurus. Verùm ignari
ac mundi amãtes homines, ignorãtes ipſius boni naturã, ſæpe beata prædicant nullius
rei digna, diuitias, ſanitatẽ, illuſtrẽ uitã, quorũ nihil ex ſuipſius natura bonũ eſt, non ſo-
lum ob id ꝙ facile ad contraria permutantᷓ, uerumetiam ꝙ neq; bonos efficere poſſeſ-
ſores poſſunt. Quis eñ eſt iuſtus propter pecunias? quis tẽperatus propter ſanitatem?
Imò uice uerſa, ſingula hæc ſæpe malè utentibus miniſteriũ ad peccatum exhibẽt. Bea-
tus igitur eſt qui ea poſſidet quæ maximi precij æſtimantᷓ, qui bonorũ quæ auferri nõ
poſſunt particeps eſt. Hunc uerò quõ cognoſcemus? qui non abijt in cõſilio impiorũ.
Et priuſq; dicam, quid ſit non abire in conſilio impiorum, uolo uobis id quod hoc lo-
co quæri ſolet, explicare. Cur, inquiunt, propheta uirum ſolum ſelectum beatum prędi
cat? Num à beatitudine mulieres excluſit? Abſit. Vna enim eſt uirtus uiri & mulieris.
Nam & creatio utriſq; æqualis, quare etiam merces eadem utriſq;. Audi Geneſim. Fe-
Gen.1. cit inquit, Deus hominẽ, ſecundum imaginem Dei fecit ipſum, maſculum & fœminã
fecit ipſos. Quorum uerò natura una eſt, horum eædem ſunt actiones. Quorum uerò
æquale opus, horum etiam eadem merces. Cur igitur facta uiri mentione, de muliere
tacuit? Quia quum una natura ſit, ſufficere putauit ut ex principaliore totum indicare-
tur. Beatus igitur uir, qui non abijt in conſilio impiorum.] Conſidera uerborum ſin
ceritatem, quomodo unaquæq; dictio dogmatibus repleta eſt. Non dixit, qui nõ abit
in conſilio impiorum, ſed qui non abijt. Qui enim in uita eſt, nondum beatus prædicã-
dus eſt, propter euentus incertitudinem. Qui uerò ad ſe pertinentia abſoluit, & uitæ
finem citra controuerſiam concluſit, hic iam ſecurè beatus prædicatur. Cur igitur bea-
ti ſunt qui ambulant in lege Domini? Non enim iſthic qui ambulauerunt, ſed adhuc
ambulantes, beatos pręd icandos ſermo dicit. Quia qui bonum operantur, in ipſo ope-
re laudem aſſequuntur: qui uerò malum fugiunt, nõ ſi ſemel atq; iterum fortaſſis pec-
catum declinarint, laudẽ ferunt, ſed ſi mali tentationẽ penitus effugere potuerint. Por-
rò ex ſermonis huius conſequentia etiam aliud nobis dubium apparuit. Cur non eum
qui uirtutem perpetrat, beatum prædicat, ſed eum qui peccatum non fecit? Sic enim &
equus & bos & lapis beatus prædicabitur. Quod enim inanimatũ in uia peccatorum
ſtetit, aut quod brutum animal in cathedra peſtilentiæ ſedit? Si paulum expectaueris,
inuenies medelã. Sed in lege Domini uoluntas ipſius.] Diuinę autẽ legis meditatio,
in ſolum rationalem cadit. Nos uerò etiam illud dicimus, Quòd principium ad aſſum-
Pſal.30. ptionem bonorum, eſt ſeceſſus à malis. Declina enim, inquit, à malo, & fac bonum. Sa-
pienter igitur & artificioſe adducẽs nos ad uirtutẽ, ſeceſſum à malo, principium bono

rum

rum fecit. Si ẽm ſtatim ꝓpoſuiſſet tibi perfecta, pigrior fuiſſes ad aggreſſionẽ. Nũc uerò his quæ faciliora captu ſunt te adſuefacit, quo cõfidentior ſequẽtia aggrediaris. Nã ſcalæ ſimilẽ eſſe dixerim ego pietatis exercitationẽ, ſcalę illi quã uidit aliquãdo beatus Iacob, cuius pars humilis erat, ac terrã attingebat, pars ſupra ipſum cœlũ extendebat. Quare oportet eos qui ad uirtutis uiã introducunt, primis gradib. ueſtigiũ admouere, atq; illinc ſemper ultrà ꝓcedere, donec ad altitudinẽ humanæ naturæ acceſſibilẽ, paulatim profectu facto, cõſcenderint. Quemadmodũ igitur in ſcala primus aſcenſus eſt à terra ſeceſſus, ſic in politia ſecundũ Deũ, principiũ profectus eſt ſeceſſus à malo. Omnino aũt om̃e ociũ etiã quacunq; actione facilius eſt, uelut nõ mœchaberis, nõ occides, nõ furtum facies. Singula hæc ocio & quiete indigent, Diliges proximum tuum ſicut teipſũ: &, Vẽde bona tua, & da pauperibꝰ: &, ſi quis te adegerit ad miliariũ unũ, abito cum ipſo duo: actiões ſunt athletis cõueniẽtes, & ut rectè fiant, anima iã forti opus habentes. Quare mirare ſapientiã eius qui per faciliora & captu prõptiora, nos ad perfectionẽ inducit. At uerò tria propoſuit nobis obſeruatiõe digna: nõ abijſſe in cõſilio impiorũ, nõ ſtetiſſe in uia peccatorũ, nõ ſediſſe in cathedra peſtilẽtiæ. Et ſanè rerũ naturã ſequens, hunc ordinẽ in prædictis fecit. Primũ enim conſultamus, deinde cõſilium firmamus, deinde in conſultis perſeueramus. Primũ igitur beata prædicãda eſt mẽtis noſtræ puritas. Nã radix actionũ corporis eſt cõſilium in corde. Adulteriũ enim primũ in anima uoluptuarij accenſum, ſic corruptionẽ efficit. Vnde etiam Dñs intrinſecus eſſe ait, quæ hominẽ inquinãt. Quãdoquidẽ aũt impietas propriè dicitur peccatũ in Deũ, ne cõtingat ut nos unq; ex incredulitate ambiguitatẽ de Deo ſuſcipiamus. Hoc ẽm eſt abijſſe in conſilio impiorũ, ſi dixeris in corde tuo, Num eſt Deus gubernans uniuerſa? Num eſt Deus in cœlo ſingula diſponẽs? Nũ iudiciũ? Num retributio unicuiq; iuxta opus ſuũ? Cur igit̃ iuſti pauperes ſunt, & peccatores diteſcũt? illi infirmi ſunt, hi ſani: illi ignominia affecti, hi gloria celebres. nũ ſua ſponte circũfertur mũdus? & caſus quidam temerarij citra ordinẽ unicuiq; uitã diſpenſant? Si talia cogitaſti, abijſti in cõſilio impiorũ. Beatus igitur qui nõ accepit de Deo dubitationẽ, qui non circa præſentia puſillanimis fuit: ſed quæ ſperamus expectauit, qui nõ habuit de creatore noſtro incredulam ſuſpicionẽ. Beatus uerò etiã ille qui in uia peccatorũ non ſtetit. Via igit̃ uita dicta eſt, propter uniuſcuiuſq; generati feſtinationẽ ad finẽ. Quẽadmodũ enim qui in nauibus dormiũt, ſponte à uento ad portus deducunt, etiãſi ipſi nõ ſentiant, tamen curſus ipſos ad finẽ urget: ſic & nos tẽpore uitæ noſtræ, uelut motu quodã perpetuo ac indeſinente, præterfluẽte, unuſquiſq; ad propriũ finẽ per latentẽ uitę noſtræ curſum feſtinamus. Verbi gratia, Dormis, & tẽpus te præterit: uigilas & mente occupatus es: attamẽ uita conſumit̃, etiãſi ſenſum noſtrũ effugiat. Curſum igitur quendam currimus oẽs homines, unuſquiſq; ad propriũ finẽ feſtinãtes. Quapropter oẽs ſumus in uia. Quin & ſic uiæ ſignificationẽ accipere potes. Viator cõſiſtis in hac uita, omnia præteris, omnia retro te relinquis: uidiſti in uia plantã aut herbã aut aquã, aut quicquid tandẽ ſpectatu dignum fuit, parũ delectatus es, deinde prętcrijſti. Rurſus incidiſti in lapides & ualles, præcipitia ac ſcopulos, aut etiã beſtias, feras & reptilia ac ſpinas, & alia quædã moleſta: parũ triſtatus es, deinde reliquiſti. Talis eſt uita: neq; iucũda ſtabilia, neq; triſtia perdurantia poſſidet. Via nõ eſt tua, ſed neq; præſentia tua. Inter uiatores & ſimul primus ueſtigiũ mouit, & ſtatim qui poſt eũ eſt, greſſum intulit, & poſt illũ qui inſequit̃. Cõſidera uerò etiã uitæ res num ſint cõſimiles. Hodie terrã tu coluiſti, & cras alius, & poſt illum alter. Vides agros hos & precioſas ædes? quot nomina iã unũquodq; horũ permutauit? illius dicebat̃, deinde trãſnominatũ eſt ad aliũ, & poſtea ad illũ trãſiuit, deinde nũc alterius dicit̃. Nũ igitur nõ eſt uia uita noſtra, aliâs aliũ tranſmutãs, & oẽs habẽs mutuò ſe inſequentes? Beatus igitur qui in uia peccatorũ nõ ſtetit. At uerò quid eſt, nõ ſtetit? Adhuc in prima ætate exiſtẽtes homines, neq; in uitio ſumꝰ, neq; in uirtute. Nã ea ætas ad utrũq; habitũ ſuſcipiendũ idonea nõ eſt. Poſtq; uerò ratio noſtra fuerit cõpleta, tũc fit q̃d ſcriptũ eſt: Vbi ueniſſet mandatũ, peccatũ reuixit. ego uerò moriebar. Exoriunt̃ ẽm ratiocinationes prauæ, quæ ex affectionib. carnis in animis noſtris generant̃. Reuera enim ubi uenit mandatũ, hoc eſt cognitio bonorũ, ſi nõ peiori cogitationi dominatus fueris, ſed rationẽ ab affectionib. in ſeruitutẽ redigi cõceſſeris: reuixit quidẽ peccatum, morit̃ aũt mens per delictũ mortua facta. Beatus igitur qui nõ perſeuerauit in uia

Gen. 28.

Matt. 14.

Matt. 15.

Pſal. 13.

Rom. 7.

peccantium, ſed meliori ratiocinatione ad piam rempublicam tranſiliuit. Duæ enim
Mat.7. ſunt uię inter ſe contrarię. Altera lata & ſpacioſa, altera anguſta & arcta. Et duo duces, uterq; ad ſeipſum conuertere tentans. Habet itaq; leuis uia ac lata & prona, ducē fraudulentum prauum dæmonē, per uoluptatē ad interitum ſequentes attrahentē: aſpera uerò & accliuis, angelum bonum, per labores uirtutis ad beatum finē ſequētes ducentē. Quādiu igitur unuſquiſq; noſtrum puer eſt, iucunditatē in præſenti uita perſequēs, nullam futuri curam habet: uerùm uir iam euadens, poſt intelligētiæ abſolutionē, uelut uidere ſibi uidetur, quòd uita ipſi findatur ad uirtutē ac uitium: & animæ oculū frequenter ad utranq; cōuertens, inter ſe cōparat, quæ utriq; adſunt. Et peccatorum quidem uita, omnia oſtendit in præſenti ſeculo iucunda: iuſtorum uerò, ſola oſtēdit futuri ſeculi bona. Et uia quidē eorum qui ſeruantur, quāto pulchriora pollicetur futura, tanto laborioſiora exhibet præſentia. Via uerò iucunda ac proterua, nō quæ in poſterum expectetur, ſed iam præſentē offert uoluptatem. itaq; omnis anima uertigine afficitur, & ratiocinatione claudicat, ubi quidē æterna ſecum uolutarit, uirtutē eligēs: ubi uerò ad præſentia reſpexerit, uoluptatē præferens. Hic uidet carnis delicias, illic carnis ſeruitutem. Hic ebrietatē, illic ieiunium. Hic riſus effuſos, illic lachrymas largas. Hic ſaltationem, illic orationē. Hic tibias, illic gemitus. Hic ſcortationē, illic uirginitatē. Quandoquidē igitur id quod uerè bonum eſt, ratione & cogitatione apprehēdi poteſt per fidē.
1.Cor.2. Longe em̄ abeſt, & oculus nō uidit, & auris nō audiuit: peccati uerò iucunditas promptam habet, & per oēm ſenſum fluentē uoluptatē. Beatus qui nō per uoluptatis inescationes circūactus eſt ad interitū, ſed per patientiā ſalutis ſpē ſuſcipiēs, in utriuſq; uię electione, ad eā quę ad deteriora ducit, nō acceſſit. Et in cathedra peſtilentiæ nō ſedit.] Nū has dicit cathedras, in quibus corpora noſtra recreamus? Et quæ eſt à ligno ad peccatum translatio, ut præoccupatā à peccatore cathedrā ſiue ſedem, uelut nociuā fugere debeā? Aut oportet nos putare, cathedrā dici firmam ac ſtabilem in iudicio uitij cōuerſationē? quę uitāda ſit nobis, propterea q ſtudioſe uerſari in peccatis, habitū quendā ægrè mobilem animis inducit. Nā affectus animæ inueteratus, & mali exercitium tēpore corroboratū ægrè medelā recipit: aut etiā penitus incurabilis exiſtit, quum in naturā plerunq; conſuetudo trāſeat. Optandū quidē igitur ne malum attingamus: uerùm ſecunda nauigatio eſt, ut ſtatim poſt tentationē, uelut beſtiæ uirus eiaculantis pla-
Pro.5. gam fugiamus: iuxta id q̄d ſcriptum eſt à Solomone de muliere praua, Ne inſtes oculo tuo ad ipſam, ſed reſilias, & ne moreris. Nunc uerò noui quoſdā, qui in iuuētute ad carnis affectiones dilapſi, etiā ad finē uſq;, propter conſuetudinē mali, in peccatis permanſerunt. Quēadmodū enim ſues dum in cœno uolutantur, ſemper lutum ſibijpſis agglutinant, ſic hi quotidie turpitudinē ex uoluptate ſibi affricant ac aſſumūt. Beatitudo igitur eſt, non cogitaſſe malum: ſi uerò per hoſtis raptum, conſilia impietatis in anima ſuſcepiſti, ne ſtes in peccato. Si uerò etiā hoc paſſus es, ne firmus inſideas malo. Ne itaq; conſideas in cathedra peſtilentiæ. Si intellexiſti quā cathedrā ſermo tibi dicat: nimirū perpetuā in malo perſeuerantiā, expēde decœterò quā'nam peſtilentiā nominet. Aiūt ſanè qui harum rerum experientiam habent, peſtē ubi unum hominē aut pecus inuaſerit, per diſtributionē in oēs appropinquantes diſpergi. Naturam enim morbi talem eſſe, ut oēs inter ſe mutuò ægritudine repleat. Tales ſunt etiam operatores iniquitatis: alius enim in alium morbū tranſmittit, coægrotantq; ac ſimul pereunt. An'non uides adulteros illos qui in foro deſident, & tēperantes derident, & ſua ipſorum turpitudinis opera enarrant, tenebrarum uidelicet ſtudia, & ignominiæ affectiones enumerantes, uelut uictorias aut alia quædā fortia facta? Hi ſunt peſtilentiæ, qui propriū malum ad oēs deducere conantur, qui multos conſimiles ipſis fieri ſtudio habēt, quo in malorum ſocietate opprobria effugiant. Neq; enim ignē, ubi materiā facilè comburi aptam contigerit, poſſibile eſt ſiſtere, ut non per totam ipſam penetret, cum aliàs, tum maximè, ſi uentum ſecundum habuerit flāmam tranſuehentē. Neq; peccatum quod unum contigit, poſſibile eſt ſiſtere, ut non ad oēs appropinquantes progrediatur, ſi maliciæ uenti ipſum accendāt. Nam ſcortationis uētus, nō ſuſtinet ut in uno iniquitas ſiſtatur: ſed ſtatim coætanei coaſſumuntur, comeſſationes item ac ebrietates, & turpes narrationes, meretrix cōpotans, huic arridēs, illum irritans, & omnes ad idem peccatum incendens. Num igitur parua eſt hæc peſtis, aut parua mali diſtributio? Quid uerò is qui

auarum

auarum imitatur, aut alium qui ex alia quadã malicia, ciuilẽ aliquã illuſtrẽ poteſtatẽ adeptus eſt,aut gẽtium imperiũ habet, aut exercituũ dux eſt: deinde turpiſſimis affectibus cõtaminatus eſt,nónne in ipſa anima peſtilentiã ſuſcipit,malũ eius quẽ imitatur ſibi proprium faciẽs? Vitæ enĩ ſplendores, ſimul etiã eorum qui ſplendidum locum tenent,uitas referunt ac oſtendũt.Et milites plerunq; imperatorib.aſſimilant̃, & plebes in urbibus imitantur in poteſtate cõſtitutos . Et in ſumma,ubi unius uitium multis imitatu dignũ iudicatũ fuerit, propriè & conueniẽter peſtis quædã animarum in uita dominari dicetur.Nam claritudo in uitio,multos lubricos ad ſimilẽ imitationem attrahit. Quũ igitur alius ex alio corruptione repletur,talium ſanè animæ peſtilẽtia laborare dicantur.Ne itaq; cõſideas in peſtilentiarũ cathedra, aut ne particeps ſias concilij hominum peſtilentiũ ac corruptionẽ inducentium, aut ne perſeueres in his quæ malè cõſultaſti. Cæterùm ſermo quidẽ adhuc eſt in procemijs,uerùm multitudinẽ modũ excedere uideo,ut neq; uobis facilis ſit plurium obſeruatio, neq; mihi orationis facultas, quũ propter connutritã debilitatẽ uox me deficiat. Si uerò etiã ea quæ dicta ſunt,imperfectè dicta ſunt,quũ mali quidẽ fuga ſit demonſtrata, perfectio uerò per bona opera relicta:tamẽ præſentia benignis auribus cõmendãtes,promittimus, Deo dãte. etiã quæ reſtãt nos cõpleturos eſſe,ſi modò nõ perpetuũ ſilentiũ decæterò ſubierimus . Præbeat autem Dominus nobis relatorum mercedem, & uobis eorũ quæ audiuiſtis fructũ, per gratiam Chriſti ipſius.Ipſi gloria in ſecula ſeculorum,Amen.

DIVI BASLII MAGNI CONCIO IN PSALMVM SEPTIMVM.

PSALMVS David,quẽ cãtauit Domino pro ſermonibus Chuſi filij Iemeni. Inſcriptio ſeptimi pſalmi contrariè quodammodo ſe habere uidetur ad hiſtoriã in libris Regũ relatam,ubi Dauidis res deſcriptæ ſunt.Illic enĩ Chuſi principalis quidẽ Dauidis amicus, uerum Arachi filius narratur. Hic uerò Chuſi filius Iemeni habetur. Eſt aũt neq; hic, neq; alius quiſpiam ex his 2.Reg.15.
qui illic habentur filius Iemeni.Num igitur quoniã magna ac uirilia facta ex conficta amicitia cõmonſtrauit, tranſgreſſus quidẽ ad Abſalonẽ. irritũ uerò faciens cõſiliũ Achitophel uiri acerrimi ac bellicoſiſſimi,qui cõmodũ Abſaloni cõſilium dederat: propterea filius Iemeni appellatus eſt? Significat autẽ filius Iemeni,filiũ dextræ. Nam quũ ille propoſuiſſet,ut nullũ tẽpus rebus permitteret̃,ſed ſtatim imparatus pater obrueret̃. cõſiliũ ipſius Achitophel nõ admiſit Chuſi:quo uidelicet induceret Dñs omnia mala ſu- 2.Reg.17.
per Abſalonẽ. Sed probabiliores dilationis ac trahẽdę morę cauſas proferre uiſus eſt, quo Dauidi tẽporis occaſionẽ præberet ad uires colligẽdas. Vnde etiam laudatus eſt ab Abſalone,dicẽte:Bonũ eſt conſiliũ Chuſi filij Arachi,præ eo quod Achitophel dedit. Dauidi tamen per ſacerdotes Sadoc & Abiathar, quæ facta eſſent Chuſi ſignificabat:præcepitq; ne in Araboth deſerti pernoctaret, ſed ipſum ad trãſitũ maturandũ inſtigauit. Quãdoquidẽ igitur ex bono cõſilio,dexter ac cõmodus Dauidi factus eſt,à facti ſtrenuitate appellationẽ adeptus eſt. Quapropter filius Iemeni appellatus eſt, hoc eſt filius dextræ.Eſt aũt hæc Scripturæ cõſuetudo,& deteriores à peccato appellare potius quã à parẽtibus,& meliores filios ex uirtute ipſos inſigniẽte nominare. Itaq; diabolũ filiũ perditiõis Apoſtolus nominat:niſi enĩ reuelatus fuerit iniquus filius ille perditio- 2.Theſſ.2.
nis.Et in euãgelio Iudã filiũ perditiõis Dñs dixit.Nullus enĩ,inquit,perijt,niſi filius ille Ioan.17.
perditiõis.Filios aũt ſapiẽtię,eos qui in cognitione Dei efformati ſũt, uocat. Iuſtificata Matth.11.
eſt enĩ,inquit,ſapientia à filijs ipſius.Et ſi fuerit,inquit,illic fili' pacis.Nihil igit̃ mirũ eſt, etiã nũc corporalẽ ipſius patrẽ ſilẽtio preteritũ eſſe,dextrę aũt filiũ principalẽ Dauidis amicũ appellatũ eſſe,decẽti appellatiõe à facto ipſo accepta. Dñe Deus meus in te ſperaui,ſerua me.] Quũ putet̃ ſimplex eſſe,& à quolibet cõmodè pferri poſſe, Dñe Deus meus in te ſperaui.ſerua me:fortaſſis tale nõ eſt. Qui enĩ in hominẽ ſperat aut ob aliud quiddã ſe iactat rerũ humanarũ uelut poteſtatẽ,aut pecunias,aut quid eorũ quę uulgo ſplendida eſſe putãtur,nõ poteſt dicere, Dñe Deus meus in te ſperaui.Præceptũ enim eſt,ſpem nõ locandam eſſe in principibus. &, Maledictus homo qui ſpem habet in ho- Hier.17.
minẽ. Quẽadmodũ neq; aliud quid præter Deũ colere cõuenit, ſic neq; in alium ſpera
rare. quã Deũ omniũ Dominũ.Spes enĩ mea,inquit,& laudatio Dñs Quomodo aũt pri Pſal.90.
mũ ſeruari ex perſequentib. optat,deinde liberari? Ipſa diſtinctio ſermonis rationẽ ma

nifeſtã faciet. Serua me ex omnib.perſequentib.me,& libera me, ne quãdo rapiat ut leo animã meã.] Quę eſt igiť differẽtia inter ſeruari ac liberari? Quod ſalutis quidẽ ꝓpriè debiles indigi ſunt: liberationis uerò qui in captiuitate detinentur. Quapropter qui in ſeipſo debilitatẽ habet, & in ſeipſo fidẽ accepit, à propria fide gubernať,ad hoc
Matth.9. ut ſeruet.Fides em̃ tua,inquit,te ſeruauit:uade in pace.&,Fiat tibi ſicut credidiſti.Qui uerò liberari debet, preciũ forinſecus pro ipſo numerandũ expectat.Qui igiť ſub morte poſitus eſt,gnarus ꝙ unus eſt qui ſeruat ac ſaluat,unus qui liberat:In te,inquit,ſperaui,ſerua me à debilitate,&libera me à captiuitate. Arbitror autẽ quòd generoſi Dei athletæ, qui per omnẽ uitam ſuã aduerſus inuiſibiles hoſtes luctati ſunt, poſtq̃ omnes ipſorũ perſecutiones effugerint,ad finẽ uitæ iam cõſtituti, à principe huius ſeculi examinãtur: ut ſi quidẽ uulnera habere cõperiantur à luctis accepta, aut maculas aliquas aut typos à peccato impreſſos,retineãtur.Si uerò inſauciati inueniãtur, ac maculis carentes,uelut inuicti exiſtentes ac liberi,à Chriſto reficiantur,& quieti tradantur.Optat itaq; tum pro hac uita,tũ pro futura.Serua me,inquit,hic à perſequentib.me:libera aũt me iſthic in tẽpore examinis. Ne quando rapiat ut leo animã meã. Et ſanè hæc ex ipſo Domino diſcere potes,circa paſſionis tẽpus dicente: Nũc princeps huius mũdi uenit,
Ioan.14. & in me habebit nihil. At qui quidẽ peccatũ nõ fecit, nihil habere dixit. Homini uerò ſufficit,ſi dicere auſus fuerit, Venit princeps mũdi huius, & in me habebit pauca & exigua.Periculũ eſt aũt ut hęc patiamur,niſi habeamus liberatorẽ & ſaluatorẽ. At duo ꝓpoſita,duo inducũtur.Serua me ex multitudine perſequentiũ me:& libera me,ne quãdo rapina fiam, ſi nõ ſit qui me liberet. Dñe Deus meus ſi feci hoc, ſi eſt iniquitas in manibus meis,ſi reddidi cõtraretribuẽtib. mihi mala, concidã ab inimicis meis inanis. Perſequať inimicus animã meã,& comprehendat.] Familiaris eſt contraretributionis uox Scripturæ,ut nõ ſolũ recepto more, dum alius quiſpiã bonũ aut malũ auſpicatus eſt,accipiatur:ſed etiã in auſpicãtib.ac primũ laceſſentibus. uelut in eo, Cõtraretribue
Pſal.110. ſeruo tuo.Nã pro Tribue dictũ eſt Cõtraretribue.Tribuere itaq; eſt auſpicatio beneficij: retribuere uerò eſt retaliatio ex æquo,ab eo qui beneficiũ accepit. Cõtraretribuere autẽ,ſecundũ quoddã eſt principiũ, ac circuitus bonorũ aut malorũ, quæ in aliquos cõferũtur.Opinor aũt quũ pro petitione,uelut exactionẽ quandã faciẽs,ſermo contra retributionẽ quærit,tunc talẽ quandã ſententiã producit. Quod à natura neceſſariò filijs à parentib.debetur curæ debitũ,hoc ipſum exhibe.Debetur em̃ filijs à patre, iuxta naturalẽ amorẽ,uictus prouidẽtia.Debent em̃,inquit, parẽtes liberis theſaurũ reponere,ut ad uitã,etiã uitæ ſumptus ipſis exhibeãt. Talis eſt ſæpenumero in Scriptura in auſpicantib.actionibus,retributio aut cõtraretributio accepta.Nũc aũt uidetur cõfidere propheta,in eo quòd nõ cõtraretribuit cõtraretribuentib.mala, neq; cõtraretribuit ſimilia. Si igiť feci hoc,& ſi cõtraretribui cõtraretribuentib.mihi mala,cõcidã ſanè ab inimicis meis inanis.] Concidit inanis ab inimicis,qui à gratia quæ ex Chriſti ſupplemento eſt,excidit.Perſequatur itaq; inimicus animã meã, & cõprehendat ac cõculcet in terrã uitam meã.Iuſti equidẽ anima à cõſenſu ad corpus ſeparať,&uitã occultatã cũ Chriſto in Deo habet,ut iuxta Apoſtolũ dicere poſſit: Viuo autẽ non amplius ego,ſed
Gal.2. uiuit in me Chriſtus.Et quod nunc in carne uiuo,in fide uiuo. At uerò peccatoris & ſecundũ carnẽ uiuentis,& uoluptatib.corporis deditiani ma, uelut in cœno, in affectib. carnis uolutatur: quã etiã conculcãs inimicus, amplius inquinare ac uelut obruere conatur,lapſum inſcendens, & pedib.ſuis in terrã conculcãs:hoc eſt,in corpus uitã ipſius lapſi. Et gloriã meã in puluerẽ deducat.] Sanctorum quidẽ qui rempublicã in cœlis habent,& bonorũ theſauros ſibi in æternis theſauris reponũt, gloria in cœlis eſt: uerũ terrenorũ & ſecundũ carnẽ uiuẽtium gloria,in puluerẽ deduci, in eoq; habitare diciť. Qui em̃ terrenis diuitijs gloriať,& qui breuẽ ab hominib.gloriã uenatur, & qui in corporalib.bonis cõfidit,gloriam habet nõ reſpicientẽ ad cœlũ,ſed in terra permanẽtem. Exurge Domine in ira tua,& exaltare in finibus inimicorũ meorũ.] Myſteriũ reſurrectionis iam agi optat Propheta,in ignominiã ipſorũ,aut in cruce exaltationẽ,quæ futura erat poſtq; ad ultimũ terminũ malicia inimicorũ exaltata eſſet. Aut etiã,exaltare in finibus inimicorũ meorũ, talẽ ſententiã exhibet. Quantũcunq; exaltata fuerit malicia, & ad exceſſum ac ſummũ progreſſa fuerit,per potẽtiæ facultatẽ diffuſa,tu uelut bonus medicus,poteris præanticipatis ſerpentis ulceris extremitatib. morbũ depaſcẽtem ac proſer-

pro ſerpentē ſiſtere, ipſiusq; continuitatē caſtigatorijs tuis plagis dirimere. Et exurge Dñe Deus meus in præcepto quod mādaſti.] Poterit quidē & ad reſurrectionis myſteriū hic ſermo referri, ut exhortetur propheta iudicē, quo exurgat ad ultionē omnis peccati, & præcepta nobis antea cōſtituta perficiat. Poterit aūt & ad ſtatū rerū ꝓphetę qui tunc erat recipi, ita ut exhorteť Deū, quo exurgat ad ultionē præcepti quod mādauit. Præceptū aūt erat à Deo datū: Honora patrē tuū & matrē tuā: quod ipſum trāſgreſſus erat filius ipſius. Quapropter exhortať tum ad illū ipſum corrigendum, tū ad multos modeſtiores reddēdos, ut ne longanimis ſit Deus, ſed exurgat in ira & inſurgat ad ulciſcendū propriū præceptū. Non em me, inquit, ulciſceris, ſed præceptū tuū cōtemptū, quod ipſe mādaſti. Et ſynagoga populorū circūdabit te.] Manifeſtū eſt ꝙ ubi unus iniuſtus caſtigatus eſt, multi ſe cōuertent. Itaq; huius maliciā caſtiga, ut multus populorū conuentus te circūdet. & propter hanc in altū regredere. ꝓpter circundantē te populorū cōgregationē, quā acquiſiuiſti per condeſcenſum ac gubernationē ſecundū gratiā: regredere in altū gloriæ, quā habuiſti anteꝗ mūdus fieret. Dñs iudicat populos.] In multis Scripturæ locis interſperſus eſt ſermo de iudicio, uelut maximè neceſſarius, & cōſeruās in doctrina pietatis, eos qui in Deū per Ieſum Chriſtū crediderūt. Quādoquidē uerò multis modis ſermo de iudicio inſcriptus eſt, confuſionē quandā habere uidebiť, his qui nō exactè ſignificata diſtinguūt. Qui em credit in me, nō iudicatur: qui uerò nō credit, iam iudicatus eſt. Si uerò is qui nō credit, ſimilis eſt impio: quomodo dictū eſt, nō reſurrecturos eſſe impios in iudicio? Et ſi hi qui credūt, filij Dei per fidē facti ſunt, & ꝓpterea digni ſunt, ut etiā ipſi Dei appellētur, quomodo Deus ſtetit in cōgregatione deorū, in medio uerò deos dijudicat? Cæterū uideť iudicari, aliquādo pro examinari à ſcriptura accipi, aliquādo uerò pro condēnari. Et pro examinari quidē in hoc, Iudica me Dñe, quia ego in innocētia mea ambulaui. Inducit em illic, Examina me Dñe, & tenta me. Pro condēnari uerò in hoc: Si em noſipſos iudicaremus, nō utiq; iudicaremur. Si em noſipſos, inquit, perſcrutaremur, nō utiq; condēnationi ſubijceremur. Rurſus dictū eſt, iudicādum eſſe Dominū ad omnē carnē, hoc eſt in perſcrutāda uniuſcuiuſq; uita, ſeipſum iudicio ſubijcit, & ſua pręcepta ꝓducit, ac cū factis peccatorū confert: excuſans ſe per demōſtrationes, ꝙ omnia quę ad ſe pertinēt, ꝓpter ſalutē eorū qui iudicanť fecit. ꝗ hi qui peccauerūt reos ſe eſſe peccatorū perſuaſi, & diuinū iudiciū ſuſcipiētes, uolētes ſufferāt imminentē pœnā. Eſt & aliud ſignificatū uocis iudicari, quēadmodum inquit Dñs: Regina auſtri exurget, & iudicabit generationē hāc. Eos enim qui diuinā doctrinā auerſanť, & bona ſtudia negligūt, & ſapiētiæ dogmata eruditione referta omino faſtidiūt, cōparatione & collatione eorū qui in ipſius generatiōe in honeſtarū rerū ſtudio præcelluerūt, grauius iudiciū ſubituros eſſe dicet, ꝓpter ea quæ neglexerūt. Arbitror aūt ꝙ nō ſimiliter iudicabunť oēs, qui terrenū corpus à iuſto iudice acceperūt: ꝓpterea ꝙ quę extrinſecus unicuiq; noſtrū accidūt multū differētia, faciunt ut uniuſcuiuſq; iudicium altereť. Aut em grauat peccata noſtra, aut etiā leuat, cōcurſus eorū quæ nō in nobis ſunt, ſed nos inuitos circūſtāt. Detur em, ſcortationē eſſe ꝙd iudicatur. Atq; in hac peccauit aliquis prauis morib. ab initio innutritus: nā & à parentib. petulantib. ad uitā ꝓductus eſt, & in cōſuetudine uitiorū educatus, in ebrietatib. & comeſſationib. ac turpibꝰ narrationib. Alius uerò quiſpiā ſit qui habeat multa ꝓuocantia ipſum ad optima: educationē, præceptores, diuinorū ſermonū auditionē, lectiones ſalutares, admonitiones parentū, narrationes ad caſtitatē ac tēperantiā inducētes, diætā moderatā. Deinde delatus ſit ad ſimile peccatū cū priore, quō uitæ ſuæ rationē daturus, nō grauiores pœnas meritò hic perſoluet ꝗ ille alter? Ille em ꝓpter ſolos impetus ſalutares in animo diſperſos, tanꝗ ipſis nō ꝓbè uſus, accuſabiť. Hic uerò ſupra hoc etiā uelut qui multum ad ſalutē auxilium nactus ſit, & propter intēperantiā, & breuiſſimi tēporis inanimaduertentiā, ſeipſum perdiderit. Similiter autē & qui ab initio ad pietatem educať, & omnē peruerſionē in diuinis dogmatibus effugit, & nutritus eſt in lege Dei quæ omne peccatū auerſatur, & ad cōtraria exhortatur: nō conſimilē prætendere poteſt idololatriæ excuſationē, ei qui à parentib. iniquis ac legem ignorātib. educatus eſt, & à gentibus ab initio idololatris eruditus. Dñs iudicat populos.] Aliter Iudæum, aliter Scytham. Ille enim requieſcit in lege, & gloriatur in Deo, & probat ac præfert ea quæ præſtāt. Inſtructus igitur exiſtēs in lege, & ſupra communes intelligētias, ſemper ſibi in-

Exod.20.
Ioan.3.
Pſal.81.
Pſal.25.
1.Cor.11.
Luc.11.

ſibi incini audiẽs propheticas ac legales literas, in ipſisq́; eruditus, ſi inuẽtus fuerit præ ter legem peccãs, multo grauiora habebit, ſibi imputata peccata. Scythæ uerò Nomades, crudelib. ac inhumanis morib. educati, rapinis ac uiolẽtiæ mutuæ adſueti, intẽperato animo præditi, & qui facilè ad mutuas exacerbationes irritant̃, omnẽq́; cõtentionem ferro dirimere ſoliti ſunt, & pugnas ſanguine diſſoluere edocti, ſi quid inter ſe humanũ ac frugi perpetrauerint, grauius nobis ſuppliciũ, per propria ſua rectè facta præparãt. Iudica me Dñe ſecundũ iuſticiã meã, & ſecundũ innocentiã meam ſuper me.] Videbit̃ hic ſermo aliquid arrogãtiæ habere, & cõſimilis iactãtiæ phariſæi ſeipſum ex

Luc. 18. altantis. Verũ cãdidè conſiderãti, lõgè ab hac affectione aberit ꝓpheta. Iudica me Domine, inquit, ſecundũ iuſticiã meã. Multus, inquit, eſt de iuſticia ſermo, & inacceſsibiles ſunt perfectę iuſticię termini. Eſt em̃ quædã etiã angelorũ iuſticia humanã trãſgreſſa. Et ſi qua eſt ſupra Angelos poteſtas, correſpõdentẽ magnitudini habet etiã iuſticię ex cellentiã. Et ipſius Dei iuſticia eſt omnẽ mẽtis intelligentiã excedẽs, inenarrabilis exiſtens & incõprehẽſibilis omni genitę naturæ. Me igit̃ iudica Dñe ſecũdũ meã iuſticiã. hoc eſt, eã quã homines aſſequi poſſunt, & quę poſſibilis eſt his qui in carne uiuũt. Et ſecundũ innocentiã meã quæ in me eſt.] Sic em̃ maximè conflat̃ affectio dicentis, quæ lõgiſſimè à phariſaica ſuperbia abeſt. Innocentiã aũt ſuã nominat, ſimplicitatẽ: & uelut inexperientiã eorũ quæ utilia cognitu ſunt, iuxta id ꝙ dictũ eſt in Prouerbijs: Innocẽs

Prouer. 14 credit omni ſermoni. Quãdoquidẽ igit̃ in multa incauti præ inexperiẽtia incidim⁹ homines, excuſat ſe apud Deũ, cupitq́; ueniã aſſequi ob innocentiã. Ex hoc aũt manifeſtũ eſt, quòd magis humilitatẽ dicẽtis, ꝙ ſuperbiã uerba illa declarãt. Iudica em̃ me, inquit, ſecundũ meã iuſticiã, & iudica me ſecundũ innocentiã eã quæ in me eſt. Ita ut iuſticiã quidẽ ad humanã debilitatẽ expẽdas, ſic me iudica: ſimplicitatẽ uerò morũ meorũ doctus, nõ ut acutũ me, neq́; ut ꝓbè circũſpectũ ad res mũdanas, ſic peccantẽ me iudices. Cõſummet̃ ſanè nequicia peccatorũ.] Palàm diſcipulus eſt Euãgelicorũ præceptorũ,

Matth. 5. qui talia precat̃. Orat em̃ pro perſequentibus ipſum, cupiẽs fine ac termino quopiã nequiciã peccatorũ circũſcribi. Quẽadmodũ ſi quis pro his qui corpore ægrotãt orans diceret, cõſummet̃ ſanè morbus ægrotantiũ. Vt ne em̃ latius ſerpẽs peccatũ, uelut carcinoma ulterius depaſcat̃, orat à Deo ut ſiſtatur ac terminet̃ amplior peccati diffuſio, diligẽs inimicos ſuos, & his qui ipſum oderũt benefacere uolẽs, & propterea pro perſequentib. ipſũ orãs. Et diriges iuſtũ.] Rectus nominat̃ iuſtus: & rectũ cor, quod rectificatũ eſt. Quid igit̃ ſibi uult hic oratio ꝓphetæ? precat̃ em̃ ut is qui iam rectitudinẽ habet, dirigat̃. neq́; em̃ quis dixerit eſſe quid in iuſto obliquũ, aut diſtortũ, aut tortuoſum. Fortaſſis aũt neceſſaria eſt ꝓ iuſto precatio, ut rectitudo ꝓpoſiti ipſius, & mẽs peruerti non potẽs, per Dei manuductionẽ dirigat̃, ut neq́; prę debilitate unq́; nutet à ueritatis regula, neq́; ab hoſte ueritatis peruerſis dogmatib. lædat̃. Scrutãs corda & renes Deus iuſte.] Quandoquidẽ Scriptura multis locis cor ꝓ principali animę parte ſumit, renes uerò ꝓ cõcupiſcẽte: idẽ etiã hoc loco ſignificãt. Nimirũ iudica me Deus, tũ ob dogmata quæ habeo de pietate, tũ ob affectionũ motus. Tu em̃ es qui ſcrutaris corda & renes. Scrutatio ꝓpriè eſt inquiſitio, quę cũ omnib. tormẽtis adhibet̃ à iudicib. quo hi qui apud ſe occultãt ea quæ quęrunt̃, per uim tormẽtorũ in ꝓpatulũ efferãt occultũ. Itaq́; infallibilis iudicis perſcrutationib. & cogitatiões & actiões noſtræ expenduntur. Nemo igit̃ præuertat uerũ iudicẽ, neq́; ante tẽpus quis iudicet, donec ueniat Dñs, qui & occulta tenebrarũ illuminabit, & cõſilia cordiũ manifeſtabit. In ſcrutãdo itaq́; cor &

Gen. 22. renes, Deus ſuã ipſius iuſticiã oſtẽdit. Examinatũ eſt cor Abrahæ, an diligeret Deũ ex tota anima ſua, ac toto corde, cũ iuſſus eſt holocauſtũ ac ſacrificiũ offerre ipſũ Iſaac: quo appareret, ꝙ nõ diligeret filiũ ſupra Deũ. Examinatus eſt etiã Iacob, quũ inſidiæ ſtrue-

Gen. 32. rent ipſi à fratre, ꝙ in tãtis peccatis ipſius Eſau, fulgeret fraterna ipſius charitas nõ obfuſcata. Et horũ quidẽ corda expẽſa ſunt. Renes aũt examinati ſunt ipſi Ioſeph, quum

Gen. 39. petulãte hera erga ipſum furijs amoris exagitata, grauitatẽ tẽperantiæ turpitudini uoluptatis prætulit. Ea uerò gratia examinatus eſt, ꝙ ſpectatores iudicij Dei uideãt, meritò ipſi præmiũ repẽdi, ꝓpterea quòd in magnis experimẽtis caſtitas ipſius effulſerit.

Auxiliũ meũ à Dño.] Propriè in bellis iuxta hoſtiũ incurſus, auxiliũ quærũt qui bello urgentur: & hic itaq́; inuiſibiles inimicos ſuos ſentiẽs, ac inſtãs periculum ex hoſtibus ipſum exercitu impetentib. uidẽs, dicit: Auxiliũ meũ, nõ ex diuitijs, non ex corporalib.

occaſio-

occaſionibus, neq; ex potentia ac robore meo, neq; ex cognatione humana, ſed auxilium meũ à Deo. Quale uerò auxiliũ mittat Dominus timẽtibus ipſum, alibi didicimus dicente pſalmo: Immittet ſe angelus Domini in circuitu timentiũ ipſos, & liberabit ipſum. Et alibi: Angelus qui liberat me. Qui ſaluos facit rectos corde.] Rectus corde *Pſal. 33.* eſt, qui nõ habet cognitionẽ uergentẽ ad exceſſum aut defectũ: ſed qui ad mediũ uirtutis dirigit. Qui em̃ à fortitudine infrà declinat, ſecundũ timiditatẽ peruertitur: qui uerò ſuprà effertur, ad audaciã procedit. Quapropter Scriptura hos obliquos nominat, qui exceſſibus ac defectib. à medio aberrant. Quemadmodũ em̃ obliqua linea fit, aliquãdo ad conuexitatẽ, aliquãdo ad cauitatẽ, recta diffracta: ſic etiam obliquum cor eſt, quod nunc quidẽ exaltatur propter arrogantiã, nunc uerò humiliat̃ propter mœrores ac res triſtes. Quapropter ait Eccleſiaſtes: Diſtortũ nõ diriget̃. Deus iudex iuſtus & fortis & patiens, & nõ inducẽs, iram per ſingulos dies.] Hoc uidet̃ propheta, inuehẽs in eos qui tũc ob ea quæ acciderãt turbati erãt, dicere, ueluti ſedans hominũ turbationẽ, ne quando fidẽ derogent prouidentiæ uniuerſorũ, quũ uideant inultũ patrẽ, inſurgẽte cõtra ipſum filio, & prauitatẽ Abſolonis in his quæ moliebat̃ feliciter procedere. Corrigens igit̃ ſtolidas ipſorũ cogitationes, hoc teſtimoniũ ipſis producit. Deus iudex iuſtus & fortis & patiẽs, nõ inducẽs iram per ſingulos dies. Nihil citra Dei iudiciũ fit, ſed uniuſcuiuſq; mẽſuris remetit̃ Deus, prout quiſq; prior uitæ ſuæ actiones dimẽſus eſt. Quandoquidẽ igit̃ peccatũ à me cõmiſſum eſt, iuxta meritũ meũ talionẽ recipio. Ne itaq; loquamini cõtra Deum iniuſticiã: Deus em̃ eſt iudex iuſtus. Neq; ita humiliter de Deo cogitate, ut putetis ipſum infirmũ eſſe ad ultionẽ: nã & fortis eſt. Quæ igit̃ cauſa eſt, quòd nõ citò de peccantib. pœnã ſumit? quia patiẽs & longanimis eſt, nõ inducens iram per ſingulos dies. Niſi cõuerſi fueritis, gladiũ ſuũ uibrabit.] Sermo minatorius eſt, ad conuerſionẽ inducẽs eos qui tardi ſunt ad pœnitentiã. Non ſtatim minatur uulnera & plagas ac mortes, ſed armorũ uibrationẽ, & uelut præparationẽ quandã ad uindictã. Quemadmodũ em̃ hi qui arma expurgant ac poliunt, concitationẽ ad bellũ per hoc ſignificãt: ſic etiã Dei ad uindictã motũ oſtendere uolens, uibrare ipſum dicit gladium ſuũ. Arcũ ſuũ tetendit.] Nõ neruus aliquis eſt qui arcũ Dei tendit, ſed caſtigãdi potẽtia, quæ aliquando intendit̃, aliquando remittit̃. Peccãti igitur minatur ſermo, quòd parata ſunt quæ ipſi ſupplicium immiſſura ſunt, ſi in peccato perſeueret. Parata enim ſunt in arcu uaſa ac inſtrumenta mortis. Vaſa autem mortis, ſunt potentiæ diſperdentes inimicos Dei. Sagittas ſuas ardentib. effecit. Quemadmodũ ignis ardẽti materiæ à cõditore factus eſt (nõ em̃ propter adamantẽ creatus eſt, qui ab igne nõ liqueſcit, ſed ꝓpter ligna quæ cõburũt) ſic etiã ſagittæ Dei, animis quæ facile cõburunt̃, & quæ multã materiã cõſumi ac cõburi aptã collegerũt, ab ipſo factæ ſunt. Qui igit̃ anteuerterunt, & iam in ſeipſis ignitas diaboli ſagittas habẽt, hi ſagittas Dei excipiũt. Et ob id dicit, Sagittas ſuas iam ardentib. effecit. Vrunt porrò animam amores carnales, cupiditas pecuniarũ, ignitæ iræ, triſticiæ ardẽtes ac animã cõſumẽtes, & timores alieni à Deo. Qui uerò ab hoſtis ſagittis ſauciatus nõ eſt, & armaturã Dei induit, à mortiferis ſagittis integer permanet. Ecce parturijt iniuſticiã, cõcepit dolorẽ, & peperit iniquitatẽ.] Quod ad ordinẽ attinet, uidet̃ dictio confuſe ſe habere. Nã grauidæ primũ concipiũt, deinde parturiũt, poſtremò pariunt. Hic aũt primũ eſt parturitio, deinde cõceptio, poſtea partus. Verũ ad cordis cõceptionẽ ſignificantiſſimè ſe habet. Abſurdi em̃ proteruorũ impetus, furioſæq; ac œſtri inſtar cõcitãtes cõcupiſcentiæ, parturitiones dictæ ſunt, propterea quòd cũ acumine ac dolore in anima fiant. Iuxta talẽ uerò impetũ, is qui prius cõſilijs ſuperior nõ euaſit, dolorẽ cõcepit: & qui maliciã in corde per prauas actiones effudit, iniquitatẽ peperit. Videt̃ aũt hæc dicere, erubeſcẽs, ob hoc quòd iniqui filij pater eſt. Nõ meus, inquit, eſt filius hic, ſed patris cuiſſe per peccatũ adoptãdum tradidit. Nã ſecũdũ Ioannẽ, Qui peccatũ facit, ex diabolo natus eſt. Ecce igit̃ parturijt ipſũ per *Cap. 3.* iniuſticiã, & cõcepit ipſum, hoc eſt ad intimas ſuas partes ſub propriæ affectionis uiſcera duxit, & in utero ipſum geſtauit diabolus, deinde ipſũ peperit, iniquitate ipſius manifeſtata. Nã omnib. iã denũciata ac nota erat inſolẽtia ipſius cõtra patrẽ. Lacũ aperuit & effodit eũ. Vocẽ Lacus in ſacra Scriptura, nõ ualde in bona ſignificatiõe poſitã reperimus, quẽadmodũ neq; puteũ aquæ in mala. Lacus em̃ eſt, in quẽ cõiectus eſt à fratrib.

ſuis

Exod.11. ſuis Ioſeph. Et quãdo percutit Pharao à primogenito uſq; ad primogenitũ captiuæ in
Pſal.27. lacu. Et in pſalmis: Deputatus ſum cũ deſcendentib. in lacũ. Et in Hiere. dicit: Me reli-
querunt fontẽ aquæ uiuæ, & effoderũt ſibijpſis lacus diſſipatos, qui aquã continere nõ
Cap.2 poſſunt. Sed & in Daniele lacus leonũ deſcriptus eſt, in quẽ abijcit Daniel. Puteũ ue-
Exod.2. rò effodit Abraam & filij Iſaac. Et ad puteum progreſſus requieuit Moyſes. Et præce-
Prouer.5. ptum habemus à Solomone, ut bibamus aquas à uaſis noſtris, & à noſtrorũ puteorum
fontibus. & Saluator noſter apud puteũ cum Samaritide de diuinis myſterijs loquitur.
Cauſam uerò ob quã in deteriorib. lacus, in melioribus putei uſurpant, hanc eſſe puta
mus. acquiſiticia aqua eſt in lacubus, delabens ex cœlo: in puteis uerò uenæ aquarum
obrutæ manifeſtantur, priuſq; loci effodiãtur, ablatis aggeribus, aut quacunq; ſubſtã-
tia incumbente: quæ ſanè tota, terra exiſtit. Itaq; etiã in anima uelut foſſa eſt, in quã de-
cidunt meliora, quę trãſmutãtur ac adulterantur, ubi quis cogitationes de bonis in ip-
ſum collapſas mutat, & in deterius peruertit, atq; in ea quę ueritati ſunt cõtraria, ut qui
nihil boni ſibi coniunctũ habere ſtatuit. Et contra putei ſunt in anima, quũ ablatis inte
gentibus deteriorib. effulget lux & fons aquæ potabilis, in ſermone ac doctrinis. Qua
propter unumqueq; ſibijpſi puteũ præparare neceſſe eſt, quò relatum præceptũ ſeruet
quod dicit: Bibe aquas à uaſis tuis, & à tuorũ fonte puteorũ. Sic appellabimur filij eo-
rum qui puteos effoderũt, Abraã, Iſaac & Iacob. Lacum autem ne faciamus, ut ne in fo-
ueam ac foſſam ipſam incidamus, iuxta hoc quod hic dictũ eſt. neq; audiamus ea quæ
in Hieremia in opprobrium peccantium ſcripta ſunt, Deo ipſo de illis dicente uerba
quæ paulo antè retulimus: Me reliquerunt fontem aquæ uiuæ, & effoderunt ſibijpſis
lacus diſſipatos, qui aquam continere non poſſunt.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO IN PSALMVM QVARTVMDECIMVM.

DOMINE quis cohabitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet
in monte ſancto tuo? Propheta hoc ſermone perfectum nobis de-
ſcribere uolens, eum uidelicet qui beatitudines aſſecutus eſt, ordine
quodã ac uia in his quæ circa ipſum cõſiderãtur uſus, à pręeminẽtio
rib. ac primis initium fecit. Domine quis cohabitabit in tabernaculo
tuo? Cohabitatio eſt conuerſatio temporaria, non firmam uitam, ſed
tranſitoriam, ob ſpem mutationis ad meliora oſtendens. Sancti au-
tem uiri eſt tranſire uitam hanc, & ad aliam uitam feſtinare. Quapropter etiam Dauid
Pſal.38. de ſeipſo dicit: Accola ego ſum, & peregrinus, ſicut omnes patres mei. Accola enim
Gen.23. fuit Abraam, ne pedis quidem gradum propriæ terrę poſſidens: ſed quum ſepultura
ipſi opus eſſet, argento hanc mercatus apparet: oſtendente nimirum ſermone, quod
uiuentem quidem in carne cohabitatorem & accolam eſſe conuenit: tranſeuntem ue-
rò ab hac uita, in proprijs locis requieſcere, propterea in hac quidem uita cohabitat a-
lienigenis: in ſepultura uerò propriam ſibijpſi terram corpus ipſius ſuſcepturam com-
parauit. Beatitudo autem reuera eſt, nõ uelut proprijs addictũ eſſe rebus terrenis, neq;
uelut naturalem aliquam patriam ea quæ hic ſunt ſibi uẽdicare: ſed noſſe à melioribus
lapſum, & hic cohabitare, tanq; hac uita ad quam condẽnatus es graueris, quemadmo-
dũ hi qui à iudicibus quibuſdã ꝓpter delicta aliqua in exiliũ à patria pulſi ſunt. Rarus
autẽ talis eſt, qui nõ ut proprijs, præſentib. intẽtus ſit, qui diuitiarũ uſum tẽporariũ no-
ſcat, & bonã corporis habitudinẽ breuẽ ducat, qui florẽ humanæ gloriæ inſtabilẽ ſciat.
Quis igit cohabitabit in tabernaculo tuo? Tabernaculũ Dei, caro ab ipſo animæ homi
nis data ad inhabitationẽ nominat. Quis huic carni uelut alienæ attẽdet? Queadmo-
dũ accolæ aliena terra cõducta, ad uoluntatẽ locatoris agrũ colunt: ſic etiã nobis iuxta
cautionẽ, carnis cura tradita eſt, quo ipſam cõuenienter excultã, fructuoſam locatori
reddamus. Si aũt fuerit caro Deo digna, reuera tabernaculũ Dei ſit, iuxta inhabitationẽ
ipſius quam in ſanctis facit. Talis aũt eſt cohabitãtis. ꝓpterea ait, Dñe quis cohabitabit
in tabernaculo tuo? Deinde ꝑfectus ac ꝓgreſſus ſequit ad perfectius: Et quis requie-
ſcet in monte ſancto tuo? Iudæus quidẽ terrenus ubi audierit montẽ, ad Sion decurrit.
Quis

Quis requieſcet in monte ſancto tuo? Qui in carne cohabitauit, in ſancto monte requieſcet. Mons ille, locus ſupercœleſtis, illuſtris ac ſplendidus eſt, de quo Apoſtolus dicit: Acceſsiſtis ad montē Sion, & ciuitatē Dei uiuentis, cœleſtē Hieruſalē, in qua eſt Heb. 12.
conuentus angelorum & eccleſia primogenitorum deſcriptorū in cœlis. Vbi igit præterierit quis carnem hanc citra affectionem, uelut alienæ cohabitans, non uelut ex propria dependēs: hic propterea quòd mortificauit membra ſua in terra, ſanctificatione perpetrata, dignus eſt requie in mōte ſancto. quā etiam alibi cōcupiſcens Pſalmiſta dixit: Pertranſibo in loco tabernaculi mirabilis. & illud: Quàm dilecta tabernacula tua Pſal. 41.
domine uirtutum. Illic etiam nos amor proximi, pro ratione illius in monte requiei, Pſal. 83.
itemq; amor ex mammona iniquitatis exhibitus, habitare facit. Facite enim, inquit, Luc. 16.
uobiſipſis amicos ex mammona, quo ubi defeceritis, ſuſcipiant uos in æterna tabernacula. De illa cōuerſatione Dominus in orationis ſpecie dixit: Pater ſancte da ut ubi e- Ioan. 17.
go ſum, etiā ipſi ſint. Rarus aūt eſt & qui cohabitat in corpore, & qui requieſcit in mōte. Quapropter uelut dubitās ꝓpheta dicit, Quis cohabitabit, & quis requieſcet? Velut illud, Quis nouit ſenſum Domini? Et hoc, Quis annūciabit uobis ꝙ ignis ardet?
&, Quis annunciabit uobis locum æternū? &, Quis nam fidelis ac prouidus diſpenſa Pſal. 89
tor? Fortaſsis aūt & interrogatiua particula eſt Quis, uelut qui reſpōſum quærat à Do Luc. 12.
mino ſancto ad quem loquitur. Ad quem ſanè diuina uox quæſtionē ſoluēs dicit: Qui ambulat ſine macula, & operatur iuſticiam.] Si ſine macula & irreprehēſibilis eſt, qui in nullo bono defectuoſus eſt, & citra peccatū omnēq; maliciā, uitam ſuam tranſigit, quā habet differentiā ad eum qui facit iuſticiā? Num igitur eandē ſententiā duplicibus uerbis enunciat? ambulans immaculatus, & operans iuſticiā? Aut propriā quandā ſententiā utrunq; dictorum exhibet? ut ſit immaculatus, qui ſecundum occultum hominem ad omnē uirtutis perfectionē abſolutus eſt: operans uerò iuſticiā, qui quod agendum eſt, per corporales actiones perficit. Oportet eñ non ſolum facere iuſtā operatio Deut. 16.
nem, ſed etiā ex affectu iuſto operari iuxta id quod dictum eſt, Iuſte quod iuſtum eſt perſequeris. hoc eſt cum iuſticiæ ratione actionē perficere. Contingit equidē ut idiota aliquid medicum faciat, ad utilitatē ægrotorum tendens, non tamē etiam medicè talis fecit, propterea quòd nihil artis tenet, quod ipſam actionē comitetur. Ambulans itaq; immaculatus, eſt ſecundum mentē perfectus: operans uerò iuſticiā, eſt iuxta Apoſto- Act. 10.
li uocem, non pudefactus Domini operarius. Attēde porrò dictionis ſinceritati, nō dixit, Qui ambulauit immaculatus, ſed qui ambulat: neq; qui operatus eſt iuſticiam, ſed qui operať. Non eñ una actio perficit uirtuoſum, ſed per omnē uitā uirtutis actiones extendere conuenit. Qui loquitur ueritatē in corde ſuo, qui non egit dolum in lingua ſua.] Rurſus etiam hic eandem inter ſe ſocietatem habet, loqui ueritatē in corde, ad non doloſe agere in lingua, quā habet eſſe immaculatum, ad operari iuſticiā. Quemadmodum eñ illic, & in occulto perfectum, & in actione proſperum, ſermo proponit: ſic etiā hic, quandoquidē id quod loquimur ex abundantia cordis procedit, ſermone ex Mat. 12.
interna affectione uelut fonte fluente, prius ueritatē in corde dixit: deinde doli excluſionem, in ſermone qui fit per linguā. Porrò ueritatis ſignificata duo reperimus. Vnū, rerum ad beatā uitam conferentiū comprehenſionē. Alterum, de quacunq; re in uita ſanam peritiam ac cognitionē. Illam quidem igitur ueritatē ſalutis operatricē in corde perfecti exiſtentē, in omnib. citra dolum proximo exhibere oportet. Verū in uitæ huius rebus etiamſi alicubi à ueritate excidat uirtuoſus, nullum ipſi impedimentū ad propoſita erit. Quot eñ ſunt ſtadia terræ aut maris, & quot ſtellæ mouenť, & quantum altera alterā excedit uelocitate, ſi non nouerimus in his ueritatē, nihil impediet ad aſſequendū promiſſam beatitudinē. Fortaſsis autem & tale quid ſermo nobis proponit, nimirum quòd ea quæ de ueritate ſunt, hoc eſt myſtica, non omnib. dicere cōuenit, ſed proximo: pro eo quod eſt, non in uulgus efferre, ſed ad myſteriorum ſodales. Si uerò ueritas Dominus noſter eſt, hanc ueritatē impreſſam & uelut obſignatā in corde ſuo unuſquiſq; noſtrū habeat, de qua loquentes in cordibus, ſermonē euangelij ne falſum faciamus, dum proximis noſtris prædicationē denunciamus. Qui non egit dolum in lingua ſua.] In multis ſcripturæ locis dolus uelut inimicus Dei uituperať. Diſperdet, in Pſal. 11.
quit, Dominus omnia labia doloſa. Et, Dolus in corde fabricātiū mala. Omne aūt me- Pſal. 12.

lius deterioris ammixtione doloſum ac falſum fieri dicitur. Sic uinum doloſum fit ac adulteratur peioris mixtura, aut ſi aqua ipſi affundatur. Et aurum dolo adulteraт̃ in ſocietate ad argentum & æs additum. Sic & ueritas adulteraт̃, dum ſanctis ſermonib. maledici annectunт̃. Nec fecit proximo ſuo malum. Quem proximn dicat hic ſermo, nemo ambigit qui euangelium audiuit ad eum qui interrogauit, Et quis eſt meus proxi-
Luc. 10. mus? cui Dñs dixit parabolã eius qui deſcẽdit à Hieruſalẽ in Hierichuntẽ, quem etiam interrogauit, Quis horum uidetur tibi fuiſſe proximus? & ille reſpõdit, Qui miſericordiam fecit cum ipſo. Docuit.n per hæc, omnẽ hominẽ putare proximũ. Difficile uerò factu eſt & multa diligentia opus habet, neq; in parua, neq; in maiori re proximum lædere: non uerbo offẽdere, non ſpoliare aliquo ad ipſum pertinentiũ, non uelle ipſi malum, non inuidia affici ad proximorũ ſucceſſum. Et opprobriũ non accepit aduerſus proximos ſuos.] Ambigua eſt dictio, utrum ipſe opproprio digna nõ fecit, & proptere a opprobriũ à proximis nõ accepit: an ipſe nullũ ex ꝓximis opprobrio affecit, in humanis erroribus cõſtitutũ, aut in corporalibus mutilationib. aut alijs quibuſdã carnis defectibus inuentũ. Neq; eñ peccanti opprobriũ faciendũ eſt, iuxta id quod ſcriptũ eſt, Ne probro obijce homini cõuertenti ſe à peccato. Neq; eñ nouimus unq; expro-
1. Tim. 4. brationẽ in utilitatẽ delinquẽtium aſſumptã eſſe, quum Apoſtolus in admonitionib. ad diſcipulum ſuum Timotheũ, reprehenſionẽ quidem ac exhortationẽ & increpationem præcipiat, nuſq; uerò exprobrationẽ uelut cõtrariã aſſumat. Et uidetur quidẽ reprehenſio finẽ habere peccantis correctionẽ, opprobriũ uerò ob cõfuſionẽ eius qui peccauit fieri. At uerò paupertatẽ, aut ignobilitatẽ, aut ignorantiã, aut corporis infirmitatẽ exprobrare, omnino temerariũ eſt & à uirtuoſo alienũ. Quæ eñ nõ ex propoſito nobis eueniunt, ea inuoluntaria ſunt: in inuoluntarijs autẽ delictis, miſereri magis eorum qui uoti ſui impotes fiunt, q̃ cõtumelia ipſos afficere conuenit. Ad nihilum deductus eſt in cõſpectu ipſius malignus. timentes autẽ Dominũ glorificat.] Generoſa mente & ad nihil rerum humanarũ declinante opus eſt, & uiro qui iuſticiæ habitũ ad ſummũ produxit, ut unicuiq; pro dignitate diſtribuaт̃, & maligni ad nihilũ redigãtur, etiã ſi magnis poteſtatib. præditi ſint, etiamſi diuitijs ſuperbiãt, generiſq; claritudine, etiamſi ſplendorẽ ſuum prædicẽt, malignitas aũt ſola in ipſis ineſſe deprehendaт̃. hos inq; annihilare, hoc eſt nullius rei dignos putare, magnæ mẽtis eſt. Et uice uerſa timentes Dominũ etiãſi pauperes ſint, etiãſi ignobiles, etiamſi ſermõe idiotæ, etiãſi corpore
Pſal. 127. infirmi, glorificare extollereq; ac beatos ducere, atq; hoc ex ſpiritus doctrina, qui tales beatos prædicãdos dixit. Beati eñ, inquit, omnes qui timẽt Dominũ. Verũ eiuſdẽ mẽtis eſt, & malignũ annihilare, etiãſi ob claritudinẽ ſe efferat, & timẽtem Dominũ glorificare, etiamſi uilis ſit, ſi pauper ſit in uita, ſi contemptus, ſi nihil poſsideat eorum quæ foris ad ipſius ſuſceptionẽ inuitant. Qui iurat proximo ſuo, & non decipit.] Cur tandem hic iuramentum permittiт̃ inter ſtrenuas actiones uiro perfecto cõuenientes, in euãgelio autẽ omnino prohibeт̃? Quis cohabitabit & quis requieſcet? Qui iurat ꝓxi-
Mat 5. mo ſuo, & nõ decipit. Illic uerò, Ego aũt dico uobis, ut ne iuretis omnino. Quid igitur dicemus? Quod dñs ubiq; eundẽ ſcopũ obſeruat, anteuertens peccatorũ effectus, & ex primo principio malignitatẽ excindẽs. Quẽadmodũ eñ uetus lex dixit, Non mœchaberis: dominus uerò, Non cõcupiſces: & illa non occides, hic uerò perfectiores leges ſanciens, neq; iraſceris. ſic ſanè etiã hoc loco, illa quidẽ cõtenta eſt recto iuramento, hic uerò periurij occaſionẽ amputat. Qui enim rectè iurat, fortaſsis etiã falli poteſt: qui uerò nõ iurat, periurij periculũ effugit. Iuramentũ aũt multis locis, etiã immutabi-
Pſal. 118. lem de ſingulis rebus affirmationẽ nominat: uelut in hoc, Iuraui & ſtatui cuſtodire iu-
Pſal. 109. dicia iuſticię ſuæ. &. Iurauit Dñs, & non pœnitebit eum. Non q; Deũ in teſtimoniũ dictorũ ambiguitatẽ ſuam adſtruentẽ induxit, ſed quòd immobilibus decretis promiſſionis gratiã ipſi Dauidi cõfirmauit. Sic etiam hoc loco poſsibile eſt dictũ eſſe, hoc eſt qui affirmat proximo ſuo, & nõ decipit, ut conſonũ ſit illi quod à domino dictũ eſt: Sit ſermo ueſter, eſt eſt, & non non. De talibus rebus affirmans annue: at de nõ exiſtentibus, etiãſi omnes homines inhorteнт̃, ne perſuadearis ut unq; præter naturæ ueritatẽ affirmes. Non facta eſt res, negatio ſequaт̃: facta eſt res, aſſenſus cõfirmet. Citra implicationem ad aliud, ipſam per ſeipſam ueritatẽ proferre conare, nudis affirmationibus

utens

utens. Qui nõ credit, detrimentũ incredulitatis habeat. Turpe eſt enim ac ſtolidum, ſe-
ipſum uelut indignum fide accuſare, & iuramentorum ſecuritatem inferre. Sunt por-
rò aliqui ſermones qui iuramentorum figuras habent: non ſunt autem iuramenta, ſed
obſequium audientiũ. Velut Ioſeph amicitiam contrahens cum Aegyptio, & in cliẽte *Gen. 41.*
lam eius ſe tradens, per ſanitatem Pharaonis iurauit. Et Apoſtolus dilectionem ſuam
erga Corinthios adſtruens, dixit: Per noſtram gloriationem, quam habeo in Chriſto *1. Cor. 15.*
Ieſu Domino noſtro. Non enim neglexit Euangelicam doctrinam is cui Euangelium
concreditum fuit: ſed ſermonem ſimplicem in iuramenti ſpecie protulit, gloriationẽ
coram ipſis uelut quauis re dignam, tali modo oſtendens.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO, IN RELIQVA eiuſdem Pſalmi, & contra fœneratores.

CVM heri in decimumquartũ Pſalmũ ad uos uerba faceremus, ad finem
ſermonis peruenire, ab hora ipſa nõ permiſſum fuit nobis: nunc autẽ ad-
ſumus benigni debitores, debitum relictorum uobis exoluturi. Eſt autem
id quod reſtat breue quidem auditu, uelut uideri poſſit: & fortaſſis multos
ueſtrûm latuit, aliquid de pſalmo eo relictum fuiſſe: magnam tamen ad res
uitæ uim habere, breuem hanc quæ reſtat dictionem, experti neutiq; prætermitten-
dam putauimus eius expendendæ utilitatem. Propheta in pſalmo hoc deſcribẽs per-
fectũ qui ad inconcuſſam uitam peruenturus eſt, inter uirilia ipſius facta enumerauit,
Qui pecuniã ſuam non dedit ad uſurã. In multis Scripturę locis uituperatur peccatum
hoc. Nam & Iezechiel inter maxima mala recenſet uſurã, & ultra ſortẽ quid accipere. *Cap. 8.*
Et lex palàm interdicit, Nõ dabis ad uſurã fratri tuo & proximo tuo. Et rurſus ait: Do- *Deut. 23.*
lus ſuper dolũ, & uſura ſuper uſurã. Et de ciuitate in multitudine malorũ opulẽta, quid
dicit pſalmus? Nõ defecit de plateis ipſius uſura & dolus. Et nũc uelut delineatiuũ per *Pſal. 54.*
fectionis hominis idem hoc aſſumpſit propheta, dicens: Qui pecuniam ſuam non de-
dit ad uſuram. Reuera enim inhumanitatis exceſſum habet, illum quidem neceſſario-
rum indigum mutuum quærere: hunc uerò ſumma nõ cõtentum eſſe, ſed ex pauperis
calamitatibus ſibiipſi redditus excogitare, & opulentiam colligere. Dominus quidẽ
igitur manifeſtè nobis præcepit, dicens: Petenti te dato, & uolentem accipere à te mu- *Mat. 5.*
tuum, ne auerſeris. Nam ad ſocietatem ac mutuum amorẽ, & naturæ familiaritatem ſer
mo hic nos exhortatur. Eſt enim animal ciuile ac gregarium homo. In cõmuni autẽ po
litia ac mutua conuerſatione neceſſaria eſt liberalitas ad indigentis correctionem. Pe-
tenti te dato. Vult te propter charitatẽ in ſimplicitate remiſſum ac facilem eſſe petenti
bus: rurſus uerò uniuſcuiuſq; petentis neceſſitatẽ ratiocinatione diſcernere. Et hoc
didicimus in Actibus, quomodo rectè fieri poſſit ab his qui pietatis ſcopum peritè im
plent. Quotquot enim, inquit, poſſeſſores agrorum aut domorum erant, uendẽtes af- *Act. 4.*
ferebant precia eorum quæ uendiderant, & ponebant ad pedes apoſtolorum. Diſtri-
buebatur autem ſingulis, prout cuiq; opus erat. Quandoquidem enim multi neceſſa-
riorum uſum tranſgredientes, mercimoniorum occaſionem & deliciarum petulantiũ
cauſam, faciunt petitionem: neceſſariò apud eos quibus cura pauperum cõcredita e-
rat, pecuniarum collectio ac repoſitio fiebat, quo inde neceſſariorum diſtributio peri-
tè ac aptè iuxta uniuſcuiuſq; neceſſitates fieret. Quemadmodum enim in ægrotanti-
bus uſus uini ſæpe neceſſarius eſt, ſed nõ cuiuſuis eſt tempus & menſuram ac qualita-
tem cõiectare, uerùm medico opus eſt ad uini exhibitionem: ſic & diſpenſatio circa
curandos egenos, nõ ab omnibus cõmodè peragi poteſt. Nam his qui flebiles cantile
nas ad decipiendas mulierculas cõponunt, & mutilationes corporis & ulcera ad mer-
cimoniorum occaſionem exponunt, nõ omnino utilis eſt larga ſuppeditatio: occaſio
enim ad maliciã cõtributi ipſis ſumptus fiunt. Sed paruulo dono talium latratum de-
pellere oportet: cõdolentiam uerò ac fraternam charitatem oſtendere, in his qui cum
patientia tribulationem ferre docti ſunt. pro quibus etiam dicetur ipſis: Eſuriui, & de- *Matth. 25.*
diſtis mihi edere, & reliqua quæ ſequuntur. Et uolentem accipere à te mutuũ, ne auer-
ſeris. Et hoc præceptum ex prioribus dependet. Nam & qui hic petit pauper exiſtens,
mutuũ à te petit: oſtendens tibi diuitem illũ in cœlis, qui tibi pro ipſo debitũ perſoluit.
Qui enĩ miſeretur pauperis, inquit, Deo ad uſurã tradit. Vas autẽ & fideiuſſor ac pignus *Prou. 14.*

pro mutuo dato,poſitū eſt regnū cœlorū. Dominus igitur nobis manifeſtè præcepit,
dicens:Et uolentem accipere à te mutuū,ne auerſeris. At uerò auarus ubi uidet uirum
præ neceſſitate ſe incurantē,ante genua ſupplicem, quid nō humile facientem? quid
non loquentē? nō miſeretur eius qui præter dignitatē agit ac ſupplicat, nō reputat na
turam,nō mollitur precibus:ſed immobilis & implacabilis ſtat, nō precibus cedit nō
lachrymis frangitur,in negatione perdurat,iurans ac obteſtans ſe penitùs pecunijs ca
rere,& ſeipſum quoq; circūſpicere, an aliquem reperire poſſit qui mutuū tradat. atq;
ſic mendaciū per iuramentum confirmans, malū inhumanitatis acceſſoriū quæſtū per
iuriū acquirit.Poſtquā uerò is qui mutuū petit, uſurarum mentionē fecerit,& pigno-
ra nominauerit,tūc demiſſo ſupercilio arridet:& fortaſſis paternæ quoq; amicitiæ mē
tionē facit,& familiarē appellat ac amicum. Et uidebimus, inquit, an aliqua nobis ſit
repoſita pecunia.Eſt autē depoſitū uiri amici,qui lucri gratia apud nos depoſuit. Ve-
rum ille quidem graues ex ipſo uſuras exigit,nos autē omnino remittemus aliquid,&
pro minoribus uſuris dabimus. Talia fingens,ac talibus uerbis blandiens ac ineſcans
miſerum,ubi libellis ipſum alligauit,&ſupra urgentē paupertatē etiā libertatē uiri de-
traxit,abit. Nam qui uſuris ſeipſum obnoxiū facit,quas perſoluere non poteſt, ſeruitu
tem uitæ ſpōtaneā ſuſcipit. Pecunias dic mihi ac redditus quæris ab inope? Et ſi ditio-
rem reddere te poterat,quid quærebat circa fores tuas? Ad auxiliū progreſſus, hoſtē
inuenit. Medicamenta auxiliaria quærens,in uenena incidit:quū oportuiſſet mitigare
uiri paupertatē,tu indigētiam ipſius multiplicas,ſolitudinē fructibus ſpoliare quærēs:
quemadmodū ſi quis medicus ad ægrotantes ingreſſus, pro eo quod ſanitatem ipſis
reducat,etiā pauculas reſtantes uires inſuper auferat. Calamitates miſerorū, redditū
occaſionē facis? Et quemadmodū agricolæ pluuias optāt ad ſeminū multiplicationē,
ſic tu inopias ac indigentias hominū quæris, quo tibi pecuniæ efficaces ac lucroſæ fi-
ant. Ignoras te maius additamentū peccatis facere, quàm diuitijs augmentū ab uſura
excogitare. Et qui quidem mutuū ad uſurā petit, in rerū deſperatione medius hæret.
Vbi enim ad paupertatē reſpicit,deſperat de reſtitutiōe: ubi uerò ad præſentē neceſ-
ſitatem,audet mutuū ad uſurā ſumere. Deinde hic quidē uincitur, cedens neceſſitati:il
le uerò abit,poſtq; libellis ac fideiuſſoribus ſeipſum cōmuniuit. At uerò hic acceptis
pecunijs primū ſplendidus eſt ac hilaris, alienis diuitijs illuſtratus, & uita mutationis
indicium de ſe præbens. Menſa enim eſt lauta,ueſtitus ſumptuoſus, famuli illuſtriore
habitu præditi,adulatores,cōbibones ædiū ueſpæ infiniti. Vbi uerò pecuniæ iam diſ-
fluunt,tempus autē progreſſum uſuras ſecum adducit,non noctes requiem ferunt,nō
dies hilaris eſt,non ſol iucundus:ſed ægrè fert uitā,odio habet dies, ad præſtitutū tem
pus feſtinantes:timet menſes uelut uſurarū patres, & ſiue dormierit,per inſomniū ui-
det fœneratorē,malū ſomniū capiti adſtātem,ſiue uigilauerit,cogitatio ac cura ipſi u-
ſura eſt. Dum fœnerator,inquit,& debitor inter ſe obuiam uenerunt,inſpectionē utro
rūq; facit dominus. Ille enim uelut canis ad prædā accurrit,hic uerò uelut parata præ-
da congreſſum formidat. Paupertas enim fiduciā aufert,utriſq; calculus in digitis, illo
uſurarū incremento gaudente,hoc calamitatū additamento ingemiſcēte. Bibe aquas
à tuis uaſis: hoc eſt,proprios ſumptus cōſidera,ad alienos fontes ne uadas,ſed ex pro-
prijs aquarū uenis ſolatia uitæ tibijpſi collige. Habes uaſa ærea,ueſtitū,iumenta,ſupel
lectilē omnigenā,hęc redde:omnia amittere tolerabilius eſt,pręterq; libertatē. At hęc
publicare erubeſco. Quid igitur quòd paulo pòſt alius ipſa producet,& tua per pręco
nē uenalia pnunciabit. & ob oculos tuos emptor uili ea æſtimās tractabit? Ne eas ad
alienas fores. Reuera em̄ anguſtus eſt alienus puteus. Pręſtabilius eſt,cōſilijs paulatim
inuentis neceſſitatē mitigare,q; alienis aceruatim elatū,poſtea omnib. ſimul rebus de-
nudari. Si igitur habes unde reddas,cur non præſentē inopiam ex his facultatibus pro
pulſas? Si uerò de retribuēdo deſperas,malū malo curas. Ne expecta fœneratorem te
obſidione cingentē. Ne ſuſtine ut uelut alia aliqua uenatoria præda requiraris ac inue
ſtigeris. Principiū mēdacij eſt,mutuū ſumere,ingratitudinis occaſio,perfidiæq; ac per
iurij. Alia ſunt uerba mutuū accipiētis,& alia dum rurſus mutuū cum uſura ab ipſo exi
gitur. Vtinam tibi tunc nō obuiam ueniſſem, iam ſanè inueniſſem ſumptus ad depel-
lendam neceſſitatē, Nónne me inuito pecunias in manum immiſiſti? ſubæratū eſt au-

rum

rum tuum & numiſma adulteratum. Siue igitur amicus fuerit qui mutuū ad uſurā dat, ne damnum amicitiæ ipſius patiaris. Siue inimicus, ne fias hoſti ſubditus. Vbi modico tempore alienis opibus te iactaueris, poſtea etiā paternis decedes. Pauper es nūc, ſed liber: ubi uerò mutuū ad uſurā acceperis, neq; diteſces, & libertate ſpoliaberis. Seruus eſt eius qui mutuum dedit, is qui mutuum accepit: & ſeruus mercenarius ineuitabilē ſeruitutē ferens. Canes accipientes manſueſiunt. Fœnerator accipiens amplius, irritatur: nō enim latrare ceſſat, ſed amplius exigit: ſi iuraueris, nō credit. Perſcrutatur interna, cōmercia tua curioſe inquirit. Si domo progreſſus fueris, rapit ac attrahit te ad ſeipſum. Si intus te occultaueris, inſtat ad oſtiū & fores pulſat, corā uxore pudefacit, coram amicis cōtumelia afficit, in foro ſtrangulat, malus in feſto occurſus, uitā nō uiuendam tibi ſubornat. At magna, inquit, eſt neceſſitas, & nullus alius pecuniarū prouentus. Quæ igitur utilitas cōtingit ex hodierna dilatione? Rurſus enim ueniet tibi paupertas, uelut bonus curſor, & eadē neceſſitas cum acceſſione aderit. Nam mutuū non penitùs liberat, ſed modicā inopiæ ac rerum difficultatis dilationē exhibet. Hodie patiamur indigentiæ moleſtias, & ne differamus in craſtinū. Si mutuū nō acceperis, ſimiliter eris pauper & hodie & deinceps. Mutuo uerò accepto, grauius diu exaberis, uſura paupertatē amplius augente. Et nunc quidem nemo uitio tibi uertit paupertatem. inuoluntariū eñ eſt malum. Si autē uſuris obnoxius fueris, nemo eſt qui te nō reprehendat, ac deteſtet inconſultā temeritatē. Ne igitur ad inuoluntaria mala, amplius etiā uoluntariū ex noſtra ſtulticia attrahamus: ſtultæ mētis eſt, nō ex præſentibus ſeipſum cōponere, ſed incertæ ſpei ſe cōmittere, & manifeſtū ac ineuitabile detrimentū tentare audere. Iam cōſilium ineas unde rependes, & à quibus accipis cogita. At nō ſufficiet & ad uſus neceſſitatē, & ad reſtitutionē. Si uerò etiam uſuras reputaueris, unde tibi pecuniæ in tantū multiplicabuntur, ut & priuatim neceſſitati tuæ medeanī, & priuatim ſummā impleant, forinſecus uerò uſuras gignāt. At nō ex his quæ accipis mutuum reddes, uerùm aliunde? Illas igitur ſpes expectemus, & nō uelut piſces ad ineſcationē ueniamus. Quemadmodū enim illi unà cū alimento hamū deuorant, ſic nos propter pecunias mutuò acceptas uſuris transfigimur. Nullam turpitudinem paupertas parit. Quid igitur opprobria nobiſipſis ex ęre alieno cōparamus? Nemo uulnus uulnere curat, neq; malo malū ſanat, neq; paupertatē uſuris corrigit. Diues es? ne ſumas mutuum. pauper es? ne ſumas mutuū. Si enim diues es, mutuo non indiges. Si uerò nihil habes, mutuū non rependes. Ne tradas uitam tuam in ſerum conſiliū, ne quando beatos præ dices dies ante uſurā. In uno hoc excellimus diuites nos pauperes, curarū nimirum ſecuritate: deridemusq; ipſos uigilantes, dum nos dormimus: & ſemper rebus intentos ac ſolicitos, dum nos ſolicitudine caremus ac remiſſi ſumus. Qui uerò debet, & pauper eſt, & curarum plenus, ſomno noctu, ſomno interdiu priuatus, omni tempore cogitabundus: nunc quidē ſubſtantiarū ſuarū precium ęſtimans, nunc uerò ædes ſumptuoſas, diuitū agros, obuiā uenientiū ueſtitus, uaſa ac ſupellectilē eorū à quib. cōuiuio excipitur: Si hæc, inquit mea eſſent, uenderē tanti ac tāti, & ab uſura me liberarē. Hæc cordi ipſius & noctu inſident, & interdiu mentem occupant. Si fores pulſarit quis, debitor ſub lectum abit. Vehementer incurrit quis, cor ipſius percellit. Latrat canis, ipſe ſudore diffluit, & anxietate corripitur: circumſpicitq; quò fugiat. Inſtat præfinitū tempus, curioſus eſt quid ementiatur, quali conficto prætextu creditorē amoueat. Non ſolùm quomodo ipſe accepiſti, ſed etiā quomodo à te exigetur, cogita. Quid multiplici beſtiæ teipſum adiungis? Aiunt lepores ſimul párere & educare, ac ſuperfœtare. Et fœneratoribus pecuniæ ſimul ad uſuram dantur, & generantur, ac ſubnaſcuntur. Nondū enim ſuſcepiſti in manus, & præſentis menſis lucrū à te exigitur. Et hoc rurſus ad uſuram datum, aliud malū educat, & illud alterum: atq; ſic malū in infinitum. Et propterea quoq; hæc auariciæ ſpecies hanc appellationem apud Græcos reperit. τόκος enim, id eſt partus, propter mali fœcunditatē, uelut arbitror, appellatur: uelut Latini fœnus, qua ſi fœtū dicūt. Vnde enim aliunde? Aut fortaſſis partus dicitur, propter partus dolores ac moleſtias, quas animis eorū qui mutuū ad uſurā acceperunt, inducere ſolet. Quemadmodū eñ partus dolor parienti, ſic præfinitū tēpus debitori inſtat, fœnus in fœnore, malorū parentū mala ſoboles. Hæc uſurarū fœnora ac fœtus, uiperarū progenies dicātur.

tur. Dicunt uiperas maternum uterum perrodentes pari: & uſuræ eroſis ac conſump-
tis debitorum ædibus generantur. Semina temporis progreſſu naſcuntur, & animalia
tempore perficiuntur: uerùm uſura hodie generatur, & hodie párere incipit. Anima-
lia quæ citò pariunt, citò párere ceſſant: uerùm pecuniæ citũ auariciæ principiũ ſumen
tes, infinitã acceſſionẽ ſemper ulterius progredientem acquirunt. Singula quæ auge-
ſcunt, ubi ad iuſtã ac ſibi propriã magnitudinẽ peruenerint, augeſcere deſinũt. uerùm
auarorũ argentum ſimul cum omni tempore adaugetur. Animalia ubi ſoboli pariendi
uis contigit, ipſa prægnantia fieri ceſſant: at fœneratorum pecuniæ, & ſuccedentes pa-
riunt, & ueteres renouant. Ne tu in monſtroſæ huius beſtiæ experimentum uenias. Li-
berum uides ſolem, quid tibiipſi uitæ libertatẽ inuides? Nullus pugil aduerſarij ictus
ita ſubterfugit, uelut debitor fœneratoris occurſum ad columnas ac parietes caput oc-
cultans. Quomodo igitur, inquit, me enutriã? Habes manus, habes artem, labora pro
mercede, miniſtri munus obi: multæ ſunt uictus parandi ſolertiæ, multę occaſiones. At
impotens ad laborandũ es? pete à poſſidentibus. At turpe eſt petere? Turpius ſanè eſt,
aliquem eo quod mutuò accepiſti, priuare. Nõ omnino legẽ ſanciens hæc dico, ſed o-
ſtendens quòd omnia tibi tolerabilia ſunt quàm pecuniam ad uſurã ſumere. Formica
neq; mendicans, neq; mutuũ ſumens enutriri poteſt. Et apis proprij alimenti reliquias
regibus largitur, quibus neq; manus, neq; artes natura dedit: tu uerò ſagax illud ani-
mal homo, ex omnibus unã inuenire nequibis artem ad uitam trãſigendam? Quanq;
uidemus non neceſſariorũ indigos ad mutuũ accipiendum uenire: neq; enim habent
qui ipſis credant: ſed mutuantur homines in impenſas diſſolutas, ac ſumptus inutiles
ad ſeipſos immittentes, & muliebribus uoluptatibus inſeruientes. Mihi, inquit illa, ue-
ſtem precioſam & aurum, filijs ornatũ ueſtiũ decorum, ſed & famulis florida ac uariega
ta amicula, menſam opulentè inſtructã. Qui in talibus uxori inſeruit, is ad nummula-
rium deuenit: & priuſq; acceptis utatur, alium ex alio dominum aſſumit, & mutuũ dã-
tes ſemper tranſmutans, per aſſiduitatem mali indigentiæ reprehenſionem effugit. Et
quemadmodũ aqua ſubter cutem laborantes, de carnoſitate ſuſpecti ſunt: ſic etiam hic
in opulentiæ ſuſpicione exiſtit, ſemper accipiens & ſemper dans, & ex ſecundis priora
diſſoluens, ex mali perpetuitate ſibiipſi fidem ad accipiendũ cõparans. Deinde, quem-
admodum hi qui per uentrem ac os ſurſum ac deorſum excernunt, ſemper quod præ-
inſidet eijcientes, & priuſq; penitus purgati fuerint, alium cibũ ſuperingerentes, rur-
ſus cum dolore ac lancinatione uomunt: ſic etiã hi uſuras ex uſuris tranſmutantes, &
priuſq; priora expurgentur, alterũ mutuũ ſuperinducentes, ubi modico tempore in a-
lienis deliciati fuerint, poſtea etiã ob propria lugent. O quot homines perdiderunt a-
liena bona, quot per ſomnium ditati, damnũ pertulerũt. At multi, inquit, ex mutuo ac-
cepto diuites facti ſunt: plures uerò arbitror ad laqueos deuenerunt. Tu uerò ditatos
quidem reſpicis, ſtrangulatos uerò nõ numeras, qui mendicitatis turpitudinẽ nõ feren
tes, mortẽ per laqueũ probroſæ uitæ prætulerunt. Vidi ego miſerabile ſpectaculũ, libe
ros ingenuos propter debita paterna in forum pertrahi ac uenũdari. Nõ habes pecu-
nias quas liberis relinquas? ne auferas inſuper etiã generis nobilitatem. Vnã hanc cõ-
ſerua ipſis libertatis poſſeſſionem, depoſitũ illud quod à parẽtibus accepiſti. Nulli un-
quam patris paupertas crimini data eſt: uerùm debitũ paternum in carcerem ducit. Ne
relinquas libellos, uelut execrationẽ paternam in filios ac poſteros deſcendentẽ. Au-
dite diuites, qualia conſilia damus pauperibus, propter ueſtrã inhumanitatẽ, ut perſe-
uerent potius in tolerandis malis, q̃ calamitates ex uſuris ſubeãt. Si autẽ crederetis Do
mino, quid fuiſſet his ſermonib. opus? Quod uerò eſt ipſius Domini conſiliũ? Mutuũ
Matth. 5. date his, à quibus non ſperatis uos recepturos eſſe. Et quale, inquit, hoc eſt mutuũ, cui
retributionis ſpes adiuncta non eſt? Cõſidera uim dicti, & legislatoris humanitatẽ ad-
miraberis. Quũ pauperi dare uoles propter Dominũ, idem & donum eſt, & mutuũ: do
num quidem, quia non ſperas receptionẽ: mutuũ uerò, propter Domini magnificen-
tiam, qui pro ipſo perſoluit: qui paucis per pauperẽ acceptis, magna pro ipſis reddet.
Qui enim pauperis miſeretur, Deo ad uſurã tradit. Non uis uniuerſorũ dominum ob-
noxium tibiipſi habere ad perſoluendũ? Aut ſi quis in urbe diues promitteret tibi pro
alijs ſe exoluturũ eſſe, fideiuſſionẽ ipſius ſuſciperes, Deum autẽ pro pauperib. perſolu-
torem

torē nō admittis? Da argentū fruſtra, depoſitū nō grauās ipſum additamentis, & utrīcq; res bene habebit. tibi em̄ cōtinget cuſtodiēdi ſecuritas: ei uerò qui accepit, ex uſu lucrum. Si uerò etiā additamētū quęris, his quę à Dn̄o tibi obueniūt cōtētus ſis, ipſe pro pauperibus uſurā depēdet. Ab eo qui reuera binignus eſt, benignitatē expecta. Nam quæ à paupere accipis, ea nullum ampliorē odij in homines excellum relinquūt. à calamitatib. lucraris, à lachrymis pecuniā colligis, nudū ſtrāgulas, famelicū uerberas: nuſq; miſericordia eſt, nulla cognationis cū afflicto cogitatio, & lucra quæ hinc accedūt humana nominas? Væ qui dicunt amarū dulce, & qui odium in homines humanitatē appellāt. Necq; Sampſonis ænigmata talia erāt, quæ ꝓpoſuit cōuiuis: Ab edente exiuit cibus, & à forti exiuit dulce: & ab odore hominū exiuit humanitas. Nō colligunt à ſpinis uuas, necq; à tribulis ficus, necq; ab uſuris humanitatē. Omnis em̄ arbor marcida prauos producit fructus. Centeſimatores & decimatores appellant quidā, horrenda etiā audi tu nomina. Item menſtrui exactores, quēadmodū dæmones comitiales morbos inducentes, iuxta lunæ circuitus pauperes inuadētes. Praua profectò mutui datio, & danti & accipiēti: huic quidē in pecunias, illi uerò in ipſam animā damnū inferens. Agricola accepta ſpica, ſemen rurſus ſub radice nō ſcrutat: tu aūt & fructus habes, & capitalem ſortē ac ſummā non relinquis. Citra terrā plantas, citra ſementē metis, dubiū cui colligis. Qui quidē lachrymat ob uſuras, cōſpicuus eſt: qui uerò fruiturus eſt harū opulentia, incertus eſt. Incertū eſt em̄ an ne alijs gaudiū ob diuitias dimittes, malo ex iniquitate tibijpſi theſauri loco depoſito. Necq; igitur uolentē mutuū à te accipere auerſeris, & pecuniam tuam ne dederis ad uſuram. ut & ex ueteri & ex nouo Teſtamento cōmoda tibi diſcas, & cū bona ſpe ad Dominū abeas, illic uſuras bonorū operum recepturus, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen. *Iud. 14.*

DIVI BASILII MAGNI CONCIO, IN PSALMVM XXVIII.

VICESIMVS octauus pſalmus cōmunem quidem inſcriptionem habet: Pſalmus enim inquit Dauid. Habet autem etiam quid proprium. additum eſt enim, Exitus tabernaculi. Quid uerò hoc eſt? Conſideremus quid ſit exitus, & quid tabernaculum, quo ad Pſalmi ſententiam peruenire queamus. Quo ad hiſtoriam igitur, uidebitur ſacerdotibus ac Leuitis opus dimittentibus hoc præceptum datum eſſe, ut memores ſint eorum quæ ab ipſis præparari debent ad cultum diuinum. Exeuntibus enim à tabernaculo, uerbi Pſalmi deinceps proponunt, quæ ipſos paraſſe conueniat, & quæ habere, ut ad ſequentem diem præparati accedant nimirum filios arietum, gloriamq; ac honorem, & gloriam nomini eius: & quòd nuſquam alibi diuinum cultū exercere, q̄ in atrio Domini, & loco ſanctificationis cōueniat. Cæterū noſtræ menti alta ſpeculanti, & quæ legē nobis per præclarā ac diuinę Scripturę cōuenientem ſententiam appropriat, illa ſuccurrunt. Necq; aries mas inter oues intelligitur, necq; tabernaculū ædificium ex inanimi hac materia compactum, necq; exitus tabernaculi à templo diſceſſus: ſed tabernaculū quidem nobis eſt corpus hoc, ueluti Apoſtolus nos docuit. Nā qui ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſcimus. Et rurſus pſalmus: Et flagellū non appropinquabit tabernaculo tuo. Exitus aūt tabernaculi, eſt diſceſſus ab hac uita: ad quē pręparari nos iubet ſermo, ita ut talia atq; talia Dn̄o afferamus Nā quæſtus in hac uita, uiaticū eſt ad futurā: & qui hic per bona opera gloriā & honorem Dn̄o affert, is gloriā & honorē ſibijpſi, iuxta iuſti iudicis retributionē, cumulat. In multis tamen exemplaribus adiectum inuenimus hoc: Afferte Dn̄o filij Dei.] Et quandoquidem nō cuiuſuis donū acceptū eſt Dn̄o Deo, ſed eius qui corde puro offert. Nō em̄ puræ ſunt, inquit, preces à mercede ſcorti. Et rurſus Hieremias: Nūquid preces, inquit, & carnes ſanctæ auferēt iniquitates tuas, aut his purus eris? Quaꝑpter uult Pſalmus nos prius filios Dei eſſe. Deinde ad afferenda Deo dona accedere: eaq; nō uulgaria, ſed quę ipſa præcepit. Primùm dic pater, deinde pete quæ deinceps ſequūtur Examina autem teipſum ex quali uita accedas, an dignus ſis Deum ſanctum, patrem tuum nominare. Per ſanctificationem contingit nobis ad ſanctum familiaritas & acceſſus. Si uis ſemper filius ſancti eſſe, ſanctificatio te in filium adoptet. Afferte igit Domino, nō quiuis, necq; ex quibuſuis prognati, ſed filij Dei. Magna munera requiſiturus eſt, quapropter magnos eligit oblatores. Quo enim cogitationes tuas ad humum nō proſternat, necq; *2. Cor. 5.* *Pſal. 90.* *Cap. 11.*

faciat ut arietẽ, brutum illud quadrupes & balatum edens animal, quæras, ut ex huius oblatione Deũ placari ſperes: Afferte, inquit, Dño filij Dei. Nõ eñ opus eſt filio ut filium offerat. Sed ſi magnũ quid & filius, magnũ quid & filij affectione ac paterna præſtantia dignũ eſſe cõuenit quod offertur. Filios itaq;, inquit, afferte arietum, quo & ipſi qui à uobis offeruntur, ab hoc quod filij arietũ ſunt, in id ut filij Dei fiant trãſmutentur. Aries itaq; animal principale eſt, præcedens oues ad pabuli paſcua & aquarũ refectiones, & rurſus ad ſtabula ac caulas. Tales aũt ſunt etiã aliqui ouilis Chriſti præfecti, præeuntes ad florida ac odorata ſpiritualis doctrinæ pabula, & aqua uiua ſpũs ſuppeditatione rigantes & exaltantes & ad fructum proferendum enutrientes, ducẽtes item ad requiem, & ab inſidiantibus ſecuritatẽ. Horum igitur filios à filijs Dei Dño afferri uult Pſalmi ſermo. Si uerò arietes ſunt qui reliquis præeunt: filij ſanè horum fuerint, qui ad uirtutis uitam per bonorũ operum ſtudium, ex præfectorum doctrina efformati ſunt. Afferte igitur Domino filij Dei, afferte Dño filios arietum. Didiciſti ad quẽ dicit, didiciſti de quibus. Afferte Domino, inquit, gloriã & honorem. Quõ igitur nos terra ac cinis gloriam magno Domino afferimus? quomodo item honorem? gloriam quidem per bona opera, quum fulſerint opera noſtra corã hominibus, ut uiſis operibus noſtris
Mat.5. glorificent patrem noſtrum qui in cœlis eſt. Sed & per tẽperantiam, & pertinentẽ ad cos qui pietatem profitentur ſanctificationẽ, poſſibile eſt Deum glorificare, iuxta Pau
1.Cor.6. li admonitionem, dicentis: Glorificate Deum in membris ueſtris. Hanc etiam gloriam exigit Dominus ab his qui in ipſum credũt, & quos adoptionis beneficio donauit. Fi-
Ioan.14. lius enim, inquit, glorificat patrem. Et ſi pater ſum ego, ubi eſt gloria mea? Honorẽ au-
Mal.1. tem affert Deo, qui iuxta parœmiam Deum colit à iuſtis operibus ſuis, & primitias ipſi offert à fructibus iuſticiæ ſuę. Et omnis qui rectè ac feliciter theologiã tractat, ut nõ ex cidat à recta patris notiõe, & unigeniti deitate, & ſpiritus ſancti maieſtate, hic gloriã & honorẽ Domino affert. Auget gloriam, qui rationes reddere poteſt, iuxta quas creata ſunt uniuerſa, & iuxta quas continentur, prouidentia ipſius uſq; ad minutiſſima progrediente, & iuxta quas poſt hanc gubernationem ſub iudicium perducẽtur. Qui clara ac inconfuſa ratiocinatione tum ipſe ſingula ſpeculari poteſt: tum ubi ipſe ſpeculatus eſt, etiam alijs myſteria bonitatis Dei ac iuſti iudicij ipſius declarare poteſt. Hic eſt, qui affert Dño gloriã & honorẽ: & qui conuenienti tali ſpeculationi uita utitur. Talis enim uiri lux coram hominibus lucet, dum & ſermone & opere, & per omnis generis ſtrenua facta, pater in cœlis glorificatur. Non affert autẽ gloriam & honorẽ Dño, qui humanæ gloriæ admiratiõe ducitur: neq; qui argentũ colit, neq; qui corporis uoluptates ſequitur, neq; qui aliena à pietate dogmata admiratur. Quẽadmodũ enim per bo-
Rom.2. na opera gloriam ferimus Dño, ſic per mala opera contrarium. Nam peccãtibus quid dicit? Nomẽ meũ propter uos blaſphemat̃ inter gentes. Et rurſus Apoſtolus: Per trãſgreſſionẽ legis Deũ dehoneſtas. Cõtumelia eñ eſt legiſlatori, legũ cõtẽptus ac neglectus. Et dũ domus malè gubernat̃, in qua eſt indignatio & clamor, cõtumelia & riſus, uoluptas & ꝑdigalitas, immũdicia & petulãtia: ignominia & turpitudo eorũ quę fiunt
1.Cor.6. ad dominũ ipſius redit. Cõſequẽs eſt aũt ut intelligamus nos, ꝙ quẽadmodũ in bonis operibus glorificat̃ Deus, ita in malis glorificat̃ inimicus. Quũ eñ ablatis mẽbris Chriſti fecero ipſa mẽbra meretricis, tranſtuli gloriã ad perditorẽ meũ ab eo qui me ſeruat.
Rom.1. Et qui incredulus eſt, gloriã incorruptibilis Dei trãſmutat in imaginẽ corruptibilis hominis, & uolucrũ & quadrupedũ ac reptilium in terra. Et qui colit ac uenerat̃ creaturã præter conditorẽ, nõ Deo fert gloriã, ſed creaturis. Quare qui creaturã aliquid eſſe dicit, deinde adorat, is noſcat ſuã portionẽ, cum qua ordinabit̃. Timeamus igitur ne gloriam & exultationẽ diabolo per peccatũ ferentes, unà cũ ipſo æternæ cõfuſioni tradamur. Quòd eñ peccatũ noſtrũ gloria fit eius qui id in nobis operatur, per ſimilitudinẽ cõſiderato. Quum duo exercitus inter ſe cõmittuntur ac confligunt, ubi quidẽ hoc agmen uincit, imperator ipſius gloriã fert: ubi uerò contrariũ præualuerit, ad illius rurſus ducẽ gloria recidit. Sic in bonis tuis operibus Dñs eſt qui glorificatur, in contrarijs contrarius. Et ne mihi longè de hoſtibus cogites, neq; procul exercituum duces reſpicias: ſed teipſum inſpice, & omnem ſimilitudinis ueritatem comperies. Quum enim mens aduerſus affectum luctata fuerit, ſi quidem per contentionẽ ac aduertentiã præ-

ualuerit

ualuerit,uictoriam fert de affectu,& Deum per ipſam uelut coronat. Vbi uerò emolli-
tus ſuccubueris ueritati,ſeruus & captiuus peccati factus, iactantiam & elationem ac
ſuperbiæ occaſionem inimico addis. Adorate Dominum in atrio ſancto eius.] Poſt
oblatum fructum eorum quæ requiruntur, neceſſaria eſt adoratio. Adoratio aũt,non
extra eccleſiã,ſed quæ in ipſo atrio Dei perficitur. Ne mihi,inquit,propria atria ac cõ-
uenticula excogitetis. Vnum eſt atrium ſanctum Dei. Erat atriũ prius Iudæorum ſyna
goga: uerùm poſt peccatum in Chriſtum, facta eſt ipſorum aula deſolata. Quapropter
etiam Dominus dicens,Et alias oues habeo quæ non ſunt ex hoc ouili: gentes ad ſalu- *Ioan.10.*
tem prædeſtinatas oſtendit proprium habere ouile,præter id quod eſt Iudæorum. Nõ
igitur extra hoc atrium adorare cõuenit Deum,ſed intra ipſum: ut ne quis extra ipſum
exiſtens,ab externis rebus trahatur & perdat id ut in atrio Domini exiſtat. Multi enim
ſtant in habitu quidem orationis,non ſunt aũt in atrio,propter mentis circumlationẽ,
atq; animi ipſorũ diſtractionẽ,præ curis uanitatis. Poteſt aũt atriũ altius intelligi pro
cœleſti uita. Quapropter qui hic implãtati ſunt in domo Domini, quę eſt eccleſia Dei
uiuentis,illic in atrio Dei noſtri florebunt: qui uerò Deum facit uentrẽ,aut gloriã,aut
argentũ,aut aliud quid,quod omnino magis honorat,neq; adorat Dñm, neq; in atrio
ſancto eſt,etiamſi dignus ſenſibilibus conuentib. eſſe uideatur. Vox Domini ſuper.
aquas.] In multis locis reperitur uocis nomẽ uſurpatũ: quare quo cognoſcamus quæ
eſt Domini uox,operæpreciũ eſt ut pro uiribꝰ colligamus ex diuina Scriptura,quę de
uoce ſcripta ſunt. Velut in oraculo ad Abraamũ: Et ſtatim uox facta eſt,Non hæres hic *Gen.21.*
tuus erit. Vt de Moyſe: Et omnis populus uidebat uocẽ & faces. & apud Eſaiam: Vox *Exod.20.*
dicentis,clama. Vox quidẽ igitur apud nos,aut aer eſt uerberatus,aut ſpecies circa ae- *Eſa.40.*
rem fiẽs,ad quẽ uult impreſſionẽ facere is qui uocẽ edit. Quid igitur eſt uox Dñi? V-
trum plaga circa aerẽ intelliget, aut aer percuſſus perueniẽs uſq; ad aures eius ad quẽ
uox fit,aut neutrũ horũ: ſed alterius generis hæc uox eſt,principali animę humanę par
te,impreſſa ipſi à Deo informatiõe,imaginãte, in his quos Deus uult propriã ſuã uocẽ
audire,ut hæc imaginatio ꝓportionẽ habeat ad eã quæ ſæpe in ſomnijs fit. Quẽadmo
dũ eñi imaginationib. in ſomno nõ accipimus aliquã uerborũ aut ſonorũ memoriam,
quæ ab aere percuſſo cõtingat,quũ non per aures ſuſcipiamus uocẽ,ſed ipſo corde no
ſtro impreſſionẽ ſentiẽte: talẽ quandã oportet putare etiã uocẽ quæ à Deo prophetis
imprimitur ac generat᷑. Vox Dñi ſuper aquas.] Quantum quidẽ ad ſenſibile attinet,
poſtq; nubes ubi aqua plenæ fuerint, ſonitũ ac ſtrepitũ efficiunt, dum inter ſe mutuò
colliduntur. Vox inquit, Dñi ſuper aquas. Sed & ſicubi,inquit,ſtrepitus aquarũ quæ
ad aliquid renitens alliduntur fiat, & ſi mare uentis turbatũ æſtuet, & ſonitũ uiolentũ
hæc inanimata edant, uocem à Dño habent, oſtendente ſermone, ꝙ omnis creatura
tantum nõ clamat,opificẽ ſuũ annuncians. Et ſi tonitru à nubibus erũpat, nõ aliud quid
putare oportet,q̃ quod Deus gloriæ intonuit, & ꝙ Dñs eſt qui humidã naturam per *Gen.1.*
ſeipſum continet. Dominus ſuper aquas multas.] Didicimus in mundi generatione
aquam ſupra cœlos,aquã rurſus Abyſſi,aliã rurſus aquã,cõgregatiões maris. Quis eſt
igitur qui cõtinet has, & non ſinit ipſas naturali inclinatione deorſum ferri,q̃ Dñs qui
ſuper oẽs cõſcendit: qui etiã aquarũ imperiũ habet. Fortaſſis aũt magis myſticè, Vox
Dñi eſt ſuper aquas, quãdo baptizato Ieſu facta eſt ex ſupernis uox: Hic eſt filiꝰ meus *Mat.3.*
dilectus. Tunc enim Dominus quidem erat ſuper aquas multas,ſanctificãs aquas per
baptiſma: Deus uerò glorię ac maieſtatis magna teſtimonij ſui uoce ſupernè intonuit. *Matt.28.*
Sed & ſuper eos qui baptizantur uox à Domino relicta pronũciatur: Euntes enim,in
quit, baptizate in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Vox igit᷑ Dñi ſuper aquas.
Conflatur porrò tonitru,quum uentus ſiccus & uiolentus nubis cauitatibus incluſus,
præ concitatione per nubium caua obuoluitur, & foras tranſitum quærit. Renitentes
igitur præualidè adſtricta denſitate nubes, aſperum illum ex uenti affrictum ſonitum
efficiunt. Quũ uerò uelut bullis circumuentũ extentis, diutius reſiſtere ac retinere nõ
potuerint,uiolenter dirũpuntur, & uentum ad externam reſpirationẽ emittẽtes, ſtre-
pitus circa tonitrua efficiunt. Idem etiam fulgur efficere ſolet. Dñs igitur eſt,qui & ſu-
per aquas eſt, & qui magnos tonitrui ſtrepitus operatur, in tenera aeris natura, tantũ
ſonitus exceſſum efficiens. Poteris autẽ & iuxta eccleſiaſticã rationem, eam quæ poſt

baptiſma,

baptiſma, ex magna Euãgelij uoce, in animis eorũ qui iam perficiunt̃, fit traditionem,
Mar.3. tonitru nominare. Quod enim tonitru eſt euangeliũ, oſtendunt diſcipuli à Dño filij to
nitrui per translationẽ appellati. Quapropter nõ in quouis eiuſmodi tonitrui uox eſt,
ſed ſi quis dignus fuerit ut rota appelletur. Vox enim tonitrui tui, inquit, in rota.] Si-
quis ad ulteriora extentus fuerit uelut rota, modica ſui parte terrã contingẽs, & omni-
Cap.1 no talis qualis erat de qua dixit Iezechiel: Et uidi, & ecce rota una ſuper terrã hærẽs ex
quatuor animalibus, & ſpecies ipſarũ ac ſtructura ipſarũ ad ſpeciẽ audaculę. Deus igi
tur maieſtatis intonuit, Dñs ſuper aquas multas.] Aquæ ſunt ſancti, quia flumina fluũt
ex uentre ipſorũ: hoc eſt, ſpiritualis doctrina animas audientiũ rigans. Et rurſus accipi-
Ioan.4. unt aquã ſalientem in uitam æternã, quæ in his qui probè acceperũt, euadit fons aquæ
ſalientis in uitam æternã. Super tales igitur aquas eſt Dñs. Memineris autẽ & hiſtoriæ
3.Reg.18. Heliæ, quando concluſum fuit cœlum annis tribus & menſib. ſex. quando in ſerenita-
te ſuper uerticem Carmeli exiſtens, audiuit uocẽ aquarũ multarũ. Deinde cõſecutum
eſt, ut & tonitru fieret ex nubib. & deflueret aqua. Dñs igit̃ ſuper aquas multas. Vox
Domini in uirtute. Quẽadmodum in rota uox fit, ſic in uirtute uox Domini conflatur
ac cõſiſtit. Qui enim omnia poteſt in eo qui ipſum potentẽ facit Chriſto, hic audit præ
cepta Domini, & facit. Vox igitur Dñi, nõ in debili & exoluta anima, ſed in ea quæ fir-
miter ac fortiter bonum perpetrat. Vox Dñi in magnificentia.] Magnificẽtia uirtus
eſt decẽter magna peragẽs. Qui igitur decẽter abſoluit magnarũ actionũ operatiões,
talis magnificus appellat̃. Quũ itaq; anima à graui carnis ſeruitute libera fuerit, magni
tudinẽ aũt ac dignitatẽ ſibijpſi decentẽ ex præceptione eorum quæ ipſi adſunt, à Deo
acceperit, in hac fit uox Dñi. Qui igitur magnificas de Deo cogitationes habent, & cre
ationis rationes altè ſpeculati ſunt, & aliquantũ bonitati prouidentiæ Dei incumbere
poſſunt, & amplius in expenſis faciẽdis nõ parci ſunt, & in fratrum neceſſitatibus ſub-
leuandis munifici: hi ſunt magnifici illi, in quib. uox Dñi diuerſat̃. Reuera enim magni
ficus omnia corporalia contẽnit, nullius rei digna iudicãs, inuiſibiliũ collatiõe. Magni
ficum nulla affliget calamitas, neq; omnino aliqua affectio ipſum cõturbabit, neq; ho-
munculorũ malorũ ac uilium peccata ipſum mouebunt, neq; immũdicia carnis ipſum
humiliabit. humiles enim affectiones ipſum accedere nõ poſſunt, neq; ipſum propter
mẽtis altitudinẽ aſpicere queũt. Dicit̃ etiã Dei quædã magnificẽtia, uelut in hoc: Ele-
Pſal.8. uata eſt magnificẽtia tua ſuper cœlos. Qui igitur magnifica de Deo iactãt ac glorificãt
ipſum, hi magnificentiã ipſius extollunt. Vox Dñi cõfringentis cedros.] Cedrus ali-
quando ut res durabilis & nõ putreſcẽs, odorataq; ac tegmen præbere ſufficiẽs, à Scri
ptura laudat̃: aliquãdo uerò ut infructuoſa & ægrè flexilis uituperat̃, ut etiã ſimilitudi
Pſal.91. nem impij repræſentet. Vidi enim impium exaltatũ ac elatum uelut cedros Libani. In
qua ſignificatiõe etiã nunc accepta eſt. Vox enim Dñi cõfringit cedros. Quẽadmodũ
eñ in magnifica anima fit uox: ſic eos qui temerè inflant̃, qui ſeipſos extollunt, in his
quæ in hoc mundo alta iudicant̃, diuitijs, aut gloria, aut potẽtatu, aut corporis pulchri
tudine, aut uirib. aut robore, cõfringere dicit̃. Et cõfringet Dñs cedros Libani.] Qui
alienas res inuadũt, & ab illis ſuperbiã ſibijpſi colligũt, hi ſunt cedri Libani. Quẽadmo
dum enim cedri per ſe altæ exiſtẽtes, ob id q̃d ſuper montẽ enatę ſunt, ex mõtis addita
mento ſplendidiores fiunt: ſic qui corruptibilibus mundi rebus innitunt̃, cedri quidẽ
ſunt propter ſuperbiã ac mentis elationẽ: Libani aũt cedri appellant̃, propterea q̃d ali-
ena altitudine exultãt, & à terra ac terrenis rebus uelut à Libani uertice ad faſtũ extol-
luntur. Nõ oẽs aũt cedros confringit Dñs, ſed cedros Libani. Quãdoquidẽ eñ idolola
trię locus eſt Libanus, quæcũq; animæ cõtra cognitionẽ Dei efferuntur, hæ Libani ce
dri appellant̃, & cõtritione dignæ cẽſentur. Sũt enim quædã cedri Dei, quas arbuſtiuę
Pſal.79. uites ab Aegyptia uite translatæ operiunt, uelut in pſalmis didicimus. Operuit mõtes
umbra ipſius, & uites arbuſtiuæ ipſius cedros Dei. Quandoquidẽ igitur unà cum alijs
Ioan.15. de Chriſto metaphoris, etiã uitis Dominus noſter dicitur: Ego enim ſum, inquit, uitis,
uos palmites: cedri Dei ſunt qui hactenus infructuoſi, & ad exuſtionem idonei, ubi te-
gmen Chriſti ſubierunt, ipſumq; uelut induerunt, ex gratia illius ſterilitatẽ uitæ ſuæ o-
periunt. Cedros igitur Dei uites arbuſtiuæ fructuoſæ circumplicatæ adſeruant. At ce-
dros Libani cõfringit Dominus. Et cõminuet eas tanq; uitulũ ipſum Libanũ.] Me-
mineris

mineris uituli in Exodo, quem in idololatria efformarunt, quem cõminuit Moyſes, &
populo potum præbuit. Illius itaq; uituli modo, totum Libanũ & præualentẽ in ipſo
idololatriæ cõſuetudinẽ diſperdet. Et dilectus quemadmodũ filius unicorniũ.] Vni-
genitus filius qui uitam dat mundo, ubi quidem offert uictimã & oblationẽ ſeipſum
Deo ꝓ peccatis noſtris, & agnus nominat̃ Dei & ouis. Ecce enim, inquit, agnus Dei. *Mat.3.*
Et ruſus: Tanquam ouis ad mactationẽ ductus eſt. Vbi uerò uindicare oportet, & de- *Eſa.53.*
ſtruere potentiã humanũ genus adorientẽ, efferatam quandã agreſtemq; ac aſperam
poteſtatẽ, tunc filius unicorniũ appellatur. Eſt enim animal unicornis, uelut ex Iob di- *Cap.39.*
dicimus, uiribus inexpugnabile, hominibus non ſubiectũ. Non enim ligaueris ipſum,
inquit loro, neq; dormiet in præſepi. & multa de libertate animalis huius, & quòd ho-
mini ſubditũ non eſt, in illa propheticę parte dicta ſunt. Et obſeruatũ eſt quòd in utran-
que partẽ Scriptura unicornis ſimilitudine utitur, quandoq; ad laudem, quandoq; ad
uituperationẽ. Libera enim, inquit, à gladio animã meam, & à cornibus unicorniũ hu *Pſal.21.*
militatẽ meam: bello deditũ populum deteſtans hæc dicit, eum uidelicet qui iuxta paſ-
ſionis tempus aduerſus ipſum inſurrexit. Ruſus aũt, Exaltabitur, inquit, uelut unicor- *Pſal.91.*
nis cornu meum. Videtur igitur propter ulciſcendi uim, ſæpe ad deteriorẽ ſimilitudi-
nem aſſumi: propter cornu uerò altitudinẽ & libertatem, ad melioris ſimilitudinẽ du-
ci. Et in ſumma, quoniã cornu in Scriptura pro gloria multis locis acceptũ reperire eſt,
uelut in hoc: Et exaltabit cornu populi ſui. &, Cornu eius exaltabit̃ in gloria. Aut etiã *Pſal.111.*
quoniã cornu pro potentia ſæpe accipit̃: uelut in hoc, Protector meus & cornu ſalutis
meæ. Chriſtus aũt eſt potẽtia Dei. Ob id uelut unũ cornu habẽs, hoc eſt unã potentiã
patris habẽs, unicornis appellatur. Vox Domini intercidẽtis flammã ignis.] Diſſecta
eſt equidẽ ignis flamma iuxta hiſtoriã trium puerorũ in Babylonia, quando ad XLIX *Dan.3.*
cubitos fornax diffuſa eſt, & omnes circũ circa ſtantes ambuſſit: diſſecta aũt præcepto
Dei, ſpiritũ in ſe ſuſcepit iucũdiſſimã reſpirationẽ ac refrigerationẽ, uelut in arborũ a-
liqua umbra, in pacata cõſtitutiõe pueris exhibẽs. Facta eſt enim inquit, uelut ſpiritus
roris ſibilãs. Et profectò multo mirabilius eſt ignis naturã diſſectã eſſe, q̃ mare rubrũ
in partes diductũ eſſe. Attamẽ uox Domini cõtinuã & unitã ignis naturã diſcindit: &
quãuis ignis humanę induſtriæ indiuiſibilis eſſe uideat̃, attamẽ præcepto Dñi diſſeca
tur ac diſparat̃. Arbitror aũt quòd ignis præparatus in ſuppliciũ diabolo & angelis i-
pſius, diſſecat̃ uoce Domini. ut quoniã duæ ſunt in igne facultates, uſtoria ac illumina
toria, acris quidẽ & punitoria uis ignis permaneat apud eos qui digni ſunt ut urantur:
illuminatoria uerò ac ſplendida ipſius facultas, ad exhilarãdos beatorũ gaudio fruẽtes
cedat. Vox igitur dñi diſſecantis ac diuidẽtis flammã ignis, ut ſupplicij quidẽ ignis ob
ſcurus ſit, lux uerò requiei expers urendi permaneat. Vox Dñi concutiẽtis deſertũ.]
In beneficiũ deſerti, cõcuſsio ipſi à Domino diſponitur, quo trãſmutata ſolitudine fiat
terra habitabilis, & depoſito ſterilitatis opprobrio, fœcũditatis laudem accipiat. Mul- *Eſa.54.*
ti eñ filij deſertæ, magis q̃ eius quæ uirũ habet: & aquarũ ſpiritu repleta, fiat antea de-
ſerta in ſtagna aquarũ. Et cõcutiet Dñs deſertũ Cades.] Non igitur omnẽ ſolitudinẽ
cõcutit Dominus, ſed Cades, hoc eſt ſanctificationẽ. Cades enim ſanctificatio dicitur.

Vox Domini præparans ac abſoluẽs ceruos] Similia præcedentib. exponere opor
tet etiã de præparatione ac abſoluta cõpoſitione ceruorũ, quam uox Domini operat̃.
Quandoquidẽ igitur ceruus talem ſtructurã adeptus eſt, ut ſuperior ſit omni reptiliũ
detrimento, ſed & purgatoriũ ipſi eſt uiperę eduliũ, uelut tradunt qui hæc obſeruarũt.
Omnia aũt uirus eiaculantia, ad malarũ & aduerſariarũ potentiarũ ſimilitudinem aſſu
muntur, quum Dominus dicat, Dedi uobis poteſtatẽ conculcãdi ſerpentes ac ſcorpio *Luc.10.*
nes, & omnẽ potentiã inimici: & quum ruſus pſalmus prophetæ promittat, Super a- *Pſal.90.*
ſpidem & baſiliſcũ ambulabis: neceſſariũ eſt ut quum nomen cerui in Scriptura audia- *Pſal.103.*
mus, ad meliorẽ ſimilitudinẽ ſermonẽ trahamus. Montes enim alti ceruis, & deſiderat *Pſal.41.*
ceruus ad fontes aquarũ. Quandoquidẽ igitur etiã omnis iuſtus in altis cõuerſationẽ
habet, ſcopũ perſequẽs ad brauiũ ſupernæ uocationis, & ad potabiles fontes decurrit,
prima theologiæ principia inquirẽs. Trahit aũt ceruus oris ſui reſpiratione in latibulis
deliteſcentia reptilia uenenũ eiaculantia, & ex antris per uim ſpiritus educit. Quemad
modum igitur aquila dicitur ſanctus, propter greſſus ſublimitatem, & quòd longius à

terra

terra ſit leuatus: & quemadmodũ ouis, propter manſuetudinẽ & impertiendi ea quæ habet liberalitatẽ, & aries propter principatum, & columba propter innocentiã: ſic etiam ceruus propter contrarietatem aduerſus mala. Quapropter etiam Solomon di-
Pro.5. cit, Ceruus amicitiæ & pullus gratiarum tuarum tecum conuerſetur: docens nos prædictos ceruos idoneos eſſe ad theologiæ doctrinam. Vox Domini præparãs ceruos. Vbi igitur uiderimus hominem aliquem Dei, perfectum, abſolutum, utilitatẽ ex conuerſatione ipſius perſequamur. Nam ubi ceruus præſens eſt, omne reptilium detrimẽtum fugatur. Non enim ferunt odorem animalis ea quæ uenenum iaculantur, quando ſanè etiam ad cornuũ ipſius ſuffitum diſcedunt. Et reuelabit cõdenſa.] Primùm uox Domini abſolutè cõponit ceruos, deinde reuelat cõdenſa, hoc eſt ſyluoſos & ab agreſti ac infructuoſa materia condenſatos ac repletos locos, ad quos maximè uenenum iaculantia cõfugere ſolent. Quandoquidem igitur iam abſolutus eſt per factam à Domino perfectionẽ ceruus, qui huic aſsimilatur iuſtus reuelat condenſa, quo nudi & prom-
Mat.3. pti tradantur hi qui uitam noſtrã corrumpunt. Et quandoquidẽ omne lignum non faciens fructum bonum exciditur à ſecuri, & in ignem mittitur: neceſſariò ſyluæ condenſæ repurgantur, ipſæ uidelicet ſyluoſæ animę, in quibus uelut reptilia quædam uenenata, uariꝗ peccatorũ affectiones latitãt, atꝗ hoc uerbo Dei, quod magis quàm omnis anceps gladius penetrat. Quandoquidẽ uerò multi homines rerum mundanarum curis onerati, animas ſuas uelut terram aliquam ſpiniferã habent, & nõ ſinunt ipſos ad producendũ uerbi fructũ enutriri: reuelat Dominus cõdenſa, hoc eſt turpes & indecoras ac nociuas in hac uita curas, quo clarificato de bono ac malo loco, non habeant homines peruerſa rerũ præ ruditate iudicia. Multi enim bona ubi laborioſa fuerint, mala putant: mala uerò propter uoluptatem quæ ipſis adeſt, uelut bona perſequuntur, & ingens eſt inter homines circa huiuſmodi res error. Bonorum quidem igitur naturę ſunt ligna fructifera & omnes cedri, quę etiam ad laudem aſſumuntur: malorum uerò naturam habent ſyluæ cõdenſę, quas ut ne fallantur qui ſe fructum aliquẽ utilem in ipſis inuenturos ſperant, reuelat ac detegit uox Dei. Et in templo eius omnes dicẽt gloriã.] Audiant hæc Pſalmi uerba ac reuereãtur, qui longis ſermonib. ſeipſos immittũt. Quid dicit Pſalmus? In templo Dei exiſtẽs, non maledictionem, non uanitatem, non uerba turpibus rebus referta profert, ſed in templo ipſius quiſꝗ dicit gloriã. Aſtant enim qui uerba deſcribunt ſancti angeli, adeſt Dominus, affectus ingredientium inſpiciẽs. Oratio uniuſcuiuſꝗ manifeſtata eſt Deo, quis ex affectu, quis peritè cœleſtia inquirit, qs defunctoriè ſummis labris uerba loquitur, cor uerò ipſius lõgè abeſt à Deo. Et ſi oret, ſanitatẽ carnis, & corporales diuitias, gloriamꝗ humanã petit. Oportet autẽ nihil ho-
Pſal.18. rum petere, uelut pſalmus docet, ſed in templo ipſius quiſꝗ dicit gloriã. Cœli enarrãt gloriam Dei, angelorũ opus glorificare Deum. Toti cœleſtiũ exercitui unũ hoc opus propoſitũ eſt, gloriam tribuere cõditori, uniuerſa creatura tum ſilens, tum loquens, & ſupermũdana & terrena glorificat cõditorem. Homines autem miſerabiles relictis domibus ſuis, & ad templũ facto cõcurſu, uelut ſibiipſis opem laturi, non adhibent aures ſermonibus Dei, non percipiũt ſuam naturam, non mœrẽt præoccupati à peccato, nõ triſtantur peccata in memoriam reuocantes, non tremũt ob iudicium: ſed ridentes, & dextras inter ſe dantes, domũ adorationis locum loquacitatis faciunt, non obedientes pſalmo teſtanti ac dicenti, quòd in templo Dei omnes dicẽt gloriam. Tu uerò non ſolum non dicis, ſed etiam alteri impedimẽto es, conuertẽs ad teipſum, & proprij tumultus ſonitu doctrinam ſpiritus tranſgrederis. Vide ne quando abeas, pro eo quòd mercedem accipere debebas pro glorificatione, unà cum his qui nomen Dei blaſphemãt cõdemnatis. Pſalmum habes, prophetiã habes, euangelica præcepta, apoſtolorũ prædicationes. Lingua pſallat, mens dictorum ſententiam perſcrutetur, quo & ſpiritu & mente pſallas. Non enim gloria opus habet Deus, ſed uult te dignum eſſe ut glorificeris. Quapropter quod ſeminat homo, hoc etiam metet. ſemina glorificationẽ, ut metas coronas & honores ac laudes in regno cœlorum. Hæc non ab re in digreſsione dicta ſunt in hoc, quod in templo ipſius quiſꝗ gloriã dicet, propter eos qui in templo Dei linguam indeſinẽter futilem ac nugacẽ habent, & inutiliter in ipſum ingrediũt. Vtinam autem inutiliter & nõ cum ſuo magno malo. Dominus diluuiũ inhabitat.] Diluuium

luuium eſt inundatio aquæ, omnia ſubiecta diſsipantis, & omne prius ſordibus pollu-
tum purgantis. Baptiſmatis igitur gratiam diluuium nominat, ut anima à peccatis elo-
ta, & à ueteri homine purgata, apta ſit de cætero ad habitaculum Dei in ſpiritu. Con-
cinunt autem cum hoc etiam ea quæ in triceſimoprimo Pſalmo dicta ſunt. Poſtquam
enim dixit, Delictum meum cognitum tibi feci, & iniuſticiam meam non abſcondi.
&, Pro hac orabit ad te omnis ſanctus: induxit, Veruntamen in diluuio aquarum mul-
tarum ad eum non approximabunt. Non enim appropinquant peccata ad eum qui ac
cepit baptiſma remiſsionis delictorum per aquam & ſpiritum. His cognatum & in
Michææ prophetia inuenitur: Quoniam uolens miſericordiam eſt, & conuertetur & *Cap. 7.*
miſerebitur noſtri, demerget peccata noſtra, & proijcientur in profundum maris. Et
ſedebit Dominus rex in æternum.] Animæ à diluuio ſplendenti inſidens Deus, uelut
thronum ipſam ſibi efficit. Dominus robur populo ſuo dabit, Dominus benedicet
populo ſuo in pace.] A populo quidem peccatore auferet Dominus robuſtum & ro-
buſtam, uerùm iuſticiam perpetranti dat robur. Nam omni habenti dabitur. Qui uerò *Mat. 7.*
robuſtus factus eſt ad bonorũ operationem, dignus ſit benedictione à Deo. Videtur
autem perfectiſsima benedictio eſſe pax ipſa, quæ ſtabilitas quædã principalis animæ
partis exiſtit, ut pacificus homo ex ſedatis ac compoſitis moribus, uelut proprijs ſuis
notis cognoſcatur: eum uerò qui ab affectibus impugnatur, nõdum pacis à Deo par- *Ioan. 14.*
ticipem factum eſſe euidens ſit: eius inquã pacis quam Dominus dedit diſcipulis ſuis,
quæ omnem mentis intellectum excedens cuſtodiet animas dignorum. Hanc etiam *1. Pet. 1.*
Apoſtolus eccleſiis optat dicens, Gratia uobis & pax multiplicetur. Contingat igitur
nobis ubi probè decertauerimus, & elationẽ carnis ſubuerterimus, quæ eſt inimicitia
aduerſus Deum, ut in tranquillitate & quieto ſtatu anima conſtituta, filij pacis appelle
mur, & benedictiõis Dei in pace participes fiamus, in Chriſto Ieſu Domino noſtro cui
gloria & imperium, nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum, Amen.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO IN EVNDEM PSALMVM.

ADORATE Dominũ in atrio ſancto eius.] Extra atrium ſanctũ non opor-
tet adorare dñm, ſed intus conſtitutũ: hoc eſt, non excedere congregatio-
nem eccleſiæ, & per ſeipſum propriam ſynagogã ac ſectam auſpicari, eum
ſanè qui uerè diuinũ cultũ perficere debet. Nõ em̃ conuenit. Quemadmo
dum aũt domũ quis ſeipſum præparat Domini, ut templũ Dei fiat: ſic etiã
atrium aſſumere ac circundare poteſt, uelut muro cingens ſeipſum, uita & ſermone &
cogitationib. diuinis, in ſeipſo adorans Deum, quum ſufficientem ad adorandũ occa-
ſionem in ipſo exiſtentẽ, tum ex corporea ſtructura, tum ex diſpoſitione circa animã,
cõditor ipſius ſubornarit. Iam uerò etiam Dñs atrium dixit Iudæorum, ubi ait: Et alias *Ioan. 10.*
oues habeo quæ non ſunt ex hoc ouili: oſtendens nimirum etiam aliud ouile eſſe reue
ra ſanctum, quod cõgregabit oues Chriſti, eos qui ex gentibus prædeſtinati ſunt ad ſa
lutem: hoc eſt eccleſiã hanc, in qua ueri adoratores in ſpiritu adorant ac ueritate. Ne-
mo uerò qui aliud quid pręter deũ, Deũ facit, adorare Deũ in atrio ſancto eius poteſt.
Deum faciunt aũt, alij uentrẽ, quorũ deus uenter eſt: alij argentũ, qui auariciæ quæ ido
lolatria eſt, addicti ſunt. Et unuſquiſq; quod prę omnibus magis amplectitur, ei gloriã
Dei tribuit. Talis uerò nõ eſt in atrio ſancto, neq; adorat Deum, etiamſi à ſenſibilibus
conuentibus non ſeparatus eſſe uideatur. Vox Domini ſuper aquas.] Quo intelliga
mus quid eſt uox Domini, operępretium eſt ut quãtum poſsibile eſt colligamus ex di
uina ſcriptura, quæ de uoce ſcripta ſunt. Inuenimus igitur in Geneſi ſcriptum: Verbum *Cap. 15.*
domini ad Abraam, Ego protector tuus ſum, & merces tua multa. Et reſpondit Abra-
ham, Dñe quid mihi dabis? Ego diſcedo abſq; liberis. Et paulo pòſt: Eſt ſtatim uox fa-
cta eſt ad ipſum. Et rurſus in Exodo dicit: Sint parati in diẽ tertiũ, & ubi uoces & tubę *Cap 19.*
& nubes deſcenderit de monte, illi aſcendant in montẽ. Et poſt Decalogũ: Et om̃is po *Cap. 20.*
pulus uidebat uocẽ & faces, & uocẽ tubę. Et in Eſaia ſcriptũ eſt: Vox dicẽtis, Clama. *Eſa. 40.*
Eſt igitur uox, aeris plaga, aut ſpecies circa aerẽ fiens, ad quẽ uult impreſsionẽ facere
is qui uocem edit. Qui itaq; per carnẽ inter ſe cõuerſantur uerberantes aerem, & uelut
figuram quandam ad ſpeciem ipſi imprimentes, per ſpiritum propellunt, quo perueni
at ad aures eius ad quẽ uox fit. At uerò Domini uox alterius generis eſt, Deo informa

tionem, ipſi animæ imprimēte ut imaginetur, in his quos uult Deus ſuam uocem audi re: ut proportionē habeat hæc imaginatio ad eam quæ in ſomnijs fit. Nam illic non ex terno aere uerberato, per aures ſenſus eorum quæ dicũtur illabitur, ſed ipſa principali animæ parte intellectũ ſuſcipiente, in memoria eorum quæ uiderunt permanere ſolēt. Facta eſt igitur uox ad Abraham, quia habebat aures audire potentes mandata Dei, uoluntate Dei latenter ipſi inſonante. At uerò uox quæ ad populum fiebat, uiſibilis erat, hoc eſt cognoſcibilis, & ab omnibus intelligi potēs. Non enim profectò colore aliquo colorata erat ac circumſcripta, ut uox ore prolata oculis percipi potuiſſet: ſed uidebat populus uocem, quia mandatum Domini lucidum illuminans oculos, nulla uer
Eſa.40. borum obſcuritate propoſita. Et Eſaiæ uox obtigit præcipiens, Clama. Pro eo ac ſi diceres, Principalis animæ pars ipſius prophetę, à potētia quę ipſi à Deo imprimebatur, informabatur. Vox Domini ſuper aquas.] Qualis uox, ſuper quas aquas? Velut pro-
Ioan.1. phetiam accipiamus quod dictum eſt. Memineris Ioannis, qui interrogatus à Iudæis, Quis es tu? quod reſponſum dabimus his qui miſerunt nos? reſpondit: Ego uox clamantis in deſerto. Igitur uox Domini eſt Ioãnes, angelus à Deo miſſus ante faciē Domini, ut pararet Domino populũ pręparatũ. Hęc igitur uox ſuper aquas erat, ſuper Iordanem, in quo baptizabat prædicans pœnitētię baptiſmũ. Et non ſolũ in Iordane, ſed etiã in Enon prope Salem, quia aquæ multæ erant illic. Igitͤ uox Domini ſuper aquas, Ioãnes eſt ſuper baptiſma. Illic etiam Deus maieſtatis intonuit. Venit enim uox de cœ-
Mat.3. lo dicens, Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Tunc etiam Dominus ſuper aquas multas, dignatus deſcendere in baptiſma Ioannis, ut cõpleret omnem iuſticiam quæ in lege eſt. Vox Domini in uirtute.] Aufert eñ debilitates populi per pœnitentiæ baptiſmum, per ipſum baptizans in aqua ad pœnitentiam. In uirtute eſt uox dicēs, Pœnitentiã agite, appropinquauit enim regnum cœlorũ, & facite fructus pœnitentia dignos. Aut nunquid in uirtute uox eſt, quia reuera forti Domino Ioannes teſtimonium præbet, dicens: Ego baptizo in aqua, qui uerò poſt me uenit fortior me eſt. Hæc igitͤ uox uirtuti ac fortitudini teſtimoniũ dedit. Vox Domini in magnificentia.] Quum magna myſteria de Ieſu Ioannes proferret dicēs, Vidi ſpiritum ſanctũ uelut columbam deſcendentē, & manētem ſuper ipſum. Et rurſus, Ex aceruo ipſius nos oẽs accepimus, & gratiam pro gratia. Altæ enim ſunt aquæ, & magnitudinem maieſtatis unigeniti declarant. Quapropter uox Domini magnificentia eſt. Magnificum uerò eſt e-
Ioan.1. tiam dicere, Deũ nemo uidit unquam. Vnigenitus filius qui in ſinibus patris eſt, ille e-
Ioan.6. narrabit. Multa etiam magnificè de Domino exponere uidetur, dum dicit: Non poteſt
Ioan.3. homo accipere quicquam ſi non datum fuerit ipſi in cœlo. Magnificum & hoc: Qui ex
Ioan.5. ſupernis uenit, ſuper omnes eſt. Et hoc, Qui de ipſo teſtimoniũ accepit, affirmauit qđ Deus uerus eſt. quem enim miſit Deus, uerba Dei loquitur. Et hoc, Qui credit filiũ, habet uitam æternam. Et quęcunque talia exiſtũt. Nihil igitur humile aut illiberale, ſed omnia magnifica, cum congruente magnitudine, decenter à Ioanne expreſſa de Domino dicta ſunt. quare uox Domini in magnificentia exiſtit. Vox Domini cõfringentis cedros.] Poteſt dici quòd parans Domino populum pręparatum, elatas impietates, & contra cognitionē Dei exaltatas cõfringens ac conterens, obliqua faciebat recta. Qui enim omnem collem ac montem humiliat, hic erat qui cõfringebat cedros, & dño acceſſum adequabat, per hoc quod ad pœnitentiã inducebat, altum & elatum & in humiliatum populi cor. Vnde ipſius præparationi ſuccedens Dominus, per ſuum aduētum
Pſal.109. confringit oppoſitas potentias, cedros Libani figuratè dictas. Oportet enim Dominũ regnare, donec ponat inimicos ſub pedes ſuos, & has cedros cõminuet e uelut uitulum ipſum Libanum. Quid igitur eſt uitulus? Libanus, id eſt thus, inquiunt, quod multa ſedulitate idolorum cultores in uitulorum formas ac imagines redegerunt, atque ſic ipſas igni admouerunt. Sic igitur, inquit, oppoſitas potētias meritò ad interitũ diſperdi. Aut uitulus thuris ab igne liqueſcens, iuxta id quod dictum eſt: Velut liqueſcit cera à
Pſal.67. facie ignis, ſic pereunt peccatores. Sed & ſic poteſt intelligi, cedros cõminui, & ipſum Libanum principem elationis cedrorum. Comminutus eſt aliquando uitulus in exitu per Aron, quem populus à Deo deſciſcens, & ad idolorum cultum conuerſus formauit, quē Moyſes accepit, & in minutiſsima fruſta contritum in aquã proiecit. ſic igitur commi-

comminuet totum Libanum, hoc eſt primæ malicici originem Dominus, uelut cõmi nutus fuit uitulus ille à Moyſe. Et dilectus quemadmodũ filius unicornium. Poſt ſublatas oppoſitas potentias, tũc apparebit dilectio erga Dominũ, & fortitudo ipſius manifeſta fiet, nullo aduerſario tenebras inducente. Quapropter dicit poſt cõminutionẽ, Dilectus erit uelut filius unicornium. Vnicornis autem animal eſt principale, homini non ſubiectũ, uiribus inexpugnabile, in ſolitudinibus ſemper degens, uno cornu confidẽs. Et ob id inexuperabilis Domini natura unicorni aſsimilata eſt, tũ propter principatum in omnes, tum quòd unum ſuijpſius principium habet patrem: caput enim Chriſti Deus. Vox Domini intercidentis flãman ignis. Peccatũ inſtar ignis depaſcẽs Iſrael, Ioannes intercidit ac diſſecuit dicens, Pœnitentiã agite. appropinquat enim regnum cœlorũ. Flãmã igitur affectionũ ex peccato animis inſitam diſſecuit, exponens Iudæis de igne æterno, in eo quòd iudicij uehementiã proferebat. nimirum, Ventilabrum in manu Domini, & repurgabit areã, & triticũ quidẽ deponet in horrea, paleas uerò comburet igni inextinguibili. Illam igitur flammã diſſecuit, per hoc quòd horrẽda populo ſub oculos poſuit. Et cõcutiet Dominus deſertum Cades.] Ioannes enim in deſerto baptizabat, deſertum igitur illud concuſsit acceſſu populorum ex omnibus locis, quod ſanè deſertũ propterea quòd uenientes pœnitentiã agerent, ſanctũ appellabatur. Cades enĩ ſanctũ ſignificat. Hæc uox pręparat & abſoluit ceruos, ipſas ſanctas animas, quæ alta quærunt, quę ſerpentes conſumunt, quæ in altis montib. conuerſationem faciunt. Hæ uerò utiq; fuerint animæ magnificę, ad alta cœleſtis politiæ ex humilibus accurrentes leues ac elatæ, bellum gerentes aduerſus oppoſitas potentias, quẽadmodum contra ſerpentes cerui. Sed & condenſa reuelat, quo ſerpentes manifeſti fiãt, qui ſub umbratione ſyluæ cõdenſatæ tegunt̃, ut eo minori labore à ceruis cõſumãtur. Fortaſſis igitur qui uitia occulta manifeſtat, cõdenſa reuelat. hoc eſt, In propatulũ ducit latitantia in materiali natura peccata, quæ ſerpẽtes dicunt̃ propter uoluptatis uarietatem. Reuelabit aũt in die illa, quando reuelabit occulta tenebrarũ & conſilia cordium ipſorũ. Fortaſsis aũt & Ioannes uox Dñi exiſtens, in ænigmate Iſraeli loquebatur, Iam aſcia ad radicem arborũ poſita eſt. Omnis igitur arbor quæ nõ facit fructũ bonum excindit̃, & in ignem mittitur. Reuelabat cõdenſa, hoc eſt fructuũ inutilitatẽ manifeſtabat. condenſa enim ſunt ſylua & materia infructuoſa, cuius detrimentũ oſtendens ipſis, ad conuenientem fertilitatem eos prouocabat dicens: Facite fructus pœnitentia dignos. Ex quibus omnibus unus ſequitur effectus, ut templũ Domini ædificetur, in quo quilibet conſtitutus, gloriã Domino uerè afferre poteſt. Sed & Dominus diluuiũ inhabitat.] Nam per baptiſmũ cõtingit inhabitatio Domini in animis ſanctorũ. Animam itaq; ablutam à peccato, inhabitat Dominus, & propterea diluuiũ inhabitare dicitur. Quòd enim remiſsionem ex baptiſmo diluuium appellauit, etiam ex triceſimo primo Pſalmo didicimus, ubi dicit: Veruntamen in diluuio aquarum multarũ ad eum non approximabunt. Nam peccata peccatorum in redemptione baptiſmi, non permittuntur ut eos amplius accedant. Et ſedebit Dominus rex in æternum.] Supra omnia hęc continget nobis cognoſcere principatum Domini ſuper omnes, qui robur dat populo ſuo, quo deuicto aduerſario benedictionem accipiamus, quæ datur à Domino in pace his qui ipſo digni ſunt. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

1. Cor. 11.

Mat. 3.

Ibidem.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO IN PSALMVM XXIX.

PSalmus, odes ſeu cantici dedicationis ſiue innouationis domus Dauid. Pſalterium quidem figuratè, iuxta inſtrumentum muſice adaptatum ad hymnos Dei noſtri, ſtructura corporis ipſius eſt: Pſalmus uerò, actiones ſunt, quę per corpus in gloriam Dei abſoluũtur, ubi per uerbum adaptati nihil diſſonum in motibus perfecerimus. Canticum uerò ſiue ode ſunt, quæcunq; ex nuda ſpeculatione ac theologia hæret. Quare Pſalmus ſermo eſt muſicus, quãdo cõcinnẽ & iuxta harmoniæ rationem ad inſtrumentũ pulſatur: Canticũ uerò uox eſt cõcinna, quæ cum harmonia citra organi ſonitum abſoluitur. Hic itaq; quoniam inſcriptio eſt, Pſalmus cantici, arbitramur hæc uerba innuere, conſequentẽ ad ſpeculationẽ actionem. Hic uerò Pſalmus cantici, iuxta inſcriptionẽ, continet ſermones quoſdam innouationis domus. Et quod ad corporalem ſenſum attinet, uidetur hic ſermo tẽporibus Solomonis famo-

ſo illo templo extructo, ad pſalterium decantatus eſſe. Verũ iuxta ſententiã ſpiritualẽ,
incarnationẽ Dei uerbi ſignificare uidetur inſcriptio, indicareq́ innouationẽ domus
nouẽ & mirabiliter ipſi cõſtructæ. Multa enim inuenimus in hoc pſalmo, quæ ex per-
ſona Domini pronũciant. Aut fortaſsis Domũ accipere oportet Eccleſiã à Chriſto ędi
1.Tim.3. ficatam, quẽadmodum etiam Paulus in epiſt. ad Timoth. ſcribit: Quo ſcias quomodo
oporteat in domo Dei diuerſari, quæ eſt eccleſia Dei uiuentis. Innouationem autẽ ec-
cleſię accipere oportet, renouationẽ mentis, quæ fit per ſpiritũ ſanctũ ſingulis qui cor-
pus eccleſiæ Chriſti complent. Eſt aũt diuina & muſica harmonia, non quæ ſermones
quoſdam cõplectitur aures demulcentes, ſed ſedantes ac mitigãtes malignos ſpiritus,
qui animas quæ facile offenduntur, infeſtant. Exaltabo te Domine, quoniã ſuſcepiſti
me, & non lætificaſti inimicos meos ſuper me.] Quomodo is qui in altis habitat exal-
tatur ab his qui humilem locum ſortiti ſunt? Si enim Deus ſupernè in cœlo eſt, tu uerò
infernè in terra, quónam modo Deum exaltaueris? Quid igitur uult hæc ꝓmiſsio pro-
phetæ? Aut nunquid exaltari dicitur ab his, qui magna & Deo cõuenientia de ipſo co
gitare poſſunt, & qui ad gloriã Dei uiuunt? Qui igitur cũ ſcientia ad beatitudinẽ feſti-
nat, exaltat Deum: qui uerò contraria uia abit, quantũ ne fas quidem eſt dicere, Deũ
humiliat. Sed & omnem conuenientẽ rebus noſtris ſtatum quodãmodo cõtribuimus
Deo. Quapropter dormitãtibus nobis, ac ſegniter operãtibus dormire Deus dicitur,
indignos nos iudicans uigilijs ſuis pro nobis ſpeculantibus. Poſtq́ uerò aliquando de
Pſal.43. trimentum ex ſomno percipientes dixerimus: Exurge quare obdormis Domine? tũc
ſanẽ non dormitabit neq́ dormiet qui cuſtodit Iſrael. Sed & alij quidam oculos à Deo
uelut auertunt, propter turpitudinem eorum quæ faciũt, quæ oculis Dei indigna exi-
ſtunt, qui ſanè acta pœnitẽtia dicunt: Quare faciẽ tuam auertis? Et alij præter hos ſunt,
qui eiecta memoria Dei, & uelut obliuionem ſuijpſorum ipſi inducentes, dicunt: Qua-
re obliuiſceris inopiæ noſtræ & tribulationis noſtræ? Et in ſumma, quæ iuxta affectus
humanos de Deo dicuntur, ea homines operantur, talem ſibijpſis Deum faciẽtes, qua
lem unuſquiſq́ ſeipſum præparat. Exaltabo igitur te Domine, quoniã ſuſcepiſti me,
& non lætificaſti inimicos meos ſuper me.] Quum nihil humile, nihil terrenũ, in uita
mea à te acceperim, unde aderit mihi facultas te exaltandi? quoniam tu anteuertẽs me
ſuſcepiſti. Significanter dixit Suſcepiſti, pro exaltaſti me, & ſuperiorem inſurgentibus
contra me feciſti. Veluti ſi quis puerũ natandi inexpertũ, manu ſuſceptũ aqua altiorem
ducat. Qui igitur auxilio Dei ſurſum reſpicit à delicto recedens, hic præ animi gratitu-
dine per bona opera ſe Deũ exaltaturũ eſſe ꝓmittit. Aut uelut ſi quis luctatorẽ aliquẽ
debilẽ ab imminente ruina ſuffultũ liberet, & colluctatore ſuperiorẽ faciat atq́ ita illi
quidẽ uictorię occaſionẽ præbeat, huic uerò lætitiã ob ruinã ac caſum ipſius detrahat.
Non aũt tribulationes, quæ probationis gratia ſanctis immittunt, lætitiam inuiſibilib.
hoſtibus noſtris pariunt. Sed quum tribulati deſperauerimus, & cogitationes noſtræ
ad anguſtias redactæ fuerint, ad afflictionũ multitudinẽ animũ deſpondentes, tunc læ-
Iob.1. tantur plauduntq́ ac exultant. Velut in Iob cõtigit. Perdiderat poſſeſsiones, priuatus
erat liberis, caro ſanie & uermibus ipſi ſcaturiebat. Hæc nondũ lętitiã aduerſario parie
bant. Si uerò his ęrũnis emollitus, aliquod maledicũ uerbũ iuxta uxoris cõſilium pro-
1.Cor.4. tuliſſet, tunc ſanẽ lætificati fuiſſent inimici ſuper eo. Et ſuper Paulo eſuriẽte & ſitiente,
nudo, colaphis cæſo, laboribus fatigato, nuſq́ ſtabilem locum habente, non lætabatur
inimicus: imò uice uerſa cõterebatur, dum ſic uideret ipſum certamina ſufferentẽ, ut e-
Rom.8. tiã cõtemptim diceret: Quis ſeparabit nos à dilectiõe Chriſti? Dñe Deus meus clama-
ui ad te, & ſanaſti me.] Beatus qui plagam ſuam in profundo cognoſcit, ut medicũ ac-
Pſal.6. cedere poſsit ac dicere: Sana me Domine, quia conturbata ſunt oſſa mea. Et, Ego dixi
Pſal.51. Domine miſerere mei, ſana animã meam, quia peccaui tibi. Hic tamẽ gratiarũ actio eſt,
pro adhibita ipſi medela. Domine enim inquit Deus meus. Nõ omniũ Deus eſt Deus,
Luc.20. ſed eorũ qui ipſi cõiuncti ſunt per dilectionẽ. Deus enim Abraham eſt, & Deus Iſaac,
& Deus Iacob. Si uerò omniũ Deus eſſet, nõ hoc apud illoſipſos uelut præcipuũ quid
teſtatus fuiſſet. Et rurſus Iacob, auxiliatus eſt tibi Deus meus. Et Thomas poſt compert
Ioan.20. tam certitudinẽ reſurrectionis amplectens Dominũ: Dominus meus, inquit, & Deus
meus. Affectuoſa igitur uox eſt, Domine Deus meus, & prophetico ſtatui ac ordini

conueniens

conueniens. Clamaui ad te, & ſanaſti me.] Nihil medium inter uocem meam & tuam gratiam interceſsit. Sed & ſimul clamaui, ſimulq́ medela acceſsit. Adhuc enim loquen te te, inquit, dicã ecce adſum. Magna igitur uoce loqui ad Deũ, magnaq́ petere oportet dum oramus, ut cita ſanatio nobis exoriatur. Domine eduxiſti ex inferno animã meam.] De hac ſanatione gratias agit Deo, is qui ex infirmitate quidem deſcẽdit in infernum, eductus eſt aũt ex inferno per potentiam eius, qui pro nobis eum qui mortis imperium habet deuicit. Saluaſti me à deſcendentibus in lacum. Multis quidẽ in locis lacus nominantur foſſæ ſubterraneæ, ad captiuorum cuſtodiam accommodatæ. ſic enim dictum eſt in Exodo: A primogenito Pharaonis uſq; ad primogenitũ captiuæ in lacu. Sed & Hieremiam in lacum iniecerunt, & Ioſeph fratres prę inuidia in lacum concluſerunt aquam non habentẽ. Vnaquæq; igitur actio aut ad interna nos deducit, grauans nos per peccatũ, aut ad ſuperna leuat, alas nobis addens ad Deum. Saluaſti igitur me prius exiſtentẽ in praua uita, ſeparando me ab his qui deſcendunt ad tenebroſum ac præfrigeratũ locum. Hoc igitur eſt quod dixit, Suſcepiſti me, hoc eſt ſurſum euexiſti me à deorſum uerſus latiõe, ut nõ data ſit occaſio inimicis, ut lętificati eſſent ſuper me. Quod igitur alibi dixit, Qui perfecit pedes meos uelut cerui, & ſuper excelſa ſtatuens me, Reditum ad alta, liberationẽ & ſuſceptionẽ à lacu nominat. Pſallite Domino ſancti eius.] Nõ ſi quis ore profert pſalmi uerba, hic Domino pſallit, ſed qui à puro corde emittunt pſalmodias, & qui ſancti ſunt ſeruantes iuſticiã ad Deum, hi pſallere poſſunt Deo, ſpirituales rhythmos cõuenienter aſſequentes: qui uerò in ſcortatione hic conſiſtunt, qui in furto, & qui dolum ac mendacium in cordibus cælant, pſallere ſe putant, reuera non pſallentes. Nam ſanctũ ad pſallendum uerba uocant. Non poteſt arbor mala fructus bonos proferre, neq; cor prauum uerba uitæ emittere. Facite igitur arborem bonam, & fructus ipſius bonos. Purgate corda ut fructum feratis in ſpiritu, & poſsitis ſancti facti Domino pſallere prudẽter. Et confitemini memoriæ ſanctitatis eius.] Nõ dixit, Cõfitemini ſanctitati eius, ſed memorię ſanctitatis eius: hoc eſt, gratias agite. Cõfeſsio enim hic pro gratiarum actiõe accipitur. Gratias agite igitur, quòd in memoria ſanctitatis ipſius eſtis, qui prius propter demerſiõe in maliciam, & inquinationẽ immundiciarum carnis, ad obliuionẽ ueniſtis ſanctitatis conditoris ueſtri. Pro remiſsione igitur peccatorum, confitemini de his quæ non rectè à uobis antea perpetrata ſunt. Quia ira in indignatione eius, & uita in uoluntate eius.] Prius dixit triſte, iram uidelicet in indignatione Dei: deinde hilarius, uitam in uolũtate ipſius. Videtur eadem dicere, his qui certitudinem eorum quæ ſignificantur aſſequi nõ poſſunt, quum Propheta dicat irã eſſe in indignitatione Dei, tanquam idem ſit ira & indignatio. Verùm plurima eſt differentia. Indignatio enim eſt iudicium, talia uel talia quędam triſtia inducẽdi commerito: ira uerò labor iam, & ſupplicium quod à iuſto iudice iuxta menſuram iniquitatis inducitur. Verùm ab exemplo manifeſtius fiet quod dico. Medicus ubi ſignauit partem inflãmatam ac ſanie plenam, probat ac adſtruit ſectionem ægroto eſſe neceſſariam, hoc indignationem nominat Scriptura. Poſt iudiciũ uerò medici de adhibendo auxilio, ſequitur deinceps actio ad opus ducẽs probata & iudicata, & ferrũ ſecans, & dolorem inducens ei qui ſecatur. Hoc ira Dei nominatum eſt. Progredere itaq; ad propoſitum, & inuenies ſententiæ conſequentiam: Quia ira in indignatione eius, pœna ſecundum iuſtum iudicium Dei: uita autem in uoluntate ipſius. Quid igitur dicit? Quod id quod deus uult, hoc eſt, nempe ut omnes uitæ ipſius participes ſiamus. Calamitates autem & mala nõ ex uoluntate ipſius ſiunt, ſed pro peccatorum merito inducuntur. Vitam quidem igitur Deus propria uoluntate unicuiq; largitur, iram uerò unuſquiſq; ſibijpſi accumulat in die irę & reuelationis ac iuſti iudicij Dei. Familiare eſt autem Scripturę, pręponere triſtia lætioribus, quia iucundior eſt uoluptas rebus triſtibus prægreſsis. Ego enim occidam, inquit, & uiuere faciam. Sequitur beneficium poſt ſupplicium. Percutiam, & ego ſanabo. Ipſe enim dolorem inducit, & rurſus reſtituit. Percuſsit, & manus ipſius ſanauerũt. Præcedunt afflictiones, quo nobis ſtabiliora beneficia fiant, quum datorum cuſtodiam uehementer nobis uendicemus. Ad ueſperam demonſtrabitur fletus, & ad matutinum lætitia.] Memineris temporis paſsionis Domini, & reperies ſentẽtiã. Ad uſperã enim moratus eſt & permanſit fletus in di-

Eſa.58. Cap.12. Hier.38. Gen.40. Pſal.17. Mat.3.

ſcipulis Domini, quum uiderunt ipſum in crucem ſuſpenſum. Mane uerò ſequuta eſt lęticia, quum poſt reſurrectionem cum gaudio diſcurrebant, annunciantes inter ſe bonum illud nuncium uiſionis Domini. Aut fortaſsis etiã in uniuerſum ueſpera ſeculum
Mat. 5. hoc dicitur, in quo qui beatè fleuerunt, matutino tempore aduenientem conſolationem reperient. Beati enim lugentes, quia ipſi conſolationem inuenient. Beati plorantes, quia ipſi ridebunt. Qui itaq; dies huius ſeculi iam in conſummatione exiſtentis, & quod ad ſuum occaſum declinauit, in deplorandis peccatis ſuis tranſigunt, hi uerò illo
Pſal. 125. matutino adueniente gaudebunt. Qui enim ſeminant in lachrymis, in exultatione metent. Nimirum in futuro ſeculo. Ego autem dixi in abuntantia mea, Non mouebor inæternum.] Quemadodum ciuitatis eſt abundantia, uenalium in foro luculentia: & quemadmodum regionem abundantẽ eſſe dicimus, quæ multos fructus produxit:
Luc. 8. ſic etiam animæ quædam abundantia eſt eius quæ omnigenis bonis operibus eſt referta: quam primum diligenter cultam eſſe oportet, & poſtea largis cœleſtium aquarũ influxionibus pinguefactam, quo fructum proferat trigecuplum & ſexagecuplum, ac
Deut. 28. centuplum, & aſſequatur benedictionem dicentem: Benedicta horrea tua, & benedictæ reliquiæ tuæ. Qui igitur ſuam ſentit conſtantiam, cõfidenter dicet ac affirmabit ſe non paſſurum eſſe ut ab aduerſario euertatur, uelut ager plenus quem benedixit Dñs. Domine in uoluntate tua dediſti decori meo uitutem.] Qui in expendenda uirtutum ratione triti ſunt, uirtutes partim ex ſpeculationib. conſtare dixerunt, partim ſine ſpeculatione. Verbi gratia, prudentiã quidem ex ſpeculationibus conſtare, in loco de bonis & malis: temperantiã uerò ex loco de eligendis & fugiendis. Iuſticiam ex loco de diſtribuendis & non diſtribuendis. Fortitudinem ex loco de horrendis & non horrendis. Pulchritudinẽ aũt & robur uirtutes eſſe ſine ſpeculatione, cõſequentes ad eas quæ conſtant ex ſpeculationibus. Nam congruentiã & harmoniã ſpeculationum animæ quidam ſapientes pulchritudinẽ ſtatuerunt: perfectionẽ aũt eorũ quæ ex ſpeculatiuis uirtutibus ſuggeruntur, robur eſſe pronunciauerunt. Veruntamẽ ut & pulchritudo animæ accedat, & uirtus ac potẽtia eorum quæ oportet perfectiua, diuina ad hoc gratia opus habemus. Quemadmodum itaq; ſuprà dixit, quòd uita eſt in uoluntate ipſius, ſic nunc exaltat Deum per gratiarũ actionem dicens: In uoluntate tua præſtitiſti pulchritudini meę uirtutem ac potentiam. Pulcher equidem eram ſecũdum naturam, debilis autem, propterea quòd ex inſidijs ſerpentis per peccatum mortificatus ſum, euaſi. Pulchritudini igitur meæ quã à te ex prima ſtructura accepi, addidiſti potentiam eorum quæ oportet effectiuam. Pulchra quidem eſt omnis anima, quæ in propriarum uirtutũ cõgruentia conſpicitur: pulchritudo autem uera & amabiliſsima, quam ſola purgata mens cõtemplari poteſt, circa diuinam & beatam eſt naturam. Cuius fulgores & gratias qui intentè intuetur, tranſſumit quid ab ipſa, uelut à tinctura quadam, floridum quendam ſplendorem proprijs oculis affricans. Vnde etiam Moyſes glorificatam faciẽ habuit, ex eo ꝙ pulchritudinis illius in conuerſatione cum Deo particeps
Exod. 34. factus fuit. Qui igitur uirtutem ſuam percipit, uocem hanc gratias agẽtem emittit: Domine in uoluntate tua præſtitiſti decori meo uirtutem. Quemadmodũ aũt ad ſpeculatiuas uirtutes non ſpeculatiuæ conſequuntur ipſa pulchritudo ac robur: ſic ſunt quædã uitia non ſpeculatiua ipſa turpitudo & debilitas. Quid enim deformius ac turpius anima affectibus dedita? Vide mihi ira percitum, & eam quam præ ſe fert feritatem. Inſpice triſticia affectum, & eam quam in ſe habet humilitatem, & animæ contractionem. Quis uerò libidinibus aut gulæ deditum, aut timoribus conſternatum, uel aſpicere ſuſtineat? quum uſq; ad corporis fines animę affectio penetret? Quẽadmodum ſanè etiam ueſtigia pulchritudinis animæ in ſancti hominis ſtatu apparent. Prouidẽdum itaq;
Cant. 1. nobis de pulchritudine, quo etiã ſpõſus Verbum Dei nos ſuſcipiens dicat: Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum cõturbatus.] Quandiu, inquit, radij inſpectionis tuæ illuſtrarunt me, & ſtabili ſtatu & imperturbato degebam: poſtquam uerò auertiſti faciem tuam, affectuoſitas & turbatio animæ apparuit. Auertere autem faciem ſuam dicitur Deus, quum in calamitatum temporibus, tentationibus expoſitus dimiſerit quo cognoſcatur certantis firmitas ac robur. Si igitur pax quæ omnem mẽtis intelligentiã excedit, cuſtodierit corda noſtra,

affectuum

affectuum turbationẽ ac cõfuſionem effugere poſſumus. Quãdoquidem igitur uoluntati Dei opponitur auerſio, pulchritudini uerò & decori ac uirtuti turbatio: fuerit utiq; turbatio, turpitudo & debilitas animæ, ex alienatione à Deo proueniens. Precemur itaque ſemper ut facies Dei nobis illuceſcat, ut in ſtatu ſimus ſanctos decenti, quieti ac mites, omniq; modo imperturbati, ex promptitudine ad bona. Paratus em̃ ſum, inquit, & nõ ſum turbatus. Ad te Domine clamabo, & ad Deum meum deprecabor.] Sæpe dictum eſt de clamore ad Dominũ, quod ſolius eius eſt, qui magna & cœleſtia cupit, clamare. Si uerò quis parua ac terrena petierit à Deo, parua & humili utitur uoce, nõ perueniente ad altitudinẽ, neq; aures Domini accedente. Quæ utilitas in ſanguine meo dum deſcendo in corruptionem?] Quid, inquit, clamaui, & quid te Dominũ ac Deum meũ rogaui? Quę mihi utilitas, inquit, deliciarũ carnis, & plenitudinis ſanguinis, quum tradendus ſim quantum nõdum, in communẽ corporis corruptionem? Verùm caſtigo, & in ſeruitutẽ redigo corpus meum, ne propter bonũ corporis habitũ, & ſanguinis feruorem, carnoſitas occaſio ad peccatũ fiat. Ne aduleris carni tuæ ſomnis & balneis ac mollibus ſtratis, ſemper inſonans tibi uerbum hoc: Quę utilitas in ſanguine meo, dum deſcẽdo in corruptionẽ? Quid ornas & amplecteris paulo pòſt corrumpendũ? Quid pinguefacis ac incarnas teipſum? An ignoras quòd quanto craſsiorẽ tibi ipſi facis carnem, tanto grauiorẽ animę cõſtruis carcerẽ? Nunquid cõfitebitur tibi puluis, aut annunciabit ueritatẽ tuam?] Quomodo em̃ puluerulentus & carneus homo cõfitebitur tibi Deo? Quomodo uerò etiã ueritatẽ annũciabit, qui neq; diſciplinis operã dedit, & in tanto carnis onere mentem ſuã defoſſam habet? Ob id igitur eliquo ac cõſumo carnẽ, & nõ parco ſanguini, qui in carnẽ cogi ſolet, ut nullũ ſit mihi ad cõfeſsionẽ aut ueritatis intelligentiã impedimentũ. Audiuit Dñs, & miſertus eſt mei.] Poſtq; expoſuit quæ fuerint quę ad Deũ clamauit, ſtatim ſentiẽs auxiliũ Dei, impellensq; nos ad ſimilia petẽda: Audiuit Dñs, inquit, & miſertus eſt mei, Dominus factus eſt mihi adiutor. Precemur itaq; etiã nos, clamemusq; uoce ſpirituali magna petentes, nõ carni dediti. Qui enim in carne ſunt, Deo placere nõ poſſunt: quo etiam nos Dominus exaudiat, debilitatis noſtræ miſertus, & diuini auxilij participes facti etiam nos dicamus: Conuertiſti planctũ meũ in gaudiũ mihi.] Nõ cuilibet animæ gaudiũ à Deo accedit, ſed ſi quis plurimum deplorans peccatum ſuum, fortibus luctibus & aſsiduis lachrymis, ob ſeipſum uelut mortuũ planctũ fecerit, talis hominis planctus in gaudiũ uertitur. Quod autẽ ſit laudabiliter plangere, oſtendunt pueri in foro deſidentes ac dicẽtes: Lamentati ſumus, & non planxiſtis: cantauimus uobis tibijs, & nõ ſaltaſtis. Eſt autem tibia inſtrumentum muſicum, quo ſpiritu cooperante ad melodiã utimur. Quapropter arbitror omnem ſanctum prophetam figuratè tibiam nominari, propter motũ ex ſpiritu ſancto. quare dicit, Tibijs cantauimus uobis, & nõ ſaltaſtis. Sancti em̃ prophetę per ſermones ſuos nos exhortantur ad concinnam ſanctæ prophetię actionem, quę ſaltatio dicta eſt. Sed & lamentantur nobis prophetæ, ad planctũ nos prouocantes, quo ex propheticis ſermonibus ad peccatorũ noſtrorum cognitionẽ progreſsi, interitum noſtrũ deploremus, in laboribus & ærumnis carnem noſtrã caſtigantes. Tali itaq; homini dilaniatur lugubris ueſtis, qua ſe ob peccati ſui luctum cõueſtiuit: induitur autẽ ipſi tunica lætitiæ, & palliũ ſalutis, illuſtria illa & nuptialia indumenta, quibus indutus à ſponſo nõ eijcitur. Cõcidiſti ſaccum meum, & circundediſti me lætitia.] Coadiutor ad pœnitentiam eſt ſaccus, humilitatis ſignum exiſtens. Olim enim patres in ſacco & cinere deſidentes pœnitentiam egerunt. Quandoquidem uerò Apoſtolus reuelata facie, iuxta eandem imaginẽ, à gloria in gloriam transformatur: gratiam datam ipſi à Domino, propriam gloriam dicit: Vt cantet tibi gloria mea. Gloria iuſti eſt ſpiritus in ipſo. Qui igitur canit in ſpiritu, dicat: Vt cantet tibi gloria mea. Et non compungar. Non amplius committam, inquit, quæ digna ſunt, ut compungatur ac perforetur cor in recordatione peccati mei. Domine Deus meus in æternum confitebor tibi.] Confitebor dixit, pro gratias agam. Quandoquidem enim dediſti mihi ex pœnitentia ueniam, & reduxiſti me ad gloriam, turpitudine ac confuſione ex peccatis ablata, propterea in omne æuum confitebor tibi. Quod enim tantum temporis interuallium fieri poſsit, quod tantorum beneficiorum obliuionem animæ meæ inducere queat.

Pſal 118.

1. Cor. 9.

Luc. 7.

2. Cor. 3.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO IN PSALMVM XXXII.

EXultate iuſti in Dño, rectos decet collaudatio.] Familiaris eſt Scripturæ uox exultationis, ualde alacrem ac lætũ animæ ſtatũ, ob ea quæ lætitia digna ſunt oſtendens. Exultate itaq; iuſti in Domino, nõ quũ uitæ facultates abundãt, non quũ corpus bona habitudine præditũ eſt, nõ quũ agri fructibus omnigenis referti ſunt: ſed qđ Dominũ habetis, tali pulchritudine, tali bonitate, tali ſapiẽtia præditũ. Sufficiat uobis lætitia in ipſo. Et ſanè uidet̃ propheta ob rem gratam aliquã lætitia ac gaudio affectus, ob hanc ipſam exultare. Quapropter iuſtos excitat ad dignitatis ſuæ ſenſum, ꝙ talis Domini ſerui eſſe digni facti ſunt, & ad exultandũ ꝓpter ſeruitutẽ ipſius cũ inenarrabili gaudio ac ſaltationib. corde uelut ſaliente ob afflationẽ dilectionis boni Dei. Si aliquãdo cordi tuo uelut lux illapſa, ingentem de Deo cogitationẽ induxit, ac animã tuã illuſtrauit, ut Deũ quidẽ dilexeris, mundum uerò & corporalia omnia cõtempſeris, ex obſcura illa ac breui ſimilitudine, totum iuſtorũ ſtatũ cognoſce, qui æqualiter ac indeſinenter lętitiã in Deo peragũt. Tibi equidẽ aliquãdo ac rarò incidit illud gaudiũ ſecundũ diſpenſationẽ Dei, quo te per modicũ guſtum ad recordationẽ perducat eorũ quibus priuatus es. At uerò iuſto perpetua eſt
Gal.5. diuina ac cœleſtis lætitia, propterea quòd ſemel in ipſo habitat ſpiritus. Primus aũt fructus ſpiritus eſt dilectio, gaudiũ, pax. Exultate igitur iuſti in Domino.] Velut locus iuſtorũ capax eſt Dominus, in quo qui eſt, eum neceſſe eſt lætari ac exultare. Fit etiã iu-
Eph.4. ſtus locus Domino, accipiens ipſum in ſeipſo. Nam qui peccat, locũ dat diabolo, nõ o-
Cap.10. bediens ei qui dicit, Neq; detis locũ diabolo: & Eccleſiaſtæ, Si ſpiritus poteſtatẽ habẽtis aſcenderit ſuper te, locũ tuũ ne dimiſeris. In ipſo itaq; Dño exiſtentes, & quantũ nobis poſsibile eſt ipſius mirabilia inſpicientes, ſic ex ſpeculatione cordib. noſtris lætitiã cõgregamus. Rectos decet collaudatio.] Quemadmodũ obliquus pes recto calceamento non adaptatur: ſic neque diſtorta corda decet Dei laudatio. Quapropter puto, uelut nõ decente dæmonũ os de Seruatore ſermone, aufert ab ipſis poteſtatẽ, ut ne ma-
Act.16. nifeſtũ ipſum faciant. & Pythonẽ Paulus increpat, ut ne ab impuro ſanctus cõmende-
Pſal.49. tur. Tale eſt & hoc, Peccatori autẽ dixit Deus, quare tu exponis iuſtificationes meas? Conemur itaq; fugere omne opus obliquũ ac tortuoſum, rectificemusq; mentẽ noſtrã uelut regulã rectã, itemq; animæ iudiciũ, quo ubi recti ſimus, deceat nos Domini collaudatio. Quẽadmodũ eñ peccati autor ac præceptor ſerpens obliquus dicitur, & gladius Dei inducitur ſuper draconẽ ſerpentem obliquũ, quia inter eundũ multas digreſſiones ac diuortia facit. Etenim dum ſerpentis tractus proreptat, inæqualiter per terrã proſerpit, quũ aliter procedant anteriores partes, & oblique inſequant̃ conſequentes, & rurſus ad cõtrariũ uergant poſtremæ. Quare qui ſerpentẽ ſequit̃, obliquã & inæqualem ac plenã cõtrarietatibus uitã ſuã demõſtrabit. Qui uerò retro Dominũ Deũ ambulat, rectas facit ſemitas, & recta ueſtigia pedũ ipſius. Rectus eñ eſt Dominus Deus noſter, & rectitudines nouit facies ipſius. Si duæ regulæ iuxta ſe collocatæ fuerint, rectitudo ipſarũ cõcinna ipſis eſt: ſi uerò diſtortũ lignũ ad regulã appoſitum fuerit, incongruum reperitur recto peruerſum ac obtortũ. Quandoquidem igitur recta eſt Domini
1.Cor.12. laudatio, recto opus eſt corde, ut deceat ac cõueniat ipſi laudatio. Si uerò nemo poteſt dicere Dominũ Ieſum, niſi in ſpiritu ſancto: quomodo proferes laudem, quum non habeas rectum ſpiritum in uiſceribus tuis innouatum? Confitemini Domino in cithara, & in pſalterio decem chordarũ pſallite ipſi.] Primum in cithara Domino cõfiteri oportet, hoc eſt corporis actiones cõcinnè abſoluere. quãdoquidem enim in copore peccauimus, quum membra noſtra ſerua peccato ad iniquitatem exhibuimus: corpore etiam cõfiteamur, eodẽ inſtrumento utentes ad peccati diſſolutionem. Conuiciatus es, benedicito: plusq; oportet accepiſti, reddito: ebrius fuiſti, ieiunato: arrogans fuiſti, humilia te: inuidiſti, cõſolare: occidiſti, teſtare, aut teſtimonio æquiualenter, per cõfeſsionem, corpus tuum afflige. Et tũc poſt cõfeſsionem, dignus es pſallere Deo in pſalterio decẽ chordarũ. Oportet eñ prius corporis actiones peragere, ut diuino uerbo cõcinnè abſoluantur, atq; ita ad intelligibiliũ ac ſpiritualiũ ſpeculationem procedere. Pſalterium eñ fortaſsis mens ipſa dicitur ſuperna quærẽs, propterea quòd organi huius con-

ſtructio, reſonantē uim ex ſupernis habet. Corporis itaq; opera uelut ex infernis cōfitentur Deo, myſteria uerò quę per mētem promittūtur, proceſſus ex ſupernis habent, mente uelut per ſpiritum ſonum ſuſcipiente. Qui igit ad omnia mandata reſpicit, ipſorumq; uelut cōcentum ac cōſonantiam facit, hic in pſalterio decem chordarū Deo pſallit, propterea quòd decem ſunt generalia præcepta iuxta primam legis traditionē ſcripta. Cantate Dn̄o canticū nouū.] Hoc eſt, nō in uetuſtate literæ, ſed in nouitate ſpiritus Deū colite. Qui nō corporaliter accipit legē, ſed ſpiritualem ipſius uim cognoſcit, is nouū canticū canit. Nam uetus & ſeneſcens teſtamentū tranſiit, nouū uerò & renouatum Dominicæ doctrinæ canticū nos excepit. Quæ ſanè doctrina iuuentutem noſtrā uelut aquilæ renouat, ubi corruperimus externū hominē, & renouati fuerimus de die in diem. Sed & qui ſe ad ulteriora extēdit, ſemper ſeipſo recentior euadit. Quare qui ſemper ſeipſo recentior fit, recentius canticū Deo canit. Recentius aūt cōſueto more, uel q admirabile eſt dicit, uel qđ recens in lucē productū eſt. Siue igit admirabilē modum omnemq; naturā excedentē Dominicæ incarnationis recenſes, recentius ac peregrinum cāticum canis. Siue totius mundi præ peccato inueterati regenerationē ac renouationem enarraueris & reſurrectionis myſteria annunciaueris: etiam ſic nouū ac recens canticū canis. Bene pſallite ipſi in uociferatione. Audite præceptū, bene pſallite. mētē nō ad alias res ſuſpenſa, affectu ſincero, in iubilo pſallite. Velut boni milites poſt partam de hoſtibus uictoriā, referte hymnos uictoriæ autori. Cōfidite inquit, ego uici mundum. Quis homiū ſufficiens eſt ad reluctandū diabolo, niſi ad protectionem potentiæ imperatoris cōfugientes, illinc à fide in ipſo feriamus, ac ſpiculis impetamus inimicū noſtrū? Bene igitur pſallite in uociferatione. Eſt autē uociferatio uox quædā inarticulata, ubi cōſtipatum in bello agmē cōſonanter inter ſe uocem edit. In conſonantia igitur ac conſpiratione & dilectionis unione pſallite. Quid igitur pſallentes dicere oportet? Quia rectū eſt uerbū Dn̄i. Propterea prius rectos ad laudationē uocat. nā rectū eſt etiā quod glorificandū eſt uerbū Dn̄i, in principio exiſtēs & apud Deū ac Deus exiſtens. Rectus igitur eſt pater, rectus filius, rectus ſpiritus ſanctus. Et omnia opera ipſius in fide.] Quid eſt quod dicit? Opus eſt cœlū, opus terra, opus mare, aer, inanima omnia, animata, rationalia, bruta. Quomodo igitur omnia in fide? quę fides eſt in inanimis? qualis fides brutorū? qua fides is in lapide? qualis fides in cane? Neq; inanime, neque brutū in fide eſt, ſententia tamē nihil excepit, ſed omnia cōprehendit quū dixit, Omnia opera ipſius in fide. Quid igitur eſt quod dicit? Siue cœlum inquit inſpexeris, ordinēq; in ipſo, fidei dux eſt. Oſtendit eīm opificē per ſeipſum. Siue cōſtructiones circa terrā, rurſus etiam per has augetur fides in Deum. Non eīm carneis oculis de Deo docti credimus in ipſum: ſed per mentis potentiam per uiſibilia inuiſibilem conſpicimus. Omnia igitur opera ipſius in fide. Siue lapidem conſideraueris, habet etiā ipſe aliquam potentiæ cōditoris demōſtrationem, ſiue formicā, ſiue culicē, ſiue apem. Sępe etiam in minutiſsimis opera Dei elucent. Qui eīm cœlū extendit, & immenſas pelagorū magnitudines diffudit, hic eſt qui etiā tenuiſsimū apis aculeum, uelut tibiam cauauit, ut per ipſum uirus effundatur. Omnia igitur opera ipſius in fide. Nulla tibi incredulitatis ſit occaſio. ne dixeris, Hoc prout cōtigit, fortuitò factū eſt, hoc ſua ſpōte prouenit. Nihil inordinatum eſt, nihil indefinitum, nihil fruſtra factum, neq; quicq; rerū fortuitò fertur. Aut malus caſus, aut praua hora: uoces ſunt ineruditorū. Non ne duo paſſeres aſſe ueneunt, & unus ex ipſis nō cadet citra Dei uoluntatem? Quot ſunt capilli capitis, & unus ex ipſis nō eſt obliuioni traditus? Vides diuinū oculū, quod nihil minutiſsimarū rerum inſpectionem ipſius effugit? Diligit miſericordiā & iudiciū, miſericordia Domini plena eſt terra.] Si per ſe exiſteret iudiciū Dei ita ut nobis præciſe pro dignitate noſtra retribueret ad ea quæ fecimus, qualis erat ſpes? quis ex omnibus ſaluus fieret? Nunc uerò diligit miſericordiā & iudiciū, & miſericordia uelut in aſſeſſoris locum ſibiipſi conſtituta, regioq; iudicij throno præpoſita, ſic ſingulos ad iudiciū adducit. Si iniquitates obſeruaueris Domine, Domine quis ſuſtinebit?] Neq; miſericordia citra iudicium, neq; iudiciū citra miſericodiā eſt. Ante iudicium igitur diligit miſericordiam, & poſt miſericordiā uenit ad iudiciū. Hęc autem inter ſe coniugata ſunt miſericordia cum iudicio: quo neq; miſericordia ſola ſecuritatē inducat, neq; iudicium ſolum deſperationē operetur.

Ioan. 16.

Matth. 10.

operetur. Vult tuî miſereri iudex, & ſuam miſericordiã impartiri, uerùm ſi repererit te poſt peccatũ humilem, contritum, multum deplorantẽ praua opera, quæ latenter facta ſunt citra pudorẽ publicantẽ ita ut roges fratrẽ quo collaboret tecum ad accipiendam ſanationem: in totum miſerabilem te factum ſi uiderit, largã ſuam miſericordiã tibi ſuppeditat: ſi uerò cor impœnitens inuenerit, ſpiritumq́ ſuperbum, & incredulitatẽ de futura uita, & nullũ iudicij timorẽ, tũc iudiciũ ſuper te diligit. Quemadmodũ eñ bonus medicus ac humanus fomentis prius ac linimẽtis mollib. tumorẽ ſedare conat̃: poſtq́ uerò uiderit molẽ nihil remittere, atq; induratã reniti, abiecta miſericordia ac molli cura, de cætero ferri uſum eligit. Diligit igitur miſericordiã in pœnitentibus, & diligit iudicium in obſtinatis. Tale quid etiã Eſaias Deo dicit: Miſericordia tua in librã: nam etiã ille miſericordiã cum iudicio producit, eius qui libra & numero ac pondere iuxta uniuſcuiuſq; dignitatẽ rependit. Miſericordia Dñi plena eſt terra. Hic diſiuncta eſt à iudicio miſericordia. Sola eñ miſericordia Dñi plena eſt terra, iudicio in definitũ tẽpus repoſito. Hic igit̃ miſericordia eſt ſine iudicio. Non eñ uenit ut iudicet mundũ, ſed ut ſaluet mundũ. Illic uerò non eſt iudiciũ ſine miſeri cordia, ꝓpterea quòd impoſsibile ſit hominẽ purũ à ſordibus repetiri, etiãſi una tantũ dies natiuitatis ipſius fuerit. Quare ſi quis uideat maliciã quo tidie ulterius depaſcentem, & fragile hominum genus infinitis mortibus ob peccata dignũ eſſe, admirabitur diuitias bonitatis Dei, patientiæq́ ipſius ac lõganimitatis. In terra tamẽ exiſtentes, miſericordia opus habemus. Nam qui in cœlo ſunt, digni ſunt ut beati prædicent̃, nõ miſericordia. Aut fortaſsis propter cõdemnationẽ ex peccato nobis inductã, terra nos dicimur, qui illud à Deo audiuimus, Terra es, & in terrã reuerteris: qui pleni ſumus miſerationũ Dei. cũ eñ mortui eſſemus peccatis ac delictis, miſertus noſtri Deus uiuificauit nos cũ Chriſto. Verbo Dñi cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris ipſius omnis uirtus eorũ.] Vbi ſunt qui ſpiritũ cõtemnunt? ubi ſunt qui ipſum ab opifica potentia ſeparãt? ubi qui ipſum à cõiunctione ad patrẽ ac filium dirimũt? Audiãt pſalmũ dicentẽ, Verbo dñi cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris ipſius omnis uirtus eorũ. Neq; eñ uerbũ cõmunis hic ſermo cenſebit̃, ex nominib. ac uerbis cõſtitutus Neq; ſpiritus uapor eſt qui in aerem diffundit̃. Sed & uerbũ quod in principio erat apud Deũ, & ſpiritus ſanctus qui priuatim hanc appellationẽ obtinet. Quemadmodũ igitur uerbũ opifex firmauit cœlũ, ſic ſpiritus ex Deo qui ex patre procedit, hoc eſt ex ore ipſius: ut ne externũ quid & creaturã ipſum iudices, ſed uelut ex Deo ſubſtantiam habentem glorifices: uniuerſas potentias in ipſo contulit. Spiritu igitur omnis uirtus ſupercœleſtis firmata eſt. hoc eſt, Firmitatem ac conſtantiam, in ſanctificatione & omni ſanctis uirtutibus conueniente potentia, ex ſpiritus auxilio habet. Hic igit̃ ſpiritus oris ſcriptus eſt, inueniemus aũt etiã alibi uerbũ oris ipſius dictũ, quo intelligatur ſeruator ipſe, & ſanctus ipſius ſpiritus ex patre. Quãdoquidẽ igit̃ uerbũ quidẽ dñi eſt ſeruator, & ſpiritus oris ipſius ſpiritus ſanctus, uterq; aũt cooperatus eſt in creatione cœlorũ ac uirtutũ in ipſis, ꝓpterea dictũ eſt, Verbo dñi cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris ipſius omnis uirtus ipſorũ. Nihil eñ ſanctificatur niſi per præſentiã ſpiritus. Angelorũ itaq; ad eſſentiã proceſſum, opifex uniuerſorũ creator uerbũ produxit: ſanctificationẽ aũt ipſis ſpiritus ſanctus cõtulit. Nõ eñ infantes creati ſunt angeli, deinde paulatim exercitio perfecti, ſic ad ſpirtũ ſuſcipiendũ digni facti ſunt: ſed in prima compage ac uelut maſſa ſubſtantiæ ipſorum, ſanctitatis primordia ſimul iacta habuerũt. Quapropter etiã ægrè ad maliciã tranſire poſſunt, ſtatim ſanctificatione uelut tinctura quadam corroborati, & ſtabilitatẽ ad uirtutẽ ex dono ſancti ſpiritus habentes. Congregans ſic ututrem aquas maris, ponens in theſauris abyſſos.] Nõ dixit, Congregans aquas maris ſicut in utre, ſed ſicut utrem congregans aquas maris. Cõſidera porrò mihi utris naturã, quæ nunc quidẽ inflatur, ubi per cõcluſum intus ſpiritũ corium fuerit diſtentum: nunc uerò rurſus cõtrahitur, ubi ſeceſſerit is qui extẽdit. Sic itaq; etiã mare aliquando intumeſcit ac efferueſcit, uentis efferatũ ac tumẽs, aliquando uerò rurſus præ tranquillitate ad humilitatẽ cõtrahitur. Igitur uelut utrem, ſic cõtrahit ac humiliat Dominus aquam maris. Inuenimus autem in quibuſdam exemplaribus, Congregans uelut in utre aquas maris: ad ueterem hiſtoriam hoc ſermone nos remittente, quando rubrum mare nemine ipſum diuidente, neque continente, ipſum ad ſeipſum contra-

Cap 54.

Gen. 3.

Ioan. 1.

Ioan. 15.

ctum eſt

ctum eſt, uelut utri cuidam illigatum, diuino mandato ipſum profundi non ſinēte. Po-
nens, inquit, in theſauris abyſſos. Ad cōmunem intelligentiã magis congruũ erat dice-
re, ponens in abyſsis theſauros: hoc eſt, in arcano cōtinens ſuas diuitias. Nunc uerò ue-
lut opes quaſdã diuinis theſauris dignas, abyſſos ipſas eſſe dicit. Nunquid igitur ratio-
nes de iudicio Dei inenarrabiles, & humanæ menti incomprehenſibiles, abyſsi dicun-
tur? quum in ſola Dei cognitione repoſitę ſint rationes, iuxta quas ſingula gubernant.
Nam quod iudicia de ſingulis abyſsus appellata ſunt, in alio pſalmo edocti ſumus di-
cente, Iudicia tua abyſſus multa. Si igitur inquiſieris cur peccatoris uita prolongatur, Pſal. 35.
iuſti autem dies cohabitationis contrahuntur. Cur iniuſtus opulentus eſt, iuſtus autē
tribulatur. Cur naufragia, terræmotus, ſiccitates, pluuiæ. Cur quæ lethalia hominibus
ſunt, creata ſunt: quur alius eſt ſeruus alius liber: alius diues, alius pauper. Sed & multa
eſt in peccatis, perperamq́; ac rectè factis differentia. Hęc em̃ lenoni uendita, ad neceſ-
ſitatē eſt in peccato: illa uerò ſtatim dominã bonã nacta in uirginitate educata eſt. Cur
hæc quidē cōdemnata eſt, illa uero beneficio affecta. Et quæ ſit in ſingulis his à iudice
retributio. Hæc omnia ubi animo tuo uolutaris, cogita quod abyſſus ſunt iudicia Dei,
& propterea quòd in diuinis theſauris cōcluſa ſunt, nō à quibuslibet facilè cōprehen-
di poſſunt. Sed & credēti promiſſio data eſt à Deo, nimirũ dabo tibi theſauros occul- Eſa. 45.
tos inuiſibiles. Poſtquam igitur cognitione à facie ad faciē digni facti fuerimus, uidebi
mus etiã in theſauris Dei abyſſos. At uerò ſi collegeris ea quę in Scriptura de utrib. di-
cta ſunt, magis peruenies ad propheticæ ſententiæ cognitionē. Qui igitur de die in
diem renouant, & uinũ nouũ à uera uite capiunt, utres noui eſſe in euangelio dicunt.
Qui uerò nondũ ueterem hominē depoſuerũt, utres ueteres ſunt, quibus noui uini ſu- Mat. 9.
ſceptio cōcredi nō poteſt. Nemo em̃ mittit nouũ uinũ in utres ueteres, ut ne & uinum
effundatur, & illi utres penitus pereant, nulla amplius uenia digni iudicati, ſi bonum &
nouum uinũ effundant. Vinũ em̃ nouũ in nouos utres mittendũ eſt. Nouũ & ſpiritale
uinũ & ſpiritu ſancto feruēs, ipſum uidelicet nondũ ueteraſcentē ueritatis intellectum,
in nouũ hominē mittere cōuenit: qui propterea quòd ſemper mortificationem Ieſu in
corpore circumfert, meritò ſanè uter eſſe dicit. Timeat Dominũ omnis terra, ab ipſo
autē cōmoueantur omnes inhabitantes orbē.] Quandoquidē timor Dominũ initium Prouerb. 1.
eſt ſapiētiæ, qui terrenis rebus dediti ſunt, per timorē erudiant. Neceſſariò em̃ uelut in
troductorius ad pietatē timore aſſumit: dilectio uerò deinceps ſuccedens, à timore ſci
entifico adaptatos perficit. Omni igitur terræ timorē præcipit hic ſermo. Cōmouean-
tur aũt, inquit, omnes inhabitãtes orbem. hoc eſt, omnis motus, tum qui mēte, tum qui
corporali actione perficit, ſecundũ Dei uoluntatē ipſis perficiat. Sic em̃ intelligo quod
dixit, Cōmoueant ab ipſo. uerbi gratia, neq; oculus moueat ſine Deo, neq; manus agi-
tet ſine Deo, nec cor cogitet quę Deo nō placēt. Et in ſumma, à nullo alio cōmoueant,
neq; ipſos quid moueat, niſi Dei timor. Quoniã ipſe dixit, & facta ſunt, ipſe mãdauit
& creata ſunt.] Ad duo præcedentia, duo induxit. Timeat omnis terra, & cōmouean-
tur omnes inhabitãtes orbē. Ipſe dixit, & facta ſunt, ipſe mãdauit & creata ſunt. Quãdo
quidē compoſitus eſt homo exterreno corpore, & ex inhabitãte corpori anima, terra
quidē dicit quod ex terra effictũ eſt: inhabitãs aũt orbē anima cōuerſationē in corpore
adepta. Terrę itaq; cōuenienter expreſſum eſt, Ipſe dixit, & facta ſunt: ita ut de figmēto
quidē noſtro ex terra dixerit, facta ſunt: de ea uerò quę ſecũdũ imaginē Dei creata eſt,
creata ſunt. Quoniã uerò creatio ſæpe de tranſmutatione in melius accipitur, uelut in 2. Cor. 5.
hoc, Si quę in Chriſto noua creatura, Et hoc ut duos crearet in unũ nouũ hominē: for-
taſsis facta ſunt, de prima hominis ad eſſentiã ꝓductione dicit: uerùm creata ſunt, de ſe-
cunda per gratiã Chriſti regeneratione. Quantũ aũt à ſimplici uerbo differt mandatum
Dei, tãta eſt creationis ad generationē differentia. Dñs diſsipat cōſilia gentiũ, repro-
bat aũt cogitationes populorũ.] Expoſitio eſt precedētis. quomodo creauit Deus eos
qui in ipſum crediderũt, ex eo quod diſperſit ſtolida cōſilia gentiũ, quæ habuerunt cir-
ca idololatriã & circa omnem uanitatē. Et reprobat cōſilia principũ.] Poſſunt hæc &
ad paſsionis tempus referri, quãdo hi quidē putabãt ſe crucifigere regē gloriæ. Ille ue-
rò per crucis diſpenſationem reuouabat humanũ genus. Nam in reſurrectione diſsipa
batur conſilium gentium, Pilati ac militum, & qui crucifixionem peregerant. Repro- Mat. 28.
babantur

babantur autē conſilia principū,pontificum & ſcribarū ac regum populi. Reſurrectio enim omne ipſorū conſilium diſſoluit. At uerò ſi relegeris per ſingulas hiſtorias, quæ circa incredulas gentes operatus eſt Deus,comperies etiam iuxta corporalē intelligen
4.Reg.6. tiam,hoc pſalmi dictū multā uim habere. Quando eñ Iorā filius Achaab regnauit in Iſrael,tunc rex Syriæ filius Ader, multa potentia ac ualida manu,exercitu collecto Samariā obſederat,ut neceſſaria ipſis deficerent,& caput aſini quinquaginta ſiclis argenti emeretur,& quarta pars menſuræ cabi appellatæ,ſtercoris columbini,quinque ſiclis argenti. Tunc itaq; ut promiſsio Eliſſæi impleretur,diſsipata ſunt cōſilia Syriæ,& relictis tentorijs ſuis, omniq; ſupellectile fugerunt, tanta opulentia in Samaria relicta, ut menſura ſimilaginis ſiclo,& duæ menſuræ hordei uno ſiclo uenum proponerētur. Sic igitur Dominus nouit diſsipare conſilia gentium.Quomodo uerò reprobet cogitationes principum,in Achitophel didicimus, quando uotū optauit Dauid dicens, Diſsipa modò conſiliū Achitophel. Quum igitur audieris aliquē magnas minas intentantem,& omnigenas afflictiones tibi ſe immiſſurū iactantem,damna item ac plagas, aut mortes:reſpice ad eum qui diſsipat cōſilia gentiū, & reprobat cogitationes populorū.

Conſiliū autē Domini in æternū manet.Cogitatiões cordis ipſius in generationē & generationē.] Non uides gentiū dogmata,& inanem hanc philoſophiam, quomodo ſubtiles & eximij circa dogmatum inuentiones ſunt, tum in rationalibus ſpeculationibus,tum in moralibus cōſtitutionibus,itemq; in rationibus naturalibus alijsq; dogmatibus ſpeculatiuis appellatis? Quomodo omnia diſsipata ſunt & inutilia facta,ſola autem euangelij ueritas nunc in omni repub.uerſatur? Multa enim ſunt in cordibus hominum conſilia.Sed conſiliū Domini prædominatur.Et ſanè neceſſarium eſt, ſi modò ſtabile & firmum Dei conſilium in animis noſtris manere debet, ut humani cogitationes prius in nobis diſsipentur Quemadmodū eñ is qui ſcribere uult in cera,prioribus deletis figuras quas uoluerit immittit: ſic oportet cor quod diuina oracula clarè ſuſcepturū eſt,purū prius ab omnib. cōtrarijs cogitationib. reddi. Cogitationes cordis ipſius in generationē & generationē.Quoniā duo ſunt populi electi,& duo teſtamenta ſunt ipſis donata:poſſūt iuxta hoc quod dicit, Cogitationes cordis ipſius in generationem & generationem : generationis uoce bis nominata, duæ etiam cogitationes intelligi. Vna,ſecundū quam prius teſtamentū ſuſcepimus : altera, quæ nouā & ſalutarē Chriſti doctrinā nobis largita eſt. Beata gens, cuius eſt dominus Deus eius,populus quem elegit in hæreditatē ſibi.]Nemo beatū prædicat populū Iudęorū, ſed populum ab omnibus populis optimis quibuſq; ſelectis electū.Nos eñ ſumus gens illa, quorū
1.Pet.2. eſt dñs Deus noſter:nos ſumus etiā populus,quē elegit in hæredetatem ſibijpſi. Gens quidem propterea quòd ex multis gentibus ſumus collecti,populus autem propterea quòd pro abiecta populo aduocati ſumus.Et quoniā multi ſunt uocati, pauci uerò ele
Mat.20. cti,beatum prædicat non uocatum,ſed electū.Beatus quem elegit,inquit. Quę eſt autem cauſa beatitudinis ? hæreditas æternorum bonorū quæ expectatur.Aut nunquid
Rom.11. quia iuxta Apoſtolū,poſtq; ſupplementū gentiū ingreſſum fuerit,tunc omnis Iſrael ſaluabitur : primū beatum prædicat ſupplementū gentium, deinde Iſraelē,qui poſtea ſaluatur ? Saluatur autē non quilibet,ſed reliquiæ tantū ſecundum electionē gratiæ.quapropter dicit, Populus quē elegit in hæreditatē ſibi De cœlo reſpexit Dominus, uidit omnes filios hominū , de præparato habitaculo ſuo.] Eos qui manēt in propria dignitate,& humanæ naturæ cōuenientia faciunt, ex ſupernis inſpicit Dominus.Eos ue
Gen.18. rò qui ad extremā maliciam delati ſunt,aliter uiſitat,per hoc quòd ipſe deſcendit. Clamor eñ,inquit,Sodomorū & Gomorræ multiplicatus eſt, & peccata ipſorum magna ualde : deſcendam igitur & uidebo, an iuxta clamorē ipſorū qui ad me uenit, res perficiuntur.Et rurſus, Deſcendit ad uidendū ciuitatem ac turrim quam ędificauerūt filij hominum Hoc loco autē de cœlo reſpexit Dominus, uidit omnes filios hominū. Conſidera altum ſpectatorem ,cōſidera ex ſupernis humanas res inſpicientē quocunq; tandem iueris,quicquid tandem egeris,ſiue in tenebris ſiue in die, inſpectantē habes Dei oculum,ex parato habitaculo ſuo.non aperiuntur portæ, non cōtrahuntur uela, paratum eſt ad ſpeculationem habitaculū Dei,omnes filios hominum inſpicit, ne unus quidem conſpectū ipſius effugit, nō tenebræ,non parietes contegentes, nullum impedimentum

mentũ oculis Dei obſtat. Qui tantum abeſt, ut ne ſingula inſpiciat, ut etiam corda introſpiciat, quæ ipſe finxit citra deterioris ammixtionẽ. Simplex eñ ipſum finxit, ſecundum ſeipſum imaginem ſeruans cor, opifex hominũ Deus. Poſtea uerò ipſum per implicationẽ ad affectus carnis, uarium & omnigenũ noſipſi effecimus, diuina ipſius ſpeciẽ ſimplicitateq́ ac uniformitate corrupta. Quandoquidẽ igitur cordium opifex eſt, propterea etiam intelligit omnia opera noſtra. Opera autem dicimus etiam ſermones ac cogitationes, & omnẽ in uniuerſum hominis motũ. Nã quali affectione & quo propoſito, utrum ad hominũ cõplacentiam, an ad miniſteriũ datorum nobis à Deo præceptorum, ſolus nouit qui omnia opera noſtra intelligit. Et ob id etiã de omni uerbo ocioſo reddimus rationem, & uſq; ad poculum frigidæ aquæ, mercedẽ non perdimus, propterea quòd omnia noſtra opera intelligit Dominus. Non ſaluatur rex per multã uirtutem.] Nõ militaris potentiæ munimentum, nõ muri urbiũ, nõ pedeſtris phalanx, nõ equeſtris poteſtas, nõ nautici roboris apparatus, regi ſalutẽ uẽdicat. Dominus eñ cõſtituit reges ac deponit, & nõ eſt poteſtas quæ nõ ſit à Deo cõſtituta. Saluat̃ igitur rex, nõ per multam uirtutem, ſed per diuinã gratiam. Quare etiã per hæc uerba uerus eſt ille ſermo, nempe, Gratia ſaluati eſtis. Quemadmodũ neq; agricola tantũ per agriculturæ diligentiam aſſequitur fructum, quantũ per culta augentẽ Deum. neq; enim qui plantat, aliquid eſt, neq; qui rigat, ſed qui incrementũ præbet Deus. Si uerò cor regis in manu Dei, non ſeruatur per armorum potentiam, ſed per manuductionem diuinam. In manu autem Dei eſt nõ quilibet, ſed qui dignus eſt regis appellatione. Definiuerunt porrò quidam regnum eſſe legitimã præfecturam, aut principatũ ſuper omnes nõ obnoxium peccato. Et gigas non ſeruabitur in multitudine roboris ſui.] Gigantem dicit qui naturali potentia ac corporali robore utitur. Neq; igitur rex auxiliũ ex armis ſufficiens habet ad ſalutem, neq; fortis ſibijpſi ad omnia auxiliari ſufficiens eſt. Imbecillitas enim & impotentia ſunt omnia ſimul humana, ſi ad ueram potentiã comparentur. Propterea imbecillia mũdi eligit Deus, quo pudefaciat fortia. Et ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem, ut deſtruas inimicum & ultorem. Maximè enim effulget diuina gratia in infantibus ac rudibus operans. Fallax equus ad ſalutẽ, in multitudine autẽ potentiæ ſuæ non ſeruabit̃.] Reiectus eſt ab uſu ſanctorũ equus. Et neq; in bellis proſperitate uſus Iſrael, unq̃ equeſtri potentia uſus fuiſſe uidetur. Neq; priuatim quiſq; ſanctus uſum equorũ uelut cõuenientem ſuſcepit. At uerò Pharao equitatu utitur, & Senacherib ſuperbus opulentia equorum ſe iactat. Quapropter Pharaonis equum & inſcenſorem proiecit in mare: omnes aũt equites ipſius Senacherib dormitauerunt. Vnde etiam lex per Moſen lata de regibus legem ferens, nõ multiplicabit inquit, ſibijpſi equum. In multitudine autẽ potentiæ ſuæ non ſeruabitur.] Quũ enim infirmus ſum, inquit, tunc potens ſum. Multitudo aũtem potentiæ corporalis, impedimento eſt ad ſalutem ſpiritus. Ecce oculi Domini ſuper metuenteseum.] Alibi dictum eſt, Oculi Domini ſuper iuſtos: hic uerò, Super timẽtes eum. quũ nos ad Dominũ reſpexerimus, fuerintq́; oculi noſtri ad ipſum, ut dicere poſsimus, Ecce ſicut oculi ſeruorũ in manus dominorũ ſuorum, ſic oculi noſtri ad dominũ Deum noſtrũ: Tunc uelut attrahimus oculum Domini ad noſtri inſpectionẽ. Sperantes in miſericordiam ipſius.] Humilitatẽ ſeruientiũ domino oſtendit. Quomodo in miſericordiã ipſius ſperant? Qui non cõfidit in proprijs ſuis factis, neq; ſperat iuſtificari ex operibus, ſolam ſalutis ſpem habet in miſeratiões Dei. Vbi eñ cogitauerit hoc, ecce dñs & merces ipſius, ut reddat unicuiq; iuxta opus ſuum: & reputauerit ſecũ ſua opera praua, timet quidem ſuppliciũ, & formidat minas. Vt autẽ ne abſorbeatur prę mœrore, bona ſpe præditus eſt, ad miſeriationes & benignitatem Dei reſpiciẽs. Sperat autem q liberabitur anima ipſius ex morte, & enutriet̃ ab ipſo in fame. Anima noſtra ſuſtinet Dño, quia adiutor & protector noſter eſt.] Exhortionẽ habet hic ſermo ad patientiã, ut etiam ſi inuadamur ab aliquo tribulante nos, nõ tamen ſecedamus à dilectione Dei quæ eſt in Chriſto Ieſu, ſed tota anima ſuſtineamus aduerſa, auxiliũ à Deo expectãtes. Quia in ipſo lætabit̃ cor noſtrũ, & in nomine ſancto ipſius ſperauimus.] Hoc cõſonum eſt his quæ in principio pſalmi dixit: Exultate iuſti in Dño. Et, in ipſo lætabit̃ cor noſtrũ. Et mihi uidet̃ in hanc ſententiã dixiſſe Apoſtolus, hoc: In his omnibus ſuperamus ac

Mat. 12.
Gal. 2.
1. Cor. 3.
Prouerb. 21.
Exod. 15.
Deut. 17.
Pſal. 33.
Rom. 8.

Rom.5. uincimus nos per eum qui dilexit nos. Et hoc, non ſolum autē, ſed etiam gloriantes in tribulationibus. Quū enim dixiſſet Pſalmiſta, Anima noſtra ſuſtinet Domino: ut demonſtret quòd non uiolenter, neq; preſſus ab anguſtijs patientiam oſtentet, ſed cum omni gaudio afflictiones pro nomine ipſius ſuſcipiat: non ſolum, inquit, ſuſtinemus, ſed etiam in ipſo lætabitur cor noſtrū. Et in nomine ſancto ipſius ſperauimus. Sufficit nobis nominari Chriſtianos, ad hoc ut omnes inſultus ab aduerſarijs imminētes effugiamus. Sanctū autē dicitur eſſe nomē Dei, non omnino quòd in ſyllabis uim aliquā ſanctificatoriā habeat, ſed quòd omnis ꝓprietas Dei, & notio eorū quæ præcipuè circa ipſum ſpeculamur, ſancta eſt & pura. Fiat Domine miſericordia tua ſuper nos, quēadmodum ſperauimus in te.] Vides quomodo peritè ac prudenter orauit? Propriam affectionē, menſuram fecit ſuppeditationis miſerationū Dei. Tanta, inquit, fiat miſericordia tua ſuper nos, quātam nos iam in te ſpem cōiecimus. Omnis autē noſtra ſpes eſt de perueniendo ad requiem, quo transformato corpore humilitatis noſtræ, cognoſcamus ipſum hoc cōforme factum corpori glorię, in Chriſto Ieſu domino noſtro. Cui gloria & imperium in ſecula. Amen.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO IN PSALMVM XXXIII.

PSALMVS Dauid, quando immutauit faciem ſuam corā Abimelech, qui dimiſit ipſum & abijt. Ad duo argumenta trahit nos pſalmi ſentētia. Nam & ea quæ in Noba ciuitate ſacerdotū facta ſunt à Dauide, inſcriptioni cognata eſſe uidētur. Et quæ in Geth apud Anchus regem alienigenarum. Immutauit em̄ faciē ſuam, & quādo cum Abimelech ſacerdote loquutus eſt, occultās quidē fugā, ſimulans autem pręcepto regio ſe inſeruire, eiuſq; ſtudioſum eſſe. Quādo etiam panes propoſitionis accepit, & gladiū Goliath. Immutauit item faciem ſuam quum in medio hoſtiū cōcluſus audiuit ipſos inter ſe loquētes, & pręparan-
1.Reg.29. tes ſe ad uindictā percepit. Dixerunt em̄, inquit, ſerui ac miniſtri Anchus inter ſe: Non hic eſt Dauid rex terræ? Nō huic per choros canebāt, hæc uerba: Percuſsit Saul mille, & Dauid decem millia? & timuit, inquit, Dauid faciem Anchus, & immutauit faciem ſuam ac oculos ſuos. Quomodo igitur inſcriptio Abimelech nominat, hiſtoria aūt tradit Anchus regem Getthæorū? Talem quandā rationem ex traditione ad nos delatā habemus, nimirum quòd reges alienigenarū cōmune quidem habuerunt nomē Abimelech: propriū uerò unuſquiſq;, quo appellabatur. Queādmodū etiā in Romano regno uidere eſt, Cæſares in cōmuni appellari, itemq; Auguſtos: alia uerò popria nomi-
Gen.41. na ipſos poſsidere. Talis eſt & apud Aegyptios Pharaonū appellatio. Nam & Pharao
Exod.2. appellatur is qui Ioſeph tempore regnauit. Pharao item qui poſt quatuor generatio-
3.Reg.3. nes tempore Moſis Aegypti rex fuit. Pharao etiā is qui iuxta tempora Solomonis re-
Hier.46. gnū tenuit. Accepit em̄, inquit, filiam Pharao. Sed & qui temporib. prophetæ Hieremiæ uixit, Pharao appellatur. Sic etiam Abimelech iuxta tempora Abraæ erat, & ętate Iſaac, & de quo nūc dicitur in temporibus Dauidis. Et de eo quidē qui tempore Abraę erat, dictū eſt. Et dixit Abimelech, & Ochozath pronub. ipſius, & Philoch prin-
Gen.20. ceps exercitus eius ad Abraam, dicēs. Et rurſus de eo qui tempore Iſaac uixit. Multo autem tēpore moratus eſt illic, quū uerò proſpexiſſet Abimelech rex Philiſtijm per
Gen.26. feneſtrā, uidit Iſaac ludentē cum Rebecca. Sic etiam nunc iuxta tempora Dauidis A-
2.Reg.11. bimelech dictus eſt in inſcriptione cōmuni regni nomine. Verùm Anchus nomē traditum ab hiſtoria, quod proprium ex natiuitate poſsidebat. Coram hoc itaq; immutauit faciē ſuam mente motus inter manus famulorū, & ſtertens ad portas urbis, deflue bantq;, inquit, ſaliuæ in barbam ipſius, ut diceret Anchus ad famulos: Cur adduxiſtis ipſum ad me? nunquid opus habeo ego lunaticis ac comitiali morbo correptis, ut introduceretis ipſum quo eo morbo corriperetur corā me? Et ſic illinc dimiſſus, ſeruatus eſt, inquit, in ſpeluncā Odollā. Igitur tanq; ex magno periculo elapſus, has gratiarū actiōes liberatori Deo tranſmittit. Benedicam, inquit, Dominū in omni tempore.] Elapſus ex mortis periculo, uelut terminos uitæ ſibijpſi præſcribit, animā ſuam ad politiæ promptitudinē figurans, ut nullo tempore benedictionē relinquat, ſed & magnarum & paruarū rerū principia ad Deū referat. Nō putabo, inquit, iuxta meā diligētiā aliquid

aliquid fieri,neq; ex fortuito ac ſpontaneo caſu cõtingere.Sed in omni tempore bene dicã Dominũ,nõ ſolũ in uitę ꝓſperitatibus,ſed etiã in temporib. aduerſis ac calamito ſis.Hinc edoctus apoſtolus:Semper,inquit,gaudete,indeſinẽter orate,in omnib.gra- tias agite. Vides quãta ſit uiri dilectio? non deſpondebat animũ propter malorũ aſsi- duitatẽ,quũ non ſolũ ex patria expulſus eſſet,& ab amicis ac domeſticis poſſeſsionib. ſed etiã hoſtibus traditus eſſet per neceſsitatẽ,ut ferè ab ipſis dilaniaret:non dixit,Vſ- quequò aſsiduitas malorũ,non deſperauit ad tribulationũ prolongationẽ gnarus q̃d tribulatio patientiã operatur,patientia probationẽ,probatio ſpem.Reuera .n. his qui probè inſtructi ſunt,tribulatiões uelut alimẽta quædã athletica ſunt exercitamẽtaq;, quæ decertatorẽ ad paternã gloriã deducunt, quũ conuicijs impetiti benedixerimus, blaſphemijs laceſsiti conſolati fuerimus,oppreſsi gratias egerimus,tribulati in tribula tione gloriati fuerimus. Turpe eñ eſt nos benedicere in rebus ſecundis,ſilere uerò in triſtib. ac aduerſis.Imò tũc etiã amplius gratias agere oportet,quũ gnari ſimus,quòd quẽ diligit Dñs, caſtigat:flagellat autẽ omnẽ filiũ quem ſuſcipit. Semper laus eius in ore meo.] Videtur impoſsibile quiddã ꝓmittere ꝓpheta. Quomodo .n. ſemper laus Dei in ore hominis eſſe poteſt? quãdo profert conſuetos ac corporales ſermones, nõ habet laudẽ Dei in ore: quãdo dormit, omnino tacet.Edentis autẽ & bibẽtis os quo- modo operari poteſt? Ad hoc ſanè reſpõdemus, quòd eſt quoddã intelligibile ac ſpi- rituale os interni hominis,per q̃d nutritur qui aſſumit ſermonẽ uitæ,qui eſt panis qui de cœlo deſcendit.De illo ore etiã Propheta dicit,Os meũ aperui & attraxi ſpiritum. Illud etiã Dñs nos amplũ habere prouocat, ad luculentiorẽ alimẽtorũ ueritatis ſuſce- ptionẽ. Dilata,inquit,os tuũ,& implebo ipſum.Poteſt igit notio Dei ſemel impreſſa, & uelut ſigillo obfirmata in principali animę parte,laus Dei appellari,ſemper in ani- ma exiſtẽs.Poteſt etiã iuxta apoſtolicã admonitionẽ,uir bonus omnia facere ad glori am Dei,ut omne factũ & omne uerbũ,& omnis actio intelligibilis,laudis uim obtine at. Siue eñ edit iuſtus,ſiue bibit,omnia in gloriã Dei facit.Tali dormiẽte cor ipſum ui gilat,iuxta eũ qui in Cantico canticorũ dicit.Ego dormio,& cor meũ uigilat.Imagina tiones enim in ſomno fermè extremæ reſonantię ſunt diurnarũ cogitationũ.In Domi no laudabit̃ anima mea.] Nemo, inquit, meã induſtriã per quã ex periculis ſeruatus ſum laudet.Non in potentia hominis aut in ſapientia,ſed in gatia Dei eſt ſalus.Nõ glo rietur,inquit,diues in diuitijs ſuis neq; ſapiens in ſapientia ſua, neq; fortis in fortitudi ne ſua: ſed in hoc glorietur q gloriat̃,in eo quòd intelligit ac cognoſcit Dominũ De- um ſuum. Vides quomodo Apoſtolus cooperatores in euangelio laudet? qui eſt cõ- ſeruus ac miniſter noſter in Dño.Si uerò quis ob corporis pulchritudinẽ,aut parentũ claritudinẽ laudatur, nõ in Dño laudat̃ anima ipſius, ſed in uanitate unuſquiſq; taliũ exiſtit. Neq; eñ artes quæ in medio uerſantur, quod uerè laudabile eſt habent, nauiũ gubernatores,medici, rhetores, architecti, urbiũ ædificatores, aut qui pyramides uel labyrinthos,uel alia quędã ſumptuoſa & ingẽtia ędificia extruũt.Qui propter hęc lau dantur, nõ in Chriſto animã ſuã habent. Sufficit nobis ad omnẽ dignitatẽ, quòd nos tanti Dñi ſerui appellamur.Nec uerò qui regi famulatur, ſe iactabit, q̃d in tali uel tali miniſterij ordine locatus eſt.Qui uerò Dei cultu dignus factus eſt,aliũde laudes ſibij- pſi excogitabit, tãq; nõ ſufficiat ipſi cognominatio Dñi ad omnẽ gloriæ ac claritudi- nis exceſſum.In Dño igitur laudabitur anima mea,audiãt mãſueti & lætẽtur. Quãdo- quidẽ citra bellũ,inquit,acquiſita eſt mihi ſalus, ex ſola immutatione faciei inimicis ꝑ Dei auxiliũ deceptis, audiãt mãſueti, φ poſsibile eſt etiã qeſcẽtes erigere trophæũ. & non pugnantes,uictores pronũciari.Et lætentur,meo exemplo ad manſuetudinẽ cõ- firmati,quoniã manſuetudinẽ perpetraui.Memento Dñe Dauid,& omnis mãſuetudi nis eius.] Maxima eñ uirtus eſt manſuetudo, quapropter etiã inter beatitudines con numeratur.Beati eñ,inquit.manſueti ac mites,quoniã ipſi poſsidebũt terram.Illa eñ terra ipſa cœleſtis Hieruſalẽ, nõ ſit ſpoliũ pugnantiũ, ſed longanimorũ ac manſueto- rum uirorũ hæreditas propoſita eſt.Idem aũt eſt, Audiãt mãſueti,& lætentur,ac Audi ant diſcipuli Chriſti.Fortaſsis aũt propheticè uult miraculũ beneficẽtiæ Dei in ipſum uſq; ad nos peruenire. Audiãt .n. qui multis poſtea generationib.Chriſti diſcipuli fu- turi ſunt.Hos eñ nominauit mãſuetos, ad quos Dñs dicit:Diſcite à me, qa mitis ſum

i 2 & hu-

Margin references: 1.Tim.5. (line "ſis.Hinc edoctus"); Heb.12. (line "triſtib."); Ioan.6. (line "rituale os"); Pſal.118. (line "de cœlo"); Pſal.80. (line "ptionẽ"); Coloſ.3. (line "ma exiſtẽs"); Cap.5. (line "gilat"); Hier 9. (line "ſum laudet"); Col.4. (line "ſeruus"); Mat.5. (line "numeratur")

& humilis corde. Qui ſedatos mores habent, & ab omni affectione liberi ſunt, ut nullā turbationē in ipſorū animis habitantē habeant, hi mites ac mãſueti appellãtur. Quapropter etiã Moyſes manſuetudinis teſtimoniũ ſupra omnes in terra homines tulit. Magnificate Dominũ mecũ.] Cõuenientē ſibiĳpſi chorum ad glorificandũ Dominũ aſſumit. Nemo turbatus, neq; tumultus ſtudioſus, neq; œſtro affectionũ carnis animã ſtimulatus, mihi ammiſceatur. Sed uos manſueti qui ſecuritatē & cõſtantiam animæ adepti eſtis, ſecordiã autē & ſommolentiam ad ea quæ officij ueſtri ſunt peragenda excuſſiſtis: uos magnificate Dominũ mecum. Magnificat porrò Dominũ, qui magna mēte & ſuperbo ac elato ſpiritu tētationes ꝓ pietate ſuſtinet. Deinde etiam, qui magna mēte & ſpeculationib. profundiſsimis, magnitudines creationis cõtemplatur, quo ex magnitudine ac pulchritudine creaturarũ, opificē ipſarũ ſpeculeť. Quanto em̃ quis ſe amplius immerſerit rationibus, iuxta quas facta ſunt uniuerſa, & ſecundum quas gubernantur: tanto magis magnificentiã Domini ſpeculatur, & quantũ in ſe eſt Dominum magnificat. Quando quidē igitur una mens, & unius uiri meditatio, ne modicè quidē ſufficit ad maieſtatis Dei cõprehenſionē, omnes ſimul mãſuetos ad huius actionis ſocietatē aſſumit. Oportet em̃ in totũ ociũ agere ab externis tumultibus, & omni quiete, in occulta cordis conſiliorũ curia facta, ſic accedere ad ueritatis contemplationem. Audis cõfitentē peccatũ quid dicit? Cõturbatus eſt ab indignatiõe oculus meus. Nõ ſolum aũt indignatio & ira, ſed etiã cõcupiſcentia & timiditas, ac inuidia oculum animæ cõturbat. Et in ſumma, omnes affectiones uiſiuã animę partē confundũt ac perturbant. Et quemadmodũ impoſsibile eſt oculo turbato exactã uiſibiliũ comprehenſionem facere, ſic neq; poſsibile eſt corde turbato ad ueritatis conſideratione incumbere. Secedere igitur oportet à mundi rebus, & neq; per oculos, neq; per aures, neq; per aliũ aliquē ſenſum, alienas cogitationes animæ ſuperinducere. Nam bella ex elatione carnis exorientia, tumultibus implacabilib. & ſeditionib. irrecõciliabilib. internas animæ partes implent. Exquiſiui Dominũ, & exaudiuit me. Hæc, inquit, audiant manſueti, quòd ego in tēpore illo difficili, quãdo omnis indignatio inimicorũ mouebatur cõtra me, & omnis manus aduerſus me armabatur: ego uerò nudus & inermis ad omne ſuppliciũ perferendũ hoſtib. expoſitus eram, tũc nõ ſum cõfuſus animo prę timore, nõ excuſſus ſum à Dei cognitione, nõ deſperaui de mea ſalute, ſed exquiſiui Dominũ, nõ quęſiui ſolũ ſimplicē quãdã ac tēporariã ad Dominũ ſpem, ſed exquiſiui. Amplius quid ſupra ſimpliciter quęrere, ſignificat exquirere. uelut etiã ſupra ſcrutationē perſcrutatio. Defecerunt em̃ perſcrutãtes perſcrutationes. Multũ igiť ociũ ac animi tranquillitatem ſermo nobis exhibet per uerbũ exquirendi. Et ex omnib. tribulationibus meis
Act. 14. eripuit me] Tota iuſti uita in tribulationib. poſita eſt, & arcta atq; anguſta eſt uia, & multę tribulationes iuſtorũ. quapropter etiã Apoſtolus ait, In omnib. tribulati. &, Per
Rom. 5. multas tribulationes oportet nos ingredi ad regnũ Dei. Liberat aũt ex tribulatione ſanctos ſuos Deus, nõ citra ꝓbationē ipſos relinquēs, ſed patiētiã ipſis largiens. Si em̃ tribulatio patientiam operatur, patientia probationē, qui tribulationē detrectat, probatione ſeipſum priuat. Sicut igitur nemo coronatur citra aduerſariũ, ſic neq; probatus pronũciari poteſt, niſi per tribulationes. Ex omnib. igitur tribulationibus eripuit me. Nõ ſinens me tribulari, ſed unà cum tentatione etiam euentũ ſuffere poſſe largiens. Accedite ad ipſum & illuminamini, & facies ueſtræ non confundentur.] Qui in tenebris & umbra mortis ſedent, eos hortatur accedere ad Dominũ, & radijs deitatis ipſius appropinquare, ut ex propinquitate per ueritatē illuminati illũinationē ipſius per gratiã in ſeipſos recipiant. Quemadmodũ em̃ ſenſibilis hæc lux nõ omnib. ſimili-
Ioan. 1. ter exoritur, ſed his qui habent oculos, & uigilantib. & nullo impedimento obſtante, ſolis acceſſu frui potentibus: ſic etiã iuſticiæ ſol, uera lux, quæ illuminat omnem hominem uenientē in hunc mundũ non omnib. ſuũ ſplendorē largiť, ſed his qui dignã ipſo uitam degunt. Lux enim, inquit orta eſt non peccatori ſed iuſto. Quemadmodum enim ortus eſt ſol, ſed non ueſpertilionibus, nec alijs animalibus noctu ad pabulũ prodeuntibus: ſic etiam lux ſua quidem natura ſplendida eſt, & illuminatrix, uerùm non
Ioan. 3. omnes ipſius ſplendioris participes fiunt. Ita etiã omnis qui mala facit, odit lucem, & non uenit ad lucem, ut ne manifeſta fiant ipſius opera. Accedite igitur ad ipſum & illuminamini, & facies ueſtrę non confundentur. Beatus qui in die iuſti iudicij Dei, quum

uenerit

uenerit Dominus ad illuminandũ occulta tenebrarum, & manifeſtandũ conſilia cordium, auſus fuerit ſub lucem illã declarationũ accedere, & qui reuerſus fuerit nõ pude factus, eo quòd impollutã cõſcientiam à malis operibus habet. Qui eñ mala fecerũt, in opprobrium ac confuſionẽ reſurgent, inſpicientes in ſeipſis turpitudinẽ, & formas impreſſas peccatorũ. Et fortaſsis magis horrẽda eſt ea cõfuſio, quàm tenebræ & ignis æternus, in quo in æternũ manſuri ſunt peccatores, ſemper ob oculos habentes ueſtigia peccati in carne, perpetuò in memoria animę ipſorũ, uelut ineluibilis aliqua tinctura permanentia. Paucorũ autẽ eſt accedere ad lucem ueram ac reuelare, & poſt occultorum reuelationẽ, non abire facie confuſa. Iſte pauper clamauit, & Dominus exaudiuit ipſum.] Non ſemper laudabilis eſt paupertas, ſed quę ex propoſito iuxta euangelicum ſcopũ peragitur. Multi eñ ſunt pauperes opulentia, uerũ propoſito auariſsimi exiſtunt, quos nõ indigentia ſaluat, ſed propoſitũ cõdemnat. Nõ igit indigus omnino beatus eſt, ſed qui mandatũ Chriſti mũdi theſauris præfert. Hos Dominus beatos prędicat dicẽs: Beati pauperes ſpiritu, nõ pauperes ſecundũ opulentiã, ſed qui paupertatem ex anima prælegerũt. Nihil eñ ex inuoluntarijs beatũ eſt, quapropter omnis uirtus maximè omniũ uoluntario uelut proprio charactere exprimitur ac cognoſcit. Iſte igitur, inquit, pauper clamauit. Demõſtratiua uoce ad pauperẽ ſecundũ Deum & eſurientem ac ſitientẽ & nudũ, prouocat mentẽ tuam. Iſte pauper, tantũ nõ digito oſtendens, hic Chriſti diſcipulus. Poteſt & ad Chriſtũ hic ſermo referri, qui diues natura exiſtẽs, quoniã omnia bona patris ipſius ſunt: propter nos pauper factus eſt, ut nos per illius paupertatẽ diteſceremus. Ferè eñ omne opus quod ad beatitudinẽ nos ducit ipſe Dominus auſpicatus eſt, exemplũ diſcentib. ſeipſum proponẽs. Progredere ad beatitudines, & ſingulis expẽſis inuenies, q̃d uerbi doctrinã operib. præuertit. Beati mites: quomodo igit didicerimus manſuetudinẽ? Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Beati pacifici. Quis nos docebit pacis bonũ? ipſe ille pacificus, qui facit pacem, & reconciliat duos in unũ nouũ hominem, qui pacificauit per ſanguinẽ crucis ſuę, quę in cœlis ſunt & quę in terra. Beati pauperes. Ipſe eſt qui pauper fuit, & ſeipſum euacuauit in forma ſerui, ut omnes nos ex ſupplemento ac plenitudine ipſius accipiamus, & gratiã pro gratia. Si quis igit à ſancto & benigno ſpiritu ductus, non elatus in ſeipſo, ſed humilians ſeipſum, ut alios exaltet, ſpiritu clamet magna rogans, & nihil minutum, nihilq; humile loquatur, ex eo quòd terrena ac mũdana quærat, talis uiri clamor à Domino exaudit. Quis igitur eſt finis eius quòd quis exaudit? Liberari ex omnib. tribulationibus, ita ut neq; ſaucieris, neq; inclineris, neq; ſeruias elationi carnis. Quis igitur eſt modus p quẽ liberat pauper? Immittet ſe angelus Domini in circuitu timẽtiũ eũ, & eripiet eos.] Interpretatus eſt quẽ dicat pauperẽ, timentẽ uidelicet Dominũ. Nã q timet, adhuc in ſerui ordine eſt: qui uerò præ dilectione perfectus eſt, ad filij dignitatem decætero peruenit. Quapropter ſeruus etiã pauper dicit, eo quòd nihil propriũ habet: filius uerò etiã iam diues eſt, eo quòd hæres eſt bonorũ paternorũ. Immittet igitur ſe angelus Dñi. Omni credẽti in Dominũ, angelus aſsidet, ſi nõ ipſum nos ꝑ praua opera fugauerimus. Quemadmodũ eñ apes fugat fumus, & columbas graueolentia expellit: ſic cuſtodẽ uitæ noſtræ angelũ, lachrymoſum & graueolens abigit peccatum. Si habueris in anima opera angelica cuſtodia digna, & mẽs opulenta in ſpeculationibus ueritatis in te habitauerit, propt diuitias precioſorũ uirtutis operũ, Deus neceſſariò cõſtituit tibi cuſtodes & protectores, & angelorũ cuſtodia te munit. Cõſidera uerò quanta eſt angelorũ natura. nam toti exercitui & cõferto multorũ hominũ ordini, unus angelus aſsimilat. Propter magnitudinẽ igit cuſtodiẽtis te, Dominus totũ exercitũ tibi largitur. Propter fortitudinẽ uerò angeli, uelut muro te munit undiquaq; ipſius tutela. Hoc eñ ſignificat in circuitu. Quemadmodũ eñ urbiũ muri in circuitu omnibus circũſiti, undiquaq; hoſtium inſultus arcent: ſic etiã angelus & à fronte & à tergo cuſtodit, & neq; utriuſq; lateris partes incuſtoditas relinquit: propterea cadent à latere tuo mille, & decem milia à dextris tuis, ad te autem nõ appropinquabit, ne plaga quidem alicuius hoſtis, quoniam angelis ſuis mandauit de te. Guſtate & uidete, quoniam bonus eſt Dominus.] In multis locis obſeruauimus, quòd animæ potẽtiæ iiſdẽ nominibus quibus externa membra appellantur. Quando uerò panis eſt ue-

Matth.5.

Mat.11.

Ioan.1.

Pſal.90.

Ioan.6.

rus Dominus noſter, & caro ipſius uerè cibus, neceſſe eſt uoluptatẽ lætitiæ panis, per
guſtum intelligibilẽ ac ſpiritualem nobis accedere. Quemadmodũ mellis natura non
in tantum ſermone declarari inexpertis poteſt, quantum in ipſo guſtus ſenſu: ſic neq;
bonitas cœleſtis uerbi clarè doctrinis tradi poteſt, ſi nõ ueritatis dogmatibus diutius
examinatis, per propriã experientiã bonitatem Domini apprehẽdere poterimus. Gu
1.Cor.13. ſtate autem dixit, & non implemini. Quia nunc ex parte cognoſcimus, & per ſpeculũ
ac ænigma uidemus ueritatẽ. Veniet autẽ tempus, quando præſens arrabo, & hic bo-
nitatis guſtus, ad perfectionẽ uoluptatis nobis deueniet. Quemadmodũ enim ſtoma-
chici cibi non continentes, itemq; hi qui cibos auerſantur, à medicis curant̃ hac diſpli-
centia ac offenſa ſublata, dum appetentiam excitant per aliquẽ eduliorũ apparatũ ac
ſtructuram, ut per illam ipſam conditurã ſenſus irritetur, & appetitus ſemper ad pluri-
mum accipiendum augeantur: ſic etiam in uerbo ueritatis. Ipſa, inquit, experientia ad
inſatiabilẽ concupiſcentiã uos ſemper prouocabit. Quapropter guſtate, inquit, ut bea
ti fiatis ſemper eſurientes ac ſitientes iuſticiam. Beatus uir qui ſperat in ipſum.] Qui
ſemper in cõcupiſcentia uerbi exiſtit, in nihil aliud ſpem ponet, quàm in Dominũ. Time-
te Dominũ omnes ſancti eius, quoniã non eſt inopia timẽtib. ipſum] Si nõ timor eru
Pſal.118. dierit uitã noſtrã, impoſsibile eſt peragi ſanctificationẽ in corpore. Cõfige em̃ inquit,
ex timore tuo carnes meas. Sicut enim clauis trãſfixi membra corporis immobilia ha-
bent ad actionẽ: ſic quibus diuinus timor animum occupauit, omnem ex peccati affe
ctionibus uexationẽ effugiunt. Timenti igitur non eſt inopia, hoc eſt ad nullam uirtu
tem defectuoſus eſt, qui prę timore ab omni abſurda actione impeditur ſed perfectus
eſt in nullo bono humanæ naturę congruenti defectũ patiens. Vt enim non eſt perfe
ctus in corpore, qui aliqua neceſſaria parte deſtituitur, ſed imperfectus eſt iuxta eam
partẽ quæ deeſt. ita etiã qui circa unũ præceptũ contemptim ſe gerit, propterea quòd
eo caret, imperfectus eſt iuxta id quod deficit. Qui uerò perfectũ timorẽ aſſumpſit, et
omnia propter metũ formidat, nihil peccabit, proptera quòd nihil contemnit. Non habe-
bit aũt inopiam, propterea quòd in omnibus perpetuò ipſi adeſt timor. Diuites egue
runt & eſurierũt, inquirẽtes aũt Dominũ nõ minuent̃ omni bono.] Aedificet nos hic
ſermo etiã ad cõtemptũ corporaliũ diuitiarũ, incõſtantiã opulẽtię pecuniarię edocẽs.
Facile em̃ dilabunt̃ diuitiæ, & uelut unda prę ui uentorũ, aliâs ad alias partes diffluere
ſolent. Aut fortaſsis etiam diuitem dicit Iſraeliticũ populũ, quorum adoptio eſt in fili
Rom.11. os ac Dei cultus, quorũ ſunt promiſsiones, ex quib. ſunt patres. Hi itaq; propter pec-
catum in Dominũ, eguerunt. Qui uerò illorum loco exquiſiuerũt Dominũ, nõ minu
entur omni bono. Eguerunt autẽ & eſurierũt. Quandoquidẽ enim occiderũt panem
uitæ, uenit ſuper ipſos fames panis: & quandoquidem inſidias ſtruxerunt fonti aquæ
Amos 8. uiuæ, uenit ſuper ipſos ſitis, incubuit ipſis ſupplicium ex ſiti. Fames autẽ, nõ panis ſen
ſibilis, neq; ſitis aquę, ſed fames audiendi uerbũ Dei. eguerunt itaq; & eſurierũt. At ue
rò gentes edoctę inquirere Dominũ, nõ minuentur omni bono. Perfectũ penitus bo-
num eſt Deus, quo nõ minuentur omnes qui inquirũt ipſum. Non enim mihi quiſpiã
ineruditus in diſcretũ de bono ac malo habens locũ, bonum nominet eum qui tempo
rariam & unà cum corporis corruptione tranſeuntẽ habet uoluptatũ fruitionem. Qui
enim corporales diuitias, & corporales dignitates in boni locũ collocat, is nomen re-
uerendum, & ſoli Deo cõueniens, rebus uilibus ac nullius momenti attribuit, & ſimul
in grauiſsimam contrarietatem delabitur. Aut enim apoſtolos dicet, propterea quòd
nõ inquiſiuerunt Dominum, non aſſequutos eſſe corporalia bona. Aut ſi inquirentes
non aſſequuti ſunt talia bona, Scripturam ipſam accuſabit dicẽtem, quòd nullo bono
minuentur inquirentes Dominũ. At & inquiſierunt ſancti Dominum, & comprehen
ſione ipſius quem quæſierũt nõ ſunt priuati, neq; repoſitis in æterna requie bonis ſpo
liati. de illis enim bonis propriè dici poterit uox illa, Omni bono. Nam corporales uo
luptates plus moleſtiæ quàm iucunditatis habent. Nuptiæ ſterilitates, uiduitates, ſtu-
pra, agriculturę infœcunditatem, mercaturæ naufragia, diuitiæ inſidias, delicię & ſatu
ritates ac aſsiduæ uoluptates, uarios morbos, & multiformes affectiones. Paulus equi
dem & inquiſiuit Dominum, & nihil bonorum ipſi defuit, quanquã quis enumeraue
2.Cor.11. rit corporis moleſtias, in quibus per omnem uitam ſuam uixit, Ter uirgis cæſus eſt,
ſemel

ſemel lapidatus, ter naufragium paſſus, noctem & diem in profundo maris degit, in itineribus ſæpe, in fame & ſiti, in ieiunijs ſæpe, in labore & laſsitudine, in neceſsitatibus ſæpe, uſq; ad extremam horam, & eſuriens homo & ſitiens & nudus exiſtens, & colaphis impetitus. Quō igitur non minuebatur corporalibus bonis? Euehe mētem ad id quod reuera bonum eſt, quo & Scripturæ cōcordiam intelligas, & teipſum non in ambiguam ſententiam conijcias. Venite filij audite me, timorem Domini docebo uos.] Benigni præceptoris uox, per paternam dilectionem ad diſcendū inuitantis. nam filius ſpiritualis preceptoris, eſt diſcipulus. Qui enim ab aliquo informationē pietatis ſuſcipit, is uelut efformatur ab ipſo, & ad ſubſtantiā uenit, queadmodū à pregnāte infantes, qui in ipſa formantur. Vnde etiā Paulus totā Galatarum eccleſiam, à prioribus diſciplinis dilapſam, & uelut abortum paſſam, rurſus ſuſcipiēs, ac denuò in ipſis Chriſtū formans, filios dixit. Et quoniā cum dolore & anguſtia correctionē errore deceptorū faciebat, parturire ſe dixit anima propter mœrorem ob lapſos. Filioli mei quos iterū parturio donec formetū in uobis Chriſtus. Venite igitur filij audite me. Quid ergo tandem docere nos uult ſpiritualis noſter pater? Timorē, inquit, Dñi docebo uos. Quandoquidem ſuprà mandauit timere Dñm, & lucrū ex timore oſtendit: quoniā nō eſt inopia timētib. ipſum, nūc etiā doctrinā quandā diuini timoris nobis tradit. Nam quod ſanum eſſe oporteat, quilibet dicere poteſt, etiā idiota: quō uerò ſanitatē acquirere oporteat, hoc proprium iam eſt eius qui artem medicā nouit. Non omnis timor bonus eſt & ſalutaris. Sed eſt quidam etiam hoſtilis timor, quem deprecatur Propheta, ne animæ ipſius accedat, dicēs: A timore inimici eripe animā meā. Hoſtilis enim timor eſt qui mortis timiditatē nobis inducit, qui perſonarū eminētias formidare nobis ſuadet. Quōmodo enim is qui hæc timet, in tempore martyrij uſq; ad mortē peccato reſiſtere poteſt, & Domino debitum exoluere, qui pro nobis mortuus eſt & reſurrexit? Sed & qui facile à dæmonibus conſternatur, hoſtilem timorem in ſeipſo habet. Et totus talis timor affectuoſus, incredulitatis ſoboles eſſe uidetur. Nemo enim qui credit robuſtum ſibi auxilium adeſſe, timet aliquem eorum qui conantur ipſum conturbare. Timor autem ſalutaris & timor ſanctificationem faciens, timor qui de induſtria, & non ſecundum affectum animæ accedit, qualis ſit uis exponam. Quum ad peccatum aliquod progredi uoles, cogita mihi horrendū illud & non ferendum Chriſti iudiciū. In quo præſidet quidē iudex in alto ac elato throno, adſtat autē omnis creatura tremens ob glorioſum ipſius conſpectū: adducemur autē ſinguli ad perſcrutationē uitę noſtrę ſingulatim faciendam. Deinde ei qui multa mala in uita perpetrauit, horrēdi quidam ac triſtes adſtant angeli, igneā faciem prę ſe ferētes, ignem ſpirantes, propter propoſiti amarulentiā, nocti uultu ſimiles, propter mœrorem & hominū odium. Deinde barathrum eſt profundum, & tenebrę impenetrabiles, & ignis non ſplendens in tenebris, uſtoriam quidem uim habens, luce uerò priuatus. Deinde uermium quoddam genus uenenum iaculans ac carniuorū, inexplebiliter edens, & nunquam ſaturitatem ſentiens, intolerabiles dolores per corroſionem inducens. Poſtremū ſupplicium omnium grauiſsimum, opprobrium illud & confuſio ęterna. Hęc time, & hoc timore eruditus, animam à concupiſcentia ad mala uelut freno quodā retinde. Hunc timorem Domini docturum eſſe nos pater ille promiſit, non ſimpliciter docturū, ſed eos qui ipſum audire uolunt: nō procul collapſos, ſed propter ſalutis cupiditatē accurrentes: non alienos à teſtamentis, ſed ex baptiſmate adoptionis uerbi cōſortes ipſiq; coniunctos. Propterea uenite dicit, hoc eſt per bona opera accedite me filij, per regenerationem filij lucis fieri digni facti. Audite q aures cordis habetis apertas, Timorē Domini docebo uos, eum quē paulò ante uobis deſcripſimus. Quis eſt homo qui uult uitā, diligens dies uidere bonos?] Si quis inquit, uult uitā, non cōmunem hanc quam etiam bruta uiuunt, ſed eam quæ reuera uita eſt, & morte nō dirimitur. Nunc enim, inquit, mortui eſtis, & uita ueſtra abſcōdita eſt cū Chriſto de Deo: ubi uerò Chriſtus manifeſtatus fuerit uita ueſtra, tunc etiā uos cum ipſo manifeſtabimini in gloria. Igitur uita reuera eſt Chriſtus, & noſtra in ipſo uita, uera uita exiſtit. Similiter etiā dies alij ſunt boni, quos in promiſsione proponit propheta, Quis eſt homo qui uult uitā, diligēs dies uidere bonos? Dies enim huius ſeculi, mali. Nam & ſeculū hoc mundi menſura exiſtens, de quo di-

Margin notes: Gal. 4. — Pſal. 63. — Col. 3.

ctum eſt, quod mundus totus in malitia poſitus eſt: aſsimilatur naturę mundi, quem di
Ephes.5. metitur. Partem aũt temporis huius, dies ipſi ſunt. Quapropter dicit Apoſtolus, Redi-
Gen.47. mentes tempus, quoniã dies mali ſunt. Et Iacob: Dies, inquit, annorũ meorũ pauci &
mali ſunt. Igitur nunc quidẽ non ſumus in uita, ſed in morte. Quare etiam rogauit A-
Rom.7. poſtolus, Quis me liberabit ex corpore mortis huius? Alia aũt quędam eſt uita, ad quã
uocat nos Pſalmus, & nũc quidem dies noſtri mali ſunt: alij uerò quidã ſunt boni, quos
nox non dirimit. Erit enim Deus ipſorũ lux æterna, illuſtrans ipſos luce maieſtatis ſuę.
Ne itaq; ubi audieris dies bonos, putes tibi hanc uitam in promiſsionibus propoſitã
eſſe. Corruptibiles enim ſunt hi dies, quos ſenſibilis ſol operatur. Nullum aũt corrupti
bile, decẽs donũ eſſe poterit incorruptibili. Si enim incorruptibilis eſt anima, incorru
ptilia ſunt etiam ipſius dona: & præterit figura mundi huius. Si uerò lex umbram ha-
bet futurorũ bonorum, intellige mihi ſabbata quædam delicata, ſancta, ex diebus æter
nis, nouilunia, feſtiuitates, & intellige mihi prout dignũ eſt lege ſpirituali. Prohibe lin
guam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum.] Si uis in diebus eſſe bonis, ſi dili
Ioan.14. gis uitam, ſerua præcepta uitę. Qui enim diligit me, inquit, præcepta mea ſeruabit. Pri
mum aũt præceptum eſt, prohibere linguam à malo, & labia ne loquãtur dolum. Ferè
enim promptiſsimũ eſt & multiforme peccatũ, quod per linguam perpetratur. Iratus
es, & lingua præcurrit. In cupiditatibus es? etiam linguã habes præ omnibus, uelut le-
nonem quendã ac conciliatorẽ, coadiuuantẽ peccatũ, per ſimulationẽ decipientẽ pro
ximos. Et inſtrumentũ tibi eſt ad iniuſticiam lingua, non ex corde loquens, ſed ad frau
dem compoſita. Et quid eſt opus omnia uerbis exequi, quæ per linguam peccantur?
Plena eſt uita noſtra linguæ delictis. Turpiloquium, facetiæ, ſtultiloquiũ, quæ Chriſtia
nos nõ decent. Detractiones, ſermo futilis, periuria, falſa teſtimonia, omnia hæc mala,
& adhuc plura his, linguæ ſunt opificia. Qui uerò aperiũt os contra gloriam Dei, & in
iuſticiam in altum effutiunt, per aliud quid & non per linguæ inſtrumentũ impietatẽ
operantur. Quandoquidẽ igitur ex ſermonibus tuis iuſtificaberis, & ex ſermonibus
Psal.51. tuis condemnaberis, prohibe linguam tuam à malo, & ne efficias tibi theſauros lin-
gua mendaci uanos. Prohibe item labia tua, ne loquantur dolum: hoc eſt, totum inſtru
mentum ad miniſterium ſermonis tibi datum, à praua operatione interquieſcere faci
to. Eſt autem dolus, maleficium occultum, ex ſimulatione meliorum proximo exhibi-
tum. Declina à malo, & fac bonum, quære pacem & perſequere ipſam.] Elementa-
res ac introductoriæ ſunt admonitiones ad pietatem, decernentes linguam cõtinere, à
doloſis inſidijs abſtinere, declinare à malo. Non enim perfecto conuenit abſtinentia à
malo, ſed ei qui recens elementis inſtituitur, diuertere cõuenit à delatione ad malum,
& à mala conſuetudine uitæ, uelut à uia mala diſcedere, atq; ſic bonorum operationẽ
attingere. Impoſsibile eſt enim attingere bonum, eum qui non prius penitus deſtitit
ac declinauit à malo. Velut impoſsibile eſt ſanitatem recuperare, morbo non depulſo:
aut in calore conſiſtere, perfrigeratione non penitus ſedata. Hæc enim ſimul inter ſe
conſiſtere nõ poſſunt. Sic qui in bona uita futurus eſt, eum conuenit ab omni coniun-
ctione ad malum diſcedere. Quęre pacem & perſequere ipſam.] De hac dixit Domi
Ioan.14. nus: Pacem relinquo uobis, pacẽ meam do uobis. Non ſicut mundus dat pacẽ, ego do
uobis. Quære ergo Domini pacem, & perſequere ipſam. Perſequeris autẽ non aliter,
Phil.3. quàm ſecundũ ſcopum currens ad brauium ſupernæ uocationis. Supernè enim eſt ue
ra pax. Nam quandiu carni colligati ſumus, multis & cõturbantibus nos coniugati ſu-
mus. Quære igitur pacem, ſolutionem à tumultibus mundi, compara tibi quietum ani
mum, tranquillum quendam ac imperturbatum animæ ſtatum, qui neq; ab affectioni-
bus agitetur, neq; à falſis dogmatibus, per ueriſimilitudinem ad aſſenſum inuitantibus
diſtrahatur, ut acquiras pacem Dei excedentem omnem mentem, protegentem cor
tuum. Qui quærit pacem, Chriſtum inquirit. Nam ipſe eſt pax noſtra, qui creauit duos
in unũ nouum hominẽ, faciens pacem, & pacificans per ſanguinẽ crucis ſuæ quę in cœ
lis ſunt, & quæ in terra. Oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces ipſorum.]
Eph.4. Quemadmodum ſancti corpus ſunt Chriſti, & membra ex parte, & poſuit Deus in Ec
cleſia, alios ut oculos, alios ut linguas, alios ut manuum, alios pedum rationem ha-
bentes: ſic etiam ſanctæ potentiæ ſpirituales & circa cœleſtem locum exiſtentes, par-
tim

tim oculi dicuntur, propterea quòd inſpectionem noſtri aſſumunt, aut ſibi commiſſam habent:partim aures,quòd preces noſtras ſuſcipiāt. Nunc igitur inſpectiuam noſtri potentiam, & precum noſtrarum ſuſceptricem, oculos dixit & aures. Oculi igitur Domini ſuper iuſtos,& aures ipſius in preces eorum. Quandoquidem omnis actio iuſti digna eſt cōſpectu Dei,& omne uerbū propterea quòd nihil ocioſe à iuſto dicatᷓ actuoſum eſt & efficax:ob id ſēper inſpici,& ſēper exaudiri iuſtū Pſalmus dicit. Vultus autem Domini ſuper facientes mala,ut perdat de terra memoriam ipſorum.] Vultum arbitror audacē & horrendum Domini ad iudicium aduentū dici. Quapropter etiam oculi Domini,uelut adhuc eminus inſpiciētes nos, iuſtū intueri dicti ſunt. Ipſum autē uultum apparit urum eſſe,ut perdat de terra omnem prauitatis memoriā. Ne enim mihi corporaliter efformatum uultū Dei mente concipias. Nam ſic etiam abſurdum eſſe uidebitur id quod à Scriptura dictum eſt,priuatim oculos eſſe illucentes iuſto, partim uultum qui feratur ad malos. Quanquam neq; oculi citra uultum ſint,neq; uultus oculorum exors ſit. Homo quidem igitur non uiderit uultum Domini & uiuet: angeli uerò paruorum in Eccleſia,ſemper uident faciem patris ipſorum qui in cœlis eſt. Quare nunc quidem capaces eſſe nos uiſionis glorioſi cōſpectus, propter carnis debilitatem nobis circumſitam impoſsibile eſt. Angeli uerò propterea quòd nullum tale habeant cooperimentum noſtræ carni conſimile,à nulla re impediuntur,quo minus aſsiduè intueantur faciem gloriæ Dei. Quare etiam nos poſtquā facti fuerimus filij reſurrectionis,tunc itidem cognitione faciei ad faciem digni iudicabimur. Tunc autem iuſti quidem conſpectu Dei in exultatione digni cenſebuntur. Peccatores autem in iudicio, quum perdetur omne peccatum,à iuſto iudicio Dei. Clamauerunt iuſti & Dominus exaudiuit ipſos, & ex omnibus tribulationibus ipſorum liberauit eos.] Spiritualis eſt iuſtorū clamor,in occulto cordis magnam uocem edens,ad ipſas Dei aures peruenire potens. Qui enim magna petit,& cœleſtia precatur,hic clamat,& preces quæ exaudiuntur ad Deum demittit. Clamauerūt igitur iuſti, nihil exiguum neq; terrenum,neque humile inquiſiuerunt. Propterea Dominus uocem ipſorū aſſumpſit, & ex omnibus tribulationibus ipſorum liberauit ipſos. non intantum à moleſtijs ipſos liberans, quantū ſuperiores omnibus accidentibus efficiens. Propè eſt Dominus his qui contrito ſunt corde, & humiles ſpiritu ſaluabit.] Per bonitatem ſuam Dominus omnibus appropinquat:nos autē elongamus noſipſos per peccatum. Ecce enim,inquit,elongātes ſeipſos à te pereunt. Quapropter Moyſes Deo appropinquare dicitur,& ſi quis alius ei ſimilis pꝛ fortia facta & actiones bonas,prope accedit Deo. Palàm aūt prophetiam habent hæc uerba aduentus Domini,cōcordantq; cum prioribus. Illic enim dicebatur, Vultus Domini ſuper faciētes mala:hoc eſt,cōſpectus ipſius ſecundum iudiciū ad diſperdendā omnem iniquitatē fiet:hic uerò, Propè eſt Dominus his qui contrito ſunt corde:aduentum Domini in carne prædenūciat,appropinquantē iam,& nō procul diſtantē. Atq; huius fidem tibi Eſaię prophetia faciat. Spiritus enim Domini ſuper me:quapropter unxit me,ad annunciandū Euangeliū miſit me,ut medear cōtritis corde,& prædicem captiuis dimiſsionem,& cæcis uiſum. Quandoquidem enim medicus mittebatur cōtritis corde,Propè,inquit,Dominus eſt. Vobis dico humilibus,& qui elationem ſuam cōtriuerūt,lætificās uos, & ad longanimitatē inducēs,per gaudium futurorum bonorum. Contritio autem cordis,eſt diſsipatio humanarum cogitationum. Qui cōtemnit res præſentes,& ſeipſum addicit uerbo Dei, & principalem animæ ſuæ partem ſuperhumanis ac diuinioribus cogitationibus immittit,hic ſanè fuerit qui contritum cor habet, & qui fecit ipſum ſacrificiū,quod non contemnitur à Domino. Cor enim,inquit,cōtritum & humiliatū Deus nō deſpiciet. Prope eſt igitur Dominus contritis corde,& humiles ſpiritu ſaluabit. Qui nullam habet elationē, neq; ob aliquid rerum humanarum ſuperbit,hic & contritus eſt corde & humilis ſpiritu. Eſt quidem humilis & qui ſecundum peccatū ambulat. Peccatum enim maximè omnium humiliat. Qua ratione etiam corruptam eamq; quæ uirginitatis ſanctificationē amiſit,humiliatam eſſe dicimus : uelut Amnon, inquit, inſurgens contra Thamar humiliauit ipſam. Quicunq; igitur inſolentiam ac elationem animę amiſerūt,præ peccato deiecti in terram, & uelut ad humum depreſsi,ſimiliter ſerpenti gradientes ſe inclinant, erigi penitus non

Pſal.72. Cap.61. Pſal.51. 2.Reg.13.

tus non

tus non potentes, hi humiliati quidem ſunt, nõ tamen ſpiritu. Non enim laudabilis eſt ipſorum humilitas. Quicunq; uerò habent gratiam Sancti ſpiritus, ultronei ſeipſos hu miliant, inferioribusq; ſubijciunt, iuxta Apoſtolum dicentes ſe eſſe ſeruos aliquorũ in
1.Cor.4. Christo, & omnium reiectamentũ uſq; in hunc diem. Et rurſus, Velut purgamẽta facti ſumus. Qui ſpiritualiter humilitate utuntur, omnium facientes ſeipſos poſtremos, ut
Mat.5. primi fiant in regno cœlorum, hos etiam Dominus beatos prædicat dicens: Beati pauperes ſpiritu. Multæ tribulationes iuſtorum, & de omnibus his liberabit eos Dominus.] In omnibus, inquit, tribulationẽ patientes, ſed non anguſtijs concluſi. Quapro-
2.Cor.4. pter etiam Dominus diſcipulis ſuis dicit: In mundo tribulationem habetis, ſed confidi-
Ioan.16. te, ego uici mundũ. Quare ſi uideris aliquando in morbis, aut mutilationib. corporis, in amiſsione familiariũ, in plagis, in ignominijs, in omni inopia & neceſſariorũ egeſtate eſſe iuſtos, memor ſis quòd multæ ſunt tribulationes iuſtorũ, & ex omnibus his liberabit eos Dominus. Qui uerò dicit non cõuenire iuſto tribulationẽ, nihil aliud dicit, q̃ non cõuenire athletæ aduerſariũ. Si uerò non decertat athleta, quas habebit coronarũ occaſiones. Iam uerò quarta uice dicitur in hoc Pſalmo, quomodo à tribulatione liberat Dominus eos quos uult liberare. Primùm enim dictum eſt: Exquiſiui Dominum, & exaudiuit me, & ex omnibus tribulationibus eripuit me. Deinde rurſus: Iſte pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum, & ex omnibus tribulationibus eius ſaluabit ipſum. Et tertiò, Clamauerũt iuſti, & Dominus exaudiuit eos, & ex omnib. tribulationibus eorum liberauit ipſos. Et poſtremò, Multæ tribulationes iuſtorum, & ex omnibus his liberabit ipſos Dominus. Cuſtodit Dominus omnia oſſa ipſorum, unum ex ipſis non cõteretur. Vtrum tandem oportet, num circa dictionẽ manere, & ſententia prompta auribus noſtris allabente contentum eſſe, quòd uidelicet oſſa hæc carnis fulcra, non conterentur ipſorũ propter datam ipſis à Domino cuſtodiam? Et num uiuentis ſolùm, & in uita exiſtentis iuſti oſſa incõtrita cuſtodiẽtur? aut etiam ubi iam ex corporeo uinculo exolutus eſt, nullam cauſam contritionis iuſto futuram eſſe? Atqui didicimus multa oſſa iuſtorũ in tormentis contrita eſſe, eorum qui pro teſtimonio de Chriſto, omnigenis afflictionũ generibus ſeipſos tradiderũt. Iam enim aliquorũ crura confregerunt perſequutores, manusq; ac capita clauis ſæpe transfixerunt. & tamen quis contradicet, non omnium eſſe iuſtiſsimos, qui uſq; ad martyrij perfectionem peruenerunt? Aut nunquid uelut homo dicitur anima & mens humana, Sic etiam partes ipſius, iiſdem nominibus cum corporis partibus appellãtur? Sic ſæpe nominat Scriptura
Eccleſiaſt.2. interim hominis partes, uelut quum dicit: Sapientis oculi in capite ipſius, hoc eſt, prouida eſt & circunſpecta, occulta & interna ſapientis pars. Et rurſus oculos dicit æqualiter corporis atq; animæ, nõ ſolùm in dictione quam appoſuimus, ſed etiã quum
Pſal.18. dicit: Mandatum Domini lucidum, & illuminãs oculos. Quid uerò oportet dicere de
Luc.8. eo quod ait, Qui habet aures audiendi audiat. Manifeſtum eſt enim quòd aliqui habẽt aures meliores, quæ uerba Dei audire poſſunt. Ad eos autem qui non habent illas au
Eſa.42. res, quid dicit? Surdi, audite, & cæci oculos leuate. Et os meum aperui, & attraxi ſpiri
Pſal.118. tum. Et, Dentes peccatorum contriuiſti. Hæc enim omnia dicta ſunt adminiſtrãtes po
Pſal.3. tentias, ad ſpiritale alimentum, & ſpiritalem ſermonem. Tale eſt etiam: Ventrem me-
Eccleſiaſt.37. um doleo. Et, Pes iuſti non offendet. Omnia enim talia de interno homine relata ſunt. Iuxta eandem itaque rationem etiam oſſa quædam fuerint interni hominis, in quibus ligamentum & harmonia animalium potentiarum continetur. Et quemadmouum oſſa propria potentia carnium teneritudinem ſuſtentant: ſic etiam in Eccleſia ſunt quidam, qui ob propriam firmitatem, impotentiũ debilitates ſuſtentare poſſunt. Et quẽadmodum oſſa connectuntur inter ſe iuxta articulos ac iuncturas, idq; per neruos & ligamenta inſerta ac adhærentia: ſic ſanè fuerit etiam dilectionis & pacis ligamentum, concretionem quandam & unionem ſpiritualium oſsium in Eccleſia Dei efficiens.
Pſal.140. De his oſsibus ab harmonia exolutis, & uelut luxatis, dicit Propheta: Diſsipata ſunt oſſa noſtra ad infernum. Et ſi aliquando turbatio ac tremor ipſa apprehenderit, orans
Pſal.6. dicit: Sana me Domine, quia turbata ſunt oſſa mea. Vbi uerò propriam harmoniam conſeruauerunt cuſtodita à Domino, ne unum quidem ipſorum cõteretur, ſed digna ſunt referre gloriã Deo. Omnia enim, inquit, oſſa mea dicẽt: Domine domine quis ſi-
milis

milis tibi? Vidiſti rationaliũ oſsium naturã? Fortaſsis autem hoc Eccleſia dicit, Omnia oſſa mea dicent, iuxta reſurrectionis myſteriũ. Hæc enim, inquit, dicit Dominus oſsib. Ezech. 37.
his: Ecce ego fero in uos ſpiritum uitæ, & dabo ſuper uos neruos, & reducã ſuper uos carnes, & uiuetis, & cognoſcetis quòd ego ſum Dominus. Hæc igitur oſſa ubi accepe rint uitam, gratiã agentia ei qui ipſa excitauit, dicent: Domine, Domine quis ſimilis tibi? Mors peccatorũ mala.] Exquiſitè adiectũ eſt, Mors peccatorũ. Nam eſt quædam iuſtorũ mors, nõ mala ſecundũ naturã, ſed bona. Qui eñ mortui ſunt cũ Chriſto, in bona morte ſunt: & qui mortui ſunt peccato, bonã & ſalutarẽ mortẽ mortui ſunt. At uerò peccatorũ mors mala eſt. Excipit eñ ipſos ſuppliciũ, uelut etiã diuitẽ indutum purpu- Luc. 16.
ra & byſſo, & epulantem quotidie ſplendidè. Et qui oderunt iuſtum delinquent.] Et propterea quòd in delictis uiuunt, odio habent iuſtum, ut qui uelut regulæ rectitudine, moribus iuſti & melioris appoſitione redarguuntur. Itaq; & propterea quòd in peccatis uiuant, odio habent iuſtum propter redargutionis timorẽ: et propterea quòd odio habent, ruſus peccatis ſeipſos immittũt. Multæ enim ſunt cauſæ ob quas iuſtus odio habetur. Libertas dicendi in redarguendo. Odio enim habent redarguentem in portis, & ſermonẽ ſanctum abominãtur. Ambitio item prioris loci ac principatus, multos ad odium meliorum cõmouit. Aliquando uerò etiam ignorantia rationis de iuſto, & quid ſit iuſtus. Mors peccatorũ mala.] Aut etiam uitam omnẽ, mortem nominat, propterea quòd carnem hanc Apoſtolus mortẽ appellauit, dicens: Quis me liberabit Rom. 7.
ex corpore mortis huius? Qui uerò malè utuntur corpore hoc, & omnis peccati miniſterium ipſum faciunt, hi malam ſibijpſis mortem præparant. Redimet Dominus animas ſeruorũ ſuorum, & non delinquent omnes qui ſperant in ipſum.] Quandoquidẽ detinebantur ſub captiuitate inimici, miſericordiam adepti ob id quòd ſeruierunt Domino, horum animas precioſo ſuo ſanguine redimet. Quapropter nullus in delicto examinabitur ex his qui ſperant in ipſum. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO IN PSALMVM XXXVII.

PSALMVS Dauid ad recordationẽ. Scripturæ diuinitùs inſpiratæ ſermones ſiſtentur coram tribunali Chriſti. Redarguam enim, inquit, & produ- Eſa. 49.
cam ac declarabo in faciem tuam peccata tua. Itaq; attendamus ſobriè his quæ dicũtur à Scriptura, & ad opus producere præcepta Domini ſtudeamus, quia neſcimus qua hora aut die Dominus noſter ueniet. Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.] His uerbis ac ſyllabis etiam ſextus Pſalmus conſimiliter ut hic initium habet. Sed & reliqua in ſexto Pſalmo, his quæ in propoſito habentur cognata ſunt. Humiliata enim eſſe oſſa ipſius, & animam laboraſſe in gemitu ſuo, in ſexto dixit, addiditq; dicens: Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratũ meum rigabo. Et quæ his coniuncta ſunt. Conſimilia aũt illis etiam in præſenti Pſalmo habẽtur quum dixit: Non eſt ſanitas in carne mea, & non eſt pax oſsibus meis à facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & quæ ad hæc per totum Pſalmum ſequũtur, in quibus miſeriam ſuam deplorat. Hac enim etiam ipſe dictione uſus eſt quũ dixit: Miſer factus ſum, & curuatus ſum uſq; in finem, tota die cõtriſtatus ingrediebar. Cæterùm in ſexto inſcriptio habet, In finem, in hymnis, ſuper octaua Pſalmus Dauid: in præſenti uerò nihil horum, ſed ſolum Pſalmus Dauid ad recordationem, dictum eſt. Ipſa tamen additio Ad recordationẽ, nos remittit inſcriptiõis in ſexto Pſalmo, ut ſint etiam præſentia in finẽ, & in hymnis, ſuper octaua. Omnia enim hæc proponit additio, Ad recordationem. At uerò quoniam in enarratione ſexti Pſalmi, ea quæ ad inſcriptionem pertinent diximus: ad illorum recordationem etiam nos in præſenti reuertamur. Videtur autem mihi Dauid, poſtquam in diuerſis ac multis Pſalmis perpetrati delicti confeſsionem fecit, priuatim præſentẽ Pſalmum deſtinaſſe ad recordationem, ut ſemper & per omnia ipſum in ore ferret, uteretur q; ipſo pro incentione ad animæ ſuæ medelã. Supplicationem itaq; demittit ad Deum, per quam auertit quidem iram omnibus peccantibus impendentem: placat aũt per excellentis confeſsionis uoces, dicens: Domine ne in furore tuo arguas me. Non deprecatur ut ne arguat, ſed ne cum furore. &, Neq; in ira tua corripias me. Non fugit correptionẽ, uerùm citra iram caſtigationẽ contingere precatur,

catur. Velut ſi quis medico per cauteras & ferrũ,& amaras antidotos auxſlia molieti, ad propoſiti affectus curationẽ,dicat:Ne me cures per ignem,neq; per ferrũ & ſectiones,uerùm per lenia & mitiora medicamẽta.Talis enim medelam nõ renuit,ſed moleſtiam auxiliorũ.Sæpe uerò dictũ eſt,quod dum ira & furor ſiue indignatio in ſacris ſcripturis dicuntur,nõ affectiones ſignificãt.Ab omni ẽm affectione alienus eſt Deus. Verùm talia per metaphorã translata ſcripturæ ſermo uſurpare ſolet. Velut etiam oculos Dei, & aures, & manus, & digitos,& pedes,& reliquas partes,quas tanq; & homines cõmodè diſponit,ad auditorũ qualitatẽ condeſcendẽs,ſeſeq; accõmodãs. Sic igitur etiam pœnas quę peccantib.iuxta Dei iudiciũ inducũtur,triſtes & moleſtas tolerantib. exiſtẽtes,uelut ex ira & indignatiõe inducãtur exprimit.Hoc aũt docet etiã beatus A-
Rom..12. poſtolus dicẽs:Secundũ duritiam tuam & cor impœnitẽs, coaceruas tibiipſi iram in die iræ & reuelationis & iuſti iudicij Dei,q reddit unicuiq; iuxta opera ipſius.Velut ſi quis etiã pœnas homicidæ ex lege impendẽtes,iram & indignationẽ nominet, quum nõ uerè indignetur & iraſcatur lex:uerùm qui punitur,iram ac pœnam eſſe ſuſpicetur. Iam uerò etiã praui dæmones, qui pœnas cõtra impios adminiſtrant, & miniſtratoriæ potẽtiæ Dei,ira & indignatio dictæ ſunt.Sic igitur dictũ eſt in ſermone pſalmi de deca-
Pſal.29. logo contra Aegyptios inducto : Immiſit in eos iram & indignationẽ, immiſsionẽ per angelos malos. Si dextra Dei ea dicta ſunt, quę per dexteras & bonas potẽtias dignis ſuppeditantur.Supplicat itaq; Dauid,ut ne per malas potentias arguatur,neq; per immiſsionem angelorũ malorum corripiatur, ſed per ſermones ſalutares & doctrinas utiles,& aliàs rogat ne ſeruetur in diem iræ reuelationis ac iuſti iudicij Dei,uerùm ut iam hinc in præſenti uita ante mortẽ intercipiantur peccata. Et ſanè cõtigit ſcopum. Nam pœnas dediſſe apparet,per ea quæ paſſus eſt ante mortẽ.Et aliàs item, ipſe ſeipſum puniebat,omnigenis ſupplicijs ſe ſubijciens in modis cõfeſsionis. Quoniam ſagittę tuæ infixæ ſunt mihi, & cõfirmaſti ſuper me manũ tuam.Non eſt ſanitas in carne mea, à facie iræ tuæ,non eſt pax oſsibus meis, à facie peccatorũ meorum.] Magnus ille athleta Iob,quum uarias tentationes ſuſtinuiſſet,nõ ignorabat unde ipſi hæ uenirẽt.Quapro-
Cap.6. pter dicebat,Sagittæ ẽm Domini in corpore meo ſunt,quarũ indignatio exhaurit ſanguinem meum.Dauid autem nõ ſimiliter ut Iob corpore percuſſus,ſed in ipſa anima lethale uulnus habẽs,nõ ſimiliter ut Iob dicit,Sagittæ Domini in corpore meo ſunt. Sed quoniã ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi, & confirmaſti ſuper me manũ tuam. Iob uerò me-
Cap.19. minit manus Domini dicẽs:Manus Domini eſt quæ tetigit me.Et diabolus ad Dominum dicens:Mitte manum tuam,& tange omnia quæ habet. Et rurſus, Mitte manum tuam,& continge carnes eius & oſſa eius. Verùm alia quædam erat manus, & aliæ ſagittæ quæ carnem ipſius cõtingebant, & carnales exiſtebant. Hic uerò quandoquidẽ animã ipſam ægrotabat Dauid, alias ſagittas ſibi infixas eſſe ſignificat, & aliam manũ ſe cõtigiſſe.Et mihi uidentur ſagittæ de quib. hic dicit,ſpirituales eſſe,imò magis ipſos Dei ſermones ſic appellare uidetur pungẽtes & uulnerãtes animã ipſius, cruciantesq; ac caſtigãtes ipſam cõſcientiam, quandoquidẽ tantus uir exiſtẽs,& tanta bona à Deo adeptus,ad turpe factum ſeipſum immiſerat. Fortaſsis aũt etiam ipſum diabolũ,& maligni illius ignitas ſagittas,affectus & amores inducentes quę ad cõcupiſcentiã uxoris
Ephe/.6. Vriæ ipſum incenderunt,ſignificat.De quibus etiam Apoſtolus docet dicens:Sumite armaturam Dei,ut poſsitis omnia tela inimici ignita extinguere. Quandoquidem immunitus repertus,nõ reſiſtit ad inimici tela ignita,meritò ſauciatus eſt animã concupiſcẽtiæ clauo. Quemadmodũ aũt Iob diaboli ſagittas,ulcera corpori ipſius incuſſa,quoniam permiſsione Dei facta erant,Domini ſagittas nominauit quũ ait, Sagittę Domini in corpore meo ſunt, quarũ indignatio exhaurit ſanguinẽ meum : ſic uerſimile eſt, etiam Dauidẽ hic ſagittas Domini dixiſſe,quoniã permiſsione Dei aduerſarius ipſum impugnabat,ut diſceret nõ dicere,Non cõmouerbor inæternũ. Quandoquidẽ ẽm per gratiam Dei potens factus aliquãdo magnopere ſeipſum iactauit,ut ſuperbè gloriare-
Pſal.29. tur & diceret,Ego aũt dixi in abundãtia mea,Non cõmouebor in æternũ:ea gratia meritò traditus eſt tẽtatori,qui animam ipſius attingens,maiore damno ipſum quàm Iob affecit. Sermones uerò qui de iuſto iudicio ipſius cõmonefaciunt, & doctrina iræ peccatoribus impendentis,acutiores ſunt ſagittis, conſcientiã pungentes,uulnerantes ac

ſauciantes

ſauciantes ipſam. Et ſic ſanè dixeris Dauidem ſacris his ac diuinis ſagittis cõpunctum, meritò deprecatũ eſſe redargutionẽ per furorẽ, & caſtigationẽ per iram Dei. Ne em̃, inquit, in furore ac indignatiõe tua arguas me Dñe, neq; in ira tua corripias me. Cur? quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi. Nam ſagittæ à te uenientes aſſumpta ira & indignatione tua ſatis me puniunt, & ſufficienter me caſtigant. Quapropter ſupplicat ne aliam iram ac indignationẽ experiatᷣ, quia ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi, aut iuxta Symmachi uerſionem, attigerunt me. Et confirmaſti ſuper me manum tuam. Manum autem Domini quæ ipſum attigit intellige, & eam quæ in Iob declarata eſt. Hæc autem Domini manus omnem domũ Dauidis ex fundamentis concuſsit. Primogenitũ ex liberis ipſius Amnonem amore ſororis inſanum faciens, & Abſolonem inflãmans per iram contra fratrem, ut occideret Amnonem, & poſtea contra ipſum parentẽ inſurgeret. Sed & reliqua omnia per hiſtoriam nobis declarata, manus ſunt quæ hic indicata eſt. Manus tua tetigit me per alternas calamitates: ſupplico igitur, inquit, ut ne alia indignatione arguar, neq; peiore ira caſtiger. Atq; hæc nõ ſolũ per hæc, ſed etiã per ea quæ inſequuntur docet, cõſequenter dicens: Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ, non eſt pax oſsibus meis à facie peccatorũ meorũ.] Ego, inquit, anteuertens & non expectans, ut quis externus corpus meum puniat, ulcere malo meipſum excruciaui, & carnẽ meam per quam cõmiſſum eſt à me peccatũ, ſupplicijs tradidi, affligẽs meipſum, & omnis generis cruciatibus puniens. Hoc enim declarauit etiam per alios locos, dicẽs: Humiliabam in ieiunio animã meã. Et, Caro mea immutata eſt propter oleum. Et, Oblitus ſum comedere panem meũ. A` uoce gemitus mei agglutinata ſunt oſſa mea carni meæ. Et, Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo. Sic etiam nunc inquit: Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ. Porrò pro ira, Aquila & Symmachus conſonãter, A` facie fremitus tui interpretati ſunt. Sufficiebat enim mihi, inquit, fremitus à diuinis tuis ſcripturis, & minę per prophetam tuum Nathan intentatæ. Quapropter à facie fremitus tui meipſum ſic afflixi, ut caſtigauerim carnem meam, & oſſa mea non habuerint pacem, à facie peccatorũ meorũ. Pro quo Symmachus habet, Propter peccata mea. Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Putruerũt & corruptę ſunt cicatrices meę, à facie inſipientiæ meę. Miſer factus ſum, & curuatus ſum uſq; in finẽ.] Quoniam hæc, inquit, à me perpetrata ſunt, ob id miſer factus ſum, & curuatus ſum uſq; in finem, & tota die contriſtatus ingrediebar. Per hęc autem declarat quæ paſſus ſit, & quõ ſeipſum caſtigauerit, nõ unum in ſeipſo accuſans peccatũ, ſed aceruatim multa & tanta, ut neq; intus occulta ſint in anima ſua, neq; intra corpus lateant: ſed ipſum ſupergreſſa ſint, ut ab omnibus agnoſcantur. Ipſe igitur erat accuſator ſuijpſius primus, & apud oẽs: & ut in ipſo impleretur illud, Iuſtus ſuijpſius accuſator, omnem hominem accuſatorẽ pręuertens, ipſe quidẽ ſeipſum condemnauit, omne uerò inimicorũ os obturauit, quum non haberent aliud quid quod contra ipſum dicerent. Docet nos autem hic ſermo, ut ne cælemus noſtra ipſorum mala, neq; contineamus peccata, uelut nigredinem ac putredinem in animę profundo, conſcientiã ita per cauterium inurentes. quemadmodum in febribus cõtingere ſolet. Intro enim & in profundũ procedẽs febris, maiorem morbum efficit. Procedens aũt in conſpicuũ, ſpem declinationis oſtendit. Ita etiam in anima contingit. Quin & aliud quid circa ſeipſum factum docet Dauid dicens: Sicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Grauabãt enim conſcientiã ipſius ea quæ auſus fuerat, adeò ut ob animæ generoſitatẽ & candorẽ ferre nõ poſſet. Etenim crudus & induratus, iuxta duritiam ſuam & cor impœnitẽs, accumulat ſibijpſi iram in die irę, attrahẽs peccatum ſuper peccatũ, augens ſua ipſius mala. Quum enim peruenerit peccator ad profundum malorum, cõtemnit ipſa. Candidus aũt etiamſi ſemel aliquando lapſus fuerit iuxta quandam diaboli deprædationem, uehementer grauatur conſcientia, ut tacere non poſsit, neq; occultare ſuum malum. Ex abundantia igitur cordis os loquitur. Vnde non ferens ſilentium, manifeſtauit prementia ipſum, dicens: Sicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me: manifeſtum eſt aũt quòd iniquitates meæ. Et rurſus: Petruerũt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ. Inſipientiam aũt nominat, inſipientẽ actionem ex inſipientia paractam. Omne enim peccatum per inſipientiam perpetratur. Virtus

2. Par. 3.

Pſal. 34.

Pſal. 118.

Pſal. 6.

Pro. 18.

autem quum ſit ipſa prudentia,omnia quæ ſecundũ ipſam fiunt,laude ac uirtute digna demonſtrat.Sed & ſanitatẽ animæ faciunt ea quæ ſecundum prudentiã fiunt: inſipientia aũt uulnera ac cicatrices ac uibices efficit. Qui igitur in peccatis perſeuerant,gau-
2.Pet.2. dentq; in ipſis ac delectantur,ſuibus ſimiles ſunt qui in cœno uolutantur. Qui uerò ſemel lapſus eſt,poſtea ad ſeipſum reuerſus,etiam ſceleſtam illam actionem ut fœtidam ac impurã abominat. Tale quid paſſus Dauid,præ ſana cõſcientia cõfitetur dicens: Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſpientiæ meæ.Quandoquidem igitur ſupergreſſæ ſunt iniquitates multiplicatæ, & capite ſuperiores factæ,grauatæ ſunt ſuper me,ea gratia medẽs mihiĳpſi,miſer factus ſum & curuatus ſum uſq; in finem:& neque ad unum diem,neq; ad breuẽ horam,ſed tota die cõtriſtatus ingrediebar. Aut iuxta Symmachũ,Triſtis obambulabã, non negligens exiſtens ob ea quæ à me prepetrata ſunt,neq; uelut rex elatus,propterea quòd nulli iudici ſubiectus eſſem : ſed propter timorẽ ac fremitum tuũ,tota die contriſtatus ingrediebar. Quoniã lumbi mei impleti ſunt illuſionibus,& nõ eſt ſanitas in carne mea.Afflictus ſum & humiliatus ſum nimis, rugiebam à gemitu cordis mei. Dñe ante te om̃e deſideriũ meum,& gemitus meus à te non eſt abſconditus.] Pro,lumbi mei impleti ſunt illuſionibus:Aquila uertit, Quoniam impleta ſunt ilia mea ignominia.Et per hęc ad recordationẽ turpis ac ignominioſi facti progreſſus,ob ſanos animæ ſenſus hæc dixit:Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ,à facie inſipientiæ meæ.Cur aũt putruerunt,inducit dicens: Quoniã lumbi mei impleti ſunt illuſiõibus:aut ilia mea ignominia.innuit aũt per hæc, turpis facti ſpeciem. Deinde ſeipſum refocillans dixit,Non eſt ſanitas in carne mea. Quandoquidem enim lumbi mei impleti ſunt illuſionibus,propterea,inquit, ad pœnitentiã perpetratorum progreſſus,meã carnẽ caſtigo & affligo.& propterea dico,Nõ eſt ſanitas in carne
2.Cor.4. mea.Quo aliquãdo correctione peracta dicere poſsit: Etiamſi externus homo noſter corrumpitur,tamen internus renouatur.Sed & ſuperius dixit,Non eſt ſanitas in carne mea.deinde addit,Afflictus ſum & humiliatus ſum nimis. Hoc uerò alio modo in ſuperioribus declarauit,Miſer factus ſum,& curuatus ſum uſq; in finem.Propriũ eſt uirorum prudentiũ nõ extolli ob peccata iuxta præſumptam in animo cogitationẽ & diaboli deprædationẽ cõmiſſa,ſed uerecundari ac erubeſcere,conſcientiaq; pungi ac humiliari.Dauid eñ ad hæc addit:Rugiebã à gemitu cordis mei.] Aut ſecundum Aquilam Fremebam à ſtridore cordis mei.Non ut multis conſpicuus fiam, labĳs confiteor: uerùm intus in ipſo corde oculos claudens,tibi ſoli uidenti ea quæ in occulto ſunt, gemitus meos oſtendo,in me ipſo rugiẽs. Neq; enim longis ſermonibus mihi opus erat ad confeſsionẽ,ſufficiebãt enim gemitus cordis mei ad cõfeſsionẽ,& luctus in profundo animi ad te Deum emiſsi. Sed & concupiſcentia bona exiſtens in conſpectu tuo erat Dñe,& hæc ipſa erat de mea ſalute.Etenim quando malorũ cupidus eram, non coram te erat deſideriũ meum.Nunc aũt quando omnia facio meipſum humilians,& rugiens à gemitu cordis mei,& te Deum ſaluatorẽ ac medicum aſſequi cupiẽs: coram te eſt deſideriũ meum,& cauſam ſuſpiriorum meorũ non ignoras.Noſti enim quòd ſuſpi
Ezech.18. ria benignitatẽ tuam decentia emitto.Quoniã non uis mortem peccatoris, ſed pœnitentiam ipſius.Quapropter dico,Et gemitus meus à te non eſt abſconditus. Cor meum conturbatũ eſt,dereliquit me uirtus mea,& lumen oculorũ meorũ,& ipſum nõ eſt mecum.Amici mei & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt & ſteterunt: & propinquiſsimi mei de longe ſteterunt:& uim faciebant,qui quærebant animã meam, & qui quærebãt mala mihi.Et loquuti ſunt uanitates,& dolos tota die meditati ſunt.] Quum in inſcriptione pſalmi huius indicauerit, quod ſit ipſi ad recordationẽ, meritò reputat & ad memoriã reuocat ea quę olim ipſi acciderunt.Docet aũt in quibus fuerit malis,poſtq; in peccati lapſum corruit.Cuius gratia etiam totã confeſsionẽ facit Miſer igitur factus ſum.& curuatus ſum,& cõtriſtatus ingrediebar.& humiliatus ſum, & rugiebam à gemitu cordis mei ad omnia hæc deueni.Quãdoquidẽ tempore aliquo cor meum conturbatũ eſt,& dereliquit me uirtus mea,& lumen oculorũ meorum, & ipſum non eſt mecum.Nam iuxta peccati tempus non paruam conturbationẽ ſuſtinuit mens ipſius confuſa & obtenebrata,per eum qui peccatum operatur, ut etiã ad inſipientiam delaberetur.Quapropter etiam ſuperius dixit,Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices

catrices meæ à facie inſipientiæ meæ. Turbatum igitur eſt cor ipſius, quando in inſipientia fuit, & à uirtute prudentiæ excidit, opera uerò inſipientiæ fecit. Tunc aũt dereliquit etiã ipſum uirtus ipſius. Non enim amplius dicere potens erat, Omnia poſſum in eo qui me potentem facit Chriſto, uictus ab affectu ac uiribus deſtitutus. Nam in uirtuoſe agentibus ſpũs promptus eſt, caro autẽ infirma: in uictis uerò caro attollitur corroboraturq́; & præualet, infirma aũt eſt & debilitatur anima. Tunc igitur, inquit, quando peccaui, cor meũ conturbatũ eſt, & dereliquit me uirtus mea, & aliud quiddam graue circa me accidit. Nam lumen oculorũ meorũ (hoc autem erat ſpiritus propheticus, illuminans animæ ipſius uiſum) & ipſum non erat mecum, reliqueratq́; me ac receſſerat. Nam in maleficã animam non ingredietᷣ ſapientia, neq; habitabit in corpore peccato obærato. Sanctus enim ſpũs fugiet dolum, & diſcedet à cogitationibus imprudentium. Secedens itaq; ab ipſo ſpiritus ſanctus, deſolatum ipſum reliquit, poſt cordis ipſius cõturbationẽ, & uirtutis ipſius debilitationẽ. Tunc enim & lumẽ oculorum ipſius deſolatum ipſum reliquit. Sed & qui prius ipſius amici ac proximi erant, qui omni tempore ipſi familiares fuerant, relicto ipſo de longè ſteterũt, nõ amplius cum ipſo uiuere uolẽtes, eminus deflẽtes uelut ueriſimile eſt, amici calamitatẽ. Qui uerò erant illi, præterquam qui ob priora ipſius bona gaudẽtes? Angeli uidelicet boni & miniſtri Dei, ex hominum ſalute gaudiũ capere aſſueti, ſiquidẽ ob peccatorẽ pœnitentẽ in cœlis gaudium exoritur. Et immittet ſe angelus Dñi in circuitu timentium ipſum. Et hi igitur omnes Dauidis amici, iuxta peccati ipſius tẽpus receſſerunt auerſantes, non tamen penitus ipſum relinquebant. Verùm eminus ſtantes lugebant, quod ipſum ſanè etiã docet dicens: Amici mei & proximi mei aduerſus me appropinquauerũt & ſteterunt. Et propinquiſsimi mei de longè ſteterunt. Qui quum eminus à me abeſſent, alij quidam peccatum operantes prope me accedentes uim faciebãt, & animæ meæ illudebant. Quapropter addit, Vim faciebant quærentes mihi mala, loquuti ſunt uanitates, & dolos tota die meditati ſunt.] Olim eñ hi ſitientes ſanguinẽ meum, & multis antea temporib. ruinam meam uidere optantes, uelut occaſionẽ nacti, quum uiderent me dereliquiſſe uirtutem meã, & lumen oculorũ meorum diſceſsiſſe à me, amicosq́; ac proximos eminus à me conſiſtentes, eueſtigiò inſultu facto uim faciebant animæ meę. Et ut ultro mali loquuti ſunt uanitates, intus ſuggerentes animæ meæ uanos ſermones. Sed & cũ dolo demulcentes ac decipientes, uelut bonis ineſcarunt detrahentes me ad peccatum. Quapropter etiam ſubdit: Et dolos tota die meditati ſunt. Ego aũt tanquã ſurdus nõ audiebam, & ſicut mutus non aperiens os ſuum. Et factus ſum ſicut homo non audiens, & nõ habens in ore ſuo redargutiones.] Quandoquidẽ hi qui quęrebant animam meam, inueniebant ipſam: deinde inuentæ illudebant, & malis meis illudentes inſultabant, deinde tota die loquebantur uanitates. Ad hæc ego amicis meis deſolatus, nihil habebam q̃d dicerẽ pudore repletus. Quapropter tanq; ſurdus nõ audiebam. Imò qui olim eloquentiſsimus eram, & præſente ſapientia præditus, factus ſum ſicut ſurdus, & ſicut mutus nõ aperiẽs os ſuum. Nullũ enim ſermonẽ habebam ad reſpondendũ, neq; habebam quę ad inimicos dicerẽ, ſemel ab ipſis uictus. Sed eram uelut homo non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones. arguebar enim ipſe, & non redarguebã, & non habebam dicendi libertatẽ pudore cõfuſus. Quoniam in te Dñe ſperaui, tu exaudies Domine Deus meus. Quia dixi, ne quãdo gaudeant ſuper me inimici mei, & dũ cõmouerentur pedes mei, ſuper me magna loquuti ſunt.] Hæc ſanè mihi acciderunt, quapropter factus ſum uelut ſurdus nõ audiens, & uelut mutus nõ aperiens os ſuum, & ſicut homo nõ habẽs redargutiones. Quare nihil ad inimicos dicebãt, tanquã ab ipſis ſuperatus. Non tamen ob id deſperaui de meipſo, uerùm recollegi rurſus meipſum, à peccato quidem uelut morte reſiliens, & confeſsionis medicamentis ulcus meum ſanans, & cicatrices meas putrefactas ab inſipientia mea, medelam aſſequi cupio. Quapropter in te Dñe ſperaui. Non enim mihijpſi confidens, neq; aliam aliquã ſpem ob oculos ponens q̃; te, medelas mihijpſi pręſcripſi. Quandoquidẽ igitur ſperaui Dñe, ſpes autem non pudefacit: ob id exaudi, quia uolens miſericordiã tu es. & non uis mortem peccatoris, ſicut pœnitentiam ipſius. Quia ſperaui in te, ſupplico ut auxiliũ tuum aſſequar. Ne quando gaudeant ſuper me inimici mei. Nõdum equidẽ penitus gauiſi ſunt, gaude-

Sap. 1.

Luc. 15.

Ezech. 18.

gaudebunt autem,niſi aſſequutus fuero miſericordiam tuam. Verùm ut ne gaudeant
ſuper me inimici mei,qui iam & prius dum commouerentur pedes mei magna loquuti
ſunt,ad te cõfugi & dico,Non cõfundar in æternũ,neq; irrideant me inimici mei.Et rur
Pſal.27. ſus dico:Ad te Dñe clamabo,ne ſileas à me,& ſimilis fiam deſcẽdentibus in lacũ. Et re-
liqua in alijs pſalmis diuerſimode à me dicta, in ſupplicatione ad te colligens, præſens
auxiliũ aſſequi cupio.Nam tametſi pedes meos maximè cõmoueri contigit,eo tẽpore
quo cor meũ cõturbatum eſt,& dereliquit me uirtus mea, & lumen oculorũ meorũ nõ
erat mecum:nõ tamen penitus euerſus ſum,neq; talem caſum cecidi,qualem qui deſer-
tores ac transfugæ fiunt: qm̃ in illo ipſo tẽpore, dum cõmoti ſunt pedes mei,& magna
contra me locuti ſunt inimici mei,ut ne maiorẽ in modũ cõplauderent contra me, con-
fugi ad te tanq; ad portũ ſalutis, qui etiã incurabiles apud homines animæ affectiones
ſanare potes. Quoniam ego in flagella paratus ſum, & dolor meus in conſpectu meo
eſt ſemper. Quoniã iniquitatẽ meam ego annunciabo,& cogitabo pro peccato meo.]
Quũ ab initio dixerit,Ne in indignatione tua arguas me:in pręſenti ait,Quoniã ego in
flagella paratus ſum.Itaq; irã quidẽ ac indignationẽ deprecat̃, paratũ aũt ſe ad flagella
Heb.12. dicit. Nouit em̃, quòd quẽ diligit Dñs caſtigat: flagellat aũt om̃em filium quẽ ſuſcipit.
Quapropter generoſe pertulit flagella, quæ poſt alternas calamitates poſt peccatũ ip-
ſi acciderũt, quæ Regũ hiſtoria cõplectit̃. Et dolor meus in cõſpectu meo eſt ſemper.
Multi equidẽ priorẽ peccatorũ obliuionẽ faciunt, negligentes ipſa ac contemnentes,
tanq; nulla ultio ſit futura. Qui uerò iudiciũ Dei ſemper ob oculos habet,& credit qđ
om̃es ſiſtemur ad tribunal Chriſti,ut unuſquiſq; proferat quæ per corpus fecit,ſiue bo-
num ſiue malũ:is in anxietate ſemper cõſiſtit,& dolori animæ ſuę mederi ſtudens, ipſe
ſeipſum accuſat per cõfeſsiões ad Deũ.Quapropter ait: Dolor meus in cõſpectu meo
eſt ſemper.Quoniã iniquitatẽ meã ego annunciabo, & cogitabo ac curioſus ero ſuper
peccato meo.Credulę aũt animę,& de iudicio Dei diligẽter perſuaſę hę uoces exiſtũt.

Inimici aũt mei uiuũt & cõfirmati ſunt ſuper me,& multiplicati ſunt qui oderunt me
iniquè.Qui retribuerunt mihi mala pro bonis,detrahebãt mihi,qm̃ perſequebar boni-
tatẽ.Ne derelinquas me Dñe Deus meus,ne diſceſſeris à me.Intende in adiutoriũ meũ
Dñe Deus ſalutis meæ.] Omniũ inimicorũ ſuorum meminit qui ad peccatũ ipſum per
traxerunt,ſupplicatq; ac inuocat Dñm,ut ne ab ipſo diſcedat. Videbat em̃ inimicos eti
am nunc circa ipſum ſtantes,ſibiq; imminentes,& neq; priore cõtra ipſum audacia con
tentos,quapropter ſollicitus ne iterũ in eoſdẽ incidat, ualde uigilãter dicit: Inimici aũt
mei uiuunt,nõ enim mortui ſunt,neq; ſemel qđ uoluerũt operati abierunt. Quare ſcri-
ptum eſt,Ne beatũ prædicaueris uirũ ante finẽ ſuum. Viuunt, ſed & cõfirmati ſunt, plu
res exiſtentes ſuper me. Multiplicati em̃ ſunt qui oderunt me,& qui retribuerunt mihi
mala pro bonis,qui ſanè nondũ etiã nunc quieſcunt detrahere mihi, quoniã bonam &
ſalutarẽ uiam perſequor,inuidentes mihi ſalutẽ.Ea gratia ſupplico ac rogo, ne derelin-
quas me Domine:ſolum enim me ad tot reſiſtere non fuerit poſsibile. Tu igitur Deus
meus,ne diſceſſeris à me,uerùm adſis mihi adiutor & cuſtos ſalutis meæ,Amen.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO IN PSALMVM XLIIII.

IN fine pro his qui immutabunt̃,filijs Core ad intellectũ, Ode pro dilecto.
Videtur equidem etiam hic pſalmus humanæ naturæ perfectiuus eſſe, &
his qui ad propoſitum finem ſecundum uirtutẽ uiuere uolunt, utilitatem
exhibere. Nam proficientibus opus eſt doctrina ad perfectionem, quam
hic pſalmus exhibet,inſcriptionẽ habẽs, In finem pro his qui immutabun
tur. recte aũt dixit, Pro hominibus. Nos enim ſumus qui maximè omniũ rationalium,
alterationibus ac mutationibus in ſingulos dies,& ferè horas ſubiecti ſumus. Neq; em̃
corpore neq; mente, ijdem nobiſipſis ſumus. Sed corpus quidem noſtrum ſemper diſ-
fluens ac caducum,in motu ac tranſmutatione eſt. & aut à paruo ad maius augeſcit, aut
à perfecto imminuitur ac cõtrahit̃. Non em̃ idẽ eſt puer qui iam ludum literariũ petit,
& ad artes ac diſciplinas percipiendas aptus eſt,cũ infante recens nato. Alius aũt rurſus
ab illo in confeſſo eſt pubertatẽ ingreſſus,fortia iam opera cõtingere potens. Et ab hoc
pubere alius quis eſt uir,& firmitate & magnitudine corporis, & rationis complemen
to. Ad uigorem uerò progeſſus, & ætatis ſtatum conſecutus,rurſus incipit paulatim im

minui

minui, corporis habitu latenter ipſi diffluente, & firmitate corporea deficiente, donec præ ſenectute incuruatus, extremã uiriũ detractionẽ ſuſtinuerit. Nos itaq; ſumus qui immutantur, & ſapiẽter ſanè nos homines per hãc uocẽ pſalmus inſinuauit. Nõ enim angeli mutationẽ ſuſcipiunt. Nullus eñ illorũ puer eſt, nullus adoleſcẽs, nullus ſenex: ſed in quo ab initio creati ſunt ſtatu, in eo permanẽt, integra & immutata ſubſtãtia cõſeruata. Nos uerò mutamur, corpore quidẽ uelut dictũ eſt, iuxta animã uerò & internũ hominem, unà cum accidentib. rebus ſemper mentes ac ſententias trãſmutantes. Alij eñ ſumus dum lætamur, & omnia nobis in uita ſecundo uento procedunt: alij uerò in tẽporibus calamitoſis, ubi quid præter animi ſententiã acciderit. Immutamur etiam circa iras, ferinũ quendã ſtatũ aſſumẽtes: immutamur & circa cupiditates, brutis ſimiles euadentes per uoluptariã uitã. Equi in fœminas furẽtes fiunt, qui uxorũ proximi amore inſaniunt: & doloſus quidẽ uulpeculæ aſsimilatur, uelut Herodes. Impudens uerò canis appellatur, uelut Nabal Carmelius. Vides uarietatẽ ac multiformitatẽ immutationis noſtræ? Admirare igitur eum qui cõmodè appellationẽ hanc nobis adaptauit. Quapropter uidetur mihi quidã interpres, probè et ſagaciter eandem ſententiã, per aliã appellationẽ expreſsiſſe, Pro his qui immutabunt, reddens ipſe, Pro lilijs: citò pereuntes flores humanæ naturæ fragilitati meritò cõparandos ducẽs. Quandoquidẽ uerò in futurum tẽpus hæc uox inclinatur: dictum eſt enim pro his qui immutabunt, tanq; in poſterum aliquando immutatione hac nobis cõſpicua futura: conſideremus nunquid reſurrectionis rationẽ nobis innuat, in qua immutatio nobis dabit: uerũ immutatio in melius ac ſpirituale. Seminat enim in corruptiõe, reſurgit in incorruptibilitate. Vides immutationẽ? Seminat in infirmitate, reſurgit in potentia. Seminat corpus animale, reſurgit corpus ſpirituale. Quando ſanè etiã omnis corporea creatura nobiſcũ immutatur. Nam & cœli uelut ueſtimentũ ueteraſcent, & uelut amiculũ immutabit ipſos Deus, & mutabuntur. Tunc etiã ſol ſeptuplo maior ſeipſo erit, iuxta Eſaiã: & luna iuxta magnitudinem ſolis quæ nunc eſt. Quãdoquidẽ uerò non omnibus ſcripta ſunt oracula Dei, ſed his qui aures habẽt ſecundũ internũ hominẽ, inſcriptionẽ pro his qui immutabunt fecit, uelut arbitror pro his qui ſui ipſorũ curã gerũt, & ſemper amplius per pietatis exercitia proficiunt. Hęc eñ optima eſt immutatio, quã dextra altiſsimi largitur, quã etiã beatus Dauid percepit, quũ guſtatis bonis uirtutis ſe ad ulteriora extẽdit. Quid enim ait? Et dixi, nũc incœpi. Hęc eſt mutatio dexteræ altiſsimi. Quare qui proficit ad uirtutem nunq; nõ immutat. Quũ enim eſſem paruulus, inquit, loquebar ut paruulus ſapiebam ut paruulus, cogitabã ut paruulus: quãdo uerò factus ſum uir, aboleui ea quę ſunt puerorũ. Et rurſus, uir factus non quieuit ab actione, ſed poſteriorũ obliuiſcens, & ad ulteriora pergẽs, iuxta ſcopũ perſecutus eſt brauiũ ſupernæ uocationis. Immutatio igit eſt, dum internus homo de die in diem renouatur. Quandoquidem igitur annunciaturus eſt nobis propheta de dilecto, qui diſpenſationẽ incarnationis pro nobis ſuſcepit, pro his qui digni ſunt hoc beneficio, hanc oden ſe emiſiſſe filijs Core dicit. Ode enim eſt ſiue carmẽ, & nõ pſalmus: quia nuda uoce, ipſo organo nõ ſimul ſonitũ edẽte, cum concinna uocis modulatione edita eſt. Ode aũt pro dilecto. Nũ igitur exponam tibi dilectum quę his uerbis dicit, aut etiã ante meã expoſitionem noſti, memor Euangelicæ uocis: Hic eſt filius meus dilectus, ipſum audite? Dilectus eñ patri quidẽ, uelut unigenitus: omni uerò creaturæ, uelut benignus pater & bonus pręſes. Idẽ aũt eſt natura dilectum & bonũ. Quapropter rectè definierũt quidã, bonũ eſſe quod oẽs cupiunt. Non eſt aũt cuiuslibet ad dilectionis perfectionẽ procedere, & reuera bonum cognoſcere: ſed eius qui iam exuit ueterẽ hominem, qui corrũpit cupiditatib. fraudis, & induit nouum qui renouatur ad cognitionẽ ſecundum imaginẽ cõditoris. Nam qui pecunias diligit, & circa corruptibilẽ corporũ pulchritudinẽ conſternatus eſt, & gloriolam hanc præfert, dilecti potẽtia in ea quę nõ oportebat inſumpta, is ad uerè dilecti ſpectaculum excæcatus eſt. Quapropter inquit, diliges Dñm Deũ tuũ, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota menta tua. at uerò uox Ex tota, partitionem ad alia non admittit. Quantũ enim dilectionis inſumpſeris in inferna, tantum tibi neceſſariò deficiet à toto. Ob id pauci ex omnibus amici Dei appellati ſunt: uelut de Moyſe ſcriptũ eſt, q̃d ſit amicus: & de Ioanne, Amicus enim, inquit, ſponſi ſtans gaudio gaudet. hoc eſt, qui ſtabilem

1. Reg. 15.
1. Cor. 15.
Cap. 30.
Phil. 3.
Mat. 3.
Mar. 12.
Exod. 33.

& immobilem habet in Chriſtū dilectionē, hic amicitia ipſius dignus eſt. Quapropter
Ioan. 15. etiam diſcipulis iam perfectis Dn̄s dicit: Nō amplius uos dico ſeruos, ſed amicos. Nam ſeruus non nouit quid facit Dominus ipſius. Perfecti igitur eſt reuera dilectū cognoſcere, & reuera ſoli ſunt amici Dei, & inter ſe ipſi ſancti. Nullus aūt malus aut indoctus amicus eſt: non enim cadit amicitiæ bonum in malam affectionē. Quare nihil turpe & inconcinnum, ad amicitiæ conſonantiā procedere poteſt. Nam malum non ſolum bono cōtrariū eſt, ſed etiā ipſum ſibijpſi. Iam uerò ad ipſa pſalmi uerba expendēda progrediamur. Eructauit cor meum uerbum bonum. Iam quidē aliqui putauerūt ex perſona patris hæc dici, de uerbo in principio apud ipſum exiſtente: q̄d uelut ex corde ac ipſis uiſceribus, inquiunt, produxit, & à bono corde bonū uerbū proceſsit. Mihi uerò uidentur hæc ad propheticā perſonā referri. Nam quæ deinceps ab hoc dicto ſequunt̄, non amplius ſimiliter exæquāt nobis de patre expoſitionē. Neq; enim de ſua ipſius lingua patre dixit: Lingua mea calam9 ſcribę ſcribētis uelociter, ſpecioſus forma præ filijs hominum. Non enim ex cōparatione ad homines, Præminentiā pulchritudinis habet. Et progreſſus inquit, propterea unxit te deus deus tuus oleo lætitiæ. nō enim dixit: Vnxi te ego Deus: ſed, Vnxit te, ut ex hoc declaretur, aliam eſſe loquentē perſonā. Quæ aūt hæc ſit alia q̄ prophetæ, qui ſpiritus ſancti actionē in ipſum factam ſuſcepit? Eructauit, inquit, cor meum uerbum bonum.] Quandoquidem enim ructus eſt flatus occul-
Mat. 4. tus, qui iuxta alimenti feruorē erumpentibus bullis ſurſum transſpirat: qui nutritus eſt pane uiuente, qui ex cœlo deſcendit, & uitam mundo dedit, & qui ſaturatus eſt omni uerbo prodeunte ex ore Dei, iuxta conſuetā ſcripturæ tropologiā, anima ſacris diſciplinis nutrita, conſimilē edulijs ructum emittit. Quapropter quoniam ſpirituale & bonū erat alimentū, uerbū bonum eructat propheta. Bonus enim homo ex bono cordis ſui theſauro bonum profert. Quæramus igitur etiā nos ex uerbo alimentū ad animarū noſtrarū ſaturitatē: Iuſtus enim, inquit, edens implet animam ſuā, quo iuxta proportionē eorum ex quibus alimur, nō uulgare uerbū, ſed bonū emittamus. Malus enim homo à malis dogmatibus enutritus, eructat ex corde ſuo uerbū malū. Non uides qualia hæreticorum ora eructāt, q̄ grauia & fœtida, magnū quendā morbū in profundo miſerorū
Mat. 12. illorū declarantia? Malus enim homo ex malo theſauro cordis ſui malū profert. Ne igitur prurientib. auribus doctores tibijpſi accumules, morbū in uiſcerib. tuis operari potentes, & malorū tibi uerborū ructū propinare, ob quæ in die iudicij condēnationē ſu-
Pſal. 51. biturus es. Ex uerbis em̄ tuis, inquit, iuſtificaberis, & ex uerbis tuis condēnaberis. Dico ego opera mea regi.] Valde adduxit nos ad ꝓpheticę perſonæ ſententiā, etiam hoc uerbū: Dico ego opera mea regi, pro cōfitebor iudici, & præuerto accuſatorē per pro priorū operū delationē. Præceptū em̄ accepimus q̄d iubet: Dic tu primus iniquitates tuas ut iuſtificeris. Lingua mea calamus ſcribæ uelociter ſcribētis.] Quemadmodū calamus inſtrumentū eſt ſcriptoriū manu periti mouente ipſum, ad eorū quæ ſcribunt̄ notas exprimendas: ſic iuſti lingua mouēte ipſam ſancto ſpiritu, inſcribit uerba uitæ æternæ cordibus credentiū, tincta nō atramēto, ſed ſpiritu Dei uiuētis. Scriba igit̄ eſt ſpūs ſanctus, quia ſapiens eſt & doctor omniū. Velociter uerò ſcribit, quia uelox eſt mentis motus: ſententias aūt inſcribit nobis ſpiritus, non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cor-
2. Cor. 3. dis carneis. Secundum proportionē uerò latitudinis cordis, plura aut pauciora cordibus ſpiritus inſcribit, aut manifeſta omnibus, aut obſcuriora, iuxta puritatis pręparationem. Porrò propter uelocitatē eorū quę ſcribuntur, plena om̄is de cętero terra Euangelio facta eſt. Cæterū quod ſequitur deinceps, à proprio principio ſumere mihi uidet̄, & non cum præcedentib. cōnectere, ſed ad ſequentia adiungere. Nā ſpecioſus forma, ad Dominū dici putamus, iuxta perſonæ auerſionē. Specioſus forma præter filios hominū, diffuſa eſt gratia in labijs tuis.] Inducit aūt nos ad hanc ſententiam, & Aquila & Symmachus. Ille quidē quum reddiderit, Pulchritudine exornatus es pręter filios hominum: Symmachus uerò, Pulchritudine pulcher es præter filios hominū. Specioſum igitur forma appellat Dn̄m, qui ipſius diuinitatē intentè inſpexit. Nō enim carnis pulchritudinem celebrat. Vidimus enim ipſum, & non habebat ſpeciē neq; formam: ſed ſpecies ipſius ignominioſa, deficiēs præter filios hominum. Manifeſtū eſt igitur, quòd inſpecta ipſius claritudine, & ſplendoribus illius repletus, per hanc pulchritudinem

percuſſus

percuſsus propheta,ad diuinũ ſpiritualis pulchritudinis amorem cõmotus eſt:quæ ubi humanæ animæ illuceſcit, omnia turpia ac uilia quæ hactenus diligebantur apparent. Quapropter Paulus quum uidiſſet ſpecioſum forma: omnia duxit eſſe ſterquilinia,quo Chriſtũ lucrifaceret. Equidẽ externi à uerbo ueritatis,ſtulticiã nominãt Euangelij prædicationẽ,ſimplicitatem dictionis ſcripturarũ cõtemnentes. Nos aũt qui gloriamur in cruce Chriſti,quibus manifeſtata ſunt per ſpiritũ ea quæ nobis ſunt à Deo donata, non in doctis humanæ ſapientiæ ſermonib. nouimus quòd diues eſt gratia diffuſa à Deo in doctrinis de Chriſto, Quapropter in breui tempore omnẽ ferme terrã penetrauit prędicatio. Nam diues & luculenta gratia effuſa eſt in pręcones Euãgelij,quos etiam labia Chriſti ſcriptura nominauit. Quare in cõtẽptibilib. dictiunculis multã uim perſuadendi,& attractoriam ad ſalutem prædicatio Euangelij habet. Et omnis anima immobilibus dogmatibus apprehenſa eſt, per gratiã ad inconcuſſam in Chriſtum fidem confirmata. unde inquit Apôſtolus, Per quem accepimus gratiã & apoſtolatũ ad obedientiam fidei. Et rurſus: Abundantius omnib. his laboraui: non ego autem,ſed gratia Dei quæ mecum eſt. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum.] Scriptum eſt in Euangelio, quòd admirabantur propter ſermones gratiæ procedentes per os ipſius. Quapropter pſalmus ſignificanter multitudinem gratiæ uerborum Domini noſtri declarare uolens, Diffuſa eſt gratia in labijs tuis,inquit,propter gratiæ in ipſo uerbo luculentiam. Benedixit te Deus, inquit, in æternum.] Manifeſtum eſt quòd hæc ad humanitatem referre oportet,ſecundũ quod proficit ſapientia & ætate & gratia. Iuxta hanc nimirum, etiã uirilium factorũ præmium ipſi datum eſſe gratiã ipſam intelligimus. Simile autem huic eſt, Dilexiſti iuſticiam, & odiſti iniquitatem. propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo læticiæ præ cõſortibus tuis. Cui cõſimile eſt & illud Philippenſibus à Paulo ſcriptum: Humiliauit ſemetipſum,factus obediens uſq; ad mortem,mortem autem crucis,quapropter etiam Deus ipſum exaltauit. Quare manifeſtum eſt,quòd hæc de Saluatore homine dicuntur. Aut quoniam eccleſia corpus eſt Domini,& ipſe caput eccleſiæ, quemadmodũ diximus labia eſſe Chriſti eos qui cœleſti uerbo inſeruiunt, uelut Paulus in ſeipſo habens Chriſtum loquentem, & ſi quis illi uirtute conſimilis eſt: ſic etiam reliquæ corporis Chriſti partes, nos ſinguli credentes ſumus. Qui igitur datam eccleſiæ benedictionem ad Dominum refert, non peccabit. Benedixit igitur Deus te, hoc eſt partes tuas & corpus tuum, impleuit bonis ſuis in æternum,hoc eſt in infinitum. Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſsime, ſpecie tua & pulchritudine tua.] Putamus itaq; figuratè referri ad uiuum Dei uerbum, ut carni coniungatur, quod eſt efficax & magis penetrãs quàm omnis gladius anceps, & pertingens uſq; ad animæ & ſpiritus diſſectionem,iuncturarumq; ac medullæ, & diſcernens cogitationes ac conſilia. Nam femur ſignum eſt actionis circa generationem: Hæ enim, inquit, animæ progreſſæ ex femoribus Iacob. Quemadmodũ igitur uita eſt & uia,& panis & uitis,& uera lux, & alijs infinitis nominib. Dominus noſter Ieſus Chriſtus nominatur: ſic etiam gladius diſſecans affectuoſam animæ partem, & mortificans concupiſcentiæ motus. Deinde quia coniungi uult Deus uerbum carnis imbecillitati, bene additum eſt, Potentiſsime: propterea quòd maximæ potentię demonſtrationem habet, poſſe Deum in humana natura eſſe. Non enim tanta eſt cœli ac terræ conſtitutio,& maris,& aeris,& maximorum elementorũ generatio,& ſi quid ſupermundanum intelligi poteſt, & ſi quid ſub terra potentiam Dei uerbi declarat: quanta eſt circa incarnationem diſpenſatio,& ad humilitatem ac infirmitatem humanę naturæ demiſsio.

Phil.3.
Rom.1.
1.Cor.15.
Mat.7.
Cap.2.
Eph.5.
Gen.46.

Specie tua & pulchritudine tua.] Species à pulchritudine differt. Nam ſpecioſum dicitur,quod eſt cõpletum iuſto tempore ad proprium uigorem: hoc eſt maturũ, uelut ſpecioſum dicitur frumentum,paratũ iam ad meſſem: & ſpecioſus fructus uitis, qui propriam concoctionẽ ad ſui perfectionẽ per anni tempus adeptus eſt, & idoneus eſt ad eſum. Pulchritudo uerò eſt in membrorũ compoſitione concinnitas,efflorеſcentẽ gratiã habens. Accingere igitur gladio tuo ſuper femur tuũ potentiſsime, ſpecie tua: hoc eſt,in temporũ complemento: & pulchritudine tua, hoc eſt conſiderabili & intelligibili deitate. Illa enim reuera eſt pulchritudo, omnem humanam comprehenſionem ac potentiã excedẽs,& ſola mente uiſibilis. Et cognouerunt ipſius pulchritudinẽ diſcipu-

Mat.3. li, quibus priuatim parabolas diſſoluit. Vidit ipſius pulchritudinem Petrus, & filij toni trui in monte, fulgore ſolis ſplendorē excedentem, & procœmia glorioſi aduentus eius oculis haurire digni facti ſunt. Et intēde, inquit, & proſperè procede, & regna. hoc eſt exorſus curam hominū per carnē, intentam ac durantē, & nunq̧ deficientē curā habe: hoc em̄ uiam & curſum exhibebit prędicationi, & omnes regno tuo ſubijciet. Nec ue rò perturbet nos quòd imperatiuè dicitur, Proſpere procede, ſiue proſperare: quum ea Matt.6. Scripturę ſit cōſuetudo, ut ſic ſemper optatiua formet. Fiat em̄ uolūtas tua, ꝓ utinā fieret: & adueniat regnū tuū, pro utinā adueniret, dicit. Propter ueritatē & manſuetudinē & iuſticiā, & deducet te mirabiliter dextera tua.] Rurſus ſermo ſimiliter formatus eſt uelut Dn̄s mercedē hāc accipiat, proſperari uidelicet & regnare, propter ueritatem & manſuetudinē & iuſticiam. Oportet autē ſic intelligere. Quoniam mēdacio peruerſæ ſunt res humanæ, quo ſemines ueritatē, regna inter homines qui à peccato regunt. tu em̄ es ueritas, & propter māſuetudinē, ut tuo exemplo omnes ad manſuetudinē æ- Matt.11. quitatēq; ac bonitatē perducant. Quamobrē etiā Dn̄s dixit, Diſcite à me, quia mitis ſū & humilis corde. Sed & ipſam māſuetudinē factis oſtendit, dum cōuicijs impetebat, Mat.27. tacebat: dum flagellabat, ſuſtinebat. Et deducet te mirabiliter dextera tua.] Non columna nubis, nō ſplēdor ignis, ſed ipſa dextera tua. Sagittæ tuæ acutæ potētiſsime.] Sagittæ potētiſsimi acutæ, ſunt uerba ſagaciter collimata, & corda auditorū pertingen Eccleſ.12. tia, ferientia ac uulnerātia animas ſubtili ſenſu prędıtas. Verba em̄, inquit, ſapientiū, uelut ſtimuli boum. Quare etiā pſalmiſta liberari aliquando à doloſis ſui ſeculi optans, in remediū linguæ doloſæ ſagittas potētis acutas quærit. Requirit etiā carbones deſolatorios, ut quorū corda nō cōtingant ob calloſitatem, ſagittæ uerborū ſpirituales, his paratum ſit ſuppliciū, quod carbones deſolatorios appellauit. Qui em̄ ſeipſos deſolatos à Deo cōſtituerunt, his neceſſariò carbones deſolatorij parantur. Nunc igit ſagittę tuæ acutæ. Ex his ſagittis ſauciantur animæ quæ fidē ſuſceperunt, & ad ſummā Dei di Cant.8. lectionem exarſerūt, & ſimiliter uelut ſponſa dicunt, Vulnerata dilectione ego ſum. Inenarrabilis autē & inexplicabilis eſt uerbi pulchritudo, & ſapiētiæ ſpecioſitas, & Dei in imagine ipſius forma. Beati igit qui ueræ pulchritudinis ſpectaculū amant: nam uelut alligati ipſi per dilectionem, & cœleſtē ac beatū amantes amorem, obliuiſcuntur familiarium & amicorū, obliuiſcuntur familiæ & totius opulentiæ, obliuiſcētes item corporales neceſsitates edēdi ac bibendi, ſoli diuino ac puro amori addicti ac intabeſcentes. Intelliges autē ſagittas acutas, eos qui miſsi ſunt ad diſſeminandū euangelium per totum orbem: qui propterea quòd acuti erant, iuſticiæ operibus fulgebant, & tenuiter atq; acutè audientium animas penetrabant. Hæ em̄ ſagittæ ubiq; præmiſſæ, præparabant populos, ut ſubmitterent ſe Chriſto. Videtur autē mihi meliori cōſequentia reſtitui ipſa dictio per hyperbaton, hoc eſt tranſgreſsionem uerborū, ut talis ſit ſententia: Intende proſperè, procede & regna, & ducet te dextera tua, & populi ſub te cadent, propterea quòd ſagittæ tuæ acutæ ſunt, in corde inimicorum regis. Nullus Deo repugnans temerariusq; ac arrogans ſubmittit ſe Deo, ſed qui ex fide ſubiectonem ſuſceperunt. Sagittæ autē cordibus eorū qui aliquando inimici regis fuerunt illapſę, trahūt ipſos ad ueritatis deſideriū: trahunt ipſos ad Dominū, ut inimici Deo exiſtentes, cōcilientur ipſi per doctrinas. Sedes tua Deus in ſeculum ſeculi. Virga rectitudinis, uirga regni tui. Dilexiſti iuſticiā, & odiſti iniquitatē, propterea unxit te Deus tuus oleo lætitiæ, præ cōſortibus tuis.] Quādoquidem multa ad humanitatē intentus dixit, reducit nunc ſermonē ad altitudinem maieſtatis unigeniti. Sedes tua, inquit, Deus in ſeculū ſeculi. hoc eſt regnum tuum ultra ſecula, & omni intelligentia antiquius. Et rectè poſt populorū ſubiectionē, magnificētiam Dei celebrat, uirga rectitudinis, uirga regni tui. Ideo ipſi propriam appellationē attribuit, manifeſtè ipſum appellans Deum, ſedes tua Deus. Caſtigatrix & correctrix eſt uirga Dei, caſtigans autem recta, & non peruerſa iudicia inducit: quapropter uirga rectitudinis, uirga regni ipſius appellata eſt. Si em̄ dereliquerint filij ipſius legem meā, & in iudicijs meis nō ambulauerint, uiſitabo in uirga iniquitates ipſorum. Vides iuſtum iudicium Dei: nō in quoslibet utitur, ſed in pecca- Pſal.22. tores. Hęc autem & conſolationis uirga dicitur. Virga enim tua, inquit, & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt. Hæc & contritionis uirga eſt. Reges enim, inquit, ipſos in

uirga

uirga ferrea, uelut uaſa figuli confringes ipſos. Cōfringentur autem terrea & lutea, in beneficentiam eorum qui reguntur, quomodo etiam traduntur in interitum carnis, ut ſpiritus ſeruetur. Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo letitię pręter cōſortes tuos. Quādoquidem oportebat figurare typicam unctionem, & typicos pontifices ac reges: caro Domini uero unguēto uncta eſt, ipſo ſancti ſpiritus ſuper ipſā aduētu, quod lætitiæ oleum appellatum eſt. Vnctus eſt autē præter cōſortes ſuos, propterea quòd illis quidem particularis ſpiritus participatio dabatur: ſuper filium uerò Dei deſcendēs ſpiritus ſanctus, uelut Ioannes dicit, manſit ſuper ipſum. Bene autem lætitiæ oleum ſpiritus appellatur, quia unus de fructibus qui à ſpiritu coluntur, eſt gaudium. Quādoquidem uerò mixtus eſt de Saluatore ſermo, propter naturam deitatis & diſpenſationem incarnationis, rurſus ad humanitatem Dei reſpiciens dicit? Dilexiſti iuſticiam, & odiſti iniquitatem.] Quaſi diceret: Reliqui homines labore & exercitio ac attentione ſæpe acquirunt affectionē ad bonum, & auerſionem à malis, tibi uerò naturalis quædā eſt coniunctio ad bonum, & abalienatio ab iniquitate. Sed & nobis nō fuerit difficile, ſi uelimus dilectionē erga iuſticiam ſuſcipere, & odium aduerſus iniquitatem. Omnē enim potentiam rationali animæ utiliter dedit Deus, ſicut dilectionis, ita etiam odij, ut per uerbū & rationem directi diligamus uirtutē, & odio habeamus iniquitatē. Licet enim aliquādo laudabiliter odio uti. Nonne odio habētes te Domine odio habui? Perfecto odio odi ipſos. Myrrha & ſtacte & caſia à ueſtimentis tuis, à domibus eburneis ex quibus delectauerunt te filiæ regū in honore tuo.] Subdeſcendēs conſequenter propheticus ſermo, & omnia iuxta incarnationis diſpenſationem præexponēs, per intuitū ſpiritus reuelātis ipſi occulta, peruenit ad paſsionē. Mirrha em̄, inquit, & ſtacte & caſia, à ueſtinemtis tuis. Mirrha itaq; quod ſepulturæ ſit ſignum, etiā Euangeliſta Ioannes nos docuit, ubi dicit ipſum à Ioſeph ad Arimathia ſepultum eſſe cū myrrha & aloe. Stacte uerò etiam ipſa myrrhæ ſpecies eſt tenuiſsima. Expreſſo em̄ aromate, quantum eius fluidū eſt in ſtacten ſeparatur: quod uerò craſſum remanet, myrrha appellat̃. Itaq; Chriſti fragrātia myrrhā quidem ſpirat, propter paſsionē: ſtacten uerò, propterea quod nō immobilis, neq; inefficax & ocioſus permāſit tribus noctibus, ſed deſcendit ad infernū gratia diſpenſationis circa reſurrectionem, ut uniuerſa ſeipſo impleret. Caſiam uerò ſpirat, quia caſia cortex eſt tenuiſsimus & odoratus, qui circum lignoſum ſarmentum obtenditur. Nunquid igitur crucis paſsionem in beneficium omnis creaturę aſſumptā, altè & ſapienter per caſiæ nomen pſalmus nobis inſinuauit? Habes igit̃ myrrham propter ſepulturā, ſtacten propter deſcenſum ad inferos (omnis em̄ ſtilla & gutta deorſum fertur) caſiā propter carnis circa lignum, myſteriū ac diſpenſationē. Ex hac autem cauſa exhilarauerunt te, inquit, filiæ regnum in honore tuo. Filiæ uerò regū quæ nā fuerint aliæ quàm generoſæ ac magnæ & reginæ animæ? quæ propter deſcenſū ad homines agnito Chriſto, exhilarauerūt ipſum, in honore in uera fide & perfecta dilectione, glorificātes ipſius deitatem. At uerò aromata hæc nō parcè Chriſti ueſtibus ad eſſe dicit (ſunt autem hæ parabolæ uerborū & dogmatum ſupellex) ſed à totis ædificijs ferri. Domus em̄ hic pro maximis ędificijs dicuntur, atq; hæ ex ebore cōſtructæ, uelut ego arbitor, diuitem Chriſti erga mundū dilectionem propheta docente. Aſtitit regina à dextris tuis, in ueſtitu deaurato, circūdata, uariegata.] De eccleſia iam loquitur, de qua in Cantico didicimus, quòd una eſt perfecta Chriſti columba, quæ ad dextrum Chriſti locum ſuſcepit eos qui propter bona opera noti reddūtur, diſſeparans ipſos à malis, quemadmodum paſtor ſeparat agnos ab hœdis. Aſtat igit̃ regina, ipſa ſponſali uerbo in cōnubium data anima, nō peccati imperio ſubiecta, ſed regni Chriſti particeps, à dextris Saluatoris in ueſtitu deaurato: hoc eſt. in dogmatib. ſpiritualibus ſubtextis & uariegatis, uenuſtè & religioſè ſeipſam exornans. Quoniā uerò non unius ſpeciei ſunt dogmata, ſed uaria & multiformia, morales & naturales & ſpeculatiuos appellatos ſermones cōplectentia, ideo uariegatum eſſe ueſtitum ſponſæ pſalmus dicit. Audi filia & uide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui, & concupiſcet rex decorē tuū, quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus, & adorabunt ipſum.] Exhortatur Eccleſiam ad audiendum & ſeruandum præcepta. & coniungit ſibi ipſam per appellationem, filiam appellans ipſam, uelut qui per dilectionem genuerit ipſam.

Pſal. 2.
Mat. 3.
Pſal. 138.
Cap. 19.
Cant. 6.

in ipſam. Audi filia, & uide. Docet exercitatam ipſam habere mentem ad ſpeculatio-
nem, per hoc quod dicit Vide. Cõſidera, inquit, creationẽ, & utilitate ex ordine ipſius
accepta, ita ad creatoris ſpeculationẽ aſcende: deinde elatum arrogantię ipſius collum
inflectens: Inclina, inquit, aurem tuam. Ne decurras ad externas fabulas, ſed humilita-
tem uocis in euangelico ſermone ſuſcipe: Inclina aurem tuam ad hanc doctrinã, ut ob-
liuiſcaris prauorũ illorũ morum & paternorũ dogmatum. quapropter obliuiſcere po-
Ioan.8. pulum tuũ & domũ patris tui. Omnis em̃ qui facit peccatũ, ex diabolo natus eſt. Eijce,
inquit, mihi dæmonũ doctrinas, obliuiſcere ſacrificiorũ, choreæ nocturnę, fabularũ ad
ſcortationẽ & omnem petulantiam inflammantium. Propterea filiam te meam appel-
laui, ut odio habeas parentem qui te prius genuit ad interitum. Si enim per obliuionẽ
maculas prauorũ dogmatũ obleueris, recepta propria pulchritudine tua, deſiderabilis
apparebis ſponſo & regi, quoniã ipſe eſt Dominus Deus tuus, & adorabunt ipſũ. Ne-
ceſsitatẽ ſubiectionis declarat per id quod ait, Ipſe eſt Dominus tuus. Adorabunt au-
Phil.2. tem ipſum omnes creaturę, quia in nomine Ieſu Chriſti omne genu ſe flectet, cœleſtiũ,
terreſtrium & infernorum. Et filia Tyri in muneribus. Vultum tuum deprecabunt
omnes diuites plebis.] Summa idololatria in Chananitide regione perpetrata eſſe ui-
detur. Metropolis autem Chanaan, eſt Tyrus. Exhortans igitur ad obedientiam, ipſam
eccleſiam pſalmus: Et filia, inquit, Tyri ueniet aliquando cũ munerib. Sed & uultũ tuũ
adorabũt diuites populi, adorabũt in munerib. non dixit, Te adorabũt in munerib. ſed
uultũ tuum. Non enim eccleſia adoratur, ſed eccleſiæ caput Chriſtus, quẽ uultum no-
minauit Scriptura. Omnis gloria filię regis ex internis, in fimbrijs aureis circumamicta,
uariegata. Adducentur regi uirgines poſt eam.] Poſtq̃ purgata eſt à ueteribus praui-
tatis doctrinis, obediens facta dogmati, & oblita populi ſui & domus patris ſui: enar-
rat ſpiritus ſanctus res ipſius, & quandoquidẽ uidit puritatẽ in occulto: Omnis, inquit
gloria filiæ regis, hoc eſt ſponſæ Chriſti, quæ de cætero per adoptionẽ filia regis facta
eſt, ex internis eſt. Hortatur hic ſermo, ut ad intima eccleſiaſticæ gloriæ myſteria pro-
cedamus, uelut intus exiſtat pulchritudo ſponſæ. Qui em̃ præparat ſeipſum patri ui-
denti in occulto, & adorat, omniaq́ facit, nõ ut uideatur ab hominibus, ſed ſoli manife
ſtus ſit Deo: hic omnem gloriã intus habet, uelut etiã filia regis. Sed & fimbriæ aureæ,
quibus tota circũamicta eſt ac uariegata, in internis ſunt. Nihil quæras in externo au-
ro & corporali uarietate, ſed amictũ quendã intellige, qui dignus ſit ornare eum qui ſe
Col.3. cundum imaginẽ eſt cõditoris: uelut inquit Apoſtolus, exuto ueteri homine, & indu-
to nouo, qui renouaẽ ad cognitionẽ ſecũdũ imaginẽ conditoris. Et qui induit uiſce-
ra miſericordiæ, bonitatẽ, humilitatẽ, lõganimitatẽ, mãſuetudinẽ, intus amictus eſt, &
internũ hominẽ ornatus eſt. Sed & Paulus admonet, Induite Ieſum Chriſtũ. Nõ ſecun-
Rom.13. dum externũ hominẽ, ſed ut mentẽ noſtrã Dei memoria amiciat. Arbitror aũt ſpiritu
alem ueſtẽ texi, quũ uerbo doctrinæ cõſequens actio implicatur. Quemadmodũ enim
ſtamini implicaẽ ſubtegnem, dum corporalis ueſtis texitur: ſic uerbo præſubſiſtente, ſi
cõſequẽter actiones inducãtur, uenuſtiſsimus amictus animæ cõfici poteſt, quæ & uer
bo & opere uirtuoſam uitã cõpletam habet. Fimbriæ porrò dependent à ueſtitu, ſpiri
tuales ipſæ quoq́. quapropter etiã aureæ eſſe dicunẽ. Quãdoquidem uerbũ maius eſt o-
pere, uelut fimbria quędã eſt à textura ad actionẽ redundãs. Sequũtur aũt ſponſam Do
mini animæ quædã, quę nõ aſſumpſerunt ſemen dogmatũ alienorũ, quæ adducentur
regi ſequẽtes ſponſam. Audiant quę uirginitatem Domino uouerũt, q́ uirgines addu-
centur regi. Virgines aũt propinquę exiſtentes eccleſię, poſt ipſam ſequentes, & ab ec
cleſiaſtica diſciplina non aberrãtes. Adducenẽ aũt uirgines in lætitia & exultatione,
adducenẽ in templũ regis.] Nõ quæ coactæ ſubierunt uirginitatẽ, neq́ quæ ex mœro-
re aut neceſsitate ſuſceperũt caſtam uitam, ſed quæ in lætitia & exultatione ob uirtuo-
ſum hoc factũ gaudent, hæ adducenẽ regi: & adducentur non in uulgarem locũ, ſed in
templum regis. Nam uaſa ſacrata quę nõ inquinauit humanus uſus, ad ſancta ſanctorũ
adducentur, & poteſtatem habebunt acceſſus ad adyta, ubi prophani pedes nõ ambu-
labunt. Quãta aũt res ſit adduci in templũ regis, propheta oſtendit pro ſeipſo orans ac
dicens: Vnã petij à Dño, hanc requirã, ut inhabitem in domo domini omnibus diebus
uitę meę, ut uideã uoluptatem Domini, & uiſitem templũ eius. Pro patribus nati ſunt
tib

tibi filij.cōſtitues eos principes ſuper omnē terrã.] Quandoquidē ſuprà præceptum eſt ipſi,ut obliuiſceretur populi,& domus patris: in obedientiæ retributionem nunc pro patribus accipit filios tantis dignitatibus ornatos,ut cōſtituat ipſos principes ſuper omnē terrã.Qui igitur ſunt eccleſiæ filij? nimirũ filij euangelij, qui toti terræ imperarunt.In omnem enim, inquit, terram exiuit ſonus eorũ,& ſedebunt ſuper duodecim thronos,& iudicabunt duodecim tribus Iſrael.Si uerò quis patres ſponſæ accipiat patriarchas,etiã pſalmi uerba ab apoſtolis nō diſcedunt.Pro illis enim nati ſunt ei filij per Chriſtum,qui faciunt opera Abrahæ:& propterea æquali honore cum ipſis digni iudicantur,ex eo quòd eadem quæ illi fecerunt,propter quæ magnis honoribus patres digni facti ſunt.Principes uerò uniuerſæ terræ ſunt ſancti, propter conſortiũ ad bonum, quum ipſa boni natura primatũ ipſis addat. Sicut præbuit Iacob poteſtatē in ipſum Eſau: Eſto eṁ,inquit,dominus fratris tui.Qui igitur æquales patrib.fiunt, & præminentiam ſupra omnes per uirtutis exercitationē aſſumpſerunt, etiã filij ſponſæ Chriſti exiſtunt,& à propria matre conſtituuntur principes ſuper omnē terrã.Cōſidera porrò mihi reginæ poteſtatem,quantã in ſe habeat,ut eligat principes ſuper omnē terram. Memor ero nominis tui in omni generatione & generatione,propterea populi cōfitebuntur tibi in æternum,& in ſeculum ſeculi.] Poſt omnia uelut ex eccleſiæ perſona ſermo hic dictus eſt:Memor ero nominis tui in omni generatione & generatione. Quæ uerò eſt eccleſiæ memoria? Confeſsio populorum uidelicet. Pſal.18. Mat.19. Gen.27.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO IN PSALMVM XLV.

IN finē,pro filijs Core,pro arcanis Pſalmus.Prophetiã uidetur mihi continere pſalmus,de rebus iuxta finem.Quē finem intuitus etiã Paulus, dicit: Deinde finis,quũ tradiderit regnũ Deo & patri. Aut quoniã actiones noſtræ deducunt nos ad finem,unaquæq; ad ſibijpſi propriũ: bona ad beatitudinem,mala ad æternã condemnationem:conſilia uerò quæ in hoc pſalmo à ſpiritu ſancto tradunt,credentes ad bonũ finem perducũt,ea gratia inſcriptus eſt In finē,tanq; relatio doctrinarũ ad beatũ humanę uitæ finē exiſtat.Pro filijs Core. Filijs Core etiam hic pſalmus dictus eſt,quos nō diuidit ſpiritus ſanctus, propterea q uelut una anima & una uoce,cum omni inter ſe cōſonantia propheticos ſermones emiſerũt, ita ut nihil præter alios prophetarit aliquis ex ipſis,ſed prophetico munere ex ęquo ipſis dato,propter æqualē ipſorũ inter ſe ad bona affectũ.Pro arcanis aũt dictus eſt pſalmus,hoc eſt pro occultis & in myſterio cœlatis.Cæterũ ubi ad particularia pſalmi dicta perueneris,ſermonũ ipſorũ arcana addiſces,& quòd nō cuiuſuis eſt, diuina myſteria inſpicere,ſed eius tantũ qui cōcinnũ annũciationis organũ fieri poteſt,ut pro pſalterio anima ipſius moueat.ab operãte in ipſa ſpiritu ſancto. Deus noſtrũ refugiũ & uirtus adiutor in tribulationib. quæ inuenerunt nos ualde.] Multo auxilio omnis homo opus habet,propter debilitatē quæ ex natura ipſi adeſt,quũ multa ipſi triſtia & moleſta accidãt,ex omnib. calamitatib.refugiũ quærens:& uelut ad aſylũ & tutũ locũ confugiens,aut ad quendã uerticem acutũ forti muro circundatũ defugiens, propter hoſtium incurſum,ſic ad Deũ cōfugit,manſionē in ipſo ſolã requiē eſſe ducēs.Quod quidem igitur ad Deũ refugiũ eſt,apud omnes in cōfeſſo eſt: uerũ multũ errorē ac confuſionem inimicus inuexit circa ſeruantis electionē.Inſidians eṁ uelut hoſtis, rurſus hos quibus inſidiatur decipit,ut ad ipſum uelut cuſtodē defugiant.Quare duplex ipſis imminet malũ,ut uel per uim capiãtur, aut ex fraude pereant. Quapropter ad dæmones confugiunt increduli,ueri Dei cognitione,præ cōfuſione à diabolo ipſis facta,ſpoliati. Sed & qui cognoſcunt Deũ circa rerũ diſcretionem errãt,inerudite petitiones utiliũ facientes,& petētes quędam uelut bona,quæ ſæpenumero ipſis nō cōducunt: & fugientes quædã ut mala,multã aliquãdo ipſis utilitatē afferentia. Velut uerbi cauſſa, ægrotat quis,fugiēs morbi moleſtias,optat ſanitatem.Amiſit pecunias, dolore afficitur ob damnum.Eſt autem ſępe etiam morbus utilis,ubi eruditurus eſt peccantem.Et ſanitas nociua,ubi uiaticũ fit ad peccatũ ei qui ipſam habet. Sic etiã pecuniæ quibuſdã iam ad proteruitatē inſeruierũt.Et paupertas multos ad malũ promptos,ad modeſtiã reuocauit. Neq; igitur confugias ad quæ non oportet, neq; defugias ad quem non oportet. 1.Cor.15.

Sed

Sed unum tantum fugias peccatũ,& unum ex omnibus malis refugiũ tibi ſit Deus. Ne cõfidite in principibus, ne elati ſitis ob diuitiarũ incertitudinẽ, ne gloriemini ob corporis potentiã, ne perſequimini humanæ gloriꝰ claritudinẽ. Nihil horum ſaluat: om̃ia
Hier.17. momẽtanea ſunt, omnia fraudulẽta. unicũ refugium Deus. Nam maledictus homo qui ſpem ponit in hominẽ, aut aliquid rerũ humanarũ. Deus igitur noſtrum refugiũ & uirtus. Qui enim dicere poteſt, Omnia poſſum in eo qui me potẽtẽ facit Chriſto: ei Deus uirtus eſt & potẽtia. Multorũ igitur eſt dicere, Deus noſtrũ refugiũ, & Dñe refugiũ factus es nobis: uerũ eodẽ cum propheta affectu dicere, ualde paucorum. Pauci em̃ ſunt qui non admirantes res humanas, ſed toti ex Deo pendentes, & ipſum ſpirantes, omnẽ ſpem ac cõfidentiã in ipſo habeant. Et redarguũt ſanè nos res ipſæ, quum in tribulationibus ad om̃ia magis ꝙ ad Deum curramus. Aegrotat tibi filius, tu incãtatorẽ requiris, aut eum qui inanes characterũ figuras collo innocẽtiũ puerorũ alligat. Aut poſtremũ ad medicum ac medicamenta deuenis, eum qui ſeruare poteſt negligens. Et ſi inſomnium te perturbarit, ad coniectorẽ curris: & ſi timueris inimicũ, unum aliquẽ hominem adiutorẽ inquiris. Et in ſumma, in ſingulis neceſsitatibus redargueris, quòd Deum quidem nominas refugiũ, uerùm ipſo facto ex inutilibus ac uanis auxiliũ quæris. Eſt aũt iuſto uerum auxiliũ Deus, uelut exercitus imperator præclaris armis inſtructus, promptus eſt ſẽper ad auxiliandũ oppreſſæ parti: ſic noſter Deus adiutor eſt, & auxiliarius omni militanti aduerſus inſidias diaboli, demittens miniſtratorios ſpũs ad indigẽtium
Matt.7. ſalutẽ. Inuenit aũt tribulatio omnẽ iuſtũ, propter uitæ inſtitutũ. Qui enim declinat latam ac ſpacioſam uiam, ambulat aũt arctam & anguſtã, is inuenitur à tribulationibus. Animatẽ formauit ſermonẽ Propheta, quum dixit, In tribulationibus quæ inuenerunt nos ualde. Queadmodum enim animalia animata deprehendunt nos, operantes patientiam, & per patientiã probationẽ, & per probationẽ ſpem. Vnde etiam Apoſtolus
Rom.5. ait: Per multas tribulationes oportet nos ingredi in regnum cœlorũ. &, Multæ tribulationes iuſtorũ. Sed generoſus & qui imperturbatè tẽtationẽ ex tribulatione ſuſtinuit, dicet, quòd in his omnibus uictores euadimus per eum qui dilexit nos: et tãtum abeſt, ut deſperet ac torpeat in tribulationibus, ut etiã gloriandi occaſionẽ malorũ exceſſum faciat, dicens: Non ſolum aũt, uerum etiam gloriantes in tribulationibus. Propterea non timebimus, dum turbabitur terra, & trans ferentur montes in cor maris.] Magnũ firmamentũ confidentiæ in Chriſtum oſtendit Propheta, nimirum, etiamſi omnia ſurſum ac deorſum ferantur, & ſi terra turbata euertatur, & ſi montes propria relicta ſede, ad medium maris trans ferantur, nõ timebimus: propterea quòd habemus Deũ refugiũ & uirtutẽ, & auxiliatorẽ in tribulationibus quæ inuenerunt nos ualde. Cuius cor ita impauidum eſt, cuius cogitatiões ita imperturbatæ ſunt, ut in tanta cõfuſione, mentem ad Deum extendat, & propter ſpem ad ipſum in nulla re preturbetur. Nos aũt hominis irã nõ ſuſtinemus, aut cane nos impetẽte, aut alio aliquo animali nõ ad Deum reſpicimus adiutorẽ noſtrum in tribulationibus: ſed pauefacti ac cõſternati ad nos ipſos conuertimur. Sonuerunt & turbatæ ſunt aquæ ipſorũ.] Dixit terræ turbationem, & montiũ trans lationẽ, nunc addit etiã maris cõmotionẽ ac ſubuerſionẽ, mõtibus in medium pelagus illabentibus. Sonuerunt & turbatæ ſunt aquæ ipſorũ, marium uidelicet. Ampliorẽ aũt fecerunt in aquas turbationẽ ipſi montes non collocati in mari, ſed propria cõmotione multã agitationẽ aquis inducentes. Quando igitur terra quidẽ turbatur, aquæ aũt maris ſonabunt, & ex profundo ebullient, montes uerò transferuntur, & multã turbationẽ ſuſtinent, propter excellentẽ Dñi potentiam: Tunc, inquit, incõſternatum eſt cor noſtrũ, propterea quòd tutas & firmas in Deum ſpes habeat. Conturbati ſunt montes in fortitudine ipſius.] Poteris etiã tropicè accipere huius dicti ſententiam, ita ut montes nominet eos qui ob ſuam magnitudinẽ ſuperbiunt, uerũ Dei maieſtatem ac fortitudinẽ ignorant, & contra notionẽ Dei ſe efferunt: deinde uincuntur ab his qui cum potentia & ſapientia uerbum ſapientiæ profitentur ac docent, & poſt perceptionem ſuæ inopiæ Dñm timent, & ſub fortitudinẽ ipſius ſe demittũt. Aut fortaſsis etiam principes ſeculi huius & patres pereuntis ſapientiꝰ montes ipſi quoq; dicuntur, qui turbati ſunt in Chriſti fortitudine, quam ipſe in certamine crucis ad eum qui imperium mortis habet, oſtẽdit. Exutus enim uelut generoſus pugil, deuicit principatus ac

poteſtates

poteſtates,& traduxit in fiducia, triumphans de ipſis in ligno. Fluminis impetus læ- Eph.2.
tificant ciuitatē Dei.] Salſæ quidem aquæ uehementer à uentis cōturbatę ſonuerūt & turbatæ ſunt: uerùm fluminis impetus citra ſtrepitum procedentes,& placidè his qui digni ſunt ſuſceptione allabentes, lætificant ciuitatē Dei. Et nunc iuſtus bibit aqum uiuentem,& poſtea copioſius bibet,ubi in ciuium ciuitatis Dei numerum relatus fuerit. Verùm nunc quidem per ſpeculum & in ænigmate bibit, propter paulatim cōtingentem diuinarum ſpeculationū comprehenſionem : tunc autem ſimul inundans flumen ſuſcipiet,quod totam ciuitatē Dei per læticiam alluere poteſt. Quod uerò fuerit aliud flumen Dei quàm ſpiritus ſanctus,ex fide credentiū in Chriſtū dignis accedens?
Qui em̄ credit in me,inquit,flumina ex uentre ipſius fluēt. & rurſus : Si quis biberit ex Ioan.7.
aqua quam ego do,fiet in ipſo fons aquæ ſalientis in uitam æternam.Hoc itaq; flumen Ioan.4.
lætificat omnem ſimul Dei ciuitatem. Aut eccleſiam eorum qui diuerſant in cœlis,aut omnem ſpirituale creaturam à ſupermundanis potentijs uſq; ad humanas animas,ciuitatem intelligere oportet,quæ lætificatur à ſpiritus ſancti influxu.Diffiniunt enim quidam ciuitatem eſſe congregationē firmam, quę ſecundum leges gubernatur.Cōgruit autem etiam ſupernæ Hieruſalem cœleſti ciuitati hæc ciuitatis diffinitio. Cōgregatio enim etiam illic eſt primogenitorum deſcriptorū in cœlis, atq; ea firma, propter uitæ ſanctorum immutabilitatē, & quæ ſecundum legem gubernat.Illius itaq; reipublicæ
conſtitutionem & omnem ordinationem perdiſcere, nullius humanæ naturæ eſt : illa 1.Cor.2.
enim ſunt quę oculus non uidit,neq; auris audiuit,neq; in cor hominis deſcenderunt, quę præparauit Deus his qui diligunt ipſum.Præterq; quòd aliquot milia angelorum ſunt iſthic, & cōuentus ſanctorū,& eccleſia primogenitorū deſcriptorū in cœlis. De
illa inquit Dauid: Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. Illi ciuitati per Eſaiā promittit Cap.26.
Deus,Ponam te exultationē æternam, læticiam generationū generationibus, & non erit cōtritio,neq; miſeria in cōfinijs tuis,ſed uocabuntur ſalutare muri tui.Eleuatis igitur animæ oculis,uelut dignum eſt ſupernis rebus,ciuitatem Dei quære.Quid uerò dignum illius beatitudine quis mente cōcipere ualeat,quam lętificat quidē flumen Dei, artifex uerò ipſius ac opifex eſt Deus. Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſsimus.] Fortaſsis carnem Dei geſtatricē dicit,ſanctificatā per coniunctionem ad Deū. Quare intelliges tabernaculū altiſsimi,aduentum Dei per carnem.Deus in medio eius,& nō cōmouebit,adiuuabit eam Deus mane diluculo.] Et quādoquidē Deus in medio ciuitatis eſt,largitur ipſi ut incōcuſſa ſit,auxilium ipſi exhibēs in primis lucis exortibus. Siue igitur ſupernæ Hieruſalē,ſiue infernæ eccleſiæ,ciuitatis nomen cōgruet,ſanctificauit in ipſa tabernaculū ſuum altiſsimus,& per hoc tabernaculū in quo habitauit Deus,in medio ipſius fuit,largiens ipſi ut non cōcutiatur. In medio uerò ciuitatis eſt Deus,æquales undiquaq; ad circuli extremitates radios emittens.Sic em̄ iuſticia Dei cōſeruatur,qui eandem menſurā bonitatis omnib.diſtribuit.Adiuuabit eam Deus manè diluculo.Matutinum apud nos tempus ſenſibilis ſol facit, ubi noſtrū horizontē tranſgreſſus ſupra nos ſteterit:uerùm animæ matutinum tempus iuſticiæ ſol efficit, exortu lucis ſpiritualis faciens diem, in eo qui ipſum ſuſcepit. In nocte enim ſumus nos homines iuxta ignorantiæ tempus.Poſtquam igitur expaſſa principali animę parte,ſuſcepe rimus ſplendorē gloriæ, & illuminati fuerimus luce ſempiterna, adiuuabit eam Deus
mane diluculo. Quum ſiemus filij lucis,&nox è nobis diſceſſerit, dies uerò appropin- Rom.13.
quauerit,tunc digni auxilio Dei ſimus.Adiuuat igitur ciuitatem Deus,per propriū exortum & aduentum,matutinū tempus ipſi inducens.Ecce enim homo,inquit,exortus nomen ipſi.Quibus igitur exorta fuerit lux ſpiritualis, diſſolutis ignorantiæ ac ma
liciæ tenebris,his matutinum tempus accedit.Quandoquidem igitur lux in mundum Ioan.1.
uenit,ut qui ambulet in ipſa,non offendat,auxilium ipſius matutinū tempus exhibet. Aut fortaſsis quia ſummo mane reſurrectio erat; adiuuabit Deus ciuitatē manè, qui per uictoriam cōtra mortem,matutinū tempus tertia die reſurrectionis operatus eſt.

Conturbatæ ſunt gentes,inclinata ſunt regna,dedit uocē ſuam altiſsimus, cōmota eſt terra.] Cogita ciuitatem aliquam eſſe cui inſidiæ ſtruantur ab oppugnantib.ipſam hoſtibus,quā obſideant multæ gentes ac reges, qui in ſingulas gentes imperij ſceptra gerant; deinde imperatorem aliquem robore inuictum, derepentè apparere ad auxi-

lium huic ciuitati ferendũ, diſſoluere quidem obſidionem, diſsipare uerò gentiũ colle-ctionem, & ipſos reges in fugam uertere, ex ſolo eo quòd uocem edet in ipſos cũ potentia, conſternatcꝫ ipſorum corda uocis firmitate. Quantam igitur uerisimile eſt turbationem excitari, dum gentes fugantur, & reges in fugam uertunt? quantũ item clamorem indiſcretũ, & ſonum indeſinentẽ ex tumultuoſa ipſorum fuga remitti? omnẽ uerò locum plenum eſſe fugatis præ timore, ut cõmotio excitetur ubicꝫ in ciuitatibus aut uicis ipſos ſuſcipientibus? Talem igitur defenſionẽ ciuitati Dei à ſaluatore propo nit, in eo quod dicit, Conturbatæ ſunt gentes, inclinata ſunt regna, dedit uocem ſuã altiſsimus, commota eſt terra. Dominus uirtutum nobiſcum, protector noſter Deus Ia-

Matt.1. cob.] Vidit incarnatum Deum, uidit ex ſancta uirgine genitum Emanuel: quod ſi interpreteris, ſignificat, nobiſcũ Deus. Et ꝓpterea prophetice exclamat, Dominus uirtutum nobiſcum, oſtendens quòd hic eſt qui ſanctis prophetis ac patriarchis manifeſtatus fuit. Protector noſter, inquit, non alius Deus, præter eũ qui à prophetis nobis tra-

Exod.3. ditur, ſed Deus Iacob, qui in oraculo ad ſeruũ ſuũ loquutus eſt. Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob. Venite & uidete opera Dei quæ poſuit prodigia ſuper terrã, auferens bella uſcꝫ ad terminos terræ.] Eos qui lõgè abſunt à uerbo ueritatis, ad agnitiõis ꝓpinquitatẽ inuitat Pſalmus dicẽs: Venite & uidete opera Dei. Quẽadmodũ eñ in corporalibus oculis, diſtantiæ longæ obſcurã faciunt eorũ quę uident comprehenſionem, appropinquationes uerò uidentiũ manifeſtã exhibent uiſibilium agnitionem: ſic etiã in ſpeculationibus mentis, qui nõ per opera familiaris factus eſt, & appropinquauit Deo, opera ipſius puris mẽtis oculis uidere nõ poteſt. Ob id uenite, accedite primùm, deinde uidete opera Domini, monſtroſa exiſtentia, & præter omnẽ opinionẽ admirãda, à quibus pauefactę antea hoſtiles & ſeditioſæ gentes, ad quie

Pſal.33. tem cõuerſę ſunt. Venite filij, audite me. &, Venite omnes qui fatigati ac onerati eſtis:

Matt.11. paterna eſt uox, expaſsis ulnis ad ſeipſum uocantis eos qui hactenus rebellarunt. Qui igitur audiuit uocationẽ, & appropinquauit & agglutinatus eſt præcipienti, uidebit eũ qui pacificauit omnia per crucẽ, quæ in terra, & quæ in cœlis. Arcum conteret & confringet arma, & ſcuta cõburet igni.] Vides pacificationem Domini uirtutũ, quòd habens ſecũ inuiſibiles potentias angelicorum delectuũ? Vides fortitudinẽ ſimul & benignitatem ſummi imperatoris uirtutũ? qui ſanè Dominus exiſtens potentiarũ, & omnes habẽs turmas angelicorũ militũ, nuſquã aliquem hoſtẽ ſauciat, nullum poſternit, nullum attingit: ſed arcus conterit, & arma ac ſcuta comburit in igne. Et arcus quidem conterit, ut non amplius ignita tela per ipſos emittantur. Arma uerò confringit, quibus cominus pugnamus, ut non amplius uulnera ſuſcipere poſsint propinqui, dum inſidiæ ipſis ſtruuntur. Et ſcuta comburet igni, denudans aduerſarios munimentis, omnia in beneficentiam inimicorum faciens. Vacate & uidete, quoniam ego ſum Deus.] Quantũ quidẽ rebus externis à Deo operam damus, cognitionẽ Dei capere non poſſumus. Quis eñ curans res mundanas, & immergẽs ſe diſtractionibus carnis, Dei ſermonibus intentus eſſe poteſt? & tantarũ ſpeculationũ acumini ſatisfacere? Nõ uides

Mat.13. quod in ſpinas illapſum uerbũ à ſpinis ſuffocatur? Spinæ autẽ ſunt uoluptates carnis, & diuitiæ & curæ rerũ in uita: extra uerò omnia hæc eſſe oportebit eum qui opus habet cognitione Dei, & ubi uacat ab affectibus ita demũ ſuſcipere cognitionem Dei. Quo modo eñ ingrediatur in animã repletam & præoccupatã ratiocinationibus, cognitio Dei? Vidit etiã Pharao ꝓpriũ eſſe uacantis inquirere Deũ, & ꝓpterea exprobrat Iſrae

Exod.5. li, Vacate, ocioſi eſte, & dicite: Dominũ Deũ noſtrũ adoremus. Hoc quidẽ igitur ocium bonũ & utile eſt uacanti, quietem inducens ad ſalutariũ dogmatũ aſſumptionem. Malum uerò eſt ocium Athenienſiũ, qui ad nihil aliud uacabãt, quàm ut noui aliquid dicerent aut audirent. Quod ocium etiam nunc aliqui imitantur, uitæ ocio ſemper ad alicuius noui dogmatis inuentionem abutentes. Tale ocium gratum eſt immundis ac

Mat.12. prauis ſpiritibus. Quũ exierit, inquit, immundus ſpiritus ab homine, dicit: Redibo in locum unde exiui, & reuerſus reperit domum illam uacantẽ & purgatam. Abſit igitur ut nos ocium faciamus aduerſario ad acceſſum: ſed exerceamus noſtram internã Domum, inhabitare facientes in nobiſipſis per ſpiritum, Chriſtũ ipſum. Itacꝫ poſtquã largitus eſt pacem his qui hactenus turbabantur ab hoſtibus, nunc dicit, Vacate à diſtrahentibus

hentibus uos inimicis,ut in quiete ſermones ueritatis contemplemini. Quapropter etiam Dominus, Omnis quicunq; non renunciat,inquit, omnibus rebus ſuis quas poſsidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Vacare igitur oportet ab operibus nuptialibus, ut uacemus orationi: uacare à ſtudijs diuitiarũ, à gloriolæ cupiditate, à uoluptatũ uſu, ab inuidia, & omni in proximum noſtrum prauitate, ut in tranquillitate degente anima noſtra, & à nullo affectu conturbata, uelut in ſpeculo quodã purus cõtingat, nullis tenebris accedentibus, fulgor ac ſplendor Dei. Exaltabor inter gentes, exaltabor in terra.] Manifeſtè hæc dicit Dominus de paſsione ſua, quemadmodum in euangelio ſcriptum eſt: Et ego quũ exaltatus fuero, omnes traham ad meipſum. Et quemadmodum Moſes exaltauit ſerpentẽ in deſerto, ſic exaltari oportet filium hominis in terra. Quandoquidem igitur pro hominibus exaltari uolebat ad crucem, & pro omni terra exaltationem ſuſcipere, ob id dicit, Exaltabor inter gentes, exaltabor in terra. Dominus uirtutum nobiſcũ, protector noſter Deus Iacob.] Exultans ob Dei auxilium, bis eandẽ uocem exclamauit, Dominus uirtutum nobiſcum, uelut inſultãs ac inſiliens hoſti, ꝓpter perfectam animarũ noſtrarum in Dominũ & ſaluatorem confidentiã, tanquam nihil paſſurus ab ipſo. Si enim Deus pro nobis, quis contra nos? Qui Iacob uictoriam largitus eſt, & poſt luctã ipſum Iſrael appellauit, hic eſt protector noſter, ipſe pugnat pro nobis. Nos quieſcamus, quia ipſe eſt pax noſtra, qui fecit ambo unum, ut duos crearet in unum nouum hominem.

Mat 19. *Ioan. 12.* *Ioan. 3.* *Rom. 8.* *Gen. 32.*

DIVI BASILII MAGNI CONCIO IN PSALMVM XLVIII.

IN finem filijs Core Pſalmus. Imaginati ſunt etiam quidam externi de humano fine, & diuerſas de fine ſententias protulerunt. Alij eñ finem pronunciauerunt eſſe ſcientiã, alij actionem efficacẽ, alij diuerſimode frui uita & corpore, nonnulli beſtiales uoluptatẽ finem eſſe prodiderunt. Nobis autẽ finis, cuius gratia omnia facimus, & ad quẽ feſtinamus, eſt beata uita in futuro ſeculo. Hæc autem completur in eo quod à Deo gubernamur. Nam hoc fine ne excogitari quidẽ alius melior poſsit à rationali natura. Et ad hunc commouet nos Paulus dicens, Deinde finis, quum tradiderit regnum Deo & patri. Hunc etiã Sophonias in prophetia producit ex perſona Dei dicens: Quia iudicium meum ad cõgregandas gentes, ut admittantur reges, & effundam ſuper ipſos iram meã. Nam in igne zeli mei conſumetur omnis terra, quia tunc cõuertam ad populos multos linguã in generationẽ ipſius, ut inuocent omnes nomen Domini, ut ſeruiant ipſi ſub iugũ unũ. Ad hunc igitur finem puto Pſalmorum utilitates referri, eorum qui hanc inſcriptionem habent. Et cum hac ſententia conuenit etiam his qui inſcripſerunt, ad uictoriã, aut epinicium, hoc eſt uictorialem celebritatẽ, aut uictori. Quandoquidem enim deuorata eſt mors in uictoriam, & conſumpta eſt ab eo qui dixit: Ego uici mundũ: & quandoquidẽ omnia uicta ſunt à Chriſto, & in nomine ipſius omne genu ſe flectet, cœleſtium, terreſtrium & infernorum: meritò ſpiritus ſanctus in odis uictorialibus, ea quæ nobis repoſita ſunt præclamat. Audite hæc omnes gentes, auribus percipite omnes qui habitatis orbem. Et terrigenæ, & filij hominum, ſimul in unum diues & pauper.] Auditoriũ eſt maximum eius qui omnes gentes conuocat ad Pſalmi auſcultationem, omnesq; qui orbem habitationibus explent. Trahit autem opinor & terrigenas, & filios hominum, & diuites & pauperes: & alto præconio hoc, ad audiendum conuocat. Quæ ſpecula in tantum ſuper omnem terrã eminet, ut ex ſublimi omnes gentes uideat, & totũ orbem oculis colluſtret? Quis adeò uocalis eſt præco, ut quod à tot auribus ſimul exaudiri poſſit, inclamet? Quis uerò locus ad concionem uenientes excipere poſsit? Qualis uerò doctor, & quali ſapientia præditus, ut digna tanta congregatione dogmata inuenire queat? paululum expecta & diſces, quòd digna ſunt promiſsione ea quæ ſequunt. Equidẽ concionator & qui omnes præconio conuocat, paracletus eſt ipſe ſpiritus ueritatis, per prophetas & Apoſtolos congregans eos qui ſaluantur: quorũ quia in omnẽ terram exiuit ſonus, & ad fines orbis uerba ipſorũ, propterea dicit, Audite omnes gentes, & omnes qui habitatis orbem. Quapropter eccleſia etiã ex omnis generis ſtudijs collecta eſt, ut nemo extra utilitatem relinquatur. Tres eñ ſunt coniugationes uocato

1. Cor. 15. *Cap. 3.* *Ioan. 16.* *Phil. 2.* *Pſal. 19.*

rum, in quibus omne hominū genus comprehenditur. Gentes, & habitantes orbem.
Terrigenæ, & filij hominum. Diuites, & pauperes. Quem igitur extra auditorium reli-
quit? Alieni à fide, per gentes uocati ſunt, qui in eccleſia ſunt, ſunt qui habitant orbem.
Terrigenę ſunt, qui terrena ſapiunt, & uoluntates carnis amplectuntur. Filij hominum
ſunt, qui curam quandam & exercitationē ſermonis habent, proprius enim eſt homi-
nis ſermo. Diuites & pauperes per ſe cognobilē habent proprietatē: illi quidem poſ-
Matt.9. ſeſsione rerum neceſſariarū excedentes, hi uerò in inopia harum cōſiſtentes. Quando-
quidem uerò medicus animarū non uenit ad uocandū iuſtos, ſed peccatores ad pœni-
tentiam, primū in uocatione poſuit, in unaquaq; coniugatione quod eſt condemnatū.
Peiores enim ſunt gentes, his qui habitant orbem, ſed tamen prælatę ſunt ad uocatio-
nem, ut qui malè habent, prius fruantur ex medico utilitate. Rurſus terrigenæ ante fi-
lios hominum locati ſunt, & diuites ante pauperes. Condemnatus ordo, & qui difficul
ter ſalutem aſſequitur, prior pauperibus uocatus eſt. Eiuſmodi enim eſt medici beni-
gnitas, debiliorib. prius utilitatē impertit. Simul autē pacis quoq; conciliatrix eſt hæc
uocationis ſocietas, ut hi qui hactenus propter ſtudia inter ſe contrarij fuerūt, per con
gregationē adſueſcant ad mutuam charitatē. Cognoſcat em̄ diues quod æquali pręco
nio cum paupere uocatus eſt. Simul in unum em̄, inquit, diues cum paupere. Extra re-
licta eminentia ad inferiores, & elatione ob diuitias, ſic ingredere ad Eccleſiā Dei. Ne-
que igitur diues pauperem contemnat, neq; pauper potentiam opulentorū formidet.
Neq; filij hominū terrigenas uilipendant, neq; terrigenæ rurſus ab illis abalienentur.
Et gentes adſueſcant ad eos qui habitant orbem: & qui orbem habitant, peregrinos à
teſtamentis per dilectionem ſuſcipiant. Os meum loquetur ſapientiam, & meditatio
Rom.10. cordis mei prudētiam.] Quandoquidē iuxta Apoſtolum, corde creditur ad iuſticiam,
ore uerò cōfeſsio fit ad ſalutem, & utrorumq; in his actio ſupponit perfectionem: pro
pterea utrunq; hic pſalmus ſimul comprehendit, tum oris actionem, tum cordis medi
tationem. Siue em̄ non fuerit bonum in corde repoſitū, quomodo producet theſaurū
per os, qui nō poſsidet ipſum in occulto? Siue habēs quis cordis bona non publicarit
ſermone, dicet ipſi: Sapientia occulta, & theſaurus abſcōditus, quæ utilitas in utriſq;?
Eccleſ.20. Quapropter ad aliorum quidem utilitatē, os meum loquatur ſapientiā, ad noſtrū ipſo-
rum uerò profectum, cor meditetur prudentiam. Inclinabo ad parabolam aurem me-
am, aperiam in pſalterio propoſitionem meam.] Suam perſonam ꝓpheta cōmendat,
ut ne contemnantur ſermones tanquam ex humana inuentione proferantur. Quæ di-
ſco, inquit, à ſpiritu, ea uobis annuncio, nihil meum, nihil humanū dico: ſed quia audi-
tor factus ſum propoſitionum ſpiritus, qui in myſterio tradidit nobis ſapientiā Dei. a-
perio uobis & manifeſtam facio propoſitionē. Aperio autē non aliter quàm per pſal-
terium. Eſt autem pſalterium, inſtrumentū muſicū ſonos cōcinnè reddēs, ad uocis me-
lodiam. Spirituale igitur pſalteriū tunc maximè aperitur, quum actiones concinnè ſer
monibus fuerint expreſſæ. Et ille eſt ſpirituale pſalteriū, qui fecit & docuit. Hic in pſal-
mis aperit propoſitionē, dogmatum poſsibilitatē ſuo ipſius exemplo proponēs. Tan-
quam igitur nullius incōcinnitatis, nullius diſſonantiæ ſibijpſi conſcius in uita, ſic in fi
ducia ſermones conſequentes facit. Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei nō
circumdabit me.] Malam diem, iudicij dicit diem, de qua dictum eſt: Dies Domini im-
Eſa.13. medicabilis ſuper omnes gentes. In qua, inquit propheta, circumdabunt unumquen-
que cōſilia ſua. Tunc igitur quia nihil factū eſt à me iniqui in uia uitæ, nō timebo diem
malam. Non em̄ ueſtigia peccatorū circumſiſtent me, neq; circumdabunt me in tacita
accuſatione, reprehenſionē mihi inducētia. Nullus em̄ alius accuſator tui ſiſtet, quàm
ipſa opera & actiones, unaquæq; cū propria forma aſsiſtēs. Adulteriū, furtū, ſcortatio,
cum nocte, cū modo, cū proprietatib. ipſam uelut per notas delineātibus: & in ſumma,
unumquodq; peccatū cum proprio charactere, manifeſtā afferens recordationē pro-
ducetur. Me igitur non circumdabunt ueſtigia peccatorū, quia inclinaui aurem meam
ad parabolam, & aperui in pſalterio propoſitionem meam. Qui confidunt in potentia
ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur.] Ad duas perſonas prophetæ
ſermo tendit, ad terrigenas, & ad diuites: ad illos em̄ loquitur, euertens ipſorū ob po-
tentiam exiſtimationem: his uerò, deſtruens ipſorū ob opulentiam poſſeſsionū elatio-
nem,

nem: Vos, inquit, qui confiditis in potentia ueſtra (hi em̄ ſunt terrigenæ, qui in corpo-
ris robore ſpem habent, & humanā naturam ſufficientē eſſe putant, ad potenter perfi-
cienda ea quę uult) & uos, inquit, qui confiditis in diuitiarum incertitudine, audite: re-
demptionis precio uobis opus eſt, ut in libertatē aſſeramini, qua ſpoliati eſtis uicti per
uiolentiā diaboli, qui ſubditos uos habens, nō prius à tyrannide ſua dimittet, quàm cō
digno aliquo redēptionis precio perſuaſus permutare uos uoluerit. Oportet igitᵉ pre-
cium redemptionis non eiuſdē generis eſſe cum his q captiui detinentur, ſed menſura
multo præſtantius eſſe, ſi uolens captiuos è ſeruitute dimittere debet. Quapropter fra-
ter redimere uos nō poteſt. Nullus homo potens eſt perſuadere diabolū, ut eum qui ſe
mel ipſi ſubiectus eſt, à poteſtate eius eximat, qui ſanè neq; pro proprijs peccatis pla-
cationē Deo dare poteſt. Quomodo igitur ualebit hoc efficere pro alio? Quid uerò e-
tiam tanti precij in hoc ſeculo acquiſierit, ut ſufficientem habeat cū anima permutatio
nem, quæ natura precioſa eſt, propterea quòd ad conditoris imaginē facta ſit? Qualis
autē labor præſentis ſeculi, ſufficiens humanæ animæ uiaticum fuerit ad futurū ſeculū?
Hoc igitur modo quàm ſimplicisſimè hæc intelligimus. Etiāſi quis in hac uita magno-
pere potens ſibi eſſe uideatᵉ, etiamſi diuitiarū copia ſtipatus ſit, exiſtimationē demitte-
re pſalmus ipſum docet, & humiliatū eſſe ſub potentē manū Dei: & neq; in putata po- 1. Pet. 5.
tentia confidere, neq; ob diuitiarum multitudinē gloriari. Poſſumus tamen etiam pau-
lo altius ſententiā efferre, & cōfidentes in potentia ſua, & gloriantes ob diuitiarū ſuarū
multitudinem, de animæ potentijs intelligere, tanquam neq; ipſæ per ſe ſufficiētes ſint
ad ſalutem. Etenim ſi quis perfectus fuerit inter filios hominum, ſi Dei ſapientia abſit,
nullius reputationis erit. Siue quis copiam ſpeculationum ex mundana ſapientia ſibi
comparauerit, & opes quaſdam cognitionis collegerit, audiat omnē rei ueritatem, q
omnis humana anima ſuccumbit malo ſeruitutis iugo communis omnium inimici: &
libertate quam à conditore accepit priuata, captiua ducitur per peccatum. Omni uerò
captiuo opus eſt precio redēptionis ad libertatē. Neq; igitur frater fratrē ſuū redime-
re poteſt, neque unuſquiſque ſeipſum, propterea quòd multo meliorem eſſe oportet
redemptorem captiuo ac iam ſeruiente. Sed & neque omnino facultatem habet ho
mo ad Deum, ut ipſum placare poſsit de peccato, quoniam etiam ipſe peccato obno-
xius eſt. omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei, iuſtificanturq; gratis per gratiā Eph. 1.
ipſius, per redemptionē quę eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Non dabit igitur Deo
placationē ſuam, & precium redemptionis animę ſuæ. Neq; igitur fratrem quære in re
demptionem, ſed eum qui excedit naturam tuā. Neq; hominem nudum, ſed hominem
Deum Ieſum Chriſtū, qui etiam ſolus placationem Deo dare poteſt pro omnibus no-
bis, quia ipſum propoſuit Deus propitiationē per fidem, in ipſius ſanguine. Frater e-
rat Iſrael Moſes, & tamen redimere ipſum non potuit, quomodo uulgaris redimet ho
mo? Quare hoc quidem pronūciat. Frater non redimit: quod uerò ſequitur, interroga-
tiuè cum grauitate infert, Redimet homo? nō enim à peccato liberauit populum Mo Exod. 32.
ſes, ſed Dei propter peccatum motum deprecatus eſt & auertit. Hic uerò neq; dare po
tuit placationem pro ſeipſo, quū eſſet in peccato. Quia poſt tot ac tanta monſtra ac ſi-
gna qne uiderat, uocē illam dubiam ac hæſitabundā emiſit. Audite me uos inobedien
tes. Num ex petra hac educemus uobis aquā? Quaꝓpter etiam Dominus ob hoc uer- Num. 20
bum dixit ad Moſen & Aarō, Quia nō credidiſtis mihi, ut ſanctificaretis me corā filijs
Iſrael, propterea nō introducetis cōgregationē hanc in terrā quam dedi ipſis. Non da-
bit igitur Deo placationē pro ſeipſo. Quid enī poteſt homo inuenire tantū, ut det pro
redemptioue animę ſuæ? Sed inuentum eſt unum ſimul omnibus comparandū, quod
datum eſt in preciū redēptionis animarū noſtrarū, nimirū ſanctus & precioſus ſanguis
Dn̄i noſtri Ieſu Chriſti, quem ꝓ nobis omnibus effudit. Quaꝓpter enī magno precio
empti ſumus. Si igitur frater non redimit, redimet homo? Si uerò homo nos redimere 1. Cor. 6.
non poteſt, qui nos redemit non eſt homo. Ne igitur propterea quod in ſimilitudine
carnis peccati ad nos acceſsit, hominem ſolum putes Dominum noſtrum, deitatis po-
tentiæ ignarus: qui non habuit opus ut daret Deo placationem ſuam, neq; ut redime-
ret propriā animā, quia peccatum non fecit, neq; inuentus eſt dolus in ore ipſius. Ne- Eſa. 53.
mo igitur ſeipſum redimere poteſt, niſi ueniat qui captiuitatē populi cōuertit, nō cum

precijs redemptionis,neq; cum muneribus,uelut in Eſaia ſcriptũ eſt,ſed in ſuo ſanguine. Hic autem quũ nos non ſimus ipſius fratres,ſed inimici facti ſimus ob peccata,neque ipſe homo nudus,ſed Deus:poſt libertatẽ quam largitur nobis,etiã nos fratres ſuos appellat. Annunciabo eñ,inquit, nomen tuum fratribus meis. Qui igitur redemit nos,ſi quidẽ naturã ipſius cõſideres,neq; frater neq; homo eſt. Si uerò ipſius ex gratia ad nos deſcenſum,& fratres nos nominat,& ad humanitatem ſe demittit ac deſcendit: qui non dabit Deo placationẽ ſuam,ſed totius mundi. Non enim ꝓpitiatione opus habet,ſed ipſe eſt propitiatio. Talis enim nobis cõueniebat pontifex,ſanctus, innocens, immaculatus,ſeparatus à peccatoribus, & cœlis altior exiſtens,qui nõ habet neceſsitatẽ,ut quotidie quemadmodũ illi põtifices,prius pro proprijs peccatis uictimas offerat,deinde pro delictis populi. Deinde ſequitur: Et fatigatus eſt in ſeculum, & uiuet in finem.] Ipſa per ſe uita,ipſa potẽtia,& indefeſſa natura,fatigata eſt in hoc ſeculo,quando ex itinere delaſſatus,ſedebat ad fontẽ. Qui non uidebit interitum, quum uiderit ſapientes morientes.] Non dabit enim pater ut ſanctus ipſius uideat interitum,quum hi qui abolitam ſapientiam iactant,moriantur. Si uerò uoles etiam de hominibus iuſtis hæc dicta accipere,memor ſis Iob dicentis, Homo naſcitur ad laborem. Et rurſus Apoſtoli, Abundantius omnibus his laboraui. & rurſus: In laboribus abundãtius. Qui igitur laboribus fatigatus eſt in hoc ſeculo,hic uiuet in finem: qui uerò in delicijs & omni lauticia degit, propter mollicię, purpuram & byſſum induens, & epulans quotidie ſplendidè,& labores pro uirtute fugit:neq; fatigatus eſt in hoc ſeculo,neq; uiuet in futuro. Sed eminus uidebit uitam,dum torquetur in flamma camini. Qui uerò innumeris certaminibus pro uirtute inſudarit, & prehẽdendæ ipſius gratia in laboribus abundantius examinatus fuerit,hic eſt qui victurus eſt in finem:uelut qui multum fatigatus eſt in tribulationibus Lazarus:uelut delaſſatus in certaminibus contra aduerſariũ Iob. illic enim,inquit,fatigati requieuerunt. Quapropter etiam Dominus inuitat ad requiem fatigatos & oneratos. Quomodo igitur fatigati in operibus bonis onerati dicunt? Quia euntes ibant & flebant iacientes ſemina ſua. Venientes autem uenient in exultatione eleuantes manipulos ſuos fructibus repletos, qui iuxta proportionem ſeminatorum ipſis redditi ſunt. Onerati igitur dicuntur,qui propterea quòd ſeminauerunt in benedictionibus, & metunt, & cum lætitia æterna, ſpiritualium fructuum manipulos ſibijpſis reponunt. Qui itaque redemptus eſt per Deum, qui dedit ſe pro ipſo placationem,hic fatigatus quidẽ eſt in hoc ſeculo,poſtea uerò uiuet in finem:hic etiã non uidebit interitũ,quũ uiderit ſapiẽtes morientes. Qui anguſtã & laborioſam uiam prò leui & ſpacioſa eligit,in tempore uiſitationis Dei,dum abducuntur ad æternam pœnã hi qui uerbis Dei non crediderunt,ſed iuxta cordis ſui uanas uolũtates ambulauerũt, hic perpetuum interitum,& in ęternum afflictionem non uidebit. Sapientes autem dicit,uel aſtucia excellentes,de quibus dicit Hieremias, Quod ſapientes ſunt ad malefaciendum, benefacere uerò non ſciunt. Aut ſapientes dicit etiam principũ huius ſeculi abolitorum diſcipulos,qui dicentes ſe eſſe ſapientes,ſtulti facti ſunt. Quia ſapientia huius mundi,ſtulticia eſt apud Deum. Et quia ſtultifica eſt hæc ſapientia, perditurũ eſſe Deum dicit ſapientiam ſapientum,& prudentiã prudentũ reprobaturum. Perſuaſiones igitur falſi nominis ſcientiæ, mortis cauſam his qui eas ſuſceperũt exhibent,quam ſanè mortẽ non uidebit qui redemptus eſt ab eo cui placuit in ſtulticia prædicationis ſeruare credentes. Simul inſipiens & ſtultus peribunt,& relinquent alienis diuitias ſuas,& ſepulchra ipſorum domus ipſorum in æternum. Tabernacula ipſorum in generationem & generationem, uocauerunt nomina ſua in terris.] Suprà uno generali nomine appellauit ſapientes,quos nunc ſubdiuidens inſipientes & ſtultos uocat. Palàm eſt autem quòd ſapientes quidem ipſos dixit, ab opinione illorum appellatione uſus: quemadmodũ eñ Deos nominat qui nõ ſunt natura Dei,conſuetudinẽ deceptorũ ſequens:ſic etiam ſapientes dixit,inſipientes & ſtolidos. Poſsibile eſt igitur,ut inſipientẽ à ſtulto ſignificatione diſtinguamus. Inſipiens enim eſt, qui ſapiẽtia priuatus eſt, & q ad communia & humana perſpicax non eſt. Sic etiam cõſuetudo ſapientes uocat eos qui in rebus uitæ nocuum & utile diſcernunt, iuxta quod dictum eſt & in Euangelio, quòd filij huius ſeculi prudentiores ſunt filijs lucis in generatione ſua. Non enim ſimpliciter

Pſal.21. Heb.7. Act.2. Cap.5. 1.Cor.15. 2.Cor.11. Luc.16. Mat.11. Pſal.125. Cap.4. 1.Cor.3. 1.Cor.1.

plicitter prudentiores ſunt,ſed ad degendam hanc in carne uitam. Hi uerò etiam uillici
iniquitatis dicuntur, propter prudentiã uillicationis circa ſuam uitam.Iuxta hoc ſigni-
ficatum prudentes ſunt etiam ſerpentes,luſtra ſibiĳpſis parantes,& in periculis, capitis Mat.10.
plagas omni modo euitantes.Stultus autẽ ſiue amens dicitur,qui non habet quæ ſunt
hominis pręcipua.Hęc aũt ſunt,Dei patris cognitio,& uerbi quod in principio erat a- Ioan.1.
pud Deum aſſumptio,& ex ſancto ſpiritu accedẽs illuminatio.Hanc ſanè mentem ha
bent qui cum Paulo dicere poſſunt:Nos aũt Chriſti mentẽ habemus. Conſuetudo ta- Phil.2.
men Scripturæ uſum harum uocum promiſcuũ obtinuit, impium quidẽ inſipientẽ di-
cens in hoc quod ait:Dixit inſipiẽs in corde ſuo,Non eſt Deus.Et rurſus id quod circa Pſal.13.
uitam nocuũ eſt,ſtultum nominãs: uelut Paulus de his qui in cõcupiſcentias ſtultas & Phil.3.
nociuas incidũt dicit. Hic uerò inſipiẽs & ſtultus ad unum cõmunem finem, ipſum in-
teritum deferuntur. Poteſt & quis dicere,inſipientẽ nominari gentiliter uiuentẽ: ſtul-
tum aũt eum qui Iudaicè ſecundum nudam legis obſeruationẽ uitam degit.Huic enim
inſipienti dixit Deus propter impietatẽ in ipſo habitantẽ:Stulte & inſipiens in hac no
cte animã tuam auferẽt. Stultus autem ſecundũ carnem Iſrael appellatus eſt, iuxta Pro Lu.
phetam qui ait:Et erat Ephraim uelut columba ſtultus,in Aegyptum uocabatur,& ad
Aſſyrios proficiſcebatur. His igitur in commune præ propria ignorantia peſſundatis, Oſee.7.
nos alieni diuitiarum, ipſorum hæredes euadimus. Noſtra enim ſunt præcepta, noſtri
prophetæ,noſtri patriarchæ, & qui ab æterno fuerunt iuſti, nobis reliquerũt diuitias
ſuas qui in inſipiẽtia ſua perierũt. Horũ uerò domus,inſipiẽtis ac ſtulti, ſepulchra ſunt
in æternum. Quorum enim uita mortuis operibus ab omni peccato repleta eſt, horũ
domus ſepulchra ſunt in æternũ. Qui enim moritur per peccata,nõ domũ habitat, ſed
ſuæ mortificatę animæ ſepulchrũ.Domũ etenim habitat moribus minimè doloſis prę
ditus ac ſimplex Iacob.De quo ſcriptũ,quòd erat homo ſincerus ac bonus habitãs do Gen.25.
mum. Sepulchrum uerò habitat penitus malus, qui neq; fundamentum pœnitẽtiæ ie
cit à mortuis operibus:ſed ſimilis eſt ſepulchro dealbato, quod foris quidẽ conſpicuũ Mat.23.
eſt,intus uerò plenũ eſt oſsibus mortuorũ & omni immũdicia. Quapropter talis dum
loquitur,non os aperit uerbo Dei,ſed ſepulchrum habet apertum guttur ſuum.Si quis Pſal.13.
igitur in Chriſtum credens,nõ conſequẽter actiones ad fidem exprimit,hic propterea
quòd prauis dogmatibus intentus eſt, & Scripturæ ſententiam obiter ſuſcepit, ſepul-
chrum in petra ſibiĳpſi incidit.Tabernacula ipſorum in generationem & generationẽ,
hoc eſt,ſepulchra ſunt domus ipſorum in æternũ. Deinde interpretans quæ ſepulchra 2.Cor.5.
eſſe dicat,quo oſtendat quod de corporibus dicat,quibus animę per maliciam mortifi
catæ inhabitant, appoſuit ipſis, Tabernacula ipſorum in generationẽ & generationẽ:
quum iuxta Scripturæ cõſuetudinẽ,humana corpora ſemper tabernacula appellẽtur.
Hi uerò etiam nomina ſua uocant in terris.Non enim inſcribitur impĳ nomen in libro
uiuentiũ,neq; numerãtur cum eccleſia primogenitorũ qui numerantur in cœlis:ſed in
terra permanẽt ipſorũ nomina,propterea quòd tranſitoriã hanc & breuem uitam,æter
nis tabernaculis prætulerũt.Non uides eos qui ædificant in urbibus fora & gymnaſia?
qui mœnia extruunt, aquæductus cõſtruunt? quomodo nomina ipſorũ his ædificĳs
indita ſunt? Iam uerò aliqui etiam equorũ gregibus ſua nomina inurẽtes,excogitaue-
runt quomodo in longum uitæ tempus memoria ipſorum extenderetur. Sed & in ſe-
pulchris magnificẽtia ſua oſtenſa, nomina ſua ipſis monumẽtis inſculpſerunt. Hi ſunt
qui terrena curãtes,& gloriã in hac uita,& apud homines ipſorum memoriã, ſatis ma-
gnam ſibiĳpſis felicitatẽ reputant. Sed & ſi uideris aliquem ob falſi nominis ſcientiam
magnopere ſe iactantem, & ex eorum numero qui ſeipſos prauis quibuſdam dogma-
tibus addicũt,& pro nomine Chriſtianorũ, ab aliquo hæreſiarcha ſibi nomina indunt,
nimirũ Marcione aut Valentino,aut aliquo eorum qui nunc dominantur:noſce quòd
etiam hi nomina ſua in terris uocauerũt,mortalibus hominibus,& in totũ terrenis ſe-
ipſos addicentes. Et homo quum in honore eſſet nõ intellexit, cõparatus eſt iumen-
tis inſipientibus, & ſimilis factus eſt ipſis. Hæc uia ipſorum ſcandalũ ipſis, & poſtea in
ore ſuo complacebunt.] Magna res eſt homo, & precioſa uir miſericors, dignitatem
in naturali conſtructione habens. Quid enim in terra aliud iuxta imaginem condi-
toris factum eſt? Cui principatus in omnes, & poteſtas terreſtrium & aquaticorum &

aereorum animalium donata eſt? Paulum infra angelorum dignitatem deſcendit, propter terreni corporis cōiunctionem. Hominē quidem igitur fecit de terra, & operatores ipſius flammam ignis, attamē uis intelligendi ac cognſcendi cōditorem ac opificē
Gen. 2. ſuum hominib. inſita eſt. Inſufflauit em̄, inquit, in faciē, hoc eſt, propriæ gratiæ partem aliquā homini immiſit, ut per ſimile ſimile cognoſcat. Et tamen quum in tanto honore eſſet homo, ex eo quòd creatus eſſet ad imaginē conditoris, ſuper cœlum, ſuper ſolem, ſuper ſtellarum choreas honoratus. Quod enim ex cœleſtib. imago Dei altiſsimi dictū eſt? Qualem uerò imaginē cōditoris ſeruat ſol? quid luna? quid reliquæ ſtellæ? inanimata quidem ac materialia & ſolùm pellucida corpora poſsidentes & adeptæ, in quibus nuſquā mens eſt: non uoluntarij motus, nō liberum arbitriū, ſed ſerua ſunt incumbentis neceſsitatis, per quā immutabiliter circa eadem uerſantur. Super hæc igitur honore prælatus homo nō intellexit, ſed relicto eo quem ſequi oportebat Deo, & cui aſſimilari oportebat cōditori, ſeruus factus affectuum carnis, cōparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt ipſis. Nunc quidem uelut equus fœminæ amore ſuccenſus, proximi uxori adhinniens, nunc uerò uelut lupus rapax alienis inſidias ſtruens, aliquādo propter dolum in fratrē, uulpis uerſutię ſimilis fiens. Exceſſus uerò amentię eſt, & reuera brutę abſurditatis, neq; cōſtructionē ab initio percipere, eum qui creatus eſt ſecundū imaginē conditoris, neq; tot ac tanta pro ipſo facta myſteria intelligere uelle, & ex illis ſaltem ſuam dignitatem cognoſcere: ſed immemorē eſſe, quòd abiecta imagine cœleſtis, aſſumpſit imaginem terreſtris. Et ut ne permaneret in peccato, propter i-
Ioan. 1. pſum uerbum caro factū eſt, & habitauit in nobis, & uſq; adeò ſeipſum humiliauit, ut factus ſit obediens uſq; ad mortē, mortem aūt crucis. Si nō primę tuæ generationis memor es, exoluto ſaltem pro te precio, aliquā dignitatis notionē cape: reſpice ad preciū quo commutatus es, & tuam noſce dignitatē, precioſo Chriſti ſanguine emptus es. Ne ſias ſeruus peccati, intellige tuam dignitatē, ut ne brutis pecoribusq; aſsimileris. Hæc uia ipſorum ſcandalum ipſis.] Qui noſtras res gubernat Deus, impedimēto nobis eſt per malitiā euntibus, offendicula nobis ac impedimēta ponens, ut à bruta uita diſcedētes, poſtea in ore noſtro cōplaceamus: quum corde quidem crediderimus ad iuſticiam,
Act. 9. ore uerò cōfeſsi fuerimus ad ſalutem. Perſequebatur Paulus, depopulabatur eccleſiam Chriſti. Perfecit curſum ſuum ad maliciam, poſtea in ore ſuo complacuit, prædicans in ſynagogis, quòd hic eſt Chriſtus. At uerò brutos & comparatos ſtolidis pecoribus, uelut oues neq; intellectum habentes, neq; facultatē ad repugnandum, raptor ipſe hoſtis iam exiſtens, in proprium carcerem coniecit, & morti paſcendos tradidit. Pauit enim
Ioan. 10. mors ab Adam uſque ad Moyſis politiam, donec uenit uerus paſtor, qui poſuit animā ſuam pro ouibus, atque ſic ipſas ſecum excitatas, & ex cuſtodia inferni ad reſurrectionis matutinum eductas, rectis tradidit, hoc eſt, ſanctis ſuis angelis, ut ipſas paſcerent.

Et dominabuntur ipſis recti matutino.] Vnicuiq; enim credenti coniugatus eſt angelus, dignus qui uideat patrem qui in cœlis eſt. Hi igitur recti dominabuntur ipſis ex auariſsima ſeruitute liberatis, & dominabunt̄ ipſis cōſtitutis in matutino: hoc eſt, exortum lucis ſubtergreſsis. Contemplare omnem uerborum Scripturæ ſeriem. Homo quum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus.] Qui propter cōſtructionē habet dignitatē, uerùm propter inhabitās in ipſo peccatum non cognoſcit ſeipſum, hic cōparatus eſt iumentis. Deinde quòd ſe abalienauit à uerbo Dei, factum brutum, uelut ouem paſtore carentem, hoſtis corripuit, & in inferno poſuit, & morti paſcendum tradidit. Quapropter illinc liberatus, & à malo paſtore redemptus, dicit: Dominus paſcit me, & nō amplius mors, ſed uita: non amplius caſus, ſed reſurrectio: non amplius nugæ, ſed ueritas. Et auxilium ipſorum ueteraſcet in inferno.] Aut de morte dicit, quæ cùm omni ſua ope eos quos paſcit, defendere non poteſt, propter eum qui ipſam deſtruxit & imperium mortis habet, quorū omne auxilium uetus & infirmum eſt. Et tunc declarabitur auxilium hominū, qui decepta mente, ob diuitias & gloriam & potentiam, ſeipſos multum efferunt. In inferno ueteraſcet, nimirum dum imbecillitas ipſorum declaratur. Aut nunquid auxilium iuſtorū à Domino liberatorū ad infernū uſq; extendetur? Nondum enim acceperāt promiſsiones, quū Deus de nobis melius quid proſpexiſſet, ut ne citra nos hi qui prægreſsi eſſent perficerētur ac conſecra-

ſecrarentur. Veruntamen redimet Deus animã meam de manu inferni, quum accepe rit me.] Manifeſtè uaticinatur Domini ad inferos deſcenſum: qui cum alijs etiam ipſius animam redimet, ne illic maneat. Ne timeas quum diues factus fuerit homo, aut quũ multiplicata fuerit gloria domus ipſius.] Neceſſaria eſt & hæc prædicatio his qui orbem habitãt, terrigenisq́ ac filijs hominũ, diuitibusq́ſimul ac pauperib. Ne timeas quũ diues factus fuerit homo. Quum uideris, inquit, iniuſtum diteſcentẽ, iuſtum uerò egentẽ, ne timeas apud teipſum, ne cõſterneris animo, tanquã ſanè nuſquam ſit proui dentia Dei, quæ res noſtras inſpiciat. Aut eſt quidem fortaſsis inſpectio diuina, non ta men ea ad terreſtrẽ locum peruenit, ut res noſtras intueatur. Si enim eſſet prouidẽtia, unicuiq; diſtribueret propria, ut diuites quidem eſſent iuſti, qui diuitijs uti ſciunt: pauperes uerò eſſent mali, qui propriæ prauitatis inſtrumentũ diuitias habent. Quandoquidem igitur multi ſunt inter gentes ac terrigenas qui eiuſmodi ſentiunt, & propter apparentẽ inæqualitatẽ diuiſionis rerum ac facultatũ uitæ, mundum citra prouidentiã regi ſuſpicantur, ad hos loquitur pſalmus hic, ineruditũ ipſorum motum ſedans, quos etiam in principio ad audienda dogmata uocauit: aut fortaſsis etiam priuatim ad ſolam pauperis perſonam ſe cõuertit, dicens: Ne timeas quum ditatus fuerit homo. Hi enim uel maximè cõſolatione opus habent, ut ne formident præminentes. Nulla enim, inquit, eſt utilitas diuiti morienti quum non poſsit diuitias ſecum auferre, qui tantum ex fruitione lucratus eſt ſolum, ut anima ipſius in hac uita ab adulatoribus beata prædicata ſit. Vbi uerò moritur, nõ accipiet, inquit, omnia hæc bona, uix indumentũ capiet, quod ipſius uelet pudenda: atq; hoc tandem ſi uiſum fuerit famulis ipſum amicientib. Boni conſulet modicam terram nanciſci, atq; eam datam ipſi propter miſericordiã à funeris curatoribus, qui ipſi talia exhibent, ob cõmunis humanæ naturæ reuerentiã, non ipſi hæc tribuentes, ſed uenerantes humanitatẽ. Ne ſis puſillanimis circa præſentia, ſed expecta beatam illam & perpetuã uitam. Videbis enim tunc quòd in commodum iuſto datur paupertas, & ignominia, & priuatio deliciarũ, & ne cõturberis nunc propter ea quæ putantur bona, tanquã iniuſtè ſint diuiſa. Audies enim quomodo diuiti quidẽ dicetur: Accepiſti bona tua in uita tua: pauperi uerò, quòd acceperit mala in uita ſua, quapropter cõſequenter hic quidem cõſolationem reperit, ille uerò dolore excruciatur. Confitebitur tibi quum benefeceris ipſi.] De terreno homine, & qui ſolùm huius uitæ dignitates, diuitias, ſanitatẽ & potentiam, bona eſſe putat, dicit, quòd confitetur Deo quum beneficijs affectus fuerit: uerùm in calamitatibus omnẽ blaſphemiã emittit. Nam relicto paupere, ad Deum iam uerba facit, accuſationẽ diuitiarum afferẽs, & diuitem in ſola opulentia Deo gratias agere. Verùm ubi triſtiora aliqua acciderint, nõ amplius eundẽ permanere. Tale enim eſt etiam illud diaboli in accuſationẽ Iob prolatum. Quòd nõ gratis colit Iob Dominum, ſed diuitias pietatis mercedem habet. Et reliqua. Quapropter etiam ad oſtendendã uiri uirtutem, ſpoliauit ipſum Deus his quæ habuit, ut per omnia appareret gratitudo hominis erga Deum. Introibis uſq; ad generationem patrum ipſius.] Opinor eum dicere de peccatore, quòd tantum cognoſcit eum Deus, quantum patrum ipſius cõſuetudini traditus eſt: propria uerò ſapiendi potentia, nihil amplius acquirit, neq; addit ſibijpſi ad ueritatis cognitionem. Tantum igitur, inquit, accedis tu Deus, & tanta eſt in ipſo de te notio, quãta in generatione patrũ ipſius extitit. Et hic mẽtis ingenitẽ ſegniciẽ, & totos terrenos affectus ac carnis amorẽ, in eo qui in diuitijs ac luxu uolutatur producit, & in eo qui mentẽ rerum temporaliũ curis ſuffocatã habet: quapropter uſq; in æternũ non uidebit lumẽ. Qui.n. cæcis doctoribus ſeducẽdos cõmiſerint, priuauerunt ſeipſos lucis fruitione. Habet autem etiam talẽ quandã ſententiã illud: Introibis uſq; ad generationẽ patrũ ipſius hoc eſt, eos qui mala uita & dogmatib. paternis quidẽ, uerùm à pietate alienis cõprehenſi ſunt, nõ ſolùm ipſos punis, ſed etiam principes prauorũ dogmatũ inquiris. Atq; hoc eſt quod dicitur: Introibis uſq; ad generationẽ patrũ ipſius. Non enim ſolum qui prauas habet de Deo opiniones reus eſt, ſed etiam qui horũ præceptor ad hunc interitũ fuit. Tales aũt ſunt etiam qui progenitorum maliciam ſuſceperũt & ineluibilem habent, propterea quòd diuturna conſuetudine eſt confirmata. Vſque in æternum non uidebit lumen.] Mittuntur enim in tenebras exteriores, illic erit fletus & ſtridor dentium. Et hoc iuxta iuſtum

Luc. 16.

Iob 1.

ſtum Dei iudicium patiuntur, quoniam in uita hac per hoc quod mala fecerunt, oderunt lucem. Homo quum in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt ipſis.] Miſerabilis uox, homo paululum quid ab angelis imminutus, de quo etiam Solomon dicit: Magna eſt res homo, & precioſa uir miſericors: hic propterea quòd non intellexit propriam dignitatem, ſed affectibus carnis ſuccubuit, comparatus eſt iumentis, & ſimilis factus eſt ipſis.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO IN PSALMVM LIX.

IN finem his qui immutabuntur, ut ſcribatur in columna, Dauid in doctrinam, quando incendit Meſopotamiam Syriæ, & Syriam Soba, & excitauit Ioab, & percuſsit Edom in ualle Salinarũ, duodecim milia.] Quum ad promptitudinem ueſtram ad audiendum reſpicio, & ad uirium mearum debilitatem, ſubit animum meum ſimilitudo quædã pueri de cœtero iam aliquanto robuſtioris, nõdum tamen ablactati, qui maternã mammam diuexat præ infirmitate reſiccatã: cui mater etiamſi ſiccos lactis fontes ſe habere ſentiat, dum trahitur ac uellitur ab ipſo, mammã porrigit, nõ ut infantem nutriat, ſed ut eiulatum eius ſedet. Itaq; etiamſi ſtudia noſtra longa hac & uaria corporis ægritudine ſint reſiccata, tamen propoſita ſunt uobis, non ut memorabilem utilitatem ac iucunditatem, ſed aliquam ſatisfactionem impleant. nam dilectionis ueſtræ exceſſus cõtentus eſt, ut etiam ſola uoce ueſtrum noſtri deſiderium mitigetur. Erudiatur itaque eccleſia Dei, ac diſcat quod paulo antè in pſalmo hoc legebatur dicere: Da nobis auxilium ex tribulatione. & uana ſalus hominis. Quare fortaſsis ne cauſari quidem infirmitatem pſalmi ſentẽtia nobis permittit: ſiquidem tribulatio auxilij cauſa eſt, & nõ debilitatis prætextus. Qui igitur repulſi ſunt propter pecatum, deinde rurſus aſſumpti, his tempeſtiuum eſt dicere: Deus repuliſti nos, & deſtruxiſti nos: iratus es, & miſertus es noſtri. Imò potius quandoquidem ſermo nobis incidit in ſententiæ pſalmi conſequentiã, age expoſitionem ipſius moderatè attingamus. Hiſtoria præſentis pſalmi, ipſis in titulo præſcriptis uerbis, nuſquã hoc tempo-
Cap. 8. re in diuinitùs inſpiratis hiſtorijs legitur. In ſecundo tamen libro Regum æquiualentia inuenientur ipſi, ſi quis diligenter inquirat. ſic enim ſcriptum eſt: Et percuſsit Dauid Adrazar filium Rhaab regis Soba, quum proficiſceretur ipſe ut manum ſuam immitteret ſuper fluuium Euphraten: & occupauit Dauid mille ipſius currus, & ſeptem millia equitum, & uiginti millia peditum, & diſſoluit Dauid omnes currus, & reliquit ex ipſis centũ. Et paulo pòſt dixit: Et regnauit Dauid ſuper omnem Iſrael, & faciebat Dauid iudicium & iuſticiam. Et Ioab filius Saruiæ erat ſuper exercitum. Et paulo pòſt: Et
2. Reg. 10. miſerunt filij Amnon, & mercede conduxerunt Syriam Rhaab, & Syriam Soba, uiginti milia uirorum. Et uidit Ioab quòd inſtructum eſſet aduerſa acie contra ſe prælium: & elegit ex omnibus filijs Iſrael, & inſtruxit aciem aduerſus Syriam. Et uiderunt ſerui Adrazar, quòd cecidiſſent à facie Iſrael, & ultrò transfugæ progreſsi ſunt ad Iſrael, & ſeruierũt ipſis. Huic hiſtoriæ proceſſui inſcriptionem pſalmi conuenire reperimus, præterquam quòd tempus inſcriptionis huius tituli eſt, in quo ſplendidiſsimus ac clariſsimus ob fortia in bello facta ac geſta Dauid erat. Quare quæſtione dignum eſt quomodo à luctu ac lamentationibus orditur, quum præ gaudio exultare ac lætum eſſe oportebat propter præclara uirtutis facta. Aliæ enim ſunt feſtiuitates celebrantium uoces, & aliæ triſtium. Carmina autem uictorialia argumẽtum ſunt feſtiuitatis popularis, nõ ſolùm militibus, ſed etiam agricolis & mercatoribus ac opificibus, & omnibus qui bonorum pacis participes fiunt. Quomodo igitur, inquit, Deus repuliſti nos, & deſtruxiſti nos? Atqui aſſumpſit & fecit uictores. Quomodo uerò deſtruxit, quos adeò locupletauit, tradẽs ipſis arma, et currus, & equos, & ſubditos, & totã Arabiam tributariã, & Phœnicen ac Meſopotamiã? Id profectò operæprecium eſt ut ſciamus, num aliquã ingratitudinem habẽt hæc uerba? Qui enim prius Adrazar regem Soba euertit, & ab ipſo mille currus accepit, & ſeptem millia equitũ, & uiginti millia peditũ: & rurſus Syriæ regem lapſo auxilia ferentem in ſeruitutem redegit, & tributariũ fecit, & uno temporis momẽto uiginti millia ipſius occidit: & tertia uictoria deuicit filios Amnon qui aciem inſtruxerãt iuxta portas urbis per Ioab principem exercitus, qui diuiſis uiribus eos partim à frõte, partim à tergo aggreſſus ſubegit: quomodo poſt talia fortia ac uirilia

lia facta, adeò triſtia ac mœſta loquitur dicẽs: Deus repuliſti nos, & deſtruxiſti nos, iratus es & miſertus es noſtri? Cæterùm tempus quidem inſcriptionis erat, quo egregia hæc facta perpetrauit. Verùm uis ſcriptorũ ad finem habet relationẽ. Finem aũt dicit eum, qui in cõſummatione ſeculorum euenturus eſt. Quapropter etiam his qui immutabuntur pſalmum ſcriptũ eſſe dixit. Poteſt autem in ſumma de toto humano genere intelligi, uelut ad omnes pſalmi ipſius utilitas perueniat. Qui immutantur n. & qui immutabuntur, ſunt qui neq; corporis habitum eundem cõſeruant, neq; in eadem ſentẽtia ſemper perſiſtunt: ſed corpore quidem iuxta ætatum alterationes immutãtur, ſententia uerò iuxta accidentiũ uarietates alterantur. Alij enim ſumus pueri, alij puberes, & alij uiri iam facti, & rurſus cõſeneſcentes penitus immutamur. Et alij in hilariore ſumus rerum ſtatu, & alij ex alijs reddimur, aſperiore temporũ caſu inſtante: alij ægrotãtes, alij in delicijs degentes: alij in nuptijs, alij in luctu. aut quia nõ dictũ eſt. His qui immutantur: ſed his qui immutabũtur, accipi poteſt, uocem hanc indicationẽ habere prophetiæ, propterea quòd quũ in futurũ tempus inclinata ſit, magis cõſequens eſt, ut intelligamus eos qui immutabũtur, qui relicta uana hominũ cõſuetudine, iuxta Euangelij ſinceritatẽ, uitã ſunt inſtituturi. Non itaq; Iudæis qui tunc temporis fuerũt, pſalmus ſcriptus eſt: ſed nobis immutãdis, qui multitudinẽ deorũ in pietatẽ permutauimus, & errorẽ circa idolorũ cultus, ad cõditoris noſtri cognitionẽ: qui pro uoluptate à lege interdicta, modeſtiã legalem elegimus, pro tibijs & choris, & ebrietate, pſalmũ, ieiuniũ, & orationem aſſumpſimus. Nobis igitur ſcriptũ eſſe pſalmum ſi quis dixerit, à ueritate nõ aberrabit. Quapropter etiã noſtra ſunt diuina oracula, & ab Eccleſia Dei uelut munera diuinitùs data, in ſingulis cõuentibus releguntur, uelut alimentũ quoddã animarum, quod à ſpiritu ſuppeditatur. Sed & ut ſcribat̃ in colũna, ſcriptus eſt pſalmus: hoc eſt, nõ ocioſe & tanquã aliud agens ipſum audias, neq; quemadmodũ ea quæ in corruptibili materia ſcribuntur, breui diſſipãtur: ſic in mente tua ad breue tempus ipſum inſculptum memoriæ habeas, deinde cõfundi ac diſſipari permittas. Sed habeto ipſum animæ uelut ſtatuæ inciſum, hoc eſt immobilem & fixum per omne tempus memoriæ inhærentem. Si uerò nos repellit Iudæus uelut à ſcriptis alienos, ex his quę ſcripta ſunt ipſum pudefaciemus, mixtã uocationem declarãtes, quo diſtãtia cõgreget, & eos qui procul abſunt conuocet, & unum faciat multos per fidem in Chriſtum. Meus, inquit, eſt Galaad, & meus eſt Manaſſes. Et Ephraim dixit, & Iudam ſuſcepit, & Moab cõnumerauit, & in Idumæã ſe aſcenſurum minatur, & omnium ſimul ſubiectionem annunciat. Mihi alienigenæ, inquit, ſubditi ſunt. Deus igitur repuliſti nos. Eos qui ſeipſos elongauerunt à te iuxta proportionẽ peccatorum repuliſti: congregationes prauitatis noſtræ deſtruxiſti, bene faciens nobis per debilitatem. Iratus es quando ex natura eramus filij irę, ſpem nõ habẽtes, & impij in mundo: miſertus es noſtri, quando unigenitũ tuum propiciationẽ propoſuiſti pro peccatis noſtris, ut in ſanguine ipſius redemptionem inueniamus. quæ ſanè nõ agnouiſſemus nobis beneficio tuo contigiſſe, ſi non potaſſes nos uino compunctionis. Vinum appellat uerbum, quod induratum cor ad perceptionis ſenſum ducit. Dediſti timentibus te ſignificationem, ut fugiant à facie arcus.] Moſes quidem poſtes Iſraelitarum ſanguine ouillo ſignauit: tu uerò dediſti nobis ſignificationem, ipſum immaculati agni ſanguinem, qui mactatus eſt pro peccato mundi. Et Iezeciel in frontes facierum ſignum datum eſſe dicit. Ite, inquit, à tergo ipſius, & percutite, ne parcite, neque miſeremini, ſeniorem & iuuenem, infantem & uirginem, & fœminas occidite ad internecionem. Ad omnes uerò in quibus eſt ſignum ne accedatis. Deus loquutus eſt in ſanctis ſuis, lætabor, & diuidam Sicima.] Præcipuus locus Ioſeph à Iacob datus, typus & figura eſt teſtamenti, quod ſoli Iſrael datum eſſe uidetur. Præcipuum itaq; teſtamentum ac populi hæreditatem, in diuiſionem ducam, & commune faciam ad alios. Diuiſo igitur teſtamento in omnes, & utilitate ab ipſo communi omnibus qui beneficio afficiuntur à Deo facta, tunc etiam conuallis tabernaculorum in diuiſionem ac dimenſionem ueniet: hoc eſt, totus orbis, uelut ſortib. quibuſdam, ſingulorum locorum habitaculis diuidetur. Tunc etiam diſtantia coniunget pacificator, & quæ in terra ſunt, & quæ in cœlis: & intermedio pariete diſſoluto, ambo unum faciet. Meus eſt Galaad, & meus eſt Manaſſes.] Filius eſt Manaſſæ Galaad

Exod 12.
Cap. 9.
Gen. 48

laad

laad, ut oſtendat patriarcharum conſequentiã à Deo deſcendentẽ, ex quibus eſt Chriſtus ſecundum carnem. Et Ephraim defenſio capitis mei, Iudas rex meus.] Diffractas partes cõiungit per cõcordiam. Moab ſpei lebes.] Aut lebes lauacri, inquit alius quidam interpres, aut lebes ſecuritatis: hoc eſt, uilis & abiectus homo, cui minis interdictũ eſt, ne ingrediatᷣ in Eccleſiã Domini. Non. n. intrabit Moabites & Ammonites uſque ad tertiam, & uſq; ad decimam generationẽ, & uſq; ad æternũ tempus: tamẽ quia baptiſmus remiſsionẽ habet peccatorũ, & ſecuritatẽ largitur obęratis, redemptionem per baptiſmum & conſortium ad Deum oſtendẽs: Moab, inquit, lebes eſt lauacri, aut lebes ſecuritatis. Omnes igitur alienigenæ ſubditi ſunt iugo Chriſti. Quaprópter in Idumeam extendet calciamentũ ſuum. Calciamentũ autem deitatis, eſt caro Dei geſtatrix, per quam ad homines deſcendit. Ob hanc igitur ſpem beatum prædicans tempus aduentus Domini propheta dicit: Quis abducet me in ciuitatẽ munitionis? Fortaſsis Eccleſiam dicit, ciuitatẽ quidem, propterea quòd congregatio eſt quæ legibus gubernatur: munitionis uerò, propter fidei amiculum ac munimentum. Vnde quidam interpres ſignificantiſsimè expreſsit ac reddidit, In ciuitatem cõmunitam. Quis igitur dabit mihi ut magnum illud ſpectaculũ uideam, Deum ad homines accedentem? Atq; hoc
Mat. 13. eſt quod à Domino dictum eſt, quòd multi prophetæ ac iuſti cupierunt uidere ea quę uos uidetis, & non uiderunt. Da nobis auxiliũ ex tribulatione] Ne quæramus auxilium à fortitudine, ne à carnis bona diſpoſitione, à nulla earum rerum quæ apud homines præclarę cenſentur, auxiliũ aſſequi conemur: nõ in poſſeſsione pecuniarũ, non in potentiæ mole, nõ in gloriæ altitudine cõtingit nobis uictoria, ſed ex tribulationis exceſſu largitur Dominus auxiliũ his qui inquirũt ipſum. Talis erat etiam Paulus, tribula
2. Cor. 12. tiones ſuas in gloriationes conuertens. Quare poterat dicere: Quum debilis ſum, tunc
Rom. 5. potens ſum. Da igitur nobis Domine auxiliũ ex tribulatione. Nam tribulatio patientiam operatur, patientia probationẽ, probatio ſpem, ſpes autem non cõfundit. Vides quò te ducat tribulatio? ad ſpem non pudefientem. Aegrotas? gaude, quia quem Do
Luc. 16. minus diligit, caſtigat. Pauper es? lætare, quia Lazari bona te excipiẽt. Ignominiam pateris propter nomen Chriſti? beatus es, quia ignominia in angeli gloriam tibi tranſmutabitᷣ. Perſuadeamus nobiſipſis fratres in tempore tentationis, ut ne ad humanas ſpes decurramus, nec inde nobis auxilia uenemur: ſed in lachrymis ac ſuſpirijs, & ſedula oratione, & intentis uigilijs preces faciamus. Hic enim auxilium ex tribulatione ſumit, qui humanum auxilium ut uanum contemnit, & ſpe in eum qui ſaluare nos poteſt fulcitur. In Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui gloria & imperium in ſecula, Amen.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO IN PSALMVM LXI.

IN finem pro Idithum Pſalmus Dauid. Duos Pſalmos nouimus, pro Idithum inſcriptionẽ habentes, uigeſimũoctauum, & hunc quẽ in manibus habemus. Et arbitramur Dauidis quidẽ cõpoſitionẽ operis eſſe, ipſi uerò Idithum datam eſſe in utilitatẽ ipſius, ad animę affectus corrigẽdos, & ad melodiã coram populo, per quam etiã Deus glorificabatur, & audientiũ harmoniã mores corrigebantur. Erat enim & Idithum ſacrorũ carminum cantor, ue-
1. Para. 25. lut teſtatur nobis hiſtoria Paralipom. dicens: Et cum ipſis Hæman & Idithum, tubæq; & cymbala ſonantia & organa carminũ Dei. Et paulo pòſt ait: Et cõſtituit Dauid rex, & principes exercitus ad opera, filios Aſaph & Hæman & Idithum, ſonos edentes in cithara, & in nablis ſiue pſalterijs, & in tympanis. De patientia igitur uterque Pſalmus multam tractationem habet. Per quam ſedatur quidẽ animæ indignatio: omni uerò ſuperbia exterminata, humilitas acquiritᷣ. Impoſsibile eſt enim, eum qui ſe nõ omniũ infimum ac poſtremũ fecit, aliquando poſſe aut dum conuicijs impetitur, iræ dominari: aut dum tribulatur, per longanimitatẽ tentationes ſuperare. Qui enim extremã humilitatẽ exquiſiuit, in cõuicijs ſuæ utilitatis antea gnarus, præ uerbis ignominioſis animo non cõmouebitur: ſed ſi appellabitur pauper, nouit ſeipſum pauperẽ eſſe & omniũ indigum, & quotidiana Domini ſuppeditatione opus habere: ſi uerò uocabitᷣ ignobilis & obſcurus, iam præſumptũ in ſuo corde habet, quòd ex luto generatus eſt. Quapropter illic quidem dicit, Dixi cuſtodiã uias meas: & peccatoris inſtantiã receſſet, & propriam longanimitatẽ, Dum conſiſteret enim, inquit, peccator aduerſum me, obmutui
&

& humiliatus ſum & ſilui à bonis. Deinde ꝓgreſſus dicit: Veruntamē uniuerſa uanitas omnis homo uiuens. Deinde, Theſaurizat & ignorat cui ea congregabit. Verũ in præſenti pſalmo hæſitanter orditur uelut ad animã ſuam loquens, tanquam ex prædictorũ conſequentia. Vt ne enim anima ſuperbiæ carnis ſubdita, ad iras & triſticias irritetur: Cur, inquit, malorũ affectuum ſeruam facio animã, quæ principatũ corporis & affectionum ipſius, à cõditore ipſius Deo ſibi concreditũ habet? Oportet itaque imperare affectibus, & ſeruire Deo. Impoſsibile eſt enim ipſam & à peccato, & à Deo regi. Sed oportet maliciæ quidem dominari ipſam, Dño uerò uniuerſorum ſubiectam eſſe. Quare propheta inuehens in eum qui tentationes inducit, & multam malorũ turbam ipſi excitat, ſtudiumque ſuum hic confert, ut ſpiritus dignitatē in ſerenitatē redigat, ipſumque carni ſubijciat, uelut redarguens uanam ipſius contra ipſum uerſutiam, hęc dicit: Quid me cogis ſeruire his quibus minimè fas eſt? habeo Dñm, cognoſco uerum regem. Nónne Deo ſubiecta erit anima mea? ab ipſo enim ſalutare meũ. Cauſam dixit ſtudij ſui circa ſubiectionem, quia ſalutare à Deo. Proprium enim opificis eſt, ut ſecuritatis opificiorum ſuorum curam gerat. Aut quia futurũ incarnationis Dñi beneficium propheticè præuidit hæc dicit. Quòd ſeruire oportet Deo, & diligere ipſum, qui tantã beneficentiã in humanũ genus contulit, ut neque proprio filio pepercerit ſed pro omnibus nobis tradiderit. Habet enim hunc morem Scriptura, ut Chriſtum Dei, ſalutare appellet. Quemadmodũ ſanè etiam Simeon eſſe dicit, Nunc dimittis ſeruum tuum Dñe, quia uiderunt oculi mei ſalutare tuum. Subijciamur igitur Deo, quia ab ipſo eſt ſalutare. Quid uerò eſt ſalutare interpretatur, nõ actio quædã nuda, beneficiũ quoddam nobis exhibens ad liberationem ab infirmitate, & bonã corporis habitudinē. Sed quid eſt ſalutare? Nam ipſe Deus meus, & ſaluator meus, defenſor meus, nõ cõmouebor amplius. Deus noſter eſt, ex eo quòd Dei filius eſt. Idem etiam Saluator generis humani, debilitatē noſtram fulciēs, & cõmotionem quæ ex tentationibus animis noſtris acceſsit corrigens. Non cõmouebor amplius.] Humano more confitetur cõmotionem. Impoſsibile eſt enim nõ fieri aliquam cõmotionem in hominis anima à tentationibus. Quouſque igitur parua & pauca peccata cõmittimus, leniter quodãmodo cõmouemur, uelut plantæ quæ à leni aura agitantur: ubi uerò plura & maiora fuerint mala, iuxta proportionē augmēti peccatorum, etiam cõmotio augeri ſolet. Et alij quidē amplius cõmouentur alij uerò uſque quo radicitùs euerſi proſternantur, quum ſpirituales maliciæ, omni turbine uiolētius, radices animæ quibus per fidem in Deum fulcita eſt, abruperint. Ego itaque commotus ſum inquit uelut homo, amplius aũt non cõmouebor, propterea quòd ſuffulcior dextera manu Saluatotis. Quouſque irruitis in hominem, occiditis omnes uos, tanquam parieti inclinato, & ſepi diruptæ.] Rurſus aduerſus prauos diaboli miniſtros pugnat hic ſermo, immo dicas inſidias quæ ab ipſis tenduntur accuſans. Nimirum homines animal debile ſunt, uos aũt irruitis non contenti primo inſultu: ſed & ſecundum & tertium inducitis, uſquequo animã ſic collapſi euertatis, ut ſimilis fiat parieti inclinato, & ſepi diruptæ ac euerſæ. Paries porrò uſquequo quidem rectũ ſtatum conſeruat, firmus manet: ubi uerò inclinatus fuerit, neceſſe eſt omnino ipſum diſſolutum cadere. Siquidem unita pondera poſt inclinationē eriguntur. Verùm ex pluribus cõpoſita, ubi inclinationē ad unam partem perpeſſa fuerint non amplius ſuſcipiunt correctionem. Oſtendit igitur ſermo, quòd natura hominis cõpoſita exiſtens, inclinata quidem eſt à peccato ſolui aũt penitus ipſam oportet, ut ab artifice qui ipſam ab initio ædificauit rurſus reparata, ſecuritatem accipiat, & ad ſecundũ caſum nullis inſidijs ſtructis diſſolui poſsit. Dei agricultura eſtis, inquit, Dei ædificatio. Hoc ædificiũ concuſsit inimicus rupturas in ipſo factas reparauit opifex. Sic neceſſarius quidem eſt caſus, propter peccatum. Magna aũt reſurrectio, propter immortalitatē. Veruntamen preciũ meum cogitauerunt repellere, currebant in ſiti, ore ſuo benedicebant, & corde ſuo maledicebant.] Precium hominis eſt ſanguis Chriſti: precio enim, inquit, empti eſtis, ne fiatis ſerui hominũ. Hoc igitur precium inutile nobis reddere cogitauerũt milites diaboli, ſemel liberatos rurſus in ſeruitutem inducentes. Currebant in ſiti.] Concitationē ac pertinaciam inſidiarum diabolorum oſtendit, quia currunt contra nos, interitũ noſtrum ſitientes. Ore ſuo benedicebant, & corde ſuo maledicebant.] Multi ſunt qui malas actiones amplectuntur, & dicacem

Marginal notes: Ioan.3. (beside "genus contulit…"); Luc.2. (beside "nè etiam Simeon…"); 1.Cor.3. (beside "tem accipiat…"); 1.Cor.7. (beside "rebant in ſiti…")

cacem quidem urbanum dicunt,turpiloquũ uerò ciuilem:& amarulentum ac iracundum, minimè contẽnendum nominant: parcum & illiberalem uelut œconomicũ laudant,prodigũ uelut liberalem: ſcortatorẽ & petulantẽ,ut uoluptariũ quendam ac animi remiſsi.Et in ſumma,omni uitio per appoſitã uirtutẽ blandiuntur. Tales ore quidẽ benedicunt,corde uerò execrantur. Nam in uerborũ benedictione omnem execrationem uitæ ipſorum inducunt,per ea quæ amplectuntur,æterni iudicij reos ipſos conſtituentes. Rurſus ad animã ſuam loquitur,ſubiectionem ipſius ad Deum augens. Veruntamen Deo ſubiecta eſto anima mea, quoniam ab ipſo patientia mea.] Indicat magnitudinem tẽtationum,& illud Apoſtoli dicit,quod non permittet nos tentari ſupra
1.Cor.10. id quod ſufferre poſſumus,ab ipſo enim patientia mea. In Deo ſalutare meum,& gloria mea,Deus auxilij mei,& ſpes mea in Deo.] Beatus qui ob nullam quãtumuis altam rem in uita exultat,ſed Deũ habet ſuam gloriã, & qui in Chriſto gloriaᵗ ac illud Pauli
Gal.6. dicere poteſt:Mihi aũt abſit gloriari niſi in cruce Chriſti.Nunc uerò multi gloriantᵗ ob corpus,qui circa gymnica certamina ſunt occupati,aut omnino qui in ætatis ac ſtaturę uigore conſiſtunt. Multi etiam fortitudinẽ bellicam, & cædem eiuſdem generis hominum,uirtutem ducunt. Nam præmia in bellis & trophæa quæ ab imperatore & ciuitatibus eriguntur,iuxta cædis magnitudinem fiunt. Alij gloriantur ob ductos circum ciuitates muros. Alij propter aquæductuũ ſtructuras, & magnorũ gymnaſiorũ ædificia.Ille uerò diuitias ſuas in eos qui cum feris decertant inſumens,& uanis populorum acclamationibus gaudens,laudibus inflatur & ſe iactat,gloriam in turpitudine ſua habens. Qui ſanè etiam in illuſtrioribus urbis locis peccatum ſuum in tabulis deſcriptum oſtentat. Alius rurſus ob diuitias gloriatur:& alius ꝙ orator eſt uehemens ac incõparabilis,aut ſapientiæ mundanæ expertus. Quorũ omniũ gloriæ miſereri cõuenit, & illos beatos prædicare qui Deum ſuam ipſorũ gloriã faciũt. Si enĩ ille multũ ſe iactat,quòd ſeruus eſt regis,& ab ipſo multum honoratur:quantum cõuenit tibi, ut ob id ipſum te magnifices, quòd ſeruus es illius magni regis, uocatus ab ipſo ad ſummũ conſortium, donatus ſpiritu promiſsionis,ut illo inſignitus filius Dei ſias. Cæterùm utilitatis genuinæ in Deum ſpei in ſeipſo gnarus, ad æqualem æmulationem inuitat etiam populũ dicens: Sperate in ipſum omnis congregatio populorum,effundite coram ipſo corda ueſtra.] Fieri nõ poteſt ut diuinæ gratiæ capaces reddamur, niſi maliciei affectus animas noſtras prœoccupantes expulerimus. Noui ego medicos, qui non prius ſalutaria medicamenta exhibuerunt, ꝙ̃ morbificam materiam per uomitũ euacuaſſent, quam ex malo uictu ſibijpſis intemperantes illi immerſerant. Sed & uas ab aliquo graueolenti humore præoccupatum ac imbutum,non elotum non exceperit unguenti influxum. Oportet igitur effundi ea quæ prius inſunt,ut capi poſsint ea quæ inducuntur. Veruntamen uani filij hominũ.] Vidit non oẽs ſequi præceptũ ipſius, neq; ſuſcipere ſpem in Deum,ſed habere ſpem in uanitates uitæ. Quapropter dicit, Veruntamen uani filij hominum,mendaces filij hominũ. Cur uani? quia mẽdaces. Vbi maximè mendaciũ ipſorum deprehenditur? In ſtateris,inquit,iniquitatis. Qualibus dicit ſtateris? nõ enim omnes homines libripendæ ſunt, non oẽs lanarum aut carnium uenditores, non oẽs aurum aut argentũ tractant, aut omnino circa has materias ſtudiũ habẽt, quas ſtateris ac libris mercatores diuendere ſolent. Sed multũ eſt mechanicorũ genus, quod libris ad opificium ſuum nihil opus habet. Multi uerò ſunt artem nauticã exercentes, & multi circa forum iudiciale,ac magiſtratus diuerſantes, apud quos quidẽ eſt mendaciũ,uerũ dolus per ſtateras non exercetur. Quid igitur eſt quod dicit? Quod unicuiq; noſtrûm in occulto ſtatera quædam à conditore noſtro conſtructa eſt, in qua rerũ naturã diſcernere ac dijudicare poteſt. Poſui ante faciem tuã uitam & mortem, bonũ & malum, duas naturas inter ſe oppoſitas, expende ipſas in proprio iudicio tuo. Pondera diligenter quid ſit tibi conducibilius,num tẽporariam eligere uoluptatem,& per ipſam accipere æternam mortem:aut electa in uirtutis exercitio afflictione, per huius beneficiũ conſequi æternam uitam. Mendaces igitur ſunt homines, corrupta habentes animę iudicia,
Eſa.5. quorum etiã miſeretur Propheta dicens: Væ uobis qui dicitis tenebras lucem, & lucẽ tenebras, qui dicitis amarum dulce, & dulce amarum. Mihi, inquit, præſentia, quis uerò nouit futura. Malè ponderas praua bonis præferẽs,uana ueris potiora ducens, temporaria

poraria æternis præponẽs, prætereuntẽ uoluptatẽ pro indeſinẽte ac perpetua lætícia eligens. Mẽdaces igitur filij hominũ in ſtateris iniquitatis. Iniquitatẽ aũt exercent principaliter quidẽ in ſeipſos, deinde uerò etiã in proximos, qui & ſibijpſis mali ſunt in rebus agendis cõſultores, & alijs prauum exemplum prębent. Non licebit tibi dicere in die iudicij, Non nouerã bonum. Proferunt tibi proprię tuæ ſtateræ, ſufficientẽ boni & mali diſcretionem exhibentes. Nam corporis pondera libræ momentis examinamus: quæ uerò in uita eligẽda ſunt, libero animæ arbitrio diſcernimus, quod etiã ſtaterã nominauit, propterea quòd æquale momentũ ad utramq; partẽ capere poteſt. Nolite ſperare in iniquitatẽ, & rapinas nolite concupiſcere.] Suprà dixit, Sperate in ipſum omnis congregatio populorũ. Vidit ſegnitiẽ ad obediendum, & pronunciauit, Veruntamen uani filij hominũ. Rurſus uetat ne ſperemus in iniquitatẽ. Qui collectas ex iniquitate diuitias, ſufficientẽ ſibi cauſam ad robur & potẽtiã eſſe iudicat, ſimilis eſt ægroto qui in redundantia morbi bonam habitudinẽ ponit. Nolite ſperare in iniquitatem. Hæc impedimento tibi eſt ad omnem actionem. Et rapinas nolite concupiſcere. Ab alienis cõcupiſcentiã remouendã eſſe monet. Diuitiæ ſi fluant, nolite cor apponere.] Si uideris aliquem prædiuitẽ, ne prædicaueris uitam ipſius, ſi ex multis locis & luculentis fontibus affluant pecuniæ, ne amplectaris ipſarũ abundantiã. Diuitiæ ſi fluant. Admirare uocem. fluxa eſt diuitiarum natura torrente citius præterlabitur habentes, aliàs alium ſolet permutare. Quẽadmodũ fluuius qui ab alto fertur, appropinquat quidem adſtantibus ripæ, ſimul uerò ut contigit, ſtatim ſecedit: ſic etiam diuitiarum promptitudo, celerrimum ac lubricum habet acceſſum, alios ex alijs permutare ſolens. Hodie huius eſt ager, cras alterius, & paulo pòſt alius. Intuere domos in urbe, quot iam nomina ex quo extructæ ſunt tranſmutarunt, aliàs ab alio poſſeſſore nomen ferentes. Et aurum ſemper è manibus habentis diffluens, ad alterũ tranſit, & ab illo ad alium. Magis poſsibile eſt ut aquã manu cõprehenſam cõtineas, q̃ ut diuitias durabiliter conſerues, Quare rectè dictũ eſt, Diuitiæ ſi fluãt nolite cor apponere. Ne animi tui affectus adponas, ſed utilitatẽ ab ipſis excipe, nõ ut unũ aliquod bonorũ ipſas diligens ac admirans, ſed inſtrumentariũ ipſorũ miniſteriũ eligens ac amplectens. Deinde poſt omnia hæc relata ſententiam inducit, non amplius propriorũ uerborum, ſed quam ab ipſo Deo audiuit. Semel, inquit, locutus eſt Deus, Duo hæc audiui.] Et neminem perturbet hoc uelut præter omnẽ opinionẽ dictũ, nimirum quò Deus ſemel loquutus eſt, propheta uerò duo audiuit. Poſsibile eſt enim ſemel aliquem loquutũ eſſe, & in illa unica loquutione, multa eſſe quæ dicta ſunt. Nam homo quiſpiam ſemel cum aliquo congreſſus de multis loquutus eſt, & qui audiuit uerba ipſius, poteſt dicere: Semel quidẽ me allocutus eſt. uerùm de multis dixit. Hoc ipſum eſt quod nunc dictum eſt: Dei quidem apparitio ſemel mihi contigit, duæ uerò res ſunt, quas mihi dixit. Nõ dicit, Vnum loquutus eſt Deus, duo hęc audiui. Sic enim uideri poſſet cõtrarietatẽ habere ad ſe ipſum ſermo. Quæ igitur erant duo hæc quæ audiuit? Quòd poteſtas Dei eſt, & tua Dñe miſericordia.] Quòd potens, inquit, eſt Deus in iudicio, & idem miſericors. Neq; igitur ſperate in iniquitatẽ, neq; diuitijs addicti eſtote, neq; eligite uanitatẽ, neq; animæ iudiciũ corruptum circumferte: ſed gnari quod potẽs eſt noſter Dñs, timete ipſius fortitudinem, et ne deſperetis de ipſius benignitate. Ad hoc itaq; ut ne iniqui ſimus, bonus eſt timor: ad hoc uerò ut qui ſemel in peccatũ delapſus eſt, ſeipſum per deſperationẽ non perdat, bona eſt ſpes miſericordiæ. Nam Dei eſt poteſtas, & ab ipſo miſericordia eſt. Quia tu reddis unicuiq; iuxta opera ſua.] Qua enim menſura menſi fueritis, eadem remetietur uobis. Tribulaſti fratrem? expecta æquilibriũ. Rapuiſti bona inferiorum, pugnis ac talitris impetiuiſti pauperes, pudefeciſti conuicijs, calumniatus es, mentitus es contra ipſos, alienis nuptijs inſidiatus es, peieraſti, terminos patrum trãſpoſuiſti, opes ac poſſeſsiones orphanorum inuaſiſti, uiduas tribulaſti, præſentem uoluptatem bonis in promiſsionibus repoſitis prætuliſti, expecta horum retributionẽ. Qualia enim unuſquiſq; ſeminat, talia etiam metet. Cæterùm ſi quid boni etiã à te perpetratum eſt, illius quoq; multiplices expecta retributiones. Quia tu reddes unicuiq; iuxta opera ſua. Huius ſententiæ ſi per omnẽ uitam memor fueris: multa peccata effugere poteris, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui gloria & imperium in ſecula. Amen. Mat. 7.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO IN PSALMVM CXIIII.

IAmdudum præoccupato hoc ſacro martyrũ tẽplo, à media nocte Deum martyrũ per hymnos placãtes, perſtitiſtis uſq; ad præſentem meridiẽ, aduentum noſtrum expectantes. Vobis quidem igitur honorẽ martyrũ & Dei cultũ, ſomno ac quieti præferentibus, parata eſt merces. Si uerò oportet etiã nos pro nobis ipſis rationẽ reddere moræ ac longioris noſtræ abſentiæ, cauſam afferimus, quòd alterã huic æqualem Dei Eccleſiã, nõ modico interuallo à uobis diſtantẽ, miniſterio noſtro curãtes, tẽpus hoc diei cõſumpſimus. Poſtq; igitur dedit Dñs, ut & apud illos miniſteriũ impleuerim, & ueſtræ dilectioni non deſim, gratias nobiſcum reddite benefactori, qui hanc quam uidetis corporis noſtri debilitatem inuibſibili ſua potẽtia manuduxit. Vt uerò ne diutius uos detinẽtes triſticiã uobis inferamus, ubi pauca ex pſalmo quem uos cantantes deprehẽdimus, diſſeruerimus, & uerbo conſolationis pro uiribus noſtris animas ueſtras nutriuerimus, ſingulos uos ad corporis curã dimittemus. Quid igit͛ erat quòd à uobis canebatur? Dilexi, quoniam exaudiet Dñs uocẽ orationis meæ.] Non cuiuſuis eſt dicere, Dilexi: ſed perfecti iam, & ſeruitutis timorẽ tranſgredientis, & in ſpiritu adoptionis exiſtentis. Non igitur appoſitum eſt, quem: ſubintelligitur aũt à nobis, Deum uniuerſorũ. nam propriè dilectũ, eſt Deus. Quandoquidẽ dilectum definiũt eſſe, quod omnia cupiunt. Bonũ aũt eſt Deus, & primum & perfectiſsimum bonorũ. Ipſum igitur dilexi Deum, appetibiliũ ſummũ exiſtẽtem, & afflictiones pro ipſo cum gaudio ſuſcepi. Quales uerò ſint hæ, paulo pòſt recenſet. Dolores mortis, pericula inferni, tribulationẽ & dolorẽ, quæ omnia ipſi dilecta, propter dilectionẽ erga Deum, & ſpem repoſitam his qui pro pietate afflictiones ſuſtinent, apparebant. Non enim præter uoluntatẽ, neq; uiolenter & coactè ſuſtinui, inquit, certamina: ſed amore quodã & affectu ſuſcepi moleſtias, ut dicere poſſim, Propter te mortificamur tota die. Et uidentur hæc æquiualentia eſſe his quæ Apoſtolus dicit, & eodẽ affectu dici cum illo, Quis nos ſeparabit à dilectione Chriſti? tribulatio aut

Rom. 8. anguſtiæ, aut perſequutio, aut fames, aut nuditas, aut periculũ, aut gladius? Dilexi igitur hæc omnia, gnarus q̃d ſub ſpectatore & prẽmiorũ datore Dño uniuerſorũ, pericula pro pietate perfero, quoniam exaudiet Dñs uocem orationis meæ. Sic enim etiam unuſquiſq; noſtrũm moleſtias ac difficultates præceptorũ potentia perfert, quum uelut ſpectatori, Deo uniuerſorũ ſuam uitã oſtenderit. Quia inclinauit aurẽ ſuam mihi.] In clinauit dixit nõ ut corporalem quandam notionẽ de Deo accipias, aures habentem, eaſq; ad lenem uocem inclinãte, quod nos facimus, ad eos qui ſubmiſſa uoce loquuntur aurẽ admouentes, quo ex uicinitate id quod dicitur ſenſu ſuſcipiamus: ſed inclinauit dixit, ut ſuã debilitatẽ oſtẽdat, quod ad ipſum humi iacentẽ, propter benignitatem erga homines deſcendit. Velut quum ægroto quodam ex multa debilitate clarè loqui nequeũte, benignus medicus aurib. ſuis admotis, ex uicino ea quæ ipſi neceſſaria ſunt addiſcit. Inclinauit igitur aurẽ ſuã mihi. Diuinę enim aures nõ opus habẽt uoce ad percipiendum. Nouit enim etiã in motu cordis cognoſcere ea quæ quærimus. Aut nõ audis quod Moſes nihil loquẽs, ſed tacitis ſuis ſuſpirijs Dñm interpellans, audiuit à Dño

Exod. 14. dicente, Quid clamas ad me? Nouit Dñs etiã ſanguinẽ audire iuſtorũ, cui lingua nõ eſt

Gen. 4. neq; uox aerem penetrans. Operum aũt iuſtorum præſentia, magna uox eſt apud Deũ. Et in diebus meis inuocabo.] Nos equidem una die adorantes, aut una hora breui aliqua triſticia ob peccata affecti, ſecuri ſumus, tanquã qui aliquid compar malitiæ noſtræ fecerimus. At uerò ſanctus ad totum uitæ ſuæ tempus extentam confeſsionẽ ſe facturum eſſe dicit. In diebus enim, inquit, meis omnibus inuocabo. Deinde ut ne putes quod in proſperitate huius uitæ degens, & omnibus ipſi rebus ſecundo uento procedentibus, inuocauerit Deum, magnitudinẽ calamitatũ exponit, in quibus exiſtens nõ oblitus eſt nominis Dei. Circumdederũt, inquit, me dolores mortis, pericula inferni inuenerunt me.] Propriè quidem dolorum uox hoc loco, de doloribus in partu uſurpatur, quum uenter in molem eleuatus fœtũ foras expellit. Deinde dum genitales partes uexant, cõuulſionibuſq; ac contractionibus fibrarũ circũ fœtum diſtendunt, acerbiſsimos acutiſsimoſq; dolores parientibus inducunt. Tranſtulit aũt dolores partus ad

cos

eos qui circa mortẽ animali imminẽt, in animæ ac corporis diuiſione. Nihil igitur me-
diocre ſe paſſum eſſe dicit, ſed ad ipſos uſq; mortis dolores tentatũ eſſe, & ad periculũ
deſcenſus inferni perueniſſe. Num igitur hæc ſola paſſus eſt, de quibus gloriatur, aut ſę
pe hæc & inuitus? Nihil aũt coactũ laudabile eſt. At uide mihi athletæ huius magna-
nimitatem. Poſtq; enim circundederunt me dolores mortis, & pericula inferni inuene
runt me: tantũ abfui ut prę tentationibus his ſuccubuerim, ut etiã multo pluribus ultrò
tentationibus meipſum addixerim. Tribulationẽ & dolorẽ uolens mihiipſi excogita-
ui, nõ inuitus ab ipſis apprehenſus ſum. In ſuperioribus enim pericula inferni inuene-
runt me, hic uerò tribulationẽ & dolorẽ meum. Quum enim illic obſtinatũ animũ ha-
bere inuentus eſſem, ad ea quę à tẽtatore inducta ſunt, quo opulentiam dilectionis er-
ga Deum demonſtrẽ, appoſui tribulationẽ ad tribulationẽ, & dolorem ad dolorẽ: non
per meam potentiã contra dolores inſurgens, ſed quod nomen Dñi inuocaui. Tale eſt *Rom. 8.*
& illud Apoſtoli dicentis, In his omnibus plus q̃ uictores euadimus per eum qui dile-
xit nos. Vincit enim, qui non his quæ per neceſsitatẽ inducuntur, emollitur. Plus q̃ ui-
ctor euadit & ſuperat, qui etiã ultro dolores ad patientiã demonſtrandã adtrahit. Qui
in peccato aliquo mortali hęret dicat, Circundederũt me dolores mortis. Omnis enim,
inquit, qui facit peccatũ, ex diabolo natus eſt. Quum igitur eſſem, inquit, operator pec *Ioan. 8.*
cati in utero geſtabar à morte, tunc etiam inuentus ab inferni periculis. Quõ igitur me
dicatus ſum mihi? Poſtq; tribulationem & dolorẽ inueni per pœnitentiã. Correſpon
dentem enim magnitudini peccati afflictionem ex pœnitentia mihiipſi excogitaui, &
ſic auſus ſũ inuocare nomen Domini. Quæ uerò erant ea quæ dixi? O Domine libera
animam meã. Detineor in hac captiuitate, tu des pro me redemptionis preciũ, & libe-
ra animam meã. Miſericors Dñs & iuſtus.] Scriptura ubiq; cõiungit miſericordiæ Dei
iuſticiam, docens nos, quòd neq; miſericordia Dei iudicio caret, neq; iudiciũ immiſeri-
cors eſt, ſed & dum miſeretur, cum iudicio miſericordias dignis dimetitur: & dum iudi
cat, ſagaciter pro debilitate noſtra iudicium inducit, benignitate magis q̃ æquali retri
butione nos retaliãs. Et Deus noſter miſeretur.] Miſericordia eſt affectus erga eos
qui præter dignitatẽ humiliati ſunt, ab his qui cõdolẽter afficiuntur fiens. Meſeremur
eius qui ex magnis diuitiis, ad extremã paupertatẽ delapſus eſt. Item eius qui ex ſum-
ma corporis bona habitudine, ad extremã debilitatẽ deiectus eſt. Itẽ eius qui ob pul-
chritudinẽ & formam corporis gaudens, à turpiſsimis ac fœdiſsimis affectionibus cor
ruptus eſt. Quandoquidem igitur etiam nos eramus aliquando in gloria, & nobiles in *Gen. 3.*
paradiſi uita facti ſumus aũt inglorii & humiles propter eiectionem: Deus noſtri miſe
retur, dum uidet nos quales ex qualibus facti ſumus. Quapropter etiã Adam uocauit
per miſericordiæ uocẽ, dicẽs: Adam ubi es? Non enim doceri quęrebat omniũ gnarus,
ſed intelligere ipſum uolebat qualis ex quali factus eſſet. Vbi es? quaſi diceret, Ad qua
lem caſum ex tanta altitudine deueniſti? Cuſtodiens paruulos Dñs, humiliatus ſum
& ſeruauit me.] Siue iuxta naturalem rationẽ non conſtitiſſet humana natura, ſi non
pueruli & adhuc infãtes à Dño cuſtodirẽtur. Quomodo enim qui in utero geſtant, nu
triri aut moueri poterant, in anguſtis adeò locis & nullum diuerſoriũ habentibus: ſed
& in tenebroſis ac humectis locis uitam habentes, & neq; reſpirare potentes, neq; ho-
minum uitam uiuere, ſed inſtar piſcium humoribus innatantes, niſi per Dei cuſtodiam
conſeruarentur? Quomodo uerò ad incõſuetum hunc locum elapſi, & à calore uteri
aere perfrigerati, uel ad breuiſsimum tẽpus durarent, niſi à Deo ſeruarentur? Cuſtodi-
ens igitur paruulos Dñs, humiliatus ſum & ſeruauit me. Aut etiã ſic hęc uerba intellige
re poteris. Quãdoquidẽ conuerſus ſum, & factus ſum uelut infans, & ſuſcepi regnum *Mat. 19.*
cœlorum uelut puer, & per innocentiã meipſum ad puerorũ humilitatẽ demiſi, cuſto-
diens paruulos Dñs, quoniam humiliatus ſum, ſeruauit me. Conuertere anima mea
in requiem tuam, quia Dñs benefecit tibi.] Sibiipſi ſermones conſolatorios proponit
bonus athleta, ſimiliter uelut Paulus dicẽs: Certamen bonum decertaui, curſum con-
ſummaui, fidẽ ſeruaui, de cætero repoſita eſt mihi iuſticię corona. Hæc dicit ad ſeipſum *2. Tim. 4.*
etiam Propheta: Quandoquidẽ ſufficienter longũ uitæ curſum expleuiſti, conuertere
de cætero in requiẽ tuam, quia Dñs benefecit tibi. Propoſita eſt enim æterna requies,
his qui legitimè in hac uita decertarunt, quę non ſecundũ operum debitum ac meritũ

retribuitur,ſed iuxta magnificentiſsimi Dei gratiã his qui in ipſum ſperauerunt exhibetur. Deinde priuſquã bona illic exponat, moleſtiarũ mundi fugam & euaſionẽ recenſens, pro his gratias agit animarũ liberatori, qui ex uaria & ineuitabili affectionum ſeruitute ipſum exemit. Quæ uerò ſunt hæc? Quia eripuit animã meam de morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapſu.] Cõparatione rerũ in hac uita futurã requiem deſcribit. hic enim, inquit, Circundederũt me dolores mortis: illic uerò, Eripuit animã meam de morte. Hic oculi mei lachrymas ex tribulatiõe profundunt, illic nõ amplius lachrymæ pupillis tenebras offundunt eorũ qui inſpectione pulchritudinis maieſtatis Dei lętant. Abſtulit enim Deus oẽs lachrymas ab omni facie. Hic magnũ eſt lapſus periculũ, quapropter etiam Paulus dixit: Qui ſibi uidet ſtare, uideat ne cadat. Illic firmi ſunt greſſus, uita impermutabilis, non amplius periculũ ad peccatũ delabendi: neq; enim carnis eſt inſolentia, neq; fœminæ cooperatio ad peccatũ. Quia nõ eſt maſculus & fœmina in reſurrectione, ſed una quædam eſt uita ac uniformis, cõplacentibus ſuo Domino his qui in regione uiuorũ habitant. Mundus hic & ipſe mortalis eſt, & morientiũ locus. Quandoquidem enim compoſita eſt rerum uiſibilium ſubſtantia: omne uerò compoſitum diſſolui ſolet. Qui in mundo ſumus partes mundi exiſtẽtes, neceſſariò naturæ uniuerſi participes ſimus. Quapropter etiam priuſquam anima à corpore per mortem ſeparet, nos homines ſæpe morimur. Et ne præter omnẽ opinionem tibi eſſe uideatur id quod dico, rei ipſius ueritatem conſidera. In tribus enim annorum ſeptenarijs, tres alterationes ac mutationes ætatum ac uitarũ homo ſuſtinet, & iuxta ſingulas ſeptenarios proprius eſt terminus præterita circũſcribens, & manifeſtã tranſmutationẽ exhibens. Pueri ætas dentium iactu circa primũ ſeptenariũ terminat. Deinde pueri qui de cætero ad diſciplinas aptus eſt, præfinitũ tẽpus uſq; ad pubertatẽ eſt. Puber uerò & ephebus uſq; ad primũ & uiceſimũ annum cõpletus, quũ prima lanugine genas ueſtire & obumbrare incœperit, latenter diſsipatur, adoleſcẽte iam in uirum tranſeũte. Quum igit uideris uirum qui depoſuit incrementũ augeſcendi iuxta ætates, & iam mente ac ratiocinatione firma utitur, nullũq; iuuẽtutis ueſtigiũ amplius habet, nõ mortua eſſe in ipſo præterita reputabis? Rurſus ſenex ad aliã formã & diſpoſitionẽ animæ tranſpoſitus, manifeſtè alius eſt à ſuperioribus. Quare uita hominũ per multas mortes, non ſolũ circa ætatum trãſmutationes, ſed etiã circa animarũ in peccatũ ruinas, cõpletur. Vbi uerò nõ eſt alteratio, neq; corporis, neq; animi (neq; eñ eſt cogitationis peruerſio, neq; ſententiæ mutatio, quũ nulla calamitas conſtantiam & quietem mentiũ auferat) illic eſt regio reuera uiuorũ, qui ipſi ſibijpſis ſemper ſimiles exiſtunt. In qua maximè uniuerſorũ Deo ſe cõplaciturũ eſſe Propheta iactat, ut qui à nemine interpellationẽ paſſurus ſit, quo minus ſcopum ueræ & æqualis cũ angelis ſeruitutis cõtingat. Conemur, inquit, ſiue in corpore præſentes, ſiue à corpore decedẽtes, ut ipſi cõplacentes ſimus. Viuorũ illa eſt regio, in qua nõ eſt nox, nõ ſomnus mortis imitatio: in qua nõ ineſt potus, nõ ineſt cibus, debilitatis noſtræ fulcimẽta, non ineſt morbus, non dolores, nõ medicina, nõ fora, nõ mercaturæ, nõ artes, nõ pecuniæ, malorum principium, bellorum cauſa, inimicitiæ radix: ſed regio uiuorum, nõ morientium per peccatum, ſed ueram uitam uiuentium in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui gloria & imperium in ſecula, Amen.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO IN PSALMVM CXV.

CRedidi, propter quod loquutus ſum, ego aũt humiliatus ſum nimis. Ego uerò dixi in exceſſu meo, Omnis homo mẽdax.] Fides pręeat ac ducat ſermones de Deo, fides & non demõſtratio. Fides ſupra rationales methodos animam ad aſſenſum trahens. Fides non per geometricas neceſsitates, ſed per
Act. 3. ſpiritus actiones accedens. In nomine Ieſu Chriſti Nazareni, ſurge & ambula. Hanc uocem conſequebatur opus per ſpiritum. Ex miraculo, neceſſaria ſuſceptio deitatis unigeniti uidentibus contingebat. Quid magis ad aſſenſum cogit dic mihi, propoſitionum plicæ concluſionẽ conſequentẽ ſibijpſis trahentes, aut miraculum tantum euidenter conſpectum, omnem humanam potentiam excedens? At non etiam nunc eadem clarent, neq; ſpiritus opera ſermonem de Deo confirmant: ſed artificioſæ demonſtrationes, in ueriſimilitudine ſapiẽtiæ mũdanæ ſpem habentes, non in fortitudine & euidentia reuelationis ſpiritus, quam per eos qui in ſimplicitate cordis citra curioſitatem confidunt

fidũt Deo, multorũ ſalutis gratia oſtendit. Sed utinã etiã mihi cõtingat, ut dignè creda tis, ubi nunc Eccleſiæ Dei magnæ huic quinq; uerba in mẽte mea dicam. Et nemo ſubſannet ſermonẽ, tanq; citra examinationẽ ad eorũ quæ dicimus aſſenſum, auditores inducamus. Neceſſe eſt enim omnis diſciplinę principia dicentibus citra contentionẽ inexpenſa ac conceſſa eſſe. Nam impoſsibile eſt circa prima reluctantes, uia & ordine ad finem progredi poſſe. At hoc ipſum ab ipſis externis diſcere potes. Si enim non conceſſeris prima principia Geometriæ, impoſsibile eſt ipſum id quod cõſequens eſt cõcludere. Et qui principijs ac elementis arithmetices ſe opponit, uiam ad ulteriora intercipit. Similiter etiã Medicinæ principia demonſtrari nõ poſſunt. Et in ſumma, in quacunq; profeſsione, uia & ordine ad finem procedente, impoſsibile eſt primorum propoſitorum demonſtrationes inquirere. Sed neceſſe eſt rationaliũ artiũ principijs citra contentionẽ aſſumptis, id quod ex propoſitis conſequẽs eſt in his quæ deinde ſequũtur inſpicere. Sic ſanè etiã theologiæ myſteriũ, aſſenſum ex fide citra examinationem requirit. Credere enim oportet, inquit, quòd eſt Deus: nõ quærere, neq; contendere quid eſt. Et ſummatim, ſi fides rerum quæ ſperantur ſubſtantia eſt, & argumentum earum quæ non uidentur: ne cõtende iam uidere ea quæ procul repoſita ſunt, neq; ea quæ ſperãtur ambigua ſtatuas, proptereaquòd nondũ eorũ cognitionẽ attingere potuiſti. Hæc quidem igitur in ſumma de fide dicta ſint, propter cõtentioſos, & in uerbis inanibus ſpem habentes. Cæterũ uidetur mihi præſens pſalmus, ad præcedẽtis pſalmi ſententiam conſequentiam habere. Dixit enim iſthic: Placebo Domino in regione uiuorum. Quandoquidem igitur de regione loquitur, quæ nõ uidetur, tanq; clarè ſciens, cauſam reddit decreti ſui de obſcuris, dicens: Credidi quòd eſt regio quædã uiuorũ, quapropter loquutus ſum, quòd placebo in ipſa Domino. Profectò anima citra fidem ad dicendum ueniens, inaniter nugabitur, ad nullũ propoſitũ, ſermonẽ producens. Principium igitur ſermonis prudẽtis fides fortiter in corde loquentis inſidens. Deinde unde poſsibile ſit nobis perfectionẽ circa fidem acquirere, conſequenter ſubdit, dicens: Ego autem humiliatus ſum ualde.] Qui enim mentem ſuam non humiliat, neq; ad imitationem Apoſtoli dicit, Fratres ego meipſum nondũ arbitror aſſequutum eſſe: ſed de eſſentiæ Dei comprehenſione cogitat, & propria ratiocinatione incomprehẽſibilia metitur, & tantũ reputat eſſe Deum, quantũ ipſe ratione aſſequitur. Et omnino qui propriam mentẽ uniuerſorum menſurã facit, nõ reputans quod facilius eſt parua hemina totum mare dimetiri, quàm humana mente maieſtatem Dei inenarrabilẽ cõplecti: fruſtra inflatus & ob uanitatem mentis ſuæ elatus, nõ poteſt dicere, Credidi, quapropter loquutus ſum: quandoquidẽ neq; quod ſequitur, inferre ipſi poſsibile eſt, nempe, Ego autẽ humiliatus ſum ualde. In faſtu enim & arrogantia uiuit, & inanibus uerbis gaudet, fortitudinẽ ex fide non poſsidẽs. Deinde nõ ſeipſum ſolùm humiliat Propheta, ſed etiam omnem ſimul ſibiipſi cognatam & naturæ ſociam humanitatẽ. Ego enim dixi, inquit, in excuſſo meo, Omnis homo mẽdax. Quare qui nõ ex fide auxilium capit, ſed ex ſeipſo ad ſermonem uenit, humano apparatu ad ueritatis comprehenſionẽ confidẽs, mendax eſt, multũ à ueritate excidẽs. At uerò hunc ſermonem in exceſſu ſe dixiſſe ait: Quis uerò eſt hic exceſſus? Aut quum humanam naturam conſideraſſem, & an alicubi inter homines eſſet ueritas perſcrutatus eſſem, nuſq; hanc inuenire potẽs citra Dei auxilium, ob inopinatam rem ſtupore affectus, exclamaui: Omnis homo mendax. Aut in exceſſu illo quem coram Anchus confinxi, morbum comitialem ſiue lunaticum & mentis percuſſionem ſimulans, ubi uidebã me ad eam neceſsitatẽ deueniſſe, ut contra meipſum mentiri cogerer, & quæ nõ eſſent fingere, quo periculum ex hoſtibus effugerem: tunc dixi, Omnis homo mẽdax: etiamſi nõ ex propoſito, neq; in detrimentũ proximorum, ſed omnino propter quaſdã calamitoſas cauſas ad mendaciũ confugerim. Nec uerò ſibiipſi contraria dicit in ſermone Propheta, quemadmodũ aliqui ſophiſtæ ipſum redarguere conantur, in circutionis elenchum ac redargutionẽ prophetam incidiſſe dicẽtes. Si enim omnis homo mendax eſt, homo uerò eſt etiã Dauid, mendax erat etiam ipſe nimirũ. Si uerò mẽdax, nõ credendũ eſt ipſi de his de quibus pronũciat: ſi uerò hic ſermo uerus non eſt, neq; eſt omnis homo mẽdax, etiã Dauidẽ à mẽdacij culpa liberũ dimittimus. Si uerò non mentitur, credemus ipſi quæ dicit: credentes autem rurſus ad incredulitatis neceſsita-

Heb. 11.

Phil. 3.

1. Reg. 21.

ceſsitatem circũagemur. Quare ſiquidẽ uerum dicit Dauid, ſuũ ipſius ſermonem diſſol
uit, & homo exiſtẽs & mẽtiens. Si uerò mentitur, per ſe habet ut ipſi non credat. Quis
eñ attẽdet mentienti? Quare quũ ſemel pronunciarit, omnẽ hominẽ eſſe mendacem,
mentiatur Dauid, ut ſermonẽ cõfirmet: aut ſi uerũ ipſe dicit, prenũciatam à ſe ſententiã
diſſoluit. At hæc quidẽ ludentiũ ſunt, & eorũ qui uerborũ ſtrophis ac uerſutijs gaudẽt,
& apud imperitos exultant. Veritas aũt ipſa nõ ſe hoc modo habet. Homines eñ dicũ
tur, qui humanis affectibus adhuc detinẽtur. Qui uerò altior iam carnalibus affectioni
bus factus eſt, & propter mentis perfectionem ad angelorũ ſtatũ progreſſus, hic ubi de
humanis loquitur, ſeipſum à reliquis eximit ſcilicet. Minimè enim mẽdax eſt qui dixit:
Pſal.81. Ego dixi dij eſtis, & filij altiſsimi omnes, uos autẽ ſicut homines moriemini. Porrò Dij
eſtis, ſi omnino alicui alteri, etiam ipſi Dauidi talis appellatio cõuenit. Nam & filius al-
tiſsimi eſt, qui per uirtutẽ Deo aſsimilatus eſt, & nõ moritur uelut homo, ſed uiuentẽ in
ſeipſo Deum habet. Ego igitur dixi, inquit, in exceſſu meo, Omnis homo mendax. Au-
diant qui carni quidẽ per affectus ſunt permixti, mentem uerò ſuam ultra tranſmunda-
na extollunt, quorum cogitatus & altitudinẽ cordis ipſorũ elatam contra Deum demo
liri ac ſubuertere, communis ſcopus ſit omnibus pietatem amplectentibus. Quid re
tribuã Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicẽ ſalutaris accipiã.] Reuocatis
in memoriam innumeris Dei donis, quòd ex non exiſtẽte ad eſſe productus eſt, quòd
ex terra formatus ratione excultus eſt, in qua etiã imaginẽ cœleſtis ferre poteſt. Dein-
1.Tim.2. de reſpectu etiam habito ad diſpenſationẽ ac myſterium pro genere humano, quòd ſe
ipſum Dominus dedit precium redemptionis pro omnibus nobis: ſuper omnibus his
dubitat, & in omnibus ſuis bonis quærit, quod dignũ Domino donum inueniat. Quid
igitur, inquit, retribuam Domino, nõ ſacrificia, neq; holocauſtorũ exuſtiones, neq; ex
legali cultu reuerentiam, ſed totam meam uitam. Et propterea, inquit, Calicem ſalutaris
accipiam, afflictionem in certaminibus pro pietate, & reſiſtere aduerſus peccatum uſ-
que ad mortẽ, calicem appellans. Hoc autem utiq; fuerit id quod ipſe Saluator in Euan
Matt.26. gelijs docuit: Pater ſi poſsibile eſt tranſeat calix iſte. Et rurſus ad diſcipulos: Poteſtis bi-
bere calicem quẽ ego bibiturus ſum? Indicauit autẽ mortem, quã pro mundi ſalute ſu-
Mat.20. ſcepit. Quapropter dicit, Calicem ſalutaris accipiã. Hoc eſt, ſitiens ad perfectionem per
martyrium uenio, ſupplicia quæ in certaminibus pro pietate obueniunt, requiem & re
fectionem animæ ac corporis, non dolores ducens. Meipſum igitur, inquit, ſacrificium
offerã ac oblationẽ Domino, quoniã omnia minora duco, quàm ꝓ dignatate ipſius be-
nefactoris. Atq; has meas promiſsiones paratus ſum teſte omni populo facere ac per-
ſoluere. Vota eñ mea reddam corã omni populo ipſius. Deinde exhortatio ſequitur
ad auditores, ut ne formident mortẽ. Precioſa, inquit, in cõſpectu Domini mors ſancto
rum eius.] Ne cũctemini, inquit, ad certamẽ pulchrũ uos homines. Ne formidetis mor
tẽ. Nõ eñ corruptio eſt, ſed uitæ cauſa: nõ eſt interitus penitus, ſed trãſitus ad honorẽ.
Equidẽ apud homines opulẽtos, lapilli quidã floridis fulgẽtes coloribus precioſi ap-
pellari ſolent, reuera aũt precioſa res eſt mors ſanctorũ eius. Quum anima purgata per
uitam, ab inquinamentis carnis libera, non habens maculam aut rugam, ex certamini-
bus pro pietate glorificata, & iuſticiæ corona redimita, ex omnibus his uirtutis pulchri
tudine effulgens, adſtiterit Dño & iudici uniuerſorum, ſpecioſitatem ex gratia, omni
lapide precioſo magis coruſcantem, adepta: quõ non precioſa eiuſmodi hominis co-
ram Dño mors? Ne igitur lugeamus ob exitus ſanctorum uirorum ex hac uita, ſed ma-
gis ob natiuitates, & ad hanc uitam acceſſus. Nam ingreſſus in hunc mundũ, per igno-
miniam eſt ſordis ac graueolentiæ, & eorũ quorum ne conſpectum quidem facilè ferat
aliquis, qui nos in uita præceſsit. Per talia enim carnalis natiuitatis acceſſus, per naturæ
neceſsitatẽ cõſtitutus eſt. Verùm exitus & hinc deceſſus precioſus eſt & illuſtris: non
omnium hominum, ſed eorum qui ſanctè & iuſtè uitã hanc tranſegerunt. Precioſa igi-
tur eſt mors, nõ precioſa hominũ natiuitas. Siminatur eñ, inquit, in ignominia, ſurgit
1.Cor.15. in gloria: ſeminat in corruptiõe, reſurgit in incorruptibilitate. Cõpara itaq; mortẽ nati
uitati, & deſine lugere ob eũ qui ex ignominia liberatus eſt. Quũ Iudaicè moriebar, ab
ominabilia erãt morticinia: quum pro Chriſto contigit mors, precioſæ ſunt reliquiæ
ſanctorũ eius. Antea dicedat ſacerdotibus, & Deo dicatis, Non cõtaminabit ex aliquo
mortuo

aliquo mortuo. &, Si quis cōtigerit mortuū, immundus erit. & hoc, Laua eius ueſtimenta. Nunc autē qui contigit oſſa martyris, quandam ſanctificationis ſocietatē aſſumit, ex gratia corpori inſidente. Precioſa igitur eſt coram Domino mors ſanctorum eius. Ne præferte precioſis uiliſsima, neq; mali permutatores fiatis, fragilem hanc uitam incorruptibili ac beato ſtatui præferentes. Nā præter affectus ignominiæ quibus plurimi uoluptuarij ſuccumbunt, adhuc etiam uitæ neceſsitates, animæ magnificētiam inflectētes, uelut in ſeruitutem redigunt ipſam, ad obſequium carnis detrahentes. Vbi autē ſeruitus eſt, illic uidelicet & ignominia eſt. Fugiēda igitur eſt uita, cui ignominia coniuncta eſt. Nihil igitur, inquit, magnum facio meipſum tibi Domino retribuens. Seruus enim tuus exiſtēs, tibi adduco tuam poſſeſsionem. Omnino enim creatoris mācipium ac ſeruum eſt id quod creatum eſt. Quare nō ſolum uoluntate ſeruus ſum, ſed etiā natura. Filius em̄ ſum ancillæ tuæ, quam infantem adhuc ac ualde puerilem inimicus abductam, & ex ſeruitute tua remotā, peccati ſeruam fecit. Verum reuertor ac recurro ad Dominum quem habui ab initio, & agnoſco ueterem ſeruitutē. Dirupiſti uincula mea. Quādoquidem me à uinculis peccati liberaſti, dum deſcēdiſti ad infernum, & exoluiſti humanitatem uinctam mortis exiſtentem, & in carceribus inferni ineuitabilibus detentam. Propterea ſacrificabo tibi, non quadrupeda fiſſungula ac ruminantia, neq; uolatilia munda, aut ſimilaginem oleo ſubactam, aut thus lucidum, aut compoſitū illud thymiama ac ſuffumigiū. Hæc em̄ tibi Domino à terra offeruntur. Sed quę eſt mea propria poſſeſsio, & cordis mei ſoboles ac fructus glorificationē tuam ex ipſo offeram, uelut ex ara aliqua de mēte mea: & ſacrificabo tibi ſacrificiū laudis innumeris holocauſtis pręferendum. tibi minimè indigo ac perfecto Deo: qui non expetis corporalia ſacrificia, quibus ditiores abundant: ſed ex affectu ac corde uero cōfeſsionem, cuius omnes qui uolunt participes ex æquo fiunt. Sacrificans autē tibi laudem, nō uelut erubeſcens clanculum alicubi & in abſcondito loco ſacrificabo, impiorum reprehenſiones fugiens: ſed publicum quoddam ſacrificium faciam, uniuerſo populo ad communē cultum aſſumpto. Locus autem ſacrificij nobis demonſtrabitur medius & illuſtriſsimus ipſius Hieruſalem. Audite uos Eccleſiam relinquētes, & in domibus communibus diuerſantes, miſerabilia precioſi corporis fragmenta, quòd preces ac uota in medio Hieruſalē reddere oportet, hoc eſt Eccleſiæ Dei. Neq; em̄ iuxta ueterē cultum, unicuiq; propriam aram erigere licet ſed una demonſtrata eſt his qui ſacrificare uolunt. Tu uerò cōtra patrum altare extruis aram? & ignē alienum in ipſa accendis, ne ueterum quidē exemplo reſipiſcēs, homines corruptæ mentis attrahens, & teipſum unà cum ipſis coinquinās? Horum fugite uos populus Domini imitationē, & ne ſeparemini à portione eorū qui ſaluantur permanētes in fide, perfectionē acquirētes in præceptis Domini, cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

FINIS.

DIVI BASILII MAGNI ARCHIEPISCOPI CAESAREAE CAPpadociæ, Concionum uariorum argumentorum XVIII. numero Index,

De Ieiunio.	Concio	I & II
De dicto, Attende tibijpſi.	Concio	III
De gratiarum actione.	Concio	IIII
In Martyrem Iulittam.	Concio	V
De Auaricia.	Concio	VI
Ad diuites.	Concio	VII
Quòd Deus non eſt autor malorum.	Concio	VIII
Contra iraſcentes.	Concio	IX
De Inuidia.	Concio	X
De fame & ſiccitate.	Concio	XI
In initium Prouerbiorum.	Concio	XII
Exhortatio ad ſanctum baptiſma.	Concio	XIII
Contra Ebrioſos.	Concio	XIIII
De fide.	Concio	XV

In Euan-

In Euangelij Ioannis initium.	Concio	XVI
In ſanctum baptiſma.	Concio	XVII
In Barlaam martyrem.	Concio	XVIII
In martyrem Gordium.	Concio	XIX
In quadraginta martyres.	Concio	XX
Dicta in Lacizis.	Concio	XXI
De Humilitate.	Concio	XXII
Ne rebus temporibus affixi ſimus.	Concio	XXIII
In ſanctam Chriſti natiuitatem.	Concio	XXIIII
Ad adoleſcẽtes, quomodo ex Græcis autorib. utilitas capiẽda ſit.	Concio	XXV
In ſanctam martyrem Mamantem.	Concio	XXVI
De Spiritu ſancto.	Concio	XXVII
De Pœnitentia.	Concio	XXVIII

SANCTI PATRIS NOSTRI BASILII MAGNI CAESAREAE CAPPADOCIAE ARCHIEPISCOPI, DE IEIVNIO Concio prima, Iano Cornario Medico Phyſico interprete.

BVCCINATE, inquit, in nouilunijs tuba, in inſigni feſtiuitatis
Leuit.25. ueſtræ die. Hoc præceptum eſt propheticum. Nobis autem
omni tuba uocalius, & omni inſtrumento muſico clarius, præ
Cap.58. minentem dierum feſtiuitatem indicãt lectiones. Didicimus
eñ ieiuniorum gratiam ex Eſaia, qui Iudaicum quidem ieiu-
nij modũ reiecit, ueri autem ieiunij nobis ſpecimen exhibuit.
Mat.6. Ne ad forenſes lites & contentiones ieiunetis, ſed ſolue iniu-
ſticiæ ligamẽtum. Et ipſe Dominus, Ne ſis triſti adſpectu, ſed
laua faciem tuam. Itaq; ſic affecti ſimus, uelut edocti ſumus,
non triſticiam uultu præferentes in accedentibus diebus, ſed
ſplendidè ad ipſas diſpoſiti, uelut ſanctos decet. Nullus abiecti animi coronatur, nullus
triſtis trophæũ erigit. Ne ſis triſtis dum curaris. Abſurdum eſt nõ gaudere ob animæ ſa-
nitatem, ſed triſtari ob ciborum alterationem: & maiorem gratiã uideri præbere uolu-
ptati uẽtris, quàm animæ curationi. Etenim ſatietas in uentrẽ gratiã collocat, ieiunium
uerò ad animam lucrum traducit. Lætare quod datum eſt tibi à medico pharmacũ tol-
lens peccatũ. Quemadmodũ eñ uermes qui in puerorũ inteſtinis generant, medica-
mentis quibuſdam acerrimis extirpãtur: ſic peccatũ intus in profundo habitans, ieiu-
nium ad animã progreſſum occidit, quod ſanè uerè hac appellatione dignum eſt. Vn-
ge caput tuũ, & laua faciẽ. Ad myſteria te uocat hic ſermo. Qui unxit, oblitus eſt: qui la-
uit, lotus eſt. ad internas partes transfer præceptum. Ablue animã à peccatis, unge ca-
Ioan.13. put oleo ſancto, ut particeps fias Chriſti, id eſt uncti, & ſic ad ieiunium accede. Ne ob-
ſcures faciem tuam uelut hypocritæ. Obſcuratur facies, quum interna affectio ficto
externo habitu obducitur, uelut per uelamẽtum mendacio cõtecta. Hypocrita eſt, qui
in theatro alienã perſonã aſſumit, ſeruus ſæpe domini, & priuatus regis. Sic in hac ui-
ta uelut in orcheſtra ac officina ſpectaculorum uitæ ſuæ, pleriq; theatrum exhibent, alia
in corde ferentes, alia in ſuperficie hominibus oſtentantes. Ne igitur obſcures faciem,
qualis es, talis appare, nõ transformans teipſum ad triſticiam, ex eo quòd abſtinens eſſe
uidearis, gloriã captans. Neq; eñ beneficentiæ quæ per tubam celebris redditur, utili-
tas ulla eſt, neq; ieiunij quod publicatur ullum aliquod lucrum. Quæ eñ ad oſtentatio-
nem fiunt, nõ ad futurum ſeculum fructum extendunt, ſed ad hominũ laudem uergunt
ac finiunt. Accurre ita ſplendidè ad ieiunij donum. Antiquum donum eſt ieiunium,
non inueteraſcens, non ſeneſcens, ſed reiuueneſcens ſemper, & in ætatis uigorem ef-
floreſcens.

floreſcens.putas me antiquitatē ipſius à lege producere? etiam lege antiquius eſt ieiu- *Leuit.23.*
nium.Si paululùm expectaueris,reperies dicti ueritatē.Ne putes diem propitiationis
præceptā Iſrael ſeptimo menſe,decima mēſis die,eſſe ieiunij principium.Age itaq; per
hiſtoriam uadens,antiquitatē ipſius perſcrutare. Non em̄ recentius eſt inuentum, pa-
trum eſt theſaurus. Quicquid antiquitate excellit, uenerabile eſt. Reuerere ieiunij ca-
niciem,coætaneum eſt humanitati ieiunium.in paradiſo ſancitum eſt.Primum manda-
tum accepit Adam,de ligno cognitionis boni & mali ne edatis. Hæc uox, Ne edatis, *Gen.2.*
ieiunij & abſtinentiæ eſt præceptum.Si Eua ieiunaſſet à ligno nō hoc nunc ieiunio o-
pus haberemus.Non em̄ opus eſt ualentibus medico,ſed malè habētibus.Malè affecti *Mat.9.*
ſumus per peccatū,ſanemur per pœnitentiam.Pœnitentia autem citra ieiuniū irrita eſt. *Gen.3.*
Maledicta terra,ſpinas & tribulos producet tibi. Triſticiam ferre tibi præceptū eſt, nō
deliciari.Per ieiunium purga te Deo.Sed & uita in paradiſo, ieiunij eſt imago, non ſolū
quòd angelis cōtubernalis exiſtens homo,per id quod paucis cōtentus erat, ſimilitu-
dinem ad ipſos acquirebat: ſed quòd etiā quæcunq; poſtea hominū ſolertia adinuenit,
nōdum à uiuētibus in paradiſo excogitata erant nōdum uini potus, nōdum animantū
mactationes,nō quæ mētem hominis turbant.Quādoquidem non ieiunauimus,exci-
dimus è paradiſo,ieiunemus itaq; quo rurſus ad ipſum reuertamur.Non uides Lazarū *Luc.16.*
quomodo per ieiunium ingreſſus eſt in paradiſum? Ne imiteris Euæ inobedientiam. ne
rurſus conſiliarium ſerpentem ſuſcipias,in indulgentiam carnis cibū ſuggerentem. Ne
prætexe infirmitatem ac debilitatem corporis, non enim mihi prætextus & excuſatio-
nes dicis,ſed ei qui nouit.Ieiunare nō potes,dic mihi,ſaturari autem uictu, & corpus o-
nere comeſtorum cōterere potes? Atqui noui medicos nō eduliorum uarietatem , ſed
inediam & famē ægrotis imperare. Quomodo igitur is qui hæc poteſt, illa nō poſſe ſe
excuſat? Quid facilius uentri,tenuitate uictus ſufferre noctē,an redundantia ciborum
grauatum iacere? Imò neq; iacere, ſed frequenter cōuerti,diſrumpiq; ac ſuſpirare. Niſi
fortaſsis dices etiā gubernatores oneribus grauatam nauem facilius ſeruare, quàm le-
uem ac uacuam.Nam eam quę copia preſſa eſt.modica undæ inſolentia demergit: quæ
uerò moderatè oneribus onuſta eſt,facile fluctus ſuperat,nulla re impediente ipſam al-
tiorem fieri.Itaq; etiam hominū corpora aſsidua ſacietate degrauata,facile per infirmi-
tates ſubmergunt.Quę uerò frugali ac leui alimento utuntur,etiam id quod ex morbo
expectatur malum,uelut exurgentem tempeſtatē effugiunt, & id quod iam adeſt mo-
leſtum,uelut petræ cuiuſdam marinæ occurſum propulſant. Aut etiam quieſcere iuxta
tuam ſententiam,laborioſius eſt quàm currere, & ocioſum eſſe quàm luctari, ſi quidem
ſanè deliciari cōuenientius ægrotis eſſe dixeris,quàm frugaliter uiuere? Nam facultas
animal gubernans ſufficientiam quidem & frugalitatē facile cōficit ac concoquit, & ei
quod nutritur appropriat ac aſsimilat. Vbi uerò ſumptuoſitatē & uarietatē eduliorum
aſſumpſit,deinde reniti ad partem non ſufficit,uaria morborum genera inducit. Cæte-
rùm ad hiſtoriam progrediatur ſermo,antiquitatē ieiunij perſequēs. & quomodo om-
nes ſancti,uelut paternam quandā hæreditatē ſuſceptum ſic cōſeruarunt pater filio ue
lut per manus tradentes. Vnde & ad nos per ſucceſsionis conſequentiam hæc poſſeſ-
ſio cōſeruata eſt.Non erat in paradiſo uinum,nōdum animalium mactationes, nondū
carnis eſus.Poſt diluuiū uinum,poſt diluuium editis omnia uelut olera herbarum. quū
deſperata eſt perfectio,tunc conceſſa eſt fruitio. Exēplum inexperientiæ uini eſt Noe,
ignorans uini uſum.Nondum enim ad uitæ uſum peruenerat, neq; in hominum con-
ſuetudine tritum erat. Quum igitur neq; alium bibentem uidiſſet, neq; ipſe expertus *Gen.9.*
eſſet,incautè ab ipſo læſus eſt.Plantauit enim uitem Noe & bibit de fructu, & inebria-
tus eſt,non quòd uinolentus eſſet,ſed quòd inexpertus mēſuræ aſſumendæ. Ita recen
tius eſt uini potus inuentum quàm paradiſus.Et ſic antiqua eſt ieiunij autoritas. Sed & *Exod.19.*
Moſen per ieiunium ad montem acceſsiſſe cognouimus. Non enim auſus fuiſſet uer-
tice fumante, neq; confiſus fuiſſet ingredi in caliginem. ſi non ieiunio fuiſſet armatus.
Per ieiunium mandatum ſuſcepit,digito Dei in laminis ſcriptum. & ſupernè quidē ie-
iunium legis lationis cauſa erat inferne uerò guloſitas ad idolorū cultū inſaniebat. Se-
debat em̄ populus ad edendum ac bibēdum, & ſurgebat ad ludendum. Quadraginta *Exod.32.*
dierum perſeuerantiam ieiunantis ac orantis ſerui,unica ebrietas inutilem declarauit.

Nam

Nam tabulas digito Dei ſcriptas,quas ieiunium accepit,eas ebrietas contriuit, quũ in-
dignum iudicaret Propheta,ebrioſo populo leges à Deo ferri.In uno tẽporis momen-
to per guloſitatem populus ille,de Deo per maxima miracula edoctus,in inſanam Ae-
gyptiorum idolorum culturã deuolutus eſt. Cõpara inter ſe utraq;, quomodo ieiuniũ
Gen.2. ad Deum adducit,& quomodo deliciæ ſalutem amittunt.Deſcende uiam ingreſſus ad
1.Sam.1. poſteriora,Quid ipſum Eſau inquinauit,& ſeruum fratris fecit? non'ne unicus cibus ob
quem primogeniti prærogatiuã amiſit? Samuelem autem non'ne oratio cum ieiunio
Iud. 3. matri donauit? Quid magnum uictorem Sampſonem inuictum reddidit? nonne ieiu-
nium cum quo in utero matris conceptus eſt? Ieiunium ipſum inſtar nutricis enutriuit,
ieiunium uirum effecit,quod uidelicet angelus matri præcepit. Quæcunq; procedunt
ex uite non edat,& uinum ac ſiceram, hoc eſt,omnem potum inebriantem non bibat.
Ieiunium prophetas generat.potentes roborat.Ieiunium legiſlatores ſapientiam do-
cet,animæ bonum propugnaculum, corpori ſecurus cohabitator, ſcutum fortiter a-
gentibus,exercitium athletis.Hoc tentationes remouet,hoc ungit ad pietatem,ſobrie-
tatis comes,temperantiæ opifex:in bellis uiriliter agit,in pace quietem docet,Deo di-
catum ſanctificat,ſacerdotem perficit. Non eñ poſsibile eſt citra ieiuniũ ſacra celebra-
re audere,non ſolum in myſtica nunc & uera Dei cultura,ſed etiam in figurata ſecundũ
legem inducta.Hoc Heliã magni miraculi ſpectatorem fecit. Quadraginta enim die-
3.Reg.17. bus quũ per ieiunium animam depurgaſſet,ſic in ſpelunca in Choreb uidere dignus fa-
ctus eſt Dominum,quantum ſanè poſsibile eſt homini uidere.Ieiunans reddidit uiduæ
filium,fortis apparens contra mortẽ per ieiunium. A ieiunantis ore uox egreſſa, popu-
lo contra leges agenti cœlum concluſit.per annos tres,ac menſes ſex. Quo enim indo-
mitum cor duræ ceruicis hominũ molliret,uoluit etiam ſeipſum in aſſlictionẽ cõdem-
nare.Propter hoc uiuit Dominus,inquit,ſi erit aqua in terra niſi per os meũ. & induxit
omni populo ieiunium per famẽ,ut malitiam ex delicijs,ac diſſoluta uita corrigeret.E-
4.Reg.4. liſſæo autẽ qualis erat uita? quomodo apud Sunamitidẽ hoſpitio uſus eſt? quomodo
uerò ipſe prophetas excepit? nõ'ne olera ſylueſtria, & modica farina hoſpitalitatẽ ex-
plebant? quando & colocynthide ſylueſtri accepta, periclitaturi erant qui cõtigerant,
niſi precibus ipſius ieiunatoris uenenum diſsipatũ fuiſſet. Et in ſumma,repirire eſt ie-
iunium omnes ſanctos ad diuinam politiã manuduxiſſe.Eſt quædam corporis natura,
quam Amianton uocant, inconſumptilis igne,quę quidem in flamma poſita in prunas
redigi uidetur:exẽpta aũt ab igne,uelut aqua illuſtrata purior euadit.Talia erant trium
Dan.3. puerorũ illorũ in Babylonia corpora, ex ieiunio naturam amianti inconſumptilẽ ha-
bentia.In magna eñ fornacis flamma,uelut aurei natura exiſtentes, ſic omnẽ ignis no-
xam ſuperabant.Imò multo magis auro potẽtiores declarabantur . Non eñ conflauit
ipſos ignis,ſed integros ſeruauit,& quidẽ quum nihil ſanè illã ipſam flãmam ſuſtinuiſ-
ſet quam naphtha bituminis colamentũ,& pix,& ſarmenta nutriebant, ut ad quadra-
ginta noue cubitos ipſa diffunderetur,& circumcirca depaſcens multos Chaldæorum
conſumeret.Illũ itaq; rogum pueri cũ ieiunio ingreſsi conculcarunt, tenuẽ inſtar roris
aerem in tam uehementi igne inſpirantes,& ne pilos quidẽ contingere ignis auſus fu-
it,propterea quòd ipſi à ieiunio enutriti eſſent.Daniel porrò uir deſideriorum,qui tri-
bus ſeptimanis panẽ non comedit,& aquam nõ bibit, etiam leones ieiunare docuit in
Dan.6. puteum demiſſus.Nã uelut ex lapide aut ære, aut alia aliqua ſolidiore materia compa-
ctus eſſet,leones ipſi dentes infligere non poterant.Ita ieiuniũ uiri, uelut tinctura ferri,
corpus firmarat,& leonibus inuictũ effecerat. Non eñ contra ſanctũ os aperiebant.Ie-
iunium extinxit uim ignis,obturauit ora leonũ,ieiunium orationẽ ad cœlum trãſmittit
inſtar alæ ipſi exiſtens ad profectionẽ ſurſum uerſus. Ieiuniũ domus incrementum eſt,
ſanitatis mater,iuuẽtutis pædagogus,ornatus ſenibus,bonus comes uiatoribus, ſecu-
rus contubernalis cohabitantibus.non habet uir ſuſpectas nuptiarum inſidias, ubi ui-
det uxorẽ per ieiuniũ conuiuentẽ.non conſumitur zelotypia uxor, uidens uirũ ieiuniũ
ſuſcipientẽ. Quis domũ ſuam imminuit in ieiunio? numera hodie quę intus ſunt, & nu-
mera poſtea nihil deficiet ex his quæ in domo ſunt per ieiuniũ: nullum animal lamen-
tatur mortẽ, nuſq; ſanguis, nuſq; ſententia iudiciaria aduerſus animantia ab implacabi-
li uentre producta:quietus eſt cocorũ gladius,menſa ſponte ſua ex terra prouenienti-

bus

bus contenta eſt. Sabbatū datum eſt Iudæis, ut quieſcat iumentū tuum, inquit, & ſeruus tuus. Fiat ieiunium quies ab aſsiduis laboribus famulis per totum annum miniſtrā tibus, quietum redde cocū tuum, da libertatem menſæ ſtructori, ſiſte manū pocillatoris ac pincernæ, quieſcat aliquādo & qui uarias placentas ac bellaria parat: quieſcat aliquādo & domus ab innumeris tumultibus, & fumo ac nidore, & his qui ſurſum ac deorſum curſitāt, & uentri uelut implacabili dn̄o miniſtrāt. Exactores etiā tributorū omnino aliquando ſubditis libertatē paululū permittunt. Det & uenter inducias ori, tribuat nobis quinq; dierum inducias, qui ſemper expetit, & nunq; deſinit, qui hodie accipit, & cras obliuiſcitur. Quum repletus eſt, de abſtinentia diſputat quū alimentū ex ipſo tranſpirauit, obliuiſcit̄ dogmatū. Ieiuniū debiti naturā non nouit, non olet uſuras menſa ieiunātis, non ſtrangulāt pupillum ieiunatoris filium uſuræ paternæ, uelut ſerpentes ſe circumplicantes, & alioqui ieiunare proceſſus eſt ad lætitiā. Quemadmodū enim ſitis potū dulcē facit, & fames prægreſſa iucundā inſtruit menſam, ſic ciborū uoluptatē ieiunium exhilarat. Mediū enim ſeipſum interponens, & continuitatē deliciarum dirimēs, iucundā tibi uideri faciet participationē, uelut ab exteris peregrè redeuntem. Quare ſi uis tibiĳpſi iucundam inſtruere menſam, ſuſcipe ex ieiunio mutationem: tu uerò ex eo quòd uehemēter à delicĳs detineris, ignoras te tibiĳpſi delicias obſcurare, & præ amore uoluptatis uoluptatem deſtruere. Nihil em̄ tam iucundū eſt, ut non per fruitionis aſsiduitatē deſpicabile fiat. Quorū uerò rara eſt adeptio, eorū grata eſt fruitio. Hoc modo etiam qui nos cōdidit, per uiciſsitudinē rerū in uita, gratiā nobis eorum quæ largitus eſt, permanere excogitauit. Nō uides quòd ſol poſt noctē ſpecioſior eſt? & uigiliæ iucundiores poſt ſomnū? & ſanitas deſiderabilior poſt experientiam aduerſitatum? Itaq; etiam menſa gratior eſt poſt ieiuniū, æqualiter diuitibus, & beneinſtructam menſam habentibus, itemq; tenuibus ac uictū extemporalē & ſpontaneū habentibus. Timeto exemplū diuitis, illum deliciæ uitæ igni tradiderūt: non enim ob iniuſticiā, ſed ꝓpter mollem ac delicatā uitam accuſatus, in flamma fornacis torrebat̄. Quo itaq; ignē illū extinguam? aqua opus eſt. Et nō ſolùm ad futurū utile eſt ieiuniū, ſed etiā ipſi carni cōducibilibus. Nam bonæ habitudines ad ſummū progreſſæ, ſubuerſiones & tranſmutationes habēt, natura labāte, & bonæ habitudinis onus ſufferre nequeunte. Vide ne nunc cōſpuens aquam, poſtea guttā concupiſcas, uelut etiam diues. Nullus ab aqua grauatus eſt crapula, nullius caput unq; doluit aqua degrauatum, nullus alienis pedibus opus habuit in aquæ potu uitam degens, nullius pedes ligati ſunt, nullius manus inutiles factæ ſunt aqua irrigatæ. Delictū em̄ circa concoctionē, quod delicatè uiuentibus neceſſariò accedit, uehementes morbos corporibus inducit. Ieiunantis color reuerēdus eſt, non ad impudentē suborē efflorēſcēs, ſed temperato pallore ornatus, oculus manſuetus, greſſus ſubmiſſus, facies meditabūda, quę proteruo riſu non dedecorat̄, moderatus ſermo, puritas cordis. Reuoca in memoriam ſanctos ab æterno, quibus mundus nō erat dignus, qui obambularūt in pellibus ouillis, & caprinis, relicti, anguſtĳs preſsi, malè afflicti: illorū uitā imitare, ſiquidem illorum portionē quæris. Quid Lazarū in ſinu Abrahæ requieſcere fecit? nónne ieiuniū? Ioannis autem uita unicum ieiuniū erat, qui non lectū habebat, nō menſam, nō terrā arandā, non bouem aratorem, non frumentū, non piſtorem, non aliud quicq; rerum temporaliū, quapropter inter natos mulierū nō ſurrexit maior Ioanne Baptiſta. Paulum unà cum alĳs etiam ieiuniū, quod inter glorias ſuper tribulationibus recenſuit, ad cœlum euexit. Caput autem omniū relatorū Dominus noſter, quum per ieiuniū carnē quam pro nobis aſſumpſit, muniuiſſet: ſic in ipſo diaboli inſultus ſuſtinuit, quo & nos erudiret, ut per ieiunia ungamus ac exerceamus nos ipſos ad certamina in tentationibus, & aduerſario per famē ac inopiam, accedendi uelut anſam præberet. Inacceſsibilis em̄ ipſi erat, propter deitatis altitudinē, ſi non per famem ad humanam debilitatē ſe ſubmiſiſſet. Reuerſus tamen ad ſuperos, cibū attigit, naturā corporis quòd reſurrexit per hoc ipſum confirmans. Tu autem teipſum pinguefacere ac incarnare non ceſſas, animū uerò fame ac inedia conſumens, ſalutariū ac uiuificantiū dogmatū nullam rationē habes. An ignoras quòd quemadmodū in acie bellica, alterius auxilium, alterius imminutionem facit ut uincatur: ſic qui carni opitulatur, ſpiritum debellat: & qui uice uerſa ſpiritui opem fert,

Exod. 20.
Luc. 16.
Mat. 9.
Matt. 11.
Matt. 4.

tert,carnem in ſeruitutē redigit.Hæc em̄ inter ſe oppoſita exiſtunt. Quare ſi mentem
2 Cor.4 fortem facere uoles, carnem per ieiuniū doma. hoc em̄ eſt quod Apoſtolus ait, Quā-
2.Cor.12. tum externus homo corrumpitur,tantum internus renouatur.& illud, Quum debilis
ſum,tunc potens ſum. Non cōtemnes corruptibiles cibos?non deſideriū capies men-
ſæ in regno,quam omnino ieiuniū in hoc mundo procurat? Ignoras te per immodicā
ſaturitatē,craſſum tibiipſi uermem tortorē præparare?Quis enim in largo cibo,& aſſi
Exod 34. duis delicijs, cōmunicationē gratiarū ſpiritus ſuſcepit? Moſes ſecundā accipiens legiſ
Ion.3. lationē,ſecundo ieiunio opus habuit.Si non bruta animātia ſimul cum Niniuitis ieiu-
naſſent,minas euerſionis non effugiſſent. Quorū artus deciderūt in deſerto, non eorū
Num.11. qui carnis eſum quærebant?Illi quàm diu cōtenti erant manna & aqua ex petra,Aegy
ptios uincebāt,per mare uiam faciebāt,non erat in tribubus infirmus: poſtq́ uerò men
tionem fecerunt carnium lebetū, & conuerſi ſunt cupiditatibus in Aegyptū,non uide
runt terram promiſsionis. Non times exemplū? non horres edacitatē, ne te à ſperatis
bonis excludat? Sed neq́ Daniel uiſiones uidiſſet,ſi non per ieiuniū perſpicaciorem
animam feciſſet. Ex craſſo enim alimento euaporationes uelut fuliginoſæ remittūtur,
& inſtar denſæ nubis, illuminationes quæ à ſpiritu ſancto in mentē accedunt, dirimūt
ac intercipiūt.Si uerò & angelorū aliquis eſt cibus,panis utiq́ eſt uelut ait propheta:
Pſal.77. Panem angelorum manducauit homo:non carnes,non uinum,non quæ à ſeruis uen-
tris exquiruntur.Ieiunium ſcutū eſt ad militiā contra dæmones.Hoc enim genus non
exit,niſi in oratione & ieiunio.Et bona quidem ex ieiunio prouenientia tot ſunt. At
Mat.17. uerò ſatietas,iniuriarū principiū eſt.Statim enim cum delicijs & ebrietate ac omnige-
nis condimentis,coincidit omne genus brutæ proteruitatis.Hinc equi in fœminas ra-
bioſi homines fiunt,propter œſtrum ex delicijs animæ ingeneratū. Ab ebrioſis natu
Rom.1. ræ immutationes fiunt,in maſculo fœminam,in fœmina maſculum quærentibus.Ieiu-
nium uerò etiam nuptialium operum menſuras cognitas facit,& eorum quæ lege con
ceſſa ſunt immodeſtiā caſtigans,concors ocium inducit,ut in oratione perſeueret.Ne
tamen in ſola ciborū abſtinentia,ieiunij bonitatem termines. Verum enim ieiuniū eſt
abalienatio à malis.Solue omne iniuſticiæ ligamentū,remitte proximo afflictionē,di-
mitte ipſi debita:ne ad lites forenſes & contentiones ieiunetis.Carnibus non ueſceris,
ſed comedis fratrē: à uino abſtines, ſed iniurijs nō dominaris: ueſperā expectas ad aſ-
Eſa.29. ſumendū cibum,ſed diem in foro iudiciali conſumis. Væ qui ebrij eſtis non à uino. Ira
ebrietas eſt animæ, deſipientē ipſam faciens uelut uinum. Triſticia ebrietas eſt & ipſa,
mentē demergens Timor alia ebrietas eſt,quum fiat ubi non oportet.A timore enim,
Pſal.16. inquit,inimici eripe animā meam.Et in ſumma,ſingulæ affectiones mentem emouen-
tes,meritò ebrietatis nomine appellātur.Conſidera mihi hominē iratū,quomodo affe
ctione ebrius eſt,& nō eſt ipſe ſuiipſius dominus,ignorat ſeipſum, ignorat præſentes,
uelut in nocturna pugna omnes attingit, omnes offendit,omnibus inſultat:inconſide
rata loquitur ægrè contineri poteſt, conuiciatur,uerberat, minatur,iurat, uociferatur,
diſrumpitur. Fuge hanc ebrietatem, & neq́ eam quæ ex uino accedit aſſumas, ne antici-
pes per multū uini potum,aquæ potū ne ducat te ad ieiunij ſacra,ipſa ebrietas.Non eſt
introitus ad ieiuniū per ebrietatē. Neq́ em̄ eſt p auariciā ad iuſticiā,neq́ per proterui-
tatem ad temperantiā:neq́ ut in ſumma dicā,per uitiū ad uirtutē. Alia eſt ianua ad ieiu
nium.Ebrietas ad proteruitatē introducit,ſufficientia ad ieiuniū.Qui decertat præex-
ercitatur:qui ieiunat,abſtinentia præexercet ac præparat,non ut ulciſcens dies,non ut
decipiens legislatorem ante quinq́ dies crapulam prius depone. Nam ſtulte laboras,
corpus quidem cōterens,inopiam uerò & famem non mitigans: infidū eſt promptua
rium in pertuſum hauris dolium. Vinum enim perfluit,propria uia decurrens. Pecca-
tum autem intus manet. Famulus fugit dominū percutientem: tu autem manes apud
uinū,quod ſingulis dieb. caput tuū uerberat. Menſura optima uſus uini eſt neceſsitas
ac indigētia corporis.Si uerò terminos excedas,cras uenies capitis grauitatem cōque
rens, oſcitans, uertiginoſus,putrefactum uinum olens,omnia tibi circumferri, omnia
moueri uidebuntur: ebrietas enim ſomnum quidem inducit mortis fratrem, uigilias
autem ſomnijs aſsimiles.Num uides quis eſt quem ſuſcepturus es?qui promiſit nobis,
quia ego & pater ueniemus,& manſionem apud ipſum faciemus.Cur igitur anticipas
per

per ebrietatē,& Domino introitum concludis? Cur allicis hoſtem ut tuas munitiones præoccupet? Ebrietas Dominū non ſuſcipit, ebrietas ſpiritū ſanctū fugat: fumus enim fugat apes, crapula autem fugat gratias ſpirituales. Ieiunium ciuitatis eſt ornamentum, fori ſtabilimentum, domorum pax, rerum ac bonorum ſalus. Vis ipſius uidere uenuſtatem? Compara mihi hodiernam ueſperam craſtinæ, & uidebis ciuitatem ex turbatione & tempeſtatis procella in altam tranquillitatem tranſmutatā eſſe. Opto autem ut & hodierna craſtinæ ſimilis ſit ſanctitate ac uenuſtate, & craſtina ab hodierna nihil deficiat in alacritate ac hilaritate. Dominus porrò qui nos ad temporis circuitum deduxit, exhibeat nobis uelut certatoribus, ut ad hæc prędecertamenta firmitatem & robur conſtantię oſtentemus, & ad conſtitutum coronarum diem perueniamus, nunc quidē recordationis ſalutaris paſsionis, in futuro autem ſeculo, retributionis iuxta uitam noſtram, in iuſto iudicio Chriſti ipſius. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

DIVI BASILII MAGNI, DE IEIVNIO CONCIO SECVNDA.

ADhortamini ſacerdotes populum, loquimini in aures Hieruſalem. Orationis natura potens eſt bonorum quidem impetus augere, ſegnium uerò ac ſecordium alacritatem excitare. Vnde ſanè imperatores conſtituto in aciem exercitu, adhortatorijs orationibus ante certamina utuntur, & tantam ſanè uim habet exhortatio, ut multis etiam mortis ſæpe contemptum perſuadeat. Exercitiorum autem magiſtri & pædotribæ, certaturos ad certamina in ſtadijs producentes, multa ſuper eo quod ſtrenuè pro coronis laborare oportet, inhortantes proferunt, ut iam multi perſuaſi ſint, ut corpora ſua contēpſerint, ob uictorię cōſequendæ ſtudiū ac ambitionem. Itaq; etiam mihi Chriſti milites ad belliū contra inuiſibiles hoſtes inſtruenti, & athletas pietatis ad iuſticiæ coronas per abſtinentiā præparanti, neceſſaria eſt exhortatoria oratio. Quid igitur dico fratres? quod eos quidem qui militiā exercēt, itemq; qui palæſtræ laboribus deſtinati ſunt, neceſſe eſt largo cibo ſeipſos incarnare, quo ualidius labores capeſſant. Quibus autē non eſt lucta aduerſus ſanguinem & carnem, ſed aduerſus principatus, aduerſus poteſtates, aduerſus imperatores mūdi & harum tenebrarū, aduerſus ſpirituale malicia, his per abſtinentiā & ieiunium, neceſſarium eſt ad certamen exerceri. Oleum equidem pingue facit athletā, ieiunium autem exercitatorē pietatis corroborat. Quare quantū carni detrahes, tantum facies animā ſpiritali bona habitudine relucere. Non enim corporalib. uiribus, ſed animæ cōſtantia & in tribulationibus tolerantia, robur aduerſus inuiſibiles hoſtes uincit. Eſt quidem igitur omni tempore ieiuniū utile, uolentibus ipſum: neq; enī dæmonū inſultus ieiunātem impetere audet, & cuſtodes uitæ noſtræ angeli libentius perſeuerant apud eos qui animā habēt per ieiuniū purgatā: nunc uerò multo amplius, quū in omnem terrarū orbem præconium ipſius annunciatur, & neq; inſula aliqua, neq; terra firma, non ciuitas, nō gens, nō extremitas eſt, ad quā prædicatio ipſius nō perueniat, ſed & exercitus, & uiatores, & nauigatores, & mercatores, omnes æqualiter & præceptū audiunt, & cum gaudio ſuſcipiunt. Quare nemo ſeipſum ex ieiunantium catalogo eximat, in quo omnia genera, & omnis ætas, & omnes dignitatū differentiæ recenſentur. Angeli ſunt qui per ſingulas eccleſias ieiunantes deſcribūnt. Vide ne propter paruam eduliorū uoluptatem damnū incurras, ut ne ab angelo in numerū adſcribaris, & teipſum criminis deſertoris reū apud exercitus luſtratorem ſtatuas: minus periculū eſſet, ſi abiecto ſcuto in acie fugitiuus deprehēdereris, q̃ ſi magno ſcuto ieiunio abiecto appareas. Diues es? ne afficias contumelia ieiunium dedignatus ipſum commenſalem ſuſcipere, neq; à domo tua uelut ignominoſum ableges, à uoluptate ſuperatū ne aliquā do te apud ieiuniorū legislatorem accuſet, & multiplicē tibi à cōdemnatione indigentiam ac famem inducat, aut ex corporis infirmitate, aut ex alia aliqua triſti calamitate. Pauper cauillis non impetat ieiuniū iam olim ipſum cohabitās ac contubernale habens. Mulieribus autem uelut reſpirare, ita etiā ieiunare propriū eſt & ſecundū naturā. Pueri uelut plantæ uirides, ieiunij aqua irrigētur. Senibus aſſuetudo ac familiaritas ab antiquo ad ipſum, leuem facit laborem. Labores enī ex longa cōſuetudine tractati, minore moleſtia exerciatos afficiunt. Viatoribus ſuccinctus & expeditus comes eſt ieiu-

Marginal notes: Hier. 2. — Ephes. 6. — Psal. 33.

ieiunium. Quemadmodũ enim deliciæ ad onus ferendum ipſos cogunt, nimirum fruitiones uoluptatum circumferentes, ſic leues & expeditos ieiunium ipſos facit. Deinde militia extra terminos præſcripta, milites neceſſario uictu, nõ uoluptuario aluntur. Nobis autẽ ad bellũ cõtra inuiſibiles hoſtes proficiſcẽtibus, & poſt uictoriã de his ad ſupernã patriã feſtinãtibus, non multò magis cõueniet uelut in caſtris uiuere, & ex ipſis neceſſarijs cõtentos eſſe. Perfer mala uelut bonus miles, & legitimè certa, ut coroneris, illius gnarus, quòd omnis qui certat, omnino abſtinẽtia exercet. At uerò quod mihi hæc dicenti in mentẽ uenit, dignum eſt ut ne contemnatur. Quòd uidelicet mundi militibus iuxta laborũ proportionẽ frumenti ac tibi copia augetur: uerùm ſpiritalibus militibus non ſic res ſuccedũt, ſed qui minus habet alimẽti, maiorẽ habet dignitatem. Quemadmodũ em̃ galea noſtra à corruptili illa diuerſa eſt natura. Illius em̃ materia eſt æs: noſtra autẽ ex ſpe ſalutis conflata eſt. Et ſcutũ quidẽ illis ex ligno & corio factum eſt, nobis autem fidei operimentũ adeſt. Et thorace quidem nos iuſticiæ ſepti ac muniti ſumus, illi uerò tunicam quandã ex catenulis conuexam ac cõpactam circunferunt. Et gladius nobis eſt ipſius ſpiritus ad pugnam, illi uerò ferreum prætendũt. Atq; ſic manifeſtũ eſt, quòd non eadẽ alimẽta utriſq; robur inducũt. Sed nos dogmata pietatis corroborãt: illis aũt ſatietas uentris neceſſaria eſt. Quãdoquidẽ igit̃ reuolutio tẽporis deſiderabiles illos dies nobis reduxit, uelut ueteres nutrices ipſos benignè omnes excipiamus, per quos eccleſia nos nutricis more ad pietatem enutriuit. Itaq; qui ieiunaturus es, ne triſtem uultum Iudaico more præ te feras, ſed euangelicè teipſum exhilara, non lugẽs uentris indigentiã, ſed cõgaudẽs animę in ſpiritalib. uoluptatib. Noſti quòd caro concupiſcit aduerſus ſpiritũ, & ſpiritus aduerſus carnem. Quum igit̃ hęc inter ſe oppoſita ſint, ſubtrahamus carnis delicias, & augeamus animarum robur, quo per ieiuniũ uictoriam contra affectiones adepti, abſtinentiæ coronis coronemur. Iam igitur teipſum præpara dignũ uenerandiſsimo ieiunio, ne hodierna ebrietate craſtinã abſtinentiã corrumpas. Improba eſt ratiocinatio, maligna cogitatio, quoniam quinq; dierum ieiuniũ nobis denunciatũ eſt, hodie nos ipſos ebrietate demergamus. Nemo uxorem caſtam legibus nuptialibus ducturus, pellices & meretrices præaſſumit, ac ſecum habitare facit. Neq; enim tolerat legitima corruptarũ cohabitationẽ. Ne igitur & tu dum ieiuniũ expectas, ebrietatẽ prius introducas populare illud ſcortũ, impudentię matrem, riſus captatricẽ. furioſam illam Męnadem, ad omnẽ turpitudinis ſpeciẽ promptam. Non enim ingredi poteſt ieiuniũ & oratio in animã ab ebrietatis ſordibus inquinatam. Ieiunantẽ inter ſacra ſepta Dñs ſuſcipit, crapulæ indulgentẽ uelut prophanum & impurum non admittit. Si enim cras ueneris uinũ olens, idq; putrefactũ, quomodo tibi crapulã ad ieiuniũ cõputabo? Non enim quod recẽs non infudiſti merũ, ſed q̃ nõ purus es à uino, id reputa. Vbi te locabo? inter ebrios aut ieiunatores? præterita ebrietas ad ſeipſam te trahit, pręſens fames ieiunio teſtimoniũ præbet. Cõtendit de te ebrietas uelut mancipio, & nõ dimittet te meritò, adeò euidẽtes ſeruitutis demõſtrationes exhibens, odorẽ uidelicet uini, uelut in uaſe permanentẽ. Statim primũ ieiuniũ tibi reprobum fiet, propterea quòd ebrietatis reliquiæ in te ſitæ ſunt. Quorum autem primitiæ reprobãtur, eorũ nimirũ etiam totum reiectiũ eſt. Ebrij regnũ Dei non hæreditabunt. Si ebrius uenis ad ieiuniũ, quæ tibi inde ueniet utilitas? Si enim excludit te à regno ebrietas, ubi tibi de cætero ieiunare utile erit? Non uides quòd expertiſsimi equorum domitores, equos ad certamina deſtinatos, ubi certamẽ expectãt per famem pręparant? Tu autem de induſtria teipſum deprimis ſaturitate, intantũ guloſitate etiã bruta animãtia antecellis. Grauatus uẽter nõ ſolũ nõ ad curſum, ſed neq; ad ſomnũ idoneus eſt. Quapropter tibi copia ac onere compreſſus, neq; quieſcere permittit, ſed multas circumuerſiones in utranq; partem facere cogit. Ieiunium cuſtodit infantes, temperatos reddit adoleſcẽtes, reuerendũ facit ſenem. uenerabilior enim eſt canicies ieiunio ornata, mulieribus mundus eſt cõuenientiſsimus, in uigore ætatis conſiſtentiũ frenũ, coniugij propugnaculũ, uirginitatis nutrix. Et tales quidẽ ſunt ipſius gubernationes in ſingulis domib. uerùm publicè quodã modo in uita noſtra rempublicã adminiſtrat, omnem aceruatim ciuitatem, omnemq; populũ ad bonam diſciplinã adaptat, ſopit clamores, exęquat contẽtiones, compeſcit conuicia. Cuius præceptoris præſentia, pue-

Eph. 6.

Matt. 6.

1. Cor. 6

rorum tumultũ adeò aceruatim ſedat, uelut ieiuniũ apparẽs, ciuitatis turbas deprimit, & ad modeſtiam reuocat? Quis in ieiunio procus proceſsit? quod tripudiũ laſciuum à ieiunio cõflatum eſt? riſus molles, & cãtilenæ meretriciæ, & ſaltationes furioſæ repente ex urbe diſcedũt, per ieiuniũ uelut anſerum aliquem indicẽ fugatæ. Quòd ſi omnes ipſum in rebus agendis in conſiliũ adhiberent, nihil uetaret quo minus altiſsimam pacem per omnem terrarũ orbem haberent, ut neq; gentes cõtrà ſe mutuo inſurgerẽt, neque exercitus confligerent ac inter ſe committerent. Non ſanè fabricarent arma ieiunio prædominãte, non plauſu perſtreperet forũ iudiciale, non habitarẽt aliqui in carceribus: neq; in ſumma haberent ſolitudines maleficos, aut ciuitates calumniatores, aut mare piratas. Si omnes eſſent diſcipuli ieiunij, non omnino audiret iuxta Iob ſermonẽ, uox exactoris tributorũ, neq; eſſet uita noſtra adeò ſuſpirijs referta, & triſticia plena, ſi ieiuniũ uitam noſtrã gubernaret. Manifeſtũ enim eſt quòd nõ ſolùm ciborũ abſtinentiam omnes edoceret, ſed etiam argenti, & auariciæ, & omnis uitij in totũ fugam & abalienationẽ, quibus ſublatis, nihil prohiberet in altiſsima pace ac animorum tranquillitate, nos uitam tranſmittere. Nunc aũt hi qui ieiunium repudiant, delicias aũt uelut uitæ felicitatẽ perſequunt, tum magnam illam malorum multitudinẽ inuexerũt, tum ſua ipſorum corpora corrumpunt. Obſerua mihi facierum differentiã, & quę hodie tibi circa ueſperam apparebunt, & quę cras. Hodie tumentes, ſubrubentes, ſudore tenui humectę, oculi lubrici ac flexibiles, petulantes, & ſenſus ſinceritate ex interna caligine inducta priuati: cras contractæ, ſubmiſſæ, uenuſtæ colore naturali recuperato, meditatione plenę, & omni ſenſu ſincero, nulla interna cauſa naturalibus actionibus tenebras inducente. Ieiuniũ angelorum ſimilitudo, iuſtorum contubernalis, uitę caſtigatio, hoc Moſen legislatorẽ fecit. Ieiunij fructus eſt Samuel, Anna ieiuniãs Deum adorauit, Adonai Domine, Eloi ſabaoth, ſi reſpiciens aſpexeris ſeruam tuam, & dederis mihi ſemen uiri, deditũ tibi in cõſpectu tuo dicabo, uinũ & ſicerã nõ bibet uſq; ad dies mortis ſuæ. Hoc magnũ Sampſonẽ inſtar nutricis enutriuit, & donec uiro ipſum aderat, per miliaria hoſtes cadebant, & portę inimicorum diuellebant, & leones manuum robur non ſuſtinebant: ubi uerò ebrietas & ſcortatio ipſum apprehendiſſent, iam hoſtib. captu facilis erat, & oculis priuatus ludibriũ pueris alienigenis expoſitus erat. Helias ieiunans concluſit cœlum per annos tres, ac menſes ſex. Quũ em̃ multã iniuriã ex ſatietate naſci noſſet, neceſſariò ipſis inuitũ ex fame ieiuniũ induxit, per quod peccatũ ipſorũ iam ad immodeſtiã diffuſum cõpeſcuit ac finiuit, per ieiuniũ uelut cauterij uſtionẽ aut ſectionẽ, mali progreſſu ampliore intercepto. Suſcipite ipſum pauperes, cohabitatorẽ ueſtrum ac commenſalẽ. Serui, requiẽ aſsiduorũ miniſterij laborũ. Diuites, medicũ noxæ ex ſatietate uobis inductæ, & facientẽ per tranſmutationẽ iucundiora ea quæ præ familiaritate contẽnuntur: ægroti, ſanitatis matrẽ. Bona corporis habitudine præditi, bonæ habitudinis ueſtræ propugnaculũ. Interroga medicos, & annunciabunt tibi, rem omniũ periculoſiſsimã eſſe, bonã habitudinẽ ad ſummũ progreſſam. Quapropter expertiſsimi ex ipſis id quod redundat per ieiuniũ ſubtrahunt, ut ne carnoſitatis onere uires cõfringãtur. Nam per indigentiã ac famem, de induſtria immodeſtiã detrahentes, ſpacioſitatẽ quandã ac renutritionẽ, & principiũ ſecundi augmenti facultati nutritiuę præparant. Ita omni ſtudiorum profeſsioni, & omni corporis habitudini, utilitas ex ſeipſo occurrit, & omnes ſimiliter decet, domi, foris, noctu, interdiu, & ciuitates & ſolitudines. Id igitur quod per tot modos nobis ſua bona largitur, hilariter ſuſcipiamus, iuxta Domini adeò ſermonẽ, non triſtem uultũ præ ferentes uelut hypocritæ, ſed animæ hilaritatem citra induſtriã confictã oſtendẽtes. Et profectò non tanto certamine ac ſtudio mihi opus eſſe puto in exhortatione ad ieiuniũ, quanto ad id ne hodie quiſpiam in ebrietatis mala delabatur. Ieiuniũ etiam propter conſuetudinẽ, & ob mutuã reuerentiã plerique ſuſcipiunt. Timeo autem ebrietatẽ, quam uelut paternã hæreditatẽ, uini amatores conſeruant. Nam uelut qui ad longas peregrinationes proficiſcuntur, ita quidam ſtolidi hodie ad quinq; ieiuniorũ dies ſe uino exatiant. Quis adeò demens eſt ut prius quàm bibere incipiat, ebrioſorum more deliret? Non noſti, quòd uenter depoſitum non conſeruat? uenter in commercijs ac contractibus infideliſsimus eſt, promptuarium in cuſtoditum ex multis depoſitis detrimentũ retinens, depoſita tamen non conſeruans.

Iob. 39. *Exod. 19.* *1. Reg. 1.* *Iud. 13.* *3. Reg. 17.* *Matt. 6.*

ſeruans. Vide ne & tibi cras ab ebrietate degreſſo, & quæ nunc lecta ſunt dicantur. Nō
Eſa.58. hoc ieiunium elegi, dicit Dominus. Quid miſces ea quę miſceri nolunt? quę participa
tio eſt ieiunij ad ebrietatē? quæ ſocietas uinoſitati ad abſtinentiā? quæ aſſenſio templo
2.Cor.3. Dei cum idolis? Templum enī Dei ſunt, in quibus ſpiritus Dei inhabitat. Templū autē idolorum & imaginum, qui per ebrietatē proteruitatis paleas aſſumūt. Hodierna dies ueſtibulum eſt ieiuniorum. Qui uerò in ueſtibulis inquinatus eſt, minimè dignus eſt in gredi ad ſanctuaria. Nullus dominus famulum ſuum placare uolens, inimico ipſius ad iutore ac reconciliatore uſus eſt. Ebrietas inimicitia eſt aduerſus Deum: ieiunium autē pœnitentiæ principium. Si igitur uis per confeſsionē redire ad Deum, fuge ebrietatē, ne tibi grauiorem faciat abalienationē. Non tamen ſufficiens eſt ꝑ ſeipſam abſtinentia ciborum, ad laudatū illud ieiunium: ſed ieiunemus ieiunium acceptabile, complacens Deo. Verū ieiuniū eſt, abalienatio à malo, continentia linguæ, iræ inhibitio, cupiditatū ſeparatio, itemq́ꝫ detractionis, mendacij, periurij. Abſtinentia ab his uerū eſt ieiuniū. In his igitur bonū & laudabile eſt ieiuniū. Delectemur aūt in Domio, in meditatione & exercitatione oraculorum ſpiritus, & in aſſumptione ſalutarium legitimorum, & in omnibus dogmatibus corrigētibus animas noſtras. A ieiunio tamē in occulta cauebi-
Pro.10. mus, quod etiam Propheta deprecatur dicens: Non necabit fame Dominus animas iu
Pſal.36. ſtorum. Et hoc: Non uidi iuſtum derelictum, neq; ſemē ipſius quærens panes. Non e-
nim de ſenſibilibus panibus dixit, qui nouit filios patriarchæ Iacob propter panes de-
Gen.42. ſcendiſſe in Aegyptum. Sed de ſpirituali alimento dicit, iuxta q̄ internus noſter homo
perficitur. Ne ueniat ſuper nos ieiunium, quod Iudæis minans intētauit. Ecce enim di-
Amos.8. es ueniunt, dicit Dominus, & inducam ſuper terram hanc famem, non famem panis, neq; ſitim aquæ, ſed famem audiendi uerbum Domini: quam propterea induxit iuſtus iudex, quoniam uidebat mentem quidem ipſorum fame ſtrangulari, ob negligentiam alimenti dogmatum ueritatis: externum uerò hominē ipſorum plus iuſto pinguefieri ac incarnari. Per omnes itaq; deinceps conſequentes dies paſcet nos ſpiritus ſanctus, tum matutinis, tum ueſpertinis exhilarationibus. Nemo ultrò relinquat ſpiritale conuiuium. Omnes participes fiamus ſobrij crateris, quem ſapientia temperauit & propo ſuit nobis ex æquo: & unuſquiſq; quantum capax eſt, hauriat. Miſcuit enī ſuum ipſius craterem, & mactauit ſuas ipſius uictimas, hoc eſt perfectorum alimentum, eorum qui propter habitum ſenſus exercitatos habent, ad boni ac mali diſcretionē, quibus largè exatiati, inueniamur digni etiam lætitia in ſpōſo, in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Cui gloria & imperium in ſecula. Amen.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO, DE dicto hoc, Attende tibijpſi.

SErmonis uſum dedit nobis conditor noſter Deus, ut conſilia cordium mutuò inter nos reuelaremus, & propter naturæ ſocietatem, unuſquiſque proximo impertiremus, uelut ex promptuarijs quibuſdam, ex abditis cordis conſilia proferentes. Si enim nuda anima uiueremus, ſtatim ſanè à cogitationibus inter nos conuerſaremur. Quando uerò uelamento carnis anima noſtra contecta, notiones ac cogitationes facit, uerbis ac nominibus opus eſt ad publicanda ea quę in profundo ſita ſunt. Quum igitur uocem ſignificatiuam mens ac cogitatio noſtra apprehenderit, uelut cymba quadam, ſermone uehitur, & aerem penetrans ex loquente ad audientem tranſit. Et ſi quidem altam tranquillitatē ac quietem repererit, uelut in pratis amœnis ac tranquillis, in auribus diſcentiū, ſermo ipſe ad portū ſe recipit. Si uerò uelut tempeſtas quædā aſpera, tumultus ab audientibus cōtrà ſpirarit, in medio aere diſſolutus, naufragiū facit. Facite itaq; tranquillitatē ſermoni per ſilentiū. Fortaſsis aliquid apparuerit utile & apprehēſione atq; auectione dignū. Difficilis captu eſt ueritatis ſermo, facilè effugere potens non animaduertētes, ſic ſpiritu diſponēte, ut cōtractus ſit & breuis: quare & multa in paucis cōplectitur ac manifeſtat, & propter cōpendium facilè eſt ipſum memoria cōtinere. Nam & naturalis ſermonis uirtus eſt: neq; obſcuritate ea quæ ſignificātur occultare, neq; ſuperfluum eſſe & uanū, ac temerè rebus circumfluū. Qualis ſanè eſt & hic qui recens nobis ex Moſis libris lectus eſt, cuius omnino memores eſtis uos qui induſtrij eſtis, præterq̄ ſi fortaſsis propter breuitatem au-

res ue-

res ueſtras præteriuit. Verba autem ipſa hoc modo habent. Attende tibijpſi, ne quando fiat uerbum occultũ in corde tuo delictum. Procliues ſumus nos homines ad peccata ſecundum cogitationem. Quapropter qui corda noſtra ſingulatim finxit, gnarus quòd maxima peccati pars in impetu propoſiti completur ac perficitur, puritatẽ quæ eſt in principali animæ parte, primam ac principẽ nobis conſtituit. Quo enim maximè promptè delinquimus, hoc ipſum maiore cuſtodia ac cura dignatus eſt. Quemadmodum enim medici prouidentiores imbecilliora corpora præſeruatiuis cõſilijs eminus præmuniunt: ſic communis curator & uerus animarum medicus, quod lubricum in nobis ad peccatum maximè nouit, id ipſum fortioribus munitionibus præoccupauit. Etenim actiones quæ per corpus fiunt, & tempore indigent, & opportunitate, & laboribus & auxiliarijs, & reliqua expenſa. Verùm animi motus citra temporis moram fiunt, citra laſsitudinem perficiuntur, citra negocium conſiſtunt, omnem temporis occaſionem idoneã habent. Et ſanè quiſpiam ex auſteris illis ſuperciliosiſq́, ac ob autoritatem arrogantibus, figmentũ temperantiæ forinſecus circumſitum habens, plerunq; inter illos medius deſidens, qui ipſum propter uirtutem beatum prædicant, mente decurrit ad peccati locum, per obſcurũ cordis motum, & per imaginationẽ uidet ea quorum ſtudio ac deſiderio tenetur, & conuerſationẽ quandam non decoram exprimit: & in ſumma, in occulta cordis officina, euidentẽ in ſeipſo uoluptatem depingens, citra teſtem intra ſe peccatũ operatur, ignotum omnibus, donec ueniat qui reuelat occulta tenebrarum, & conſilia cordium manifeſtat. Obſerua igitur nequãdo fiat uerbum occultum in corde tuo delictum. Qui enim aſpexerit mulierem ad concupiſcentiã, iam adulterium in corde ſuo commiſit. Quapropter corporis quidem actiones à multis intercipiuntur: qui uerò ex propoſito peccat, unà cum mentis cogitationũ uelocitate abſolutum peccatũ habet. Vbi igitur repentinũ eſt delictum, repentina data eſt nobis cuſtodia. Conteſtatur enim, ne quando uerbũ fiat occultũ in corde tuo delictũ. Imò potius ad ipſum ſermonis principium recurramus. Attende, inquit, tibijpſi. Vnumquodq; animal à conditore omniũ Deo intra ſe habet impetus ad propriæ cõſtitutionis cuſtodiã, & reperias ſanè, ſi diligẽter perſcrutatus fueris, pleraq; bruta citra doctrinam id habere, ut quod nociuũ eſt auerſentur ac uitent, & rurſus naturali quodã tractu, ad utiliũ fruitionem feſtinent. Quapropter etiam nobis præceptor noſter Deus magnum hoc præceptum dedit, ut quod illis ex natura, idipſum nobis ex rationis ope accedat: & quod citra præceptorẽ rectè fiat à brutis, hoc à nobis perficiatur per animaduerſionẽ & aſsiduam mentis intentionẽ. Et ut cuſtodes ſimus diligentes impetuũ nobis à Deo datorum, fugiẽtes quidem peccatũ, uelut bruta, edulia uenenata fugiũt: perſequẽtes autem iuſticiam, uelut illa perſequuntur herbas alimentũ præbentes. Attende igitur tibijpſi, quo potens ſis diſcernere nociuum à ſeruante. Quandoquidẽ uerò duplex eſt attẽdere: alterũ corporalib. oculis rebus uiſibilibus intendere: alterum intellectuali animæ potentia rerum incorporaliũ ſpeculationi incumbere: ſiquidem in oculorũ actione ſitum eſſe dixerimus præceptũ, ſtatim ipſius impoſsibilitatẽ deprehendemus. quomodo.n. quis ſeipſum totum oculo deprehẽdere poſsit? Neq;.n. ipſe in ſeipſum uiſu utitur oculus, neq; ad uerticẽ peruenit, nõ dorſum uidet, non faciem, nõ uiſcerum in profundo diſpoſitionẽ. Impium igitur eſt dicere impoſsibilia eſſe ſpiritus præcepta. Reliquũ igitur eſt, ut de mentis actione ipſum præceptũ accipiamus. Attende igitur tibijpſi, hoc eſt, undiquaq; teipſum circũſpice, uigilantẽ habe ad tuijpſius cuſtodiã animæ oculũ, in medio laqueorũ tranſis, occulta uincula ab hoſte undiquaq; defixa ſunt. Omnia igitur circumſpice, quo ſerueris uelut Dorcas ex laqueis, & uelut auicula ex funiculis. Etenim Dorcas laqueis capi nõ poteſt, propter uiſus acumẽ, unde etiam à proprio uiſus acumine nomen habet: auicula uerò leui penna altior reddita, inſidias aucupum euadit, quũ animaduerterit. Vide igitur ne brutis deterior appareas ad teipſum cuſtodiendum, ne quando laqueis captus præda fias diaboli, captus ab ipſo ad illius uoluntatẽ. Attende igitur tibijpſi, hoc eſt, neq; tuis, neq; his quæ circũ te ſunt, ſed tibijpſi ſoli attẽde. Aliud enim ſumus noſipſi, & aliud noſtra, & aliud quæ circum nos ſunt. Nos quidem igitur anima ſumus & mens, inquantum ſecundum imaginem conditoris facti ſumus. Noſtrum uerò eſt corpus & ſenſus per ipſum: circum nos autem ſunt pecuniæ, artes, & reliqua

1.Cor.4.

Mat.5.

liqua uitæ ſupellex. Quid igitur dicit ſermo? Ne attende carni, neq; huius bona omnimodo perſequere, ſanitatem, pulcritudinem, uoluptatum fruitiones, & longæuitatem. Neq; pecunias ob gloriam & potentatus admirare, neq; ea quæ temporalis uitæ miniſterium complent magna ducens, præ ipſorum ſtudio primariam uitam tuam neglige: ſed attende tibijpſi, hoc eſt, animæ tuæ: hanc exorna, & huius curam gere, ut omnis ſordes quæ ex malicia ipſi accedit, per animaduerſionē remoueatur, & omnis turpitudo ex uicio depurgetᷣ: & ut omni uirtutis pulchritudine ipſam exornes & illuſtres. Expende teipſum quis es, noſce tuam ipſius naturā, quòd mortale quidem eſt corpus tuum: immortalis autem anima. Et quòd duplex eſt noſtra uita: altera propria carni, citò prɇteriens: altera cognata animæ, non ſuſcipiens circumſcriptionē. Attēde igitur tibijpſi, neq; in mortalibus uelut perpetuis permaneas, neq; perpetua uelut prætereuntia negligas. Contemne carnē, hæc enim præterit: curam geras animæ, rei immortalis. Intentus ſis tibijpſi cum omni diligētia, ut ſcias diſtribuere utriq; quod cōmodum eſt: carni quidē nutrimenta & operimēta: animæ uerò pietatis dogmata, uitæ ductum bonum, uirtutis exercitationē, affectuum correctionē, ut neq; nimis pinguefacias corpus, neq;
Gal.5. circa turbas carniū ſtudioſus ſis. Quandoquidem enim concupiſcit caro aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem: hæc autem inter ſe oppoſita ſunt, uide nequando addictus carni, multam præbeas potentiā deteriori. Quemadmodū enim in librarum momentis, ſi unam degraues lancem, oppoſitā omnino leuiorē facies: ſic etiam in corpore ac anima, alterius redundantia, neceſſariā facit alterius imminutionē. Nam corpore bona habitudine delicijſq; carnoſitate grauato, neceſſe eſt animū imbecillem ac infirmū eſſe ad proprias actiones: anima uerò bona habitione prædita, & per bonorū meditationem ad propriā magnitudinē eleuata, conſequens eſt corporis habitum cōtabeſcere. Hoc ipſum porrò præceptū etiam infirmis utile eſt, & ualentibus cōuenientiſsimū. Et in morbis quidem medici admonent ægrotos, ut ipſi ſibijpſis attendāt, & nihil eorum quæ ad curationē pertinent negligāt: ſimiliter & medicus animarū noſtrarum ſermo, afflictam à peccato animā per paruū hoc auxiliū perſanat. Attende igitur tibijpſi, ut iuxta proportionē delicti, etiam curationis auxilium aſſumas. Magnum eſt & graue peccatū, multa tibi opus eſt cōfeſsione, lachrymis amaris, iugi uigilia, indeſinente ieiunio. Leue eſt & tolerabile delictū, exæquetur etiam pœnitentia. tantum attende tibijpſi, ut cognoſcas animɇ ſanitatē & morbum. Multi enim præ nimia inanimaduertētia, magnopere & incurabiliter ægrotātes, neq; hoc ipſum ſciunt quòd ægrotant. Magna quoq; utilitas ex præcepto hoc emergit his qui ſani ſunt circa actiones. Quare idem hoc & ægrotātes ſanat, & ſanos perficit. Vnuſquiſq; enim noſtrûm, more diſcipulorū unius alicuius actiōis miniſter eſt, ex his quæ nobis iuxta Euāgeliū præceptæ ſunt. In magna.n. domo eccleſia hac, nō ſolùm uaſa ſunt omnigena, aurea, & argētea, & lignea
2.Tim.2. ac teſtacea, ſed etiam artes omnigenæ. Habet enim domus Dei, quæ eſt eccleſia uiuentis, uenatores, uiatores, architectos, ædificatores, agricolas, paſtores, athletas, milites. Omnibus his cōueniet breue hoc uerbum, ſingulis & diligentiā operis, & ſtudiū pro-
Hier.6. poſitæ uoluntatis inducens. Venator es miſſus à Domino dicēte: Ecce ego mitto multos uenatores, & uenabūtur ipſos ſupra omnes montes? Attende igitur diligenter, ne te effugiat præda, quo eos qui quɇ uitijs efferati ſunt, ſermone ueritatis comprehenſos Seruatori adducas. Viator es ſimilis illi qui orauit, Dirige greſſus meos? attende tibijpſi, ne digrediaris à uia, ne declines ad dextrā aut ſiniſtrā, uia regia proficiſcere. Archi-
1.Cor.3. tectus firmū fidei fundamentū iaciat, quod eſt Ieſus Chriſtus. Aedificator uideat quomodo ædificat, ne ligna, ne fœnū, ne ſtipulam: ſed aurū, argentū, lapides precioſos. Paſtor attēde ne quid prætereas eorum quæ ad paſtoralē artem pertinēt. Hæc autem quɇ ſunt? Errabundum pecus dirige, contritū obliga, ægrotans ſana. Agricola circūfode ficum infructuoſam, & ea quæ ad fœcunditatē faciunt in auxiliū ingere. Miles affligere malis cum Euangelio, depugna honeſtam pugnam cōtra ſpiritus prauitatis, cōtra affectus carnis, aſſume omnē armaturā Dei, ne impliceris negocijs uitæ, ut exercitus imperatori cōplaceas. Athleta attende tibijpſi, ne quam legem athleticā tranſgrediaris. Nemo enim coronatur, qui non legitime certauerit. Imitare Paulum & currentem, & luctantem, & pugnantē, & ipſe uelut bonus pugil, animi oculum intentū habe, protege

principales partes manuum obiectu. Intentus ſit uiſus in aduerſarium. Incurſibus eos
qui præcedũt aſſequere, & ſic curre ut anticipes. In lucta inuiſibilibus repugna. Talem
te eſſe uult ſermo per uitã, non ſupinũ, neq; dormientẽ, ſed ſobriè & uigilanter tibĳpſi
præfectũ. Deficiet me dies, ſi enumerare pergam, tum ſtudia eorum qui cooperant in
Euangelium, tum uim præcepti, quõ ſe ad omnes cõgruenter habeat. Attẽde tibĳpſi,
ſis ſobrius, cõſultus, præſentiũ cuſtos, futuri prouiſor: ne quod iam pręſens eſt propter
ſegnitiem dimitte, non præſentium autem, neq; fortaſsis futurorum, uelut in manibus
exiſtẽtium fruitionem tibi promitte. An non eſt hic naturalis adoleſcentiũ morbus,
ob mẽtis leuitatem ſe habere iam putare ſperata? Quum enim aliquando ocium nacti
fuerint, aut quietem nocturnam, fingunt ſibĳpſis imaginationes non ſubſiſtẽtes in re-
rum natura, & per mentis facilitatem in omnia feruntur, ſuggerentes ſibi ſplendorem
uitæ, nuptias illuſtres, iucundam liberorum procreationem, profundam ſenectutem,
honores ab omnibus. Deinde nuſquam in ſpe conſiſtere potentes, ad maxima in reb.
humanis conficienda ſuperinflantur. Domos extruunt ſplendidas & amplas, easq; o-
mnigena ſupellectile replent, terram circũ circa adĳciunt, tantam quantã ipſis cogita-
tionũ uanitas à toto terrarũ orbe reſcindit. Rurſus opulentiã illinc reſultantẽ uanita-
tis horreis includunt. His addunt pecora, ſeruorum multitudinẽ, numerum exceden-
tem, magiſtratus ciuiles, principatus gentium, imperia militaria, bella, trophæa, ipſum
etiam regnũ. Hæc ubi omnia uanis mentis figmentis recenſuerũt, præ nimia demẽtia
frui ſibi uident ſperatis, uelut iam pręſentibus, & ipſis ante pedes iacentibus. Proprius
eſt hic morbus ocioſæ ac ſecordis animæ, inſomnia uidere uigilante corpore. Hãc itaq;
mentis laxitatem, & cogitationũ tumorem, deprimit hic ſermo, & uelut freno quodã
mentis inſtabilitatem repellens, magnum hoc ac ſapiens præceptum annunciat. Tibi-
ipſi, inquit, attende, non promittens tibi ea quæ non exiſtunt, ſed pręſentia ad id quod
conducibile eſt diſponens. Opinor porrò etiam illius affectionis ex conſuetudine adi-
mendæ gratia, legiſlatorẽ hac admonitione uti. Quandoquidem facilius unicuiq; no-
ſtrûm eſt curioſum eſſe de alienis, q̃ ſua ipſius ac propria conſiderare, ut ne hoc facia-
mus, ceſſa, inquit, illius mala curioſe inueſtigare, ne des ocium cogitationibus ut alie-
num morbum exquirant & expendãt: ſed tibĳpſi attẽde, hoc eſt ad propriã tuĳpſius
ſcrutationem oculos animæ tuæ conuerte. Multi enim iuxta Domini ſermonẽ, feſtucã Mat. 7.
quidem in oculo fratris cõſiderant, trabem uerò in proprio oculo nõ inſpiciunt. Non
deſines itaq; perſcrutari teipſum, an tibi ſecundum præceptũ uita procedat, ſed ne cir-
cumſpice ea quæ extrinſecus ſunt, ſicubi alicuius reprehendendi occaſionẽ inuenire
poſsis, iuxta phariſæum grauem illum & proteruũ, qui ſtabat ſeipſum iuſtificãs, & pu-
blicanum uilipendens. Sed teipſum interrogare ne ceſſes, num quid per cogitationes
deliqueris, nunquid lingua labarit mentem præuertens, nunquid in manuũ operibus
factum ſit aliquid temerariũ. Et ſi repereris in uita tua multa peccata: inuenies autem
omnino quum homo exiſtas, dic publicani uerba: Deus propitius eſto mihi peccatori. Luc. 1
Attende igitur tibĳpſi: hoc uerbum tibi etiam ſplendidè felici aliquando, & tota ui-
ta ſecundum flumen procedente, utiliter exhibebit uelut bonus quiſpiam cõſiliarius,
commonefactionẽ rerum humanarum. Sed & à calamitatib. preſſo, opportunè cordi
tuo accini poteſt, ut neq; faſtu tumidus ad proteruitatẽ eleueris, neq; deſperatione ad
degenerem triſticiã delabaris. Exultas ob diuitias, & ob prædeceſſorũ nobilitatem te
iactas, & propter patriam ac pulchritudinem corporis, & honores ab omnib. tibi pla-
ces? Attende tibĳpſi, quòd mortalis es, quòd terra es, & in terram reuerteris. Circum-
ſpice eos qui ante te in ſimilibus ſplendoribus, magnę exiſtimationis fuerunt. Vbi ſunt
qui ciuiles potentias aſſumpſerunt? ubi inexpugnabiles illi rhetores? ubi qui conuen-
tus publicos cõſtituerũt, illuſtres equites, exercituũ duces, ſatrapæ, tyranni? nõ omnia
ſunt puluis? nõ omnia fabulæ? non in paucis oſsibus memoria uitæ ipſorũ cõſeruatur?
Inclina te in ſepulchra, an diſcernere poſsis quis famulus, & quis dñs, quis pauper, &
quis diues. Diſcerne ſi qua tibi ſuppetit facultas, uinctũ à rege, fortem à debili, formo-
ſum à deformi. Si igitur memor fueris naturæ, nunq̃ extolles te: memor autem eris tui-
ipſius, ſi tibĳpſi attenderis. Rurſus ignobilis & inglorius, pauper & mendicus ex men
dicis, carens domo, extorris, debilis, quotidiani uictus inops, timens eos, qui in pote-
ſtate

Pro. 13. teſtate conſtituti ſunt, omnes formidãs ob uitæ humilitatẽ. Pauper.n. & mendicus, in
quit, non ſuſtinet minas. Ne itaq; deſperes de teipſo, nec propterea ꝙ nihil amabile in
præſens tibi adeſt, omnẽ bonã ſpem abijcias: ſed reduc animã tuã, tum ad ea bona quæ
iam tibi à Deo cõceſſa ſunt, tum ad ea quę per promiſsionẽ in futuro repoſita ſunt. Pri
mùm quidẽ homo es, ſolus ex omnib. animantib. à Deo formatus. Nónne ſufficit hoc
ſobriè cõſideranti ad ſummã iucunditatem, nimirũ ab ipſis Dei manib. qui omnia crea
uit formatũ eſſe? Deinde ꝙ etiam ad imaginẽ factus cõditoris tui, poteris per bonã po
litiam, ad æqualẽ cum angelis dignitatẽ recurrere. Animam accepiſti intellectualẽ, per
quam Deum cõſideras, rerum naturã ratiocinatione intueris, ſapientiæ fructum iucun
diſsimum decerpis, omnia terreſtria animalia, manſueta ac ſylueſtria, omnia item in a
quis degentia, & quę aerem hunc peruolant, tibi ſeruiũt, & poteſtati tuæ ſubiecta ſunt.
Non tu artes inueniſti, & urbes cõſtituiſti, & quæ uitæ neceſſaria, & quæ ad uoluptatẽ
pertinent excogitaſti? nõ peruia ſunt maria per rationẽ? non terra & pelagus uitæ tuę
inſeruiũt? Non aer & cœlum & ſtellarũ chori, ordinis ſui rationẽ tibi oſtendũt? Quid
igitur puſillanimus es, quòd equus tibi non eſt argenteũ habens frenum? At ſolem ha
bes uelociſsimo curſu per totam diem faculam tibi præferentem. non habes argenti &
auri ſplendores? At lunam habes ingenti luce ſua te illuſtrantem. Non conſcendis cur
rus inauratos? at pedes habes proprium uehiculum, & tibiipſi ingenitum. Quid igitur
beatos prædicas eos qui plenũ marſupiũ poſsidẽt, & alienis pedibus ad iter faciendũ
opus habent? Non dormis in lectica elephantina ex ebore conſtructa? At habes ter
ram multis eboreis pręſtantiorẽ, & dulcem in ipſa requiem, celerem ſomnũ & à cura li
berum. Non decumbis ſub fornice ac culmine aureo? At cœlum habes inenarrabili
ſtellarũ pulchritudine relucens. Atq; hæc quidẽ humana ſunt: illa uerò adhuc maiora,
quòd propter te Deus inter homines, ſpiritus ſancti diſtributio, mortis diſſolutio, re
ſurrectionis ſpes, diuina præcepta uitã tuam perficientia, profectio ad Deum per man
data, regnum cœlorũ paratum, coronæ iuſticiæ promptæ labores pro uirtute nõ fugiẽ
ti. Si attenderis tibiipſi, hæc & adhuc ampliora circa teipſum reperies, & præſentibus
quidem frueris, ad inopiã uerò nõ puſillanimus eris. Vbiq; tibi aſsiſtens præceptũ, ma
gnam opem feret, uelut uerbi cauſa, Ira animũ tuũ obtinet, & præ iracũdia, tum ad uer
ba indecora, tum ad actiones crudeles ac ferinas effereris? Si tibiipſi attenderis, ſubmit
tes iram uelut pullum aliquem inobedientem ac effrenem, plaga rationis uelut flagro
ipſam compeſcens. Dominaberis item linguę, & manus non iniicies ei qui te irritauit.
Rurſus cõcupiſcentiæ prauæ animam tuam extimulantes, ad impetus impotentes ac
proteruos te iniiciunt? Si attenderis tibiipſi, & memor fueris, quòd præſens hæc iucun
ditas tibi ad amarũ finem deueniet, & titillatio quæ nunc ex uoluptate corpori noſtro
ingeneratur, uermem illum generabit uenenũ eiaculantem, immortalem, punientem
nos in geenna, & feruor carnis mater fiet æterni ignis, ſtatim fugatæ uoluptates abi-
bunt, & mirabilis quædam tranquillitas & quies intus circa animam fiet, uelut ancilla
rum proteruarũ tumultus ſedari ſolet, hera quapiam temperata apparente ac ſuperue
niente. Attende itaq; tibiipſi & noſce, ꝙ altera pars animæ rationalis eſt & intellectua
lis, altera affectionibus obnoxia eſt & irrationalis. Et illi quidẽ à natura datum eſt do
minari, huic uerò obedire ac obtẽperare rationi. Ne igitur unq; permiſeris mentem in
ſeruitutem redactã, affectuũ mancipiũ fieri: neq; rurſus indulgeas affectibus, ut contra
rationem inſurgant, & animæ dominiũ in ſuam poteſtatẽ redigant. Porrò in ſumma, e
xacta tuiipſius cõſideratio ſufficientẽ exhibebit tibi manuductionẽ, etiam ad notionẽ
Dei. Si enim attẽderis tibiipſi, nihil opus habebis ex uniuerſorũ ſtructura ipſum opifi
cem inueſtigare, ſed in teipſo ueluti paruo quodã mundo, magnã cõditoris ſapientiã
uidebis. Incorporeũ cogita eſſe Deum, ex anima incorporea in te exiſtente, & qui non
circunſcribitur in loco, quandoquidẽ neq; mens tua primariã habet in loco moram ac
cõuerſationẽ: ſed per coniunctionẽ ad corpus, in loco eſt. Inuiſibilẽ eſſe Deum crede,
tuæ ipſius animæ cõſideratione facta, quandoquidem etiam ipſa corporalibus oculis
incõprehenſibilis eſt. neq; enim colorata eſt, neq; figura prædita, neq; aliquo corpora
li charactere cõprehenſa, ſed ex actionib. ſolùm cognoſcitur. Quare neq; in Deo quæ
ſieris cognitionẽ per oculos, ſed menti fidem cõmitte, & intellectualem de ipſo com
prehenſio

prehenſionem habe. Admirare artificem, quomodo animæ tuæ uim ad corpus colligauit, ut uſq; ad terminos ipſius progrediendo, membra plurimũ diſtantia ad unam conſpiratione ac ſocietatẽ ducat. Conſidera quæ uis ab anima carni inſeratur, quis conſenſus à carne ad animã redeat. Quõ ſuſcipit quidem corpus uitam ex anima: anima uerò dolores à corpore. Quales habet diſciplinarũ cellas? Cur non cognitioni eorũ quæ anticiparunt, ſuccedentiũ additio tenebras inducit, uerùm memoriæ in confuſę & probè diſtinctæ, uelut æreæ cuidã ſtatuę, principali animæ parti inſcriptæ, cõſeruantur? Quõ ad carnis affectiones delabens, propriã pulchritudinẽ amittit. Et quomodo rurſus turpitudinem uicij per uirtutẽ depurgans, ad conditoris ſimilitudinem recurrit. Attende ſi ita tibi uidetur poſt animę ſpeculationẽ, etiam corporis ſtructuræ, & admirare quomodo ipſum decorum habitaculũ animæ rationali optimus artifex conſtruxit. Erectũ te finxit ſolum ex omnibus animalibus, quo ex ipſa figura ſcias quòd uita tua ex ſuperna cognatione exiſtit. Nam quadrupeda omnia ad terram uident, & ad uentrem prona ſunt: homini uerò ad cœlum aſpectus expeditus eſt, ut ne uentri deditus ſit, neque his quæ ſub uentre ſunt affectionibus, ſed totum impetũ ac motum ad profectionem ſurſum uerſus habeat. Deinde quum caput altiſsimo loco poſuit, in ipſo ſenſus maximi precij collocauit. Iſthic uiſus, & auditus, & guſtus, & olfactus, omnes in uicinia inter ſe habitãtes. Et quum ſint in breuẽ adeò locum coarctati, nullus uicini actionẽ impedit. Oculi quidem altiſsimã ſpeculam occuparũt, ut nulla corporis pars ipſis tenebras obducat, ſed ſub modico quodã ſuperciliorũ prætextu ac tegumẽto locati, ex ſuperna eminentia in directũ extendũtur. Rurſus, auditus non in directũ apertus eſt, ſed uertiginoſo meatu ſonos in aere apprehendit ac ſuſcipit, quod ipſum etiam ſummæ ſapientiæ opus exiſtit: ut uox quidem nullo impedimento obſtante penetret, aut potius inſonet, per tortuoſitates confracta: nihil autem eorum quæ forinſecus interlabi ſolent, ſenſui impedimẽto eſſe poſsit. Perdiſce lingue naturã, quomodo tenera eſt & facilè cõuerti poteſt, & ad omnẽ ſermonis uſum, ob motus uarietatẽ ſufficiẽs exiſtit. Dentes ſimul uocis ſunt organa, robuſtum fulcrũ linguæ exhibẽtes, ſimulq; alimẽti miniſtri, partim ipſum ſecãtes, partim conterentes. Et ſic omnia cõuenienti ratiocinatione percurrens, & addiſcens aeris attractionẽ per pulmonẽ, caloris cuſtodiã in corde, inſtrumenta concoctionis, canales ſanguinis: ex omnibus his imperueſtigabiẽ opificis tui ſapientiam uidebis, ut & tu cum Propheta dicere poſsis: Mirabilis facta eſt ſciẽtia tua ex me. *Pſal. 138.*
Attende tibijpſi, ut attendas Deo, cui gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO DE GRATIARVM ACTIONE.

AVDIVISTIS uerba Apoſtoli, per ea quæ ad Theſſalonicenſes diſſerit, omni uitæ legem ſancientis. Etenim doctrina ipſi ad ſingulatim occurrentes erat: uerùm utilitas ex ipſa, ſe in omnem hominum uitam extendit. Semper gaudete, inquit, indeſinenter orate, in omnibus gratias agite.] Quid igitur ſit ipſum gaudere, & quæ ex ipſo utilitas, & quomodo poſsibile ſit indeſinentẽ orationem rectè peragere, & in omnibus gratiarũ actionem Deo reddere, quantũ uires noſtræ ſinũt, paulo pòſt exponemus. Porrò quæ nobis ab aduerſarijs obijciũtur, criminãtibus legiſlationis impoſsibilitatẽ, ea prius diſcutere neceſſariũ puto. Quæ inquiunt, eſt uirtus nocte ac die in animi laxatione hilarẽ ac lætum degere? Quomodo uerò etiam poſsibile eſt idipſum rectè peragi, infinitis malis temerè & ex improuiſo nos circumſtãtibus, & neceſſariã triſticiã animæ inducẽtibus? Ex quib. gaudere ac lætari magis impoſsibile eſt, q; eum qui in ſartagine torreť nõ dolere, & eũ qui cõpungiť dolore nõ affligi. Aut fortaſsis etiã quis circũſtantiũ nos hic ex imbecillitate rationis ægrotans, prętexit prętextus in peccatis, qui propter pigritiã ad ſeruãda mandata, legiſlatori accuſationes intentare conatur, uelut impoſsibilia præſcribẽti, & inquit: Quomodo poſsibile eſt mihi gaudere ſemper, quũ gaudij cauſę non in me ſitæ ſint? Forinſecus enim ſunt quæ gaudiũ efficiunt, & non in nobis repoſita: amici aduentus, parentum diuturna cõuerſatio, pecuniarũ inuentiones, honores ab hominibus, reſtitutio ad ſanitatẽ ex graui morbo, reliqua uitæ felicitas, domus per omnia abundans, menſa referta, ſocij læticiæ cõmodi, lectiones ac ſpectacula uoluptatem afferentia, ſanitas familiariſsimorum *1. Theſ. 5.*

rum,& reliqua uitæ ipſorum affluentia. Moleſta enim ſunt non ſolùm ea quę nobis dolo roſa accidunt,ſed etiam quę amicos ac cognatos triſticia afficiũt. Quare ex omnibus his neceſſariũ eſt coaceruari animæ gaudiũ ac hilaritatẽ. Et ad hæc,quũ uidere contigerit inimicorũ ruinas,inſidiatorũ plagas,benefactorũ retributiões: & in ſumma, ſi neq́ præſens fuerit quid moleſti,neq́ omnino expectet aliquid aut timeatur quod uitã noſtram cõturbet, tunc poſsibile eſt animę gaudiũ accedere. Quõ igitur præceptũ nobis datũ eſt,quod nõ ex uoluntate rectè peragitur,ſed ad alia præcedentia conſequẽs eſt? Quõ uerò etiam indeſinenter orabo,corporis neceſsitatib. animæ cogitationes neceſſario ad ſe ipſas cõuertẽtibus, quũ impoſsibile ſit eodẽ tempore ad duas cogitationes mentẽ diſtrahi,ac quaſi diſcindi? Sed & in omnib. gratias agere mihi præceptũ eſt: gratias agam tortus? uerberatus? in rota diſtentus,ob exciſos oculos? ob plagam ignominioſam ab aduerſario inflictã? cõgelatus præ frigore? fame ſtrangulatus? liberis aceruatim orbatus? aut etiam ipſa uxore? ex naufragio derepẽtè opibus elapſis? in piratas maris aut prædones in terra illapſus? uulnera habens? calumnijs impetitus? uagabundus? carcerẽ habitans? Hæc & his adhuc plura legislatorẽ accuſantes colligũt,excuſationem peccatorũ ſibiipſis procurare putantes, ipſam uidelicet criminationem eorum quæ nobis præcepta ſunt uelut impoſsibiliũ. Quid igitur dicimus? Quòd ad alia reſpiciente Apoſtolo, & animas noſtras à terrenis in altum leuare tentante, & ad cœleſtem rempub. transferre conante, hi qui magnã legislatoris ſapientiã non aſſequuntur, utpote circa terrã ac carnes, uelut uermes in cœno, ita in corporis affectionib. uolutati, apoſtolicorũ præceptorũ poſsibilitatem requirũt ac exigunt. Ipſe uerò ad ſemper gaudendum inhortatur, nõ quemlibet, ſed talẽ qualis ipſe erat, nõ amplius uiuens in carne, ſed uiuentẽ habens in ſeipſo Chriſtũ, tanq́ coniũctione ad ſummũ bonum, nequaq́ conſenſum à carnis moleſtijs ſuſcipiẽte. Sed etiamſi diſſecetur caro, cõtinuitatis diſſolutio in affecta corporis parte permaneat, diſtributione doloris ad intellectualẽ animæ partem penetrare nõ potẽte. Si eñ mortificauimus membra terrena iuxta Apoſtoli documentũ, & mortificationẽ Ieſu in corpore circũferimus, neceſſariò ipſa mortificati corporis plaga, ad animã à coniunctione ipſius diſſolutã non procedet: ignominiæ aũt & pœnæ ac detrimenta, itemq́ familiariũ mortes, ad mentẽ non cõſcendent, neq́ animę altitudinem ad ſui cõſenſum detrahent ac cõuertent. Siquidem.n. eadem cum integro & uirtuoſo ſentiũt hi qui in rerum difficultates illapſi ſunt, non exhibebũt moleſtias ac triſticias alteri, qui ſane neq́ ipſi moleſtè ferũt accidentia. Si uerò ſecundũ carnẽ uiuũt, neq́ ſic moleſtia ac triſticia afficiẽt, ſed miſerabiles iudicabuntur, nõ magis ob calamitates, q́ quòd nõ ea quæ oportet elegerũt. In ſumma uerò, anima quæ ſemel deſiderio cõditoris illigata eſt, & pulchritudine ea quæ illic eſt exhilarari adſueta, gaudium ac læticiam ſuam pre uarietate caſuum ac mutationũ carnaliũ affectionũ, nõ transmutabit: ſed quæ alijs triſtia ſunt, additamentum læticiæ faciet. Qualis ſanè erat Apoſtolus ipſe glorians in infirmitatibus, in tribulationibus, in perſecutionibus, in neceſsitatibus, indigentias in gloriam conuertens, in fame & ſiti, in frigore & nuditate, in perſecutionibus & anguſtijs, in quibus alij ægreferũt ſeipſos, ac uitam deſpondent, in his ipſe læticia exultans. Qui itaq́ apoſtolicæ ſententiæ ineruditi ſunt, & non intelligunt quod ad Euangelicã uitam nos adhortatur, Paulum accuſare non uerentur, uelut impoſsibilia nobis præſcribentẽ. Atqui diſcant, quòd rationabiliter gaudendi cauſæ, per donorum Dei magnificentiã nobis propoſitæ ſunt. Producti ſumus ad eſſe ac uitam, quũ non eſſemus. Secundũ imaginem cõditoris facti ſumus. Rationem & mentẽ complentẽ naturam noſtram habemus, per quam Deum cognouimus, & pulchritudines creationis artificioſe cõdiſcentes, per ipſas uelut per literas quaſdam, magnã Dei circa omnia prouidentiam ac ſapientiam legimus. Vim diſcernendi boni ac deterioris habemus, electionem conducibilis, & auerſionem nociui ex ipſa natura edocti ſumus. Abalienati à Deo per peccatum, rurſus in conſortium reuocati ſumus, per ſanguinem unigeniti ex ignominioſa ſeruitute exempti. Reſurrectionis ſpes, angelicorũ bonorum fruitiones, ipſum in cœlis regnũ, bona in promiſsionib. ſita, & intelligentiæ & rationis uim tranſgredientĩ, quomodo non has cauſas ad indeſinẽs gaudiũ ac perpetuã læticiam ſufficiẽtes eſſe putare conuenit? Sed potius opinari eum cuius uentri inſeruitur, & qui tibiarũ modulis

Gal.2. [margin, beside "ſenſum à carnis moleſtijs"]
2.Cor.4. [margin, beside "tem penetrare"]
2.Cor.11. [margin, beside "ſed quæ alijs triſtia"]

modulis delectatur, & in molli cubili educatus eſt ac ſtertit, meritò in gaudio degere. Ego uerò iuxta mente præditorum ſententiã, dixerim his quidem conuenire ut lamententur: beati aũt prædicentur, qui in ſpe futuri ſeculi præſentem uitam tranſmittunt, & qui præſentia æternis commutant. Et ſiue in flãma degant Deo cõiuncti, uelut tres pue Dan.3.
ri in Babylonia, ſiue cum leonibus fuerint cõcluſi, ſiue à ceto deuorati, à nobis beatos Ioan.1.
prædicari oportere, ipſosq́; in gaudio degere, non ob præſentia dolentes, ſed ob ſpem eorum, quæ in poſterũ nobis repoſita ſunt lætãtes. Opinor enim probum certatorẽ ſemel ad pietatis ſtadiũ exutum, generoſo animo ferre oportere aduerſariorũ plagas, ſpe gloriæ ex coronis conſequendæ. Nam & in gymnicis certaminibus, hi qui in paleſtris laboribus præadſuefacti ſunt, non ad plagæ dolorem animo contrahuntur: ſed contra aduerſarios inſurgentes, ob præconij deſideriũ, præſentes labores contemnunt. Sic uirtuoſo etiamſi adſit quid rerum aſperiorum, gaudio tenebras non obducet. Quia tri- Rom.5.
bulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio ſpem: ſpes uerò non pudefacit. Quapropter etiam alibi in tribulatione patientiã habere, & in ſpe gaudium, ab Rom.12.
eodem iuſsi ſumus. Spes igitur eſt, quæ gaudiũ cohabitatorẽ animæ uirtuoſi efficit. At idem Apoſtolus plorare ac lugere nos oportere præcipit cum lugentibus. Et Galatis ſcribens, lugebat de inimicis crucis Chriſti. Et quid opus eſt dicere Hieremiam lugen- Hier.9.
tẽ? Et Iezechiel lamẽtationes principũ ex præcepto Dei ſcribentẽ? Et multos ſanctos Ezech.2.
plorantes, Hei mihi mater ad quæ me peperiſti? Et, Hei mihi quia perijt pius de terra, Hier.15.
& qui recte faciat inter homines non eſt. Et: Hei mihi, quia factus ſum uelut colligens Pſal.13.
ſtipulam in meſſe. Et in ſumma: perſcrutare uoces iuſtorũ, & ſicubi aliquem inueneris triſtiorem uocem emittentẽ, credas ꝙ omnes huius mundi, & infœlicis in ipſo uitæ gratia ingemiſcunt: Hei mihi, quia cohabitatio mea elongata eſt. Deſideriũ enim diſſoluendi habet, & eſſe cum Chriſto. Itaq; uelut gaudij impedimentum, huius cohabitatio- Phil.1.
nis prolongationẽ ęgre fert. Dauid porrò etiã in carminibus lamentationẽ amici Ionathan nobis reliquit, qua etiã inimicũ ſuum ſimul luxit: Doleo propter te mi frater Iona- 2.Reg.1.
than, & filiæ Hieruſalem lugete propter Saul. Hunc quidẽ luget, ut peccato immortuum: Ionathan uerò ut perpetuum uitæ ſuæ ſodalem. Et quid alia referre opus eſt? Verũ Ioan.11.
lachrymas fudit etiam Dñs propter Lazarum, & lachrymas fudit ſuper Hieruſalem: & Mat.21.
beatos prædicat lugentes, & rurſus plorantes. Et quõ, inquiunt, conſona ſunt hæc, apo Mat.5.
ſtoli uerbis, Semper gaudete? Neq; enim ex iiſdem principijs lachrymæ & gaudium generationẽ habent. Illæ enim ex improuiſo incurſu, uelut plaga quadã animam uerberante ac contrahente, dum ſpiritus circa cor comprimitur, generari ſolent. Gaudiũ uerò uelut exultatio quedã eſt animæ gaudentis his quæ ex ſententia proceſſerunt. Vnde etiam accidentia circa corpus diuerſa ſunt. His enim qui triſtantur, ſubpallida & liuida ac perfrigerata eſt corporis moles: exhilaratis uerò efflorescens & ſubruber eſt corporis habitus, tantũ non ſaliente ac foris protruſa anima præ uoluptate. Ad hæc ſanè decemus, ꝙ etiam lamentationes ac lachrymę ſanctorũ, ꝓpter dilectionẽ erga Deum factę ſunt. Semper igitur reſpiciẽtes ad dilectũ, & inde ſibijpſis læticiam augentes: res conſeruorum ſuorum gubernarunt, lugentes ipſos peccantes, corrigentes eoſdem per lachrymas. Quemadmodũ autem in litoribus ſtantes, his qui in mari demerguntur condolentes, non amittunt propriam ſecuritatem in ea cura, quam de periclitantibus habent: ſic neq; hi qui propter peccata proximorum contriſtantur, propriam læticiam diſperdunt. Imò etiam maiorem ipſam faciũt, pro lachrymis in fratrem, gaudio Domini digni fientes. Quapropter beati plorantes, & beati lugentes: quia ipſi conſolationem Mat.5.
accipient, & ipſi ridebunt. Riſum autem dicit, non per genas delabentem in ſanguinis ebullitione ſtrepitum, ſed hilaritatem puram, & omnis triſticię exortem. Plorare igitur cum plorantibus permittit Apoſtolus: quoniam hæ lachrymę uelut ſemen & uſura æ- Rom.12.
terni gaudij fiunt. Aſcende mihi per mentis intelligentiã, & angelicum ſtatum inſpice, an alius ipſis cõueniat ſtatus, quàm ut gaudeant & lętẽtur: quia digni facti ſunt aſtare Deo, & frui inenarrabili pulchritudine gloriæ conditoris noſtri. Ad hãc igitur excitans nos Apoſtolus, ſemper gaudere nobis præcepit. At uerò ad hoc quòd Domiuus propter Lazarum lachymas fudit, itemq; ſuper ciuitatem, illud dicere habemus, quòd etiam comedit ac bibit, nõ ipſe horum indigus, ſed tibi menſuras ac terminos neceſſariarum

animę affectionum relinquens. Sic itaq; etiam lachrymas fudit, luctuoſorum ac lamentantium nimiam cõdolentiam ac humiliationem corrigens. Si quid enim aliud, etiam lachrymari ſymmetria ac congruente modo ex ratione opus habet, in quibus fieri, & in quantum, & quando, & quõ conuenit. Quòd enim nõ affectuoſę fuerint Dñi lachrymæ, ſed docendi nos gratia emittebantur, hinc manifeſtum eſt. Lazarus amicus noſter dormit, ſed uado ut expergefaciam ipſum. Quis noſtrûm luget dormientẽ amicum, de quo paulo pòſt ſperat fore ut expergefiat? Lazare huc ades foras: & ipſe mortuus uiuificabatur, & ligatus obambulabat. Miraculum in miraculo faſcijs uinctos eſſe pedes, & non impediri ad motum: maior enim potentia erat, q̃ impedimentũ. Quomodo igitur qui talia facturus erat, id quod euenit lachrymis dignum iudicauit? Aut manifeſtũ eſt, quòd undiquaq; imbecillitatem noſtram fulciens, mẽſuris quibuſdam ac terminis neceſſarios affectus conſtrinxit? incondolentiam quidem uelut ferinam declinans: triſticiæ uerò ſtudium & lamentationũ multitudinem, uelut ingeneroſam deuitans. Quapropter illachrymans amico, tum ſocietatem humanæ naturæ ipſe demonſtrauit, tum nos ab exceſſu in utranq; partem liberauit, neq; emolliri ad affectus, neq; ſtupido animo ad triſtia præditos eſſe permittens. Quemadmodũ igitur famem ſuſcepit Dñs, ubi ſolidus cibus ipſi digeſtus fuit, & ſitim percepit, humiditate in corpore conſumpta, & laſſatus fuit, muſculis ac neruis ex profectione in itinere ſuperdiſtentis, non deitate per laborem domita, ſed corpore accidentia ex natura cõſequentia ſuſcipiente: ſic etiam lachrymas pertulit, naturale accidens carni accedere cõcedens, quod ipſum contingit, quando cerebri cauitates exhalationibus ex triſticia repletæ, per oculorum meatus uelut canales quoſdam, humoris onus reijciunt. Vnde ſonitus quidam & uertigines ac obtenebrationes ex improuiſo triſtium auditu accedunt, dum caput pręuaporibus circunuertitur, quos caloris in profundum contractio remittit. Deinde mea quidem ſententia, quemadmodum nebula in aquarum guttas: ſic uaporum craſsitudo in lachrymas diſſoluitur. Vnde etiam uoluptas quędam triſticia afflictis circa lachrymarũ effuſionem contingit, quum id quod grauat ipſos latenter per ploratum euacuetur. Confirmat autem huius rationis ueritatem experientia ipſa eorum quæ fiunt. Multos enim nouimus in calamitatibus incurabilibus ſibi per uim temperaſſe, ne lachrymas emitterent. Deinde partim in affectiones incurabiles incidiſſe, ſtuporis attoniti ſiderationisq; ac reſolutionis partium corporis partim penitus mortuos eſſe, uiribus ipſorum uelut debili fulcro, triſticiæ onere confractis. Quod enim in flamma uidere contingit, ut à proprio fumo ſuffocetur, non ſub exeunte, ſed circa ipſam ſe uolutante: hoc ipſum aiunt etiam in facultate animal gubernante fieri. contabeſcere enim & extingui à doloribus, quum nulla foras contingat perſpiratio. Ne itaq; in propriæ affectionis patrocinium, Domini lachrymas producant hi qui triſticiam amant. Quemadmodum enim cibus quem Dñs comedit, non eſt nobis occaſio uoluptatis: imò uice uerſa abſtinentiæ ac ſufficientiæ terminus ſupremus: ſic etiam lachrymæ non ſunt legiſlatio ad fletum edendum, ſed menſura decẽtiſsima expoſita, ac regula exacta, iuxta quã conuenit grauiter ac decenter intra naturæ terminos permanere, & triſtia perferre. Neq; igitur fœminis neq; uiris permittitur luctus ſtudium & lachrymarum multitudo, ſed tantum ut in triſtibus rebus contriſtentur, & modicas quaſdã lachrymas emittãt, atq; hoc quietè, ita ut nec dentibus infrendant, neq; ululent, neq; ueſtes dilanient, aut puluerem inſpergant, neq; alio quopiam tali modo ſe indecorè gerant, more eorum qui rerum humanarum inexperti ſunt. Oportet enim eum qui diuina doctrina purgatus eſt, recta ratione uelut munito quodam muro obſeptum eſſe, & talium affectionum appulſus uiriliter ac fortiter propulſare, & non uelut in locum decliuem, in humilem accedentẽ animam, affectionũ turbas influentes ſuſcipere. Minimè uirilis enim animæ eſt, & nullam firmitatem ex ſpe in Deum habentis, ob res triſtes uehementer dirumpi ac concidere. Quemadmodũ enim uermes in tenerioribus lignis maximè naſcuntur, ſic triſtitiæ in mollioribus hominum moribus proueniunt. Non enim adamantino corde præditus erat Iob. nõ enim ex lapide uiſcera ipſi facta erant. Ceciderunt ipſi decem liberi in breui temporis momento, una plaga contriti, in domo iucunditatis, in tempore uoluptatis, incutiente ipſis diabolo domum. Vidit mẽſam ſanguine imbutam, uidit liberos diuerſo

uerſo quidem tempore generatos, uerùm cõmunem uitę finem ſortitos, non plorauit, non comam euulſit, non emiſit uocē aliquam ingeneroſam, ſed decantatā illam & omnibus notam gratiarum actionē proloquutus eſt: Dominus dedit, Dominus abſtulit: ſicut Domino uiſum eſt, ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictū. Nō incōdolens eſt hic homo, & quō eſſet? qui ſanè de ſe ipſo dicit: Ego plorauí ſuper omni tribulato. Nū ergo mentitus eſt, hæc dicens? Atqui teſtimoniū ipſi præbet ueritas, quòd ad reliquas uirtutes etiam uerax fuerit. Homo enim, inquit, irreprehenſibilis, iuſtus, pius, uerax. At uerò tu cantilenis quibuſdam ad triſticiam compoſitis ad lamentationem abuteris, & carminibus lugubribus tuam ipſius animam liquefacere ac conſumere ſtudio habes. Et quēadmodum tragœdorum proprium eſt figmentum ipſum & ſcena, cum qua theatra occupant: ſic putas conuenire, etiam lugenti conuenientē eſſe habitum, pallium nigrum, & ſqualidam comam, & tenebras in domo, & ſordes ac puluerem, & cantilenam triſtem, ſemper recens mœroris uulnus animæ cōſeruans. Relinque hæc facienda his qui ſpem non habent: tu autem edoctus es de his qui in Chriſto obdormiuerunt, quod ſeminatur in corruptione, reſurgit in incorruptibilitate. ſeminatẽ in ignominia, reſurgit in gloria: ſeminatur in infirmitate, reſurgit in potētia. Seminatur corpus animale, reſurgit corpus ſpirituale. Quid igitur ploras egreſſum uitæ ueſtem ac habitum tranſmutare? Neq; teipſum deplores, uelut auxiliario quopiā ad uitā ſis priuatus. Præſtat enim ſperare in Dn̄m, q̄ ſperare in hominē. Neq; ob illū luge, uelut grauia perpeſſum. Paulo enim pòſt tuba ex cœlo ipſum expergefaciet, & uidebis ipſum aſtantē ad tribunal Chriſti. Dimitte igitur humiles has & ineruditas uoces Heu inexpecta mala. & hanc: Quis'nā hæc futura putaſſet? & hanc, Quādo id timui ut chariſsimū mihi caput terra obruerem? Hæc enim etiam alio dicente ſi audiamus, erubeſcere nos conuenit, qui tum ex memoria præteritorum, tum ex præſentium experimento, neceſſarias naturę affectiones edocti ſumus. Neq; igitur intempeſtiuæ mortes, neq; aliæ difficultates ac infortunia ex improuiſo incidentia, cōſternabūt nos doctrina pietatis eruditos. Velut uerbi gratia. Filius mihi erat adoleſcens, ſolus uitæ ſucceſſor, ſolatium ſenectæ, gloria generis, flos æqualium, fulcrum domus, ætatē gratioſiſsimam agebat: hic raptus perit, & terra ac puluis factus eſt, qui paulo antè iucundā uocē edebat, & iucūdiſsimū ſpectaculum parentis oculis erat. Quid igitur faciam? dilaniabo ueſtem, & uolutabor humi, & teſtabor deos, & ægreferam, & oſtendam me præſentibus uelut puerum aliquem præ plagis uociferātem ac trementē? Aut rerum neceſſitatē conſiderans, quòd mortis lex ineuitabilis eſt, & per omnem ætatē æqualiter procedens, & omnia conſequenter compoſita diſſoluens, non cōſternabor ex eo quod accidit? neq; mente emouebor, uelut à plaga improuiſa proſtratus, iam olim præeruditus, quòd mortalis exiſtens, mortalem filium habebam: & quòd nihil humanarū rerum ſtabile, neq; perfectè apud poſsidentes permanere ſolet. Sed & urbes magnæ ac clarę, tum ędificiorū ſplendore, tum inhabitatorū potentia, itemq; reliqua & regionis & fori opulentia ac fertilitate ornatæ, in ruinis nunc ſolis, ueteris uenuſtatis ſigna præ ſe ferunt. Nauigiū quoque ſæpenumero ex mari ſeruatū, & q̄d ſexcenties celerem nauigationē perfecit, & infinita onera mercatoribus trāſuexit, unico uenti inſultu diſsipatum eſt. Exercitus item qui in pugnis ſæpe aduerſarios deuicerunt, permutata ipſis proſperitate, miſerabile ſpectaculum ac triſtis hiſtoria facti ſunt. Gentes porrò totæ, itemq; inſulæ ad magnam potentiam progreſſæ, & quæ multa in terra, multa in mari trophęa erexerūt, & multas diuitias ex ſpolijs cumularunt, aut tempore conſumptæ ſunt, aut captiuæ factæ ſeruitutem libertate commutauerunt. Et in ſumma, quodcunq; dicere poſsis ex maximis ac intolerabilibus malis, eius iam præteritum tempus exempla habet. Quemadmodum igitur grauitates libræ momentis diſcernimus, & auri præſtantiam ex affrictu ad lapidem experimur: ſic ad expoſitas nobis à Domino menſuras memoria procedentes, nuſquam à temperantiæ terminis excidere poterimus. Quum igitur aliquando acciderit tibi aliquid ex improuiſis, maximè quidem mente probè inſtructa turbationem non admittes. Deinde uerò ſpe futurorum præſentia leuiora facies. Quemadmodum enim qui debiles oculos habent, ipſos à rebus ſplendidis ualde amouentes, floribus ac herbis refocillant: ſic oportet etiam animam non aſsiduè intueri quod triſte eſt, neq; pręſen-

Iob.4.
Iob.1.
1.Theſ.4.
1.Cor.15.

tibus moleſtijs deditam eſſe: ſed uiſum ipſius ad uerorũ bonorũ ſpeculationẽ circũagere. Hoc modo rectè peraget tibi ut ſemper gaudeas, ſi uita quidẽ tibi ad Deum reſpiciat: ſpes uerò retributiõis, uitæ triſticias leues faciat. Ignominia affectus es? At tu ad gloriam in cœlis per patientiã repoſitam reſpice. Damnũ perpeſſus es? At cœleſtibus diuitijs oculos & animũ intende, & theſauro quẽ tibijpſi per bona opera repoſuiſti. A patria exulas? At patriã habes cœleſtẽ Hieruſalẽ. Filium amiſiſti? At angelos habes, cum quibus tripudies circũ thronũ Dei, & æterna hilaritate lætaberis. Si itaq; hoc modo pręſentibus triſticijs futura bona oppoſueris, cuſtodies tibijpſi animæ iucunditatẽ ac tranquillitatẽ. Ad quam adhortatur nos Apoſtoli legiſlatio. Neq; humanarũ rerũ luculentia ac proſperitas immodicũ gaudium animæ tuæ inducat, neq; res triſtes elationem ac altitudinem ipſius, mœſticia ac ſubmiſsione humilient. ubi enim non ſic præeruditus fueris de rebus humanis, nunq; tranquillam & imperturbatam uitam uiues. Hoc ipſum uerò tibi facile rectè perpetrabitur, ſi præceptũ hoc familiare ac cohabitans habueris, quod te ſemper gaudere adhortatur. Ita ut repudies quidem moleſtias carnis: colligas uerò lætitias animæ: & præſentiũ quidẽ ſenſum tranſgrediaris, ad ſpem uerò æternorũ mentem intẽdas. Quorum etiam imaginatio ſola ſufficit ad animã lætitia explendam, & faciẽdum ut angelica illa exultatio in cordibus noſtris inhabitet, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui gloria & dominium in ſecula, Amen.

Gal.4.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO IN MARTYREM IVLITTAM, ET IN EA QVAE DEFICIUNT à præcedenti concione de Gratiarum actione, Iano Cornario medico phyſico interprete.

ARgumentum quidem Eccleſiæ eſt, nimirum quod ſuper beata martyre fit præconium. Denunciamus enim uobis hanc diem, uelut quæ magni certaminis monumentũ habet, quod in muliebri corpore uiriliſsimum, & omnem admirationis ſtuporem inducens his qui tunc ad ſpectaculũ pręſentes fuerũt, & qui poſtea ex narratiõe expertorũ de ipſo audiunt, beatiſsima mulier Iulitta decertauit, ſi ſanè mulierẽ appellare decet eam quæ animi magnitudine fœmineæ naturę debilitatẽ occultauit. A qua opinor cõmunẽ aduerſariũ noſtrum maximè percuſsũ eſſe, nõ ferentẽ ut à fœminis ſuperetur, qui magna illa iactans, totũ terrarũ orbem ſe concuſſurũ eſſe: & uelut nidũ occupaturũ, & uelut derelicta oua direpturũ, & urbes deſolaturũ, is apparuit à fœminea uirtute ſuperatus: quam aggreſſus in tempore tentationis redarguere ac conuincere, uelut non potentẽ pre naturæ imbecillitate per totum ac ſemper pietatem in Deum conſeruare, inuenit per experientiã natura uiriliorem, & in tantum ipſius terriculamenta deridentem, quantum ipſe ſperabat ſe ijſdem ipſam peterrefacturum eſſe. Etenim quum ipſa litem ad quendam in ciuitate uirum potentẽ haberet, auarumq; ac uiolentum, qui ex rapinis ac præda diuitias ſibij pſi cumulauerat: quiq; terram multã abſciſſam. & agros & uillas, & pecora & famulos, & omnẽ reliquam uitæ ſupellectilem, à muliere ad ſeipſum tranſtulerat. & forum iudiciariũ occupauerat, calumniatoribus & falſis teſtibus & largitionibus ad corrumpẽdos iudices ſuffultus: quum iam adeſſet dies à lege conſtitutus, & pręco uocaret, & aduocati parati eſſent: incipientem docere hominis tyrãnidem, & exponere parantem modum acquiſitionis ac poſſeſsionis à principio, & tẽporis longitudinem, quod dominium ipſius ſtabilierit: deinde uiolentiam ac auaritiam uiri deploraturam, prætergreſſus ille dixit litem lege nõ permiſſam eſſe. Neq; enim fas eſſe cõmunibus participare eos qui Deos regios nõ colerent, & fidem in Chriſtum non iureiurando abnegaſſent. Videbatur itaq; principi iuſta dicere, & neceſſaria proferre ac prætendere. Et ſtatim thus & focus & propoſitio litigantibus prętenta. Negantem quidem Chriſtum, legimus fruituram eſſe, & utilitate ex ipſis: amplectentem uerò fidem, neq; foro iudiciario, neq; legibus, neq; reliquæ reipublicæ

publicæ participem fore, uelut ignominia affectã ſecundum leges eorum qui tunc imperium obtinebant. Quid igitur poſtea? Num ineſcata eſt diuitijs? aut ob contentionem aduerſus iniuriantem, id quod conducibile eſt neglexit? aut periculo ex iudicibus impendente perterrefacta eſt? Minimè gentium. Sed ualeat, inquit, uita, pereant pecuniæ: & neq; corpus mihi reliquum fiat, antequam uocem aliquam emittam impiam contra Deum conditorem meum. Et quanto magis uidebat principem his ſermonibus exaſperari, & ad extremum contra ipſam iram incendi, tanto plus gratias agebat Deo: quia pro pecunijs corruptibilibus litigans, cœleſtium bonorum poſſeſsionem ſibi ipſi confirmare uiſa eſt: & terra quidem ſpoliari, ut paradiſum adipiſceretur: ignominia uerò condemnari, ut corona gloriæ digna fieret. Corpore autem torreri, & temporali uita priuari, ut beatas ſpes conſequeretur, cum omnibus ſanctis in gaudio regni inuenta. Vbi uerò ſæpius interrogata, ſæpius eandem uocem emiſiſſet, famulam Chriſti ſeipſam dicens, & eos qui abnegationem adhortabantur, execraretur: tunc ſanè iudex iniquitatis, nõ ſolum opibus ac poſſeſsionibus, quibus iniuſtè & præter leges ſpoliata erat, ipſam priuauit: ſed etiam ad mortem ipſam condemnauit, uelut ipſe putabat, igni ipſam adiudicans. Ipſa uerò ad nihil eorum quæ in uita iucunda ſunt, adeò feſtinanter currebat, uelut ad flammã illam properabat, facie, habitu, & uerbis quæ loquebatur, & efflorescente hilaritate, gaudium animæ oſtendens, adhortans etiam adſtantes mulieres, ne ad labores pro pietate emolleſcerent, neq; naturæ debilitatẽ prætexerent: ex eadem inquiens maſſa cum uiris ſumus, ad imaginẽ Dei factæ ſumus, uelut etiã hic fœmina æqualiter cum uiro ad ſuſcipiendam uirtutem apta à conditore facta eſt. Et cur non per omnia uiris cognatæ ſumus? Non enim caro ſolum accepta eſt ad mulieris ſtructurã, ſed etiam os ex oſsibus. Quare ſoliditas & firmitas, cõſtantiaq; ac patientia, æqualiter cum uiris etiã à nobis Domino debetur. Hęc ubi dixiſſet, ad rogum inſiliuit. Hic uerò ſanctæ corpus, uelut lucidus quiſpiam thalamus cõplectens, animã quidem in cœleſtem regionem & decentem quietem remiſit. Verùm uenerabile corpus integrum amicis ac cognatis conſeruauit, quod in pulcherrimo delubro in ſuburbio poſitum, ſanctificat quidem locum, ſanctificat aũt & eos qui in ipſum cõueniunt. Terra uerò acceſſu beatæ benedicta, ex proprijs lateribus aquæ naturam gratioſiſsimam remiſit: ut martyri ipſa pro matre facta ſit, & uelut cõmuni lacte aliquo urbis incolæ nutriantur. Hæc aqua & ſanis tutela eſt, & temperatè deliciantibus uoluptatis ſuppeditamentum, & infirmis cõſolatio: ita ut Eliſſæi beneficentiã in Hierichuntinos, ipſa martyr nobis exhibuerit, ut quæ ſalſuginẽ cõmunis naturæ aquarum huius loci, in dulcem & teneram ac omnibus lenẽ ſaporem, per benedictionẽ cõmutauit. Vos uiri ne patiamini, ut mulieribus inferiores ad pietatẽ uideamini. Vos mulieres ne ſuperemini ab hoc exemplo, ſed citra excuſationẽ & prætextũ, pietatẽ amplectimini, opere experimentum capientes, quod ad nullum bonũ perpetrandum, naturę defectus uobis impedimento eſt. Multa adhuc de martyre dicere paratũ, ſermo heri nobis incœptus & imperfectus relictus, diutiorẽ in his moram non permittit: ego uerò omne imperfectum, à natura moleſtè fero. Nam & iniucundum ſpectaculũ eſt imago ex dimidio expreſſa: inutilis uerò eſt profectionis labor, uiatore ad propoſitũ finem, & præfinitã ſtationẽ non conſeruato. Et uenatio breuis compar eſt ei quæ nihil cępit. Et qui in ſtadijs currunt, uno ſolo ſæpe paſſu relicti, à brauio exciderunt. Itaq; etiã nos qui heri Apoſtoli uerborum mentionẽ fecimus, & paucis ipſorum ſententiam nos perſtricturos ſperabamus, inuenti ſumus multiplicia ex dictis prætergreſsi: quapropter neceſſarium ducimus, ut relicta rependamus ac exoluamus. Dicebatur itaque ab Apoſtolo: Semper gaudete, indeſinenter orate, in omnibus gratias agite. Et de eo quidẽ quòd ſemper gaudere oporteat, etiamſi non ſufficienter pro argumento, tamen nobis ſatis heri dictũ eſt. An uerò etiam indeſinẽter orare oporteat, & poſsibile ſit præceptũ, & qui exigitis id à nobis uos parati eſtis, & ego pro uiribus patrociniũ ſermonis eius pręſtabo. Oratio eſt petitio boni à pijs ad Deum fiens. Petitionẽ aũt non omnino in uerbis circũſcribimus, neq; enim putamus Deum cõmonefactione per uerba opus habere: ſed ſcire etiam nobis nõ petentibus, quæ utilia ſunt. Quid igitur eſt q̃d dicimus? Quòd non in ſyllabis orationem nos perficere oportet, ſed magis animi propoſito, & actionibus ſecundum uirtutem in

Gen. 2.
4. Reg. 2.
1. Theſ. 5.

1.Cor.10. omnem uitam extentis, orationis uim explere. Siue enim editis, inquit, ſiue bibitis, ſiue quid facitis, omnia in gloriam Dei facite: deſidens in menſa, ora: aſſumẽs panem, ei qui præbuit gratiam perſolue. Vino debilitatem corporis fulciens, memineris eius qui donum tibi dedit ad lætitiã cordis, & conſolationẽ infirmitatũ. Præterijt neceſſarius ciborum uſus, memoria tamen benefactoris ne prætereat. Vbi tunicam induis, gratias age largitori. Vbi palliũ circundas, auge dilectionẽ in Deum, qui & hyemi & æſtati conuenientia tegumenta nobis largitus eſt, quæq; tum uitam noſtrã conſeruant, tum turpitudinem uelant. Completa eſt dies, age gratias ei qui ſolem in miniſteriũ operum diurnorum nobis donauit: ignem uerò ad illuminandam noctem, & inſeruiendum reliquis uitæ neceſsitatibus, nobis exhibuit. Nox uerò alia nobis orationis argumenta propinet. Quum reſpexeris ad cœlum, & ad ſiderum pulchritudinis intentos oculos habueris, ora ad Dominum uiſibilium, & adora Deum optimũ uniuerſorũ opificem, qui omnia in ſapientia fecit. Quum uideris omnẽ animantiũ naturam ſomno detentã, rurſus adora eum qui etiã inuitè nos per ſomnum, à laborũ aſsiduitate ſoluit, & ex parua requie rurſus ad uirium uigorẽ reducit. Nox igitur non ſit, uelut propria quędã & tota ac præcipua ſomni ſors. Neq; per inſenſibilitatem in ſomno, dimidiam uitæ partem, inutilem tibi eſſe patiaris. Sed diuidatur tibi noctis tẽpus, in ſomnũ & orationẽ. Sed & ſomni ipſi meditationes ſunt pietatis. Solent enim ferè imaginationes in ſomno, diurnarũ curarũ reſonantiæ eſſe. Qualia enim ſunt uitæ noſtræ ſtudia, talia neceſſe eſt eſſe etiam inſomnia. Sic indeſinenter orabis, non in uerbis orationẽ explens, ſed per totam uitæ cõuerſationẽ teipſum Deo coniungens, ut aſsidua & indeſinens oratio ſit uita tua. Sed & in omnibus gratias agite, inquit. & quomodo hoc poſsibile eſt aiunt, animã calamitatibus doloroſam, & dolorum perceptione uelut compũctam, non ad lamentationes effundere lachrymas, ſed gratias agere uelut pro bonis, pro his quæ reuera precibus ſunt remouenda ac abominanda? Quæ eñ imprecatus eſt mihi inimicus, hæc perpeſſus quomodo in ipſis gratias agere potero? Ereptus eſt filius immaturus, & dolores circa primos partus grauiores matrẽ ob dilectũ ac unigenitũ dolentem conſauciant, quomodo relictis lamentationibus gratiarũ actionis uoces aſſumpſerit? quomodo? ſi reputet quod filio ex ipſa genito pater magis proprius Deus eſt, & uitę præfectus ac uillicus prudentior. Cur igitur nõ permittimus prudenti Domino, ut ſuas opes prout ipſi uiſum eſt diſpenſet? Sed uelut proprijs priuati indignamur, & morientibus uelut iniuria affectis condolemus. Tu uerò illud reputa, quòd non mortuus eſt puer, ſed redditus: neq; mortuus eſt amicus, ſed peregrinatus, & paululũ præoccupauit uiam, quam etiam nos neceſſariò oportebit ire. Sit tibi mandatum Dei comes, uelut lucem quandam ac perſpicuitatem ad rerum diſcretionem indeſinenter exhibens, quod ſanè eminus animæ tuæ intentionẽ præcohibens, & ueras de ſingulis opiniones procurans, à nullo eorũ quæ accidũt te permutari ſinet: ſed bene pręparata ac inſtructa mẽte, ſecurè & inconcuſſe uiolentorũ uentorũ & undarum impetus, uelut quendã uicinũ maris ſcopulum ſuſtinere. Cur enim non de mortali mortaliter ſentire præadſueuiſti? Sed improuiſam filij mortem ſuſcepiſti? Quum primùm tibi filij natiuitas annũciata eſt, ſi quis interrogaſſet te, quale eſt quod natum eſt, quid nam reſpondiſſes? num aliud quid dixiſſes, quàm quòd homo eſt quod natũ eſt? Si autem homo, etiam mortalis nimirũ. Quid igitur præter opinionẽ accidit, ſi mortuus eſt mortalis? Non uides ſolem orientem ac occidentem? Non uides lunam augeſcentẽ, ac deinde deficiẽtem? Non terram florentem, deinde marceſcentẽ? Quid circa nos ſtabile eſt? Quid immobilem ac immutabi-

Mat.24. lem habet naturã? Reſpice ad cœlum, & inſpice terram, neq; hæc perpetuò durãt. Cœ-

Luc.21. lum enim & terra præteribunt, inquit, ſtellæ ex cœlo cadent, ſol obtenebrabitur, luna non dabit lumẽ ſuum. Quid igitur mirũ ſi & nos pars mundi exiſtentes, eorum quæ ex mundo ſunt participes ſumus? Ad hæc reſpiciens, quũ etiam ad te uenerit cõmunium rerum portio, fer tacitus ac cõniuens, non indolenter neq; inſenſibiliter: quæ eſt enim indolentiæ merces? ſed grauiter quidẽ ac cum immenſis doloribus, ueruntamẽ ſuffer, uelut generoſus quiſpiam athleta, robur & uirilitatẽ nõ ſolum ex nõ uerberãdo aduerſarios, ſed etiam ex fortiter ferendo plagas ab ipſis acceptas oſtendens. Et uelut quiſpiam ſapiens ac imperturbatus gubernator, præ magna circa artem nauticã experientia,

tia,rectam & indemerſam omniq; tempeſtate altiorem animam conſeruans. Filij dile-
cti, aut uxoris ex animi ſententia ductæ, aut alterius cuiuſdam ex amiciſsimis & omni
beneuolentia coniunctis priuatio,nihil graue eſt prouido,& rectam rationem uitæ du
cem habenti,imò non ſecundum conſuetudinem quandam progredienti. Conſuetudi
nis enim ſeparatio,etiam brutis animantibus toleratu difficillima eſt.Et ego aliquando
uidi bouē in præſepi lachrymantē,contubernali ac coniuge ipſi defuncto. Sed & reli-
qua bruta uidere eſt cōſuetudinem uehemēter amplecti. Tu uerò non ſic didiciſti,neq;
inſtitutus es. At principiū quidē amicitiæ ex longa cōuerſatione & diuturna conſuetu-
dine ſumere,nihil indecori habet. Verùm lamentari ob ſeparationem,& diutinam con-
uerſationē,penitus abſurdum eſt.uerbi gratia, Vxor contigit tibi iuxta uitæ ſocietatem
omnē uitæ uoluptatē tibi exhibens,læticiæ opifex,iucunditatis cauſa,bona & opes au
gēs,in mœrore maximā triſtium partē auferēs.Hæc derepentè rapta perijt,ne exaſpere
ris affectione, neq; ſpontaneū quendā eſſe dixeris eorum quæ fiunt caſum, uelut nullo
præfecto mundū gubernante:neq; malum quendā opificē cōſtitue,ex immodica triſti
cia praua dogmata tibijpſi ſuggerens.neq; terminos pietatis excedas:quandoquidē e-
nim omnino duo in una carne fuiſtis,multa utiq; uenia eſt ei qui diſſectionē & coniun- *Gen.2.*
ctionis diuiſionē cū doloribus ſuſcipit:nō tamē propterea cogitare aliquid inconueni-
ens,aut loqui tibi utile eſt.Cogita em̄ quòd Deus qui nos formauit,& animam indidit,
propriā unicuiq; animæ uitæ cōuerſationē cōtribuit,& alijs alios exitus terminos præ
fixit.Aliū em̄ diutius in carne permanere diſpoſuit.aliū citius uinculis corporis exolui
ordinauit,iuxta inenarrabiles ſapiētiæ ac iuſticiæ ſuæ rationes.Quemadmodū igitur hi
qui in carceres conijciunt,partim diutius uinculorū afflictione includunt, partim cele
rem reperiūt afflictionis libertationē:ſic etiā animæ,partim diutius in hac uita detinen-
tur, partim breuiore tēpore, iuxta proportionē dignitatis uniuſcuiuſq;,ſapiēter & pro
funde,& quantū humanus animus aſſequi nō poteſt, cōditore noſtro rebus ſingulorū
proſpiciēte.Nō audis Dauidē dicentē?Educ ex carcere animā meā, ex moleſtijs uide- *Pſal.141*
licet,inquit.Non audiuiſti de ſancto,quòd anima ipſius exoluta eſt? Quid uerò Sime- *Luc.4.*
on? quū in ulnas accepiſſet Dominū noſtrū,qualem uocē emiſit? non Nunc dimittis ac
exoluis ſeruū tuū Domine?Ei.n. qui ad ſupernā cōueſationē feſtinat,omni pœna,om-
niq; carcere grauior eſt hæc cum corpore uita.Ne igitur requiras, ut conſtitutiones de
animabus,ad tuam uoluntatē conſequant̄. Sed reputa de coniunctis in uita, & qui de
inde morte diſparant̄,quòd cōſimiles ſint uiatoribus unā uiam euntibus, & ꝓpter aſsi
duam inter ſe conuerſationē præ cōſuetudine unitis. Qui poſtq; cōmunem uiam per-
greſsi,de cætero apprehenderint eam quæ ipſam ſecat, neceſsitate iam utrūq; diuiden
te,non conſuetudini aſsidentes propoſita negligunt: ſed cauſam,quæ ipſos ab initio
cōmouit,in memoriam reuocantes, unuſquiſq; ad proprium finem decurrunt. Quem
admodum igitur illis alius erat uiæ ſcopus,contigit autē ipſis inter eundum ex cōſuetu
dine familiaritas.ſic etiam his qui nuptijs,aut alia quapiā uitæ ſocietate coniuncti ſunt,
proprius nimirū uitæ finis ꝓpoſitus eſt:cōiunctos autē inter ſe,præcōſtitutus uitæ ter-
minus neceſſariò ſparauit ac diſſoluit.Grati igitur animi eſt,nō ob ſeparationem diſcru
ciari,ſed propter cōiunctionē ab initio gratiā habere ei qui hoc conſortiū cōceſsit. Tu
uerò etiam quum ſupereſſet tibi uxor,aut amicus,aut filius,aut quicquid eſt tandem de
quo nunc doles, gratiam nō habebas præſentium largitori ſed ſuper deficientibus cō-
querebaris,ſi quidem uxori ſoli cohabitabas, quòd non filij eſſent quales uelles.Si ue-
rò etiam filij aderāt,quòd nō diuitijs abūdares aut etiā quòd inimicos quoſdam proſpe
rè degētes uideres. Vide igit̄ ne quādo ipſi nobis amiciſsimorū priuationes neceſſariò
paremus, præſentes quidem non ſentientes, ablatos autem amplectentes. Quando-
quidem em̄ præſentibus ex Deo bonis gratias nō agimus,neceſſaria nobis ablatio pro
pter ſenſum contingit.Quemadmodū enim oculi quod nimis appoſitū eſt non uident,
ſed moderata quadā diſtantia opus habent: ſic etiam ingratæ animæ, in bonorum ab-
alienatione,præteritā gratiā percipere uidentur. Quum enim acciperent bona, nullam
gratiam largitori cōferentes,poſt ablationem,quod præterijt beatum prædicāt. At ue-
rò nullus noſtrū à gratiarū actione excluditur præ ulla aliqua uitæ calamitate, ſi ſingulos
beneuolè cōſiderare uelis. Multas em̄ contēplationes,eaſq; nō iniucundas,ſingulorum

noſtrum uita poſsidet:ſi itaq; ad id quod inferius eſt reſpiciamus, atq; ſic ex cõparatio-
ne ad deterius, bonũ quod nobis adeſt expendamus, quanti precij id ipſum eſſe putas?
Seruus es? habes aliquem teipſo humiliorẽ, gratias age quòd unũ ſuperexcellis, quòd
non in piſtrinum cõdemnatus es, quòd nõ plagas accipis. Sed neq; huic gratias agen-
di cauſæ deerunt. Non eñ habet pedicas, nõ ligatus eſt in ligno. Vinctus ipſe ſufficien
tem habet cauſam ipſum uiuere, ad gratiarũ actionem. Solẽ uidet, aerem inſpirat, pro-
pterea gratias agit. Iniuſtè ſupplicio afficeris? futurorum ſpe gaude. Iuſtè cõdemnatus
es? etiam ſic gratias age, quòd hic ſuppliciũ pro auſis dependis, & nõ impunitis pecca-
tis æterno ſupplicio reſeruaris. Iuxta eandẽ rationẽ per omnem uitam ac omnia ſtudia,
is qui gratus eſt magnas pro præſentibus gratias benefactori reddere poteſt. Nunc ue
ro plerìq; moroſorũ hominũ more afficiunt, præſens quidẽ negligentes, abſentia uerò
cõcupiſcentes. Non eñ indigẽtiores ſeipſis enumerãtes, gratiã pro his quæ habẽt, be-
nefactori reddũt: ſed cõparatione ad ſuperexcellẽs facta, quantũ ſuperant reputantes,
uelut proprijs priuati his quæ alijs adſunt, ſic triſtant ac conquerunt. Seruus ægrè fert
quòd nõ eſt liber. In libertate educatus, quòd nõ eſt generoſus, & ex nobilitate ſpecta
bilibus procreatus, & quòd nõ ſeptem auos retro numerare poteſt, qui alendis equis,
& in gladiatores ſumptus profuderunt. Qui genere illuſtris eſt moleſtè fert quòd non
ob diuitias ſuperbire datum eſt. Diues triſtatur ac luget, quòd nõ ciuitatibus ac genti-
bus imperat: exercitus dux, quòd nõ regnat. Rex quòd nõ toti ſimul ſub ſole terræ do
minatur: ſed ſunt gentes ipſius ſceptris nõ ſuccumbentes. Ex omnib. autẽ his colligitur,
quòd pro nulla re benefactori gratiæ agant. Verũ nos relicta propter abſentia triſticia
diſcamus propter præſentia gratiarũ actionẽ reddere. Dicamus in triſtiorib. rerum cir-
cumſtantijs ſapienti medico: In tribulatione parua, diſciplina ac caſtigatio tua nobis. di
Pſal. 118. camus. Bonũ eſt mihi quòd humiliaſti me. Dicamus, quòd nõ dignę ſint afflictiões hu
Rom. 8. ius tẽporis ad gloriã, quæ reuelabit in nos. Dicamus, quòd ob pauca ex his quæ pecca
Hier. 46. uimus, flagellati ſumus. Inuocemus Dominũ, Caſtiga nos Domine, uerumtamẽ in iudi
cio, & nõ in iræ impetu. dum eñ redarguimur, à Domino corripimur, ut ne cum mũdo
condemnemur. At uerò in ſplendidiore uitæ cultu, illam Dauidis uocẽ dicamus: Quid
Pſal. 115. retribuam Domino, pro omnib. quæ retribuit mihi? ex non exiſtente ad uitã produxit,
ratione honorauit, artes uitæ coadiutrices nobis largitus eſt: alimenta ex terra remittit:
pecorum nobis miniſteriũ dedit: propter nos pluuiæ, propter nos ſol, montana & cam
peſtris regio noſtri cauſa exornata eſt, refugia nobis ad montium ſummitates procu-
rans: propter nos flumina fluunt, propter nos fontes ſcaturiunt. Mare nobis conceſ-
ſum eſt ad exercendã mercaturã. Diuitiæ ex metallis, uoluptates undiquaq;, omni crea
tura nos ſtipante, propter opulentam & luculentam benefactoris in nos gratiam. Et
quid oportet parua dicere? propter nos Deus inter homines. propter hanc corruptam
carnem. uerbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Cum ingratis eſt benefactor, ad
captiuos uenit liberator, ad ſedentes in tenebris, ſol iuſticiæ: ad crucem, qui omnis affe
ctionis expers eſt: ad mortem uita: ad orcum tenebroſum lux. Reſurrectio propter
lapſos, ſpiritus adoptionis, gratiarum diſtributiones, coronarum promiſsiones, & re-
liqua quæ neq; enumerare facile eſt. in quibus omnibus cõueniens eſt uox prophetæ,
Quid retribuemus Domino, pro omnibus quæ retribuit nobis? Etenim rurſus etiam
hoc non dediſſe, ſed retribuiſſe dictus eſt magnificus ille, uelut non auſpicans gratiam,
ſed retalians laceſſentes. Nam accipientium gratiarum actio pro beneficio reputatur:
qui etiam ubi pecunias dedit, poſtulat à te miſericordiam per manum pauperum. & ſi
accipiat ſua ipſius, integram tibi gratiã uelut pro proprijs refert. Quid igitur retribue-
mus Domino pro omnibus quę retribuit nobis? non enim dimittere poſſum uocẽ pro
phetæ, probè dubitantis, & ſuam paupertatẽ circumſpicientis, quod nihil habet retri-
butione dignũ, qui in tam magnis ac ſplendidis beneficijs, non tamen exceſſum haben
tibus, multiplicia nobis in poſterum promittit: paradiſi delicias, & gloriam in regno, &
æquales angelis honores, & Dei cognitionẽ, quod ipſum his qui digni facti ſunt, ſum-
mum bonũ eſt, quod omnis rationalis natura cupit: quod utinam & nos adipiſci poſsi-
mus, ubi ex carnis affectionibus noſipſos expurgauerimus. Quomodo igitur, inquiũt,
ſocietatem & amorem, quod primum & perfectiſsimũ eſt bonum, quia complementũ
legis

legis eſt dilectio, erga proximos oſtẽdemus, quũ ad aliquos præ magnis calamitatibus preſſos ingreſsi, nõ cõploremus ipſis, neq; lachrymemur; ſed pro his quæ fiunt gratias agamus. Propriam etenim afflictionẽ cum gratiarum actione ſufferre, patientiæ ac cõſtantiæ demonſtrationẽ habet. Verũ pro alienis calamitatibus Deo gratias agere, gaudentis eſt malis, & exaſperantis afflictos, præſertim Apoſtolo præcipiente nobis, plorare cum plorantibus. Quid igitur ad hæc dicemus? aut rurſus neceſſariò noſipſos uerborũ Domini cõmonefaciemus, in quibus nam gaudere nobis pręceptũ eſt, & in quibus lugere? Gaudete, inquit, & lætamini, quia merces ueſtra multa eſt in cœlis. Et rurſus: Filiæ Hieruſalẽ, ne ploretis ſuper me, ſed plorate ſuper filios ueſtros. Igitur cum iuſtis quidẽ exultare ac lætari, diuinus ſermo nobis præcipit. Cum his uerò qui ex pœnitentia lachrymas emittunt, lugere ac lamentari. Aut eos qui indolẽter diſpoſiti ſunt deplorare, quòd neq; ſciunt quomodo pereunt. Minimè uerò cõuenit putare mãdati impletorẽ eſſe eum, qui hominũ mortẽ deplorat, & cum lugentibus in eiulatũ prorumpit. Neq; eñ medicũ laudo, qui pro auxilio ægris ferendo, ipſe morbis plenus eſt, neq; gubernatorẽ, qui pro eo quod dominari nauigantibus debet, & cum uentis pugnare, & undas effugere, & timidiores conſolari, ipſe nauſeat, & unà cum inexpertis maris contriſtatur. Talis eñ eſt qui ad lugentes ingreditur, & non ex propria ratione utilitatẽ impartit: ſed ex alienis afflictionibus indecorum habitũ tranſſumit. Contriſtari quidẽ igitur in calamitatibus lugentiũ, conſequens eſt. Sic eñ teipſum conſortẽ facies afflictis: non hilaris in calamitatibus, neq; indifferens exiſtens in alienis doloribus: non tamen ulterius coefferri cum afflictis conuenit, ita ut coexclames aut lamenteris cum afflicto, aut in alijs imiteris, & ęmuleris eum cui afflictio tenebras induxit: uelut eſt, ſeipſum includere, & nigrum ueſtitum geſtare, & humi deſidere, & tonſurã negligere. Ex his enim calamitas magis augetur, quàm mitigatur. Non uides quod inguinũ abſceſſus & ſplenia, dum hæc quidem uulneribus imponuntur, illi uerò febribus accedunt dolores augent. Verũ manus ipſæ leui ſuo contactu dolentem partem ſupprimunt ac mitigant? Itaq; neq; ipſe afflictionẽ præſentia tua exaſperes, neq; lapſo collabaris. Nam qui iacentem erigere uult, altior omnino lapſo eſſe debet: qui uerò æquè lapſus eſt, altero qui erigat etiã ipſe opus habet. At torqueri quidẽ ab his quæ acciderunt, & quiete contriſtari ob afflictiones conuenit, ita ut in faciei meditatione, & auſteritate grauitatẽ habẽte, animi affectionẽ declares. Verũ ubi ad colloquium uentum eſt, non ſtatim conuenit ad obiurgationes proſilire uelut iacentibus inſultantẽ. Onerosæ eñ ſunt præ mœrore animo afflictis obiurgationes, & ſimul intolerabiles ſunt ſermones eorum qui penitùs indolenter ſe gerunt, & ad perſuadendum inefficaces apud afflictos. At ubi permiſeris inaniter & inefficaciter uociferari ac lamentari, malo iam remiſſo ac ſe laxante, tunc cõcinnè ac leniter adhortationẽ potes attingere. Quandoquidẽ etiã equorũ domitores effrenes pullos nõ ſtatim frenis ſtrangulãt, neq; relidũt: ſic eñ retrocedere, & inſcenſores excutere diſcunt: ſed remittentes primùm ac indulgẽtes ipſis, ubi uiderint ex proprio impetu ac uiolentia animi concitationem conſumpſiſſe, tunc iam domitos ipſos aſſumunt, & per artem obedientiores reddunt. Sic erit iuxta Solomonis ſententiam, Melius ingredi in domũ luctus quàm in domum potus ac conuiuij: ſi quis peritè aut leniter ſermone utens, propriam ſanitatẽ ægroto impartiturus ſit, & non alienæ triſticiæ, uelut lippitudinis particeps futurus. Plorare igitur cum plorãtibus ſic iubemur. Quũ uideris ob delictorũ pœnitentiam fratrẽ lugere, ſimul plora cum ipſo ac condole. Sic enim continget tibi, ut in alienis afflictionibus propriam corrigas. Qui eñ pro peccato proximi calidam lachrymarum guttã effundit, ſibiipſi medetur per hoc quod fratrem deplorat. Talis erat qui dicit: Triſticia occupauit me, ex peccatoribus relinquentibus legem tuam. Pro peccato plora, hoc animæ ægritudo eſt, hoc immortalis animæ mors eſt, hoc luctu & implacabili ploratu dignũ eſt. Ob hoc lachrymæ fluãt, & ne ceſſet gemitus ex profundo corde procedẽs. Paulus lugebat inimicos crucis Chriſti. Hieremias lugebat ob pereuntẽ populum, cui quoniã naturales lachrymæ nõ ſufficiebant, fontem lachrymarum, & extremum limen ac manſionẽ inquirebat: & Sedebo inquit, & plorabo ſuper populum hunc pereuntem dies multos. Tales lachrymas ac talem luctum, Apoſtoli ſermo comprobat, & Dominus beatum prædicat, non facilitatem ad

Rom.12. Mat.10. Mat.27. Prou.12. Pſal.118. Hier.4.

omnem

omnem triſticiã, neq; promptitudinẽ prorumpendi in lachrymas ex omni occaſionẽ. Porrò noui ego quoſdam uoluptuarios, qui propter immodicam uoluptatem, per triſticiæ prætextum, ad crapulam & ebrietatem ſe conuertunt, & intemperantiã ſuam ex
Prouerb.31. Solomonis uerbis mitigare conantur, qui dicit: Date uinũ in triſticia. Eſt autem ſermo prouerbialis, non ebrietatis licentiam exhibens, ſed humanam uitam conſeruans. Vt enim ænigmaticam ipſius ſententiam relinquã, uinum dicentis ſpiritualem læticiam, ne uulgaris quidem ſenſus exiguam curã habet, ut ne uehementi luctu abſorpti, cibos negligant qui grauiter lugent, & ægrè conſolationem admittunt. Verùm pane quidem cor luctu afflicti hominis firmatur, uino uerò collapſæ uires ſuffulciuntur. At uerò uinoſi & ebrij, non triſticiam mitigantes, ſed mala malis permutantes, & prauos contractus facientes, morbos animæ, morbis permutant: & eos qui momenta in trutina adæquant imitantes, tantum triſticiæ ſubtrahunt, quantum uoluptatem augent. Verùm ego opinor, uinum naturæ auxilium exhibere oportere, & nõ tantum meri infundi permittere, ut rationi tenebræ inducantur. Neque enim ſimul cum uino effluet triſticia, & amplius ebrietatis uitiũ animæ accedet. Si uerò triſticiæ medicus eſt ratio, extremum ſanè malũ fuerit ebrietas, medelam animæ impediens. Cæterùm ſingula à nobis dicta repete ac expende, & reperies tum poſsibilitatem, tum utilitatem apoſtolici præcepti, quomodo ſemper gaudeas, rectam rationem ſequens, & quomodo indeſinenter ores, & quomodo in omnibus gratias agas, & quomodo afflictos conſoleris, ut ex omnib. integer ac perfectus ſis ſpiritu ſancto opitulãte, & gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cohabitante. Cui gloria & imperium in ſecula, Amen.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO IN DICTVM ILLVD IN EVANGELIO LVCAE, DESTRVAM horrea mea, & maiora ædificabo, & de auaricia, Iano Cornario medico phyſico interprete.

Prouerb.27. DVplex tentationum ſpecies eſt. Aut eñ tribulationes corda explorant, uelut aurum in fornace, per patientiam integritatem ipſorum deprehendentes. Aut plerunq; etiam ipſæ res ſecundæ tentationis loco apud multos ſunt. Aequè enim difficile eſt, & in rerum difficultatibus animam indepreſſam conſeruare, & rebus proſperis ad iniurias ac contumelias inferendas non extolli. Et prioris quidem tentationum ſpeciei exemplum eſt Iob, magnus ille & inſuperabilis athle-
Iob.1. ta, qui omnem diaboli uim, uelut torrentis impetum, inconcuſſo corde & immutabili ratione ac propoſito ſuſcipiens, tanto maior tantationibus apparuit, quanto maiora & ægrè diſſolubilia certamina ipſi ab hoſte uidentur obiecta eſſe. At uerò tentationum in rebus ſecundis exempla, tum alia multa ſunt, tum hic nunc nobis lectus diues, qui alias quidem diuitias habebat, alias uerò ſperabat, hominum amantiſsimo Deo propter morum ingratitudinẽ, ipſum ab initio non condemnãte, ſed ſemper ad priores diuitias alias dijciente, ſi quo modo ſatietatẽ ipſi inducere poſſet, & animum ipſius ad li-
Leuit.12. beralitatẽ ac manſuetudinẽ prouocare. Hominis eñ diuitis, inquit, ager fertilis erat, & ſupputabat ſecũ, Quid faciã? deſtruã horrea mea, & maiora extruã. Cur igitur fertilis fuit ager hominis nihil boni ex abundãtia facturi? Vt magis Dei lõganimitas appareret,
Matt.6. quum bonitas ipſius ſe etiã uſq; ad tales extendat. Pluit enim ſuper iuſtos & iniuſtos, & ſolem ſuum oriri facit ſuper malos & bonos. Verùm talis bonitas maius ſupplicium mala perpetrantibus immittit. Intulit pluuias in terram ab auaris manibus cultam. Dedit ſolem ad fouenda ſemina, & multiplicandos fructus per fertilitatem. Et à Deo quidem talia, terræ aptitudo, aeris temperati ſtatus, ſeminũ ubertas, boum auxilia, & reliqua quibus agricultura abundare ſolet. Ab homine uerò qualia? Morum amarulentia, odium hominũ, illiberalitas. Hæc benefactori rependebat. Non memor fuit cõmunis naturæ, nõ putauit oportere ſuperfluũ in egenos diſtribuere, nullã præcepti habuit ra-
Tob.4. tionem. Ne abſtineas benefacere inopi, & eleemoſynæ ac fides ne deſerãt te. Et frange eſurienti panem tuum. Et omnes prophetæ omnesq; doctores uociferãtes nõ exaudiebantur.

bantur. Sed horrea quidē propter repoſitorū multitudinē anguſta dirumpebantur, par cum uerò cor non implebatur. Semper enim noua ueteribus apponens, & annuis additamentis opulentiā adaugens, ad inextricabilē conſilij inopiā deuenit, ut ueterib. quidem cedere ob auariciā non permitteret, noua aūt ob copiam ſuſcipere nō poſſet. Ob id inefficacia ipſius conſilia, ancipites curæ, quid faciā? Quis non miſereatur hominis ita obſeſsi? Miſer eſt ob fertilitatē, miſerabilis ob præſentia bona, miſerabilior ob futura quæ expectat. Non enim redditus fert ipſi terra, gemitus ipſi producit. Nō enim fructuum fertilitatē colligit, ſed curas, mœrores & grauem deſperationem. Similiter uelut pauperes lamentaꝫ. An nō & talem uocē edit, cui propter paupertatē anguſtę res ſunt? quid faciā? unde alimēta? unde indumenta? Hæc etiā diues loquiꝫ, affligitur dolore in corde, & præ cura corrodiꝫ. Nam ꝙd alios lætitia afficit, id ipſum auarū conſumit: non enim gaudet omnibus intus ipſi repletis, ſed circūflua opulentia, & prōptuaria ſuperexcedens, animam ipſius affligit, ne fortè ad externos reſpiciens, boni alicuius occaſio egenis fiat. Et mihi ſanè uidetur affectio animę ipſius, guloſorum affectioni ſimilis eſſe, qui dirumpi potius præ ingluuie uelint, ꝗ̄ ex reliquijs egentibus impertiri. Conſidera ô homo eum qui dedit, memor ſis tuijpſius quis es, quid diſpenſas, à quo accepiſti, cur multis prælatus es? Boni Dei es miniſter, uillicus conſeruorū, ne putes omnia uētri tuo præparata eſſe, uelut de alienis ſtatue de his quæ in manibus habes, paruo tempore te lætitia afficient, deinde fluxa peribūt. Verùm ratio de his reddenda, exactè à te exigetur. Tu uerò omnia ſimul foribus ac uectibus cōcluſa tenes, & ſigillis obſtructa habēs, curis inuigilas: & conſilium contra teipſum inis, ſtolido conſiliario teipſo utens. Quid faciam? Promptum erat dicere, Implebo animas eſurientium, aperiam horrea, & omes inopes inuocabo. Imitabor Ioſeph in humanitatis præconio, magnanimā uocem emittam: Quicunqꝫ egetis panibus, uenite ad me, ſinguli dati à Deo beneficij, quātum ſatis erit, uelut ex cōmunibus fontibus participes futuri. Cæterùm tu talis non es, Vnde? qui ſanè inuides hominibus fruitionē, prauum aūt conſilium in anima tua congregās, ſollicitus es, non quomodo diſtribuas unicuiqꝫ ad neceſsitatem, ſed quomodo omnibus ſuſceptis, omnes ipſorum utilitate priues. Aſtiterunt animam repetentes, & ille de edulijs cum anima ſua diſputat: hac nocte aſſumebatur, & in multos annos fruitionem imaginabatur. Permiſſum eſt ut de omnibus conſultaret, & ſententiam ſuam manifeſtam faceret, quo dignam pro uoluntate ſententiam iudicis accipiat. Id quod opto ne tibi accidat. propterea enim ſcriptum eſt, ut ſimilitudinem fugiamus. Imitare terram ô homo, fructū profer uelut illa, ne appareas deterior inanimata. Illa quidem igitur fructus non ad ſuijpſius fruitionem, ſed in tuum uſum enutriuit: tu uerò quem oſtendere debebas beneficentiæ fructum, tibijpſi hunc colligis. Nam bonorum operum gratię ad eos qui illa fecerunt, reuertuntur: dediſti eſurienti, & tuum fit quod datum eſt cum additamento reuertens. Quemadmodum enim frumētum in terra delapſum, lucrum fit ei qui proiecit: ſic panis eſurienti obiectus, multiplicem utilitatem in poſterum reddit. Sit igitur tibi agriculturæ finis, principiū cœleſtis ſationis. Seminate, inquit, uobis ipſis in iuſticiam. Quid igitur anxius es? quid cædis teipſum, luto & lateribus diuitias concludere contendens? Melius eſt nomen bonum ꝗ̄ diuitiæ multæ. Si autem diuitias admiraris propter honorem ex ipſis, cōſidera quanto conducibilius eſt ad gloriam, innumerorum filiorum patrem appellari, quàm innumeros habere in marſupio ſtateres. Et pecunias quidem hic relinques, etiam non uolens: uerùm gloriam bonorū operum ad Dominum deportabis, quando omnis populus coram communi iudice te circumſtans, nutritorem & benefactorem te appellabunt, & omnia humanitatis nomina in te cōferent. Non uides eos qui in theatris, in pancratiaſtas & mimos & decertantes cum feris homines, quos etiam aſpicere quis abominetur, pro modico temporis honore, & tumultu ac populi plauſu, pecunias profundunt? Et tu illiberalis es circa ſumptus faciendos, unde ad tantam gloriam peruenturus es? Deus eſt qui recipit. angeli collaudantes, omnes à creatione homines beatum prædicantes, gloria æterna, corona iuſticiæ, regnum cœlorum, præmia tibi erunt uillicationis rerum harū corruptibilium: quorum nihil tibi curæ eſt, ob præſentium ſtudium, ea quę in ſpe repoſita ſunt contemnenti. Age igiꝫ, diuitias uariè diſpenſa, ambitioſus & ſplendidus circa ſumptus in egenos

Gen. 47.
Oſee 10.
Prou. 22.

Pſal.111. nos euadens. Dicatur etiã de te, Diſperſit, dedit pauperibus, iuſticia ipſius manet in æ
ternum. Ne graui animo preditus ſis, neceſsitatibus imminens, easq; expectans. Ne ex
pectes rei frumentariæ penuriam ut tum horrea aperias. Qui enim ad annonæ carita-
tem frumentum recondit, apud populum execrabilis eſt. Ne ſperes famem propter au
rum, ne cõmunem inopiam propter priuatam opulentiam. Ne fias caupo humanarũ
calamitatum. Ne iram Dei occaſionẽ feceris acquirendæ pecuniæ. Ne dilanies uulnera
flagris cæſorum. Tu uerò ad aurum quidẽ reſpicis, fratrem uerò non aſpicis: & numiſ-
matis quidẽ ſculpturam cognoſcis, & à ſincero adulterinũ diſcernis, fratris aũt indigen
tiam omnino ignoras. Et te quidem auri color ualde delectat, uerũ quantus egeni gemi
tus te ſequatur, nõ reputas. Quomodo tibi pauperis afflictiones ob oculos ponã? Ille
colluſtrans res domeſticas, uidet quòd aurum ipſi non eſt, neq; unquam erit. Supellex
aũt & ueſtitus talis, quales ſanè ſunt pauperum poſſeſsiones, omnia paucis obolis æſti-
manda. Quid igitur? Ad filios deinde oculos conuertit, ut ipſos ad forum uenales ex-
ponat, indeq; mortis conſolationẽ reperiat. Conſidera mihi hic pugnam neceſsitatis fa
mis, & paternæ affectionis. Illa quidẽ miſerrimam mortem minatur, natura autem retra
hit unà cum liberis commori ſuadens: & ſæpe concitatus, ſæpe retractus, tandem à ne-
ceſsitate, ac implacabili egeſtate coactus ſuperatur. Et quæ'nam conſilia ſecum animo
uolutat pater? quem primum diuendam? quem uerò frumenti uenditor placidè aſpici
et? ad ſeniorem ueniam? at ætatis ipſius prærogatiuam reuereor. ad iuniorẽ? at miſe-
ret me ætatis calamitates nõdum percipientis. Hic euidentes parentum characteres ha
bet, ille ad diſciplinas aptus eſt. Heu conſilij inopiam. Quis fiam? quẽ ex his offendam?
qualem beſtiæ animum aſſumam? quomodo naturæ obliuiſcar? Si omnes amplexus
fuero, omnes fame conſumi uidebo. Si unum uendidero, qualibus oculis reliquos aſpi-
ciam, ſuſpectus ipſis iam de fide mea factus? Quomodo domũ inhabitabo, quũ mihij-
pſi liberorum orbitatem induxerim? quomodo ad menſam accedam ex tali occaſione
inſtructam? Et hic quidem immenſis profuſis lachrymis abit, & ad te uenit chariſsimũ
filium diuenditurus. Te uerò afflictio non flectit, naturæ conſiderationem non facis:
ſed fames miſerum illum premit, tu autem differs & diſsimulas, longiorem ipſi faciens
calamitatem. Et ipſe quidẽ uiſcera ſua precium alimentorũ porrigit: tua uerò non ſolũ
non ſtupet manus, ex talibus calamitatibus preciũ ſuſcipiens, ſed etiã de ampliori dan-
do contendis, & quomodo multũ accipiens parum des decertas undiquaq;, aggrauãs
miſero calamitatem. Non lachrymæ apud te miſerabiles ſunt, nõ gemitus cor molliunt:
ſed inflexibilis es & immiſericors, omĩa aurũ uides, aurũ imaginaris, hoc tibi dormien-
ti inſomniũ eſt, & uigilantis animũ poſsidet. Quẽadmodum eñ qui præ inſania mente
moti ſunt, res non uident, ſed ex affectione imaginantur: ſic anima tibi pecuniæ amo-
re occupata, omnia aurum, omnia argentũ uidet. Iucundius aſpicis aurũ q̃ ſolẽ. Optas
omnia ad auri naturã tranſmutari, & huic rei pro uiribus intentus es. Quid eñ nõ pro-
pter aurũ machinaris? Frumentũ tibi aurũ fit, uinũ in aurũ cõgelat, lanæ tibi in aurũ mu
tant: omnis mercatura, omnis uerſutia aurũ tibi affert. Ipſum ſeipſum aurũ generat, dũ
in uſuris multiplicat. Et ſatietas nõ eſt, & finis cupiditatis nõ reperit. Equidẽ pueris gu
loſis ſæpe cõcedimus, ut his quæ cupiunt, ſe expleãt, quo per nimiã ſaturitatẽ faſtidiũ i-
pſis inducamus. At uerò auarus nõ ſic: ſed quanto pluribus implet, tanto plura cupit.
Pſal.61. Diuitiæ ſi affluant, ne apponite cor. Tu autẽ detines circũfluentes, & exitus circũ circa
obturas: deinde dum ſic detinent & reſtagnant, qualia tibi faciunt? dirumpunt impedi
menta, profectò etiam nunc uiolenter cõcluſæ ac redundantes, diuitiis horrea demoli-
untur, ad ſolum proſternunt promptuaria ipſius, uelut hoſtis quidam irruentes. At ma
iora ædificabo? Incertum an'ne deſtructa ſucceſſori traditurus ſit. Citius eñ utiq; ipſe
raptus perierit, q̃ illa iuxta auaram induſtriã extrui poſsint. Verùm hic quidẽ diues ma
lorum conſiliorũ finem comparẽ adeptus eſt. Vos autẽ ſi mihi credere uelitis, omnib.
promptuariorũ foribus apertis, largũ diuitijs tranſitũ ac exitũ exhibebitis: quemadmo
dum magno flumini fructuoſam terrã per infinitos riuos accedenti: ſic ipſi diuitijs per
mittentes, ut per uarias uias ad pauperũ domos dilabantur. Putei dum exhauriuntur,
ſpecioſiores fiunt: dimiſsi uerò ac quieti, putent. Sic diuitiæ quieſcentes & repoſitæ, in
utiles ſunt: quæ uerò mouent, ac tranſeunt, utiles in cõmune ſunt, & fructuoſę. O quã
ta tibi

ta tibi apud eos quibus benefeceris laus parata eſt, quam neutiq; contemnendam cenſeo: quanta uerò apud iuſtum iudicem merces, cuius fides tibi minimè ſuſpecta eſſe debet. Vbiq; tibi diuitis accuſati exemplum occurrat, qui iam præſentia cuſtodiens, & de futuris ſolicitus, & incertum habēs an cras uicturus ſit, craſtinū peccatū hodie deliquit. Nondū uenit ſupplex, & anticipans feritatē oſtendit: nondū collegit fructus, & iam auaritiæ iudicium incurrit. Terra equidē ſua fertilitate ipſum excipiebat, profundā in aruis ſegetem præmonſtrans, multos botros in ſarmentis ac palmitibus oſtentās, turgentem fructibus oleam exhibens, omnesq; ex arborum fructibus delicias promitens: ipſe uero inutilis & infructuoſus erat, nondum habens, & iam egentibus inuidens. Quāquam quot pericula imminent ante fructuum collectionem? Nam & grando ſæpe confringit, & æſtus ex medijs manibus rapit, & pluuia intempeſtiuè è nubibus erumpens, fructus inutiles facit. Nō igitur oras ad Dominum, ut beneficium gratiæ ipſius perficiatur: ſed anteuertens, teipſum indignum facis ad ſuſcipienda ea quæ tibi ſunt cōmonſtrata? Et tu quidem in occulto tecum loqueris, uerùm uerba tua in cœlo examinantur. Quapropter inde tibi reſponſa ueniunt. Quæ autem ſunt quæ dicit: Animula mea, habes multa bona repoſita, ede, bibe, lætare. O' abſurditatem. ſi ſuillam haberes animam, quid aliud quàm hoc ipſi annunciare potuiſſes? Adeò beſtialis es, adeò bonorum animæ non gnarus, ut carnalibus edulijs ipſam excipias: & quæ ſeceſſus locus ſuſcipit, ea ad animam demittas. Siquidem uirtute prædita eſt, aut bonis operibus plena, aut Deo aſſimilata, multa bona habet, & honeſta animæ lætitia lætetur. Quum uerò terreſtria ſapias, & Deum habeas uentrem, & totus carneus ſis, & affectibus inſeruias, audi cōuenientem tibi appellationē, quam nullus hominum, ſed ipſe Dn̄s tibi dedit: Stulte, hac nocte animā tuam à te exigent: quæ uerò parata habes, cuius erunt? Maior eſt riſus temeritas, q̄ æterni ſupplicij. Qui em̄ paulo pòſt raptus, abducendus eſt, qualia conſultat? Deſtruam horrea mea, & maiora ædificabo. Rectè ſanè facis, dixerim ego ad ipſum. Digna em̄ ſunt deſtructione promptuaria iniuſticiæ, dirue tuis manibus quæ male ædificaſti. diſſolue frumentarios penus, unde nunq; ullus exhilaratus abijt. Deſtrue omnē domū auaritiæ cuſtodē, ſubuerte fornices, demolire muros, oſtende ſoli frumentū carioſum, educ ex carcere uinctā opulentiam. Duc in triumphū tenebroſa māmonę habitacula. Deſtruā horrea mea, & maiora ædificabo. Si uero etiā hæc impleueris, quid tū excogitabis? Num rurſus deſtrues, & rurſus ædificabis? & quid his ſi ſolidius fieri poſſit? laborare ſine fine, ædificare ſūmo ſtudio, & de induſtria deſtruere. Habes horrea, ſi uoles, domos pauperū, reconde tibijpſi theſaurū in cœlo. Quæ illic reponuntur, nō depaſcunt tineæ, nō corrodit caries, nō prædantur fures. Atqui tunc pauperibus impertiar, ubi ſecunda horrea expleuero. Longa tibijpſi uitæ tēpora præfixiſti: uide ne te id anteuertat, quod præfinitū ex ſtatuto tibi imminet. Nā hęc promiſsio nō bonitatis, ſed malignitatis ſignificationē de ſe præbet. Promittis enim, nō ut des poſtea, ſed ut in præſens propulſes. Quādoquidē quid eſt quod impedit largitionē? Nō adeſt indigus? nō ſunt plena horrea? nō parata merces? non pręceptū clarum? eſuriens conſumitur, nudus riget: is à quo exigitur debitū, ſtrangulat, & tu eleemoſynā in craſtinum differs. Audi Solomonē: Ne dixeris, reuerſus redi, & cras dabo. Non enim noſti quid pariet dies ſuccedēs. Qualia præcepta contēnis, auaricia aures præobturatas habens? quantā te benefactori gratiā habere oportebat? & hilarem eſſe, ac lætícia præditum ob eum honorē, quòd nō ipſe aliorū fores turbas, ſed alij tuas occupant? Nūc uerò triſtis es, & ægrè conueniri potes. occurſus hominū declinas, ne forte exiguum quid è manibus eijcere cogaris. Vnam noſti uocē. Non habeo, neq; dabo ſum enim pauper. Reuera pauper es, & omnis boni inops pauper dilectione, pauper humanitate, pauper fide in Deum, pauper æterna ſpe. Participes frumenti facias fratres: q̄d cras putreſcet, hodie trade egenti. Auariciæ ſpecies peſsima eſt, neq; ea quæ corrūpuntur, egenis impertiri. Cui, inquit, iniuriā facio, ſi mea retineo ac cōſeruo? Qualia, dic mihi, tua? unde accepta in uitam intuliſti? Quēadmodū ſi quis in theatro ſpectādi loco occupato, deinde ingredientes prohibeat, propriū ſuijpſius iudicās id, quod cōmuniter omnibus iuxta uſum propoſitū eſt. Tales ſunt diuites. Cōmunia em̄ pręoccupantes, & ipſa propter anticipationē propria faciunt. Quandoquidē ſi unuſquiſq; ad ſuæ neceſsitatis conſolationem

Prouerb. 3.

p capiens,

capiens,id quod redundat egenti dimitteret,nemo eſſet diues,nemo inops. Non'ne nu dus ex utero excidiſti?non nudus rurſus in terram reuerteris? Præſentia uerò unde ti bi ſunt? Si à caſu ſpontaneo dicis,impius es,nõ cognoſcens conditorẽ,nec gratiam ha bens largitori: ſi uerò confiteris eſſe à Deo,dic rationẽ nobis ob quam accepiſti. Num iniuſtus eſt Deus,qui inęqualiter nobis ad uitã neceſſaria diſtribuit? Cur tu quidẽ di ues es,ille uerò egenus? Profectò omnino ꝙ & tu bonitatis ac fidelis diſpẽſatiõis mer cedẽ accipias,& ille ob magna patientiæ certamina præmia ferat. Tu uerò omnia inex plebilibus auaricię ſinibus cõplexus,neminem iniuria afficere te putas,cum tot priues. Quis eſt auarus? qui eo quod ſatis eſt,cõtẽtus nõ eſt: quis aũt eſt priuator ac prędator? qui quæ ſingulorũ ſunt,aufert. Tu aũt non es auarus? non es prædator? qui ea quæ diſ penſanda ſuſcepiſti,tibiipſi propria facis? Aut qui ueſte quidẽ indutum denudarit, fur nominabitur ac prædator: qui uerò nudum non induit,quũ hoc facere poſsit,alia qua dam appellatione dignus eſt? Eſurientis eſt panis, quẽ tu detines: nudi eſt palliũ, quod tu in ueſtario conſeruas: diſcalciati eſt calceus,qui apud te computreſcit: indigentis eſt argentũ,quod defoſſum habes. Quare tot hominib. iniuriã facis,quot dare potes. Pul chri quidem ait,ſunt ſermones,ſed pulchrius eſt aurum. Idem itaq; accidit nobis,quod his qui apud proteruos de temperantia diſſerunt. Nam illi quum uituperari audiunt a micam,à mentione ipſa ad cõcupiſcentias inflammantᷣ. Quomodo tibi pauperis affli ctiones ob oculos producã, quo ſcias è qualibus gemitibus tibiipſi theſaurũ colligis?

Matt.25. O' quanti precij tibi uidebitur in die illa iudicij uerbum illud: Venite benedicti patris mei,poſsidete regnum à iactis mundi fundamentis uobis paratũ: eſuriui enĩ & dediſtis mihi edere: ſitiui,& potaſtis me: nudus eram, & induiſtis me. Quantus rurſus horror ac ſudor & tenebræ tibi oborientur,ubi audieris condemnationẽ: Abite à me maledi cti in tenebras exteriores,paratas diabolo & angelis ipſius. Eſuriui enim,& non dedi ſtis mihi quod ederem: ſitiui,& non potaſtis me: nudus eram,& non induiſtis me. Non enim illic raptor accuſatur,ſed qui bona non communicauit, condemnatur. Ego qui dem quæ conducere putaui,dixi: tibi uerò credenti quidem ac obſequenti præmanife ſta ſunt bona in promiſsionibus repoſita. inobedienti uerò minæ ac pœnæ iam præſcri ptæ ſunt,quarum experimentum opto ut effugias,meliori mẽte aſſumpta, quo redem ptionis præmium tibi fiant propriæ diuitiæ, & ad cœleſtia bona tibi parata perueniás, per gratiam eius qui nos omnes ad regnum ſuum uocauit. Cui gloria & dominium in ſecula ſeculorum. Amen.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO
AD DIVITES, IANO CORNARIO MEDI-
co phyſico interprete.

DIctum etiam hodie mane eſt de hoc adoleſcente, & meminit omni no diligens auditor eorum quæ tunc ſunt expenſa primum quidem,

Luc.18. quòd nõ idem eſt cum legiſperito qui eſt apud Lucam. Ille enim ten tator erat,ſimulatas interrogationes faciens: hic uerò ſalubriter qui dem interrogabat,uerùm non obediẽter ſuſcipiebat. Non enim ab iiſſet ob tales Domini reſponſiones triſticia affectus, ſi contemptim ipſi quæſtiones propoſuiſſet. Quapropter mores ipſius uelut mixti nobis declarati ſunt,partim laudabilem oſtendentis ſermonem,partim miſerrimum & penitùs deſperatum. Etenim cognoſcere uerum doctorem, & præterita phariſæorum ſuperbia,& legiſperitorum opinionibus, ac ſcribarum turba, appellationem hanc ſoli uero & bono doctori deferre,hoc ipſum erat quod laudabatur. Et ſanè quòd uideba tur ſolicitus eſſe,quõ æternam uitam adipiſceretur neq; hoc reprobandum. Verùm il lud deinceps totum ipſius propoſitum redarguit,quòd non ad uerum bonum reſpici at,ſed ut multis placeat,intentus ſit: poſtquam uidelicet dogmata ſalutis à uero docto re didicit,quòd illa cordi ſuo non inſcripſit,neq; doctrinas ad opus perduxit: ſed mœ ſtus abiit, cupiditate diuitiarum tenebras ipſi offundente. Hoc ſanè morum inæquali tatem,& ꝙ à ſeipſo diſſentiat,redarguit. Doctorẽ dicis,& ea quæ diſcipulorũ ſunt, non facis?

facis: bonū confiteris, & ea quæ dat repudias, & quidē quum bonus bonorū nimirū ſit largitor. Et interrogas quidē de uita æterna, uerū redargueris, quòd totus ſis præſentis uitæ uoluptati adalligatus. Quod uerò moleſtū aut graue aut durū adeò uerbū doctor ipſe prætendit? Vende res tuas, & da pauperibus. Si tibi agriculturæ labores propoſuiſſet, aut pericula ex mercatura, aut alias difficultates quæ lucrū ſectantibus impendēt, triſticia affici te oportebat ægreferentem præceptū. Quum uerò per facilē adeò uiam, nullum laborē, nullū ſudorem habentē, promittat hærede te uitæ æternæ ſe facturum, nō gaudes ob facilitatē ſalutis, ſed dolore afflictus abis, animoq; contriſtaris, & omnia tibiipſi inutilia facis, quæ tibi præelaborata ſunt. Si ēm non homicida fuiſti, uelut tu dicis, neq; adulteriū cōmiſiſti, neq; furatus es, neq; cōtra aliquē falſum teſtimoniū tuliſti, inutile tibi facis omne circa hæc ſtudiū, quū nō apponas quod reliquū eſt, per quod ſolum poteris ingredi in regnū Dei. Iam ſi medicus promiſiſſet tibi ſe correcturū mēbra, ex natura aut ægritudine mutilata, nō utiq; triſtis hoc audiuiſſes. Poſtq; uerò magnus animorum medicus perfectum te facere uult, cui maximè neceſſariæ ac principaliſsimæ partes deſunt, non ſuſcipis beneficiū, ſed luges ac triſtem uultū præ te fers. Ab illo equidē præcepto lōgè abeſſe palàm uideris, & falſò tibiipſi teſtimonium de ipſo præbuiſti, quòd dilexiſti proximum tuū uelut teipſum. Ecce ēm id quod à Domino mandatum eſt, redarguit te, & declarat quòd quàm longiſsimè à uera dilectione abes. Si ēm id quod affirmaſti, uerum eſſet, quòd à teneris annis præceptum dilectionis ſeruaſti, & tantum dediſti unicuiq; quantū tibiipſi, unde tibi hæc ipſa pecuniarū opulentia? Nam egenorum cura diuitias conſumit, quum ſinguli quidē pauca accipiant ad neceſſariam curam, omnes uerò ſimul res inter ſe diſtribuant, ac in ſeipſos expendāt. Quare qui diligit proximū uelut ſeipſum, nihil amplius poſsidet q̄ proximus. Atqui uideris multas opes habere. unde has? aut manifeſtum eſt quòd propriam fruitionem multorum commodis prætuliſti? quanto igitur magis redundas diuitijs, tanto amplius deſtitutus es dilectione. Nam iam diu de abalienandis pecunijs cogitaſſes, ſi proximum uelut teipſum dilexiſſes. Nūc aūt opes tibi magis quàm corporis membra accreuêre, & mœrore afficit te ipſarum ſaparatio, uel corporis partium detruncatio. Si enim induiſſes nudum, ſi dediſſes eſurienti panem tuū, ſi fores tuę apertę fuiſſent omni peregrino, ſi fuiſſes pater pupillorū, ſi omni debili ac impotenti condoluiſſes, pro quibus nunc pecunijs triſticiam concepiſſes? Quō uerò ægrè tuliſſes depónere reſtantes, ſi ipſas olim indigentibus diſtribuere ſtudio habuiſſes? Deinde in nundinis quidē nemo triſtatꝛ, quod profundit præſentia, & uiciſsim accipit quibus opus habet. Sed quanto uiliori precio res preciosiſsimas emerit, tanto magis gaudet, uelut qui egregiā permutationē fecerit. Tu uerò triſtaris, quòd aurū & argentū & opes diſtribuis, hoc eſt, lapides in terrā profundis, quo beatā uitam acquiras. At uerò ad quid uteris auro? ueſtitu precioſo cooperies teipſum? Atqui tunicula duarum ulnarū tibi ſuffecerit, & unius pallij amictus omnē indumentorū neceſsitatē explebit. Verùm ad lautiorē uictum diuitijs abuteris? At unus panis ad explēdum uentrē ſufficit. Quid igitur triſtaris, uelut aliqua re priueris? Num gloria ex diuitijs? At ſi non in terris gloriā quæſiueris, inuenies ueram illam & ſplendidam, pręcedentē te in regnū cœlorū. Atqui ipſum hoc diuitias habere amabile eſt, etiamſi nulla utilitas ab ipſo accedat. Quod quidē igitur inutile diuitiarū ſtudium, omnibus notum eſt. Veruntamen pręter opinionē fortaſsis uidebitur id quod dicturus ſum, ſed tamen quauis re magis uerum eſt. Diſperſæ diuitiæ eo quo Dn̄s admonet modo, permanere ſolent: retentæ aūt, abalienari. Si cuſtodieris, non habebis: ſi diſperſeris, non perdes. Diſperſit enim, dedit pauperibus, iuſticia ipſius manet in æternum. At uerò nō ueſtimentorum gratia, neq; alimentorū pleriq; diuitiarū amore tenentur: ſed quædam à diabolo inſidiæ excogitatæ ſunt, quæ infinitas ſumptus faciendi occaſiones diuitibus ſuggerunt, ut ſuperflua & inutilia uelut neceſſaria habeātur. Diuidunt enim opes, tum in præſentem uſum, tum in futurum: & alias ſibiipſis, alias liberis reponunt. Deinde eaſdem in uarias ſumptus occaſiones partiuntur. Quales enim ſunt ipſorum ordinationes? Hæc pecunia, inquiunt, in uſu ſit: illa repoſita: & hęc uſibus inſeruiens, neceſſariorum terminum tranſcendat: illa ad ſumptuoſitatem domeſticam adſit: hæc ad externas imaginationes inſeruiat: illa iter facienti ſumptus ſuppeditet: & ruſus illa domi

Eſa. 58.

Pſal. 111.

manenti ſplendidum ac luculentum uictum inſtruat: ut mihi admirabilis uideatur men
tis circa ſuperflua uerſutia. Vehicula adſunt innumera, alia ad ſupellectilis uecturã pa-
rata, alia ipſis uehendis deſtinata, auro & argẽto intecta. Equi quàm plurimi, & hi à pa
trum generoſitate uelut homines nobilitatẽ ſuam trahentes: & alij quidem deliciantes
ipſos per urbem circumuectant, alij uenationem ſimul faciunt, alij ad profectionẽ præ
parati ſunt: freni & cingula & collaria omnia argentea, omnia inaurata. Tapetes pur-
purei ornãtes equos uelut ſponſos. Mulorũ colore diſtinctorum multitudo: aurigę ho-
rum uiciſsim ſuccedentes, alij præcurrentes, alij conſequentes. Reliquorũ famulorum
numerus infinitus, ad omnem ſumptuoſitatẽ ſufficiens: procuratores, promi, agricolæ
omnis artis experti, tum neceſſariæ, tum eius quæ ad uoluptates ac delicias inuẽta eſt:
coci, piſtores, pincernæ, uenatores, plaſtæ, pictores, omnigenæ uoluptatis opifices: gre
ges camelorum partim ad onera ferenda, partim ad paſcua deſtinati: greges equorum,
boum, ouium, ſuum. Horum paſtores. Terra his omnibus ad alimentum ſufficiens, &
adhuc inſuper prouentibus opes augens: balnea in urbe, balnea in agris. Domus om-
nis generis marmoribus fulgẽtes, alia Phrygio lapide, alia Laconica aut Theſſalica cru-
ſta. Et ex his aliæ in hyeme calfacientes, aliæ æſtate refrigerantes: pauimentum calculis
uariegatum: aurum fornices ac laquearia ſublinens. Quæ uerò murorum pars cruſtam
non habet, ea picturæ floſculis exornatur. Vbi uerò ad infinita diſtractæ diuitiæ adhuc
redundant, infra terram detruduntur, & in arcanis aſſeruantur. Incertum eſt em̃ quod
futurum eſt, ne fortè inexpectatæ neceſsitates nos corripiant. Imò incertum magis an
ad defoſsi auri uſum peruenturus ſis. Non incerta autem inhumanitatis morum pœna:
quum enim infinitis excogitatis artibus aurum conſumere non poſſes, tunc ipſum ſub
terram occultaſti. Ingens inſania, quum quidem in metallis eſt aurum, terram perſcru-
tari: quum autem in conſpicuo eſt, rurſus ipſum in terram occultare. Deinde cõtingit,
Mat. 6. ut defodiens diuitias, ſimul defodias etiã cor ipſum. Vbi enim theſaurus tuus inquit,
ibi etiam cor tuum. Quapropter præcepta ipſos dolore afficiunt. Nam uitam minime
ſibijpſis uiuendã ducunt, ſi non inutilibus ſumptibus ſint occupati. Et mihi ſanè uide-
tur affectio huius adoleſcentis, aut eorum qui eius ſimiles ſunt, conſimilis eſſe uiatori,
qui deſiderio alicuius urbis, uiam uſque ad ipſam pertinaciter perficiat: deinde alicubi
in hoſpitia ante muros diuertat, propter ſegnitiem ad exiguum adhuc faciendum mo-
tum, tum inſumptum iam laborem inutilem faciens, tum à conſpectu eorum quæ in ur-
be egregia ſunt, ſeipſum excludens. Tales ſunt qui alia quidem facere ſuſtinent, uerùm
ad bonorum depoſitionem reluctantur. Noui quoſdã qui ieiunarunt, qui orarunt, qui
ingemuerunt, omnem deniq; ſine ſumptu pietatem exercuerunt, uerùm ne unum qui-
dem obolum in egenos expenderunt. Quæ utilitas his eſt reliquæ uirtutis? Non enim
Luc. 18. excipit ipſos regnum cœlorum, quia facilius eſt, inquit, camelum per foramen acus pe-
netrare quàm diuitem in regnum cœlorum. Et ſententia quidem lata manifeſta eſt, &
qui dixit uerax: uerùm qui credunt, pauci ſunt. Et quomodo uiuã ubi omnia abiecero
inquit? Qualis uerò uitæ figura erit, ſi omnes omnia uendant & omnia abijciant? Ne
percuncteris ex me Dominicorũ præceptorum ſententiam. Is qui legem tulit, nouit e-
tiam poſsibilitatẽ legi adaptare. Verùm cor tuum uelut in trutina examinatur, utrũ ad
uitam ueram, aut ad præſentem fruitionem declinet: diſpenſatorium enim diuitiarum
uſum, & non uoluptuarium, eos qui ſobriè reputare uelint, putare conuenit: & ubi de-
ponimus gaudere uelut alienis priuatos, & nõ ægrè ferre, uelut proprijs excidiſſemus.
Quid igitur triſtaris? cur luctum animo cõcipis, quum audis, Vende quæ habes? Si enim
ſequerentur te ad uitam futuram, neq; ſic ſanè eſſent amplectenda, ut quibus à præmijs
quæ iſthic ſunt, tenebræ obfundantur. Si uerò neceſſe eſt ipſa hic manere, cur non di-
uenditis ipſis lucrũ inde auferimus. Tu uerò aurũ exponens, & equum acquirens, non
triſtaris: peritura uerò proijciens, & regnum cœlorum pro ipſis accipiens, lachrymaris.
Auerſaris petentem, & donum negas, infinitos ſumptuũ prætextus excogitans. Quid
reſpondebis iudici tu qui parietes ueſtis, hominem nudũ ſinis? Qui equos ornas, fra-
trem in turpi amictu contemnis? qui frumẽtum putreſcere ſinis, eſurientes nõ nutris?
qui aurum defodis, eum qui fame ſtrangulatur negligis? Porrò ſi etiam uxor diuitiarũ
amans cohabitauerit, duplicatus morbus erit. Delicias em̃ accendit, & uoluptates au-
get, &

get,& curioſis cupiditatibus ſtimulos immittit:lapides quoſdam excogitans, uniones & ſmaragdos & hyacinthos, & aurum partim fabricans, partim texens, & per omnes ineptias morbū augens. Non em̄ obiter huc incumbunt, ſed & noctes & dies curas de his habent. Et innumeri adulatores cupiditatibus ipſorū ſuccurentes, congregant floridorum colorū tinctores, auri fuſores, unguētarios, textores, uariegatores: nullo tempore reſpirare uirū permittit, aſsiduis imperijs ipſum diuexans. Nullæ opes ſufficiunt ad inſeruiendū muliebribus cupiditatibus, etiamſi ex fluminibus affluant, & barbarici unguenti ſtudio tenentur, uelut olei ex foro: flores uerò ex mari, conchylium, pinna, lanam ex ouibus excedunt. Aurū autē precij ingentis lapides complexū, partim in frontis ornatum ipſis cedit, partim in torques ac monilia: & aliud in cingulis habent, aliud manus uincit ac pedes. Nam aurum amantes manicis uinciri gaudent, modò aurum ſit quod ipſas uinciat. Quando igitur animæ curam habebit, qui muliebribus cupiditatibus inſeruit? Quemadmodū em̄ procellæ ac turbines debilia nauigia, ita prauæ uxorum affectiones animas coniugū demergunt. Quū igitur ad tot abuſus diſtrahantur diuitiæ à uiro & uxore, uanarū rerum excogitatione ſe mutuò ſuperantibus, meritò nullam occaſionem habent ad exteros reſpiciendi. Sed ſi quidem audieris, Vende quæ habes, & da pauperibus, ut habeas uiatica ad fruitionem uitæ æternæ, abis triſticia affectus. Si uerò audieris, Da pecunias muliebri luxui, da lapidicidis, fabris lignarijs, calculorum locatoribus, pictoribus, gaudes uelut aliquid pecunijs precioſius acquiras. Non uides muros hos, qui temporis diuturnitate corruerunt, quorum reliquiæ uelut ſcopuli quidā per totā urbem eminent? Quot erant in urbe pauperes, quū hi extruerent, qui propter ſtudium in hos collocatū, à diuitibus eius temporis negligebantur? Vbi itaq; ſplendida operum ſtructura? Vbi is qui propter horum magnificentiā beatus prædicabatur? Nonne hæc quidem diſperſa ſunt & abolita, uelut ea quæ à pueris per luſum in arenis extruuntur? Ille uerò in orco iacet, ob rerum uanarū ſtudium neglectus. Magno præditus ſis animo, muri autē tum parui, tum magni, eundem uſum præbent. Quū obiter in domū uiri inepti ac ualde opulenti ingreſſus fuero, & uidero ipſam omnigenis floribus illuſtratam, noui quod hic nihil precioſius poſsidet his quæ uidentur: ſed inanimata quidem magno ſtudio ornat, animam uerò incultā habet. Dic mihi quem tandem eximiū uſum exhibent argentei lecti, & menſæ argenteæ, & thori eburnei, & ſellæ eburneæ? ut propter hæc diuitiæ ad pauperes non tranſeant, etiamſi innumeri ſtent præ foribus, omnes miſerabilē uocem edentes. Tu em̄ negas te daturū, impoſsibile eſſe affirmans ſufficere ac ſuppeditare tot petentibus, & lingua quidem te excuſas, à manu autem redargueris. nam manus tua tacens, uanitatē declarat, dum gemmæ ac anuli fulgore coruſcat: quot poteſt unus tuus anulus ab ære alieno exoluere? quot domos corruentes erigere? Vnica tua ueſtiaria arca, totū populū frigore rigentem amicire poteſt, & tamen pauperē uacuis manibus ablegas, non timens iuſticiam retributionis iudicis: non miſertus es, non reperies miſericordiam. Non aperuiſti domū, repudiaberis à regno. Non dediſti panem, non accipies uitam æternam. At pauperē dicis teipſum? & ego aſſentior. Pauper em̄ eſt, qui multis indiget: multorū autem indigos uos facit inſatiabilis cupiditas. Decem talentis, alia decem addere ſtudes: ubi uiginti facta fuerint, alia uiginti quæris. Et ſemper id quod additur, non ſiſtit appetentiam, ſed accendit cōcupiſcentiam. Quemadmodū em̄ ebrioſis occaſionem bibendi præbet uini copioſior acceſsio, ſic recens ditati ubi multa acquiſiuerunt, plura cupiunt, eo quòd ſemper accedit morbum alentes: & conuertitur ipſis ſtudium ad contrarium. Non em̄ lætificant ipſos præſentia quæ tanta ſunt, quantū contriſtant quæ deſunt, & quæ ſibi deficere putant, ut animi ipſorū ſemper curis conſumantur, dum ad ditiores certamen inſtituunt. Quum em̄ oporteret ipſos gaudere, & gratias habere, pro eo quòd tot hominibus ſint opulentiores, ęgrè ferunt ac dolent, quòd unus aut alter eſt, à quibus opulētia ſuperantur. Vbi uerò hunc diuitem aſſequuti fuerint, ſtatim ditiori adhuc æquales fieri contendunt: & ubi etiam ad illū peruenerint, ad aliū ſtudium ſuū transferunt. Quemadmodum hi qui ſcalas aſcendunt, ſemper ad ſuperiorem gradū ueſtigiū attollentes, nō prius quieſcunt quàm ad ſummum perueniant: ſic etiam hi non ceſſant ab appetenda potentia, donec in altum ſublati, ſublimi caſu ſeipſos præcipitarint. Seleucidem auiculam

in hominum beneficentiam, uniuerſorum conditor inſatiabilem eſſe ſobornauit: tu uerò in multorum detrimentũ, animã tuam inexplebilẽ feciſti. Quæcunq; uidet oculus, ea cupit auarus: non exatiatur oculus uidendo, & non expletur auarus accipiendo. Or-
Eccleſ.10. cus nõ dixit, Sufficit: neq; auarus unq; dixit, Satis eſt. Quãdo uteris præſentibus? quan-
Eſa.5. do frueris ipſis, quum ſemper laboribus acquirendi detinearis? Væ uobis qui coniungitis domum ad domũ, & agrum ad agrũ cõnectitis, ut de uicino aliquid auferatis. Quid uerò tu facis? nonne prætexis infinita, ut quæ uicini ſunt, accipias? Vmbram offundit mihi, inquit, uicini domus, tumultus immittit, aut ſi quid aberrarit ſuſcipit, aut quodcunque tandem cauſificatus, compellens & extrudens, & trahens ſemper ac lacerans, non deſinit prius quàm neceſsitatem ipſi induxerit trãſmigrandi. Quid Nabuthe Iſrae-
3.Reg.21. litam occidit? Non'ne cupiditas uineæ ipſius Achaab? Malus in urbe cohabitator, malus in agris auarus. Mare nouit terminos ſuos, nox non tranſgreditur antiquam termini præſcriptionem. At uerò auarus non ueretur tempus, non ſtatuit terminũ, non concedit conſequentias ſucceſsionis: ſed ignis uiolentiam imitatur, omnia corripit, omnia depaſcitur: & quemadmodũ flumina ex paruo primo principio progredientia, deinde incrementis paulatim contingentibus intolerabile accipiẽtia augmentũ, per uiolentiam impetuoſæ lationis quicquid obſtiterit, ſecum trahunt: ſic etiam hi ad magnam potentiã progreſsi, ex his quos iam potentia ſua oppreſſerũt, ampliorem iniurias inferendi facultatẽ adepti, ad eos quos iam antè iniuria affecerunt, etiã eos qui reſtant, in ſeruitutem redigunt. Et fit ipſis hoc modo potentiæ incrementũ, ipſa prauitatis redundantia. Nam qui prius ab ipſis malè affecti ſunt, coactum ipſis auxilium ferentes, detrimenta & iniurias contra alios ſimul procurant. Quis uicinus, quis contubernalis, quis ex his cum quibus cõmercia habet, nõ attrahitur? Nihil diuitiarum uiolentiam ſuſtinet. Omnia tyrannidi ſuccumbunt, omnia ipſius potentiam formidant, quũ ſinguli iniuria affecti, maiorẽ conſideratione habeant, ne amplius quid mali perpetiãtur, quam ut litẽ intendant ſuper his quæ iam ſunt perpeſsi: attrahit iuga boum, arat, ſeminat, metit ad ſe non pertinentia. ſi contradixeris, plagæ: ſi lamentaris, iniuriarũ actiones, duceris captiuus, habitabis carcerẽ, calumniatores parati periculũ uitæ intentantes. Cupies etiã aliud quid inſuper contribuere, ut te ex his moleſtijs eximas ac liberes. Cupio te paululum ab iniuſticiæ laboribus ac operibus reſpirare, & cogitationibus tuis ocium dare, ut conſideres ad qualem finẽ, ſtudium eorũ quæ facis, tibi tendat. Habes terræ arabilis iugera tot, terræ arboribus conſitæ, tot alia, montes, campos, ſaltus, fluuios, riuos & uenas aquarũ. Quid igitur poſtea? non'ne tres in uniuerſum cubiti te expectãt? nonne paucorum lapidum onus ad infelicis corporis cuſtodiam ſufficiet? cuius gratia laboras? cuius gratia iniquè agis? Quid inanes ſtipulas manibus colligis? atq; utinã inanes, & non æterno igni materiam. Non fies aliquando ſobrius ab hac ebrietate? non ſanabis cogitationes? non tuijpſius eris? nõ ob oculos pones Chriſti iudiciũ? quid reſpondebis, quum iniuria affecti, te circumſtantes apud iuſtum iudicem accuſabunt? quid facies? quales patronos conduces? quales teſtes produces? quomodo corrumpes iudicem, qui nullis fraudibus decipi poteſt? Non eſt rhetor iſthic, nõ eſt ueriſimilitudo uerborum perſuaſiua, quę ueritatem iudici occultare poſsit, non ſequũtur adulatores, non pecuniæ, non eminentia dignitatis: deſertus ab amicis, deſtitutus auxiliarijs, ſine patrocinio, citra defenſionem, pudefactus relinqueris, triſtis, mœſtus, ſolitarius, loquendi fiducia priuatus. Quocunq; enim conuertes oculos, euidentes malorũ imagines uidebis: hinc pupilli lachrymas, illinc uiduæ gemitum, aliunde pauperes à te taliiris impetitos, ſeruos quos cecidiſti, uicinos quos iritaſti: omnia contra te inſurgent: prauus malarum actionum tuarum chorus ſtipabit te. Quemadmodum enim umbra corpus, ſic peccata animas comitantur, actiones euidenter repræſentantia. Quapropter non eſt iſthic negatio, ſed obturatur os etiam impudentiſsimum. Ipſa enim uniuſcuiuſq; facta teſtimonium ferunt, non uocem emittentia: ſed talia apparentia, qualiter à nobis perpetrata ſunt. Quomodo tibi ob oculos ponere poſſum horrenda illa? Si itaque audieris, ſi emollitus aures præbueris, memor ſis illius diei, in q̃ ira de cœlo reuelabitur memor
Ioan.5. ſis aduentus Chriſti in maieſtate, quando ſuſcitabuntur qui bona fecerunt in reſurrectionẽ uitæ: qui uerò mala, in reſurrectionem iudicij. Tunc æterna confuſio peccatori-

catoribus imminet, & ignis feruor aduerſarios deuoraturus. Illa te triſticia afficiant, & non mœſtum faciat te præceptum ipſum. quomodo te perterrefaciam? quid dicam? regnum non cupis, gehennam non times, unde reperietur animæ tuæ medela? Si enim horrenda te non terrent, & ſpecioſa ac hilaria te non inuitant, ad lapideum profectò cor uerba facio. Intuere ô homo, naturam diuitiarum. Quur in tantum attonitus ac conſternatus es circa aurum? Lapis eſt aurum, lapis eſt argentum, lapis eſt margarita, lapis eſt unuſquiſque lapillus ſiue gemma, chryſolithus, berillus, achates, hiacynthus, amethyſtus, & iaſpis. Atque hi ſanè ſunt diutiarum flores, quos tu partim occultas & reponis, & pellucidos quidem lapillos tenebris tegis, precioſos uerò circumfers, & ipſorum ſplendore delectaris, ac teipſum iactas. Dic quæ utilitas tibi inde emergit, quòd manum lapillis fulgentem circumuertis? Non erubeſcis lapillos appetere, uelut pica morbo infeſtatæ prægnãtes mulieres. Nam & illæ lapillos arrodunt, & tu auidus es florum, gemmarum, & ſardonychas ac iaſpidas & amethyſtos conquiris. Quis ex iſtis ornatu laſciuientibus unam horã uitæ apponere poteſt? Cui pepercit mors ob diuitias? à quo abſtinuit morbus propter pecunias? Vſquequò aurum, animarũ laqueus, mortis hamus, peccati ineſcatio? Vſquequò diuitiæ, belli cauſa, ob quas conflantur arma, ob quas acuuntur enſes. Propter has cognati ignorant naturam, fratres ſe mutuò toruè intuentur ac cædes ſpirant, propter opes ſolitudines alunt homicidas, mare piratas, ciuitates ſycophantas & calumniatores. Quis eſt mendacij pater? quis confictæ accuſationis opifex? quis periurij parens? nõ'ne diuitię? nõ'ne opum ſtudium? Quid facitis ô homines? Quis uobis ueſtra in inſidias contra uos conuertit? In adiumentum uitæ, non uiaticum malorum pecuniæ datæ ſunt: ad redimendam animam, nõ ad perdendi occaſionẽ. Atqui neceſſariæ ſunt opes propter liberos? Bona ſpecie præditus auariciæ prętextus hic eſt. liberos enim prætenditis: cor uerò auaricia plenum habetis. Ne cauſare inſontem. Proprium habet dominum, proprium uillicum, ab alio uitam accepit, ab ipſo uitæ ſumptus expectat. Num his qui in matrimonio ſunt Euangelia ſcripta nõ ſunt? Si uis perfectus eſſe, uende quæ habes, & da pauperibus. Quum peteres à Domino bonorum liberorum procreationem, quum filiorum pater fieri cupiuiſti, num & hoc addidiſti: Da mihi filios ut mandata tua negligam? da mihi liberos ut ne in regnum cœlorum intrem? Quis uerò etiam ſponſionẽ faciet de uoluntate ac propoſito filij, quod rebus datis ac relictis rectè utetur? Multis enim diuitiæ proteruitatis miniſtræ factæ ſunt. An'non audis Eccleſiaſten dicẽtem: Vidi morbum magnum ac grauem, diuitias cõſeruatas filio ipſius in perniciẽ ipſi? Et rurſus: Ego dimitto homini poſt me ſucceſſori, & quis nouit an ſapiens erit aut ſtultus? Vide igitur ne diuitias immenſis laboribus coaceruatas, alijs materiam peccatorum facias. Deinde reperiaris duplicem pœnam pendens, tum eorum nomine quæ ipſe iniuſtè feciſti, tum eorum ad quæ perpetranda alteri uiaticum ſuppeditaſti. Nõ'ne anima tibi magis quàm omnes filij addicta eſt? Nõ magis quàm omnia alia familiaritate coniuncta? Præbeas itaque ipſi primæ, hæreditatis prærogatiuam, opulentos ipſi uitæ ſumptus exhibe, & tunc liberis diſtribue uictum & opes ad uitam neceſſarias. Et tamen filij ſæpe quum nihil à parentibus acceperunt, ſibi ipſis domos parauerunt. Verùm anima à te derelicta, apud quem miſericordiam inueniet? Quæ hactenus dicta ſunt, ad patres dicta ſunt. Quam uerò nobis bona ſpecie prędictam parſimoniæ cauſam hi qui filios non habent prætendunt? Non uendo quæ habeo, neque do pauperibus, propter neceſſarios uitæ uſus. Igitur Dominus non eſt tuus præceptor, neque Euangelium uitam tuam dirigit: ſed tu ipſe tibiipſi legislator es. Vide uerò in quod periculum illaberis, dum ſic ratiocinaris. Si enim Dominus ut neceſſaria nobis præcepit, tu uerò ut impoſsibilia abrogas, nihil aliud quàm prudentiorem teipſum legislatore eſſe dicis. At ubi per omnem uitam meam ipſis uſus fuero, poſt uitæ finem ſucceſſores faciam ex cognatis & affinibus meis pauperes, tabulis publicis ac teſtamentis dominos bonorum meorum declaratos. Quum non amplius eris inter homines, tunc humanus ac liberalis fies? quum te mortuum uidero, tum fratris amantem appellabo? Magna tibi gratia liberalitatis emerget, quòd in ſepulchro iacens, & in terram reſolutus, largus & magnanimus ad faciendas expenſas factus es. Qualium dic mihi temporum mercedem exiges, eorum'ne quibus uixiſti, an eorum quæ poſt mortem Cap. 5.

tem ſequuta ſunt? Atqui quo uiuebas tempore uoluptatibus uitæ deditus, & delicijs diffluens, ne aſpicere quidem pauperes dignatus es. Demortui autem qualis eſt operatio? Qualis uerò merces pro operibus debetur? Oſtende opera, & exige retributiones. Nemo poſt ſolutas nundinas negociatur, neq; qui poſt certamina accedit coronatur: neq; qui poſt bellum uenit, laudem aſſequitur. Neq; igitur poſt uitam quis pius eſt uidelicet. Atramento & literis beneficentiam denuncias. Quis igitur annunciabit tibi exitus tempus? Quis uas erit modi finiendæ uitæ? Quot uiolentis periculorum incurſibus rapti ſunt? quibus ne uocē quidem edere ab afflictione permiſſum eſt. Quot febris deliros facit? Quid igitur expectas tempus, in quo ſæpenumero neq; cogitationum tuarum dominns eris? Nox profunda, & morbus grauis, & auxiliarius nuſquam, & hæreditati inſidians promptus, omnia ad ſuijpſius utilitatem diſpenſans, & conſilia tua inualida reddens. Deinde ubi huc & illuc circumſpexeris, & circumſtantem te ſolitudinem uideris, tunc dementiam tuam percipies, tunc ſtulticiam lugebis, in quale tempus mandatum diſtuliſti, quando lingua quidem reſoluta eſt, manus uerò tremula, contractionibus iam quaſſata, ut neq; lingua, neq; literis mentem tuam ſignificare poſſis. Quanquam etiamſi omnia clarè ſcripta eſſent, & omnis uox expreſſe pronunciata eſſet, una litera interpoſita ad omnem ſententiam transmutandam ſufficiens eſſet: unicum ſigillum adulteratum, duo aut tres teſtes iniuſti, totam hæreditatem ad alios tranſtulerint. Quid igitur teipſum decipis? Nunc quidem ad uoluptatē carnis diuitias malè diſpenſans, promittens aūt in futurum ea, quorum non amplius Dominus eris. Nam uelut ſermo tuus oſtendit, prauum cōſilium decreuiſti: Viuens quidem fruar uoluptatibus, mortuus autem faciam quæ ſunt teſtamento decreta. Dicet etiam tibi Abraam: Accepiſti bona tua in uita tua. Non ſuſcipit te anguſta & arcta uita, ſi diuitiarum molem non depoſueris. Portans ipſas egreſſus es: non enim eas abieciſti, uelut tibi præceptum eſt. Quum enim uiueres, teipſum mandato præpoſuiſti, poſt mortē & diſſolutionem mandatum hoſtibus & inimicis prætuliſti. Vt ne enim, inquit, accipiat ille, accipiat Dominus. Et hoc ipſum quid dixerimus? inimicorúmne ultionem, an proximi dilectionem? Lege tuum teſtamentum, Volebam uiuere & frui bonis meis. Gratia morti, non tibi. Si enim fuiſſes immortalis, præceptorum non meminiſſes. Ne erretis. Deus non ſubſannatur, quod mortuum eſt ad altare non adducitur, uictimam uiuentem affer. Qui ex redundanti offert, non admittitur. Tu uerò ea quæ poſt omnem uitam ſuperfuerunt, offers benefactori? Si non audes præclaros homines reliquijs menſæ excipere, quomodo igitur audes Deum reliquijs tuis placare? Videte finem amoris pecuniarum uos diuites, & deſinite affectibus pecunijs inhærere. Quanto magis diuitias amas, tanto magis nihil ex his, quæ tibi adſunt relinquas, omnia tuijpſius facias, omnia exportes, ne alienis diuitias relinquas. Fortaſsis neque famuli te extremo ornatu cooperient, ſed abominabuntur ſepulturam, hæredibus de cætero beneuolentia addicti. Aut fortaſsis etiam philoſophia tunc contra te utentur: Stoliditas inepta, inquientes, eſt mortuū ornare, & ſumptuoſè efferre, eum qui non amplius ſentit. Nónne melius eſt, ſuperſtites ſumptuoſo & illuſtri amictu ornari, quàm ueſtes precioſas cum mortuo putreſieri ſinere? Quæ uerò eſt monumenti inſignis, & ſumptuoſæ ſepulturæ, & inanis ſumptus utilitas? quum deceat his quæ ſuperſunt, ad uitæ neceſsitatem uti. Talia dicent & tibi pro ſeueritate talionem referentes, & ſucceſſoribus tuis gratificantes. Anteuertas itaque, & teipſum ſepelito: pulchra ſepultura eſt pietas. Omnia indue & abi, diuitias priuatum tibi ornatum facito. Habe teipſum tecum. Crede bono conſiliario qui te diligit Chriſto, qui pro nobis pauper factus eſt, ut nos per illius paupertatē diteſceremus, qui ſeipſum redemptionis precium pro nobis dedit. Aut igitur ut ſapienti nobis quod commodum eſt, prouidenti credamus, aut ut diligentem nos toleremus, aut ut benefactorem noſtrum retaliemus. Omnino autem faciamus quæ nobis ſunt præcepta, ut æternæ uitæ hæredes fiamus in ipſo Chriſto, cui gloria & dominium in ſecula ſeculorum, Amen.

1.Tim.2.

DIVI

DIVI BASILII MAGNI CONCIO

QVÒD DEVS NON EST AVTOR MALORVM,

Iano Cornario medico phyſico interprete.

VVlti ſunt docendi modi, qui per ſacrum pſalten Dauid ab operantē
in ipſo ſpiritu uobis commōſtrati ſunt. Nam aliquando proprias af-
flictiones nobis recēſens propheta, & quomodo quæ acciderunt ge
neroſo animo pertulerit, per ſuijpſius exemplum, doctrinā nobis eui
dentiſsimæ patientiæ relinquit, uelut quum dicit: Domine quid mul *Pſal. 12.*
tiplicati ſunt qui tribulant me. Aliquādo uerò bonitatē Dei confir-
mat, & adiutorij ipſius celeritatē, quod exhibet his qui uerè ipſum re
quirūt, dicēs: Quū inuocarē, exaudiuit me Deus iuſticię meę. eandē enim hic ſententiā *Pſal. 4.*
profert, quā propheta quū ait: Adhuc loquente dicet, Ecce adſum: hoc eſt, nondū inuo *Eſa. 58.*
cationē abſoluerā, & finē inuocationis anteuertit auditus Dei. Rurſus ſupplicationes
ac precationes afferens Deo, edocet nos quō conueniat eos qui in peccatis ſunt Deum
placare. Dñe ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me. Verùm in pſalmo *Pſal. 6.*
duodecimo, poſtq; prolongationem quandam tentationis oſtendit, in eo quod dicit:
Vſquequò Domine obliuiſceris mei in finem? & ubi per totum pſalmū docuit nos non
deficere in tribulationibus, ſed expectare bonitatē Dei, & noſſe quòd per quādam gu-
bernandi ſciētiam tradit nos tribulationibus, iuxta fidei quæ in ſingulis eſt proportio-
nem, tentationū menſuram inducens. Poſtquam igitur dixit, Vſquequò Domine obli-
uiſceris mei in finem: &, Vſquequò auertes faciem tuam à me: ſtatim tranſit ad impio-
rum uitium, qui quum exiguam aliquam in uita aduerſitatem acceperint, non ferentes
rerum difficultatem ac calamitatem, ſtatim animis ſuis ambigūt, an ſit Deus qui rerum
humanarum curam gerat, an ſingula aſpiciat, an unicuiq; pro dignitate diſtribuat. De-
inde ubi uiderint ſibijpſis mala præter animi ſententiam diutius prolongari, uitioſum
ac malignum dogma in ſeipſis confirmant, & in cordibus ſuis pronunciant, quòd non
eſt Deus: Dixit inſipiens in corde ſuo, Non eſt deus. Et ubi hoc in animū induxit, dece- *Pſal. 13.*
tero certatim per omne peccatū procedit. Si enim non eſt qui intuetur, ſi non eſt qui re
tribuit unicuiq; pro uitæ merito: quid uetat opprimere pauperē, pupillos occidere, ui-
duam & peregrinū obtruncare, omnia ſceleſta facinora audere, impuris & abominan-
dis affectionibus ac omnibus beſtialibus cupiditatibus inquinari? Quapropter uelut
conſequens ad id quod Deus non eſt, addidit: Corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt
in ſtudijs ſuis. Impoſſibile eſt enim à uia iuſta auerti eos, qui nō obliuione Dei ægrotan
tes animas habent. Vnde gentes traditæ ſunt in reprobum ſenſum, & faciunt quæ non *Rom. 1.*
decent? nō'ne quia dixerunt, Nō eſt deus? Vnde ad ignominæ affectiones exciderūt,
& fœminæ quidē apud ipſos naturalem uſum tranſmutarunt in præter naturalē, maſcu
li uerò in maſculos turpitudinē operantur? nō'ne quia mutauerūt gloriam incorrupti-
bilis Dei, in ſimilitudine pecorum & quadrupedum ac reptilium? Inſipiens igitur reue
ra menteq; & prudentia priuatus eſt qui dicit, quòd nō eſt Deus. Conſimilis uerò huic
eſt, & nihilo inferior dementia, qui dicit, Deum malorum eſſe autorem. Aequale enim
ipſorum peccatum eſſe iudico, propterea quòd utriq; ſimiliter bonum eſſe negant: al-
ter quidem omnino non eſſe dicens, alter uerò non bonum eſſe decernēs. Si enim ma-
lorum autor eſt, nimirū non bonus eſt: quare utrinq; eſt negatio Dei. Vnde igit, inquit,
ſunt morbi? Vnde mortes intempeſtiuæ? Vnde urbium deuaſtationes, naufragia, bel-
la, fames? Nam mala, inquit, hæc ſunt, & omnia Dei opera. Quare quem habemus ali-
um præter Deum, quem cauſam eorum quæ fiunt faciamus? Age igitur quandoqui-
dem in uulgatiſsimam incidimus quæſtionē, ſermone ad confeſſum quoddam princi-
pium reducto, & problemate hoc diligentius diſtincto, clarā & inconfuſam de ipſo ex
poſitionem facere conemur. Verùm unam hanc prænotionē in mentibus noſtris nos
habere oportet. Quòd quum creatura ſimus boni Dei, & ab ipſo congregamur ac con
uocamur, tum parua, tum magna circa nos gubernante, neque perpeti quid poſsimus
non uolente Deo, neq; uerò ex his quę patimur quicquam nociuum eſt: aut tale, ut me-
lius

lius quid ineſſe, intelligentia aſſequi poſsimus. Ex Deo etenim ſunt mortes: nō tamen
omnino mala res eſt mors, pręterꝗ ſi quis peccatoris dicat, propterea quòd pœnarum
in inferno principium, exiſtit liberatio ab his quæ hic ſunt. Rurſus mala in inferno De-
um autorē non habent, ſed nos ipſos. Principium enim & radix peccati, eſt quæ in no-
bis eſt poteſtas ac libertas. Nam quum in noſtra poteſtate fuerit abſtinere à malo, & ni-
hil graue perpeti, quū per uoluptatē ac peccatū ineſcati ſimus, quam'nam decorā excu-
ſationem proferre poſſumus, q̃d non ipſi nobiſipſis pœnarū autores ſimus? Malū itaꝗ
aliud eſt quantū ad noſtrū ſenſum, aliud quantū ad ſuijpſius naturā. Quod igitur natu-
ra malum eſt, ex nobis pendet, iniuſticia, petulantia, deſipientia, timidias, inuidiæ, cæ-
des, ueneni exhibitiones, aſtutiæ, & quæcunꝗ his cognatæ ſunt affectiones, animā ad
imaginē conditoris factam cōtaminantes pulchritudinē ipſius obſcurare ſolent. Rur-
ſus malum dicimus id quod nobis moleſtum eſt, & ad ſenſum dolorē inducens, mor-
bum corporis, & plagas corporis, & rerū neceſſariarū inopiā, ignominias, pecuniarum
detrimenta, familiarium amiſsiones. Quæ ſingula nobis à prudente & bono Domino
ad utilitatem inducuntur. Diuitias enim aufert à malè utentibus, inſtrumentū ipſorum
ad iniuſticiam corrumpens: morbos uerò inducit his, quibus utilius eſt ut membra im-
pedita habeant, ꝗ̃ ut impetus ad peccandum non impeditos habeant. Mortes aūt in-
ducuntur, terminis uitæ expletis, quos ab initio circa ſingulos iuſtū Dei iudiciū cōſti-
tuit, qui à longe quod unicuiꝗ noſtrū conducibile eſt proſpicit. Porrò fames & ſiccita-
tes ac humiditates, cōmunes ſunt urbium ac gentium plagæ, mali immodeſtiam puni-
entes. Quemadmodum igitur beneficus eſt medicus, ſiue labores ſiue dolores corpori
inducat (cum morbo enim pugnat, nō cum ęgroto) ſic bonus eſt Deus, ſalutē omnibus
per particulares caſtigationes diſtribuens. Tu uerò medico quidem nihil uitio uertis
partim ſecanti, partim urenti, & quædam omnino à corpore auferenti: ſed & pecunias
ipſi fortaſsis largiris, & ſeruatorē appellas, quòd in modica parte morbum ſiſtit, priuſꝗ̃
malum in totum corpus diffundatur. Vbi uerò uideris ciuitatē terræ motu concuſſam,
corruiſſe ſuper inhabitantes: aut nauem unà cum ipſis uiris in mari perijſſe, contra ue-
rum medicum & ſeruatorem, linguam blaſphemam mouere non cunctaris. & quidem
cum intelligere oporteat, quòd ubi moderata ſunt ægrotorum, & curabilia hominum
mala, utilitates ex cura accedunt. Quum uerò morbus ualidior fuerit quàm medicina,
neceſſaria fit partis inutilis redditæ abalienatio, ut ne morbus per continuitatem pro-
grediens ad principalia perueniat. Quemadmodum igitur ſectionis aut uſtionis, non
medicus cauſa eſt, ſed morbus: ſic urbiū deuaſtationes ex peccatorum exceſſu immodi-
co initiū habentes, Deum ab omni culpa liberant. At uerò ſi nō eſt autor malorū Deus,
Eſa.45. quō dictum eſt: Ego qui paraui lucem, & qui feci tenebras, faciens pacem & condens
2.Reg.14. mala. Et rurſus: Deſcenderunt, inquit, mala à Dño ſuper portas Hieruſalem: & non eſt
Deut.32. malicia in ciuitate, quā Dñs non fecit. Et in magno Moyſis cantico: Videte uidete quia
ego ſum, & nō eſt Deus præter me: ego occidā, & uiuere faciā: percutiā, & ego ſanabo.
Atqui nihil horum Scripturæ ſententiam intelligenti, accuſationē Dei habet, uelut ma-
lorum autoris ac creatoris. Qui enim dixit: Ego qui paraui lumen, & qui feci tenebras,
creaturæ opificem ſeipſum per hæc declarat, non mali alicuius creatorē. Vt ne itaꝗ pu-
tes alium eſſe lucis autorē, alium tenebrarū, ſeipſum dixit eorum quæ contraria uiden-
tur in cōditione creatorē & opificem, ut ne alium quæras ignis, alium aquæ artificem,
neꝗ alium aeris, & alium terræ: quandoquidē uidentur aliquo modo inter ſe oppoſita
eſſe, iuxta qualitatum contrarietatem. quod ipſum quum aliqui iam fecerint, ad multos
deos confingendos conuerſi ſunt. Facit aūt pacem, & condit mala. Maximè quidē pa-
cem in te facit, quum per bonam doctrinam mentem tuam pacarit, & affectus aduer-
ſus animam ſeditioſos conciliarit. Condit aūt mala, hoc eſt, tranſmutat ipſa & ad boni-
tatem ducit ut id quod mala ſunt deponant, & boni naturam aſſumant. Cor mundum
Pſal.51. conde ſiue crea in me Deus. Non nunc conde ſiue crea dicit, ſed ex malicia inuetera-
Gen.2. tum renoua. Et: Vt duos conderet in unum nouum hominem. Conderet ait, non ut
2.Cor.15. non exiſtentes produceret, ſed ut exiſtentes tranſmutaret. Et ſi quis in Chriſto noua
creatura. Et rurſus Moyſes: Non ipſe hic tuus pater poſſedit te, & fecit te, & condidit
te? Manifeſtè enim hic poſt creationem ipſa conditio locata, docet nos, quòd nomen
condi-

conditionis plerunq; pro trãſmutatione in melius ſumitur. Quare faciens pacẽ, ſic pa-
cem facit, ex eo quòd mala cõdit, hoc eſt tranſmutat, & ad bonitatẽ ducit. Deinde uerò
ſi & pacẽ intellexeris, ex bello ſecuritatẽ, & malum dixeris eas quæ ſequuntur bellige-
rantes moleſtias, ex militia externa, labores, uigilias, certamina, ſudores, uulnera, cæ-
des, urbiũ captiuitates, ſeruitutes, abductiones, miſeranda captiuorum ſpectacula, & in
ſumma quæ moleſta bellũ comitanť: dicimus iuſto Dei iudicio fieri, ut caſtigatione di-
gni, per bella plagas accipiãt. Aut uelles tu nõ exuſta eſſe Sodoma poſt ſceleſta illa fla- Gen. 19.
gitia? Aut nõ euerſam eſſe urbẽ Hieruſalẽ, neq; deſolatũ templũ, poſt horrendam illam
Iudæorũ contra Dñm crudelitatẽ? Fieri aũt hæc quõ aliâs iuſtum erat, ꝙ per Romano
rum manus, quibus tradiderunt Dñm noſtrum inimici ſuę ipſorum uitæ Iudæi? Quare
aliquando etiã iuſtè belli mala dignis inferũtur. Et illud: Ego occidã, & uiuere faciam: Deut. 32.
accipe ſi uis iuxta promptã ſententiã. Aedificat enim timor ſimpliciores. percutiam, &
ego ſanabo. Et hoc utile eſt, ſi per ſe intelligatur: plaga quidẽ inducente timorẽ, ſanatio-
ne uerò ad dilectionme exhortante. Licet tamen etiam altius de dictis ratiocinari. Ego
occidam peccato, & uiuere faciã iuſticia. Quantũ enim externus noſter homo corrum- 2. Cor. 4.
pitur, tantũ internus renouatur. Non igitur alium occidit, alium uiuificat: ſed eundem
per id quod occidit uiuificat, & percutiendo ſanat. Iuxta prouerbiũ quod ait: Quia tu Pro. 23.
quidem percuties ipſum uirga, animã uerò ipſius ex morte liberabis. Caro itaq; percu-
titur, ut anima ſanetur. Mortificatur aũt pecatũ, ut uiuat iuſticia. Illud uerò, Deſcende-
runt mala à Dño ſuper portas Hieruſalem: per ſe expoſitionem habet. Quæ mala? ſtre-
pitus curruum & equitũ. Quum uerò audieris, Non eſt malitia in ciuitate, quam Dñs
non fecit: conſidera malitiæ uocem. nam afflictionem quæ peccantibus immittitur ad
delictorum correctionem, ſermo ille inſinuat. Afflixi enim, inquit, te, & fame ſtrangu-
laui, ut benefaciam tibi, priuſquam in immenſum effundatur, iniuſticiam compeſcens,
uelut fluxus uallo ualido ac ſepto ſiſtitur. Propterea morbi urbium ac gentium fiunt,
aeriſq; ſiccitates ac terræ ſterilitates, & aſperiores calamitates unicuiq; in uita acciden-
tes, maliciei incrementũ præcidentes. Quare talia mala à Deo fiunt, uirorum malorum
generationẽ eximentia. Nam corpóris afflictiones & externę calamitates, ad compe-
ſcenda peccata excogitatæ ſunt. Tollit itaq; malum Deus: non autẽ ex Deo malum eſt.
Quandoquidẽ & medicus tollit morbum, & non morbum corpori immittit. Vrbium
porrò deuaſtationes, terræmotus & inundationes, & exercituũ interneciones, & nau-
fragia, & oẽs multorũ hominũ cædes, ſiue ex terra, ſiue ex mari, ſiue ex aere & igne, aut
ex quacũq; cauſa accedẽtes, ad delinquẽtes caſtigandos fiunt, publicã malitiã publicis
flagris Deo caſtigãte. Quod igiť propriè malũ eſt peccatũ ipſum, ꝙd maximè mali ap-
pellatione dignũ eſt, ex noſtra uoluntate pendet, quũ in nobis ſitum ſit, aut abſtinere à
malo, aut mala perpetrare. Reliqua partim uelut certamina ad demõſtrandã fortitudi
nem immittuntur, uelut Iobo liberorũ priuatio, omniũ opum in uno tẽporis momento Iob. 1.
diſſipatio, plaga ulceris: partim uelut medicina peccatorũ, uelut Dauidi turpitudo do-
mus, iniquæ concupiſcentiæ pœnas danti. Et rurſus cognouimus aliam quandã malo-
rum horribiliũ ſpeciẽ, à iuſto iudicio induci. quo moderatiores faciat eos qui lubrici ac
procliues ſunt ad peccatũ. Velut Dathan & Abiron deuorati ſunt à terra, barathris ac Num. 16.
terrę hiatibus ipſos excipiẽtibus. Hic eñ nõ ipſi quicq; hoc caſtigationis modo melio
res facti ſunt. quõ eñ qui deſcenderũt ad infernũ? ſed reliquos ſuo exemplo tempera-
tiores reddiderunt. Sic Pharao cũ toto exercitu in mari ſubmerſus eſt. Sic contriti ſunt Exod. 14.
qui prius Palæſtinã inhabitauerunt. Quare etſi Apoſtolus dicat aliquãdo uaſa iræ per- Rom. 9.
fecta ad perniciẽ: nõ ſupellectilẽ aliquã malam putemus Pharaonem eſſe. Sic enim ad
opificem iuſtius culpa transferatur. Verùm quando audis uaſa, cõſidera ꝙ unuſquiſq;
noſtrûm ad aliquid utile factus eſt. Et quẽadmodum in magna domo, aliud uas eſt au- 2. Tim.
reum, aliud argenteũ, aliud teſtaceum, aliud ligneum: ſic uniuſcuiuſq; propoſitum ac
uoluntas ſimilitudinem ad materias exhibet. Et aureum quidem eſt uas, is qui puris &
minimè fraudulentis moribus præditus eſt: argenteum uerò, qui inferior eſt illo meri-
to ac dignitate. Teſtaceum autem, qui terrena ſapit & aptus eſt ut conteratur. Ligne-
um deniq;, qui facilè per peccatum contaminatur, & materia fit æterno igni. Sic etiam
iræ uas, qui omnem diaboli efficaciam uelut uas capit, & propter imbutum ipſi ex cor-

ruptione

ruptione fœtorem, nõ amplius ad uſum aſſumi poteſt: ſed diſsipatione tantum ac pernicie dignus eſt. Quaproter quia conteri ipſum oportebat, prudẽs & ſapiens animarum uillicus diſpoſuit, ut illuſtris fieret, & omnibus cõſpicuus, quo alijs uidelicet utilis per afflictionẽ fieret. Nã ipſe præ nimia malitia incurabils erat. Indurauit aũt longanimitate & pœnæ dilatione, protendens ipſius malitiam, quo ad extremũ terminũ aucta ipſius prauitate, diuini iudicij iuſticia in ipſo conſpicua fieret. Et ob id à minoribus plagis initio facto, flagella ſemper addens ac augens, inobedientiam ipſius non emolliuit: ſed comperit ipſum etiam patientiã Dei contemnere, & immiſsis ipſi malis præ conſuetudine exerceri. Et neq; ſic ipſum morti addixit, donec ipſe ſeipſum ſubmerſit, in ſuperbia mentis ſuę uiam iuſtorũ ingredi auſus, & uelut populo Dei, ſic etiã ſibijpſi peruium fore mare rubrum confiſus. Hęc itaq; à Deo eſſe gnarus, & diſtinctas apud te ipſum mali ſpecies habens, & gnarus quòd reuera ſit malum, nempe peccatum, cuius finis pernicies, deinde quod malũ eſſe uideatur ſenſui dolorem inducens: uim uerò boni habens, uelut ſunt afflictiones, quæ ad cõpeſcenda peccata immittuntur, quarum fructus ſalus animarũ æterna: deſine moroſus eſſe aduerſus diuinas gubernationes. In ſumma uerò, neq; Deum ſubſtantiæ mali autorẽ eſſe putes: neq; propriam ſubſtantiã mali eſſe imaginare. Non enim ſubſiſtit uelut animal prauitas, neq; eſſentiam ipſius ſubſtantẽ producere poſſumus. Priuatio enim boni eſt malum. Oculus creatus eſt: cęcitas uerò ad perniciem oculorũ ſucceſsit. Quare ſi non corruptibilis naturæ oculus fuiſſet, cæcitas acceſſum non habuiſſet: Sic etiã malũ non in propria ſubſtantia eſt, ſed ad animæ cæcitatem ſuccedit. Neq; enim ingenitũ eſt, uelut impij dicunt, qui malã naturã bonæ ęqualẽ faciunt: ſiquidẽ ambæ principio carent, & generatione priores ſunt, neq; tamen genitum. Si enim omnia ex Deo ſunt, quõ malum ex bono eſt? Neq; enim turpe ex honeſto eſt, neq; uitium ex uirtute. Lege mundi creationẽ, & reperies quòd illic omnia bona, & ualde bona. Non igitur malum unà cum bonis creatum eſt. Sed neq; intellectualis ac ſpiritualis creatura ab opifice facta, ammixta prauitate ad eſſe producta eſt. Si em corporea non habebant in ſeipſis malum unà creatum, quõ ſpiritualia in tantum puritate ac ſanctitate præſtantia, cõmunem ad malum ſubſtantiã habuiſſent? Atqui eſt malum, & actio ipſa multũ per omnem uitam diffuſum eſſe demonſtrat. Vnde igitur ipſi eſſe contigit, ſi neq; ſine principio eſt, inquit, neq; factum eſt? Viciſsim interrogentur, qui talia quęrũt: Vnde morbus? unde corporis multilationes? neq; enim ingenitus eſt morbus, neq; tamen opificium Dei Sed creata quidem ſunt animalia, cum cõuenienti ipſis ſtructura ſecundũ naturã, & ad uitam producta ſunt membris abſoluta. Aegrotauerunt aũt, ex naturali ſtatu emota. Diſcedunt enim à ſanitate aut propter prauam dietam, aut ob quaſcunq; morbificas cauſas. Igitur corpus quidem creauit Deus, non morbum. Et animam itidem fecit Deus, non aũt peccatum: uitiata eſt autem anima, ex naturali ſtatu emota. Quod uerò erat ipſi precipuũ bonum? Aſſeſsio Dei, & coniunctio per dilectionem: à qua ubi excidit, uarijs & omnis generis morbis uitiata eſt. Cur aũt ad malum ſuſcipiendum apta fuit? propter liberum arbitrium, quod maximẽ rationalem naturam decet. Soluta enim ab omni neceſsitate, & uoluntariam ac in ſua poteſtate ſitam uitam à conditore adepta per hoc, quod ad imaginẽ Dei creata eſt: intelligit quidẽ bonum, & nouit ipſius fruitionẽ, & permanens in boni ſpeculatione ac intelligibiliũ fruitione, libertatem ac poteſtatẽ habet conſeruandi ſuam ſecundũ naturam uitam. Habet autem etiam poteſtatẽ declinandi aliquando à bono. Id ipſum uerò contingit ei, quum ſatietate beatæ delectationis accepta, & uelut dormitatione quadã grauata, & à ſupernis dilabens, propter turpes uoluptatũ illecebras carni fuerit ammixta. Erat aliquãdo Adam in ſupernis, nõ loco, ſed uoluntate: quum nuper accepta anima ad cœlum reſpiceret, & ex his quæ uidebat lætitiã conciperet, benefactoremq; ualde diligeret: qui uitæ quidẽ æternæ fruitionẽ largitus eſſet, in delicijs uerò paradiſi in quiete locaſſet & principatum ſimiliter ut angelis dediſſet, ipſumq; cõtubernalẽ archangelorũ feciſſet, & diuinæ uocis auditorẽ. Super hęc omnia protegebatũ à Deo, & uoluptatũ omniũ breui ſatur erat, & ex ſaturitate uelut ad iniurias procedebat. & quod carneis oculis iucundum uidebatũ, intelligibili pulchritudini prætulit, & uẽtris ſatietatẽ ſpiritualibus uoluptatib. potiorẽ duxit. Ex quo ſtatim extra paradiſum erat, & extra beatam illam uitam pulſus eſt

eſt:non ex neceſsitate malus,ſed ex temeritate factus. Quapropter peccauit quidē ob prauā uoluntatē: mortuus eſt aūt ob peccatū.ſtipendiū enim peccati,mors eſt. Quantum em̄ decedebat à uita,tantū appropinquabat ad mortē. Vita em̄ eſt Deus:priuatio uerò uitę, mors.Quare ſibi ipſi mortē per ſeceſſum à Deo Adā parauit,iuxta id q̄d ſcriptum eſt:Ecce qui elongāt ſeipſos à te pereūt.Sic non Deus creauit mortē,ſed nos nobiſipſis ex praua mēte adtraximus. Nec uerò prohibuit diſſolutionē per mortē propter prædictas cauſas, ut ne immortalē in nobis ægritudinē cōſeruaret. Quēadmodū ſi quis uas fictile perſtillans non admoueat igni,donec uitiū in ipſo exiſtens per reformationē perſanet. At cur,inquit,in ſtructura non habemus,ut ne peccemus,& ut neq; uolentibus nobis peccare detur? Quia etiam tu famulos,nō quū uinctos habes,beneuolos putas:ſed quum uoluntariè ea quæ officij ipſorū ſunt explere uideris.Itaq; etiam Deo non gratum eſt,quod coactum eſt,ſed quod ex uirtute rectè gerit̄. Virtus aūt ex uoluntate,& non ex neceſsitate fit. Voluntas uerò ex his quæ in nobis ſunt dependet. In nobis autem eſt liberum abitriū.Qui igitur opificem reprehendit,quòd non naturaliter conſtruxit nos ut ne peccaremus,is nihil aliud facit,q̄ quòd irrationalē naturā rationali præfert,& immobilē & concitationis expertem,actuoſæ & electionis uoluntatem habenti.Hæc etiamſi per digreſsionem,neceſſariò tamen dicta ſunt,ut ne ad ratiocinationū profunditatē dilapſus,ad priuationē eorum quorum ſtudio teneris,amplius etiam Dei priuationē perpetiaris.Deſinamus igitur corrigere ſapientē. Deſinamus in his quæ ab ipſo facta ſunt,melius aliquid requirere.Nam etiamſi eorum quę particulatim ab ipſo gubernat̄ rationes nos latent, attamē unum illud dogma in animis noſtris hæreat, nullum malum à bono fieri. Porrò ad hanc quæſtionē, iuxta cogitationis conſequentiā,accedit etiā illa de diabolo. Vnde eſt diabolus,ſi nō à Deo ſunt mala? Quid igitur dicimus,q̄ eadem nobis ratio ſufficiet de hac quæſtione,quę etiam de prauitate in hominib.reddita eſt. Vnde enim malus eſt homo? ex propria ipſius uoluntate. Vnde malus diabolus? ex eadem cauſa:nam & ipſe per ſe liberā habet uitam, & liberū arbitriū in ſe ſitum,aut manendi apud Deum,aut ſe abalienandi à bono. Gabriel angelus eſt,& Deo iugiter adſtitit.Satanas angelus,& ex proprio ordine penitus excidit.Et illum uolūtas in ſupernis ſeruauit,& hūc mētis libertas deiecit. Poterat em̄ etiā ille deſciſcere,& hic non delabi.Sed hunc quidē cōſeruauit dilectionis Dei inſatiabilitas,illum uerò reiectaneū fecit à Deo ſeceſſus. Hoc eſt ipſum malū, abalienatio à Deo. Modica oculi cōuerſio,aut cum ſole nos eſſe facit,aut cum corporis nōſtri umbra. & illuc quidem reſpicienti,promptū eſt ut illuminetur:declinanti uerò ad umbram, neceſſaria eſt tenebroſitas.Sic malus eſt diabolus,ex uluntate malitiam habens,non natura bono opposita.Vnde igitur ipſi bellum aduerſus nos eſt? Quia receptaculum eſt omnis maliciei:ſuſcepit etiam inuidiæ morbum,& inuidit nobis honorē. Non enim ferre potuit uitam noſtram omnis moleſtiæ expertem in paradiſo.Dolis enim & uerſutijs hominem fallere aggreſſus,quum cupiditatē ipſius noſſet, quā ad hoc ut Deo ſimilis fieret habebat, hac ad fraudem uſus,lignum monſtrauit,& promiſit per eſum ipſius ſimilem Deo fore. Si enim ederitis, inquit,eritis uelut dei, noſcentes bonū & malum.Non igitur inimicus nobis creatus eſt:ſed ex inuidia inimicitiam contra nos ſuſcepit.Quū enim uideret ſe ex angelorū cœtu proiectum,non potuit ferre ut uideret terreum ad angelorum dignitatem, per profectū in uirtute exaltari. Quandoquidē igitur factus eſt inimicus, conſeruabit nobis Deus contrarietatē aduerſus ipſum, in eo quod ad ſerpentē qui ipſi inſeruierat dixit,minas uidelicet & ad ipſum referens: Quia inimicitiam ponam inter te & inter ſemē ipſius.Reuera enim nociuę ſunt amicitię cum malitia cōtractę.Quoniam hæc amicitię conſuetudo per ſimilitudinem coniunctis ingenerari ſolet. Vnde rectè dictum eſt:Corrumpunt bonos mores conuerſationes prauæ.Quemadmodum enim in morbificis regionibus aer qui particulatim inſpiratur, latentem morbum his qui in illis degunt immittit:ſic conſuetudo ad mala,magna mala animis immittit,etiāſi in præſens damnum non percipiamus. Quapropter irreconciliabilis eſt aduerſus ſerpentem inimicitia. Si uerò inſtrumentū tanto odio dignum eſt, quantam inimicitiam aduerſus operatorem gerere conuenit? Sed & cur,inquit,erat lignum in paradiſo, per quod proceſſura erat diabolo cōtra nos aggreſsio? Si em̄ non habuiſſet fraudis eſcam,

Pſal.172

Luc.1.

Gen.3.

1.Cor.15.

quomodo nos per inobedientiam ad mortem perduxiſſet? Quia oportebat eſſe præceptum quod obedientiam noſtram probaret. Propterea planta erat ſpecioſorum fructuum ferax, quo in abſtinentia uoluptatis, temperantiæ uirtutem oſtendentes, patientiæ coronis meritò digni fieremus. Conſequuta eſt autem ad eſum, non ſolum inobedientia mandati, ſed etiam cognitio nuditatis. Comederunt enim ait, & aperti ſunt oculi ipſorũ, & cognouerũt quòd nudi eſſent. Oportebat autem non cognoſcere nuditatẽ, ut ne mens hominis diſtraheret̃ ad id ꝙ deeſt explendũ, & tegumenta ſibiꝑſi & nuditatis ſolatia excogitaret, & omnino per carnis curam, ab intẽtione ad Deum abſtraheretur. Cur aũt non ſtatim cum ipſo etiam cõſtructa ſunt indumenta? Quia neq; naturalia hæc eſſe conueniebat, neq; ex arte: naturalia.n. propria brutorũ ſunt, uelut pennæ, & pili, & pelliũ craſsicies hyemẽ arcere & æſtũ ferre ualẽtes. In quib. nullũ ab altero differt, natura omnibus æquali exiſtente. Homini uerò iuxta proportionem dilectionis ad Deum, uarias bonorũ retributiones eſſe conueniebat. At uerò artiũ ſtudia negocij occaſionẽ dediſſent, quod maximẽ fugiendũ erat uelut homini nociuum. Quapropter
Mat.6. etiam Dñs nos ad uitam in paradiſo reuocans, animarum curam reijcit dicens: Ne ſitis ſolliciti animæ ueſtræ quid edatis, neque corpori ueſtro quid induamini. Neq; igit̃ ex natura, neq; ex arte, cõueniebat ipſum tegumenta habere: ſed alia præparata erant, ex Dei gratia hominẽ illuſtratura aut circa ipſum fulſura, lucidi nimirũ amictus, quales ſunt angelorũ ſuper florum uarietatẽ, ſuper ſtellarũ ſplendorẽ ac claritatem. Propterea igitur non ſtatim erant indumenta, quandoquidem præmia erant uirtutis homini repoſita, ad quæ præ diaboli inſultu peruenire non potuit. Aduerſarius igitur noſter eſt diabolus, ob antiquũ noſtrum ex eis inſidijs caſum, Dño diſponente nobis aduerſus ipſum luctam. Quare ꝑ obedientiã nos reluctamur, & coronam de auerſario conſequimur. Vtinam diabolus nunq; factus fuiſſet, ſed in ordine permanſiſſet, in quo primum ab imperatore locatus fuit. Quando uerò deſertor factus eſt, hoſtiſq; Dei & hoſtis hominũ ſecundũ imaginẽ Dei factorũ euaſit. Propterea enim hominem odit, qui etiam contra Deũ pugnat: & odit quidẽ nos ut creaturã Dñi, odit aũt & ut ſimulachra Dei. Vſus eſt igitur ipſius malignitate ille ſapienter ac prouidẽ res hominũ gubernãs, ad animarũ noſtrarum exercitiũ, uelut medicus uiperæ ueneno ad ſalutaria paranda pharmaca abutẽs. Quis igitur eſt diabolus? & quis ipſius ordo? & quæ dignitas? & unde omnio Satanas appellatur? Satanas quidẽ igitur uocatur, quia oppoſitus eſt bono.
3.Reg.11. Sic enim ſignificat uox Hebręorum, uelut in libris Regum didicimus: Excitauit enim, inquit, Domins Solomonui Satanã, Ader regem Syrorũ. Diabolus aũt appellat̃, hoc eſt calumniator, quia idem & cooperator & accuſator peccatorum noſtrorum exiſtit: gaudens quidem noſtro interitu, traducens uerò nos ob ea quæ fecimus. Natura uerò
Eph.6. ipſius incorporea eſt, ſecundum Apoſt. ubi ait: Non eſt nobis lucta aduerſus ſanguinẽ & carnẽ, ſed aduerſus ſpirituales nequitias. Dignitas ipſius eſt principalis. Cõtra principatus enim ait, & poteſtates, & tenebrarũ huius mundi dominos. Locus autẽ principatus in aere eſt, uelut idem ait: Iuxta principem poteſtatis aeris, ſpiritus nunc operãtis in filijs inobedientiæ. Quapropter etiam mundi princeps dicitur: quoniam circum
Ioan.16. terram eſt ipſius principatus. Et ſic ait Dñs: Nunc eſt iudicium mundi huius, nunc prin
Ioan.14. ceps mundi huius eijcietur foras. Et rurſus: Venit princeps mundi huius, & in me inueniet nihil. Quandoquidem uerò dictum eſt de militia diaboli, quòd ſpirituales ſint nequitiæ in cœleſtibus: noſſe oportet quòd cœlũ Scriptura conſueto more aerem uocat.
Mat.6. uelut quum dicit: Volatilia cœli. &, Aſcendũt uſq; ad cœlos: hoc eſt, longiſsimè in ae
Luc.10. rem exaltant̃. Ob id etiam Dominus uidit Satanam uelut fulgur ex cœlo prolapſum, hoc eſt, ex proprio principatu elapſum, & infra conſtitutũ, ut conculcaretur ab his qui ſperant in Chriſtum. Dedit enim diſcipulis ſuis uirtutẽ calcãdi ſuper ſerpentes & ſcorpios, & ſuper omnem poteſtatem inimici. Quandoquidem igitur eiecta eſt praua ipſius tyrannis & purificatus eſt locus circum terram per ſalutarem paſsionẽ eius, qui pacificauit quæ in terra ſunt & in cœlis: de cætero pręd icatur nobis regnum cœlorum, Io
Matt.3. anne quidem dicente: Appropinquauit enim regnum cœlorum, Domino uerò ubiq;
Luc.2. Euangelium regni prædicante. Et adhuc prius angelis clamantibus: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax. Sed & his qui in ingreſſu Domini noſtri in Hieruſalẽ exultabant

uociferanti-

uociferātibus: Pax in cœlis, & gloria in altiſsimis. Et in ſumma, infinitæ ſunt uictoriam teſtantes uoces, quæ inimici extremā ſubuerſionē teſtant ac declarant. Quod nulla nobis lucta, neq; certamē in ſupernis nobis reſtet, neq; quiſq; ſit qui reſiſtat nobis, & qui nos à beata uita auertat. Sed q iucundā deinceps ſucceſsionē habeamus, & ligno uitæ indeſinenter frui poſsimus, à cuius participatione ab initio per ſerpentis inſidias prohibiti fuimus. Ordinauit enim Deus gladium flammeū ad cuſtodiendā uiam ligni uitæ, quem nemine impediente prætergreſsi, intrò perueniamus ad bonorum fruitionē, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui gloria & imperium in ſecula, Amen.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO CONTRA IRASCENTES.

QVEMADMODVM in medicis præceptionibus, ubi appoſitè & iuxta artis rationem fiunt, poſt experientiam maximè utilitas ipſarum oſtenditur: ſic in ſpiritualibus exhortationibus, ubi euentus præceptis teſtis acceſſerit, tunc maximè ſapientia & utilitas ipſarum, ad uitæ correctionem & credentium perfectionem apparet. Audientes enim prouerbia palàm pronunciantia: Quòd ira perdit prudentes. Audientes item apoſtolicas commonitiones: *Pro.21.* Omnis ira & indignatio ac clamor auferatur à uobis cum omni malicia. Et Dominum *Ephes.4.* dicentem: Eum qui iraſcitur temerè fratri ſuo, reum eſſe iudicij. Nunc quum ad affectio *Mat.5.* nis experientiam deuenimus, quæ non in nobis gignitur, ſed forinſecus, uelut improuiſa quædam procella irruit: tunc maximè diuinarum præceptionum miracula cognouimus, & quum ipſi quidem iræ locum dederimus, uelut impetuoſo fluxui tranſitum: rurſus autem in quiete didicerimus indecoram perturbationem eorum qui ab affectione detinentur, re ipſa uerbi illius certitudinem cognouimus, quòd uir ira percitus minimè honeſto ornatu præditus eſt. Quum enim ſemel depulſa ratione, affectus ipſe animæ dominium ſuſceperit, hominem penitus efferat, & neq; hominem eſſe permittit, auxilio rationis priuatum. Quod enim uenenum iaculantibus beſtijs eſt uenenum, hoc exacerbatis fit ira, cōcitantur, exiliunt, rabiunt uelut canes, impetunt ac pungunt uelut ſcorpij, mordent uelut ſerpētes. Nouit etiam Scriptura eos qui hac affectione tenentur, beſtiarum appellationibus nominare, quibus ſeipſos per prauitatem aſsimilarunt. Canes enim mutos, & ſerpentes, & ſobolem uiperarum, & ſimilibus appellatio- *Mat.3.* nibus ipſos nominat. Qui enim ad mutuam perniciem parati ſunt, & ad eorum qui eiuſdem generis ſunt detrimentum, meritò beſtijs & uirus iaculātibus annumerari poſſunt, quibus ex natura irreconciliabile odium aduerſus homines ineſt. Propter iram fiunt effrenes linguæ, os portam non habens, manus incontinentes, contumelię, obprobria, maledicta, plagæ, reliquaq; innumera ex ira & indignatione naſcuntur mala. Ob iram enſis acuitur, mors hominis ex manu humana intētatur. Propter hanc fratres mutui amoris obliuiſcuntur. Parentes autem & liberi naturam ſuam ignorant: primùm enim ſeipſos non noſcunt iraſcentes, deinde etiam omnes familiares. Quemadmodum enim torrentes ad loca caua confluentes quicquit obuiam uenit ſecum trahunt: ſic iraſcentium impetus uiolenti & effrenes per omnes procedūt. Non canicies apud iratos uenerabilis eſt, non uirtus uitæ, non propinquitas generis, nō prægreſſa beneficia, nō alia aliqua dignitas. Inſania quædam breuis eſt ira. Nam irati in cōſpicuum frequenter malum ſeipſos conijciunt, propter uindictę ſtudiū ſuijpſorū negligentes. Velut œſtro enim memoria eorum qui ipſis moleſti fuerunt punguntur, & ira in ipſis exiliente ac non quieſcente, non ceſſant prius quàm malum aliquod rependerint ei qui irritauit, aut fortaſsis etiam acceperint, ſi ita contingat. Quemadmodum ſanè ſæpe cōtingit, ut ea quę uiolenter diffringuntur, magis patiantur aliquid mali quàm inferant, dum ad renitentia cōquaſſantur. Quis nam malum hoc pro dignitate explicare poſsit? Quomodo procliues ad iram ex leui occaſione accendantur, uociferentur, efferentur, & qua non uenenum eiaculante beſtia ſæuius impetant? & non prius deſiſtant quàm per magnum & immedicabile malum, ira ipſis uelut bulla erumpente, inflammatio diſcutiat. Neq; enim enſis acies, neq; ignis, neq; aliud quicquam horrendum, animam præ ira furioſam cohibere poteſt, non magis utiq; quàm eos qui à dæmonijs detenti ſunt, à qui-

bus nihil, neq; habitu, neq; animæ affectione, irati differunt. Appetentibus enim ultionem ſanguis quidem circum cor efferueſcit, uelut per ignis uim turbatus & exæſtuãs. Ad ſuperficiem uerò efflореſcens, in alia forma iraſcentem cõmonſtrat, conſuetam & notam omnibus, uelut perſonam in ſcena mutans. Oculi enim illis proprij ac conſueti non cognoſcuntur, perculſus eſt aſpectus, & ignem iam præ ſe fert, & acuit dentes more ſuum aduerſarios palàm impetentiũ. Facies eſt liuida & ſanguine ſuffuſa. Moles corporis tumida. Venæ dirumpuntur, ſpiritu ab interna tempeſtate cõmoto. Vox aſpera eſt & ſuperintenta. Sermo inarticulatus & temerè prolabens, nõ particulatim, neq; ordinatè, neq; clarè procedẽs. Poſtquam uerò immedicabiliter per irritantes, uelut flamma per materiæ ubertatem accẽſus fuerit: tunc ſanè tunc neq; uerbis explicabilia, neq; re ipſa tolerabilia uidere eſt ſpectacula. Manus quidem contra cognatos eleuari, & omnibus corporis partibus inferri. Pedes uerò familiaribus ac utiliſsimis rebus inſilire, nullo habito reſpectu. Omne autẽ quod apparet & occurrit, telum inſaniæ fieri. Si uerò ex aduerſo æquale malum rebellans reperiat, aliam uidelicet iram & parem inſaniam, tum ſanè inter ſe commiſsi mutuò infligunt ac perpetiuntur mala, qualia ueriſimile eſt perpeti eos qui ſub tali dæmone militant. Mutilationes enim membrorum, aut ſępe etiam mortes, iræ præmia pugnantes auferũt. Hic iniuſtas manus inferre incœpit, ille repulit. Hic rurſus intulit, ille non ceſsit. Et corpus quidem plagis pertunditur, uerùm ira doloris ſenſum adimit. Non enim ad doloris ſenſum cõquieſcunt, ſed tota anima ad ultionẽ eius qui moleſtiã intulit, ipſis cõmota eſt. Ne itaq; malum malo curetis neq; contendatis uos mutuò calamitatibus ſuperare. In malis em̃ certaminib. miſerior eſt qui uicit, quia abit plus peccati habens. Neq; itaq; fias mali ſymboli ac collationis collector, neq; mali debiti peior retributor. Contumelia te affecit iratus, ſiſte ſilentio malum. Tu uerò ira illius uelut fluxione, in cor tuũ ſuſcepta, uentos imitaris, qui per re flatum q̃d allatũ eſt repellunt. Ne utaris inimico tuo pręceptore, neq; id q̃d odio habes æmuleris. Neq; uelut ſpeculũ irati fias, illius formam in teipſo demonſtrãs. Rubens eſt ille, tu uerò nõ rubefactus es? Oculi ſanguine ſuffuſi ſunt illi, tui uerò dic mihi trãquillitatem præ ſe ferunt? Vox illius aſpera eſt, tua uerò mitis? Neq; in ſolitudinibus Echo ſic integra ad Deũ qui uocẽ emiſit refracta eſt, uelut cõtumeliæ ad cõuiciatorẽ reuertũtur. Imò ſonus quidẽ idem redditur: conuiciũ aũt cum additamento reuertit̃. Qualia enim ſunt quæ cõtumeliatores mutuò obijciũt? Ille quidẽ obſcurũ, & ex obſcuris dixit. Hic uerò ſeruorũ ſeruũ appellauit: ille pauperẽ, hic erronẽ: ille indoctũ, hic mente perculſum, donec ipſos contumeliæ uelut ſpicula deficiant. Deinde poſtq; omnia cõuicia per linguam uelut fundam excuſſerint: ita deinceps ad uindictam per facta procedũt. Ira enim excitat contentionem, cõtentio generat conuicia, conuicia plagas, plagæ uulnera, ex uulneribus aũt ſæpe mortes ſequuntur. Itaq; à primo initio malum ipſum cohibeamus, omni ſtudio iram animis eximentes. Sic enim plurima mala poterimus unà cum hoc malo uelut radice ac principio quopiam exſcindere. Cõuiciatus eſt? at tu benedicas. Verberauit? tu uerò ſuſtine. Perſpuit, & nihil te eſſe putat? tu uerò cogita tecũ
Gen. 3. ipſe quòd ex terra conſtitutus es, & in terram rurſus reſolueris. Qui enim talibus rationibus ſeipſum præoccupauit, omnẽ ignominiã minorẽ ueritate cõperiet. Sic enim & impoſsibilem efficies inimico uindictã, inſauciabilem teipſum conuicijs demonſtrãs, & magnam tibi ipſi patientiæ coronam parabis, alterius inſaniã propriæ philoſophiæ occaſionẽ faciens. Quare ſi mihi credere uoles, contumelias magno etiam animo contemnes, & te adhuc uiliorem eſſe concedes. Obſcurum te dixit & inglorium, & nihil penitus ulla in re? at tu terram teipſum dicas ac cinerem. Non es præſtantior patre no-
Gen. 18. ſtro Abraham, qui ſeipſum ſic appellauit. Indoctum & pauperem & nullius precij te di-
Pſal. 21. xit? at tu uermem te dicas, & ex ſterquilinio originẽ habere, Dauidis uerbis utens. His
Num. 12. adde etiam Moyſis bonitatem. hic enim ab Aaron & Maria conuicijs impetitus, non eos apud Deum accuſauit, ſed pro ipſis orauit. Quorum potius diſcipulus eſſe uis, beatorum'ne & Deum diligentium uirorum, aut ſpiritu prauitatis expletorũ? Quum tibi conuiciorum tentatio commota fuerit, puta teipſum probari, utrum per longanimitatem accedas ad Deũ, aut per irã decurras ad aduerſariũ. Da tempus cogitationib. tuis ad bonam partem eligendam. Aut enim profueris etiam illi per manſuetudinis exem-

plum, aut grauius de ipſo uindicaueris per contemptũ. Quid enim triſtius inimico accidere poſsit, q̃ quòd uideat inimicũ ſuum contumelijs ſuperiorẽ? Ne dejcias animũ tuum, nec te cõtumeliatoribus prehẽdendũ prębeas. Sinas ipſum inefficaciter contra te latrare, in ſeipſo dirumpat. Quemadmodũ enim qui uerberat nõ ſentientẽ, ſeipſum excrutiat: nam & de hoſte uindictã non ſumit, & iram nõ ſedat: ſic qui obprobria cõtemnenti conuiciatur, affectionis ſuæ ſolatiũ inuenire non poteſt. Vice uerſa igit̃ uelut dixi rumpit̃. Statim enim quale nomen uterq; ueſtrũ ex præſentib. conſequit̃? Ille quidem conuiciator appellat̃, tu autem magnaminus. Ille iracũdus & moroſus, tu uerò longanimus & benignus. Illum pœnitebit dictorũ, te uerò nunquã pœnitebit uirtutis. Et quid multis opus eſt? Illi conuicium regnũ cœlorũ cõcludit. Conuiciatores eñ regnũ Dei non conſequent̃. Tibi uerò ſilentiũ regnum præparauit. Qui enim perſeuerauerit uſq; in finem, hic ſaluus erit. Si uerò repugnes, & ex æquo cõtra conuiciatorẽ inſurgas, quam tandem excuſationẽ prętendes? Quia irritauit te à conuicijs auſpicatus? Et quanam uenia hoc ipſum dignum fuerit? Neq; enim ſcortator in meretricẽ culpam transferens, uelut quæ ad peccandũ prouocauit, minus iudicio condemnatur. Neq; coronę contingunt citra aduerſarios, neq; ruinę citra hoſtes. Audis Dauidem dicẽtem? Dum conſiſteret peccator aduerſus me, non irritatus ſum, neq; uindicaui: ſed ſurdus factus ſum, & humiliatus ſum, & conſilui ex bonis. Tu uerò exacerbaris quidẽ ob conuicium, uelut malum: imitaris autem rurſus, uelut bonũ. Ecce enim facis quæ ipſe reprehendis. Aut alienum quidẽ malum diligẽter intueris, tuã ipſius uerò turpitudinẽ negligis. Malum eſt cõtumelia, fuge imitationẽ. Neq; enim alterum auſpicatũ eſſe, ad excuſationẽ ſufficiens eſt: imò iuſtius, ſi quid ego rectè hac parte iudico, etiam auxerit reprehenſionem, propterea q͂ ille quidem non habuit exemplũ quod ipſum modeſtiæ commone faceret. Tu uerò uidens iratum turpiter ſe gerentẽ, non uitaſti eius ſimilitudinẽ, ſed indignaris, & ægre fers, & uicisſim iraſceris. Et fit hoc modo affectio tua, excuſatio eius qui auſpicatus eſt. Nam per ea quæ ipſe facis, & illũ culpa liberas, & teipſum condemnas. Si enim malũ eſt ira, cur non quod prauũ eſt declinaſti? Si uerò uenia dignum, cur iraſcenti ſuccenſes? Quare ſi ſecundus ueniſti ad retaliationem, nihil tibi hoc proderit. Neq; enim in certaminibus pro coronis, is qui certamẽ auſpicatus eſt: ſed qui ſuperat, coronatur. Condemnatur itaq; non ſolũ qui mali autor fuit, ſed etiã qui malũ ducem ad peccatum inſequutus eſt. Si pauperem te dixerit, & uerum loquitur, ſuſtine ueritatem: ſin mentitur, quid ad te quod dixit? Neq; ad laudes ueritatem excedentes criſtas erigas, neq; ad contumelias exaſpereris, quæ te non attingunt. Non uides iacula quomodo ad firma ſolidaq; ac renitentia emiſſa penetrare ſolent? uerùm in mollibus & cedentibus impetum exoluere? Tale etiam conuicium eſſe putes. Qui enim ad ipſum renititur, in ſeipſum ſuſcipit: qui uerò concedit & cedit, per morum manſuetudinẽ, prauitatẽ, quæ in ipſum ferebatur, exoluit. Quid uerò te pauperis appellatio perturbat? Memor ſis naturę tuæ, quòd nudus ad mundũ ueniſti, & nudus itidem diſcedes. Quid autem nudo pauperius eſt? Nihil graue audiuiſti, ſi non tibi ipſi ea quæ dicta ſunt propria putare uoles. Quis unquam ob paupertatem abductus eſt in carcerem? Pauperẽ eſſe non probroſum eſt, ſed paupertatẽ non generoſe ferre. Memor ſis Domini, quòd diues exiſtens, propter nos pauper factus eſt. Si ſtultum & indoctum te appellarit, memor ſis Iudaicarum contumeliarũ, quibus in ueram ſapientiam conuicia iactauerunt: Samaritanus es, & diabolum habes. Nam ſi contra iraſceris, obprobria iam confirmas: quid enim ſtultius eſt ira? Si uerò iram ſuppreſseris, pudefacis cõtumeliatorem, re ipſa temperãtiam oſtendens. Alapis cæſus es? Nam etiam Dominus. Cõſpuit quis faciem tuam? Sed & herus noſter idem paſſus eſt. Non enim auertit faciẽ à turpitudine ſputamentorũ. Calumniam perpeſſus es? Nam etiam ipſe iudex. Dilaniarunt tibi tunicam? exuerunt etiam meum Dominum, & diuiſerũt ueſtes ipſius inter ſe. Nondum cõdemnatus es, nondum crucifixus es. Multa tibi deſunt, ut ad ipſius imitationem peruenias. Singula ex his animum tuum ſubeant, & inflammationẽ deprimant. Tales enim præparationes ac diſpoſitiones, cordis uelut ſaltus ac pulſus detrahentes, ad conſtantiã ac tranquillitatem, animi noſtri cogitationes reducunt. Et hoc ſanè eſt id quod à Dauide dictum eſt: Paratus ſum, & non cõturbatus ſum. Oportet igitur ſtolidum & furioſum

1. Cor. 6.
Mat. 24.
Pſal. 38.
Iob. 1.
Luc. 2.
Mat. 12.
Matt. 26.
Pſal. 118.

animi motum ſanctorũ exemplorum memoria comprimere. Quomodo magnus ille
Dauid uiolentiam Semei manſuetè pertulit? non enim dabat iræ tempus ut commo-
2.Reg.16. ueretur: ſed ad Deum cauſam transferebat. Quia Dominus, dixit, iuſsit Semei, ut exe
craretur Dauidem. Quapropter quum uocaretur uir ſanguinũ, & uir iniquus, nõ indi-
gnatus eſt illi, ſed ſeipſum humiliabat, uelut meritò ipſi contumelia contingeret. Itaq;
duo hæc ex animo tuo exime, & neq; teipſum magnis rebus dignum iudica, neq; ali-
quem hominem multum dignitate infra te eſſe puta. Sic enim nunquã ignominia affe
cti ad iram cõcitabimur. Graue quidem eſt eum qui beneficijs affectus eſt, & maximis
beneficijs obligatus, ſupra hoc quod ingratus eſt, etiam amplius contumelijs ac igno-
minijs prouocare. Graue quidem eſt, ſed maius malum id eſt facienti, quàm patienti.
Ille uituperet, tu uerò ne uiciſsim uituperes. Exercitiũ ad philoſophiam ſint tibi illius
uerba. Si enim morſum inde non perceperis, inſauciabilis es. Si uerò etiã quid animo
Pſal.54. perpetiaris, moleſtiam eam intra teipſum contine. In me enim, inquit, conturbatum eſt
cor meum, hoc eſt, affectus non eſt foras diſtributus: ſed uelut fluctus quidam intra lit
tora confractus, ſedatus eſt. Quietum redde mihi cor latrans & exacerbatum. Reuere
antur affectus rationis tuæ aduentum, uelut puerorum immodeſtia uiri uenerabilis cõ
ſpectum. Quomodo igitur effugere poterimus iracundiæ damnum? Si perſuaſerimus
iræ, ut ne rationem præuertat, & ipſius primùm curam geramus, ut nunquam mentem
præueniat. Habeamus autem ipſam uelut equum ſubiugatum, & rationi uelut freno
obedientem, nuſquam ex ordine proprio excedentem, ita ut à ratione ducatur quo-
cunq; tandẽ præiuerit. Eſt enim ipſa iraſcibilis animæ pars, ad multa uirtutis opera no-
bis commoda: quum uelut miles aliquis depoſitis apud ducem armis, promptè ubi præ
ceptum fuerit auxilia exhibuerit, & rationi contra peccatum opem tulerit. Eſt eñ ner-
uus animæ concitatio ad iram, firmitatem ipſi ad reſiſtendum malis ac conſtantiam in
honeſtis inducens. Si enim aliquando animam præ uoluptate exolutã apprehenderit:
ipſam uelut ferrum tinctura corroboratum, auſteram & uirilem ex molli ac ualde re-
miſſa facit. Si enim non ira concitatus fueris aduerſus prauitatem, non poſsibile eſt tibi
ut ipſam odio pro dignitate perſequaris. Oportet enim, opinor, æquale ſtudium habe-
re circa amorem uirtutis, & circa odium peccati, ad quod maximè utilis eſt iræ concita
tio, quum uelut canis paſtorem, ita ira rationem ſequens, mitis ac manſueta permanſe-
rit erga cõmodantia, & facilè per rationem reuocari poterit: ita ut ad alienã quidem uo
cem & adſpectum exaſperetur, etiamſi obſequium habere uideatur: inclamante uerò
familiari ac amico, formidet. Hoc optimum eſt, & ualde concinnũ ſapienti animę par-
ti ab iraſcibili auxilium. Qui enim talis eſt, implacabilis & irreconciliabilis erit inſidian
tibus, nunquam amicitiam ad detrimentum ſuſcipiens: ſed inſidiantem uoluptatem,
uelut lupum quendam ſemper allatrans ac dilanians. Talis quidem igitur utilitas ex ira
emergit his, qui ea uti poſſunt. Nam & reliquæ potentię ſingulę iuxta utendi modum,
aut malum aut bonum poſsidenti ipſas fiunt. Verbi cauſa. Qui concupiſcibili animæ
parte ad uoluptatem carnis & immundarum actionum abutitur, proteruus eſt & abo-
minabilis: qui uerò eam ad dilectionem Dei conuertit, & ad æternorum bonorum ap
petentiam, admirandus eſt & beatus. Rurſus qui rationalem animæ partem probè tra-
ctat, ſapiens eſt ac prudens: qui uerò in detrimentum proximorum mentem acutam
habet, improbus eſt & maleficus. Ne igitur ea quæ nobis data ſunt ad ſalutem à creato
re, occaſionem nobiſipſis peccati faciamus. Hoc ſanè modo etiam ira quando opor-
tet, & ut oportet mota, fortitudinem facit, & tolerantiam ac abſtinentiã: ubi uerò præ-
ter rectam rationem egerit, inſania euadit. Quapropter nos etiam Pſalmus admonet:
Pſal.4. Iraſcimini, & ne peccetis. Et Dominus, fruſtra quidem iraſcenti, iudicium intentat. Ve
Mat.5. rùm ira uti ad ea quæ oportet, uelut medicamenti loco non improbat. Nam illud: Po-
Gen.3. nam inimicitiam inter te & ſerpentem. Et hoc: Inimicitias aſſumite aduerſus Madiani-
Num.31. tas: docentis ſunt uti ira uelut armis. Quare Moyſes omnium hominum manſuetiſsi-
mus, idololatriam damnans ac puniens, Leuitarum manus ad fratrum cędem armauit:
Exod.32. Ponat, inquit, unuſquiſq; gladiũ ſuũ ſuper fremur ſuum, & penetrate à porta ad portã,
& reflectite per caſtra: & occidite unuſquiſq; fratrem ſuum, & unuſquiſq; proximũ ſu-
um. Et paulò poſt: Et dixit, inquit, Moyſes, Cõſecraſtis manus ueſtras hodie Domino,

unuſquiſq;

unuſquiſq; in filio ſuo, & in fratre ſuo, ut detur ſuper uos benedictio. Quid uerò Phinees iuſtum fecit? nónne iuſta ira contra ſcortatores? qui alioqui mitis ac manſuetus exiſtens, ubi uidit ſcortationem Zambri & Madianitidis palàm & citra ruborem perpetrari: quum neq; turpitudinem obtegerent, turpe ſpectaculum non ferens, opportuna ira uſus eſt, haſta per utrunq; tranſacta. Samuel autem Agag regē Amalec, à Saule præter mandatum Dei ſeruatum, nónne iuſta ira in medium productū occidit? Sic eſt plerunq; ira bonarum actionum miniſtra. Helias autem æmulator ille, quadringētos quinquaginta uiros ſacerdotes turpitudinis, & quadringentos uiros ſacerdotes nemorum, comedentes menſam Iezabel, rationali ac ſapienti concitatus ira, in totius Iſrahel utilitatem interfecit. Tu uerò fratri tuo iraſceris fruſtra, ac ſine cauſa. Quomodo enim non ſine cauſa? quum alio operante, alij tu indigneris ac ſuccenſeas, & quod canes facere ſolent, admittas qui lapides mordēt: eum uerò qui eos proiecit, nō attingūt. Is per quē operatio fit, miſerabilis eſt: ille uerò qui operatur, odio dignus eſt. Illuc animi impetū transfer, ad illum homicidam, mendacij patrem, operatorem peccati: fratri uerò etiam cōdole, propterea quòd ſi in peccato permanſerit, unà cum diabolo tradetur igni æterno. Porrò quemadmodū nomina diuerſa ſunt indignationis ac iræ: ſic etiam ea quæ ſignificantur ab ipſis, plurimum inter ſe differunt. Eſt enim dignatio uelut incenſio quędam, & repentina affectionis exhalatio: ira uerò moleſtia eſt perſeuerans, & impetus durans ad eorum qui iniuriam fecerunt retaliationem, uelut gliſcente anima, & ad uindictam cōcitata. Noſſe igitur oportet, quòd circa utraſq; affectiones delinquunt homines. Aut furioſè & temerè aduerſus eos qui ipſos irritarunt, commoti, aut doloſè & per inſidias eos à quibus moleſtia affecti ſunt, aggredictes: quæ ambo à nobis uitāda ſunt. Quomodo igitur moueri non poterit hic affectus ad ea quæ nō oportet? Quomodo? ſi didiceris humilitatem, quam Dominus & uerbis præcepit, & re ipſa demonſtrauit, nunc quidem dicens: Qui uoluerit inter uos eſſe primus, ſit omnium poſtremus: nunc uerò manſuetè, & immoto animo percutientem ſuſtinens. Nam cœli ac terrę conditor ac dominus, qui ab omni intelligibili ac ſenſibili creatura adorat̄, qui uniuerſa fert uerbo potentiæ ſuæ, nónne uiuum mittere ipſum potuiſſet ad orcum, ita ut terra ſub ipſo impio dirupta eſſet? Verùm cōmonefacit potius ac docet, Si malè loquutus ſum, teſtimonium perhibe de malo: ſi uerò bene, cur me cædis? Si enim adſuetus fueris omniū poſtremus eſſe, iuxta Domini præceptum, quando indignaberis, uelut qui ſis præter dignitatem contumelijs affectus? Quum puer paruulus te conuicijs impetat, riſus occaſionem cōuicia facis. Et quū aliquis prę phrenitide mente motus, uerba ignominiæ plena loquatur, miſerabilem magis ducis quàm odio dignum. Non igitur uerba moleſtias mouere ſolent: ſed eius qui nobis conuiciatus eſt ſuperbia, & uniuſcuiuſq; de ſeipſo imaginatio. Quare ſi utrunq; horum ex animo exemeris, ſtrepitus inanē ſonitum edens, ſunt ea quæ proferuntur. Ceſſa igitur ab ira, & relinque indignationem, quo iræ quæ de cœlo reuelatur, periculum effugias: imminet enim ſuper omnem impietatem, & hominum iniuſticiam. Si enim prudenti ratiocinatione amaram iræ radicem excindere poteris, multas affectiones unà cum hoc principio tolles. Nam & dolus, & ſuſpicio, & infidelitas, & malignitas, & inſidiæ, & audacia, & omne talium malorum examen, huius uicij germina exiſtunt. Ne igitur nobis ipſis tantum malum inducamus, animæ ægritudinem, rationis tenebras, à Deo abalienationem, conſortij ignorantiam, belli principium, calamitatum aceruum, dæmonem malum, qui in ipſis animis noſtris generatur, & uelut inquilinus impudens interna noſtra occupat, & ſancto ſpiritui acceſſum occludit. Vbi enim inimicitiæ, lites, iræ, rixæ, cōtentiones, tumultus non ſedandos inducentes: ibi ſpiritus manſuetudinis non requieſcit. Verùm admonitioni beati Pauli obedientes, omnem iram ac indignationem & clamorem tollamus à nobis cum omni malicia, & ſiamus inter nos boni ac miſericordes, expectātes beatam ſpem manſuetis promiſſam. Beati enim mites, quia ipſi poſsidebunt terram, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui gloria & imperium, cum patre principium non habente, & ſancto bonoq; ac uiuifico ipſorum ſpiritu, nunc & in ſecula. Amen.

Num. 25. 1. Reg. 15. Mat. 20. Mat. 26. Ephes. 4. Matt. 5.

DIVI BASILII MAGNI HOMILIA DE INVIDIA, IANO CORNARIO MEDICO PHYSICO INTERPRETE.

BONVS eſt Deus, & bonorũ his qui digni ſunt largitor: malus eſt dia-
bolus, & omnis prauitatis opifex. Et quemadmodũ boni eſt, nemini
inuidere, ſic diaboli propria eſt inuidia. Vitemus igitur fratres, inui-
diæ affectionẽ, ne ſocij operũ aduerſarij noſtri fiamus, & eodẽ iudicio
cõdemnemur. Si.n.faſtuoſus in iudiciũ diaboli incidit, quomodo inui
dus paratã diabolo pœnã effugiet? Nulla.n. pernicioſior affectio ani-
mis hominũ innaſcitur ꝙ inuidia, quæ extraneos minimè lædens, primũ & domeſticũ
malũ eſt poſsidẽti. Quemadmodum.n. rubigo ferrũ, ſic inuidia animã in qua eſt, conſu
mit. Imò potius, quemadmodũ uiperas tradunt, exeſo materno utero generari: ita & in
uidia animã ipſam parientẽ conſumere ſolet. Eſt.n.inuidia, triſticia ex alieno ſucceſſu
oriens, quapropter anxietates & moleſtiæ nunꝙ deſerunt inuidũ. Fertilis fuit uicini a-
gellus, abundat omnib. ad uitam degendã cõmodis domus, nõ deficiũt homini animi
uoluptates: hæc omnia alimentũ morbi ſunt, & inuido doloris incrementũ. Quare ni-
hil differt ab homine nudo, qui ab omnib. uulneraẽ: fortis eſt quiſpiã, bona habitudine
prędítus eſt, hæc feriũt inuidum. Alius forma præſtantior eſt, alia hæc eſt inuidi plaga.
Ille animæ præſtantia multos excellit, in ſapientia ac dicendi facultate cõſpicuus eſt, &
ad imitandũ proponitur. Ille diues eſt, & ſplendidè munificus in largitionibus & ſocie
tate ad egenos, multaꝗ laus ipſius eſt apud eos quibus benefecit. Omnia hæc plagæ
ſunt & uulnera, mediũ cor ipſius percellẽtia: & quod in hoc morbo grauiſsimũ eſt, ne-
que detegere ipſum poteſt, ſed pronus ac ſubtriſtis terram intuens, & conturbatus eſt,
& ægrè fert, atꝗ à malo perit. Interrogatus autem de affectione, erubeſcit publicare ca
lamitatẽ. Nimirũ inuidus ſum & amarulentus, & affligunt me amici bona, & lugeo ob
fratris læticiã, & non fero aſpectũ alienorũ bonorũ: ſed calamitatẽ facio uicinorũ pro-
ſperitatẽ. hæc.n.utiꝗ dixerit, ſi uera loqui uelit. Verùm nihil horum eloqui uolẽs, mor
bum in profundo detinet, tabefacientẽ uiſcera ipſius, & corrodentẽ. Itaꝗ neꝗ medicũ
morbi aſſumit, neꝗ medicamentũ inuenire poteſt ad affectionẽ auxiliare, quanꝗ Scri
pturæ talibus medicamentis ſint refertæ: ſed unicã expectat à malo refocillationẽ, ſicu
bi uideat aliquẽ ex his quibus inuidet ruentẽ. Hic eſt odij terminus, miſerũ uidere ex fe
lici inuidioſum, miſerabilẽ factum eſſe eum qui beatus prędicabatur. Tunc ſocius & a-
micus eſt quum lachrymantẽ uiderit, quum lugentem conſpexerit: & cum hilari qui-
dem non lætatur, cum lugente uerò collachrymatur, & uitæ tranſmutationẽ ex qualib.
ad qualia redactus ſit, cõmiſeretur, non præ humanitate, & quòd cõdoleat, priora uer-
bis efferens, ſed ut grauiorẽ ipſi faciat calamitatẽ. Filium poſt obitum laudat, & innume
ris præconijs celebrat, quàm pulcher fuerit, quàm docilis, quàm aptus ad omnia, cui ui
uenti ne lingua quidem fauente gratificatus fuit. Si tamen multos uiderit ad laudan-
dum concurrentes, rurſus tranſmutatus inuidet mortuo. Diuitias miratur, poſtquam
dilapſæ ſunt: pulchritudinem corporis, aut robur, aut bonam habitudinem, poſt mor-
bos laudat, & extollit. Et in ſumma, hoſtis quidem eſt præſentiũ, amicus autem perdi-
torum. Quid igitur hoc morbo pernicioſius eſſe poſsit? corruptela uitæ, pernicies na-
turæ, inimicitia eorum quæ nobis à Deo data ſunt, contrarietas aduerſus Deum. Quid
autorẽ mali dæmonem ad bellum contra homines excitauit? nónne inuidia? per quam
etiam aduerſus Deum pugnare palàm cõuictus eſt: indignatus quidem Deo propter
Gen.4. munificentiam erga hominem, ulciſcens uerò hominem, quandoquidẽ Deum non po
terat. Eadem hæc etiam Cain feciſſe demonſtratur, primus ille diaboli diſcipulus, & in-
Rom. uidiam & cædem ab ipſo edoctus fraternas iniquitates, quas etiam Paulus coniunxit
quum inquit, Plenos inuidiæ, cædis. Quid igitur erat quod fecit? Vidit honorẽ à Deo,
& ad æmulationẽ exarſit, & occidit honoratũ, ut læderet eum qui honorauit. Quum
enim ad pugnã contra Deum impotens eſſet, ad fratris cædem delapſus eſt. Fugiamus
fratres, morbum pugnæ aduerſus Deum doctorem, homicidij matrem, naturæ confu-
ſionem, conſortij ignorantiã, calamitatem abſurdiſsimã. Quid triſtaris homo, nihil gra
ue paſſus? quid bellum geris cum eo qui in bonis aliquibus eſt, quũ nihil de tuis immi-
nuerit?

nuerit? Si uerò etiam beneficijs affectus, indignaris, nonne palàm tuę ipſius utilitati inuides? Qualis ſanè erat Saul, qui exceſſum beneficiorũ, cauſam belli aduerſus Dauid fecit: primùm quidem cõcinniſsima illa ac diuina muſica, ab inſania liberatus, conabatur haſta transfigere benefactorẽ. Deinde unà cum ipſo exercitu ex hoſtibus ſeruatus, & à turpitudine ex Goliath liberatus: tamẽ quia in carminib. uictorialib. ſaltatriculæ tripudiantes, decuplum laudis rerum geſtarũ Dauid ipſi deferebant, canẽtes uidelicet, Percuſsit Dauid decem millia, & Saul mille: propter unam hanc uocem, & teſtimoniũ ex ipſa ueritate cõtingens, primùm ſua manu illum occidere, & ex inſidijs tollere aggreſſus eſt: deinde quum profugum feciſſet, necꝙ ſic inimicitiæ finem impoſuit, ſed tandem expeditionẽ militarem ex tribus millibus electorũ contra ipſum eduxit, & ſolitudines perſcrutatus eſt. Si uerò interrogatus fuiſſet belli cauſam, omnino uticꝙ uiri beneficentiam retuliſſet: qui ſanè in ipſo perſequutionis tempore dormiẽs deprehenſus, paratus ad occiſionẽ, expoſitus hoſti, & rurſus à iuſto manus ipſi inferre nolenti ſeruatus: necꝙ per hanc beneficentiã flecti potuit, ſed & rurſus exercitum colligebat, & rurſus perſequebatur, donec iterũ ab eodem in ſpelunca captus, illius quidem uirtutẽ illuſtriorem demõſtrauit, ſuam uerò ipſius prauitatem manifeſtiorẽ fecit. Intractabiliſsima inimicitiæ ſpecies inuidia eſt: etenim eos qui aliàs nobis inimici ſunt, beneficentiæ manſuetiores reddunt. In inuidum autem & malignũ collata beneficia, ipſum amplius iritant: & quanto maiora acceperit, tanto magis indignatur, angiturꝙ, ac moleſtè fert. plus. n. triſtatur ob potentiam benefactoris, ꝗ gratiam habet pro his quæ in ipſum cõferuntur. Quam beſtiam nõ ſuperant morũ improbitate? quas feras feritate non excellunt? canes alimẽto dato manſueſcũt, leones curati tractabiles euadunt: uerùm inuidi curationibus amplius efferantur. Quid generoſum illum Ioſeph ſeruum fecit? nonne inuidia fratrũ? ubi etiam morbi abſurditatẽ admirari operæpreciũ eſt. Timentes enim ſomniorum euentũ, fratrem ſeruũ faciebant, tanquã ſeruus nunꝗ adoratus eſſet. Atqui ſi quidem uera ſunt ſomnia, qua arte fieri poſsit, ut nõ omnino eueniãt prædicta? Si uerò falſæ ſunt ſomniorũ uiſiones, cur inuidetis erranti ac decepto? Nunc uerò per diuinã diſpenſationẽ ſapientia ipſorũ circumuertitur: per quæ enim putabant ſe impedituros eſſe prædictionẽ, per ea uiam euentui ſtruxiſſe uidentur. Si enim uenditus non fuiſſet, in Aegyptum nõ ueniſſet, in inſidias proteruę mulieris propter temperantiã non incidiſſet, in carcerẽ coniectus non fuiſſet, miniſtris Pharaonis familiaris factus nõ eſſet, necꝙ ſomnia coniectaſſet, unde principatũ Aegypti ſuſcepit, & propter frumenti inopiam à fratribus ſuis ad ipſum progreſsis adoratus eſt. Transfer cogitationẽ tuam ad maximã inuidiam, & ob maxima conflatã, quæ ex Iudæorum contra Saluatorẽ inſania orta eſt. Cur inuidioſus erat? propter miracula. Quæ uerò erant ea miracula? ſalus egenorũ: alebantur eſurientes, & altor bello impetebatur: excitabantur mortui, & uiuificãs inuidioſus erat: dæmones fugabantur, & imperanti ipſis inſidiæ ſtruebantur: leproſi mundabantur, & claudi obambulabant, ſurdi audiebant, & cæci uiſum recipiebant, & benefactor fugabatur. Et poſtremum, morti tradiderunt eum qui uitam eſt largitus, & flagris cædebant hominũ liberatorem, & cõdemnabant mundi iudicem. Sic ad omnia penetrauerũt inuidię mala. Et unicis his armis, à iactis mundi fundamẽtis exorſus, uſꝙ ad ſeculi conſummationẽ, omnes ſauciat, deijcit ac ſuperat peſtis uitæ noſtræ diabolus, qui noſtro interitu gaudet, qui per inuidiã delapſus eſt, & nos ſimul per eandem affectionem ſecum deiecit. Sapiens itacꝙ erat uir, qui inuido uiro ne cõcœnare quidem permittebat, per conuerſationẽ in cœna, de omni ſimul uitæ ſocietate dicens. Quemadmodũ enim materiam quę facilè ignem concipit, curę eſt nobis quàm longiſsimè ab igne ſeponere: ſic oportet quantũ poſsibile eſt, amicitias ab inuidorum conuerſatione abducere, ut extra inuidiæ tela conſiſtamus. Neque enim aliàs inuidiæ implicari poſſumus, ſi non per familiaritatem ipſi appropinquemus. Quandoquidem iuxta Solomonis dictum, uiro æmulatio à ſodali ipſius. Etenim ſic ſe res habet. Aegyptio non inuidet Scytha, ſed unuſquiſꝙ ſuo gentili: & tamen in gentilitate non inuidet ignotis, ſed familiariſsimis: & ex familiaribus, his qui uicini ſunt, & eiuſdem artis, atꝗ etiam aliàs cõſortibus ac domeſticis: & ex his rurſus, coætaneis & cognatis ac fratribus. Et in ſumma, quẽadmodum rubigo proprius eſt morbus frumenti, ſic inuidia amicitiæ morbus. Illud tamen

1.Reg.16.
1.Reg.18.
1.Reg.22.
1.Reg.24.
1.Reg.26.
Gen.37.
Gen.41.
Matt.15.
Prouerb.23.

tamen laudauerit utiꝗ aliquis in hoc malo: quod quanto uehementius fuerit motum, tanto grauius eſt poſsidẽti. Quemadmodum enim iacula uiolenter emiſſa, ubi ad forte quiddam ac renitens allapſa fuerint, ad eum qui ipſa emiſit, reuertuntur: ſic inuidiæ motus nihil lædentes inuidioſum, ipſius inuidi plagæ fiunt. Quis enim unquam ex inuidia triſtatus uicini bona imminuit? ſeipſum tamen mœrore cõtabeſcens cõſumpſit. Iam uerò etiam uirus eiaculantibus beſtijs pernicioſores eſſe, ex inuidia ægrotantes ſuſpecti ſunt: ſiquidẽ illæ per plagã uirus immittunt, & cõmorſa pars paulatim putredine exeditur. Inuidos uerò putant quidã etiam per oculos ſolos noxã immittere, ut corpora bona habitudine prędita, & ex ætatis uigore ad ſummam pulchritudinẽ effloreſcentia, colliqueſcãt ab ipſorũ inuidia, & tota moles aceruatim contrahitur, uelut fluxione quadã pernicioſa ex inuidorũ oculis diffluente, & lædente ac corrumpente. Ego uerò hanc fabulam ut popularẽ repudio, & ab aniculis in gynęceum ac muliebre cõclaue inductam. Illud autem aſſero, quòd oſores probitatis dæmones, ubi uoluntates reperiãt ſuis cõſimiles, omnino ipſis ad ſuũ propoſitũ abuntũ: quare etiam oculis inuidorũ ad ſuæ uoluntatis miniſteriũ utuntur. Deinde non horres teipſum miniſtrũ pernicioſi dæmonis facere? ſed uitiũ ſuſcipis, per quod hoſtis quidẽ fies eorũ qui te nulla iniuria affecerunt? hoſtis itidem Dei, qui bonus eſt, & nemini inuidet? Fugiamus uitium intolerabile, ſerpentis eſt documentũ, dęmonũ inuentũ, ſeminatio inimici, arrabo ſupplicij, impedimentũ pietatis, uia ad gehennã, priuatio regni. Manifeſti uerò quodã modo & ex ipſa facie fiunt inuidi. Viſus his eſt aridus & obſcurus, gena demiſſa, ſuperciliũ contractum, animus affectione cõfuſus, ueritatis iudiciũ in rebus nõ habens: nõ actio uirtutis laudata apud illos, non ſermonis facultas autoritate ac gratia ornata, non aliud quicꝙ imitabile ac ſpectabile. Verũ quemadmodũ uultures ad graueolẽtia feruntũ, multa prata, multos iucundos & odoratos locos præteruolãtes: & muſcæ ſanas corporis partes præteruolant, ad ulcus uerò feſtinant: ſic inuidi uitæ ſplendores, & rectè factorũ magnitudines ne aſpiciunt quidẽ, in marcida uerò & putrida irruunt, & ſi in qua re offendere aliquem cõtingat (quales pleræꝗ hominum res exiſtunt) hanc ipſam inuulgant, & ab his homines notos reddere uolunt, non aliter quã mali pictores à diſtorto naſo, aut cicatrice aliqua, aut mutilatione naturali, ſiue ex affectione illata, formas à ſe pictorũ demonſtrantes. Potẽtes prętereа ſunt, id quod laudabile eſt, ad peius peruertẽdo cõſpurcare, & uirtutẽ ex uicino uitio calumniari. audacem eñ dicũt eum, qui fortis eſt: indolentem ac ſtultum, qui temperatus: crudelem qui iuſtus, maleficũ qui prudens: eum uerò qui magnificus eſt, uelut iactabundum calumniantur, liberalem autem uelut prodigum: rurſus gubernandæ familiæ peritũ, parcũ. Et in ſumma, omnes uirtutis ſpecies apud ipſos nomine non carent, ex oppoſito uitio translato. Quid igitur in accuſatione uitij huius ſermonẽ finiemus? Imò hæc uelut dimidia curationis pars eſt. Nam oſtẽdere ægroto morbi magnitudinẽ, ut debitã mali curã ipſi inducat, non eſt inutile. Verùm relinquere ipſum eò perductũ, & non manuducere ad ſanitatem, nihil aliud eſt, ꝙ ægrotum morbo deditum dimittere. Quomodo igitur morbũ hunc, aut ab initio non perpetiemur, aut ipſi ſubiecti effugerimus? Si primùm quidem nihil magnum, nihil excellens rerum humanarum eſſe iudicauerimus, non opulentiã, non gloriam marceſcentem, non corporis bonã habitudinẽ. Non enim in rebus prætereuntibus felicitatẽ eſſe ſtatuimus, ſed ad æternorum ac uerorum bonorum participationem uocati ſumus. Quare diues nondũ beatus eſt propter diuitias, non potens propter autoritatis ac dignitatis amplitudinẽ, non fortis propter corporis robur, non ſapiens propter eloquẽtiæ facultatem. Inſtrumenta enim ſunt hæc uirtutis his qui rectè ipſis utuntur: non ipſa in ſeipſis habent felicitatem. Qui igitur malè ipſis utitur, miſerabilis eſt, uelut is qui gladio, quem ad debellãdos hoſtes accepit, ſeipſum ultrò ſauciat. Qui uerò bene & iuxta rectam rationem præſentia tractat, & diſpenſator eſt bonorum à Deo acceptorũ, non autem ad propriam uoluptatẽ recondit, is & laude & amore dignus eſt, propter fraternum amorem, & morum ſodalitatẽ. Rurſus præſtat quis prudẽtia, & uerbo Dei clarus eſt, & enarrator eſt ſacrorũ oraculorum, ne inuideas tali, neꝗ uelis ut unquam taceat ſacrorum ſermonum interpres, ſi per ſpiritus gratiam commendatio aliqua & laus ex audientibus ſequitur. Tuũ enim eſt bonum, & tibi miſſum eſt per fratrem doctrinæ donum,

num,ſi ſuſcipere uelis. Deinde fontem ſcaturientē nemo obturat, & ſole ſplendente nemo oculos obuelat, neq; inuidet illis, ſed ſibiipſi comprecatur, ut frui cōtingat. Verùm ſermone ſpirituali in eccleſia ſcaturiente, & corde pio ex donis ſpiritus inſtar fontis emanante, non ſuſtines audire cum lætitia, non grato animo ſuſcipis utilitatem, ſed pungunt te plauſus audientium, & uelles neq; eſſe qui utilitatem capiat, neq; qui laudet. Quam excuſationē hæc apud cordium noſtrorū iudicem habebunt? Itaq; animi bona ſola, ex natura bona eſſe putare oportet: eum uerò qui diuitijs effloreſcit, & ob potentiam ac bonam corporis habitudinē ſe iactat, ſiquidē probè utatur his quæ habet, diligere & amplecti, uelut cōmunia uitæ inſtrumenta poſsidentē, ſi ſanè ipſa ſecundum rectam rationē tractet, ut in ſuppeditādis quidem pecunijs liberalis ſit in egētes: corporis autem robur exhibeat in miniſteriū debilibus: omnē uerò reliquam ſupellectilem non magis ſuam putet, quàm cuiuſcunq; tandem indigētis. Eum uerò qui non ſic, ſe erga hæc habeat, miſerum potius ducere oportet quàm inuidioſum, ſi maiores habet ad hoc, ut malus ſit occaſiones: hoc enim eſt ex ampliore ſupellectile ac negociatione perire. Etenim ſi diuitiæ uiaticum ſunt ad iniuſticiā, miſerabilis profectò eſt diues: ſi uerò miniſteriū ad uirtutem, non habet locū inuidia, quum utilitas ab ipſis, omnibus in commune propoſita ſit, niſi quis adeò peruerſè prauus ſit, ut etiam ſibiipſi bona inuideat. Porrò ſi res humanas cogitatione præterieris, & ad id quod reuera bonū ac laudabile eſt reſpexeris, multum abfuerit ut aliquid corruptibiliū ac terrenarū rerum beatum & prædicandum iudices. Ei uerò qui ſic habet, & nō mundanarū rerum uelut magnarum admiratione tenetur, impoſsibile eſt unquam inuidiam accedere. Si uerò omnino gloriæ cupidus es, & præ uulgo uideri geſtis, & propterea ſecundus eſſe non ſuſtines: eſt enim & hæc ad inuidendū occaſio: tu ſanè ad acquirendā uirtutem transfer, uel fluxum quendam, ambitionē tuam, nec penitus diteſcere omni modo uelis, neq; laudem ex mundanis rebus quæſieris: non enim in te hæc ſunt, ſed iuſtus ſis, & temperatus, & prudens, & fortis, & patiēs in afflictionibus pro pietate. Sic enim & teipſum ſeruabis, & in maioribus bonis maiorem claritudinē habebis. Nam uirtus in nobis eſt, & à laborioſo ac induſtrio acquiri poteſt. At uerò pecuniarū cultus, & corporis pulchritudo, & dignitatum amplitudo non in nobis ſunt. Si igitur & maius bonum eſt uirtus & durabilius, & confeſſum apud omnes principatum habet, hæc ſanè nobis perſequenda eſt, quam ingenerari animo ab omnibus alijs affectionibus, & maximè omnium ab inuidia non purgato, impoſsibile eſt. Non uides quantum malum ſit ſimulatio & hypocriſis? & hæc inuidiæ fructus eſt. Morum enim duplicitas ex inuidia maximè hominibus ingeneratur, quum odium in profundo detinentes, ſuperficiem dilectione coloratam oſtendant, planè ad ſcopulorum ſub mari latētium ſimilitudinem, qui modica aqua tecti, impræuiſum malum incautis fiunt. Si itaq; & mors nobis illinc uelut ex fonte emanat, & delapſus à bonis, alienatio à Deo, legum confuſio, & omnium ſimul uitæ bonorum euerſio, credamus Apoſtolo, & ne fiamus inanis gloriæ appetentes, uicisſim prouocantes, uicisſim inuidentes, ſed potius boni, miſericordes, uicisſim largientes, uelut etiam Deus largitus eſt nobis, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cum quo ſit gloria patri, cum ſancto ſpiritu in ſecula ſeculorum. Amen. Rom. 1. Gal. 6.

DIVI BASILII MAGNI HOMILIA DICTA IN FAME AC SICCITATE, Iano Cornario medico phyſico interprete.

LEO rugiet, & quis non timebit? Dominus Deus loquutus eſt, & quis non uaticinabitur? Propheticū faciemus ſermonis exordiū, & diuinitùs afflatum. Amos auxiliarium in præſentem neceſsitatem aſſumemus, qui conſimiles afflictiones his malis quæ nos infeſtant curauit, conſilium ac ſententiam de his quæ profutura putamus, expoſituri. Nam & ipſe Propheta in ſuperiorum temporū calamitate, quum populus paternam reliquiſſet pietatem, & legum ſinceritatem conculcaſſet, & ad idolorum culturam delapſus eſſet, præco pœnitētiæ fuit, ad conuerſionē inhortans, & pœnarū minas intentans. Ego autem in uotis habeo, ut aliquotenus mihi contingat feruore & zelo ueteris hiſtoriæ uti, non tamē euentum eorū quæ tunc facta ſunt conſequentē uidere. Inobediens enim populus & uelut Amos 3.

pullus

pullus equinus durus & effrenis, & frenum mordens, ad id quod conducebat, tractus non eſt: uerùm à recta uia digreſſus, intantum extra omnem ordinem euagatus eſt, donec barathris ac præcipitijs illapſus, dignam pro inobedientia internecionem perpeſ-
1.Cor.4. ſus eſt: id quod abſit ut in nobis cõtingat filij mei, quos per Euangeliũ genui, quos per manuum benedictionem faſcijs inuolui. Sed ſit auditio benigna, anima obediẽs, libenter ſuſcipiens admonitiones, cedens dicenti, uelut cera ſigillum imprimenti, quo per hoc ſtudiũ ueſtrum, & ego fructum laborum lætificantẽ accipiam, & uos in tempore deceſſus ex hac uita mercedem, ſi factam ad uos exhortationẽ laudaueritis. Quid igitur eſt quod oſtendit quidem ſermo hic, uerùm ſuſpenſas adhuc detinet animas ſpe audiendi, tardans publicare quod expectatur. Cœlum uidemus ô fratres concluſum, nudum & ſine nubibus, triſtem hanc ſerenitatẽ inducens, & per puritatẽ affligens, quam antea ualde cupiebamus, quum diu nubibus contectũ, tenebroſos nos & ſole carẽtes efficiebat. Terra autem extremè reſiccata, iniucunda eſt aſpectu, ſterilis & infœcunda ad agriculturã, in fiſſuras dirupta, & in profundũ ſuſcipiens radios illabentes. Fontes uerò nos defecerũt diuites & perpetui, & magnorũ fluuiorũ fluxus conſumpti ſunt, & pueri minutiſsimi ipſos pedib. tranſeũt, & mulieres cum onerib. penetrãt. Pleriſq; ue-
Exod.17. rò noſtrûm etiã potus deficit, & in penuria uitæ cõſtituti ſumus, Iſraelitæ noui, Moſen nouum quærẽtes, & uirgam mirabiliũ operatricem, ut rurſus petræ percuſſę, populi ſitientis indigentiã curent, & nebulæ admirandę alimentũ inconſuetũ ipſum manna hominibus inſtar roris guttarũ demittant. Veremur ne fiamus poſteris nouum in fame & plaga exemplum. Vidi agros, & multas ob ſterilitatẽ ipſorum lachrymas effudi, emiſi fletum, quia pluuia ad nos non emittitur. Quædam ſemina ante germinis emiſsionem exiccata ſunt, talia permanentia inter glebas, qualia aratrum occuluit. quædam paululum prominẽtia germine emiſſo, miſerabiliter ab æſtu tabefacta ſunt, ut nunc quis tem
Matt.9. peſtiuè Euangelij uocem huc torquere poſsit quæ dicit: Operarij quidem multi, meſſis autem ne minima quidẽ. Agricolæ porrò in agris deſidentes, & manibus ad genua complicatis (qui ſanè lugentiũ habitus eſt) inanes ſuos labores deplorant, ad pueros infantes reſpiciẽtes ac lamentãtes, ad uxores oculos intendentes ac flentes, cõtingentes ac contrectãtes ſiccas frugum herbas, magna emiſſa uoce eiulantes, uelut patres qui filios in ætatis flore amiſerũt. Dicatur itaq; etiam ad nos ab ipſo Propheta, cuius paulo
Amos 3. antè in exordio mentionẽ fecimus. Et ego, inquit, ſuſtuli ex uobis pluuiam tribus ante uindemiam menſibus, & mittam pluuiam ſuper ciuitatẽ unam, ſuper alterã autem ciuitatem nõ mittam, & portio una rigabitur, & portio ſuper quam nõ miſero pluuiã, ſiccabitur. Et cõgregabuntur duæ aut tres ciuitates in unam ad bibendũ aquam, & nõ ſatiabuntur, propterea quòd nõ conuerſi eſtis ad me, dicit Dominus. Diſcamus igitur ꝓ ꝓpter auerſionẽ à Deo & negligentiã, has plagas nobis Deus immittit, non extirpare uolens, ſed corrigere ſtudens, ad ſimilitudinẽ bonorũ patrũ & negligentiũ liberorum, qui iraſcũtur adoleſcẽtibus, in ipſosq; inſurgũt, non malum quid ipſis inferre uolentes, ſed ex puerili negligẽtia & delictis iuuentutis, ad curam diligentiamq; ipſos ducentes. Videte igitur quomodo multitudo peccatorũ noſtrorũ, & tempora à proprijs naturis abduxit, & temporum ſpecies proprias in alienas temperaturas tranſmutauit. Hyems non habuit cõſuetam humiditatẽ cum ſiccitate, ſed omnem humiditatẽ glacie adſtrinxit & aſsiccauit, à niuibus autem & pluuijs penitus exors permãſit. Rurſus uer alterã quidem proprietatũ ſuarum partem oſtendit, caliditatẽ dico: humiditatis aũt participationem non habuit. Aeſtus uerò & frigus, nouo modo creationis terminos tranſgreſſa, & maligna in detrimentũ noſtrum cõſpiratione facta, è uita homines exigunt. Quæ eſt igitur huius perturbati ordinis ac confuſionis cauſa? Quæ eſt iſta temporũ innouatio? Perſcrutabimur uelut mente præditi, & ut rationales ratiocinabimur, num is qui uniuerſa gubernat nõ eſt? Num optimus artifex Deus diſpẽſationis oblitus eſt? Num facultate & potẽtia priuatus eſt? Aut fortitudinẽ quidem ipſam habet, & robur ipſius exolutũ non eſt: ſed in duriciã delatus eſt, & excellentẽ bonitatẽ, & de nobis curam, in hominum odium tranſmutauit? Non ſanè hæc dixerit aliquis, qui modeſtus haberi uelit. Sed manifeſtæ & conſpicuæ ſunt cauſæ, propter quas conſueto more non gubernamur. Nos accipientes, alijs non exhibemus, beneficentiam laudamus, & hac priuamus
indigen-

indigentes ſerui exiſtentes liberamur,& conſeruorũ non miſeremur: eſurientes nutrimur,& egenũ præterimus. Liberalem ſuppeditatorẽ ac pronũ Deum habentes, parci facti ſumus,& nihil cũ pauperibus cõmunicamus: multo uellere plenæ ſunt nobis ouiculæ,& nudi plures ꝙ oues: cellæ ob multitudinẽ repoſitorũ coarctantur, & anguſtijs coarctati non miſeremur: propterea nobis minatur iuſtum iudicium, propterea Deus non aperit manum, quia nos fraternam charitatẽ excluſimus: propterea ſicca ſunt arua, quia dilectio frigefacta ac exiccata eſt: uox ſupplicantium fruſtra clamat, & ad aerem diſpergitur. neq; em̃ nos implorantes auxiliũ noſtrũ audiuimus. Qualis porrò noſtra eſt ad Deum oratio ac deprecatio? uos uiri exceptis paucis, negociationibus uacatis, uos mulieres his inſeruitis ad mammonæ quæſtũ. Pauci reliqui mecum ſunt in oratione,& hijpſi uertiginoſi, hiantes, aſsiduè ſe conuertentes,& obſeruantes quãdo pſalmorũ cantor uerſus finiet, quando ab eccleſia uelut carcere,& ab orationis neceſsitate liberabunt. At uerò pueri minutiſsimi illi, qui depoſitis in ludo literario tabulis ac libellis nobiſcum uociferantur, uelut remiſsionẽ potius & delectationẽ, hanc rem obeunt, noſtram triſticiam feſtiuitatem faciẽtes, quandoquidẽ ab onere præceptoris & ſtudiorum cura modico tempore liberantur. Cæterũ perfectorũ uirorum multitudo,& peccatis implicitus populus, remiſſus & liber ac lætus urbem percurrit, qui malorum cauſam in animis circumfert, qui hanc calamitatẽ mouit & operatus eſt. Infantes autẽ ſenſu carentes,& irreprehenſibiles ad confeſsionem feſtinant ac cõgregantur, neq; mœroris cauſſam, neq; aſsiduæ orationis cognitionẽ, aut facultatẽ habentes. tu mihi in medium prodi, qui peccatis imbutus ac ſubactus es, tu procide,& plora, ac ſuſpira, infantulum dimitte operari ea quæ ſunt eius ætatis propria. Cur te occultas, qui accuſaris,& innoxiũ ad defenſionẽ accuſationis producis? Non illudis iudici, quum ſuppoſiticiã pro te perſonam introducis? Oportebat autem adeſſe etiam illum? tecum omnino, nõ ſolum. Vides quod etiam Niniuitæ pœnitentia Deũ placantes, & ob peccata lugẽtes, quę poſt mare & cetum Ionas exclamauit, non ſolum infãtes ad pœnitentiã produxerunt, ipſi uerò deliciantes, ipſi cõuiuantes uitam tranſigebant: ſed primos ipſos parentes qui peccauerunt, ieiuniũ domabat,& ſupplicium patres affligebat, additamenti autem uice infantes coactim flebant: quo per omnẽ ætatem triſticia dominaretur, ſentiẽtem & non ſentientẽ: illam quidẽ uoluntariè, hãc uerò coactim. Et quũ ſic uidiſſet Deus ipſos humiliatos, ut ſupra immiſſam, ſibijpſis omnis generis ærumnas decernerent, & afflictionis miſertus eſt,& ſuppliciũ remiſit,& gaudium largitus eſt his qui afflictim luxerant. O pœnitentiã concinnã. O ſapientem prudentẽq; ac frequentem tribulationem, ne bruta quidem animãtia à ſupplicio immunia dimiſerũt: ſed ut etiam ipſa ex neceſsitate clamarent, excogitauerunt. Separatus eſt enim uitulus à uacca, depulſus eſt à materno ubere agnus, puer lactens non erat in maternis ulnis: in proprijs ſtabulis degebant matres, in proprijs partus: uoces prodibãt ab omnibus miſerabiles, mutuo reclamantes ac reſonantes: partus famelici fontes lactis quærebant, matres naturali affectione perculſæ, cõdolentibus uocib. partus reuocabant: infantes eodem modo famelici, uehementiſsimo eiulatu dirumpebantur ac tremebant, matrum uiſcera naturalib. doloribus cõpungebantur. Et propterea illorum pœnitentiã ad commune uitæ documẽtum, diuinitùs inſpirata ſcriptura conſcriptã cõſeruabit. Senex inter illos flebat,& canos uellebat ac dilaniabat. Adoleſcens & in uigore ætatis conſtitutus, uehementius lamentabat, pauper ſuſpirabat, diues deliciarũ oblitus, afflictionẽ uelut temperatũ faciẽrem exercebat. Rex ipſorũ ſplendorẽ & gloriã in pudorẽ trãſmutabat: deponebat coronam, & puluerẽ capiti inſpergebat: purpura abiecta ſaccũ induebat, throno alto ac ſublimi dimiſſo, miſerabilis in terra reperiebatur, proprijs & regijs relictis delicijs cum populo collachrymabatur: unus è multis fiebat ac plebeius, quũ communẽ omniũ Dominum iratũ uideret. Hæc eſt ſeruorũ ſenſu præditorum prudentia, talis implicitorum peccatis pœnitentia. Nos autem peccatũ quidẽ perficimus cõtinenter, negligenter uerò & ſegniter ſuſcipimus pœnitentiã. Quis effuſis precibus lachrymas emittit? ut pluuiam & ſtillicidium tempeſtiuũ accipiat? Quis delens peccata, ad B. Dauidis imitationem, lachrymis lectũ rigauit? Quis pedes peregrinorũ proluit, & puluerem ex itinere abluit? ut in temporis opportunitate placet Deum, ſiccitatis ſolutionẽ quærens. Quis

Ionas.

nutriuit patre deſolatũ puerum,ut nunc Deus nutriat nobis frumentũ,uelut pupillum
uentorũ intemperie percuſſum? Quis curauit uiduã difficultatibus rerum ad uitam de
gendam neceſſariarũ afflictam,ut nunc rependatur ipſi alimentũ neceſſariũ? Confrin-
gito tabulas iniuſtas,quo ſic peccatũ ſoluatur:deleto grauiſsimarũ uſurarũ pactum, ut
terra cõſueta pariat ac producat..Quum enim æs & aurũ,& ea quę ſterilia ſunt,præter
naturam gignant,terra quæ ſecundũ natura fœcunda eſt,ſterilis redditur,& ad inhabi-
tantium ſuppliciũ infructuoſitatis condemnatur.Oſtendant igitur lucri cultores,diui-
tiarum magnos aceruos cõgregantes,quæ ſit poteſtas theſaurorũ repoſitorũ, aut quæ
utilitas,ſi iratus Deus diutius produxerit ſupplicium. Auro cõfeſtim pallidiores fient,
qui ipſum coaceruãt,ſi nõ panem,quem uſq; ad heſternũ diem, & paulo antè propter
expoſitã fertilitatis ubertatẽ contempſerũt,habuerint. Detur ſanè non eſſe uenditorẽ,
nõ exiſtere in horreis frumentũ, & quis erit uſus,dic mihi,grauiſsimarũ crumenarum?
nõ cum illis obrueris? nõ terra eſt aurũ? nõ cœnũ inutile,cœno corpori ipſi adiacebit?
omnia acquiſiuiſti,& unũ neceſſariũ nõ habes,facultatẽ nimirũ nutriendi teipſum. V-
niuerſis diuitijs tuis unã nebulam effice,paucarũ guttarum tranſitũ excogita, urge ter-
ram ad ferendũ fructum,ſuperba illa & inſolenti opulentia calamitatẽ ſolue. Fortaſsis
3.Reg.18. aliquẽ pium uirum aduocabis,ut precibus, uelut propheta Thesbites Helias,remiſsio
nem tibi malorũ impetret homo inops, pallidus,diſcalceatus,carẽs domo,carẽs lare,e-
4.Reg.1. genus,unica tunica tectus,uelut Helias pelle ouilla,preces habens coaltas, cõtinentiã
contubernalẽ,& ſi per talem auxiliũ conſequeris, nónne multũ ærumnoſas poſſeſsio-
nes deridebis? nónne aurum cõſpues? nónne abijcies argentũ uelut ſtercus, quod an-
tea omnia potens, ac chariſsimũ nominans,inefficacẽ auxiliariũ in neceſsitate cogno
uiſti? At uerò propter te Deus hanc calamitatẽ immiſit:quoniã habens nõ dediſti,quo
niam eſurientes præterijſti,quoniã ad lugentes non es cõuerſus, quoniã rogatus non
es miſertus. Veniunt etiam propter paucos in omnẽ populum mala, & flagitij cuiuſdã
Ioſ.7. totus populus particeps factus eſt. Achar ſacrilegiũ commiſit, & tota acies flagellaba-
Num.25. tur. Zambri in Madianitidas ſcortatus eſt,& Iſrael in pœnã incidit. Itaq; omnes & pri-
uatim & in cõmuni, uitas noſtras expendamus,uelut pædagogo attendamus ſiccita-
Iob 19. ti,unumquenq; proprij peccati cõmonefacienti. Dicamus & nos generoſi Iob uocem
afflictã: Manus Domini eſt quæ tetigit me, & maximè quidẽ ac principaliter ex pecca
tis calamitatẽ noſtram reputemus. Si uerò & aliud addere oportet, aliquando certè e-
tiam ad experiendas animas,tales uitæ difficultates hominibus inducũtur, quo in diffi
cultatibus deprehendantur hi qui probi ſunt,ſiue pauperes, ſiue diuites: utriq;.n. exa-
ctè per patientiã probantur. Et in hoc maximè tempore oſtenditur, an hi ſociales ſint,
& fraterno amore præditi,& an illi grati ſint,& non uice uerſa blaſphemi, cõſtantia ſi-
mul cum uitæ reuolutione repentè tranſmutata. Noui ego multos, non de quibus per
auditũ cognoui,ſed per experientiã homines notos habẽs,donec quidem uita ipſis ad
opulentiam uergit,& ſecundis uentis, quod dici ſolet,res procedũt,medio utiq; modo
etiamſi nõ perfectè,benefactori gratiam cõfitentes. Si uerò propter cõtrarium ſtatum
res circũuertantur,& diues quidẽ fiat pauper, robur autem corporis uertatur in mor-
bum,gloria uerò & claritudo in turpitudinem ac ignominiam,ingratos,maledicos, pi-
gros ad orationẽ ad Deum fundendã, indignantes Deo uelut debitori tardanti, nõ ut
erga dominum indignantẽ affectos. Verùm aufer ab animo huiuſmodi cogitationes.
Quum autem uideris Deum cõſueta non largientẽ,ſic tecũ reputa:Non impotens eſt
Deus ad ſuppeditandũ alimentũ.& quó nam modo eſſet, qui ſanè dominus eſt cœli, &
totius ſtructuræ,horarũ & temporũ ſapiens diſpenſator, gubernator omniũ,qui uelut
chorum quendã probè ordinatũ horas & mutationes digeſsit,ut inuicẽ ſuccedãt,quo
ſua ipſorũ uarietate,diuerſis noſtris neceſsitatibus opitulentur. Et nunc quidẽ tempe-
ſtiuè humiditas accedat, rurſus autem occupet caliditas: & frigiditas anno immiſcea-
tur, & ſiccitatis uſu neceſſario nõ careamus. Igitur potens eſt Deus potẽtia autem præ
ſente & confeſſa,non utiq; bonitas defecit,neq; hic proferendus eſt ſermo. Quæ enim
neceſsitas eum qui nõ bonus eſſet perſuaſit,ut in principio hominẽ crearet? Quis eſt
qui impulit conditorẽ etiam nõ uolentẽ glebã capere, & talẽ pulchritudinẽ ex luto ef-
Gen.2. formare? Quis ad hãc neceſsitatẽ perſuaſit, ut ſecundũ propriã imaginẽ homini ratio-
nem

nem contribueret? ut inde progreſſu facto artiũ diſciplinã faciat, & de ſupremis rebus cõmentari diſcat, quas ſenſu nõ cõtingit. Et ſi ſic ratiocinatus fueris, reperies bonitatẽ Deo adeſſe, & ne nũc quidẽ deficere. Alioqui quid uetaret, dic mihi, ut nõ ſiccitas eſſet id q̃d uidemus, ſed perfecta incẽſio ac exarſio? ita ut ſol paululũ à curſu cõſueto digreſſus, & ad circũterranea corpora diuerſus, in temporis momento omnia quę uidemus, exureret: aut etiã ut ignẽ de cœlo plueret, eo modo quo iam antè peccatores ſunt puniti. Intra te & tuos cogitatus ô homo, cõſiſte. Ne facias quæ ſtulti pueri facere ſolent, qui à præceptore obiurgati, tabulas ac libellos illius confringũt: & patre ꝓpter ipſorũ utilitatẽ cibum differẽte, ueſtẽ dilaniãt: aut matris faciẽ unguibus cõuellunt. Etenĩ gubernatorẽ nauis tempeſtas, athletã ſtadiũ, militẽ acies, magnanimũ calamitas, Chriſtianum autẽ tentatio probat & explorat, & afflictiones animã, uelut ignis aurũ, declarãt. Pauper es? ne abijcias animũ. Nimia.n. triſticia, peccati fit cauſa, quum afflictio quidẽ mentẽ mergat, & deſperationis uertiginẽ inducat: mentis uerò ac cõſilij inopia ingratitudinẽ gignat. Verũ habe ſpem ad Deũ, nõ eñ nõ uidet anguſtiã, habet cibũ in manibus, & exhibitionẽ remorat̃, ut conſtantiã tuam probet, ut mentẽ tuã cognoſcat, an ne ſimilis ſit mẽti proteruorũ ac ingratorũ. Nam illi donec in ore ſunt cibi, benedicũt, adulantur, ſupra modũ admirantur: paululũ uerò dilata menſa, blaſphemijs uelut lapidibus impetũt eos, quos paulo antè æqualiter Deo propter uoluptatẽ adorabãt. Percurre uetus inſtrumentũ, percurre nouũ, & multos in utroq; reperies diuerſimodè nutritos. Heliã habebat Carmelus, mons altus & inhabitabilis, ſolitudo deſolatũ: anima 3. Reg. 17. autem erat iuſto omnia, & uitę uiaticũ ſpes ad Deũ. Sic uerò uiuens, fame uitã non finiuit, ſed uolucres maximè rapaces & guloſiſsimæ cibos tranſportabant, & alimenti miniſtrę iuſto fiebãt hę, quę alienos cibos ex conſuetudine diripiũt, & ex Dominico prę cepto naturã trãſmutauerũt, fidę cuſtodes panis ac carniũ effectę. Hęc aũt uiro coruos attuliſſe, ex ſpirituali hiſtoria didicimus. Habebat porrò & Babylonius lacus Iſraelitã iuuenẽ, calamitate quidẽ captiuũ, anima uerò ac cõſtantia liberũ. Et quę nam erãt quę Dan. 6. illi aciderũt? Leones quidẽ præter naturã ieiunabãt, uerùm huius nutritor Abacuc ꝑ aerem ferebatur, angelo hominem unà cum obſonijs portante: & ut ne fame premeretur iuſtus, ſuper tantũ terrę ac maris ſpaciũ in parua temporis particula Propheta delatus eſt, quantũ à Iudęa ad Babylonem uſq; extenditur. Quid uerò populus in deſerto, cuius procuratione Moſes geſsit? quomodo uita ipſius gubernata eſt per annos qua Exod. 17. draginta? nõ erat illic uir ſementẽ faciẽs, nõ bos aratrũ trahẽs, nõ area, nõ torcular, nõ promptuariũ, & alimentũ habebat citra ſementẽ & citra arationẽ, & fontes ſuppeditabat petra, nõ prius exiſtẽtes, ſed in neceſsitate erumpẽtes. Dimitto ſingulatim ꝓuidentiam Dei enumerare, quã ſæpe erga homines paternè oſtẽdit, tu modò paululũ in calamitate patiens eſto, uelut generoſus Iob, & ne euertaris per tẽpeſtatẽ: neq; quicq; abijce ex his mercib. quas tecũ fers ad uirtutem cõducibiles: uelut magni precij ſupellectilem ac mercẽ in anima tua cõſerua gratiarũ actionẽ, & accipies etiã tu duplicẽ gratiarum actionis uoluptatẽ. Memor ſis uocis apoſtolicę: In omnibus gratias agite. Pauper 1. Theſ. 5. es? alium habes omnino pauperiorẽ. Tibi decẽ dierũ ſunt alimenta, illi unius: uelut bonus ac benignus id quod tibi redũdat, ad indigentẽ adæquato. Ne cũcteris de modico dare: ne præferas tuã utilitatẽ ex cõmuni periculo. Et ſi ad unũ panẽ redactũ ſit alimentum, & præ forib. inſtet petẽs, promito ex penu illũ unũ, & manibus impoſitũ ad cœlũ extendito, dic ſermonẽ miſerabilẽ ſimul & benignũ: Vnus panis quẽ uides Dñe, & periculũ cõſpicuũ. Sed ego tuũ mandatũ mihi prępono, & de modico do famelico fratri, da uerò etiã tu periclitanti ſeruo. Noui tuã bonitatẽ, cõfido etiã potẽtiæ, nõ differs ad tẽpus gratiã ac beneficiũ, ſed dona tua quũ uoles, diſpergis. Et ſi ſic dixeris ac feceris, panis quẽ ex anguſtia dediſti, ſemẽ agriculturæ euadit, multiplicẽ fructũ de ſe gignit, arrabo eſt alimenti, miſericordiæ cõciliator. Dic & tu uiduæ Sidoniæ in ſimilib. dictũ, 3. Reg. 17. opportunè hiſtoriæ mentionẽ facias: Viuit Dñs, quia hũc habeo in domo ſolũ ad nutrimentũ mihi & liberis. Et ſi dederis ex deficiente, habebis etiã tu uas olei ꝑ gratiã ſcaturiens, hydriã farinę ineuacuabilẽ. Nam in fidelib. beneficẽtia Dei puteos liberaliter imitatur, qui ſemper uacuant̃, & non exhauriunt̃, duplũ rurſus introducens. Trade ad uſurã tu inops opulẽto Deo, crede ei qui ſemper in faciẽ propriã ꝓ eo qui tribulat̃ accipit,

cipit,& qui ex domeſticis gratiã retribuit,fideiuſſor fide dignus,per omnẽ terrã ac mare expaſſos habẽs theſauros.Et ſi nauigans uſuram poſtulaueris,accipies in medio pelago unà cum uſuris ipſam ſummam.Ambitioſè eñ munificus eſt in faciendis additamentis.Fames famelici morbus,miſerabilis affectio eſt:fames humanarũ calamitatum caput exiſtit. Miſerrimũ mortis genus eſt fame perire.nã in aliꝭs periculis,aut gladiꝭ acies finem citò accelerat,aut ignis impetus cõpendiò uitã extinguit,aut beſtiæ principalibus membris per dentes dilaniatis,nõ ſinunt nos doloris dilatione puniri. Fames autem lentũ habet malũ, dolorẽ differentẽ ac prolongantẽ, morbũ inſidentem ac delitescentẽ,mortẽ ſemper præſentẽ,& ſemper tardantẽ.Humiditatẽ eñ naturalẽ conſumit,caliditatẽ frigefacit,molem cõtrahit,facultatem ac uires paulatim tabefacit. Caro ad telæ aranei ſimilitudinẽ oſsibus circũſita eſt.Corporis ſuperficies florem nõ habet, rubor eñ fugit ſanguine cõſumpto.Albedo non adeſt,ſuperficie per maciẽ nigreſcente:liuidũ eſt corpus pallore & nigredine miſerabiliter ex affectione deſtructũ: genua non amplius ſuſtentant ac portãt,ſed ad uim trahunt. Vox tenuis & imbecilis eſt:oculi in cauitatib.debiles,fruſtra in thecis ac ualuulis ſiti,uelut nucum & forinſecus lignoſi fructus,intra putamina ſua areſacti. Venter uacuus,& cõtractus,ac deformis,nõ molẽ nõ naturalẽ uiſcerũ intenſionẽ ac incrementũ habens,uerũ oſsibus dorſi affixus. Qui igitur tale corpus præterit,quantis ſupplicijs dignus eſt? quẽ crudelitatis exceſſum relinquet? quõ uerò nõ eſt dignus qui inter feras beſtias cõnumeretur? & qui pro ſceleſto ac homicida habeat? Qui eñ habet in poteſtate mali medelã.ultroneus autẽ & ad auariciã differt,meritò ſanè uelut homicida cõdemnari poterit.Famis affectio multos ſępenumero coegit naturę terminos mouere,& corpora humana eiuſdẽ generis attingere,& matrẽ puerũ quem ex uentre produxit, rurſus improbè uentre ſuſcipere: atꝗ hunc tragicũ actum Iudaica hiſtoria repræſentauit,quã nobis Ioſephus doctus ille cõſcripſit,quũ horrendę afflictiones Hieroſolymitas premerẽt,propter impietatẽ in Dominum iuſtas pœnas pendẽtes. Vides & ipſum noſtrũ Deũ,alias affectiones ſępe prę
Matt.15. terire,uerũ ſuper eſurientes condolenter miſericordia cõmoueri:Miſereor eñ,inquit, ſuper turbã. Quapropter etiã in extremo iudicio,ubi aduocat iuſtos Dñs,primũ locũ
Mat.25. obtinet is qui ſua diſtribuit,& nutritor primus ac pręſes eſt inter eos quib.pręmia dantur,& qui panẽ ſuppeditauit,præ omnibus uocat,& benignus ac liberalis præ aliꝭs iuſtis ad uitã demittit. Verùm qui ſua nõ cõmunicauit,& parcus,præ omnib.peccatoribus igni tradit.Ad matrẽ mandatorũ te nunc ipſa tẽporis opportunitas uocat, quare uehemẽter ſollicitus ſis,ne te prætereat nundinarũ ac cõmerciorũ occaſio.Fluit enim tempus,& nõ expectat morantẽ:feſtinãt dies ſegnem prętereuntes.Et quemadmodũ fluminis fluxũ ſiſtere nõ dat,niſi quis iuxta primũ occurſum ac impetũ intercipiat, & aqua opportunè utatur : ſic neꝗ tempus neceſſariꝭs circuitionib. impulſum cohibere poſsis, neꝗ præteritũ retrò reuocare,niſi aduenions apprehendas.Et propterea mandatũ uelut fugiẽs cõtine ac perfice,& undiquaꝗ arreptũ ulnis amplectere.Dato pauca,& multa acquirito:exoluito primordiale peccatũ per alimenti diſtributionẽ.Quẽadmodũ eñ Adam improbo eſu peccatũ tranſmiſit,ſic nos inſidiatorẽ cibũ delemus, ſi fratris neceſsitatẽ ac famẽ curauerimus. Populi audite,Chriſtiani auribus percipite, quia hæc dicit Dñs,nõ ſua ipſius uoce cõcionans,uerũ linguis ſeruorũ uelut inſtrumẽtis reſonans.Ne appareamus nos qui rationis cõpotes ſumus brutis crudeliores.illa enim his quæ ex terra naſcunt,à natura in cõmune utunt,& ouiũ greges unũ & eundẽ montẽ depaſcuntur,& equi ꝗ plurimi in una & eadẽ planicie pabulũ ſumũt,& omnia ſingulatim mutuò cedunt neceſſariã fruitionẽ eorum quib.ad uictũ opus eſt. Nos aũt in ſinũ abdimus ea quæ ſunt communia:ea quæ multorũ ſunt,ſoli habemus. Reuereamur Grecorũ plenas amoris erga homines narrationes. Apud quoſdã illorũ lex humanitate prædita,unã menſam,cõmunes cibos,& fermè unũ focum efficit ingentis multitudinis populũ. Relinquamus externos, & ueniamus ad trium milium exemplũ, &
Act.2. primã Chriſtianorũ ordinationẽ æmulemur: quomodo ipſis omnia cõmunia erãt,uita,anima,cõcordia,mẽſa cõmunis,fraternitas indiuiſa,dilectio nõ ſimulata,multa corpora unũ efficiẽs,diuerſas animas ad unũ cõſenſum adaptãs. Multa habes tum ex ueteri,tum ex nouo teſtamẽto,fraterni amoris exẽpla, Si ſenẽ fameſcentẽ uideris, accerſe ipſum,

ipſum, & ale uelut Ioſeph Iacob. Si inimicū repereris in anguſtia poſitū, ne adijce ad irā quā iam habes, uindictā: ſed ale uelut ille fratres qui ipſum uendiderunt. Si incideris in iuniorem oppreſſum, ſic lachrymas effunde, uelut ille ſuper Beniamin ſenectutis filiū.
Tentat fortaſsis etiā te auaricia, uelut ipſum Ioſeph regina, attrahit te pallio, ut mādatum cōtemnas, & amplectaris potius illā auro ac mūdo gaudentē, preter Domini preceptum. *Gen.39.*
Quū ſanè uenerit ratiocinatio aduerſus mandatū illud pugnās, & mentē temperatam ad argenti auariciā attrahens, fraternicꝫ amoris negligentē eſſe cogēs, & detinens te apud illam, abijce & tu palliū, iratus ſecede, ſerua Domino fidē, uelut ille ipſi Pentephræ, in uno anno fami ac penuriæ conſule, uelut ille in ſeptem. Non omnia uoluptati, des aliquid etiā animæ: & duas tibi filias eſſe puta: alterā uoluptatē in hac uita, alterā uitā in cœlis. Si non uolueris omnia dare potiori, diuide ſaltem ex æquo in proteruam filiā & intemperatā, ne hanc uitā egregiè opulentā: alterā uerò nudā, & laceris panniculis indutam demōſtres, ubi oportuerit te Chriſto ipſam adducere ac ſiſtere, & in conſpectū iudicis uenire, nymphæ habitū & nomen habentē. Ne igit̄ deformem ac inornatā adducas nympham, ac ſponſam ſponſo, ut ne ea conſpecta faciem auertat, & uiſam odio habeat, & contrectationē abnuat. Verùm inſtructā ipſam ornatu decenti,
formoſam adſerua uſcꝫ ad præfinitū nuptiarum tempus, quo etiam ipſa cum prudenti *Matt.25.*
bus uirginibus facem accendant, habēs ignē cognitionis inextinguibilē, & nō linquēs oleum rectè factorum, quo diuinitùs prolata prophetia confirmetur, & animæ tuæ cō
ueniat id quod dictum eſt: Adſtitit regina à dextris tuis, ueſtitu inaurato circumdata. *Pſal.44.*
Audi filia, & uide, & inclina aurem tuā, & cōcupiſcet rex pulchritudinē tuam. Hæc enim in genere præexclamauit pſalmorū cantor, generalis corporis pulchritudinē prædicans: cōueniēt autē propriè etiā uniuſcuiuſcꝫ animæ, ſiquidē ex ſingulis eccleſia habet conſtitutionē. Præmeditare mihi rationabiliter præſens & futurum, quod ne propter turpe lucrū amittas. Relinquet te corpus tuum uiſendū uitæ tuæ inſigne: in apparitionem autem & aduentū expectati iudicis, & haud dubiè uenturi, excludes tibi ipſi præmiorū donū, & cœleſtē gloriam: aperies autem ignem inextinguibilē, & gehennā, & pœnarum locos, & amarulenta in dolorib. ſecula, pro longa & æterna ac beata uita. Ne putes me uelut matrem quandā aut nutricē, falſa terriculamenta tibi incutere ac minari, quemadmodum illæ circa infantes pueros facere ſolent, incōpoſitè ac inceſſanter flentes & eiulantes, per conficta narrationes, quietos ac tacitos reddere conātes. Hęc uerò non ſunt fabulamenta, ſed ſententia uoce mentiri neſcia prolata: & ſcias ſanè pro certo, iuxta Euangelicā prædictionē, quod ne unum quidem iota, aut unicus apex peribit. Sed & corpus in loculis cōſumptum reſurget, & anima per mortem excluſa, rurſus in corpore habitabit, & uitæ noſtræ declaratio exacta adducetur, non alijs teſtimonium ferentibus, ſed ipſa conſcientia atteſtante. Vnicuicꝫ autem pro meriti dignitate à iuſto iudice retributio continget. Ipſi conuenit gloria, imperium & adoratio, in ſecula ſeculorum. Amen.

DIVI BASILII MAGNI HOMILIA IN INITIVM PROVERbiorum, Iano Cornario medico phyſico interprete.

BOna eſt obedientię merces, obediamus itacꝫ frugi patri, proponēti nobis certamina ac exercitia ex oraculis ſpiritus, qui ad expertorū uenatorū ſimilitudinē, in ægrè peruijs regionibus, ueluti catuli alicuius, curſus periculū facere uult. Propoſuit aūt nobis ad exponendū exordiū Prouerbiorum. Quod aūt huius dictionis ſententiā aſſequi difficile ſit, omnib. notū eſt, qui uel leuiter animū intenderūt. Veruntamē minimè pigros eſſe cōuenit ad rem aggrediendā, ſpe in Dominū collocata, qui per preces paſtoris dabit nobis ſermonē in apertiōe oris noſtri. Tres in uniuerſum tractatus ſapiētiſsimi Solomonis nouimus, Prouerbiorū horū, Eccleſiaſtæ & Cātici cāticorū, ſingulos ad ꝓpriū ſcopū deſtinatos: omnes tamen ad hominū utilitatem conſcripti ſunt. Etenim Prouerbium, eruditio eſt morum, & correctio affectuum: & in ſumma, doctrina uitæ, frequentes admonitiones cōplectens eorum quæ ſunt facienda. Eccleſiaſtes autem phyſiologias & naturę rationes attingit, & reuelat nobis eorū quæ in hoc mundo ſunt uanitatē, ut ne putemus ſtu

dio digna eſſe ea quæ prætereunt, neq; animi curas in res uanas inſumamus. At uerò
Canticum canticorũ,modum perfectiõis animarũ oſtendit:cõtinet.n. concordiã ſponſæ ac ſponſi hoc eſt animæ ad Deum uerbũ, familiaritatẽ ac cõſuetudinem. Verùm ad
Pro.1. propoſitũ reuertamur. Prouerbia Solomonis filij Dauid, qui regnauit in Iſrael.Prouerbiorum uox apud Græcos,parœmia, extra Scripturæ uſum,de ſermonib. uulgatiorib.
uſurpatur:& de ijs quę in ujs plerũq; dicunt.:œmos.n.apud externos uia nominat.Vn
de etiã parœmiã diffiniunt,uerbum ad uiã uulgi uſu tritum,& q̃d à paucis ad plura ſimi
lia trãſſumi poteſt. Apud nos aũt,parœmia eſt ſermo utilis,cum moderata obſcuritate
editus,multã quidem per ſe utilitatem cõplectens,multã uerò etiã in profundo intelli-
Ioan.16. gentiã occultãs. Vnde etiã Dominus : Hæc,inquit,in parœmijs uobis dixi, uenit tem-
pus quãdo nõ amplius in parœmijs, ſed liberè loquar uobis : tanq; parœmiacus ſermo
liberum & apertum dicendi modum nõ habeat, ſed obliquè ſententiã ſuam acutiorib.
manifeſtet.Parœmiæ itaq; Solomonis,hoc eſt ſermones exhortatorij,ad omnem uitæ
uiam cõmodantes.Appoſuit aũt nomen ſcriptoris, quo perſonæ claritudine auditorẽ
attrahat:fides.n.docẽtis facit ut ſermo eo prõptius ſuſcipiatur, & ut diſcentes attentio
3.Reg.3. res fiant.Parœmiæ igitur Solomonis,Solomonis illius ad quem Dominus dixit: Ecce
3.Reg.4. dedi tibi cor prudens ac ſapiẽs.Qualis tu es,nõ natus eſt ante te quiſquã, & poſt te nõ
2.Par.1. exurget ſimilis tibi.Et rurſus: Dedit Dominus ſapientiã & prudentiã Solomoni multã
ualde, & cordis effuſionẽ uelut eſt arena iuxta mare. Et, Multiplicata eſt Solomoni ſa-
pientia ſuper omnem priſcorum hominum prudentiã.& ſuper omnes ſapientes Aegy
pti.Sic neceſſaria fuit nominis appoſitio.Parœmiæ Solomonis filij Dauid.Additur &
pater,quo cognoſcas q; ſapiens erat Solomon, ex ſapiente ac propheta patre à puero
ſacris literis eruditus, & nõ ſorte principatũ adeptus, neq; regnum ad ſe nihil pertinẽs
ui aggreſſus, ſed qui iuſto iudicio patris, & ſuffragio Dei paterna ſceptra ſuſcepit. Hic
rex erat Hieruſalem.Neq; hoc ocioſum eſt,maximè quidẽ ad eorum qui eiuſdẽ nomi-
nis ſunt diſcretionẽ.Deinde uerò etiã propter celeberrimi templi ſtructurã,quo ipſius
opificem cognoſcas, & totius in urbe gubernationis,legumq; ac diſciplinæ autorem.
Magnopere aũt cõfert ad exhortationes ſuſcipiẽdas, regem eſſe ſermonis ſcriptorẽ. Si
ẽm regnũ eſt legitima poteſtas,palàm eſt quòd præcepta uitæ à rege edita, qui ſanè ue
rè hac appellatiõe dignus eſt,multũ momẽti ac penſi habent, utpote q; in cõmune om
nibus utile eſt reſpicientia, & nõ ad propriæ utilitatis ſcopum ordinata. In hoc.n. dif-
fert tyrannus à rege, q; ille quidem ſuam commoditatem undiquaq; cõſiderat:hic uerò
quid ſubditis utile eſt, procurat.Enumerãtur aũt & libri utilitates, quæ & quot diſcenti
bus inde accedãt:& primùm ex parœmijs cognoſcere datur ſapientiã & diſciplinã.Eſt
aũt ſapientia,ſcientia diuinarũ ac humanarũ rerum, & cauſarũ earundem. Qui igitur re
1.Cor.2. ctè ac feliciter theologiam tractat,nouit ſapientiã,uelut etiã B.Paulus dicit : Sapientiã
aũt loquimur inter perfectos,ſapientiã autem nõ huius ſeculi,neq; principum huius ſe
culi, qui abolentur:ſed loquimur ſapientiã Dei in myſterio occultatã, quam prædeſti-
nauit Deus ante ſecula. Sed & qui ex mundi ſtructura opificem mente concipit, nouit
etiam ipſe per mundi ſapientiã Deum.Inuiſibilia.n.ipſius,à creatione mũdi, ex creatu-
Rom.1. ris intelliguntur ac cõſpiciuntur. Adducit aũt nos ad notionem Dei per hoc quod di-
Pro.3. cit:Deus per ſapientiã fundauit terrã. Et per hoc: Quando parabat cœlum,aderã cum
Pro.8. ipſo.Et per hoc:Eram apud ipſum gubernatrix, & ego eram qua delectabatur.Hæc.n.
omnia perſonam ſapientiæ nobis effingens, quo notionem ipſius euidenter nobis ab
ipſa exhibeat,diſſerit.Et omnino quod ait, Dominus creauit me principiũ uiarum ſua-
rum:de apparente mundo ſapientia dicit,quæ tantum nõ uocem emittit per ea quæ ui
demus,quod à Deo facta eſt:& nõ caſu tanta ſapientia in rebus perfectis relucet. Sicut
Pſal.18. enim cœli enarrãt gloriã Dei, & opera manuum ipſius annunciat firmamentũ:enarrãt
autem abq; uoce:nõ enim ſunt loquelæ, neq; ſermones, quorũ ipſorum uoces nõ au-
diuntur. Sic ſunt etiã ſermones ſapientię priſcæ,eius quæ ante alia in opificio cum crea
turis producta eſt. Hæc tacens proclamat cõditorem ac dominum ſuum, ut per ipſam
ad ad notionẽ eius qui ſolus ſapiens eſt,recurras. Eſt autem & humana aliqua ſapientia,
experiẽtia ipſa rerum in uita, iuxta quã ſapiẽtes dicimus eos, qui in ſingulis utilibus ar-
tibus ſunt periti. Quapropter etiã maxima libri pars in exhortatione ad ſapientiã ſcri-
ptori

ptori huic conſumpta eſt.Sapientia in exitibus uiarũ hymnis celebratur,in plateis aũt
liberate dicendi utitur,in ſummis uerò mœnibus prædicatur. Quum enim ſtudium &
ambitionem hominum uideat, & quòd omnes naturaliter claritudinem ipſius ample
ctimur,per ſapientiæ laudes animas excitat,ad hoc ut neq; ſegniter,neq; tanquã aliud
agentes,ipſam ſibi uendicent : ubique de ipſa multum ſermonem haberi dicit,in uijs,
in foro,in munimentis ciuitatis. Quapropter portas dicit,& plateas ac mœnia:per exi
tus quidem ac plateas claritudinem ipſius oſtendens: per mœnia uerò, utilitatem ex i-
pſa,ad omnem uitæ ſecuritatem ſufficentiã.Et uolens nos ipſi conſuetudine ac neceſsi
tudine adiungere:Dic,inquit,ſapientiam ſororem tuam eſſe.Et rurſus:Ama ipſam, & Pro.7.
ſeruabit te.Deinde communem ipſius utilitatem oſtendẽs,& quod omnibus ſimiliter
utilitas ex ipſa conceſſa eſt:Mactauit,inquit,uictimas ſuas:hoc eſt,ſolidum alimentum
præparauit,his qui animæ ſenſus per habitum exercitatos habent.Miſcuit in craterem Pro.9.
ſuum uinum, lætificãs cor hominis. Craterem aũt dicit cõmunem,ac popularẽ bono-
rum participationem, unde æqualiter omnibus licet, unicuiq; quod poſsibile & com-
petens eſt,haurire.Et prẹparauit ſuam menſam.Omnia per emphaſim dicit,per corpo
ralia ſpiritualia nobis ſignificãs.Rationale enim alimentum animæ menſam nominat,
ad quam cum alto præconio nos cõuocat:hoc eſt,cum dogmatibus,nihil humile neq;
abiectũ habentibus.Qui inſipiens eſt,declinet à me.Quemadmodũ enim infirmi me- Pro.9.
dicina opus habent:ſic inſipientes ſapiẽtia indigẽt.Et hoc:Melius eſt enim ipſam mer-
cari, q̃ argenti & auri theſauros.Et hoc:Precioſior eſt lapidibus magnæ æſtimationis, Pro.20.
& quicquid precioſum eſt,ipſi cõparari non poteſt.Et hoc,Fili ſi ſapiens fies,tibi ipſi &
proximis tuis ſapiens eris.Et hoc,Filio ſapienti proſperæ erunt actiones.Et in ſumma:
licet tibi ſermonis ueritatem cognoſcere,ſi per ocium ea quæ de ſapiẽtia Solomoni di-
cta ſunt relegeris. Quandoquidem uerò in malignã animam non ingredietur ſapien- Sap.1.
tia, purgat prius per diuinum timorem animas eorum qui cum ſapientia conuerſatio-
nem habere uolent. Nam in uulgus proijcere ſalutis myſteria, & omnes ſimiliter ſuſci-
pere ac admittere,qui neq; uita pura,neq; ſermõe expenſo ac ſincero uſi ſunt,ſimile eſt
uelut ſi quis in uaſculum ſordidum precioſum ungentũ immittat. Quapropter princi-
pium ſapientiæ eſt timor Dñi. Timor eſt purgatio animæ,iuxta precationem Prophe-
tæ dicentis:Confige ex timore tuo carnes meas.Nam ubi timor inhabitat,illic uniuer- Pſal.118.
ſa animæ puritas inſidet, omni prauitate ac impia actione fugiente, corporis partibus
ad abſurdas actiones moueri non potentib.ꝓpterea q̃ timore Dñi ſunt confixę.Quẽ-
admodũ enim qui corporales clauos in ſeipſo infixos habet,nihil agere ac operari po-
teſt,dolorib.impedientibus,à quibus detinetur:ſic qui timore Dei occupatus eſt, non
oculo uti ad ea quæ non oportet poteſt,nõ manus mouere ad prohibitas actiones,nõ
paruum omnino aut magnum qui præter officium operari,uelut dolore quopiam mi-
narũ timore confixus. At uerò prophanos, ac impuros paleis adhuc ammixtis,à diui-
nis dogmatib.ablegat dicẽs:Qui uerò ſine timore ſunt, in portis morabuntur. Et hoc: Pro.14.
Quæretis apud malos ſapientiã,& non inuenietis.Et rurſus:Quærent me mali, & non Pro.17.
inuenient,quia non purgati ſunt diuino timore. Quare qui ad aſſumendam ſapientiã
acceſſurus eſt,maliciei turpitudine per ſalutarẽ timorẽ purgata,accedat.Emerſit igitur
nobis etiam aliud bonum ex Prouerbiorũ doctrina,ipſa timoris aſſumptio,per ſapien
tiam nobis inducta.Porrò ſecundum ex promiſsis erat,q̃ ex Prouerbijs detur cogno-
ſcere diſciplinã. Eſt autem diſciplina,cultus quidã utilis animæ,ſæpenumero laborio-
ſè à maliciæ maculis ipſam expurgans,qui in præſens quidem non uidetur gaudij eſſe,
ſed triſticiæ:poſtea uerò fructum pacificum his qui per ipſum exercitati ſunt,reddit ad
ſalutem.Hanc igitur diſciplinam cognoſcere non eſt cuiuſq; mentis.Propterea q̃ ple-
riq; moleſtiam eorum quę fiunt detrectantes,utilitatẽ euentus præ ruditate non expe
ctant : uerùm ægre ferentes curationis auſteritatẽ,in ignorantiæ infirmitatibus perma
nent.Quapropter admiratiõe dignę ſunt uoces dicentiũ:Domine ne in furore tuo re-
darguas me,neq; in ira tua corripias me.Non enim diſciplinã recuſant,ſed iram. Huic
conſimile eſt illud:Caſtiga nos Dñe,uerùm in iudicio,& non in furore.Et illud,Diſci-
plina ſiue caſtigatio Domini aperit aures meas.Quemadmodũ enim parui puerili ad
diſcendũ negligẽtes, poſt flagella quæ doctores aut pædagogi ipſis incutiunt, atten-

tiores redditi, dogmata ſuſcipiunt, & idem ſermo ante plagas quidē non audiebatur, poſt dolores uerò ex flagris, tanquā aurib. iam apertis, & aurib. excipitur, & memoria conſeruatur: ſic etiam in his, qui diuinas negligūt doctrinas, & cōtemptim ad præcepta affecti ſunt, contingit. Quum enim inducta fuerit ipſis à Deo caſtigatio ac diſciplina, tunc ſanè maximè ea quæ ſemper dicta ſunt, & ſemper neglecta diuina præcepta, uelut primū iam auribus ipſorū illabentia ſuſcipiūtur. Quapropter diſciplina Domini, inquit, aperit aures meas. Quandoquidem igitur diſciplina admonet inordinatè ſe gerentem: uelut Paulus faciebat Satanę tradens, uelut lictori cuidam torquenti ac flagellanti, ut diſcant non blaſphemi eſſe: rebellantem uerò reducit, uelut de quo dictum eſt, quòd poſt captiuitatem ſuam pœnitentiam egit. Neceſſarium eſt, ſcire diſciplinæ uim, ad quę cōmoda exiſtit. Gnarus igitur utilitatis ipſius Solomon, admonet: Ne abſtineas caſtigare paruulum, quia ſi percuſſeris ipſum uirga, nō morietur. Tu enim uirga quidem ipſum cędes, uerùm animam ipſius liberabis ex morte. Quis enim filius quem nō caſtigat pater? Hæc diſciplina multis diuitijs prçſtantior apud rectè iudicantes habet. Quapropter inquit Solomon, Accipite diſciplinā, & nō argentū, ꝙ in tempore calamitatum, aut corpore ægrotante, aut rebus domeſticis afflictis, nunꝙ de Deo malā cogitationem cōcipias: ſed in multa tolerātia plagas ipſius ſuſcipias, dum caſtigaris ob peccata, & dicas etiam tu propter diſciplinæ cognitionem, illud: Iram Domini ſuſtinebo, quia ipſi peccaui. & illud: Bonū eſt mihi quia humiliaſti me. Qualis erat Paulus dicēs: Caſtigati, & non mortificati. & hoc: Dum redarguimur, à Domino caſtigamur, ut ne cum mundo cōdemnemur. Quandoquidem uerò etiam diſciplinarum aſſumptio diſciplina dicitur, iuxta id quod ſcriptum eſt de Moyſe, quòd in omni ſapiētia ac diſciplina Aegyptiorum eruditus fuit: certè nō uulgaribus diſciplinis ſeipſum immittere, ſed ultiſsimam diſciplinam cognoſcere, non parum confert ad ſalutem. Iam enim quidam aut Geometriæ dediti, quam inuenerunt Aegyptij: aut Aſtrologiæ, quæ apud Chaldæos in precio fuit: aut omnino circa figuras, & umbras, & rerum ſublimium tractationem occupati, diſciplinam ex diuinis oraculis neglexerūt. Sed & poetica ac rhetorica, & ſophiſmatum inuētio, multos detinuit, quarū materia mendaciū eſt. Neꝙ enim poetica cōſiſtere poteſt abſꝙ fabulis: neꝙ rhetorica citra artem in dicendo: neꝙ ſophiſtica citra falſarum rationum fraudem. Quandoquidē igitur multi ob ſtudium harum diſciplinarum cognitionē Dei neglexerunt, in rerū uanarū perſcrutatione ſeneſcentes: neceſſaria eſt diſciplinæ cognitio, tum ad utilem diſciplinā eligendā, tum ad inutilem & nociuam fugiendā. At uerò & prudentiæ ſermones intelligere datur ei qui parœmijs intentus fuerit, & utilitatē ab ipſis nō ſegniter ſuſceperit. Prudentiā itaꝙ unā ex generalibus uirtutib. eſſe ſcimus, iuxta quā bonorū & malorū ac neutrorū periti ſimus. Prudens uerò nimirū per denominationē ex prudentia appellatus eſt. Quō igitur ſerpēs prudētiſsimus omniū beſtiarū fuiſſe teſtimoniū habet? Et rurſus Dñs dicit: Eſtote prudentes ut ſerpentes. Et prudens eſt uillicus iniuſticiæ? Aut manifeſtū eſt, quòd triplex eſt prudentiæ nomen. Vna enim, eſt cuſtodia quædam propriæ utilitatis, cum inſidijs proximi, qualis eſt ſerpentis caput ſuum cuſtodientis: altera uerò, improbitas morum eſſe uidetur, quæ repentè propriā utilitatē excogitat, & ſimpliciores deprædatur, qualis eſt uillici iniuſticia. Cæterū uera prudentia, dinotio eſt eorū quę facienda ſunt, & nō facienda: quam qui ſequitur, nunquam à uirtutis operibus decedet: nunꝙ uitij ſpiculo configetur. Qui igitur intelligit prudētiæ ſermones, nouit qui doloſi ſint ac fraudulenti, nouit item qui optima ex his quę in uita agenda ſunt nobis proferūt. Et quemadmodum ſincerus numularius, id quod ſincerū eſt detinebit, ab omni uerò ſpecie praua abſtinebit. Hæc prudētia largitur ædificāti domū ſuā, ut fundamentū ipſius ponat ſuper petram, hoc eſt fide in Chriſtū fulciat, quo incōcuſſa permaneat in pluuijs ac uentis & fluminū incurſibus. Nam conſtantiā inconcuſſam in tentationibus, tum humanis, tum his quæ ſupernè nobis inducuntur, per talium uerborum parabolā Dominus nobis indicauit. Docet autem etiā non negligere neceſſaria, ſed pręparatis ante tēpus uitę uiaticis, in promptitudine cordis expectare ſponſi aduentū: Prudentes enim, inquit, uirgines, propterea ꝙ oleum habebāt in lampadibus, ingreſſæ ſunt cum ſponſo: uerū ſtultæ quia imparatæ erant, à gaudio ſponſi excluſæ ſunt. Poſtea uerò uideamus quid eſt ſuſcipere

Marginal references: 1.Cor.5. | Pro.23. | Pſal.24. | Pſal.118. | 2.Cor.6. | Gen.3. | Matt.10. | Luc.12. | Mat.25.

ſuſcipere ſtrophas ac fallacias ſermonum. Verus quidem ſermo, & à ſana mente profici ſcens, ſimplex eſt & uniformis, eadem dicens de ijſdem ſemper. Varius aũt & artificio ſus, multam perplexitatẽ ac apparatũ habens, innumeras figuras aſſumit, & immenſis fallacijs utitur, ad occurrentiũ placitũ ſe transformãs. Quo igitur fortiter reſiſtere poſsi mus ad artificioſorũ ſermonũ incurſum, magnã utilitatẽ parœmię nobis exhibẽt. Quia qui ipſis intentus eſt, & admonitiones ipſarũ non negligenter aſſumit, uelut experien tia munitus, ſtrophas ſermonũ innoxiè admittit, ita ut neq; ab ipſis puertat̃, neq; alicu bi à ueritate diſcedat. Quum. n. aliter natura ſe res habent, & aliter de ipſis ſermões per ſuadere conant̃, ſtropha quædã ac fallacia eſt, imò magis peruerſio ueritatis per ſermo nem cõtingẽs. Et qui alius apparet, alius reuera eſt, ſtrophis ſermonũ utitur, fallens cõ uerſantes, uelut lepores & uulpes fallunt canes, aliam uiam monſtrãtes, & alia digreſsi. Aut ſtrophæ quædã ſermonũ, ſunt oppoſitiones ex falſo nominata ſcientia. Quum em̃ ſpiritualis doctrinæ ſimplicitatem nõ ſuſcipiãt hi, qui ex dialectica ad cõtradictiones acuti ſunt, robur ueritatis ſæpe ſophiſmatũ ueriſimilitudine euertũt. Suſcipit igitur has ſermonũ ſtrophas, is qui parœmijs munitus eſt: & ſi aliquãdo reperiat problemata, æ quales aggreſsiones in utranq; partem habentia, in quibus ueriſimilioris inuentio iudi catu difficilis eſt: tamen propterea ꝙ exercitatus eſt in prouerbijs, animo non cõfunde tur, etiamſi ꝙ maximè ſibi uideant̃ hi qui cõtra diſputãt, ex æquo argumentorũ plagas inferre. Largitur parœmia etiam intelligere iuſticiã ueram. Quandoquidem igitur iu ſticia eſt habitus diſtribuens ſecundũ dignititatẽ: difficile aũt ſit hoc aſſequi, quum alij quidem propter prudentiæ defectum, nõ reperiãt quomodo unicuiq; id quod æquũ eſt diſtribuãt: alij uerò propterea ꝙ affectionib. humanis prǫoccupati ſunt, iuſticiã ob ſcurent: quum pauperes quidem cõtemnãt, potentes aũt iniuſtos nõ coarguãt: daturũ ſe pollicetur ſuis diſcipulis Prouerbiorũ liber, ueræ iuſticiæ cognitionẽ. Et quoniã ple riq; apud uulgus laudem uenãtes, re ipſa quidem iniuſticiã & lucrum uelut utile præfe runt: habitu uerò & ſermone æqualitatẽ & iuſticiã ualde admirant̃, neq; hos ignorabit parœmijs eruditus, uerùm cognoſcet quæ adulterina & ſpuria, & quæ uera ac ſincera ſit iuſticia. Quando uerò etiã externi ſapientes multos de iuſticia ſermones propoſue runt, & probabilib. dictis fallunt eos q nõ poſſunt uerã rationẽ huius quæſiti aſſequi: promittit liber uerã iuſticiã ſe indicaturũ eſſe, ut ſophiſmatũ noxã euitemus. Iam uerò etiã legittima gentium facta multã inter ſe diuerſitatem habentia, cõfuſionem inducũt animis eorum qui nõ exactã iuſticiæ rationem apprehenderũt. Etenim aliquæ gentes parricidium iuſtum ducunt. Aliæ omnem cædem ut ſceleſtã auerſantur: aliæ temperan tiam colunt: aliæ matrib. & filiabus ac ſororib. miſcentur. Et in ſumma, multi ueteri con ſuetudine detenti, ſcelus factorum ſuorum nõ agnoſcunt. Verùm hic liber de uera iuſti cia docens, homines à brutis illis & abſurdis affectibus liberat. Eſt aũt iuſticia quædam quæ inter nos uerſatur, æqui uidelicet diſtributio, quã etiamſi nõ exactè aſſequamur, tamen animo iuſto facientes, à ſcopo non excidimus. Alia uerò eſt quæ cœlitùs à iuſto iudice inducit̃, tum corrigens, tum retribuens. Cuius ſpeculatio magna & difficilis eſt propter dogmatum in ipſa repoſitorũ ſublimitatem. Hoc. n. Pſalmiſtã dicere opinor: Iuſticia tua uelut montes Dei. Promittit igitur hanc reuera uerã ac diuinã iuſticiã ſe ma nifeſtaturũ eſſe his qui exercitati fuerint in ꝓuerbiali doctrina. Rurſus quum peccata partim inuoluntaria ſint, partim à praua mente procedãt, & iuſticię finis nõ idem in his ſit, uelut uerbi cauſa: Sit ſcortatio ꝗd iudicari debet, & ſint ſcorta duo: uerùm alterũ qui dem ſit lenoni uenditũ, & ad neceſsitatẽ peccet, quęſtũ ex corpore malo dño exhibẽs: alterũ uerò propter uoluptatẽ uolũtariè peccato deditũ. Itaq; aliter inuoluntaria ueniã cõſequunt̃, & aliter ea quæ ex praua uoluntate fiunt cõdemnant̃. Rurſus, alius quiſpiã peccauit, prauè ab initio educatus: nam & à parentib. iniuſtis ad uitã productus eſt, & uerbis ac factis iniquis connutritus eſt. alius uerò multa habens prouocantia ipſum ad uirtutem, educationem optimã, admonitionem parentum, præceptorum ſinceritatẽ, auditionem diuinorum ſermonum, diętam modeſtam, & alia quib. anima ad uirtutem inſtituitur, deinde etiam ipſe in ſimile peccatum delapſus eſt. Quomodo non meri tò talis grauiori ſupplicio puniatur? Ille enim ob ſolos in animis noſtris diſperſos ſalu tares impetus accuſabitur, tanquam ipſis non probè ſit uſus: hic uerò ad hoc, etiam ue-

lut

lut qui omnem in ſe collatã opem perdiderit, & propter inanimaduertentiã ad malam uitam detractus ſit. Itaq; uerã intelligere iuſticiã, magnæ reuera intelligẽtiæ ac mentis perfectiſsimæ eſt. Fortaſsis aũt & promiſsionẽ habet, eum qui in prouerbijs eruditus eſt, de cætero poſſe exactius Theologiæ incũbere. nã uera iuſticia Chriſtus eſt, qui no-
Eph. 3. bis genitus eſt ſapiẽtia à Deo, iuſticiaq; ac ſanctificatio & redẽptio. Coniunctũ eſt aũt cum eo quod det parœmia iuſticiã uerã intelligere, etiam iudiciũ dirigere. Impoſsibile eſt enim, eum qui nõ præeruditus ſit in iuſticiæ cognitione, ambiguas res rectè dijudi-
3. Reg. 3. care poſſe. Neq; n. ipſe Solomon, ſi nõ iuſticiæ rationes exactas in ſeipſo habuiſſet, celebre illud iudiciũ adeò rectè & appoſitè efferre potuiſſet, quòd meretricib. de puero iudicauit. Quum enim teſtimonio careret, ea quę ab utraq; dicebantur, ad naturã proceſsit, & per ipſam quæ ignorabantur inuenit, quũ ea quæ aliena erat indolenter pueri necẽ admitteret, uera aũt mater ne audire quidẽ ſuſtineret eam crudelitatẽ, propter naturalem amorẽ. Qui igitur nouit ueram iuſticiã, & per ipſam doctus eſt, unicuiq; diſtribuere quod ſuum eſt, is poteſt dirigere iudiciũ. Quemadmodũ enim ſagittarius telum ad ſcopũ dirigit, neq; exceſſu, neq; defectu, neq; in utranq; partem præuaricatione, à iaculatione aberrãs: ſic iudex iuſticiã cõiectat, nec perſonas ſuſcipiẽs (perſonã. n. in iudicio cognoſcere honeſtũ nõ eſt) neq; faciens aliquid ad preces, ſed recta & imperuerſa iudicia proferẽs.. Et ſi duo iudicẽtur ab ipſo, alter plus habens, alter minus, iudex conſiſtit adæquãs ipſos inter ſe, & tantum auferens à præminente, quantum inferiorem factum reperit eum cui iniuria facta eſt. Qui uerò ueram iſticiam non habet in anima ſua prius inſitam, ſed aut pecunijs corruptus, aut amicitiæ gratificatur, aut inimicitiam ulciſcitur, aut poteſtatem reueretur, iudiciũ dirigere non poteſt. Ad quem dicit pſalmus:
Pſal. 57. Si uerè itaq; iuſticiam loquimini, recta iudicate filij hominum. Argumentum enim iuſtæ affectionis, eſt circa iudicãdum rectitudo. Vnde etiam ipſe in progreſſu interdicit dicens: Pondus magnum & paruum, & menſuræ duplices, abominabilia apud Dominum: per ponderum appellationem, prouerbialiter circa iudicium inæqualitatem indicans. Non eſt autem iudicantibus ſolum utile hoc, ſed etiam ad ſingulas res in uita eligendas. Quum enim habeamus in nobis iudicium naturale, per quod bona à malis diſcernimus, neceſſariũ eſt nobis ut in rerum agendarum electione rectas ipſarum diſcretiones faciamus, & uelut iudex quiſpiam, æquali ac iuſtiſsima mente contraria dijudicans, uirtuti quidẽ faueamus, uicium uerò cõdemnemus. uelut exempli loco, ſcortatio & temperãtia apud te iudicãda ſiſtuntur, & mens tua in alto præſidet iudiciũ ſibi commiſſum habens. Et uoluptas quidẽ patrocinat̃ ſcortationi: timor aũt Dei adſtat temperantiæ. Si igitur cõdemnaueris peccatũ, & uictoriam dederis temperãtiæ, rectum feciſti rei iudiciũ: ſi uerò ad uoluptatẽ inclinatus, pronũciaueris pro peccato, obliquũ feciſti iudiciũ, reus factus execrationis eius qui dicit: Væ uobis qui dicitis amarũ dulce, &
Eſa. 5. Prouerb. 12. dulce amarũ: qui dicitis lucem tenebras, & tenebras lucem. Quandoquidẽ igitur iuxta Solomonẽ: Cogitationes iuſtorũ iudicia ſunt, illud ſtudio habere oportet, ut intus in occulto cogitationũ iudiciario foro, iudicia rerũ minimè peruerſa faciamus, & ut mentem trutinæ ſimilẽ habeamus, quæ ſingula faciẽda citra inclinationẽ ponderet. Quum unũquodq; præceptũ ad oppoſitũ ipſi uiciũ apud te dijudicatur, da legi Dei uictoriã contra peccatũ. Redundantia ac plus habendi appetentia, & æqualitas iudicãtur: pronuncia contra alienorũ cupiditatẽ, meliorẽ calculum uirtuti præbeas. Conuiciũ & longanimitas inter ſe diſsident: pudefacito conuicium, & præfer longanimitatẽ. Inimicitia & dilectio cõtendũt: illam ignominia afficito, & quàm longiſsimè exterminato, dilectionẽ uerò honoratã tibijpſi familiarẽ facito. Simulatio & ſimplicitas, fortitudo & timiditas, prudẽtia & ſtulticia, iuſticia & iniuſticia, temperãtia & proteruitas: & in ſumma, omnis uirtus ad omne uicium iudicat̃: Tunc ſanè iudiciorũ rectitudinẽ oſtẽdito in occulto animæ tuæ iudicio. Et præceptũ uelut aſſeſſorẽ tibi facito, odiumq; mali declarato, ita ut peccata auerſeris, & præferas uirtutes. Si enim in ſingulis actionibus meliora apud te uincere feceris, beatus eris in illa die, quando iudicabit Deus occulta hominum, iuxta Euangeliũ noſtrũ: & interim dum cogitationes ſe mutuò accuſabunt, aut etiam defendẽt, non abibis cõdemnatus propter inclinationẽ ad mala, ſed iuſticiæ coronis honoraberis, quibus per omnẽ uitam tuam uirtutẽ coronaſti. Quantorũ bonorum

largitor

largitor tibi ſiet Prouerbiorũ liber, docẽs & uerã iuſticiã, & dirigere iudiciũ? Quid igitur ad hæc amplius? Et det innocẽtibus auſtutiã: puero uerò iuuẽculo ſenſum & intelligentiã. Dupliciter intelligimus innocentiã. Aut enim à peccato alienationẽ ratione correctã, & per longam attentionẽ ac ſtudium bonorũ, uelut radice uitij exciſa, iuxta perfectã ipſius priuationẽ, innocentię appellationẽ accipimus. Aut innocẽtia eſt mali nondum experientia, quum propter iuuentutẽ ſæpe, aut uitæ alicuius inſtitutũ, aliqui ad uitia quædã nullo experimẽto prędití ſunt: uelut, puer nõ nouit ſuperbiã, nõ nouit dolum & fallaciã. Rurſus, ſunt quidam ruri habitãtes, qui non ſciũt mercatorias improbitates, neq; forenſes cõtentiones. Tales innocẽtes dicimus, nõ ut ex uoluntate à malitia ſeparatos, ſed uelut qui nondũ ad malũ habitum peruenerunt. Propriè uerò innocens eſt, qualis erat Dauid dicens: Ego in innocẽtia mea ambulaui, qui uidelicet omnẽ prauitatẽ, per uirtutis exercitationẽ ab anima ſua amouit, qui etiã hæreditate bonorũ dignus cẽſet: quia Dñs nõ priuabit bonis ambulãtes in innocẽtia. Qui talis eſt, cõfidẽter dicet: Iudica me Dñe, q̃a ego in innocẽtia mea ambulaui. Et rurſus, Iudica me Dñe ſecundũ iuſticiã meam, & ſecundũ innocentiã meam ſuper me. Innocentẽ autẽ uelut ꝑ characterẽ exprimunt ac oſtendunt, ſimplicitas morum, generoſitas, & nullo artificio cõcinnata oratio. Qualis erat Iacob, ſincerus, inquit, & nulla conficta ſpecie domũ habitans: hoc eſt, naturali ſimplicitate utens, nullam ex arte cõfictam figuram, uelut perſonam ſibijpſi ad occurrentes decipiendos circũponens. Hic tamen innocentẽ dicere uidetur, mali inexpertum, quem etiam laudabili aſtutia opus habere dicit, quod ad naturalẽ ſimplicitatẽ, etiam prudentiã ex experimento acquirat, & uelut ſcuto quodam bona aſtutia munitus, inſidijs inimicorũ ægrè impeti poſsit. Oportet enim opinor perfectum, prudentem quidem eſſe ad bonum, ſimplicem uerò ad malum. Hinc igitur uelut ex fonte quodam hauriant innocentes ſalutarem aſtutiam. Vir enim aſtutus thronus eſt ſenſus. Et, Aſtutus malis accedentibus occultatur. Et, Qui obſeruat redargutiones aſtutior eſt. Eſt igitur aſtutia, actio omniũ iuxta ſtudiũ artificioſum. Quemadmodum maleficium ſolius mali eſt operatio. Quum igitur omnem operationem aſſumat aſtutus, in omnibus autem etiam mala ſunt, duo ſignificat aſtuti appellatio. Et qui quidem in detrimentũ aliorum aſtutia operum utitur, malus eſt: uerùm laudabilis eſt aſtutus, qui repentè & prudenter proprium bonum inuenit, & doloſe ac inſidioſe ſtructas ab alijs fraudes euitat. Itaq; diligenter attende ad aſtutiæ uocem, & noſce quòd medius quidam habitus eſt, iuxta quem alter ex ſano propoſito, in utilitatẽ ſuam & propinquorum ipſa utens, laudatus eſt: alter uerò in detrimentum propinquorum ipſam tractans, reprehenſibilis, ad occaſionẽ perditionis hoc ſtudio utens. Plena eſt autem hiſtoria uſus huius ſtudij in utranq; partem. Honeſta eſt aſtutia Hebræorũ, qui deceperunt Aegyptios, & tum mercedẽ operarũ ab urbibus acceperunt, tum materias ſibijpſis ad parandum tabernaculũ comparauerunt. Laudabiliter aſtutia uſæ ſunt nutrices, maſculos Hebræorũ ſibi aſſerentes. Honeſta eſt aſtutia Rebeccæ, quæ magnã benedictionẽ filio procurauit. Honeſtè aſtuta fuit Raab, honeſtè Rachel: quarũ altera exploratores ſeruauit, altera patrem decebit, & ab idololatria liberauit. Malignè uerò aſtutia uſi ſunt contra Iſraelitas Gabaonitæ. Mala fuit aſtutia Abſalonis, qui in ſpecie æquitatis ſubditos pellexit, & magnã defectorũ ac rebelliũ copiam ad inſidias patris collegit. Reprehenduntur etiam aliqui, uelut qui contra populum Dei aſtuta mente uſi fuerint: hic tamen aſtutiã quæ in utilitatẽ aſſumitur ſermo ꝓbat, ut quę uelut ſcutũ eſt ad uitæ negotia ac actiões, & animas ſimpliciorũ per ſe ipſam munit. Si.n. hãc aſtutiã habuiſſet Eua, non facile corrupta fuiſſet fraudibus ſerpẽtis. Itaq; innocentẽ qui ꝓpterea quòd credit omni ſermoni, facile mente corrumpit̃, ꝓpoſita parœmiarũ doctrina munit, & uelut auxilium ad uitæ negotia, utilitatẽ ex aſtutia ipſi exhibet. Cõſequens eſt ut cõſideremus, quõ puero iuuenculo det ſenſum & intelligentiã. Quandoquidẽ duplex eſt homo, uelut Apoſt. ait, alter externus, alter internus: neceſſe eſt nos tum iuxta eum quem uidemus, tum iuxta eum quẽ in occulto intelligimus, etiam ætatẽ in utriſq; cõſimiliter accipere. Itaq; dicere, recens genitũ puerum ſenſum corporalẽ accipere, non procul à riſu abeſt. Quem enim ex ſenſib. liber largiri poteſt? quũ & uiſus & auditus & olfactus ac guſtus & tactus ſtatim nobiſcum generentur, & non ex doctrina accedant, ſed natura per

Pſal. 25.
Pſal. 7.
Gen. 25.
Pro. 13.
Prò. 27.
Pro. 15.
Exod 11.
Exod. 1.
Gen. 27.
Ioſ. 9.
2. Reg. 15.
2. Cor. 4.

per has animal ipſum abſoluat. Neq; igitur puerũ corporaliter accipere oportet, neq; ſenſum aliquẽ ex enumeratis:ſed ad internũ hominẽ ætates transferendæ ſunt. Didicimus enim in multis Scripturę locis & puerilẽ animæ ſtatũ,& aliũ uigoris,& alium ſene
1.Cor.3. ctutis. Velut queadmodũ Paulus docet:Corinthij pueri erãt,quapropter etiã lacte adhuc opus habebant, introductoria & ſimpliciore Euangelij doctrina, nondũ potẽtes ſolidum in dogmatib. alimentũ ſuperare. Adoleſcẽs autẽ ſecundũ animã eſt, qui omnibus uirtutis partib. abſolutus ad perfectũ eſt, qui ſpiritu feruet, qui ad pietatis actiones uegetus eſt,& ad omnẽ bonorũ operũ contentionẽ uigore præditus: quem etiam
Matt.11. uiolentũ appellat euangeliũ,potentẽ rapere regnũ cœlorũ,quẽ etiã ad hymnos uelut i-
Pſal.148. doneum ſanctus ſpũs aſſumit:Adoleſcẽtes eñ,inquit,& uirgines laudent nomen Dñi.
Iohel.2. Et in Iohele,promiſsiones habent adoleſcentes uidẽdi uiſiones. Senior aũt eſt ſecundũ animam,qui prudentia perfectus eſt:qualis erat Daniel,in iuuenili corpore, prudentię authoritatẽ omni canicie uenerabiliorẽ oſtendẽs. Quapropter aiunt ad ipſum illi pleni dierũ malorũ: Huc ades ac cõſide in medio noſtrûm,& doce nos,quia dedit tibi Deus ſenij dignitatẽ ac prerogatiuã. Igitur & hic puerũ iuuenculũ dicit, eum qui per lauacrũ regenerationis renatus eſt,nutriturq; ac efficit̃ uelut puer,& per talem ſtatum idoneus ad regnum cœlorũ. Huic ſanè ſic recens nato puero, ſpirituale & non doloſum lac ex petẽti, dat liber Prouerbiorũ per ipſum exercitato, ſenſum & intelligentiã:ſenſum quidem præſentiũ,intelligentiã uerò futurorũ. Erudit enim in rebus humanis,& negociorũ ſenſum ipſis largit̃,ut neq; abſurdis uoluptatibus ſeruiãt,neq; ad inanes mũdi huius glorias conſternent̃. Inducit autẽ & futuri ſeculi intelligentiã, & per ea quæ dicit ad fidem promiſſorũ adducit. Quandoquidẽ uerò ætatũ differentiã ad internũ hominem tranſtulimus, cõſequens eſt etiam ſenſuũ nomina ad potẽtias animæ transferre. Quare quum dicat, Meis uerbis aurem tuam adhibe: ſcire nos oportet, ꝙ obedientiã animæ
Luc.8. requirit. Quemadmodũ etiam Dñs: Qui habet aures ad audiendũ audiat. Et illud: Ser-
Prouerb.18. mo ſapiens in aurem obediẽtem. Per hæc itaq; & conſimilia dat puero iuuenculo audi-
Prouerb.5. tus ſenſum ſanũ. Quum autem dicit: Ne attende mulieri prauę. Et rurſus: Ne eleues ocu-
Prouerb.4. lum tuum ad ipſam. Et, Oculi tui recta uideant: manifeſtũ ſe facit ꝙ uelut uiſionem ani-
Prouerb.24. mæ puero largitur. Et quum admonet: Comede mel fili mi, ut dulceſcat guttur tuum.
Pſal.18. mel figuratè diuinam doctrinã nominans: Quàm dulcia enim, inquit, gutturi meo ora
Pſal.33. cula tua, ſuper mel ori meo. Per hanc admonitionẽ ſpiritualem animæ guſtum propo-
nit, de quo dictum eſt: Guſtate & uidete, quoniam bonus eſt Dñs. Eſt autem & tactus quiſpiam animæ, per quem ipſam ſapientiã attingit, uelut amplectens amatorẽ ſuum:
Eccleſ.3. Ama enim, inquit, ipſam, ut te amplectatur. Et rurſus Eccleſiaſtes: Tempus eſt amplectendi, & rurſus tempus longè diſcedendi ab amplexu. Corpora equidẽ amplexibus impuris cõtaminantur: anima uerò ſapientiæ amplexu tota per totam ad ipſam unita, ſanctificatione completur ac puritate. Et ſic quidem ſenſum puero iuuenculo prouerbia largiuntur: intelligentiã uerò quõ inducunt? Quum dicit: Non proderũt diuitiæ in die mala. Immittit enim cordi tuo cogitationem de die illa, in qua pecuniarum multitudo tibi non auxiliabitur, neq; eximet te ab æterna pœna. At quũ dicit, Innocentes autẽ poſsidebũt terram: terram uidelicet illam, cuius etiam mites ſunt hæredes, iuxta pſal-
Pſal.134. miſtam dicentẽ: Mites uerò poſsidebũt terram: & iuxta Dñi beatificationẽ: Beati eñ,
Matt.5. ait, mites, quia ipſi hæreditabunt terram. Et rurſus: Gloriam ſapientes adipiſcentur, ad
Prouerb.3. concupiſcentiam bonorum promiſſorũ animam erigit. Hanc intelligentiã dant puero iuuenculo, timorẽ quidem minarũ peccatoribus, cupiditatẽ autem eorum quæ parata
Prouerb.1. ſunt iuſtis. Hæc autem ubi audierit ſapiens, ſapientior erit. Magnum teſtimoniũ parœmijs hic ſermo præbet, ꝙ tranſcendũt ſapientũ ſapientiã, & quòd quæ in hoc libro traduntur, maiora ſunt doctrinis, quibus illi præditi ſunt. Quare reliquorum magiſtrorũ diſcipuli rudes ſunt, uerùm huius libri auditores ſunt ipſi ſapientes. Quandoquidem uerò æquiuocum eſt ſapientum nomen: Sapientes enim & huius mundi dicũtur: ſapientes item qui ueram ſapientiam Dñm noſtrum Ieſum Chriſtũ ex fide in ipſum ſuſceperunt: externos ſapientes ubi ad ſanam parœmiarum doctrinam acceſſerint, ſapientiores fore ſermo pollicetur, ita ut rerum uanarum cognitionẽ igniminioſam ducant, & admirationem ad ueritatem transferant. Aut quia multifariam dicitur ſapiens. Nam

&

& qui ſapientiā concupiſcit, & qui iam in profectu ſpeculationum ſapientiæ conſiſtit, & qui habitu perfectus eſt, ſimiliter appellatur. Hæc ubi audierit ſapiens ſiue ſapientiæ amator, ſiue iam in ipſa progreſſus, ſapiētiores erunt: & multa diuina dogmata diſcent, multa item humana docebuntur, quum uariè quidem liber hic maliciam ac uitium profliget, multis uerò rurſus modis uirtutē introducat. Linguam iniuſtam frenat, oculum erudit praua inſpicientē, manibus iniuſtis imperiū nō permittit, ocium inſectatur, concupiſcentias abſurdas caſtigat, docet prudentiam, docet fortitudinē, temperantiā magnificat. Qui igitur hęc edoctus eſt, & apud ſe deteriora fortiter criminatur, & boni appetentiam maiori impetu, uelut per quandam acclamationem adeptus eſt, ſapiens exiſtens per propriam concitationē, ſapientior fit per perfectionem ex doctrina acceſſoriam & intelligens gubernationē adipiſcetur. Qui ad artem aliquam aſſumēdam accedere uolet, eum naturales aptitudines præparatas habere oportet. Luctatorem, corporis confirmationem ac robur: curſorem, membrorum concinnitatem ac leuitatem. Sic etiam gubernatorē, mentis acumen, & aſſequendi celeritatē. Quapropter non quemlibet ad gubernationem ſermo uocat, ſed intelligentem. Quid eſt autem gubernatio? An non omnino ſcientia animæ, circa inſtabilem rerum humanarum naturam, quomodo ipſam tranſire oportet. Nam in multis locis inuenimus uitam hanc, aquas & mare à Scriptura appellatam. Velut in pſalmo: Emiſit ex alto, & cępit me, ſuſcepit me ex aquis multis. Manifeſtum eſt enim quòd turbas uitæ, aquas dicit. Nam neq; res ſecundæ, & quarum ſtudio pleriq; tenentur, ſtabilitatem & diuturnitatē habent: neq; calamitates ac res triſtes firmam ſedem habent: ſed omnia fluctibus ac turbationibus & improuiſis mutationibus ſubiecta ſunt. Quemadmodū igitur impoſsibile eſt mare diu in eodem ſtatu permanere. ꝙ enim nunc leue & tranquillum eſt, paulo pòſt uidebis uiolētia uentorum exaſperatū, & tamen etiam efferatum ac undis efferueſcens, altera tranquillitas ſtatim ſedat: ſic etiam res humanæ uitæ facilem in utranq; partem conuerſionē accipiunt. quapropter gubernatore opus eſt, quo & in tranquillitate uitæ omnibus ipſi ſecundo flumine procedentibus, mutationes expectet, & nō in prę́ſentibus, uelut perpetuis conquieſcat, & in triſtiore ſtatu de ſe ipſo nō deſperet, neq; per nimiam mœſticiam deuoratus ſubmergat. Neq; enim corporis ſanitas, neq; iuuētutis flos, neq; domus ſplendor, neq; reliqua uitæ proſperitas diu perſeuerat. Sed ubi in hac uitæ ſerenitate conſiſtis, rerum tempeſtatē aliquando expecta. Veniet enim morbus, & ueniet paupertas, uento non ſemper iuxta puppim conſiſtente. Sed & circumſpectum in omnibus, ac admirandum, ſæpe improuiſæ ignominiæ apprehēdunt, & omnē uitę felicitatē, uelut turbines quidam, calamitates præter animi ſententiam accidentes conturbant. Et aſsiduitas malorum uelut undarum fluctus tibi ſunt, dum alia ſuper alia excitantur, quæ uitam tibi exaſperant, & horrendam uitæ tempeſtatem tibi inducunt. Videbis aūt aliquando etiam hæc præterlapſa, & uitam ad hilaritatē, & albam reuera tranquillitatē tranſmutatam. Hic igitur eſt intelligens gubernator, qui ea quæ accidunt appoſitè ad ſubiectam naturam tractat, & ſimilis ſemper ipſe ſibijpſi permanet, & neq; rebus lætis attollitur, neq; in calamitatibus concidit. Rurſus etiam ad alia nobis utile eſt gubernationis bonum. Noui enim & alios fluctus, & tēpeſtatem horrendam aduerſus animā inſurgentem ex affectibus carnis. Iræ enim & timores, uoluptates & triſticiæ, ex ſapiētia carnis, uelut ex uiolenta aliqua tempeſtate allapſæ, ſæpenumero animā gubernatore carentē demerſerunt. Oportet igitur mentem uelut gubernatorem affectibus præſidere, & carnem uelut nauigiū inſcendere, & cogitationes uelut clauos eruditè circumuertere, & undas generoſe conculcare, ita ut ipſa alta permaneat, & ab affectib. ægrè adiri poſsit, & nequaquam amaritudine ipſorum uelut ſalſugine quadam impleatur, ſed ſemper orans dicat: Vtinam liberer ex his qui oderunt me, & ex profundo aquarum, ne me demergat procella aquæ, neq; abſorbeat me profunditas. Si uis, adhuc aliam tibi nauigationē narrabo, ad quam neceſſariū eſt nobis gubernationis donū. Regnū cœlorum, ſimile eſt uiro mercatori. Omnes igitur qui Euangelicam uiam ambulamus, mercatores ſumus, per præceptorū quæſtum cœleſtium poſſeſſionē nobis acquirentes. Oportet igitur nos multas, & uarias cœleſtes diuitias colligere, ſi non pudefieri uelimus in quæſtus oſtenſione, uelut qui acceperunt talenta, neq; audire ſerue nequam & piger.

Pſal.17.

Pſal.61.

Matt.13.

Et impoſitis mercibus ſecurè uitam hanc tranſire conari: pleriq; enim multis collectis à iuuentute, circa medium uitæ exiſtentis, inſurgentibus ipſis tentationibus ex uentorum malignitate, tempeſtatis grauitatem non ſuſtinuerunt, propterea quòd gubernatio ipſis non adeſſet, ſed omnium illorum damnum perpeſſi ſunt. Vnde alij quidem circa fidem naufragium fecerunt, alij temperantiam, quam à iuuentute collegerunt, uoluptate praua uelut procella quadam incurrente, perdiderunt. Miſerabile ſpectaculum, poſt ieiunium, poſt durum uitę ductum, poſt prolixas preces, poſt lachrimas largè profuſas, poſt abſtinentiam annorũ uiginti aut fortaſſis triginta, propter inanimaduertentiam animæ & negligentiam, nudum & ſpoliatum omnibus conſpici, & eum qui præceptorum quæſtu opulentus eſt, conſimilem fieri mercatori cuidam opulento: qui ob copiam mercium lætus ſecũdo uento procedente nauicula, horrenda maria tranſgreſſus, diffracto ad ipſos portus nauigio, omnibus ſimul deſtitutus cõſpicitur: ſi & hic infinitis laboribus ac ſudoribus acquiſita, ad unicum dęmonis incurſum perdat, perpeccatum uelut feram ac immanem quandam procellam ſubmerſus. Quare conueniens
Pſal. 68. uox eſt ei qui omnem ſimul uirtutem naufragio amiſit, Veni ad profundum maris, & procella ſubmerſit me. Habe igitur in tuto uitæ gubernacula, guberna oculum tuum, ne quando tibi impetuoſus cõcupiſcentiæ fluctus per oculos illabatur: guberna aures, ne ſuſcipiãt quid nociuum: guberna linguam, ne loquatur quid interdictum. Ne te euertat iræ turbo, ne te demergãt formidinũ terrores, ne te obruat triſticiæ onus. Vndæ ſunt ipſi affectus, quibus ſi teipſum altiorem eleuaueris, ſecurus uitæ gubernator eris: ſi uerò non prudenter & conſtanter ſingula hæc declinaueris, uelut nauigium quoddam non ſaburratũ & gubernatore carens, ab his quæ ſemper accidunt circumfereris, & in pelago peccati diſſipaberis. Audi igitur, quõ tibi gubernationis cõtingere poſſit ſcientia. Mos eſt nauigantibus ad cœlum reſpicere, atq; inde nauigandi ductum ſumere, in die quidem à ſolę, noctu uerò ab urſa, aut alio quopiam ſemper apparẽte ſidere, & ex his ſemper rectitudinem coniectare. Et tu igitur occulos ad cœlum attolle, iuxta
Pſal. 122. eum qui dixit: Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cœlis. Reſpice ad ſolẽ iuſticiæ, & uelut aſtris quibuſdam illuſtribus, mandatis Domini dirigendum te exhibe, & uigilantem occulum habe. Ne dederis ſomnum oculis tuis, neq; palpebris tuis dormitatio-
Pſal. 118. nem, ut perpetuum habeas ex mandatis ductum. Lucerna enim, inquit, pedibus meis lex tua, & lux ſemitis meis. Si enim nunquã ad clauũ dormitaueris, donec in uita hac fueris, in ſtabili mundi rerum natura, etiam auxiliũ cooperantis ſpiritus accipies, qui te ſemper ulterius deducet, & lenibus ac pacificis auris ſecurè tranſuehet, donec conferueris ad tranquillum illum ac ſerenum portum, ipſius uoluntate Dei, cui gloria & imperium in æterna ſecula ſeculorum, Amen.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO
EXHORTATORIA AD SANCTVM BAPTISMA,
Iano Cornario medico phyſico interprete.

Eccle. 3. SAPIENS ille Solomon tempora rerum gerendarum in uita diſtinguens, & ſingulis quæ fiunt idoneum aſsignans, inquit: Omnibus eſt tempus, & temporis in omni re occaſio, tempus naſcendi, & tempus moriendi. Ego uerò immutata paululum ſapientis ſententia, dixerem uobis ſalutare præconium annuncians, quòd tempus eſt moriendi, & tempus naſcendi. Quæ uerò eſt ratio immutationis? Quòd ille quidem de generatione ac corruptione differens, corpoream naturam ſequens, generationem ac natiuitatem morti præpoſuit. Impoſsibile eſt enim mortis periculum ſubire eum, qui non prius natus eſt. Ego uerò de ſpirituali regeneratione uerba facturus, mortem uitæ præpono. per hoc enim quòd carne morimur, contingit nobis, ut ſpiritu generemur. Iuxta quem modum dicit eti-
Deut. 32. am Dominus: Ego occidam, & uiuere faciam. Moriamur igitur ut uiuamus, occidamus ſapientiam carnis quæ legi Dei ſubijci detrectat, ut ſapientia Spiritus fortis in nobis generetur, per quam uita & pax contingere ſolet. Conſepeliamur cum Chriſto, qui pro nobis

nobis mortuus eſt, ut reſurgamus cum eo qui nobis reſurrectionis autor fuit. Tempus quidem igitur aliud alijs rebus idoneũ eſt. proprium eſt ſomni, & proprium uigiliarum: proprium belli, & proprium pacis. Verùm tempus baptiſmatis eſt tota humana uita. Neq; enim corpori nõ reſpiranti uiuere poſsibile eſt: neq; animæ conſiſtere nõ cognoſcenti conditorem. Dei enim ignorantia, mors eſt animæ. Qui uerò nõ baptizatus eſt, nõ illuminatus eſt. Abſq; luce autẽ, neq; oculus quæ ſua ſunt, uidere poteſt, neq; anima ſpeculationem aſſumere ualet. Omne itaq; tempus opportunitatem habet ad ſalutem per baptiſma, ſiue diem dicas, ſiue noctem, ſiue horam, ſiue tẽporis punctũ, ſiue quid minimum ac breuiſsimum. Veriſimile eſt aũt, multo commodius eſſe proprium ac magis cognatum tempus. Quid uerò magis cognatum baptiſmati eſſe poſsit, q̃ dies paſchatis? Dies enim ipſa memoriale eſt reſurrectionis: baptiſma uerò potentia eſt ad reſurrectionem. Itaq; in reſurrectionis die, reſurrectionis gratiam ſuſcipiamus. Quapropter eccleſia alũnos ſuos alto præconio eminus conuocat, ut quos olim parturijt, tunc pariat: & à catechiſmi inſtitutione prima, uelut lacte remotis, ſolidum dogmatũ alimentum guſtandum præbeat. Ioannes prædicauit baptiſma pœnitẽtiæ, & egrediebatur ad ipſum tota Iudæa: Dominus prædicat baptiſma adoptionis in filios, & quis ex his qui in ipſum ſperant non obediet? Illud baptiſma introductorium erat, hoc perfectiuũ eſt: illud ſeceſſus à peccato, hoc conſortim ad Deum. Vnius uiri erat prædicatio Ioannis, & omnes ad pœnitentiã traxit. Tu uerò & per prophetas doceris. Lauate, mũdi eſtote. *Mat. 3.*
& per pſalmos admoneris: Accedite ad ipſum, & illuminamini. & per Apoſtolos Euan *Eſa. 1.*
gelium nunciari audis: Pœnitẽtiam agite, & baptizetur unuſquiſq; in nomine Domini *Pſal. 33.*
noſtri Ieſu Chriſti in remiſsionẽ peccatorũ, & accipietis promiſſionem ſancti ſpiritus: *Act. 2.*
& ab ipſo Dño aſſumeris, dicente: Venite ad me omẽs qui fatigati eſtis & onere preſſi, *Mat. 11.*
& ego reficiam uos. Hæc enim omnia hodie ad lectionem concurrerunt, & tamen cunctaris & deliberas atq; expectas. A' paruulo catechiſmi doctrina inſtructus, nondũ ueritati aſſentiris, ſemper diſcens nondum perueniſti ad cognitionem. Experimentator per uitam, explorator uſq; ad ſenectam, quãdo fies Chriſtianus? quando agnoſcemus te ut noſtrum? ſuperiore anno preſens tempus expectabas, nunc rurſus expectas futurum. Vide ne reperiaris tibi longiores uita facere promiſſiones. Nõ ſcis quid ſequens dies pariet. ne tibi promitte quæ tua nõ ſunt. Ad uitam te uocamus ô homo, quid fugis uocationem? Ad bonorum participationẽ, quid negligis donum? Regnum cœlorum apertum eſt, qui uocat, non mendax eſt: uia facilis eſt non tempore, non ſumptu, non negocio opus eſt: quid cunctaris? quid tergiuerſaris? quid iugum times, uelut iuuencula aliqua iugum nondum experta? bonum eſt, leue eſt, non atterit ceruicem, ſed glorificat. Non enim circum collum ligatur lignum à iugo pendens, ſpontaneum tractorem *Oſeæ 10.*
requirit. Vides quod accuſatur Ephraim, uelut iuuenca œſtro percita, quòd inordinatẽ oberrat, legis iugum detrectans? Subde indomitam ceruicem tuam, fias iumentum Chriſti, ut ne dimiſſo iugo, & uitam liberã degens, feris corripiendus expoſitus ſis. Guſtate & uidete, quoniam bonus eſt Dñs: dulcedinẽ mellis quomodo ignorantibus de- *Pſal 33.*
clarare poſſim? guſtate & uidete. Senſus omni ratione euidentior eſt ad experimentũ. Iudæus circunciſionem non differt propter minas: quia omnis anima quæ non circumcidetur octaua die, diſperdetur ex populo ipſius. Tu autem circumciſionẽ manu non fientem, ſed quæ exuta carne in baptiſmate perficitur, differs, quum ipſum Dominum audiueris dicentem: Amen amen dico uobis, niſi quis renatus fuerit per aquam & ſpi- *Ioan. 3.*
ritum, non ingredietur in regnum Dei. Et illic quidem eſt dolor & ulcus, hic autem ros animæ, & ulceris cordis medela. Adoras eum, qui pro te mortuus eſt? admitte igitur ut cum ipſo per baptiſma ſepeliaris. Si non conplantatus fueris, per ſimilitudinẽ mortis ipſius, quomodo ſocius reſurrectionis eris? Iſrael ille in Moyſen baptizatus eſt, in nebula & in mari, typos tibi quaſi per manus tradens, & ueritatem in extremis temporibus oſtendẽdam, quaſi per characterem exprimens. Tu autem fugis baptiſma, quod non in mari figuratur, ſed in ueritate perficitur: non in nebula, ſed in ſpiritu: non in Moyſem conſeruum, ſed in Chriſtum creatorem. Iſrael ſi non tranſiiſſet mare, non liberatus fuiſſet à Pharaone: & tu niſi tranſieris per aquam, ab amara diaboli tyrannide non liberaberis. Non bibiſſet utiq; ille ex ſpirituali petra, ſi non figuratè baptizatus

fuiſſet. Neque tibi quis dabit uerum potum, niſi uerè baptizatus fueris. Comedit panem angelorum ille poſt baptiſma. Tu uerò quomodo comedes panem uiuentem, ſi nō prius baptiſma ſuſceperis? Ingreſſus eſt ille ad terram promiſsionis propter baptiſma: tu uerò quomodo redire poſsis ad paradiſum, baptiſmate non inſignitus? An ignoras quòd flammeus gladius poſitus eſt ad cuſtodiēdam uiam ligni, incredulis quidem horrendus & inflammatus, credentibus uerò facilis acceſſu ac placidè fulgens? Et fecit Dominus ipſum ut conuertatur. Quum enim fidelem uiderit, terga dat: quum uerò aliquem non ſignatum, aciem obuertit. Helias currum ignis & equos igneos ad ipſum uenientes non expauit, ſed ob cupiditatem profectionis ad ſuperna, contra horrenda audax fuit, & cum gaudio flammeos currus inſcendit, atq; hoc in carne adhuc uiuens: tu autem non igneos currus inſcenſurus, ſed per aquam & ſpiritum ad cœlum aſcenſurus, nō accurris ad uocationem? Oſtendit Helias uim baptiſmatis in ara holocauſtorum, non per ignem, ſed per aquam, uictimā totam exurens. Aliàs quidem igitur ignis natura cum aqua pugnat. Poſtquam uerò tunc aqua tertiò ad aram diffuſa eſt, principium igni dedit: & uelut oleum flammam accendit. Accipite mihi, inquit, hydrias, & infundite ſuper holocauſtum & ſuper ſegmenta lignorum. Et dixit: Rurſus idem facite: & iterum fecerunt. & tertiò facite, & tertiò fecerunt. Oſtendente nimirū ſermone hoc, quòd qui adducitur per baptiſma, Deo familiaris redditur: & quòd lux pura & cœleſtis, in animis accedentium, per fidem in trinitatem refulget. Si aurum eccleſiæ diſtribuerem, non ſanè diceres mihi, Cras ueniam & cras dabis: ſed expoſceres utique iam, diſtributionem urgens, & dilationem ægrè ferres. Quum uerò non materiæ illuſtrē colorem, ſed animæ puritatē, magnorum ille donorum largitor offert, excuſationes fingis, & cauſas enumeras, quum ad donum accurrere oportet. O rem admiratione dignam. Renouaris, & nō conflaris: reformaris, & non contereris: curaris, & non dolore affligeris, & non conſideras beneficiū. Si ſeruus hominum eſſes, & propoſita eſſet ſeruis libertas, nónne ad ſtatam diem occurriſſes, patronos conduxiſſes, & iudices inuocaſſes, ut omni molimine in libertatem aſſeraris? nimirum & alapam poſtremam ſeruorum plagam, pro liberatione in poſterum à uerberibus pertuliſſes? Quum autem te ſeruum non hominū, ſed peccati, præco ad libertatem uocat, quo liberet te è captiuitate, & ciuem æqualiter cum angelis faciat, & filium te Dei declaret, per gratiam adoptatum & hæredem bonorū Chriſti, nōdum tempus tibi eſſe dicis, ut quæ dantur ſuſcipias? O praua impedimenta, ô turpem & prophanam occupationem. Vſquequò uoluptates? Vſquequò deliciæ? Multum tempus uiximus mundo, reliquum uiuamus & nobiſipſis. Quid cum anima conferendum eſt? quid regno cœlorum cōparandum? Quis fide dignior cōſiliarius tibi quàm Deus? quis prudētior ſapiente? aut quis utilior bono? quis creatore coniunctior? Neq; Euæ conducibile fuit ſerpentis conſilio magis credere, quàm Dei. O uerborum abſurditatē. Non habeo ocium ut ſanus fiam, nondum oſtendas mihi lucem, nondum cōiungas me regi. Non hęc palàm dicis? Imò etiam his abſurdiora. Tu uerò ſi quidē mulctatus eſſes & reipublicæ deberes, æris alieni deciſiones reis per nouas tabulas denunciatæ eſſent. Deinde eſſet quiſpiam qui per calumniam, exortem te huius cōceſsionis ac indulti facere conaretur, indignareris utiq; ac uociferareris, tanquam qui pertinente ad te cōmunis beneficij portione ſpoliareris. Quū uerò non ſolum remiſsio prçteritorū, ſed etiam munera futurorum annunciata ſint, ipſe teipſum iniuria afficiens, quantum ne inimicus quidem aliquis tibi nocuiſſet, putas cōuenienter conſultatum eſſe, & commodè de teipſo cogitatum, qui ſanè nō ſuſcipis remiſsionem, ſed æri alieno immoreris? Atq; hoc quum ſcias, quòd debitor decem milium talentorum, conſequutus utiq; fuiſſet remiſsionē, niſi ipſe ſibijpſi exactionem, ex inhumanitate erga conſeruū ſuum renouaſſet. Quod etiā nobis obſeruandum eſt ne accidat: ubi beneficium cōſequuti fuerimus, nec debitoribus noſtris remiſerimus: quo conſtans nobis perſeueret donum. Ingredere in promptuariū animæ tuæ, reuolue factorum tuorū memoriam. Si multa ſunt tua peccata, ne deſperes ob multitudinē. Vbi enim abundauit peccatum, ſuperabundauit gratia, ſi gratiam ſuſcipias. Multū enim debenti, multum remittetur, ut ex redundanti diligat. Si uerò parua & uilia, & non ad mortē ſunt tua peccata, quid ſollicitus es de futuro, qui prçterita nō inſtrenuè pertuliſti, atq; hoc nondum lege

Exod. 16. Gen. 3. 4. Reg. 2. 3. Reg. 18. Rom. 5.

lege eruditus? Nunc uelut in trutina animã tuã ſtare puta, ut hinc ab angelis, hinc à dæmonibus diſtrahatur. Quibus itaq; dabis inclinationẽ cordis? quid apud te uincet? uoluptas carnis, aut animæ ſanctificatio: fruitio præſentiũ, aut futurorũ cõcupiſcentia: angeli te aſſument, aut detinebũt qui detinent? Exercituũ imperatores inſtructa acie teſſeram ac ſignum bellicum ſubditis ſuis dant, quo & amici facile ſe mutuò reuocent ac implorent, & ad hoſtes, ſi in cõgreſsibus permixti fuerint, facilis cognitu diſcretio eſſe poſſit. Nemo cognoſcet te an noſter ſis, aut hoſtiũ, ſi non myſticis ſignis cõiunctionem oſtenderis: ſi nõ ſignatũ fuerit ſuper te lumen uultus Dñi. Quomodo uendicabit te angelus? quõ eripiet ex hoſtibus, ſi nõ agnouerit ſignaculum? Quomodo uerò tu dices, Dei ſum, ſi notas cognitionis non producas? An ignoras, q; ſignatas domos deuaſtator præterijt: in his uerò quæ non ſignatæ erant, occidit primogenita? Theſaurus non obſignatus expoſitus eſt furum prædæ, ouiculę non ſignatæ citra periculũ inſidiæ ſtruunt. Iuuenis es? munito iuuentutẽ tuam baptiſmatis freno. Præterijt ætatis uigor? Vide ne damnum uiatici patiaris, ne propugnaculum amittas. ne de undecima uelut de prima hora cogita: quando ſanè etiam auſpicantẽ uitam, finem præ oculis habere conuenit. Si quis medicus promitteret tibi, ſe artibus quibuſdam ac induſtria, iuuenẽ te ex ſene facturum eſſe, nõ deſiderares illam uidere diem, in qua te ipſum ad ætatis uigorẽ reuertentem uiſurus eſſes? At nunc quũ baptiſma promittat tibi animæ tuæ uelut noui germinis renouationẽ, quam tu anilem feciſti, & ex iniquitatibus rugoſam ac maculoſam reddidiſti: contemnis benefactorem, & non accurris ad promiſsionem? Non concupiſcis uidere magnum promiſsionis miraculum. Quomodo ſine matre regeneratur homo? quomodo inueteratus & fraudum cupiditatibus corruptus, iuueneſcit rurſus ac repubeſcit, & ad uerum iuuentutis florem redit? Baptiſma, captiuorum redemptio, debitorum remiſsio, mors peccati, regeneratio animæ, indumentum lucidum, ſigillum cui nullæ inſidiæ ſtrui poſſunt, uehiculum ad cœlum, regni largitor, adoptionis donum. Tot ac tantis bonis, ô miſer, potiorem uoluptatem ducis? Intelligo enim dilationẽ tuam, etiamſi uerbis occultes: ipſa res clamat, etiamſi uoce taceas. Sine, utar carne ad rerum turpiũ fruitionẽ, uoluter in cœno uoluptatũ, cruentas reddam manus, auferam aliena, doloſe ambulẽ, peierem, mentiar, & tunc baptiſma, ubi ceſſauero aliquando à malis, ſuſcipiam. Siquidem igitur bonum eſt peccatum, cõſerua hoc uſq; in finem: ſi uerò perpetranti nociuum eſt, quid rebus pernicioſis inſiſtis? Nemo bilem uomere uolens, ex prauo ac proteruo uictu, multiplicẽ ipſam ſibijpſi coaceruare ſtudet. Purgare enim à moleſtijs corpus conuenit, nõ maiorem uiribus morbum efficere. Apparet nauis, uſquequò onus merciũ quæ uehuntur ipſam ſuſtentat ac cõſeruat: ſi uerò ſupra iuſtum onus aliquid acceſſerit, ipſam demergit. Time etiã tu, ne cõſimilia perpetiaris: & poſtq; peccata maiora remiſsione cõmiſeris, ante ſperatos portus naufragium facias. Non uidet Deus quæ fiunt? aut non intelligit tuas cogitationes? aut adiuuat etiam tuas iniquitates? Putaſti inique, ait, quòd tui ſimilis ero? Atqui tu ubi moralis uiri amicitiam ambis, per beneficia ipſum allicis, illa & dicens & faciẽs, quibus intellexeris ipſum gaudere: uerũ Deo coniungi uolens, & in filij locũ te ſuſcipiendũ ſperans, ea quæ inimica ſunt Deo perpetrans, & per legis tranſgreſsionẽ ipſum dehoneſtãs, ex his quibus maximè ipſum offendis, coniunctionẽ ac conſortiũ ſperas? Vide ne in redemptionis ſpe, malorũ multitudinẽ tibijpſi colligas: & peccatũ quidem coacerues, ueniam aũt non aſſequaris. Deus naſo nõ ſuſpẽditur. Ne uelut mercem aliquã æſtima gratiam. Ne dicas, bona eſt quidẽ lex, ſed iucũdius eſt peccatũ. Voluptas hamus eſt diaboli, trahens ad perniciem. Voluptas mater eſt peccati, peccatum aũt ſtimulus eſt mortis. Voluptas nutrix eſt æterni uermis, quæ ad tẽpus delinit quidem ipſa fruentẽ, uerùm poſtea felle amariores retributiones facit. Nihil aliud clamat dilatio q̃ hæc: Regnet in me primùm peccatum, deinde regnet aliquando etiam Dñs. Exhibebo membra mea inſtrumenta iniuſticiæ ipſi iniquitati, deinde exhibebo aliquando ipſa etiã inſtrumẽta iuſticiæ Deo. Sic etiam Cain offerebat ſacrificia: prima ad uoluptatẽ ſuijpſius, ſecunda conditori ac largitori Deo. Quum potens es in operibus, iuuentutẽ tuã in peccatis conſumis. Vbi labore defatigata fuerint organa, tunc ipſa ad Deũ adducis, quũ ad nullam rem ipſis uti

Exod.12. Mat.20. Ioan.3. Pſal.49. Gen.4.

datur,ſed neceſſariò torpet, propter longi tẽporis tabem, firmitate ac robore exoluto. Temperantia in ſenecta nõ eſt tẽperantia, ſed proteruitatis impotentia. Mortuus non coronatur.Nemo iuſtus eſt,propter impotentiã mali. Donec uires ac potentiã habes, per rationẽ dominare peccato.Hoc eñ uirtus eſt, declinatio à malo, & operatio boni. At uerò ocium agere à prauitate,neq; laude neq; caſtigatione, per ſeipſum dignũ iudicatur.Si propter ætatem ceſſas à peccatis,imbecillitatis eſt beneficiũ. Nos uerò laudamus eos,qui iuxta propoſitũ boni ſunt:nõ eos qui præ aliqua neceſsitate à malo prohipentur.Quis uerò tibi etiam terminũ uitæ præfixit? Quis præfinitũ ſenectutis tempus definiuit? Quis adeò fide dignus apud te futurorũ uas ac ſponſor eſt? Non uides pueros abripi? eos qui in uigore ætatis ſunt abduci? Nullũ prefinitũ tẽpus uita habet. Quid expectas ut febris beneficio tibi baptiſma cõtingat, quando neq; loqui poteris ſalutaria uerba? Fortaſsis autem neq; concedetur tibi ut purè audire poſsis, in ipſo capite inhabitante morbo,non manus ad cœlum tollere,non in pedes erigi, non genu flectere ad orationem,non commodè doceri,non certò confiteri,non paciſci cum Deo,non renunciare inimico, & fortaſsis neq; cum intelligentia aſſequi myſticum ductum, quum ambiguum ſit apud præſentes, an perceperis beneficium, aut ullum eorum quæ fiunt ſenſum habeas. Quum uerò etiam ſcienter gratiam ſuſceperis, tunc talentum quidem

Act.8. habes, quæſtum autem non affers. Imitare Eunuchum, inuenit ille qui ipſum in ſacris inſtrueret,& non contempſit diſciplinam, ſed in currum ſuſtulit pauperem diues, priuatum & cõtemptibilem ſuperbus & faſtuoſus: & doctus Euangelium regni, ſuſcepit quidem corde fidem non diſtulit aũt ſpiritus ſigillum. Quum enim perueniſſent ad aquam: Ecce,inquit,aqua, ex redundanti lætitia proceſsit hic ſermo: ecce quod quærimus,quid prohibet me baptizari? Vbi uolũtas parata eſt,nihil eſt quod impediat. Qui enim uocat,humanus eſt,miniſter paratus eſt,gratia citra inuidiam luculenta eſt: promptitudo ſaltem in te ſit, & impedimentũ nullum erit. Vnus eſt qui prohibet, qui nobis uias ad ſalutem obſtruit,quem prudentia uincamus. Ille cunctationem nobis inducit, nos ad operationẽ inſurgamus. Ille inanibus promiſsionibus corda noſtra decipit, nos ipſius conſilia ne ignoremus. An non peccatum hodie facere ſuggerit, iuſticiam uerò in craſtinum differre nobis ſuadet? Quapropter Dñs diſsipans praua ipſius cõſilia: Ho

Deut.6. die,inquit,ſi uocem meam audieritis. Ille dicit,Hodiernum mihi, & craſtinum Deo. Dominus contrà uociferatur: Hodie uocem meam audite. Conſidera inimicum non audet conſulere,ut in totum à Deo diſcedas,nouit quòd graue eſt hoc auditu Chriſtianis. Sed artibus fraudulentis aggreſsionem aſtutè facit. Sapiens eſt ad malefaciendum. Cõſpicit quòd ſecundum præſens nos homines uiuimus, & quòd omnis actio iuxta id quod inſtat,peragitur. Itaq; hodiernũ diem per fraudẽ nobis furans, ſpes nobis in craſtinum dimittit. Deinde, ubi craſtinus dies uenerit, rurſus accedit iniquus ille portionum nobiſcum diuiſor,& hodiernum rurſus ſibijpſi cedere expetit,craſtinum uerò Domino. Atq; ſic ſemper præſens quidem per uoluptatem ſubtrahens, futurum uerò ſpei noſtræ dimittens, nos non ſentientes ex uita expellit. Talem ego aliquando uidi uerſutiam uolucris ualde aſtutæ: quum enim pulli faciles captu ipſi eſſent ob teneritudinem, ſeipſam uelut prædam paratam obijciens, & in manibus uenantium diuerſans, neq; ex procliui capi poterat,neq; prædæ deſperationem uenatoribus inducebat: ſed ipſos ſpe uariè detinens,per occupationem circa ipſam, pullis fugæ copiam ac ſecuritatem procurauit. Deinde,poſtremùm etiam ipſa ſimul auolauit. Time ne & tu conſimilia perpetiaris,qui ob incertorum ſpem, ea quæ manifeſta ſunt dimittis. Huc igitur ades mihi, & teipſum totum ad Dominum transfer, da nomen tuum, conſcribere cum Eccleſia. Miles in catalogo recenſetur, athleta inſcriptus decertat, contribulis inter ciues adſcriptus, tribubus annumeratur: omnibus his nominibus obnoxius es, uelut miles Chriſti, uelut athleta pietatis, uelut ciuis in cœlis. Conſcribere in hoc libro, ut transſcribaris in ſupernum. Diſce, obſerua Euangelicam rempublicam, oculorum ſinceritatem, linguæ continentiam, corporis ſeruitutem, animum humilem, mentis puritatem, iræ diſsipationem: dum cogeris concede, & te etiam amplius offer: dum re aliqua ſpoliaris, ne litiga: dum odio haberis, dilige: dum perſecutionem pateris, ſuſtine:

ſtine: dum blaſphemiam audis, conſolare, morere peccato, crucifigere cum Chriſto. To
tam dilectionem transfer ad Dominum. Atqui difficilia ſunt hæc? Quid uerò rerũ bo-
narum in mundo facile eſt? Quis dormiens trophæum erexit? quis delicians ac canti-
lenarum modulis indulgens, fortitudinis coronis redimitus eſt? nullus nõ currens bra-
uium tulit. Labores generant gloriam, labores propinant coronas. per multas tribula-
tiones ad regnum cœlorum ingredi nos oportet, quod & ego ſentio. Verùm has qui Act.14.
dem tribulationes, beatitudo in regno cœlorum excipit: peccati uerò labores, dolor
& triſticia gehennæ expectat. At enim ſi quis diligenter conſideret, neq; diaboli ope-
ra operatoribus iniquitatis citra laborẽ conſtant ac perpetrantur. Quales ſunt tempe-
rantiæ ſudores? At ſcortator præ ſudore diffluit, uoluptate ipſum colliquefaciente.
Quid adeò magnum corpori abſtrahit continentia, quantum abominabili ac rabio-
ſa proteruitas corrumpit? Atqui noctes inſomnes ſunt eorum, qui in orationibus per-
noctant: at multò grauiores ſunt eorum qui iniuſticijs inuigilãt. Nam & timor, ne de-
prehendaris, & œſtrum, quo in uoluptatibus ſtimularis, omnem requiem penitus adi-
munt. Si uerò anguſtias fugiens uiæ ad ſalutem ferentis, amplitudinem & ſpacioſitatẽ
peccati perſequeris, ualde uereor, ne ubi uſq; ad finem lata uia perrexeris, conſimile
uię hoſpitium reperias. At ægrè cuſtodiri poteſt theſaurus? Inuigila itaq; frater, habes
auxiliarios ſi uoles, orationem ad cuſtodiam noctis, ieiunium cuſtodiens domũ, can-
tilenam pſalmorum conſolantem animam. Hos comites aſſume, hi ſimul tecum per-
noctent, ad cuſtodiendas res precioſas. Quid melius eſt, dic mihi, decreſcentes nos pro
rerum precioſarum cuſtodia ac tutela decertare, aut ab initio nihil habere quod cuſto-
diamus? Nullus ob timorem priuationis bona repudiat. Sic enim nihil rerum huma-
narum conſiſteret, ſi in ſingulis, quorum ſtudio tenemur, ſiniſtros ſucceſſus repute-
mus. Nam ad agriculturam appoſita eſt ſterilitas, ad mercaturas naufragia, ad nuptias
uiduitates, ad liberorum educationes, filiorum orbitates: attamen aggredimur ope-
ra ipſa, meliori ſpe fulciti: uerùm eorum quæ ſperamus, euentus collocamus in Deo,
qui res noſtras diſponit ac gubernat. Tu uerò uerbis quidẽ ſanctificationem magnifi-
cas, re ipſa uerò in rebus cõdemnatis uerſaris. Vide ne quãdo te pœniteat malorũ con-
ſiliorũ, quũ nulla pœnitentiæ utilitas exiſtit. Refrenet te uirginũ exemplũ: illæ oleum Mat.25.
in ualis non habentes, cum ipſas coingredi cum ſponſo oportebat, tunc tandem ſenſe-
runt rerum neceſſariarum indigentiã. quapropter etiam fatuas Euangelium ipſas ap-
pellauit, quòd tempus uſus olei in circumeundo, ac apparatu conſumentes, non ani-
maduerterunt, quòd ſeipſas à ſponſi hilaritate excluderent. Itaq; & tu uide, ne annum
ex anno, & menſes ex menſibus, & diem ex die differens, & non accipiens oleum,
luminis alimentum, incidas aliquando in diem, quam non expectas, quando deficiet
te de cætero uiuendi proceſſus, & conſilij inopia undiquaq; apparuerit, & tribulatio
immitigabilis fuerit, deſperantibus medicis, deſperantibus domeſticis: quando den-
ſo ac ſicco anhelitu detentus, febre uehementi interna exurente ac corrumpente, in-
gemiſces quidem ex medio corde: uerùm qui ſimul triſtetur, non reperies: & loque-
ris quidem tenue quid ac inualidum, uerùm non erit qui audiat: ſed quicquid loque-
ris, uelut deliramentum contemnetur. Quis tunc baptiſma dabit? quis admonebit
ob affectionem mente captum, ac perturbatum, & attonitum? cognati & affines tri-
ſtantur, alieni contemnunt: amicus ad commonefaciendum tardus eſt, timens ne tur-
bationem ampliorem inducat. Si fortaſsis etiam medicus decipit, & tu de teipſo non
deſperas, propterea quòd ex natura uitæ cupidus exiſtis, nox eſt & ſolitudo, auxilia-
rijs non præſentibus: qui baptiſet, non adeſt, mors adſtat, abductores urgent. Quis
te eximet? Deus ille contemptus? At tunc te exaudiet, nam & tu nunc ipſum exau-
dis: inducias præfiniti temporis dabit, nam & iam datis probè uſus es. Nemo te ina-
nibus uerbis decipiat. Inſtabit enim tibi repentina pernicies, & mors ad procellæ ſi-
militudinem aderit: ueniet angelus triſtis, abducens uiolenter, & trahens animam pec-
catorum uinculis illigatam, & frequenter ſe conuertentem ad ea quæ hic ſunt, & lu-
gentem ſine uoce, inſtrumento lamentationum de cætero concluſo. O quàm teip-
ſum dilaniabis; ô quantum ingemiſces, fruſtra pœnitentiã ob mala conſilia agens: ubi

uideris hilaritatem iuſtorum,ob ſplendidam donorum diſtributionem,& triſtitiā peccatorum in tenebris profundiſsimis poſitorum. Quæ dices tunc in dolore cordis tui? Hei mihi, quòd nō abieci hoc graue peccati onus, quum facilis adeò deponendi occaſio ac ratio fuiſſet,ſed grandem hunc malorum aceruum adtraxi. Hei mihi,quòd maculas non abluerim, ſed peccatis punctus ac inſignitus ſum. Nunc ſanè eſſem cum angelis,nunc ſanè in cœleſtibus bonis delicias agerem. O mala conſilia,propter breuem ac temporariam peccati uoluptatem,in æternum ſupplicijs torquebor: propter carnis illecebras in ignem æternum trador.Iuſtum eſt iudicium Dei:uocabar,& nō obediui: docebar,& non animaduertebam:teſtimonia adducebant mihi, ego uerò deridebam. Hæc & conſimilia dices,deplorās teipſum,ſi ante baptiſma abreptus fueris. O homo, aut gehennam time,aut regnum tibi uendica. Ne detrectes uocationem:ne dicas,Ha-
Luc.14. be me excuſatum propter hoc & hoc. Nulla cauſſa ſufficiens eſt ad excuſationē. Mihi quidem lachrymas profundere ſubit,ubi mecum reputo,quòd opera turpitudinis,magnæ gloriæ Dei præfers:& quòd propter proteruitatis dulcedinē,peccato ita inhæres, ut difficulter abſtrahi poſsis, teipſum à bonis promiſsis excludis, ut uidere non contingat cœleſtis illius Hieruſalem bona. Illic angelorum multa milia, primogenitorum conuentus, apoſtolorum throni, prophetarum præſidentiæ, ſceptra patriarcharum, martyrum coronæ, iuſtorum laudes. Illis te connumerari concupiſcas, poſtquam ablutus fueris,& ſanctificatus,iuxta largitionem Chriſti.Ipſi gloria, & imperium, in ſecula ſeculorum, Amen.

DIVI BASILII MAGNI HOMILIA
CONTRA EBRIOSOS, IANO CORNARIO medico phyſico interprete.

COmmouēt me ad dicendum ueſpertina ſpectacula: uerùm impetū meum rurſus cohibet,& alacritatem obtundit, ſuperiorum laborum infructuoſitas. nam & agricola ubi priora ſemina nō fuerint enata,pigrior eſt ad hoc, ut rurſus ijſdem aruis ſemina demandet. Si enim in tot exhortationibus, quibus & præterito tempore uos adhortari non ceſſauimus, & per has ſeptem ieiuniorum hebdomadas nocte ac die euangelium gratiæ Dei teſtatum uobis facere nō quieuimus,nulla utilitas apparuit,qua ſpe hodie dicturos nos eſſe putabimus? O quot noctes fruſtra uigilaſtis, quot dies fruſtra conueniſtis,ſi ſanè fruſtra dicere eſt ſatis. Qui enim in bonorum operum progreſſu feliciter promouet, & deinde ad ueterem conſuetudinem recurrit, non ſolum inſumpti laboris mercede priuatur: ſed etiam grauiori dānatione dignus iudicatur,propterea quòd bono Dei uerbo guſtato, & myſteriorū cognitione dignus factus,omnia prodidit,breui uoluptate ineſcatus. Etenim minimus quidem uenia ac miſericordia dignus eſt:potentes autem, inquit,potenter examinabuntur. Vna ueſpera, & unus hoſtis occurſus, omnem illum laborem diſſoluit ac diſsipauit. Qualis itaq; alacritas nunc ad dicendū mihi eſſe poteſt? Quare ſiluiſſem ſanè, ꝗ uos probè noſſe uolo,niſi Hieremiæ exemplū timuiſſem: qui quū ad inobedi-
Hier.20. entem populū uerba facere nō uellet,paſſus eſt illa quæ ipſe recenſet: quòd ignis exortus eſt ipſi in uiſceribus,& quòd languebat,ac mēbris reſoluebatur undiq;, & ferre non poterat. Mulieres proteruæ timoris Dei oblitæ,ignis æterni contemptrices, in tali die, quū ob reſurrectionis memoriā oportebat ipſas ſedere in domibus, & de die illa meditari,in qua aperient̄ cœli,& apparebit nobis iudex è cœlis, & tubæ Dei, & reſurrectio mortuorū,& iudiciū iuſtū,& retributio unicuiq; iuxta opus ſuū:pro eo quod de his inter ſe colloqui debebant, & corda ſua à prauis cōgitationib. purgare, & priora delicta lachrymis delere,& parari ad eundū obuiā Chriſto,in magna die apparitiōis ipſius, excuſſo iugo ſeruitutis Chriſti,detractis de capitibus uelamentis honeſtatis, contempto Deo,cōtemptis angelis ipſius,nullo pudoris ad omnē conſpectū uirilē reſpectu, inſolentes capillorū ornatu, trahentes tunicas,& ſimul pedibus ludētes,oculo laſciuo, riſu effuſo,ad ſaltū effurientes, omnē iuuenū proteruitatem in ſeipſas prouocantes, in locis ſub-

cis ſuburbanis, ubi martyres paſsi ſunt, choreas conſtituentes, officinam propriæ ipſa-
rum impudentiæ ſanctificatos locos fecerunt: & aerem quidē meretricijs cātilenis con
ſpurcarunt, terram aūt immundis fœdarunt pedibus, quā tripudijs pulſarunt, ſpectacu
lum ſibijpſis iuuenū turbā ſtatuētes, reuera meretrices, & penitùs exutæ omni ratione
nullū inſaniæ exceſſum relinquētes. Hæc quomodo ſilebo, quomodo pro dignitate lu-
gere queam? Vinū nobis harū animarum damnū intulit. Vinū donū Dei in cōſolatio-
nem debilitatis datū tēperatis, inſtrumentū nunc factū eſt proteruitatis petulantibus.
Ebrietas ſpontaneus dæmon, ex uoluptate in animas irruens. Ebrietas mater maliciæ, 1.Tim.3
hoſtis uirtutis, fortē timidū reddit, temperatū petulantē, iuſticiam nō nouit, prudentiā
tollit. Quemadmodū em̄ aqua cōtraria eſt igni, ſic immodeſtia uini, rationē extinguit.
Quapropter ſegnior eram ad dicendū aliquid contra ebrietatē, nō ꝙ modicū quoddā
& deſpicabile malū ſit, ſed ꝙ nulla habiti ſermonis futura eſt utilitas. Si em̄ ebrius deſi-
pit, & uertigine affectus eſt, fruſtra cātat, qui nō audientē increpat. Ad quos igitur diſ-
ſeremus, ſiquidē indigus admonitione, ea quæ dicuntur, nō audit: modeſtus aūt & ſo-
brius ſermonis auxilio nō eget, purus ab affectione exiſtens. Quomodo igitur præſen-
tibus utar, ſi & ſermo inutilis eſt, & ſilentiū graue ac difficile? Cōtemnemus curā? ſed
periculoſa eſt negligētia. At loquar quid cōtra ebrioſos? ſed in emortuum auditū inſo-
nabimus. Num igit uelut in peſtilentibus morbis corporum curatores, ſanos quidem
præſeruatiuis auxilijs muniunt, uerū eis qui ab affectu detenti ſunt, manus nō adhibēt:
ſic etiam nobis ſermo ex dimidio utilitatē habeat, tutelā demonſtrās nō affectis, nō li-
berationem & medelā ab affectione detentis? In qua re à brutis animantib. differs ô ho
mo? nō dono rationis, qua à cōditore tuo accepta, princeps ac dominus omnis creatu-
ræ factus es. Qui itaq; ſibijpſi prudētiam detrahit per ebrietatē, collatus eſt pecoribus
mentem nō habentib. ipſisq; aſſimilatus eſt. Atq; ego ſanè dixerim, ebrioſos rationis
magis expertes eſſe quàm pecora. ſiquidē quadrupeda, & feræ omnes, ordinatos ha-
bent ad coitum impetus: quib. uerò ab ebrietate anima detinet, & corpus præternatu-
rali calore expletū eſt, omni tempore, & omni hora ad immundos ac turpes comple-
xus cōcitantur: & non hoc ſolum irrationalitatē ipſis inducit, ſed etiā ſenſuum peruer-
ſio, ebrioſum omni pecore peiorem deſignat. Quod em̄ pecus ſicut ebrioſus & uiſu &
auditu delinquit? nō ignorant quidē familiariſſimos, uerū ſæpe ad alienos uelut fami-
liares accurrunt, nō ne umbras tranſiliūt ſæpe, uelut riuos ac conualles? Aures autem
ipſorum ſonitibus ac ſtrepitibus, uelut æſtuantis maris repletæ ſunt: terra uerò in altū
exurgere ipſis uidetur, & montes in orbem circumuerti. Alij aliquando quidem ridēt
indeſinenter, aliquando uerò dolore affliguntur, & plorant inconſolabiliter: & nunc
quidē audaces ſunt & inconſternati, nunc uerò trepidi ac timidi. Alijs ſomni quidē gra
ues & ſuffocatorij, & unde ægrè expergefiant, & reuera morti uicini, uigiliæ autē ſom-
nis ſtupidiores. Inſomniū em̄ eſt ipſis uita, utpote qui ne pallium quidē habentes, neq;
quod in craſtinū edant, regnant tamē, & exercitibus imperāt per ebrietatem, & urbes
extruunt, & pecunias elargiuntur. Talibus imaginationibus, & tantis fraudib. feruens
uinum corda ipſorū replet. Alij rurſus ad contrarios affectus rapiuntur, animū deſpon-
dent, triſtes ſunt, & dolore affligunt, lachrymanturq; & formidoloſi ſunt, ac facile con-
ſternantur. Idem uinum in diuerſis corporum habitibus, diuerſos animorum affectus
operatur. Quibus em̄ ſanguinis diffuſionē induxerit, & ad ſuperficiem efflouerit, eos
hilares & iucundos ac lætos efficit: quorū uerò habitū præ grauitate obſtruxerit, ſan-
guinem nimirum contrahens ac conſtringens, eos ad contrariam affectionē circūagit.
Et quid opus eſt dicere, reliquarum affectionum turbam? moroſitatē, ex facili exacer-
bationem, reprehēdendi libidinem, repentinā animi mutationē, clamorē, tumultum,
ad omnes fraudes procliuitatē, ad iram promptitudinem? Ipſa ad uoluptates intēperan
tia ex uino palàm uelut ex fonte emergit, & cū intemperantia petulantiæ morbus co-
incidit, qui omnē brutorū in fœminas inſaniam, ebriorum proteruitate leuiorē demon
ſtrat. Siquidē bruta naturæ terminos cognoſcunt, uerùm ebrij in maſculo fœminam, in
fœmina maſculum quærunt. Sed neq; omnia ex ebrietate mala uerbis perſequi ac cō-
memorare facile eſt. Itaq; detrimenta quidē ex peſte hominib. per tēporis ſpaciū acce-
dunt, aere ipſo paulatim corruptionē de ſeipſo corporib. immittente: detrimēta uerò

ex uino ſtatim coincidunt. Quum eñ animã ſic perdiderint, ut omni macula ſit notata ac inquinata, amplius etiã ipſum corporis habitũ corrumpunt: non ſolum ob uoluptatum inſtar œſtri ipſos exagitantiũ exceſſum, colliqueſcentes ac diffluentes in libidinoſis actibus, ſed etiam ob ipſam molem humiditate nimia laxum ac fœtidũ, & uitali firmitate exolutum corpus ferentes. Horũ oculi liuidi ſunt, cutis ſuperficies pallida, ſpiritus citus ac cõmotus, lingua reſoluta, uociferatio nõ probè explicata, titubantes pedes uelut puerorũ: excretiones autẽ ſuperfluitatũ ſpontaneæ, uelut ab inanimatis fluentes, miſerabiles certè ob uoluptatẽ, miſerabiliores profectò his qui in pelago tempeſtatẽ ferũt, quos alios poſt alios ſuccedentes ac demergẽtes, fluctus perferentes, undæ ſurſum ferri nõ permittunt: ſic ſanè etiam horũ animę ſubmerſæ ferũtur, uino obrutę. Quapropter quemadmodũ nauigia tẽpeſtate correpta, ubi ſuperonuſta fuerint, neceſſario onerum iactura leuia fiunt: ſic etiã hi neceſſariò ea quæ ipſos grauant, deponunt. Vomentes eñ & eructantes, uix liberãtur ab onere. Tanto miſerabiliores his qui improſpera nauigatione utuntur, quantũ hi quidẽ uentos, ac mare, & externas neceſsitates accuſant, illi uerò uoluntariã attrahunt ex ebrietate tempeſtatem. Qui à dæmone obſidetur, miſerabilis eſt: ebrius autem eadem perpetiens, neque miſericordia dignus eſt, ultrò dæmoni colluctans. Quin & ebrietatis medicamenta cõponunt, non ut ne quid mali patiantur à uino, ſed ut ne ceſſent inebriari excogitãtes. Modica eſt eñ ipſis dies, breuis nox etiã hyberna ad potandi ſanè tempus: finis autẽ mali non eſt: ipſum eñ uinum ſeipſum amplius propellit. nõ eñ indigentiã mitigat, ſed alterius potus implacabilem neceſſitatẽ inducit, exurens inebriatos, & ſemper amplioris deſiderium prouocans. At uerò quũ inexplebilem ſibi bibendi appetentiã excogitent, contrariũ propoſiti ipſorum ipſis accidit. Nam per aſsiduum uoluptatis uſum, ſenſus languidos ac marcidos efficiunt. Quemadmodũ eñ nimius ſplendor uiſum oculorũ hebetat: & quemadmodum qui inter magnos ſtrepitus, ac pulſationes uerſantur, propter immodicos ictus eò deueniunt, ut omnino non audiant: ſic etiã hi præ nimio uoluptatis ſtudio, uoluptatem ſe amittere neſciunt. Nam qualitatis expers & aquoſum ipſis eſt uinũ, etiam ſi meracũ ſit: & recens etiã allatum, tepidum ab ipſis percipit̃, etiamſi ſit ſinceriſsimum. Imò ipſa etiam nix, ardentẽ in ipſis ex immodico uino flammã extinguere non poteſt. Cui uæ, cui tumultus, cui iudicia, cui triſticia ac nugæ, cui cõtritiones ſuperuacuę? Cuius liuidi oculi? nõ eorum qui immorantur in uino, & explorant ubi compotationes fiunt? Væ lamentabilis eſt acclamatio, lamẽtatione autẽ digni ſunt ebrioſi: quia ebrij re-
1.Cor.6. gnum Dei nõ poſsidebunt. Tumultus autẽ in ipſis oboritur, propter rationis turbationem ex uino. Triſticiæ uerò & iniucundæ affectiones, propter amaras ex bibendi uoluptate, in corpus digeſtiones ac diffuſiones: horũ enim ligantur pedes, ligant̃ manus, ex fluxionib. quæ ipſis ab ebrietate immittuntur. Quanq̃ etiã ante has affectiones, circa ipſum bibendi tempus, phreniticæ ipſis accidant affectiones. ubi eñ cerebri membranæ repletæ fuerint fuligine, quam uinum exhalans ſurſum mittit, caput quidem doloribus intolerabilibus feritur: manere autem erectum ſuper humeros non poteſt, ſed aliàs ad alias partes delabẽs, ad uertebras ipſas decidit. Nugas autẽ dicit, immodica in ſympoſijs ac cõtentioſa colloquia. Cõtritiones uerò inaniter fiunt ebrijs, non potentibus ſe erigere præ ebrietate. Subuertunt̃ eñ in uarias caſuum figuras, ut neceſſe ſit ipſos inaniter contritũ corpus habere. At quis dixerit hæc uino ſideratis? caput enim ex crapula grauatũ habent, dormitant, hiant, caliginem oculis obfuſam habent, nauſeãt.
Eccleſ.31. Quapropter non audiunt doctores undiquaq; ipſis inclamantes: Ne ebriemini uino,
Pro.20. in quo eſt luxuria. Et rurſus: Proterua res eſt uinum, & cõtumelioſa ebrietas: quibus in obedientes ſtatim ebrietatis fructum auferunt. Intumeſcit eñ ipſis corporis moles, oculi humecti ſunt, os ſiccũ & peruſtum. Quemadmodũ eñ ualles, donec quidem torrentes ipſis influxerint, plenæ eſſe uident̃, uerùm ubi inundatio præterijt, ſiccæ relinquuntur: ſic ebrioſis os, reſtagnãte uino, plenum quodammodo eſt, & perhumectum: ubi uerò paululũ dilapſum eſt, ſiccum & humore uacuũ deprehenditur: quũ autẽ ſemper malè tractatur, & immodico uino colluitur, etiam uitalem humiditatem inſuper amittit. Quæ eñ hominis conſtitutio adeò ualida eſt, ut malis ex ebrietate reſiſtere poſſit? Quibus eñ artibus fieri poſsit, ut corpus ſemper calefiẽs, & ſemper uino humectari non

rino deſinens, nō elutū, & exile, ac fluxū, & diffluens euadat? hinc tremores & imbecillitates. Nam dum ipſis ſpiritus præ immodico uino pulſatur ac interpellatur, & neruorū firmitas exoluitur, agitatio ac tremor uniuerſæ corporis moli accedit. Cur execrationē ipſius Cain tibijpſi attrahis, tremēs & uagabundus per totā uitā? Nam corpus ex natura ſuſtentationē non habēs, neceſſariò agitatur, ac cōtremiſcit. Vſquequò tandē uinum? Vſquequò ebrietas? Deinceps cōſequens eſt, ut cœnū pro homine fias, adeò in totum ammixtus es uino, & cū ipſo putrefactus es, ex quotidiana crapula uinū olens, atq; hoc corruptum, uelut uaſa quæ nullius amplius ſunt uſus. Hos ipſos luget Eſaias, Væ uobis, qui exurgitis mane, & perſequimini ſiceram, & expectatis perſeuerantes ad ueſperam. uinum em̄ ipſos comburet: nam cum cithara ac tibijs uinum bibunt: opera uerò Domini non inſpiciunt, & opera manuū ipſius non conſiderant. Sicera omnis potus ebrietatem inducere potens, Hebræis appellatur. Qui igitur incipiente die, explorāt ubi cōpotationes fiunt, & œnopolia ac cauponarias tabernas colluſtrant, & ſe mutuò ad compotandum aſſumunt, & omnē animi curā circa talia inſumunt: hi ſunt quos deplorat Propheta, ut nullum tempus ſibijpſis ad miraculorū Dei conſiderationem reliquū facientes. Neq; em̄ ocium habent oculi ipſorū, ut reſpiciāt ad cœlum, & pulchritudines in ipſo condiſcant, & omnem rerum mundi conſtructionem ac ornatum conſiderent, quo ex horum proba compoſitione opificem intelligant. Sed ſtatim incipiente die, ſympoſia ſua uarijs tapetibus, ac floridis aulæis ornant, ſtudiūq; ſuum ac diligentiam in poculorum apparatu oſtentant, uaſa ad perfrigerandum uinum, craterasq; ac phialas, uelut in pompa aliqua ac conuentu publico diſponentes, ut uaſorum diuerſitas, ſatietatem ipſis ſuffuretur, & poculorū alteratio ac permutatio, longam ipſis ad potandum immorationē inducat. Accedunt ad hæc quidā ſympoſiarchi, & uino fundendo præfecti, ac architriclini, & ordo in confuſione, ac diſpoſitio in re incōpoſita excogitatur: ut quemadmodum magiſtratibus externis, ex ſatellitibus autoritas augetur, ſic etiam ebrietati uelut reginę, cuidam famulatū adiungentes, opprobriū ipſius excellenti ſtudio ac ornatu contegant. Ad hæc coronæ, & flores, & unguenta, & ſuffitus, & innumeræ externæ animi uoluptates, maiorē occupationē pereuntibus faciunt. Deinde procul progreſſo cōuiuio, certamina de ampliore potu oriūtur, cōtentionesq; ac lites, dum ſe mutuò in ebrietate ſuperare conātur. Et horum certaminū præfectus eſt diabolus, & uictoriæ præmiū peccatū. Qui em̄ plus meri infudit, is de alijs uictoriam aufert. Reuera gloria, in ipſorū turpitudine eſt. Contendunt em̄ inter ſe, ulciſcuntur autem ſe ipſos. quæ oratio turpitudinem eorū quæ fiunt, aſſequi poſsit? omnia abſurditate referta ſunt, omnia cōfuſione: ſuperati ebrij ſunt, uictores ebrij ſunt, miniſtri deridēt. Manus officiū negat, os nō ſuſcipit, uenter deijcit, & tamē malum nō remittit. Miſerū corpus naturali robore exolutum, undiquaq; diffluit, uiolentiā immodici potus non ſuſtinens. Miſerabile profectò Chriſtianorum oculis ſpectaculū, uir in ætatis uigore conſiſtens, ualidus corpore, inter militares copias ſplendidus, domū deportatur nō potēs ſe erigere, neq; proprijs pedibus abire. Vir qui horrendus eſſe debebat hoſtibus, pueris in foro ridendi occaſionem prębet, citra ferrum proſtratus eſt, ſine hoſtibus occiſus eſt. Vir armiger ipſum ætatis florem agens, acceſſoria uini impenſa factus eſt, ut expoſitus ſit ad patiendum ab hoſtibus quicquid uoluerint. Ebrietas rationis pernicies, roboris corruptio, ſenectus immatura, breuis temporis mors. quid em̄ aliud ſunt ebrioſi, quàm idola gentiū? Oculos habēt, & non uident: aures habent, & nō audiunt: manus reſolutæ ſunt, pedes mortificati ſunt. Quis eſt, qui has inſidias ſtruxit? quis horum malorū autor? quis hoc inſaniæ pharmacū nobis tēperauit? O homo, tu ſympoſiū aciē feciſti bellicā. Eijcis adoleſcētes manu ductos, uelut uulneratos è prælio: mortificaſti uigorem iuuentutis à uino: & uocas quidē uelut amicū ad cœnā, eijcis aūt mortuū, uita ipſius per uinū extincta. Porrò ubi iam uino exatiati eſſe putātur, tunc bibere incipiūt: & iumentorum more bibunt, uelut à fonte ſponte manante, & æquales numero canales accumbentibus remittente. Nam progreſſo iam cōuiuio, ingreditur ad ipſos adoleſcens quidam, generoſos habēs humeros, nōdum ebrius, phialam ferens magnā uini perfrigerati, qui depulſo ipſorū pocillatore, ſtans in medio, per obliquos canales æqualē compotoribus ebrietatē diſtribuit. Noua hæc eſt immodeſtiæ menſura, ut æquis portionibus

Gen. 4.
Cap. 5.
Deut. 14.
Pſal. 114.

bus inter ſe bibendi petulantiã exercentes, nullus in bibendo alterũ excedat. Diuidentes eñ canales, & unuſquiſq; eum qui ad ſe conuerſus eſt, ſuſcipientes, uelut è quadã ciſterna citra reſpirationem bibunt, inſtar boum, tantum gutture attrahere feſtinantes, quantum ipſis uas refrigeratorium per argenteos ductus, ac canales ex ſupernis demittit. Inclina te paululũ ad miſerum uẽtrem tuum, diſce ſuſcipientis uaſis magnitudinem, quod unius heminæ cauitatem habet, ne reſpice ad poculũ quãdo euacuaturus ſis ipſum, ſed ad tuum ipſius uentrẽ, quòd iamdudũ expletus eſt.
Eſa.5. Quapropter uæ uobis qui exurgitis manè, & perſequimini ſiceram, & expectatis ad ueſperam. & diem in ebrietate conſumitis, ut nullũ tempus uobis exhibeatis ad opera Domini inſpicienda, ac opera manuum ipſius conſideranda. uinum eñ ipſos comburet: propterea quòd calor ex uino carni accedens, igniculus fit ignitorum hoſtis ſpiculorũ. Nam rationẽ & mentem uinum demergit, affectiones autẽ & uoluptates, uelut apum quoddam examẽ excitat. Quis eñ à pullis equorum tractus currus, adeò incompoſitè fertur, auriga excuſſo? Quod nauigium gubernatore carens, & quod ab undis prout contigerit, fertur, nõ ſecurius eſt quàm ebrioſus? Ab his malis uiri ſimul & fœminæ, cõmunibus choreis conſtitutis, uinoſo dæmoni traditis animis, ſe mutuò affectionũ ſpiculis cõſauciarũt, riſus ab utriſq; effuſi ſunt, cantilenæ turpes, habitus meretricij ad petulantiã irritantes. Rides dic mihi, & proterua delectatione te oblectas? quũ lachrymas fundere oportuerat, ac ingemiſcere ob præterita. Cãtilenas canis meretricias, eiectis pſalmis ac hymnis quos didiciſti? moues pedes, & furioſè exilis, ac infeliciter tripudias, quum genua flectere oportuerat ad adorationẽ. Vtras ꝓpter lugebo? puellas ne nuptiarũ inexpertas, aut nuptiarũ iugo ſubditas. Illæ eñ redierunt uirginitatẽ nõ habentes, hæ uerò pudicitiã uiris nõ reduxerunt. Si eñ fortaſsis aliquæ etiã corpore peccatũ effugerunt, tamen omnino in animis corruptionẽ ſuſceperũt. Eadem etiã de uiris à me dicta ſint. Inſpexit nequiter,
Mat.5. nequiter inſpectus eſt. Qui uidit mulierẽ ad cõcupiſcentiam, iam mœchatus eſt. Si fortuiti caſus curioſè inſpicientib. tantũ periculũ habent ipſi de induſtria cõgreſſus, ut uideas mulieres præ ebrietate indecorè ſe gerentes, & ad exolutionẽ ſe exornantes, & cantilenas molles canentes, quæ etiã auditæ tantũ, omne uoluptatis œſtrum proteruis inducere poſsint, quid dicent? quid prætendẽt, qui ex talibus ſpectaculis ingens malorum examẽ collegerũt, quod nõ propterea inſpexerunt, ut cõcupiſcentias excitent? Rei igitẽ ſunt iudicij adulteri ſecundũ ineuitabilẽ Domini ſententiam. Quomodo uos
Act.2. pentecoſtes celebritas ſuſcipiet, paſchate ſic uiolato? Pentecoſte ſpiritus ſancti aduentum manifeſtũ ac omnib. notũ habuit. Tu uerò prꝫueniſti, & teipſum oppoſiti ſpiritus habitaculũ feciſti. Et factus es tẽplum idolorũ, pro hoc, ut fieres tẽplum Dei per ſpiritus
Amos 8. ſancti inhabitationẽ. Attraxiſti execrationẽ prophetæ ex perſona Dei dicentis: Cõuertam feſta ipſorũ in luctũ. Quomodo famulis imperabitis, quũ ipſi uelut mancipia concupiſcentijs ſtolidis ac detrimẽtoſis inſeruiatis? Quomodo filios admonebitis, quum ipſi incaſtigatã ac incompoſitã uitã uiuatis? Quid igitẽ, num in his uos relinquã? At uereor ne fortè is qui iam nemini ſubditus eſt, cõtumacior fiat: qui uerò compunctus eſt, ob ampliorẽ mœrorẽ abſorbeatẽ. Medela eñ, inquit, ſedabit peccata magna. Ieiunium itaq; ebrietatẽ curet, pſalmus turpẽ cantilenã, lachrymæ ſint riſus medela: pro ſaltatione, genu flectatur: ꝓ manuũ plauſu, pectus percutiatur: pro ueſtitus ornatu, humilitas
Dan.4. ſuccedat. Super omnia eleemoſyna redimat te à peccato. Nam preciũ redemptionis uiri ſunt propriæ ipſius diuitiæ. Multos tribulatos impelle ad orationis ſocietatẽ, quod ubi feceris, fortè remittetur tibi prauitatis uerſutia. Quãdo ſedit populus ad edendũ ac
Exod.32. bibendũ, & ſurrexerunt ad ludendum (ludus autem ipſorum idololatria erat) tunc leuitæ cõtra fratres ſeipſos armarunt, & ad ſacerdotium manus ſuas perfecerunt. Et uobis igitur qui Dominũ timetis, qui propter turpitudinẽ factorũ cõdemnatorũ cõtriſtati eſtis, illud præcipimus, Siquidẽ uideritis pœnitẽtes ꝓpter perpetratorũ abſurditatẽ, condolere uelut proprijs membris morbo affectis. Si uerò peruicaces, & ueſtram pro ipſis triſticiã contemnentes, exite è medio ipſorum & ſecedite, & immundũ ne contingatis. Quo hoc modo pudefacti quidem, ad cognitionem perueniant propriæ prauita-
Num.25. tis. Vos autem æmulationis Phinees mercedem accipiatis: per iuſtum iudicium Dei ac ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

DIVI

DIVI BASILII MAGNI HOMILIA DE FIDE, IANO CORNARIO MEDICO phyſico interprete.

DEI equidem aſsiduè meminiſſe, pium eſt, & apud Dei amantẽ animã, ſatietatẽ non habet. Verùm res diuinas ſermone proſequi ac explicare, audax facinus exiſtit: quũ intelligentia quidẽ noſtra multa mẽſura à rerũ dignitate decidat: rurſus autẽ ſermo, intellecta etiam obſcurè ꝓducat ac proponat. Si igitur intelligentia noſtra rerum magnitudine multo inferior eſt: ſermo uerò etiam infra intelligentiã exiſtit, quomodo nõ neceſſariũ eſt ſilentiũ? ne quando in uerborũ tenuitate, theologiæ miraculũ ꝑiclitari uideatᷓ. Equidẽ glorificãdi Deũ cupiditas, omnib. rationalib. a natura inſita eſt: uerùm omnes æqualiter inferiores ſunt, q̃ ut ꝓ dignitate dicere poſsint. At uerò pro õptitudine circa pietatẽ alter alterũ ſuperamus. Nullus autem adeo ſuperbit, ac ſeipſum decipit, ut ſe ad ſummũ comprehenſionis perueniſſe putet. Sed quanto magis uidebitᷓ ſibi ꝓficere ad cognitionẽ, tanto amplius ſuã imbecillitatẽ ſentiet. Talis erat Abrahã,
talis erat Moſes, quando Deum uidere potuerũt, quantũ homini uidere poſsibile eſt, Gen.18.
tunc maximè uterq; ſeipſum extenuauit: Abrahã quidem terrã ac cinerem ſeipſum no- Exod.4.
minans, Moſes uerò lingua hæſitantem, ac ſermone tardum. Videbat.n. linguę ſuę debilitatem magnitudini rerum intellectarũ inſeruire non poſſe. Veruntamẽ quoniam omnium aures nunc ad theologię auſcultationẽ apertę ſunt, & non eſt ſatietas eccleſię ta-
liũ auditionũ, ut quę illũ Eccleſiaſtę ſermonẽ confirmet, quòd nõ explebitᷓ auris ab au Eccleſ.1.
ſcultatione: neceſſariũ eſt dicere, quantũ uires ſinũt. dicemus aũt nõ quãtus eſt Deus, ſed quantũ nos aſſequi poſſumus. Neq;.n. quia medium inter cœlum ac terram locum oculis penetrate totũ nõ poſſumus, ob id etiã quantũ poſſumus inſpicere recuſamus. Sic etiã nunc ꝑ exigua uerba pietatẽ exequemur, uerùm maieſtati naturæ de toto ſermone uictoriã cõcedemus. Neq;. n. angelorũ linguæ, quæcunq; tandem ſunt illæ, neque archangelorũ, cum tota ſimul rationali natura congregatæ, minimam partem aſſequi poterunt, nedũ ſeipſas ad totũ adæquent. Tu uerò ſi uoles de Deo dicere quid, aut audire, dimitte corpus tuũ, dimitte corporales ſenſus, relinque terrã, relinque mare, acrem infra teipſum pone, præteri horas, tẽporũ ordinatiões, terrę ornatus, ſupra ætherẽ tollere, penetra ſtellas, & miracula ipſarũ, ornatũ ipſarũ, magnitudines, utilitates quas uniuerſo exhibent, ordinis cõpoſitionem, ſplendorem, ſitum, motum, quõ inter ſe ſtatum aut diſtantiã habẽt. Vbi omnia ratione penetraueris, & ſupra cœlum incubueris, ac ſupra ipſum conſtitutus fueris, ſola cogitatione pulchritudines quæ iſthic ſunt, circũſpice ac cõtemplare, exercitus cœleſtes, choros angelorũ, archangelorũ, poteſtates, dominationũ glorias, præeminẽtias thronorum, principatus, poteſtates. Vbi uniuerſa percurreris, & ſupra omnẽ creaturã ratione proceſſeris, & ultra hæc mentẽ eleuaueris, cõſidera diuinã naturã, ſtabilem, immutabilem, inalterabilẽ, affectionũ expertem, ſimplicẽ, incompoſitã, indiuiſibilem, lucem inacceſsibilem, potentiam inenarrabilẽ, magnitudinem incircumſcriptam, maieſtatem ſuperfulgentem, bonitatem deſiderabilem, pulchritudinem inexplicabilẽ, quę uehementer quidem ſauciatã animã accendit, ſermone uerò ꝓ dignitate declarari nõ poteſt. Illic pater, & filius, & ſpiritus ſanctus, increata natura, herilis dignitas, naturalis bonitas. Pater omnium principium, cauſa exi-
ſtentibus ut ſint, radix uiuentiũ. Vnde proceſsit fons uitæ, ſapiẽtia, poteſtas, imago in- Coloſ.1.
differens, ac per omnia ſimilis inuiſibilis Dei, ipſe ex patre genitus filius, uiuens uerbũ, Deus exiſtens, & apud Deũ exiſtẽs. Exiſtens, non acceſſorius: exiſtens ante ſecula, nõ poſtea acquiſitus: filius, non poſſeſsio: factor, nõ opificiũ: creator, non creatura: omnia
exiſtẽs, quæ eſt pater: filius dixi, & pater. Obſerua mihi has ꝓprietates: ex multiloquio Prou.10.
enim non effugiet peccatũ: manẽs igitᷓ in eo quod filius eſt, omnia eſt quę eſt pater, iu-
xta ipſam adeo Dñi uocem, ubi ait: Omnia quæ habet pater mea ſunt. Reuera enĩ ima- Ioan.16.
ginis omnia ſunt, quæ primariæ formæ adſunt. Vidimus enĩ, inquit Euangeliſta, gloriã ipſius, gloriã uelut unigeniti à patre: hoc eſt, nõ ex dono & beneficio datis ipſi miraculis, ſed ex ſocietate ſecundũ naturã, habente filio paternæ deitatis dignitatẽ. Nam acci-

pere commune eſt & ad creaturam:habere autem ex natura,proprium eſt geniti. Itaq;
uelut filius, naturaliter poſsidet quæ ſunt patris:uelut unigenitus autem,omnia habet
in ſeipſo comprehenſa, nulla re ad alterum diuiſa. Ex ipſa igitur filij appellatione diſci-
mus,quòd eſt naturæ ſocius,nõ præcepto creatus : ſed ex eſſentia relucens inſeparabi-
liter,citra tempus patri cõiunctus,æqualis in bonitate,æqualis in poteſtate,ſocius glo
riæ,& quid enim præterquàm ſigillum & imago,totum in ſeipſo demonſtrãs patrem.
Cæterùm quæ poſtea à corporali cõſtitutione ad te loquitur, hominum ſalutem diſpo
nens,quam per carnem apparens nobis oſtendit,miſſum ſeipſum dicens,& nihil poſſe
à ſeipſo facere, & mandatũ ſe accepiſſe, & quæcunq; talia:ne exhibeant tibi occaſionẽ
ad imminuendã unigeniti deitatẽ. Non enim deſcenſus ad tuam debilitatem,imminu-
tio dignitatis potentis fieri debet. Verùm naturam Deo cõuenienter mente concipe:
uerba autem humiliora iuxta diſpenſationẽ accipe. De quib. ſi uelimus in præſenti lo-
co exactè tractare, non ſanè animaduerteremus,nos multam & infinitã uerborum co-
piam ad ſuſceptũ argumentũ ſuperinducere. Verùm ad propoſitũ reuertamur. Quod
mens quæ à materialib.affectionib. pura eſſe poteſt, & omnẽ intelligibilẽ creaturã re-
linquere,& uelut quodã ex ꝓfundo ad ſupernã ſuperficiẽ enatare, ubi in puritate crea
turæ cõſtituta fuerit,illic uidebit ſpiritum ſanctũ,ubi filius eſt,& ubi pater, omnia habẽ
tem etiã ipſum cõiunctim ſecundũ naturam,bonitatẽ,rectitudinem,ſanctificationẽ, ui
Pſal.50. tam.Spiritus enim tuus,inquit,ille bonus.Et rurſus:Spiritus rectus.Et rurſus : Spiritus
Zach.12. ille ſanctus.Et Paulus ait:Lex ſpiritus uitę.Nihil ex his acquiſiticiũ ipſi,neq; poſtea ac-
Rom.8. ceſſorium adeſt. Sed quemadmodũ inſeparabile eſt ab igne calefacere, & à luce ſplen-
dere:ſic à ſpiritu ſanctificare,uiuificare,bonitas,rectitudo. Illic itaq; conſiſtit ſpiritus,il
lic in beata natura,nõ cum multitudine numeratur,ſed in trinitate conſpicitur:ſolitariè
Heb.1. annunciatur,nõ in multitudine ac cõgregatione cõprehenditur.Quemadmodũ enim
pater unus,& filius unus:ſic unus etiã ſpiritus ſanctus.At uerò miniſtratorij ſpiritus in
ſingulis ordinibus multitudinẽ difficulter numerabilẽ nobis oſtendunt.Ne igitur quæ
ras in creatura,quod ſuper creaturã eſt : ne ꝑmiſceas ſanctificans cum ſanctificatis. Hic
ſpiritus replet angelos,replet archãgelos,ſanctificat poteſtates, uiuificat uniuerſa. Hic
in omnem creaturã diuiditur : & dum alij aliter ipſius participes fiunt, à participantib.
nihil imminuitur.Omnibus enim gratiã de ſeipſo largitur,nõ autem in participãtes in-
ſumitũ:ſed & qui acceperũt,repleti ſunt, & ipſe minimè defectuoſus eſt.Et queadmodũ
ſol corpora illuſtrat,ipſaq; uariè illius participia fiunt,& tamẽ nihil à participantib.im-
minuitur:ſic etiã ſpiritus omnib.de ſeipſo gratiã exhibens, integer manet & indiuiſus:
omnes illuminat ad Dei intelligentiã, inſpirat prophetis, legiſlatores ſapientiã docet,
ſacerdotes perficit,reges fortes facit,iuſtos abſoluit, temperatos ornat, operatur dona
Matt.9. ſanationum,uiuificat mortuos,ſoluit ligatos,in filios adoptat abalienatos. Hæc per ge
Mat.4. nerationẽ ex ſupernis operatur:ſi publicanũ apprehenderit credentẽ, Euangeliſtã red
Act.9. dit:ſi in piſcatore fuerit,theologum efficit:ſi perſecutorẽ inuenerit pœnitentẽ,apoſto-
Act.19. lum gentium facit,præconem fidei,uas electionis. Per ipſum debiles fiunt fortes,pau-
Act.5. peres diteſcunt, idiotæ eloquentia, ſapientibus ſapientiores euadunt. Paulus debilis,
ſed per ſpiritus præſentiam,ſudaria corporis ipſius medelam exhibebãt ſuſcipiẽtibus.
Petrus etiã ipſe corporis debilitate præditus,ſed propter inhabitantẽ ſpiritus gratiam,
Act.3. umbra de corpore ipſius decedens, fugauit morbos ægrè affectorũ. Pauper Petrus &
Ioannes : nõ enim habebant argentũ, neq; aurum, uerùm largiebantur ſanitatẽ multo
omni auro præſtantiorẽ. Quum enim à multis aurũ accepiſſet claudus ille, adhuc men
dicus erat:ubi uerò accepit à Petro beneficiũ,mendicare deſijt,ſaliens uelut ceruus, ac
laudãs Deum. Non norat Ioannes mundi ſapientiã, uerùm per potentiã ſpiritus locu
tus eſt uerba,quæ nulla ſapientia aſpicere poteſt.Hic ſpiritus & in cœlo conſiſtit,& ter
ram replet,& ubiq; adeſt, & nuſquam continetur : totus in unoquoq; inhabitat, & to-
tus cum Deo eſt:non miniſtri modò dona miniſtrat,ſed propria poteſtate beneficia di
ſtribuit:diuidit enim,inquit, peculiariter unicuiq; prout uult.Mittitur quidem œcono
mi ac diſpenſatoris modo:operatur autem ex propria poteſtate ac autoritate. Hunc a-
nimis noſtris adeſſe optemus,& nullo tempore nos relinquere, in gratia Domini no-
ſtri Ieſu Chriſti,cui gloria & dominiũ in ſecula ſeculorum, Amen.

DIVI BASILII MAGNI HOMILIA IN INITIVM EVANGELII IOANNIS.

OMNIS quidem Euangeliorum uox, reliquis ſpiritus dogmatibus magnificentior ac præclarior eſt, propterea quòd in illis per ſeruos, ipſos uidelicet prophetas, nobis locutus eſt: uerùm in Euangelijs ex propria perſona Dominus nos alloquutus eſt. Inter ipſos tamen Euangelicos præcones uocaliſsimus, & omnem auditum ſuperãtia, omniq; intelligentia altiora loquutus Ioannes eſt filius tonitrui, cuius Euangelici ſcripti procœmium iam lectum audiuimus. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Hæc multos à ueritatis doctrina alienos, ob mundanã ſapientiam ſe iactantes, & admirates eſſe noui, & in ſua ſcripta transferre auſos eſſe. Fur eſt em̃ diabolus, & noſtra ad ſuos interpretes effert. Si igitur carnea ſapientia in tantum uerborum uim admirata eſt, quid nos ſpiritus diſcipuli faciemus? obiter audiemus, & paruam quandã ipſis uim ineſſe exiſtimabimus? Et quis adeò ſtupidus eſt, ut talem intelligentiæ ſententiarũ pulchritudinem, & dogmatũ profunditatẽ adeò incomprehenſibilẽ non admiretur, & ipſorũ ueram cõprehenſionem concupiſcat? At.n. non eſt admirari pulchra difficile, ſed ad ſincerum & exactũ intellectũ eorum quæ admiraris peruenire, hoc difficile eſt, & ꝙ ægrè aſſequaris. Nam & ſolem hunc ſenſibilem nemo non laudibus uehit, ob magnitudinẽ ipſius ac pulchritudinẽ, & radiorum conguentiã ac ſymmetriã, lucemq; ſplendidam, ipſum amans. Si tamen uiolentius cõtenderit oculorũ ſuorũ iactus aduerſus circulum ipſius intendere, non ſolum non uidebit ea quorum ſtudio tenetur, ſed etiã uiſus ſinceritate corrupta abibit. Tale quid uideor mihi perpeti mẽtem, quæ propoſitorũ uerborum exactã expenſionem facere cõtendit. In principio erat uerbum. Quis pro dignitate mente cõcipiet res de principio? qualis uerborũ potentia inueniri poſsit, quę æqualiter id quod intellectũ eſt, proferre queat? Quum traditurus ſit nobis de theologia filij Dei, nullum aliud ſermonis principiũ, quàm uniuerſorũ principiũ fecit. Iam em̃ ſpiritus ſanctus præuiderat eos qui gloriam unigeniti adoriuntur, qui ſophiſmata prolaturi erant, ad ſubuertendos auditores ab ipſis excogitata. Si natus eſt, non erat, & anteq; naſceretur non erat, & ex non exiſtentibus ſubſtantiam accepit. Talia enim loquuntur lingue uериſimilibus ſermonibus inſtructę, & ſuper omnem ancipitem machęram acutæ. Quo itaq; nulli talia dicere liceat, ſpiritus ſanctus per Euangeliũ anticipans, In principio, inquit, erat uerbum. Si hanc uocem tenueris, nihil graue à malignis illis artificibus pati poteris. Si dixerit ille, Si natus eſt, nõ erat: tu dic, In principio erat. Sed ſi dicit, Anteq; generaretur, quomodo erat? tunc dimittas Erat, ne relinquas, In principio: principij cacumen non apprehenditur, quod extra ac ultra principium ſit, non reperitur. Ne decipiat te quis per uocem multa ſignificantẽ. Multa enim ſunt principia rerum in hac uita: ſed unum eſt principiũ ultra omnia: principiũ enim uiæ bonæ dixit prouerbium. Prou. 1.
Verùm uiæ quidem principium eſt primus motus, unde iter incipimus, & quod retro ipſum ac prius ipſo eſt, inueniri poteſt. Et principium ſapientæ, timor Domini. Et ante Prou. 9.
hoc principium aliud quoddam poſitum eſt. Nam artium aſſumptionis principiũ eſt elementum. Elementum igitur ſapientiæ, eſt timor Domini. Sed hoc principio eſt quid antiquius, animæ nimirum ſtatus, eius qui nondum ſapientiam edoctus eſt, neq; timorem Dei ſuſcepit. Principia ſiue principatus, dicuntur etiam ciuiles poteſtates, & dignitatum eminentiæ. Sed hæc principia, aliquorum ſunt principia, & unumquodq; ad aliquid eſt: principium enim lineę eſt punctum, & principium ſuperficiei linea, & principium corporis ſuperficies, & ſermonis compoſiti principia ſunt elementa: non tamen etiam illud principium tale eſt, nulli enim alligatum eſt, nulli ſeruit, cum nullo conſpicitur, ſed liberum eſt: dominum non habet, à cõiunctione ad alterum exolutum eſt, inſuperabile eſt cogitationi, nullæ ratiocinationes ipſum tranſſcendere poſſunt, nec quę ultra ipſum ſint, inuenire datur. Si enim mentis imaginatione cõtenderis principium præterire, inuenies ipſum præcurrens te, & cogitationibus obuiam ueniens: permitte mentẽ tuam quantũ uult currere, & retrorſum extendi, deinde cõperies ipſam ubi infinitè errauit, & plurimũ inaniter proceſsit, rurſus ad ſeipſam reuerſam, propterea quòd

principiũ ſeipſa poſterius facere nõ poteſt. Nam principiũ ſemper ulterius ac ſuperius, eo ꝙ mẽte cõcipitur, reperit̃. In principio itaq; erat uerbũ. O rem admiratione dignã, quõ omnes uoces inter ſe æqualiter cõiugatę ſunt. Vox Erat, æquiualẽs eſt cũ uoce, In principio. Vbi eſt blaſphemus, ubi aduerſus Chriſtum pugnans lingua? quæ dicit, Erat aliquãdo, quãdo non erat. Audi Euangeliũ, In principio erat: ſi uerò in principio erat, quãdo non erat? Impietatem'ne ipſorũ deplorẽ, aut ignorantiã abominer? At anteꝗ̃ naſceretur nõ erat. Nouiſti quãdo natus eſt, quo uocẽ Anteꝗ̃, tempori inferre poſsis? Nam Antequã, temporalis uox eſt, alterũ alteri præponẽs ad antiquitatẽ: uerũ temporis factorem, quomodo cõſentaneum eſt natiuitatẽ temporalibus appellationib. ſubiectam habere? In principio itaq; erat. Si non diſceſſeris à uoce Erat, nullũ malignę blaſphemiæ dabis irrepẽdi locũ. Quemadmodũ em̃ qui in mari uerſantur, quum in duabus anchoris fluctuant, tempeſtatẽ cõtemnunt: ſic & tu prauam hãc turbationẽ, quæ ex ſpirituũ malignitate uitæ acceſsit, & multorũ fidem coagitauit, deridebis, ſi horum uerborũ tutelę, uelut artificioſo alicui portui, animã applicueris. Quærit mens noſtra, quis erat in principio? Verbũ, inquit. quale uerbũ, humanum'ne aut angelorũ? Nam

1. Cor. 13. & Apoſtolus nobis innuit, quòd etiam angeli propriã linguã habeãt, quum ait: Si linguis hominũ loquar & angelorũ Sed & ipſius uerbi duplex eſt ſignificatio. Alterum em̃ per uocẽ profert̃, & hoc poſtꝗ̃ ad aerem prolatum eſt, perit: alterũ uerò in cordibus noſtris diſpoſitũ ineſt, & mẽtis cõceptus exiſtit. Eſt & aliud artificioſum uerbũ, ſiue ſermo artificioſus. Vide itaq;, ne te æquiuocatio uocis fallat. Quomodo em̃ in principio erat humanũ uerbũ ſiue ſermo, quum homo poſterius generationis principiũ ac

Gen. 1. ceperit? Ante hominẽ beſtiæ feræ, ante hominẽ pecora, reptilia omnia terreſtria ac aquatica, uolatilia cœli, ſtellæ, ſol, luna, herbæ, ſemina, terra, mare, cœlum. Non igitur in principio erat humanũ uerbum, ſed neq; angelorũ. Omnis em̃ creatura poſterior ſeculis eſt principio, ut ſit à cõditore accepto: at uerò uerbũ in corde, etiã ipſum poſterius eſt ſingulis quę intellecta ſunt. Sed accipe uerbũ uelut Deo cõuenit. nam de unigenito diſſerẽs, uerbũ ipſum dixit. Quemadmodũ igit̃ & lucẽ paulo pòſt dicet, & uitam & reſurrectionẽ, & neq; ubi lucẽ audiuiſti, ad ſenſibilẽ hanc, & oculis uiſibilẽ lucem deferris: neq; ubi uitã audiuiſti, cõmunem hanc intelligis, quã etiã bruta uiuunt: ita etiã ubi uerbũ audis, caue ne quãdo ꝓpter mẽtis imbecillitatẽ ad terrenas ac humiles intelligentias deferaris, ſed uocis ſignificationẽ perſcrutare. Cur uerbũ? quo oſtẽdatur ꝙ ex

Col. 1. mente proceſsit. Cur uerbũ? quia citra affectionẽ natus eſt. Cur uerbũ? quia imago eſt genitoris, totũ in ſeipſo genitorẽ oſtendẽs, nulla illinc parte deducta, & perfectus ſecundum ſeipſum exiſtẽs. Quemadmodũ etiã noſtrũ uerbũ ſiue ſermo, totũ mentis cõceptum uelut imago repræſentat. Nã quæ in corde cõcepimus ac cogitauimus, ea uerbo proferimus. Et eſt mentis in corde cõceptus. & cogitationis imago id quod loqui-

Mat. 12. mur. Ex abundantia em̃ cordis, uerbũ fertur. Et eſt cor quidẽ noſtrũ uelut fons quidã: uerbũ uerò uelut canalis quidã, ex hoc fonte fluẽs. Tantũ igit̃ eſt id quod ꝓfluit, quãtum id quod primariò fertur: & quale eſt id quod occultũ eſt, tale eſt etiam quod apparet. Verbũ igit̃ dixit, quo affectionis expertẽ patris generationẽ tibi ꝓponeret, & perfectam ſubſtantiã filij te doceret, & cõiunctionem filij ad patrem intemporalẽ per hæc demõſtraret. Nam & noſtrũ uerbũ, mẽtis fœtus eſt, qui citra affectionẽ generat̃. Neq; em̃ ſecatur, neq; diuidit̃, neq; fluit mens ipſa: ſed in propria cõſtitutione tota manens, totũ uerbũ & abſolutũ producit: & progreſſum uerbũ omnem genitoris, ipſius mentis potentiã in ſeipſo complectit̃. Quantũ igitur pium eſt, tãtum ad unigeniti thelogiã ex uoce uerbi accipe: quod uerò diſsidens & incõgruum apparẽs repereris, hoc reprobã, omniq; ſtudio trãſgredere. In principio erat uerbũ. Si dixiſſet, In principio erat filius, unà cũ filij appellatione ſimul ſubijſſet animũ tuũ cogitatio de affectione. Quoniã quæ apud nos generãt, tempore generãt, & affectuoſè generãt: quapropter anteuertens, uerbũ dixit, indecoras ſuſpiciões præcorrigẽs, quo animã tuam inſauciatã cõſeruaret. Et uerbũ erat apud Deũ: rurſus. Erat, dicit, ꝓpter blaſphemiã dicẽtes, quod non erat. Vbi erat uerbũ? nõ in loco. nõ em̃ cõtinent̃ in loco, quę circũſcribi nõ poſſunt. At ubi erat? apud Deũ. Neq; pater in loco, neq; filius in ambitu aliquo ac circumſcriptione confeſſa cõprehẽſus: ſed infinitus pater, infinitus filius. Omne quodcũq; mẽte conceperis,

ceperis,& quocunq; ſpiritu tuo perrexeris,Deo repletũ inuenies, ubiq; ſimul coextẽ
ſam filij ſubſtantiã reperies.Et uerbũ erat apud Deum. Admirare exactã uniuſcuiuſq;
uocis certitudinẽ.non dixit In Deo erat uerbũ:ſed apud Deum,ut proprietatẽ ſubſtã-
tiæ proponeret,ac declararet.Non dixit in Deo,ut ne cõfuſioni ſubſtãtiæ occaſionem
daret.Nam & illorũ maligna eſt blaſphemia,qui miſcere omnia conãtur,& unum ſub-
iectum dicunt,patrẽ & filium & ſpiritũ ſanctũ: uerùm appellationes differentes de u-
na re dici.Maligna impietas & fugienda nõ minus quàm eorum qui inæqualẽ ſecun-
dum eſſentiã,filium Dei Deo patri blaſphema lingua proferunt. Et uerbum erat apud
Deum.Deinde uerò uerbi uoce, ad declarandũ quòd nulla circa generationẽ affectio
fuerit,ſimul uſus,breui etiã detrimentũ quod ex uerbo nobis acceſsit, mitigauit, & ue
lut abripiens ipſum ex calumnia blaſphemorũ,Quid,inquit,eſt uerbum? Deus erat i-
pſum uerbum. Ne mihi differentias quaſdã uerborũ artificioſè excogites, neq; ex tuo
maligno artificio aliquã blaſphemiã doctrinæ ſpiritus affrices. Habes ſententiã, ſubij-
ce te Domino. Deus erat uerbũ,hoc erat in principio apud Deum.Rurſus paucis uer-
bis omnẽ ſuam theologiã in ſummã redigit, quam nobis Euangeliſtã de unigenito tra
didit. Hoc, quod hoc uerbum? Deus. Poſtquã.n.tibi ſententiã de ipſo expreſsit,uelut
qui animæ tuæ per doctrinã ea quę ignorãtur impreſsit,& uerbũ in corde tuo habita-
re fecit.Hoc,inquit,quale hoc? ne foras oculos uertas, per demonſtratiuam uocem id
quod oſtenſum tibi eſt circumſpectãs:ſed ad occulta animę tuæ ingredere,& quem e-
doctus es Deum in principio exiſtentẽ,uelut uerbũ progreſſum, apud Deum exiſten
tem,hunc ubi cognouiſti,& admiratus es,& uelut dominũ tuum adoraſti,qui per do-
ctrinam tibi inſitus eſt, cognoſce ꝙ hic erat in principio, hoc eſt ſemper apud Deum
patrẽ ſuũ.Has paucas uoces cõſeruate mihi,uelut ſigillum memorię ueſtrę inſculptas.
Hæ firmiſsimus erunt murus, aduerſus inſidiantiũ incurſus. Hæ animarũ ſalutare ſunt
munimentũ,his qui ipſas prætendũt ac obijciunt.Si quis te aggreſſus dixerit,Non exi
ſtens natus eſt.ſi.n.erat,quomodo natus eſt?uelut dæmonũ uocem auerſare cõtra glo
riam unigeniti blaſphemiã: ipſe uerò reuerſus ad Euangeliorum uoces progredere.In
principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum,& Deus erat uerbum:hoc erat in
principio apud Deum. Quater dic uocẽ Erat, & irritũ facies ipſorum Non erat. Hæc
incõcuſſa maneãt fidei fundamenta. Super hæc ædificabimus,Deo dante etiã reliqua.
Non.n. poſsibile eſt de omnib.ſemel uobis diſſerere, ne fortè per orationis immode-
ſtiã,inutilia faciam uobis ea quæ diligẽter à uobis ſunt collecta.Nam mens quæ appre
hendendis ſimul omnib.debilitatur,ſimile perpetitur uentri, qui propter ſuperfluã ſa-
tietatem ingeſta,ad cõcoctionẽ deducere nõ poteſt. Opto igitur ut guſtus ueſter dul-
cificetur,& digeſtio cõmoda fiat: ipſe uerò cõſiſto uobis paratus ad eorum quæ reſtãt
miniſteriũ,in Chriſto Ieſu Domino.Cui gloria & dominiũ in ſecula ſeculorum.Amen.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO IN ſanctum baptiſma.

QVI baptiſatur,in trinitatẽ baptiſat̃, in patrẽ & filium & ſanctũ ſpiritũ:non *Mat.28.*
in principatus,neq; in poteſtates,neq; in reliquas creaturas. Itaq; manife-
ſtum ſit ipſi, ꝙ trinitas ſuper creaturam eſt, & nihil ex trinitate ad creatu-
ras deducere aggrediatur. Memor ſit etiã Domini, qui ſpiritũ ſanctũ in- *Ioan.20.*
ſufflauit, & per inſufflationẽ demonſtrauit,quòd ſpiritus eſſentiæ diuinæ
eſt,& non creatæ naturæ. Reputet etiam apoſtolicã expoſitionẽ de trinitate,in qua u-
nam operationẽ uidemus,patris & filij & ſpiritus ſancti: tanquã non creato,nec facto
exiſtente,ſecundũ naturã,neq; filio,neq; ſpiritu:niſi ſua ipſius creatura Deus opus ha-
bet,ad propriam operationem abſoluendam.Dicit autem Apoſtolus: Diuiſiones do-
norum ſunt,& idem ſpiritus:& diuiſiones miniſteriorũ ſunt, & idem Dominus. Et di- *1.Cor.12.*
uiſiones operationũ ſunt. idem uerò Deus operãs omnia in omnibus.Igitur quæ ope
ratur Deus,ea operatur ſpiritus.Omnia operatur,inquit,unus & idem ſpiritus,diuidẽs
unicuiq; ſicut uult. Neq; in ſeruitutẽ deducat ſpiritũ, audiẽs ꝙ ſicut uult,omnia opera-
tur quæ Dei ſunt.Et rurſus: Dominus aũt ſpiritus eſt. Vbi aũt ſpiritus Dñi. iſthic liber-
tas.nã ſi nõ deitatẽ dicit inhabitare in nobis per inhabitantẽ ſpiritũ,dicẽte Ioãne,In hoc *2.Cor.3.*
cognoſcimus quòd in nobis eſt,ex ſpiritu quẽ dedit nobis:omnẽ ſpem peſſundat. Si e-

nim nõ in nobis eſt Deus,neqꝫ uitam, neqꝫ bona æterna aſſequemur. Dicit etiam rur-
1.Cor.3. ſus Paulus:Non ſcitis,templũ Dei eſtis,& ſpiritus Dei habitat in uobis? Et rurſus:Cor
1.Cor.6. pora ueſtra templũ ſunt habitãtis in uobis ſpiritus ſancti,quem habetis à Deo.Et crea-
tura quidem reuelatione opus habet, ad ſciendum quæ Dei ſunt: hic uerò reuelat no-
1.Cor.2. bis. ait enim : Deus reuelauit per ſpiritum ſuum. Et in nobis quidem ſcrutatur,quia in
ipſo perſcrutationẽ facimus. Spiritus,inquit,perſcrutatur etiam profunda Dei: per ſei-
pſum uerò cognoſcit,quemadmodũ noſter ſpiritus. Quis enim hominum, inquit, no-
uit ea quæ ſunt hominis,niſi ſpiritus hominis,qui eſt in ipſo? Sic etiam ea quæ Dei ſunt
nemo nouit,niſi ſpiritus Dei. Et uiuificat quidẽ Deus. dicit enim Paulus : Præcipio tibi
1.Tim.6. coram Deo, qui uiuificat omnia. Vitam autem dat Chriſtus,dicens : Oues meæ uocem
Ioan.10. meam audiunt,& ego uitam æternã do ipſis. Viuificamur autem per ſpiritũ,uelut Pau-
Rom.8. lus ait : Qui ſuſcitauit Chriſtum ex mortuis, uiuificabit etiam mortalia corpora ueſtra,
per ipſius ſpiritum inhabitantẽ in uobis. Viuificaris itaqꝫ à Deo per Chriſtum in ſpiri-
tu.Et propterea quoniã omnis operatio filij per ſpiritũ manifeſtatur, Dominus nomi-
2.Cor.3. natur ſpiritus,Domini nomine,& Chriſtus Chriſti:uelut paulo antè dicebamus,Domi
nus aũt ſpiritus eſt.Dictum eſt aũt & hoc : Vos nõ eſtis in carne, ſed in ſpiritu : ſiquidẽ
ſpiritus Dei in uobis eſt.Si uerò quis ſpiritũ Chriſti nõ habet,hic nõ eſt ipſius. Deinde
inducit:Si uerò Chriſtus in uobis eſt:pro eo quod dicere debebat, & quod cõſequens
erat:Si uerò ſpiritus in uobis.Neqꝫ eſt uox diuina, factum ſpiritũ eſſe docẽs. Illud enim,
Ioan.1. Omnia per ipſum facta ſunt : de multitudine creatũrarũ dictũ eſt. Spiritus autem nõ in
multitudine eſt,ſed cum dualitate trinitatẽ cõplet,& à creatura abalienatus eſt,ac pluri-
mum ſupereminet:nempe ſanctificãs creaturã ac uiuificãs,& unguentum in nobis exi-
ſtens,imò etiã in ipſa Domini carne. Nec uerò Dominus noſter Ieſus Chriſtus per crea
Act.10. turam ſanctificatur,quemadmodũ dicit Petrus : Vt Ieſum Nazarenũ unxerit Deus ſpi-
Mat.12. ritu ſancto & potẽtia.Neqꝫ per creaturã potẽs eſt:dicit aũt , In ſpiritu Dei ejcio dæmo
Matt.4. nia.Neqꝫ à creatura ducitur.ſcriptũ eſt enim,ꝙ ductus eſt in ſpiritu in deſertũ. Dignita-
Eſa.1. tem quidem Dei prophetæ ueteres proclamarunt : Hæc dicit Dominus. Verùm recen
Act.15. tiores prophetę,Hæc dicit ſpiritus ſanctus.Et Apoſtoli:Viſum eſt ſpiritui ſancto & no
2Cor.13. bis.Quapropter etiã Apoſtolus oſtendẽs quòd diuina uerba loquitur, aliquãdo dicit,
An experimentũ quæritis loquẽtis in me Chriſti? Aliquando uerò, Videor ſpiritũ Dei
Pſal.32. habere.plena eſt aũt & uetus Scriptura glorificationis ſpiritus. Verbo Domini, inquit
Pſalmiſta, firmati ſunt cœli, & ſpiritu oris ipſius omnis uirtus ipſorum.Et in libro ipſius
Iob.26. Iob ſcriptũ eſt:Spiritus aũt diuinus q fecit me. Quemadmodũ aũt uerbũ aliud præter fi
lium ꝑferre nõ datur, quo facti ſunt cœli.nam ꝑfectò ꝑ Dominũ Ieſum facti nõ eſſent,
ſiquidẽ ꝑ aliud uerbũ facti eſſent:ſic neqꝫ ſpiritũ aliter accipere licet,q cũ uerbo uirtutes
cœlorũ firmauit.Quũ aũt ſpiritũ oris audimus, non humano more accipimus:ſed uelut
Pſal.118. in Deo decorũ eſt,quemadmodũ etiã uerbum. Neqꝫ.n.uerbũ, uerbũ eſt ꝗd diſſoluitur:
ſed, ut Pſalmiſta ait, In æternũ Domine uerbũ tuũ ꝑmanet in cœlo : neqꝫ ſpiritus, flatus
Pſal.138. quiſpiã eſt qui diffundit,ſed cõſiſtens & manens.Quò.n.iuero à ſpiritu tuo, inquit Da
uid,exiſtẽte uidelicet & qui uniuerſa impleuit, & in dignitate diuina cõſiſtit. Quod.n.
de ſpiritu dixit,hoc etiã de facie Dei dicit,& de dextera ipſius, cõſequẽter inquiẽs:Et à
facie tua quò fugiã? Si aſcẽdero in cœlũ,tu illic es:ſi deſcẽdero in infernũ,ades.Si aſſum-
pſero alas meas diluculo,& habitauero in extremis maris,etenim illuc manus tua dedu
Ezech.36. cet me, & cõtinebit me dextera tua. Sed & uox Dei de ſeipſo & ſpiritu hoc dicit : Ego
ſum in uobis,inquit Dñs, & ſpiritus meus conſiſtit in medio ueſtrûm. Neqꝫ igitur alie-
nus eſt à gloria Dei ſpiritus ipſe,ex arcano modo relucẽs,neqꝫ ipſe Deus:ſed Dei ſpiri-
tus, & apud Deum. Mittitur aũt à Deo,& per filiũ ſuppeditatur.Sic quidẽ dicitur ex pa
Eſa.42. terna perſona:Spiritus meus qui eſt in te. Dicit aũt à Domino : Paracletũ mittã uobis,
quẽ ſanè etiã uocat ſpiritũ ueritatis. Vnum quidẽ igitur patrẽ, unũ filiũ, unũ etiã ſpiritũ
ſanctũ eſſe,ſecundũ diuinã traditionẽ confitendũ eſt : & neqꝫ duos patres,neqꝫ duos fi-
Ioan.14 lios,quoniã ſpiritus filius nõ eſt,neqꝫ nominatur.Non enim à ſpiritu aliquẽ accipimus,
quemadmodũ à filio ſpiritum.Sed quod nobis accedit,& quod ſanctificat,ſuſcipimus,
deitatis ſocietatem,& filiationis participationẽ, & æternæ hæreditatis arrabonẽ,& fu-
turorum bonorum primitias, Neque quis extra relata ſacra nomina curioſè inueſtiget:

neqꝫ

neq; filij appellationem in ſpiritu ponere nitatur, neque generationem: ſed contentus ſit appellatione ſecundum ſpiritum & ſimilitudine.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO IN Barlaam martyrem.

ANTEA quidem ſanctorum mortes planctibus ac lachrymis ornabantur. Iacob uehementer deplorauit mortuũ Ioſeph: planxerunt etiam mortẽ Moyſis non parum Iudæi ipſi, multis etiã lachrymis Samuelem honorarunt: nũc uerò ob ſanctorũ obitus exultamus. triſtium enim natura poſt crucẽ transmutata eſt. Non amplius lachrymis ſanctorum mortes proſequimur, ſed tripudijs diuinitùs inſpiratis, ſuper ſepulchra choreas ducimus. Somnus aũt eſt iuſtis mors ipſa, imò potius ad meliorem uitam profectio. Hinc exultant martyres dum mactant̃. Nam beatioris uitæ deſiderium, cædis dolorem mortuum facit. Non uidet pericula, ſed coronas martyr: non horret ob plagas, ſed numerat brauia: non uidet infernè flagris cædentes lictores, ſed angelos supernè benedicentes imaginatur: non conſiderat periculorum breuitatem, ſed præmiorum æternitatem. Splẽdido etiam apud nos iam arrabone fruitur, dum ipſi ab omnibus, diuinis laudibus applauſus cõtingit, & infinitos uinctos ex ſepulchro congregat. Hoc ipſum ſanè eſt, quod à generoſo Barlaam hodie factum eſt. Reſonuit enim bellica martyris tuba, & pietatis armigeros uelut uidetis, congregauit: Chriſti athleta iacens pronunciatus eſt, & eccleſiæ theatrũ in ſpem erexit. Et quemadmodum fideliũ Dominus dicebat: Qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit, uiuet: generoſus Barlaam mortuus eſt, & conuentus publicos cõgregat. conſumptus eſt ſepulchro, & cõuocat ad epulationem. Nunc tempus exclamandi occaſionẽ nobis præbet. Vbi ſapiens, ubi ſcriba, ubi inquiſitor huius ſeculi? Indocta nobis hodie eſt inuicta pietatis doctrina. Hunc corripuit quidem tyrannus, ut prædam captu facilem, uerùm cognouit poſt prędam armigerum intractabilem. Ridebat quidẽ ut confuſè ac impeditè loquentem, horrebat autem quum angelico more iuueniliter ac fortiter ageret. Non enim ſimul barbari erant mores cum linguæ inſtrumento, neq; unà cum ſyllabis ratio ipſa claudicare uidebatur. Sed erat ſecundus Paulus cum Paulo loquens, etiamſi idiota ſermone, non tamen ſcientia. obtorpuerũt flagellantes lictores, ſed uigoroſior martyr ipſe inueniebatur: manus cædentium eneruabantur, ſed eius qui cædebatur cogitatio non flectebatur. Flagra neruorum cõpoſitionem exoluerunt, ſed fidei firmitas exactius adſtringebat̃: perfoſſa latera conſumpta erant, ſed animi philoſophia efflorebat. Maior carnis ipſius pars mortificata erat, ſed uelut nondũ certamina auſpicatus uigebat. Quum enim pietatis amor animam præoccuparit, omne bellorũ genus ipſi ridiculum exiſtit: & omnes qui cędũt ipſam propter id quod deſiderat, delectãt magis q̃ uerberant. Suffragatur mihi Apoſtolorũ deſideriũ, quòd iucundas ipſis flagellationes à Iudæis factas effecit. Abibant enim, inquit, gaudentes à facie cõcilij, quòd propter nomẽ ipſius digni facti eſſent ut ignominia afficerentur. Talis etiam armiger hodie nobis celebratur, qui ſupplicia, lęticiã putabat, & flagris uelut roſis quibuſdã impeti ſibi uidebatur, impietatis umbras fugiens uelut ſagittas, fumi umbram iram iudicis reputans, ordines ſatellitum efferatos ridens, propter pericula uelut coronas tripudians, plagis uelut honoribus gaudens, uehementioribus ſupplicijs uelut brauijs ſplendidioribus exultans, enſes denudatos conſpuens, manus lictorum uelut cera molliores ſuſtinens, ſupplicij lignũ uelut ſalutare amplectens, uinculis carcerũ uelut pratis ſe oblectans, tormẽtorum machinis uelut florum uarietatib. gaudens, dexterã robuſtiorẽ igne nactus, q̃d ſanè poſtremũ machinamentũ ipſi ab aduerſarijs admotum fuit. Ara enim ad libandũ dæmonibus accenſa, martyrem adductum ad ipſam ſiſtunt. & dextrã ſupinam ſuper aram extendere iuſſi, manu uelut æreo ad ſuffitum parato inſtrumẽto, abuſi ſunt. thure ardente maleficè ipſi impoſito. Sperabãt. n. manum ignis uiolentia deuictã, neceſſariò ipſum thus citò aræ immiſſurã eſſe. Heu multiplices impiorũ præſtigias. Quandoquidem inquiunt, uulneribus mentẽ non fleximus, flectamus per flammã contentioſi luctatoris uel ſaltem manũ: quandoquidẽ uarijs machinis animã nõ concuſsimus, dexteram ſaltem igni admotã quatiamus. Verũ neq; huius ſpei miſeri illi fructũ perceperũt. nam flamma quidem manum perroſit, manſit autem manus, uelut cinerem flammã ge-

2. Cor. 11.

Act. 5.

ſtans,non dedit tergum debellanti igni fugitiuorum modo, ſed incómota conſiſtebat
Pſal.143. contra flammam uictrix euadens,& illas prophetæ uoces martyri dicere exhibens:Benedictus Dñs Deus meus,qui docet manus meas ad prædium,digitos meos ad bellũ. Ignis cum manu cõmittebatur,& ignis uictus cõperiebatur.Flammæ & dexteræ martyris lucta proclamabatur, ſed dexteræ noua quædam erat luctæ uictoria: flãma quidẽ per mediam manum excidente, manu uerò adhuc ad luctam extenta. O'manum igne contentioſiorem,ô manum quæ ab igne flecti non didicit, ô ignẽ uinci à manu doctũ. ferrum ignis tyrannidi cedit,dum mollitur:æs ignis potentiæ cedit. Nouit etiam lapidum duritia ab igne ſuperari. Sed ignis robur omnia domans,martyris dextram nunc extentã exurens non flexit. Meritò ſanè ob id ad Dominũ martyr ipſe exclamauit:Do
Pſal.72. minatus es manui dextrę meæ,& in cõſilio tuo deduxiſti me,& cum gloria aſſumpſiſti me. Quõ te ô generoſe Chriſti miles alloquar? ſtatuam uocabo? plurimum cõſtantiam tuam imminui. Nam ignis ſuſceptam emollit, tuam uerò dextrã ut moueretur ſolum, non perſuaſit. Ferreũ nominabo? & hanc imaginẽ ac ſimilitudinẽ fortitudine tua reperio inferiorẽ. Tu enim ſolus perſuaſiſti flãmam,ut manũ non domarit. Tu ſolus nactus es dextrã,quæ ſit inſtrumentũ ad ſuffitũ paratũ: tu ſolus ardente dextra dæmoniorum facies alapis percuſsiſti. Et tũc quidẽ in prunas cõmutata manu illorũ capita colliquefeciſti: nunc aũt ea in cineres redacta ipſorum exercitus conculcans excæcas. Verùm quid puerili balbutie magnũ uictorẽ imminuo? prȩclariorib. linguis hymnos in ipſum concedamus,uocaliores doctorum tubas propter ipſum aduocemus. Exurgite nunc mihi ô ſplendidi egregiorũ factorũ athleticorũ pictores,imperatoris mutilatã imaginẽ ueſtris artibus magnificate. Coronatũ athletam obſcuris à me depictum, ueſtræ ſapientię coloribus illuſtrate. Abeo fortium martyris factorũ pictura à uobis ſuperatus. Gaudeo tali ueſtræ fortitudinis uictoria hodie uictus. Video manus ad ignem luctã exactius à uobis deſcriptã. uideo luctatorem in ueſtra imagine illuſtrius depictũ. Plorent dæmones etiam nunc, dum per fortia martyris in nobis facta uerberantur. Ardens rurſus ipſis manus & uictrix oſtendatur. Inſcribatur tabulæ etiam certaminũ præfectus Chriſtus,cui gloria & imperium in ſecula ſecuulorum,Amen.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO IN GORDIVM martyrem.

LEX naturæ apibus eſt,non diſcedere ab aluearibus,priuſq; rex ipſarum uolatum auſpicatus,agmen educens præcedat. Quandoquidem igitur etiam populum Domini uidi, nunc primùm ad cœleſtes flores ipſos martyres egreſſum,quæro ducem, quis magnũ hoc examen cõmouit? quis hybernã triſticiam in uernam hilaritatem tranſmutauit? Nunc enim primùm populus ex urbe uelut aluearibus quibuſdã effuſi,ſuburbanũ ornatum, uenerandum hoc & prȩclarum martyrum ſtadium,paſsim occupauerunt. Quandoquidẽ igitur etiã nos excitatos & debilitatis oblitos,miraculũ martyris eduxit:age ſanè etiã ipſi,uoce pro uiribus edita,circũ uiri opera,uelut apes circũ flores, reſonemus: piũ in hoc opus ſimulq; prȩſentibus gratum perpetrantes. Dum enim laudibus celebrat̃ iuſtus,lætabuntur po
Prou.29. puli,ſapiens Solomon nobis paulo antè dicebat. Quanq; ego apud me dubitabã,quidnam ſibi Parœmiaſtes per hoc ænigma uelit. Numquid rhetore aliquo aut ſcriptore in arte dicendi prȩſtante,orationẽ ad ſtupefaciendos auditores cõpoſitã recitante, dum ſonus oſtentatorius aures ferit ac pulſat, lætantur populi, tum ſententiarum inuentionem ac diſpoſitionem,tum dictionis pompam ac ductum,& ad harmoniam plauſibilitatem amplectentes? Aut hoc quidẽ non utiq; dixerit,qui nuſquã tali orationis ſpeciẽ uſus eſt: neq; ſanè nos inhortatus ſit,ut beatorum encomia panegyrica ac plauſoria pompa oſtẽtemus, qui pedeſtrem dictionẽ & uocem ornatu carentẽ ubiq; prætulit? Quid igitur eſt quod dicit? Quòd lætant̃ populi læticia ſpirituali, ob ſolam cõmemorationẽ egregiorũ factorũ à iuſtis perpetratorũ,dum ad æmulationẽ ac imitationẽ bonorũ per ea quę audiũt inducunt̃. Nam uirorũ qui bene in repub. uerſati ſunt hiſtoria,uelut lux quædã his qui ſeruantur ad uitę uiam præfulget. Quapropter ſimul ut audiuimus enar
Exod 2. rante ſpiritu Moyſis uitã,ſtatim nobis æmulatio uirtutis uiri acceſsit,& morũ illa manſuetudo admirabilis ac prædicanda unicuiq; uiſa eſt. Reliquis enim hominibus ex uer-

borum

borum incremẽto encomia cõflantur. Iuſtis uerò ſufficit rerũ ab ipſis perpetratarũ ueritas, ad excellentẽ ipſorũ uirtutẽ demonſtrandã. Quare quum uitas eorũ, qui in pietate honeſtè perſeuerarũt receſemus, glorificamus primũ Dñm per ſeruos: laudamus aũt iuſtos per teſtimoniũ eorũ quæ nouimus, populũ uerò per honeſtorũ factorũ narrationem exhilaramus. Nam exhortatio ad temperantiã, eſt uita ipſius Ioſeph: & inuitatio ad fortitudinẽ, eſt hiſtoria Sampſonis. Non igit̃ encomiorũ legẽ diuina doctrina nouit, ſed teſtimoniũ factorũ pro encomijs reputat, uelut & ſanctis ad laudem ſufficiens, & cõtendentibus ad uirtutẽ ſatis utilitatis præbens. Encomiorũ enim lex eſt, patriam perſcrutari, & genus inquirere, & educationẽ recenſere: uerùm noſtra lex uicinorum mentione prætérita, à proprijs unicuiq; teſtimoniũ prębet. Quid enim ego ex hoc pręclarior ſum, ſi urbs aliquando grauia & magna certamina ſuſtinuit, & ſplendida de hoſtibus trophęa erexit? Quid uerò ſi ſitũ opportunũ habet, ut & ad hyemẽ, & ad æſtatẽ cõmoda ſit? Si uerò eadẽ etiã uirorũ ferax ſit, & ad pecora alenda ſufficiens, quæ mihi ex his utilitas? Sed & equorũ gregibus omnes ſub ſole terras ſuperat. Quid igitur hæc in humana uirtute meliores nos facere poſſunt? Aut fortaſsis etiã uicini montis apices exponentes, quõ nubes tranſcẽdunt, & ꝙ longiſsimè in aerem porriguntur, noſipſos fallimus, tanq̃ uiris per hæc laudem tribuamus. Maximè omniũ ridiculũ eſt, quum totus mundus à iuſtis contemptus ſit, nos ex paucis eorum quę ab ipſis contempta ſunt, encomia ipſis perficere. Sufficit igit̃ memoria ad utilitatẽ perpetuam. Nõ enim illis opus eſt additamẽto in gloriã, ſed nobis uiuentibus neceſſaria eſt memoria propter imitationem. Quemadmodũ enim ignem ſua ſponte ſequitur fulgor, & unguentũ gratus odor: ſic bona opera neceſſariò ſequitur utilitas. Quanquam neq; hoc paruũ ſit, ueritatem eorũ quæ tunc facta ſunt exactè aſſequi. Obſcura eñ fama ad nos peruenit, fortia uiri facta in certaminibus conſeruans. Et ſanè res noſtra quodammodo ad pictores ſimilitudinem habere uidetur. Nam illi ubi ex imaginibus imagines tranſpingũt, plurimum ab archetypis ac exẽplaribus, uelut uerisimile eſt deficiunt: & nos qui ab ipſo rerum ſpectaculo abfuimus, periculũ non paruũ eſt, ne ueritatem imminuamus. At quia inſtat nobis dies memoriã ipſius martyris afferẽs, qui ſplẽdidè in teſtimonijs pro Chriſto decertauit, dicamus quæ nouimus. Hic natus quidẽ eſt ex urbe hac, unde etiam magis ipſum diligimus, propterea ꝙ proprius hic eſt noſter ornatus. Quemadmodum.n. fructuoſæ plantæ fructus quos produxerunt, propriæ terræ proponunt: ſic etiam hic ex noſtræ terræ utero progreſſus, & ad ſummã gloriæ altitudinem euectus, patrię quę ipſum produxit ac educauit, propriorũ pietatis fructuũ fruitionem largitus eſt. Pulchri equidẽ ſunt etiam fructus externi, ubi ſuaues fuerint ac boni alimenti: multo tamen iucundiores ſunt externis noſtrates ac uernaculi, ſupra fruitionẽ, amplius etiam ornamẽtum quoddã per propinquitatẽ nobis largientes. Electus aũt fuit ac conſcriptus in illuſtris militię numerũ, ita ut centũ militum magiſtratus ipſi cõcreditus fuerit, & corporis robore ac animi fortitudine inter militũ delectũ ſplẽdidus extiterit. Quãdo ſanè eius temporis tyrannus, amaritudinẽ ac crudelitatẽ animi uſq; ad Eccleſię bellum extendit, & manũ inimicã Deo contra pietatẽ ſuſtulit: mandata aũt ubiq; ac edicta ꝓpoſita erãt per totũ forũ omneſq; inſignes locos, ut ne adoret̃ Chriſtus, aut pœna ſit ſtatuta mors adorantibus. Et præceptum erat ut omnes idola adorarent, & lapides ac ligna ſculptura artis efformata deos putarẽt: aut ſi quis nõ id crederet intolerabilia pateretur. Cõfuſio aũt & turbatio erat per totã urbem, & excurſiones militares cõtra pios, pecuniæ diripiebantur, plagis corpora Chriſtianorũ cędebantur, mulieres trahebantur per omnẽ ciuitatẽ, non iuuentus miſericordiã reperit, non ſenectus uenerabilis erat: ſed qui nihil mali fecerant, maleficorum ſupplicia ſubibant, carceres captiuis replebantur, deſertæ erant domus opulentorũ, ſolitudines refertę erant profugis. Crimen autem eorum qui hæc patiebantur, erat pietas ipſa. Et pater prodebat filiũ, & patrem filius indicabat: frater contra fratrem inſaniebat, & ſerui aduerſus dominos ſuos inſurgebant. Nox uerò quædam atra uitã occupauerat, omnibus ſe mutuò ignorantibus ac nõ cognoſcentib. ex inſania mentib. ex diabolo immiſſa. Diruebantur ædes orationis à manibus impiorum, euertebantur altaria, & non erat oblatio neq; ſuffitus, nõ locus ſacrificandi: ſed triſticia horrenda, uelut nebula omnia occupabat: expellebant̃ Dei miniſtri, conſternatus erat

Gen. 41.
Iud. 14.

erat totus pietatis chorus. Dæmones autem choreas ducebant, nidoribus ac ſanguine omnia cōtaminantes. Tunc ſanè generoſus hic, anteuertens iudiciorū neceſsitatē, abiecta zona, extorris erat, contempta poteſtate, contempta gloria, diuitijs omnigenis, cognatis, amicis, famulis, uoluptate uitę, omnib. quorū ſtudio homines tenent, ad profundiſsimas ac hominib. imperuias ſolitudines profugit, uitā cum feris manſuetiorē ſocie-
4.Reg.1. tate cum idolorū cultoribus ducens. Iuxta æmulatorē Heliam, qui ubi uidit inualeſcentem Sidoniæ idololatriā, ad montem Choreb profugit, & in ſpelunca degebat quærēs Deum, donec uidit deſideratū, quantū homini uidere poſsibile eſt. Talis erat etiā Gordius, ubi fugiſſet tumultus ciuiles, turbam forenſem, magiſtratuū ſuperbiā, forum iudiciale, calumniatores, uendētes, ementes, iurātes, mentiētes, turpiloquiū, facetias, & reliqua quæ uelut paruas nauiculas populoſę urbes poſt ſe inſtar magnarū nauiū trahunt: purgatis auribus, purgatis oculis, & præ omnibus corde purgatus, quo Deum uidere poſsit, & beatus fuerit, uidit per reuelationes, didicit myſteria non ab hominibus, neq; per homines, ſed magnū habens doctorem ſpiritū ueritatis. Vnde quū perueniſſet ad cōſideratione uitæ, ꝙ inutilis ſit, quàm uana, ꝙ omni ſomnio ac umbra uilior & imperfectior, irritatus eſt uehemētius ad ſupernæ uocationis cupiditatē. Et uelut athleta ſentiens ſeipſum ſufficienter exercitatū & unctum ad certamen ieiunijs, uigilijs, orationibus, aſsidua & indeſinēte meditione oraculorū ſpiritus: obſeruata hac die, in qua tota ciuitas publicā dæmoni bella amanti, ipſi uidelicet Marti feſtiuitatē celebrās, ſpectacula occupauerat, certamen equeſtre ſpectans. Poſtquā igitur totus populus in theatro collectus erat, nō Iudæus aberat, nō Græcus: ſed & Chriſtianorū multitudo nō pauca ipſis ammixta erat, qui incautè uiuentes, & cum cōcilio uanitatis deſidentes, & coitiones malignantium nō declinātes, etiam tunc aderāt ſpectatores celeritatis equorū & experiētiæ aurigarū: quin & ſeruos dimiſerāt domini, & pueri ex ludis literarijs ad ſpectaculum cōcurrebāt. Aderant etiam fœminæ plebeiæ ac ignobiles. Refertū autem erat ſtadiū, & omnes iam ad ſpectaculum certaminis equorum intenti erant. Tunc ſanè generoſus ille, & magno animo ac ingenti ſpiritu prææditus, ex montib. in theatrum deſcendens, propter populum nō expauit, nō reputauit quot aduerſariorum manib. ſeipſum immitteret, ſed intrepido corde & elato ſpiritu, pręteritis his qui ſtadium obſidebant, uelut petræ frequentes aut multæ arbores eſſent, in medio cōſtitit: confirmās Pa-
Pro.28. rœmiaſtæ dictum, Quòd iuſtus uelut leo cōfiſus eſt. & adeò incōſternato erat animo, ut in illuſtri theatri loco cōſtitutus, immobili dicēdi libertate exclamarit illam uocem,
Eſa.65. quam uſq; in hunc diem aliqui ſunt qui audierunt: Inuentus ſum me non quærentibus, cōſpicuus factus ſum me nō interrogantibus. Oſtendens per hæc uerba, quòd nō per neceſsitatem ad pericula perductus fuerit, ſed uoluntariè ſeipſum ad certamen obtulerit, imitatus Dominū: qui quum in tenebris noctis à Iudæis nō cognoſceretur, ſeipſum indicauit. Statim quidem igitur theatrum inopinato ſpectaculo in ſe cōuertit: uir horrido inſtar ferarum aſpectu, propter diuturnā in montibus uitam, ſquallidum habens caput, profundā barbam, ueſtitum ſordidum, totum corpus induratū, baculum geſtans, & peram alligatā habens: quæ omnia decorabat gratia quædā clandeſtinè ipſum illuſtrans. Vt igitur cognitum eſt quis eſſet, ſtatim clamor permixtus ab omnibus exortus eſt, cōſortibus quidem fidei præ gaudio plaudentibus: hoſtibus uerò ueritatis iudicē ad cædem ipſius concitantibus, & præcōdemnantibus ad mortem. Omnia igitur clamore ac tumultu plena erant, neglecti ſunt equi, neglecti aurigæ: curruum oſtentatio inanis ſtrepitus erat: nullius oculus ad aliud intentus erat, quàm uidere Gordium: neq; ulla auris aliud audire ſuſtinebat, quàm illius uerba, & clamor cōfuſus uelut aura per totum theatrum penetrans, equeſtrem circum ſonitu tranſgrediebatur. Poſtquam uerò ſilentium per præcones imperatum eſt, conſopitæ ſunt tibiæ, conſiluerunt uarij concentus inſtrumenta, audiebatur Gordius, ſpectabatur Gordius. Et ſtatim rapiebatur ad principem iſthic alicubi ſedentem, & certamen diſponentem. Et nunc quidem miti ac manſueta uoce, quis & unde eſſe ipſum percunctabatur. Vbi uerò dixit patriam, genus, ſpeciem dignitatis in qua erat, cauſam fugæ, reditum: Nimirum adſum, inquiens, opere ipſo & ueſtrorum pręceptorum contemptū, & fidem in Deum, in quem ſperaui oſtēſurus, nam audiui, inquit, te multos crudelitate ſuperare. Itaq; hanc temporis occa-
ſionem

ſionem uelut cõmodã ad cõcupiſcentiã meam explendã elegi. His ſanè uerbis princi-
pis animũ ad iram, uelut rogũ incẽdit, & totã inſaniã uiri in ſeipſum excitauit. Et uoca,
inquit, lictores. Vbi laminę plumbeę? ubi flagra? in rota extendatur, in ligno torqueat,
afferantur ſuppliciorũ inſtrumenta, ferę beſtię, ignis, gladius, crux, paretur foſſa. At.n.
quantum lucrũ aufert, inquit, ſceleſtus ille ſemel tantum moriens. Quale igitur damnũ
patior, inquit Gordius, præoccupans fermè illius ſermonẽ, non potens ſæpe pro Chri-
ſto mori. Ille uerò ad naturalem ſæuitiam adhuc crudelior euadebat, ad dignitatẽ uiri
reſpiciens, propriã ignominiã ducens ingentẽ mentis inſolentiã: & quanto magis cor-
inconſternatum uidebat, tanto magis efferebatur, & contentioſior erat ad uiri conſtan
tiam per pœnarum excogitatos cruciatus ſuperandã. Et ille quidem hæc faciebat. Hic
uerò ad Deum reſpiciens, ex ſacris pſalmis animæ ſuæ incinuit dicens: Dñs mihi adiu- *Pſal. 117.*
tor, nõ timebo quid faciet mihi homo. Et hoc: Non timebo mala, quoniam tu mecum *Pſal. 22.*
es. Et quęcunq; his cognata inuitantia ad fortitudinẽ, ex ſacris oraculis edoctus erat:
tantumq; abfuit ut minis cederet ac conſternaret, ut etiam prouocaret in ſeipſum ſup-
plicia. Quid cunctamini, inquit, quid ſtatis? lanietur corpus, torqueantur membra, pu-
niantur prout uolueritis. Ne mihi inuideatis beatam ſpem. Quãto magis augebitis ſup
plicia, tanto maiorem mihi retributionẽ parabitis. Contractus nobis ſunt hæc ad Do-
minum, pro uibicibus in corpore eminẽtibus, lucidũ indumentũ nobis in reſurrectio-
ne effloreſcet: pro ignominia, coronæ: pro carcere, paradiſus: pro cõdemnatione cum
maleficis, cõuerſatio cum angelis. Seminate multa in me, ut multiplicẽ fructũ metã. Vt
aũt horrẽdis ſupplicijs ipſum abſtrahere nõ poterat, & res impoſsibilis erat, mutata ſen
tentia blanditijs aggreſſus eſt. Tales ẽm ſunt inſidiæ diaboli: timidũ perterrefacit, fortẽ
emollit: quales ſanè erant etiã tunc uerſutię malefici illius. Quũ ẽm uideret ipſum nihil
cõcedere minis, fraudibus & ineſcationib. ipſum circũuenire tentabat, & munera pro-
mittebat, partimq; dabat, ac partim à rege uẽtura pollicebat, claritudinẽ in militia, pe-
cuniarũ cenſus, omnia quæ uellet. Vbi uerò non ſuccederet experimentũ, nam quum
audiuiſſet promiſſa beatus ipſe, dementiã ipſius deriſit, ſi quid putaret regno cœlorũ
æquiparandũ ſe daturũ eſſe: tunc uerò intolerabili ira incãdeſcebat, & gladiũ denuda-
bat, & lictorẽ producebat, & manu ac lingua, cæde ſe cõtaminans, beatũ morti adiudi
cauit. Porrò totum theatrũ ad hunc locũ trãſiuit, & qui reliqui erant in domibus extra
muros effuſi, magnũ illud & cõtentioſum ſpectaculũ uidebant, quod & angelis & om
ni creaturæ admirandum erat, diabolo luctuoſum, & omnibus dæmonibus horrendũ.
Vrbs incolis euacuata eſt, multitudine aceruatim, uelut fluxione aliqua, in locũ hunc
transfluente. Nõ fœmina ſuſtinuit à ſpectaculo abeſſe, nõ uir obſcurus aut illuſtris: cu-
ſtodes domorũ cuſtodias deſerebant, inconcluſæ erant mercatorũ officinæ, res uena-
les per forũ diſperſæ erant: una omniũ cuſtodia ac ſecuritas erat, omnes æqualiter urbẽ
exijſſe, & neq; maleficum aliquem intra muros permanſiſſe. Relinquebant ſerui domi
norum miniſteria, & quantum externi ac uernaculi populi erat, hoc loco apud uirum
illum aderat. Tunc etiam uirgo maſculorum oculis ſe exponere auſa, & ſenex, & infir-
mus debilitatem domantes, extra muros erant. Iam uerò per mortem ad uitam conten
dentem beatum illum, circũſtantes amici conſolabantur ac amplectebantur, & poſtre
mum conſalutabãt, & calidis propter ipſum lachrymis effuſis precabantur, ne ſeipſum
igni traderet, ne iuuentutem ſuam conſumeret, ne iucundum hunc ſolem relinqueret.
Alij uerò cõſilijs probabilibus decipere ipſum conabantur. Verbo ſolo dicas abnega-
tionem, in anima uerò ſerua fidem prout uolueris. Omnino.n. non linguę Deus inten
dit, ſed loquentis menti. Hoc enim modo cõtinget tibi, ut & iudicẽ mitiges, & Deum
propitium habeas. Ipſe uerò inflexibilis ac indomitus erat, & nullo tentationũ impetu
uulnerari poterat. Cõparare poſsis mentis ipſius immobilitatẽ domui prudentis, quã
neq; uentorũ intolerabiles uiolentiæ, neq; uehemens imber ex nubibus erũpens, neq;
torrentes circum circa impetentes, cõmouere poſſunt, propter petræ ſecuritatem. Ta-
lis erat uir, inconcuſſum fidei in Chriſtum firmamentum conſeruans, uidens ſpirituali-
bus oculis diabolum circumcurrentem: & alium quidem ad lachrymas incitantem, alij
uerò ad perſuaſiuã ueriſimilitudinẽ cooperantẽ. Et plorantibus quidem, illud Domini
uerbum dixit: Ne ploretis propter me, ſed flete ſuper hoſtes Dei, qui talia contra pie- *Luc. 23.*
tatis

tatis cultores audent: & qui per hanc flammã qua nos exurũt, ſibijpſis gehennæ ignẽ lucrifaciunt. Deſinite flere, ac cor meum emollire. Ego.n. nõ ſolum ſemel mori paratus ſum pro nomine Domini Ieſu, ſed etiã ſexcẽties, ſi id poſsibile eſſet. At uerò his qui ab/negationẽ per linguã conſulebant, ſic reſpõdebat: Quòd lingua creata à Chriſto nõ ſu
Rom.10 ſtinet aliquid loqui cõtra conditorem. Corde.n. credimus ad iuſticiã, ore uerò confite/mur ad ſalutẽ. Num.n. militaris ordo ad ſalutẽ reprobatus eſt? num nullus centurio pi/
Mat.27. us? Recordor primi centurionis, qui adſtans cruci Chriſti, ex miraculis potentiã agno ſcens, dum adhuc calidum eſſet Iudæorũ facinus, nõ timuit iram ipſorũ: neq; uerò ſub/traxit ſe à cõfeſsione ueritatis, ſed cõfeſſus eſt & nõ negauit, q uerè Dei filius erat. No ui etiã alium centurionẽ, qui Dominũ adhuc in carne cognouit, quòd Deus eſt & rex uirtutũ, & ſolo præcepto potens emittere auxilia indigẽtibus per miniſtratorios ſpiri/
Mat.8. tus. Cuius etiã fidem Dominus maiorẽ totius Iſrael pronunciauit. Cornelius uerò non centurio exiſtens, uiſione angeli dignus factus eſt, & poſtremum per Petrũ ſalutẽ aſſe/quutus eſt? Eleemoſynæ enim ipſius ac preces exauditæ ſunt apud Deum. Illorũ diſci/pulus eſſe uolo, quõ igitur negabo Deum meum, quem à puero adoraui? non aũt hor reſcet cœlum ſuperne? nõ obtenebrabunt propter me ſidera? terra uerò me omnino ſuſtinebit? Ne erretis, Deus naſo nõ ſuſpẽditur. Ex ore noſtro nos iudicat, ex ſermoni/
Matt.10. bus iuſtificat, ex ſermonibus condemnat. Non legiſtis horrẽdas Domini minas? omni/rum: Qui me negauerit coram hominibus, negabo & ego ipſum corã patre meo qui in cœlis eſt. Qua uerò gratia me etiã hæc ſimulare cõſulitis? quo mihijpſi aliquid ex tali arte cõparem? ut paucos dies lucrifaciã? at totius æui damnum patiar. quo effugiã car nis afflictiones? at non uidebo bona iuſtorũ. Inſania manifeſta eſt cum artificio perire, cum aſtutia & dolo æternũ ſuppliciũ ſibijpſi procurare. Sed & uobis cõſulo, ſiquidem
Eph.2. malè ſentitis, mutata ſentẽtia pietatẽ diſcite. Si uerò pro temporis occaſione ſimulatis, depoſito mendacio ueritatẽ loquimini. Dicite quia Dominus Ieſus Chriſtus eſt in glo ria Dei patris. Hãc.n. uocẽ õmis lingua emittit, quũ in nomine Ieſu omne genu flectat, cœleſtiũ ac terreſtriũ & infernorũ. Mortales ſunt omnes homines, martyres uerò pau/ci. Ne expectemus ut mortui fiamus, ſed à uita ad uitam tranſeamus. Quid ſpontaneã mortẽ expectatis? infrugifera eſt, nullius quæſtus, cõmunis brutis & hominibus. Nam qui p generationẽ ad uitã peruenit, eũ aut tẽpus cõſumit, aut morbus diſſoluit, aut uio/lentiores caſuũ neceſsitates corrũpunt. Quũ igit̃ omino mori oporteat, uitã nobiſipſis per mortem ꝓcuremus, uoluntariũ facite id quod eſt coactũ. Ne parcite uitę, cuius ne/ceſſaria eſt priuatio. Atqui etiamſi terreſtria ſimilem perpetuitatẽ haberent, oportebat tamen illud ſtudio habere, ut ea cum cœleſtib. permutaremus. Nunc quũ breui tẽpore durent, & dignitate tantò ſint inferiora: ingens inſania eſt, ob horũ ſtudiũ à beatitudi/nibus in ſpe repoſitis excidere. Hæc loquutus, ubi ſe crucis figura circũſcripſiſſet, pro/cedebat ad plagam, nihil immutato colore, neq; quicquam alterata faciei alacritate. E/rat enim affectus, non ut qui in lictoris manus deuenturus eſſet: ſed uelut angelorum manibus ſeipſus cõmiſſurus, qui ſtatim ipſum recens mactatũ aſſumptum, ad beatã ui/tam uelut Lazarum tranſlaturi eſſent. Quis illius populi clamorem enarret? Quod to nitru tantum ſonitum ex nubibus in terram demiſit, quantus tunc ex infernis ad cœlũ delatus eſt? Hoc eſt ſtadium coronati illius athletæ. Hæc dies admirandũ illud ſpecta/culum inſpexit, quod non obſcurauit tempus, non diſſoluit conſuetudo, non uicit ſuc cedentium exceſſus. Quemadmodum.n. ſolem ſemper intuentes, ſemper admiramur: ſic etiam uiri illius memoriam ſemper recentem habemus. In memoria enim æterna e/rit iuſtus, & apud eos qui in terra ſunt donec terra eſt, & in cœlis, & apud iudicem iu/ſtum, cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

DIVI BASILII MAGNI HOMILIA IN SANCTOS quadraginta martyres.

MARTYRVM memoriæ quæ ſatietas eſſe poteſt ei, qui martyres amore ꝓſe/quitur? Propterea quòd honor quem bonis conſeruis exhibemus, beneuo lentiæ erga communem Dñm ſignificationem de ſe præbet. Manifeſtũ eſt enim, quòd is qui generoſos uiros amore cõplectit̃, in ſimilib. tẽporis imi/tatione inferior non erit. Lauda ingenuè eum qui martyrium pertulit, quo fias marty uoluntate

errat in pag. 2 ... 229.

poteſt quę uult facere. Et alibi. Deſiderium eunuchi eſt de uirginare puellam. Etſi eñ ma Eccle. 20
trem, inquit, propter ſterilitatem non facit, tamen de uirginare ipſam cupit: profectò non
conuenit ob caſtitatem laudari eos qui mẽbra reſecant. Neq; enim equos ut non cornu-
petas laudamus, ſed hos quidem ſi non calcitrant laudabimus, boues uerò non cornupe-
tas ob manſuetudinem ſimiliter amplectemur. Non enim in quo quis nõ potens eſt, ſed
in quo potens exiſtens, potentia non ad iniuſticiam utitur, admirationi eſt. Si uerò putãt
partium reſectionẽ, ad animæ à peccatis integritatem cõferre, eruant etiam oculos multa
pręter rationem uidentes. Amputent item manus ſimulq; pedes. Obturent itidem aures,
ut nulla harũ partium inſtrumentũ peccati fiat. Aut ſi hoc quidem abſurdum ac furioſum
eſt, tota membra undiq; reſecare, & inſtar trunci quod dici ſolet, reliquũ corpus ſimplici-
ter inutile unà cum cauſa abijcere, & tamen antegreſsis per membra imaginationib. men
tem peccare: certe oportet ea uelut formata ſunt ſinere, & iuxta ſuperius habitum ſermo-
nem, omnia membra prudenti ratione gubernare, ita ut non neceſsitatis, ſed noſtri pro-
poſiti uirtuoſum factum, hoc bonum faciamus. Porrò non de omnibus in uniuerſum eu-
nuchis ea quæ produximus diximus, ſed de his qui ut poteſtatem ſibijpſis procurarent,
prout uolunt cum fœminis conuerſandi, ſeipſos abſurde execuerunt: & in ſumma de his
qui conuerſationes cum fœminis perſequunt̃, hæc dicimus. Nouimus enim φ uelut uiri
ſancte contingunt fœminas, ſic etiam eunuchi ex illata ipſis inuitis in corpus caſtratione,
ubi etiam uoluntaria animę caſtratione per temperantem cogitationẽ ſeipſos caſtrarunt,
pure cum fœminis conuerſantur. Verùm ſinceritatis ſimulq; impollutæ integritatis gra-
tia teſtamur, quod ſicut uiri qui libentius cum fœminis conuerſantur, meritò turpes ſuſpi
ciones contra ſeipſos excitant, Ita & eunuchi in fœminarum contubernijs deliteſcere ſtu
dentes, nõ puros ſe à ſuſpitionib. exoluunt. Qui eñ conuerſationem ad fœmineũ genus
non indifferentem, ſed alacriorẽ faciunt, non abſurde à præexpoſitis naturæ cogitationi-
bus peiorem φ uiri notam incurrerint. Nam in illis poteſtas facultatis præ oculis ponens
ipſis effectum peccati, timore ruinæ ipſos à peccato in uoluntate poſito retrahit ac deter-
ret. In his uerò impotentia efficiendi quod uolunt, audaces ipſos ad concupiſcentiæ frui-
tionem reddens, peccatum ex uoluntate in ipſis adhuc amplius accẽdit. Et nemo cauille
tur in ſermonem meum, uelut qui præter decorum morũ uirgineorũ, ſed altius ad ſpecula
tionem naturæ maſculi immittat. Primum quidẽ quod nulla adeò ſtulta uirgo eſt quæ cor
pore pubeſcit, ut aliquid ignoret ex his quæ in natura illius ſunt, de cuius latere auulſa eſt.
Quandiu enim imperfecta ac immatura ad naturalem actionem ſunt membra corporis,
& lex ſanè peccati ocium agit: fortaſsis etiam ignorantiã naturalis actionis mẽbris adeſſe
quis dicere poterit, etiamſi quam maximè natura ſua ſponte ad id quod ſuum eſt uadit: ue
lut in brutis uidere eſt, quæ ex per ſe docta natura, ſtatim ad coitus recta coniectatione ſe
runtur. Quin & pueri deprehenſi ſunt immaturis membris uirilẽ coitũ imitantes. Poſtq;
uerò ad pubertatem peruenerint hi, & idonei ad effectũ ad quẽ à natura diſpoſiti ſunt, cõ
ſpecti fuerint, ſtatim lex peccati ingredit̃, ſanciens quidem unicuiq; mẽbro actionem, op
pugnans aũt membra legis mente et captiuans lege peccati per membra oẽs homines. Et
nemo ſanè ex his qui membrorum doctorẽ legem habent, ignorantiã peccati ad quod à
natura aptus eſt, prætexere poterit: ſed & labia nouerunt ad quem uſum in re amatoria
producta ſunt, et unũquodq; mẽbrum in tantũ diuerſi generis membrũ cognoſcit quan-
tum ſeipſum ſecundum naturã nouit. Nam ne concupiſceret quidẽ mẽbri actionẽ, ſi igno
raret naturã ipſius uſumq; ac utilitatem. Quare minimè reprehendi merẽtur, qui id quod
ſcitur apud uirgines, ſilet̃ aũt propter neceſsitatẽ, opportune explicãt. Deinde quod eti-
amſi ignorãt maſculi naturam, ut ne hæc ipſa ignorãtia ineſcatio fiat ipſis peccatis, nõ ab-
ſurde ad ipſarum ſecuritatem, naturam prout ſe habet cõſiderauimus: quo ſicut ſimplices
ſunt uelut columbæ, ita etiam uelut ſerpentes prudentes exiſtentes, omnem contra in-
tegritatẽ ſuam iniuriã, ex inſita doctrina cõmonefactæ deuitent. Ad hæc quod quum cõ
munis uirginitatis purgatoriũ ſermonem faciamus, ſicut uirginibus, ita etiam maribus be
neuolentiam debemus. Et amplius, ſicut illis & quod nociuum, & quod utile eſt oſten-
dimus: ſic etiam his oſtendere debemus, ut ne nomini caſtrationis intendentes, in con-
trarium excidant, uerùm gnari peccati ex iniqua partiũ reſectione, & cognito eunucho
qui à Dño laudatur, mente quidem proficiant ad ueram caſtrationẽ, à temerario uerò ad

exectionem membrorum impetu, ad quem ſemper tempore ꝓgrediente plures abſurdè
accedunt, per orationem noſtram adſtricti prudenter reprimantur. Si igitur tanta dili-
gentia ac ſinceritate uitam deget ea quę reuera uirgo eſt, ab omni quidem cõtactu maſcu
li ſeipſam penitus puram cuſtodiet. Sed & cum fœmininis dormiens, ad ſeipſam conuerſa
in cœlo mentem habebit, & hac tota extra corpus penitus cõſtituta, eadem dicet cum eo
2.Cor.12 qui dicit: Noui meipſam ſiue in corpore non noui, ſiue extra corpus non noui, Deus no-
uit ꝙ rapta ſum in paradiſum, & audiui arcana uerba. Omnino em̃ ubi uigilantem ipſius
erga ipſum amorem ſuperne ex cœlis ſponſus uidet, & ꝙ tenebras noctis nõ occaſionem
peccati, ſed meditationis diuinæ ad ipſum conuerſatiõis facit, circundata quidem noctis
tenebris ad hoc ut ne ſenſus ab externis infeſtent: illuminata uerò luce ſponſi, totam men
tem, & illius facem per totam noctem ſedulo in occulto ornans: rapiet etiam hanc merito
uſq; ad tertium cœlum in paradiſum, & dicet ipſi talia quę his qui adhuc in corporib. ſunt
arcana pronunciata ſunt. Illa uerò in tantum progreſſa, ut non ſciat de cętero, ſiue in cor-
pore, ſiue extra hoc uitam habeat, in myſterio diſponetur, ubi ſanè etiam omnem uirginũ
chorum reperiri uolens ac optans, ad prę ſeruationem earum quę uirginitatis pulchritudi
nem polluunt, relata recenſui: non ut ex horum cõſideratione diſcamus, quõ oporteat ad
nocentia lapſare, ſed ut lapſuum modum edocti, uideamus quõ oporteat ab his reſilire, i-
pſosq; declinare. Neq; enim eos qui artem medicam tractant & exercere ſtudent, præce-
ptores, uenena omnia, & in totum quę morbifica ſunt cõſiderantes, ad horum uſum ipſos
exhortantur, ut rerum nociuarum cognitiõe ad malitiam animo inſtructi, ꝓ medicis uitæ
corruptores ac peſtes euadant: ſed ut corruptoria noſtræ naturalis facultatis medicamẽta
edocti, oppoſitis quidem medicamentorũ cõpoſitionib. præſeruent: id uerò quod forte
corporib. accidit per ſcientiam tollant. Quum igitur iuxta triplicem caſtratiõis modum,
tres uiæ ſint quas Dñs noſter oſtendit, ad uirginitatẽ nos ducentes, per quam uult, inquit,
Mat.19 qui poteſt procedere procedat. Laudabilis equidẽ eſt & quę per alterã ex primis duab.
iter ad hanc facit. Beatior aũt eſt ea quæ per meliorem currit. Omnes uerò per quãcunq;
uiam ad hanc proficiſcentes, æqualiter immaculatã in uia integritatem prouideant, ut ab
omni macula puram ſponſam ſponſo adiungentes, beneficijs ac gratijs ipſius ſplen-
didius in cœlis fruantur. Hęc tibi ô ſacrum caput, ad conſiderationem uerę in uirginitate
pulchritudinis, prout temporis occaſio indulgebat conſcripſi: non ex diuinis ſolum, ſed
iuxta ſapientiſsimum Paulum, qui omnẽ intellectũ ad obedientiã Chriſti nos uult capti
uare, etiam ab externis omnem Chriſti diſcipulum ad continentiã cõmoueri uolens. Nã
& Grę corum ſapientes, tum uoluptatis multiplicitatem, tum pugnam aduerſus hanc, per
2.Cor.10 fabuloſum figmentum nobis inſinuantes, Hydram generalem in corpore uoluptatem, re
ptile quoddam multiforme in palude deliteſcẽs, naturę rationem ſequentes cõfinxerunt.
Atq; huius quidem caput ſimpliciter abſciſſum, triplicia pro uno producere tradiderunt:
uerùm ſi cauterio abſciſſum eſſet, in totum ſapienter tolli ac occidi oſtenderunt. Nam
quum uniuerſalis uoluptas, in carnis materiali natura, uelut ingens quoddã reptile in pa-
lude ſemper deliteſcat, & per unumquenq; ſenſum, uelut unum quoddã peculiare caput
ex profundo, per uiſum & guſtum & reliquas multiformes uoluptates exerat, ſi per frui-
tionem & ſacietatem, inquiũt, iucũditatis in ipſa, unũquodq; caput reſecare uoluerimus,
non magis id quod apparuit reſecabimus, q̃; plura pro uno per hunc ſectionis modum
germinare faciemus. Si uerò per continentiam uelut cauterem, id quod cõparuit excide
rimus, ipſum in totum ſapienter tollemus, ita ut nullum amplius germẽ producere poſsit.
Qui enim uoluptatem in guſtu, inquiũt uerbi cauſa, iocunditate ac ſacietate ipſius tollere
uult, non magis hanc tollit, q̃; per fruitionem, petulantiorẽ ſemper ad id quod cõcupiſcit
efficit. Qui uerò non dando quod ipſi iucundum eſt, per continentiã uelut ignẽ hanc ca
ſtigat, ut ne ea quæ cõcupiſcit conſequatur, inefficacẽ & exciſam ipſam penitus oſtendit.
Et ſuperfluus, inquiunt, imò potius iniuſtus eſt ille ſermo qui in uniuerſum pronunciat:
Quod paratum eſt ad poteſtatẽ, tardum eſt ad cupiditatem: tarda etenim eſt, uerbi gratia,
uoluptas in guſtu ad illud cuius fruendi poteſtatem habet. Verùm poteſtatẽ habere, & in
temperanter quibus uult ſemper frui edocta, proterua in poteſtatem, ad omne quod con
cupiſcit multiformiter fertur. Quapropter nõ ſic, inquiunt, unũquodq; uoluptatis caput
ſecare conuenit, ſed ut ne quod iucundum eſt per tolerantiam exhibeamus. Porrò diuina
doctrina

doctrina uitulum pro ſacerdotio apud ſapientiſsimum Moſem mactans, per mēbra quæ in totum exuruntur, exercitationis modum naturaliter oſtendit, iecoris quidem partem inferiorem & non totum iecur, & uentris qui ipſum integit adipem, & non ipſum uentrē: de renibus uerò non ſolum adipem, ſed etiam ipſos unà cum adipe renes in totum exuri præcipiens. Quòd cum iecur organum cōcupiſcētiæ ſit, unde etiam de eo qui male ad cōcupiſcentiam uulneratus eſt dictum eſt: Eris ſicut ceruus iaculo ictus in iecur: infimam iecoris partem peculiarem ad peccatum cupiditatē, in qua etiam fel reperitur, totam exurere conueniat, reliquam uerò puram à felle ac praua concupiſcentia, ad bonorū cupiditatem ſecundum naturā ſeruare: uentris aūt ſuperfluo, unde ad brutam teneritatē pingueſcimus detracto, id quod neceſſarium eſt ſolum cuſtodire. In renibus aūt nō adipem ſolū, qui multam genituræ copiam ad petulātiam exſpumat, ſed etiā ipſos renes ſacrificare, naturaliſsime inquam, & de neceſsitate ad uitam, & de ſedulitate ad concupiſcētiam, & de puritate ad temperantiā, inſinuatione facta. Quandoquidē enim impoſsibile eſt citra alimentum in corpore uiuere, organum alimēti, uentrē inquā, nudum citra omnē guloſitatē relinquens, contegentem ipſum adipem rectè aufert. Rurſus quum fieri nō poſsit, ut nos aliquod bonum habeamus, ſi nō cōcupiſcentię uim naturalem ad ipſum poſsideamus, uitioſam quidē cupiditatis ſpeciē, uelut infimā iecoris partem unà cū felle abſcindit: bonū uerò genus cupiditatis ad uirtutes, purum relinquit. In renibus uerò, quoniā neq; ad uitam uelut uenter, neq; ad concupiſcentiā neceſſarij uidentur, particularē tantū ad coitum cupiditatem ſuſcipiētes, nō adipem ſolum horū, inquā, ſed etiā ipſos igni tradit. Nam poſſibile eſt abſq; renibus, hoc eſt abſq; nuptijs & uiuere, & uirginitatis uitam angelis æqualem iam hinc per uitam exercere. In quibus omnibus in omni ſapientia erudiri nos conuenit, ita ut & aduerſus totam uoluptatem, uelut aduerſus multorum capitum hydram ſapienter ſtemus, non ut habitu exſcindendi prominentia ſemper per ſenſus capita, ad plurium germinationem ipſa ſemper iritemus: ſed tolerātia & intenta cōtinentia ſolide exuramus, & corpora noſtra hoſtiam uiuentem cōplacentē Deo, uelut uitulum pro ſacerdotio offeramus: nūc quidem prauam cōcupiſcentiā, uelut iecoris imam partem, nunc uerò alimenti ſuperfluitatem, uelut adipem uentrē integentē, aliquādo aūt totam ſimul ad nuptiales mixturas concupiſcentiam, uelut renes unà cum adipe genituræ ſemina illis ſuppeditante, per diuinum continentiæ ignē cōſumentes. Quo iuxta propoſitū uirginitatis ſcopum, omni praua cupiditate, & omni uoluptate ſuperiores per exercitationem cōſpecti, propoſito ob certamina brauio ac præmio, & integritatis corona digni inueniamur, per Ieſum Chriſtum, per quem gloria patri cum ſancto ſpiritu in ſecula, Amen.

Leuit. 3

Prouer. 7

in sacrificant quo moraliter currit.

DIVI BASILII MAGNI DE PARADISO SERMO, Iano Cornario interprete.

PLANTAVIT Deus paradiſum in Edem ad orientes, & poſuit illic hominem quem formauit. Cogitemus dignam Deo plantationē, & paradiſum decentem elegantiam ac ſedulitatē talis ac tanti opificis. In ſuperiorib. dictum eſt, Producat terra herbam fœni, & lignum fructuoſum ſeminans ſemen faciens fructum. Si ex communibus lignis eſſet paradiſus, cōtineretur nimirū in prima generatione plantarum, & nihil opus habuiſſent ſelecta plantatione Dei, arbores nūc in paradiſo ab ipſo Deo plantatæ. Nunc uerò uelut diuerſæ, præter iam exiſtentia genera plantarum, à ſcripturæ uerbis oſtendunt hę arborū cōſtitutiones, quę in paradiſo ab ipſo Deo artificioſe factæ ſunt. Quēadmodū enim hominē ſelecta formatione, pręter reliqua animantia dignatus eſt, ſic etiam contuberniū hominis proprię manus ſuæ opus fecit, locum excellentem omnem creaturā, admirādę pulchritudinis, in illuſtri loco ſitum, nullas tenebras habentem propter altitudinē, et qui ab omībus ſiderū exortibus illuſtratur, illuminatum undiquaq;, temperiem ex tēporibus anni iucundiſsimā habentē, & qui luciſsimo aere illuſtratur. Illic igitur plantauit Deus, ubi non eſt uentorū uiolentia, nō temporum immodeſtiæ, non grando, non fulmina, non turbines, non ignes cœleſtes ſiue ſemiignita fulmina, non hyberna congelatio, non ueris humiditas, non ęſtiua caliditas, non autumnalis ſiccitas: ſed temperata ac pacifica concordia temporum inter ſe, unoquoque ipſorum propria pulchritudine ornato, & non à uicino inſidias admittente: quum neque æſtas uernales pulchritudines deuaſtet, neque æſtiui uel autumnales fructus præ ſenecta defluant,

Gen. 2

defluant. Tempora enim circum illum locum ſatis tripudiant, imò ſimul etiam cum præ-
cipuis bonis ſuis ſtipatim concurrerunt aeris iucunditates, æſtatis alimenta, autūnalis læ-
ticia, hyberna quies, terra pinguis, mollis, reuera fluens lacte & melle, ad fertilitatē apta,
quam uniuerſam perfluunt fœcundiſsimæ aquæ, reuera pulchritudinem inenarrabilē ex
hibentes. Tenues enim & pellucidæ ſunt aquæ, multā in aſpectu iucunditatem habentes,
maiorem uerò utilitatem ꝙ iucunditatē exhibētes. Prius igitur ipſum locū creauit Deus,
dignum excipiēdis Dei plantis. Deinde plantauit in ipſo omnigenas arborum pulchritu
dines, & gratiſsimum aſpectum, & iucundiſsimā fruitionē, per ipſas largitus. Quomodo
tibi euidenter ob oculos ponere potero patriam, ut teipſum ab exilio reuocet? Si prata
floribus referta iucundiſsimum ſunt ſpectaculum, horū ſpectaculum multò gratius men-
tis cogitatione imaginare. Hic roſa cum ſpina eſt, occultatā habēs iniucunditatē, per gra-
tiam tantum non teſtificans nobis, nempe iucunda uobis ô homines triſtibus ammixta
ſunt. Reuera enim nullum humanū bonum ſincerum eſt, ſed ſtatim triſticiæ læticijs affixæ
ſunt, nuptijs uiduitates, educationi liberorum ſolicitudo, procreationi bonorū filiorum
ipſorum amiſsio, claritudinibus ignomię, proſperitatibus detrimenta, delicijs ſacieta-
Gen.3 tes, ſanitatibus ægritudines. Florida eſt roſa, ſed mihi triſticiam inducit. Quotieſcunꝗ enī
uideo florem, peccati mei recordor, ob quod terra ad ſpinas ac tribulos ferendos damna-
ta eſt. Atꝗ hic quidem breuis eſt uernorum florum gratia, deſiderantes nos deſtituens.
Nondum enim decerpſimus, & in manibus noſtris emarceſcunt. Illic uerò florem non
ad breue tempus fulgentem, ſed durabilem iucunditatem habentē, gratum aſpectu, inde-
ſinentem delectationem præbentem, inſatiabilem fragrantiam reddentem, & coloris prę
ſtantia inſigniter coruſcantem, nō uentorū uiolentiæ exoluunt, non nouilunia tabefaci-
unt, non glacies congelat, non ſolis ardor comburit: ſed flatus moderatus tenuē ac iucun-
dam reſpirationem exhibens, leniter ac blandè ipſas afflans, roſarum gratiā à tempore in
uictam conſeruat. At uerò plantarum pulchritudines dignæ & ipſæ ſunt opificio ac plan
tatione conditoris, quæ ſarmentitiæ ſunt, & quæ fruticoſæ, uniſtirpes, multiramæ, altico-
mæ, circumuirides, folijfluę, folium ſemper continentes, quę nudantur, quæ ſemper ui-
rent, fructuoſæ, infructuoſę partim utilitatem reſpicientes, partim ad delectationem con
ferentes, omnes magnitudine ac pulchritudine prę ſtantes, umbroſę ramis, circumuirides
comis, turgentes fructibus, alijs aliam utilitatem ac uoluptatē prębentibus. Vniuſcuiuſꝗ
enim fructus multa quidem eſt gratia, maior aūt rurſus delectatione utilitas. Quomodo
tibi declarauero illius uoluptatis excellentiam? Si cōparauero his quę hic ſunt, iniuriam
magis facio per collationem, ꝙ ut tibi euidentiam ex ſimilitudine declarem. Omnia ſunt
perfecta, omnia matura, non paulatim aucta. Non enim ex flore ad uigorem augeſcunt,
ſed ex proprio uigore enata naturę effectus exiſtunt, non induſtriæ humanæ. Illic etiam
uolucrum omnifaria genera, tum pennarum flore, tum naturali muſica, admirabilē quan
dam delectationē ſe per ipſa uidentibus exhibent, ut per omnes ſenſus paſcatur homo:
dum alia uidet alia audit, alia contingit, alia olfacit, alia guſtat. Illic etiam animantium ua-
ria ſpectacula: omnia enim ſunt manſueta, omnia inter ſe moribus concordia, audiuntꝗ
ac loquuntur quæ probe intelligi poſſunt. Non horrendus erat tunc ſerpens, ſed mitis ac
manſuetus. Non horribiliter in terra proreptans ac uelut inundans, ſed altus ſuper pedes
Gen.3 gradiens. Illic poſuit hominem quem formauit. Alibi formauit, & illuc introduxit. Sicut
luminaria fecit Deus, & poſuit in firmamento: ſic etiam hominem formauit quidē limum
de terra, poſuit aūt in paradiſo. Nota uerò, quòd non dictum eſt, quem fecit, ſed quem for
mauit. Quem enim fecit, eſt quod ſecundum imaginem eſt, hic uerò incorporeus eſt. In-
corporeum aūt loco non circumſcribitur. Sequitur enim formationem ipſa factura, hoc
eſt, formationem anima. Simul enim eſt compoſitum ipſum, uerùm precedit quidem cor
porum locus, anima uerò conſequens eſt in loco, per habitum affectus erga corpus non
ex propria natura, locis in corpore circumſcripta. Num igitur exhilaraui te ex paradiſi
iucunditatibus, aut triſticia affeci potius per corruptibilium collationem? Omnino enim
mens quæ alta ac ſublimia & ſupermundana ſapit, nimirum conuerſationem in cœlis ha-
bens, & ad ſupernam reſpiciens promiſſorum dignitatem, cogitat ac meditatur audire ali
quid de his bonis quæ in promiſsionib. nobis repoſita ſunt, quæ neꝗ oculus uidit, neꝗ
auris audiuit, neꝗ in cor hominis conſcenderunt. Si oculus nō uidit, quis eſt qui enarret?
Si auris

Si auris non audiuit, quomodo tua ſuſcipiet? Si in cor hominis non conſcenderunt, quo-
modo mens noſtra capiet? Neq; corporalia eijcimus, & ſpiritualia inquirimus. Quem-
admodum enim in lege erat quidem & quod ſenſibile erat, uerum typum & figuram ſpi-
ritualis faciebat: ſic etiam paradiſum intelligimus quidem corporaliter, figurate uerò ac-
cipimus ſpiritualiter. Plantauit igitur Deus paradiſum in Edem. Nomina plantarum ſilē-
tio præterita ſunt, locus uerò in quo plantauit traditus eſt. In Edem, inquit, plantauit, hoc
eſt in delicijs. Edem enim deliciæ nominantur. Num igitur delicias nominat eas quæ per
os uentri traduntur, & quarum finis eſt receſſus? & delicias tradidit pereuntes? Et hæc
eſt à Deo gratia, uentris expletio, bona diſpoſitio corporis, & animi diffuſio uoluptatem
inducens? aut hoc ne dicere quidem pium eſt? Petulantiæ enim & contumeliæ omni-
umq; ſimul interdictorum uitiorum uiaticum eſt, ſupra modum pinguefacere corpus, &
demergere animam, & procliuem facere ad peccatum. Itaq; delicias intelligimus Deo
dignas, quo etiam plantationem agriculturam Dei decentem diſcamus. Quæ igitur fie-
ri poſſunt deliciæ ſanctis cōuenientes? Deliciare in Domino, & dabit tibi petitiones cor 1.Reg.1
dis tui. Quandoquidem igitur infinita eſt pulchritudo uirtutis, à multifaria ſapientia ini-
tium habens, ob id ſcriptum eſt, quòd plantauit Deus paradiſum, non ad orientem, ſed
ad orientes. Vnaquæque enim planta à Domino plantata in propria luce ornata fulge-
bat. Illic fluminis impetus exhilarantis ciuitatem Dei. Alibi torrens deliciarum nomina-
tur, nutriens & augmentans ſpiritualium illarum plantarum pulchritudines, qui ſanè in Pſal.45.
ſequentibus dicitur fluuius procedens ex Edem, ut irriget paradiſum. In ſuperioribus
quidem igitur dictum eſt, quod prius abſoluta creatura, ſic hominem ad principatum ac
dominium ſuperinduxit. Nunc uerò uice uerſa, prius formauit hominem, & tunc plan- Gen.2
tauit paradiſum. Cauſa uerò eſt, illic quidem ut in plenam domum patremfamilias in-
troduceret, & non pauperi ipſi creato, poſtea opulentiam largiretur. Hic uerò perfectio
nem ex profectu largitus, alibi creauit, & poſtea in paradiſo habitare facit, quo diuerſita
tem doctus tum externæ uitæ, tum conuerſationis in paradiſo, ex utriuſque comparatio-
ne, cognoſceret quidem pulchritudinis excellentiam, timeret autem elapſus ab ipſo de-
trimentum. Quo uerò cognoſcas plantationem dignam manu Dei, reuoca in memoriam
ea quæ in Euangelio à Domino dicta ſunt ad diſcipulos: Vos eſtis palmites, & pater me- Ioan.15
us agricola eſt: nimirum uelut ab ipſo plantati. Ex illa plantatione ſunt qui plantati ſunt
in domo Domini: & in atrijs Domini effloreſcunt. Et rurſus ea quæ dicta ſunt à pro- Pſal.134
pheta: Ego plantaui uineam fructiferam totam ueram. Audet ac dicit imitator Chriſti, co Hier.2
operatores Dei ſumus, Dei agricolatio eſtis: ego plantaui, Apollo rigauit, Deus uerò de 1.Cor.3
dit incrementum. Et iuſtus aſſimilatus eſt ligno plantato iuxta decurſus aquarum, quod Pſal.1
fructum ſuum dabit in tempore ſuo, & folium eius non defluet. Et, Iuſtus uelut palma flo- Pſal.91
rebit. Et: Vitem ex Aegypto trāſtuliſti, eieciſti gentes, & deplantaſti ipſam. Conare itaq; Pſal.79
per tales doctrinas cogitare de illo, ut ſis iuxta ſplendores diuinę lucis, ubi lumen cogni-
tionis exoritur, uelut paradiſus deliciarum plantatus. Et ſi regionem aliquam mente con-
ceperis ſuſceptoriam ſanctorum, in qua omnes, qui in terra in bonis operibus effulſerunt,
fruentes gratia Dei, & uera ac ſpirituali uoluptate degunt: non excedis à decenti de ipſo
ſimilitudine. Illic igitur radicatæ ſunt quædam ac firmiter fixæ bonæ uirtutes, miniſtri ſan
ctorum, quibus homo recens natus, & multa coexercitatione egens ad perfectionem,
traditus eſt. In quo loco eſt congregatio ſanctorum, in quo exortus lucis, in quo deliciæ
animę, illic poſuit Deus hominem. Si carnalis es, habes deſcriptionem carnalis illius, & iu
cundiſſimam ſaturitatem. Si magni facis fruitionem ſenſibilium, feſtina ad ipſam: illic ſup
peditatio eſt deliciarum indefinens. Si ſpiritualis es, & altiora carnalibus uoluptatibus ſa
pis, aſcende cogitatione ad pulchritudines angelorum, cōſidera in ipſis iuſticiæ fructus,
contemplare fluuium Dei refertum aquis, cuius impetus exhilarant ciuitatem Dei: cuius
artifex ac opifex eſt Deus. Illā ciuitatē perluit fluuius ille Dei, qui initiū ſumit ex E-
dem, & irrigat paradiſum. Vbi omnia hæc mente conſideraſti, glorifi
ca Deum, quoniam ipſum decet omnis gloria, patrem &
filium & ſanctum ſpiritum, in ſecula
ſeculorum, Amen.

D. BASILII MAGNI CONTRA APOLOGETICVM EVNOMII EVERSORIVS LIBER PRIMVS,

Iano Cornario medico phyſico interprete.

SI QVIDEM uoluiſſent omnes ſuper quos nomen Dei ac ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti inuocatum eſt, nihil præter Euangelij ueritatem aggredi, uerum traditione Apoſtolorum & fidei ſimplicitate contenti eſſe, nihil ſanè opus Mat.13 fuiſſet nobis uerbis in præſens, ſed etiam omnino nunc ſilentium, quod ab initio coluimus, amplexi eſſemus. Quandoquidem uerò hoſtis ueritatis, ſupra ea quæ ab initio in eccleſia Domini conſeminauit zizania, ſemper malum additionibus amplius auget, & nunc repertis inſtrumentis omnem ipſius artem affatim ſuſcipiētibus, in prætextu Chriſtianiſmi, negationem Deitatis unigeniti introducit, externa illa ac uana ſapientia, puritatē ac ſimplicitatem doctrinæ diuini ſpiritus conturbans, & uerbis perſuaſiuis ſimpliciores percellens: neceſſario etiam nos, tum propter ueſtram qui hoc præcepiſtis charitatem, tum propter noſtram ſecuritatem, imbecillitatis interim noſtrę obliti, & quidem quum penitus inexercitati in hoc dicendi genere ſimus, iuxta contributam nobis à Dño ſcientię menſurã, & ueritati patrocinari, & mendaciũ redarguere recepimus, arbitrãtes quũ tria ſint bona propoſita, unũ ſaltē omnino nos conſequuturos eſſe. Aut enim his qui iam præoccupati ſunt, hanc redargutionem in mali remedium daturos eſſe, aut mediocrem tutelam ſanis exhibituros, aut omnino utiq; nos mercedē adepturos, pro eo quòd fratribus noſtris optima conſuluimus. Eſt aũt qui primus manifeſte dicere ac docere auſus, inęqualem eſſe ſecũdum eſſentiã unigenitum filium Deo & patri quantum ſanè nos nouimus, Aetius ille Syrus, de quo non dicam quibus ab initio artibus innutritus, & ubi ad eccleſias Dei acceſsit corruptus eſt, ut ne omiſsis cõfutationib. conuiciari uidear. Qui uerò in impietate ſucceſsit ipſamq; perfecit, Eunomius hic eſt Gа- Rom.1 lata, qui ex rebus turpiſsimis ſibijpſi claritudinem pariens (Gloria enim, inquit, in turpitudine ipſorum) quum bonis pijs repoſitis prætuliſſet honorem, quem ſe ex ſcribendo quæ nullus unq; alius auſus fuit, conſequuturũ eſſe ſperauit: eò euectus eſt, ut blaſphemiam hactenus ſub dentibus deblateratã ſplendido hoc opere ſuo publicarit, princeps ac præſiſes totius hæreſis appellari cupiens. Quē ſanè etiam redarguere nobis in præſenti propoſitũ eſt. Quũ uerò unũ ſit in utriſq; malũ, palàm eſt quod in diſcipulo perfecto, etiã magiſter confutabitur, qui ſemina impietatis iecit, ſi modo cõtigerit nobis per preces ueſtras ad Num.25 Deum, ut tantam dicēdi uim accipiamus, quo ad ſimilitudinē æmulatoris illius Phinees, una confutationis plaga utroſq; ſimul conficiamus, impietate inter ſe cõplicatos. Quum igitur multa habeam per quæ oſtendere poſſum, ipſum in eo libro mendacem, imperitũ, cõuiciatorem, cauillatorē, blaſphemũ: reliquorum mentionem obiter faciam, blaſphemiã uerò quam in altitudinem gloriæ unigeniti loquutus eſt, artis uelamentis detractis, conſpicuam omnib. facere conabor. Atq; iam hinc progrediar ad cõfutationes, ex ipſa inſcriptione initio ſumpto. Primũ equidem omnium maleficiũ, hæc ipſa dicendi figura ipſi excogitata eſt, ut in apologiæ ac reſponſionis ſpecie doctrinam compoſuerit, ne principaliter impia dogmata proponere uideatur, ſed ex neceſsitate ad hos ſermones perueniſſe. Voluit enĩ omnimodo prauum hoc ac impiũ dogma denunciare, & quã olim cõcepit ac parturijt blaſphemiam, in medium afferre. Videbat aũt q ſi palàm doctoris locũ arripere, ſupra hoc q ualde oneroſus ac moleſtus audientib. eſſet, amplius etiam à fide alienum ac ſuſpectũ apud pleroſq; ſeipſum facturus eſſet, uelut glorię cupiditate ad res nouãdas deueniſſet. Si uerò in apologię forma ſermonē faceret, innouatiōis ſuſpicionē ſe euaſurũ ſperabat, & per hãc ipſam formam auditores magis ſe allecturũ, quũ natura oēs homines depreſsis beneuoli eſſe ac aſſueti ſoleant: quapropter accuſatores ac calũniatores culpat, illiſq; cauſam ſui ſermonis ac ſcripti adſcribit. Quo uerò omnib. ars ipſius conſpicua fiat, non malum fuerit dictionis ipſius audire principiũ. habet aũt ſic: EVN. Quum calumniari & detrahere aliquibus petulanti lingua & mente minimè candida, prauorũ & odio dignorum hominũ opus eſſe ſciamus: uerũ eos qui ex calũnia praui eſſe uiſi ſunt, omĩ alacritate conari mendacium cõfutationib. propulſare, uirorũ bonorũ opus eſſe, quiq; ſibi priuatim bene conſulunt, & multorum ſecuritatē multi faciunt. BAS. Forma quidem igitur

orationis

orationis talis eſt, qualis fuerit eius qui nihil ſinpliciter citra dolum facit: nam & nouationis ſuſpicionem apologiæ uelamento obumbrat, & beneuolentiam auditorum captat, uelut qui per calumniæ neceſsitatem ad hos ſermones deuenerit. Deprehenditur autem ipſius circa apologiam fraus, quòd quū non habeat quem nominare poſsit accuſatorem criminis, ob quod ſe contendere ſimulat, ſcenicum apologiæ actum ſine perſona ſubit: non propter longanimitatem, nominatim meminiſſe eorum qui ipſum læſerunt abſtinēs (quomodo eṁ id faceret, qui tantis conuicijs cōtradicentes impetit?) ſed mendacij claritudinem ueritus, certas accuſatorum perſonas producere erubeſcit. Si eṁ habuiſſet aliquos quos nominaret, dixiſſet profectò ac proclamaſſet, etiamſi non ſuam iram explens, at multorum ſecuritatem diſponens, quibus ſe maximè proſpicere profitetur. Improbitas enim quę latet, nocētior eſt quàm diuulgata. Quare ſi quidem calumniatores noſceremus, facilius utiq; petulantes linguas ipſorum uitaremus, & minimè candidas mentes: ipſis enim uerbis ſapientiſsimi illius utar. At quoniam tunc ob quamcunq; tādem cauſam conticuit, nunc interrogetur, nunc reſpondeat, qui ſint calumniatores, qui per ſuas accuſationes, neceſſariam ipſi reſponſionem effecerunt, ex qua orbis terrarū parte uenerunt, qui iudices coram quibus certamē ſubijt, in quo iudicio hanc actionē ſuſtinuit, in qua terra aut mari congregato? Quid enim dixerint? in Seleucia? At ob ſilentiū conuicti ac dānati ſunt qui non apparuerunt, quum hi qui iſthic conuenerant, ſæpe ipſos inuitaſſent ad purgandum ſe de his quæ ipſis obijcerētur: communis enim eſt mihi oratio ad omnem ſimul ordinem, propter impietatis ſocietatē, uelut morboſum quoddā membrum, à ſano eccleſiæ corpore abruptum. At in Cōſtantinopoli? Verū nihil illic opus habebāt apologia & orationibus: nam quum ex regia aula, & alios quoſdā maximè potētes ſibi cōciliaſſent, ex multa potentia res aggrediebant̄, ipſi & accuſatores, & iudices, & lictores, & omnia quę uolebant exiſtentes: quando epiſcopos alios deponētes, alios cōſtituentes, alijs uerò uitæ periculum intentantes, ipſi urbes inter ſe multa licentia diſtribuebant. Et quidā ſanè ex quadam Syriæ urbe depulſus, Cōſtantinopolim uelut tyrānide occupauit. Hic ipſe uerò inexpugnabilis ac uehemens orator, præmiū certaminis Cyzicū abſtulit. Theoſebio uerò poſt confutationes ob maximas blaſphemias, Sardienſis eccleſia abſorpta eſt. Taceo Bithynos, Paphlagones, Cilices, & omnes quos circūlata improbitas depaſta eſt. Cuius igitur apologiæ occaſio tunc erat? Imò arbitror neq; ſi uoluiſſet potuiſſe mentiri. Quare quauis re uerius eſt, hanc orationis formam ab ipſo ad fraudem excogitatam eſſe. Atq; hæc quidem hactenus. Quę uerò paululū ꝓgreſſus ſcribit, cōſiderate. Neq; enim inutile eſt fortaſsis antea quàm refutemus impietatē, pauca de faſtu ipſius declarare. EVN. Petimus aūt præ omnib. uos, & qui nunc audituri eſtis, & in poſterū lecturi, ut ne uelitis multitudine mendacium à ueritate diſcernere, maiori parti quod melius eſt attribuendo, neq; dignitatib. commoueri, ac mēte obſcurari, aut ordini pręgreſſorum plus tribuere, & poſteriorib. aures obturare. BAS. Quid dicis? ne tribuamus plus prægreſsis? ne uereamur multitudinem & eorū qui nunc ſunt Chriſtiani, & eorū qui nati ſunt ab eo tempore, quo prędicari cœpit euangeliū? Ne reputemus dignitatē eorū qui omnigenis donis ſpiritualibus claruerunt? quibus omnib. inimicam & aduerſam hanc uiam impietatis recens excogitaſti: ſed clauſis in totum animæ oculis, & omnium ſanctorū memoria ex mēte eiecta, ocioſum ac purgatum cor ſuū quiſq; inductionib. ac ſophiſmatis tuis ſupponamus? Magnam profectò potētiam nactus fueris, ſi quæ uarijs ſuis inſidijs diabolus nō eſt aſſecutus, ea tibi ex præcepto aſſequi contingat: ſiquidē à te perſuaſi, traditionē quæ per omne tempus pręteritū apud tot ſanctos obtinuit, ueſtro inuento impio uiliorē iudicemus. Huic uerò non ſatis eſt, ut eorū qui nūc audiunt mētem ſubtrahat, ſed poſtulat etiā in poſterum lecturos eādem mētem habere. O faſtū, putare ſibi etiā in poſterū durabilē fore librum, & memoriam ſuam in poſterū immortalē cōſeruandam eſſe. Et per hæc quidē nūc intumeſcit ille, qui paulò poſt apud auditores ſe iactans uelut omnis faſtus negligens ſic dicit ad iudices in conficto à ſe ſenico dramate ac actu: EVN. Ad hæc neq; ægre feratis, ſi faſtu quidem ac timore neglecto, præſenti uerò gratia ac ſecuritate, prædicendi de futuris libertate poſthabita, omniq; terrena afflictione ac temporali morte, minus contra impios decretis horribilioribus iudicatis, nudam abſque omni uelamine ueritatem proponemus. BAS. Qualem ſuperbiæ exceſſum, hæc uerborum faſtuoſa elatio non excedit?

& adeſt cauillo etiam contumelia in iudices, ſi quidem ob id quod ægre ferunt bona, uix
detinentur, indignantes ei qui negligit contumaciã ac faſtũ, & præſenti ſecuritati pręfert
libertatem dicendi de futuris, & tẽporali morte horribilius iudicat ſupplicium futurum.
Hoc uerò tale quid eſt. Quid ſuccenſetis mihi ô uiri, ad faſtigium uirtutis progreſſo, &
terrena quidem tranſgreſſo: omnem uerò cõuerſationem in cœlis habenti. Nouus hic eſt
arrogantiæ modus: nam per quæ negligere ſe ſimulat faſtum, ad extremam inflationem
ſeipſum effert. Si enim propter quæ uenia ſe dignum eſſe oſtendit, euangelicæ uitæ ca-
pita ſunt, coniectare permittit hinc qualem 'nam ipſum in uirtuoſis factis putare conue-
nit. Hęc igitur uelut lineamenta totius propoſiti eius habentia, multis ſilentio pręteritis,
abunde dicta ſunt, ut per ea quæ mentitus eſt, mendacij patrẽ in ipſo loquentem cogno-
ſcamus: ex arrogantia uerò, cum quo condemnatus eſt, diſcamus, quum Apoſtolus ma-
1. Tim. 3 nifeſte dicat, faſtu tumidum in diaboli iudicium incidere. Cæterùm deinceps ad confutã-
dam impietatem accedamus. Fidem proponit primùm ex ſimplicibus ac indiſcriminatis
uerbis conſtantem, qua multi ex patribus uſi ſunt, non ad propoſitas quæſtiones con-
tendentes, ſed ſimpliciter ſic à ſeipſis in ſimplicitate cordis uerba facientes. Si uerò etiam
Arius, uelut aiunt, fallens Alexandrum hanc ipſi obtulit, nam & hoc dicunt, attamẽ hanc
uelut ſentẽtiæ ſuæ conſonam prætendit propter duas cauſas. Alterã ut nouationis ſuſpi-
cionem effugiat, in eo quod patrũ fidẽ uelut rectã recipit. Alterã ut omnes ex improuiſo
laqueos ſophiſmatum ac fraudum ipſius incidãt, ſimplicitati uerborũ horũ fide habita. Si-
mul aũt etiam illud intellexit, quod etiã ſuã ſentẽtiam bona ſpecie obiter inducẽdi, facul-
tas ipſi futura eſſet, exponenti nimirũ tradita à patrib. & quod maximè hoc modo impie-
tatem occultare poſſet. Si uerò etiam deprehẽderetur, inculpabilẽ ſe uideri ſperauit, ue-
lut nihil de ſuo, neq; quicq; à ſeipſo dicens, ſed alienæ ſententiæ interpres exiſtens. In qua
re digniſsimum riſu quiddã admiſiſſe ſe nõ intellexit: nam quũ ipſam multis ac magnificis
uerbis laudaſſet, paululum progreſſus rurſus turpiſsimis probris afficit. Cęterũ ut clarius
fiat id quod dico, particulatim uerba diſtincta expendam: & primũ quidẽ fidẽ quam præ-
tendit, conſideremus, ipſis illius uocibus appoſitis. EVN. Traditionem porrò piam, quę
ab initio apud patres obtinuit, uelut amuſsim ac regulam quandam præmittẽtes, ipſa exa-
cti iudicij loco utemur ad eorum quæ dicuntur iudicationem. BAS. His ſubiungit patrũ
fidem, hoc modo ſe habẽtem. EVN. Credimus in unũ Deũ, patrẽ omnipotẽtem, ex quo
omnia: & in unum unigenitum, filium Dei Deum uerbum, Dominũ noſtrum Ieſum Chri-
ſtum, per quem omnia: & in unum ſpiritum ſanctum paracletum. BAS. Deinde ſtatim ad-
iungit. EVN. Simplicior igitur & communis fides, omnium qui aut uideri, aut eſſe Chri-
ſtiani ſtudio habent, ut compendio ac ſummatim dicã, hæc eſt. BAS. Equidẽ de eorũ quę
dixit contrarietate, & de impudenti repugnantia dictorũ inter ſe, paulò poſt dicemus. Il-
lud uerò prius in mentem reuocemus, quod hic eſt qui in ſuperioribus ualde arroganter
nobis, ꝓmiſit, nudam abſq; omni uelamine ueritatẽ ſe propoſiturũ eſſe. Hic itaq; ubi ſcri-
ptum eſt, credimus ingenitũ eſſe, eſſentiã eſſe Dei uniuerſorũ. Aut, credimus inęqualẽ eſ-
ſe ſecundrm eſſentiã, unigenitũ patri. Hęc enĩ ſcripſiſſet utiq;, ſi quidẽ uelut promiſit, nul-
lo doloſo uelamine opinionẽ ſuam obumbraret. Verùm arbitror, ꝙ quum omnib. uerbis
inſidioſe utatur, quæ quidem ſua ſunt, tacet, ut ne exercitatis aurib. allapſus, ſibĳpſi fidẽ
deroget, & ut ægre admittatur, efficiat: patrum uerò quidẽ proponit, quę propter mode-
ſtiam uerborum in ipſa, non amplius cõtrarietatem aduerſus totã orationis conſtructio-
nem, ipſi exhibitura eſſet, & facile ſequutura ipſum, in expoſitionis forma deducentẽ ſer-
monem ad ea quæ prædicta ſunt. Quod aũt uera ſint hęc, manifeſtũ hinc eſt: nam ubi pro-
poſuit ipſam, ſtatim tranſilit ad expoſitionẽ, prętextu utens, tum alio quodã, tum quod
non ſufficiat ad crimen diluendũ. Cur igitur ipſam propoſuiſti, & non ſtatim ad illos ſer-
mones deueniſti, qui & ſinceritatem habebant, & à criminibus te eximere poterãt? Nunc
uerò proponit uelut ſecurum iudicium, rurſus autem corrigit, uelut nihil ſani haben-
tem. Hoc porrò omnibus notum eſt, quod opinioni ſuæ, uelut hamo ad mortem tra-
henti ſimplicitatem increbreſcentis orationis, uelut eſcam quandam circundat: quo
imperitiores ad id quod apparet, allapſi, incautè impietatis prauitate transfigantur.
Quo uerò non uideat̃ citra neceſsitatem fidei correctionem aggredi, quam ipſe immen-
ſis laudibus ornauit, eam uelut oblitus uerborum ſuorum, uidete quomodo proſcindit.
EVN.

EVN. Simplicior igitur & communis fides omnium qui aut uideri, aut eſſe Chriſtiani ſtudio habẽt, ut compẽdio ac ſummatim dicã, hæc eſt. BAS. Dic mihi, pia patrum traditio, & regula, uelut ipſe nominaſti ac amuſsis, & ſecurum iudicium: nũc rurſus inſtrumẽtum fraudis, & ars figmenti, ac ſimilib. nominib. appellat̃? Si em̃ non uere Chriſtianis cõuenit, ſed his qui uideri ꝗ eſſe malunt, quid aliud de ipſa ꝗ talia ſuſpicari cõuenit? Quis igit̃ nõ penitus delirus, regulam recti & amuſſim ueritatis, his qui mẽte peruerſi ſunt conuenire dixerit? Qui em̃ nominari Chriſtiani ꝗ uere eſſe malunt, quo multos decipiant hanc ſimulationem induentes, procul ab omni rectitudine ac ueritate abſunt. Neq; igit̃ obliquũ ac diſtortum corrigetur, uelut Eccleſiaſtes dixit, neq; ueritatis iudicia his qui mẽdacium in *Cap. 1* uita elegerunt, conuenient, id quod huic uidetur. Verùm propter cauſas quas diximus, in manifeſtas adeò contrarietates delatus eſt, quo dum quidem laudat fidem, ſocietatẽ pietatis cum patrib. habere uideatur: dum uerò accuſat rurſus ipſam, uiam ſibi ad expoſitionem aperiat. Quapropter eandem & regulã dicit, & exactiore additamẽto opus habere ait. Hoc uerò & extremæ ignorantiæ ipſius ſignum ſit, ſi cui & hoc obiter expẽdere libet. Regula enim & amuſsis ô ſapientiſsime, ꝗ diu nihil defuerit ut ſint regula & amuſsis, nullum additamentum ad ſinceritatẽ ſuſcipiũt, iuxta defectuoſum em̃ contingit additamentum: ubi uerò imperfecta fuerint, ne appellationes quidẽ has recte ſuſceperint. Atq; hæc hactenus: iam uerò etiam quos de Deo profert ſermones cõſideremus. EVN. Vnũ itaq; inquit, & iuxta naturalem intellectũ, & iuxta patrũ doctrinã, nos cõfitebimur Deũ, neq; à ſeipſo, neq; ab altero factũ, utrũq; em̃ ipſorũ pariter impoſsibile eſt: quãdoquidẽ reuera id q̊d facit, prius eſſe oportet eo q̊d fit, & id quod fit, poſterius eo quod facit. Neq; uerò quicꝗ ſeipſo prius aut poſterius eſſe poteſt, neq; aliud quicꝗ ante edũ: profectò em̃ illud pṛ poſteriore Deitatis dignitatẽ haberet. BAS. Cuius rei gratia omnẽ hãc ipſius dictionẽ appoſui? quo conſpicua uiri uanitas fieret, qua per totũ librũ utit̃. Quũ em̃ ipſe dixerit euidens eſſe communibus omniũ intelligentijs, Deũ eſſe ingenitũ: demonſtrationes tamen proferre nobis conatur, conſimile faciens, uelut ſi quis in ſerena meridie ſanis oculis præditos homines, ratione docere uelit, ſolem omniũ in cœlo ſtellarũ lucidiſsimum eſſe. Si uerò is qui ſenſib. nota, ratione oſtendit, ridiculus eſt: certe qui communib. notionibus confeſſa docet, quomodo non æqualis dementiæ reus fuerit? multo em̃ certiora hæc ſunt prudentibus, quàm ea quæ oculis apparẽt. Siquidẽ igitur eſſet quis qui contra hanc ueritatem impudẽter ſe gereret, & ingenitum aut à ſeipſo, aut ab altero genitum eſſe contenderet, haberet fortaſsis ueniam aliquã iſta uerborũ uanitas. Si uerò nemo uſq; in hunc diem, neq; de externis à doctrina noſtra, neq; ex his qui ex ipſa eccleſia contra ueritatem inſurrexerunt, ad tantũ peruenit ſtuporem, ut ambigeret ingenitum eſſe ingenitum, quid lucri ex his uerbis conſequat̃ non ſanè intelligo. Aut certe Ariſtotelis & Chryſippi ſyllogiſmis reuera nobis opus eſſet ut diſcamus, quod ingenitus non genitus eſt, neq; ipſe à ſeipſo, neq; ab altero: & quod neq; antiquior neq; iunior ipſe ſeipſo eſt. Quid igitur hæc ipſi uolunt? Videt̃ mihi quod ſe inter ſectatores ſuos iactet, uelut ſanè prudens quiſpiam ac egregia mente præditus, & qui acutus quidẽ ſit in proſpiciẽdis abſurdis, acutior uerò ad diluenda deprehẽſa: & quod ob id in uerborum uerſutia glorieẽ, & circa demonſtationem tenuia rimetur, quod ingenitus neq; à ſeipſo neq; ab altero genitus ſit. Poſtea uerò neque hic artis ſuæ obliuiſcitur, uerùm in eo quod in confeſsis numeratur, uelut elementa quædam ad conſequentes ſermones ſibijpſi interſerit. Non em̃ ocioſum illud ipſi eſt, quod oportet reuera id quod facit prius eſſe eo quod fit: uerùm ut in ſermonib. de filio, præconceſſum habeat poſterius patre filium natum eſſe: ſiquidem quod facit, antiquius eſt eo quod fit: ad hoc uerò uelut conſequens accipiat, ex non exiſtentibus filium genitum eſſe. Cæterùm cõfutatio impietatis in filium in proprijs locis maneat. Ego uerò etiam ingeniti appellationem, etiamſi maximè intelligẽtiæ noſtræ cõgruere uideatur, attamen uelut nuſꝗ in ſcriptura ſitam, & primum impietatis ipſorũ elemẽtum, meritò ſilentio dignam eſſe duxerim, quũ patris uox idem quod ingeniti poſsit, ſupra hoc quod etiã notionem de filio cõiunctim ſecum per relationis habitũ inducat. Qui em̃ reuera & ſolus pater eſt, ex nullo alio eſt: qui uerò ex nullo eſt, ingenitus eſt. Non itaque magis ingenitus quàm pater nobis appellandus eſt, ſi modò non uoluerimus ſapientiores eſſe doctrinis ſaluatoris, qui dixit, Euntes baptizate in nomine patris, & non ingenti. Atque

hæc

hæc hactenus. Nos uerò etiam cohærẽtem ſermonẽ cõſideremus: paululũ enim progreſ-
ſus uelut in ſummam ſibi redigẽs quæ dixerat, ſic ſcribit. EVN. Si igitur neq; ipſe ante ſe-
ipſum, neq; aliud quid ante ipſum eſſe oſtenſum eſt, uerùm ipſe præ omnib. ſequit̃ ipſum,
ingenitum eſſe. Imò potius ipſum hoc eſſentia eſt ingenita. BAS. Quam itaq; in his depre
hendimus improbitatem, facile arbitror intelligũt, qui uel leuiter attendũt: manifeſtã aũt
Matt.10 uulgo facere nõ ita facile eſt. Veruntamen tẽtandum ſpe collocata in eum qui dat uerbũ
prædicantib. euangelium uirtute multa. Quũ dixiſſet, ſi neq; ipſe ante ſeipſum, neq; aliud
quid ante ipſum eſt, ſequit̃ ipſum, ingenitum eſſe. Deinde intellexiſſet, q̃ ex cõſequentia
poſitorum, ſermo ipſi ad contrariũ deueniret. Si em̃ ſequit̃ Deũ, ingenitũ eſſe, extrinſecus
nimirũ ipſum cõſequit̃: quod uerò extra Deũ eſt, nõ eſſentia ipſius eſt. Ex his aũt diffluit
ac perit ipſi doloſum commentum. Ne uerò hoc ipſi accidat, quid facit? parum curauit ri-
ſum, quẽ ob id quod inconſequentia dicit, ſubiturus erat, & per correctionẽ abduxit ora-
tionem ad quæ uoluit, dicens: Imò potius ipſum hoc eſſentia eſt ingenita. Hoc autẽ nullã
conuenientiam habet cũ præcedentib. Quomodo em̃ & cõſequẽs ipſum Deus habet, in
genitum eſſe, & rurſus non cõſequens, ſed in eſſentiæ ratione cõtentum. Attamẽ non ſi-
nit ut cõmentum ipſi penitus corrumpatur. Si enim ubi dixiſſet, quod ſequit̃ ipſum, inge
nitum eſſe: hic ſermonem finiuiſſet, nõ habuiſſet ſanè quõ aut ingenitũ eſſe, Dei uniuerſo
rum eſſentiã diceret, aut alio modo habere ſecũdum eſſentiã unigenitum filiũ oſtẽderet,
quum nihil de his quæ extrinſecus ſequũtur, patris & filij iuxta ipſam eſſentiã cõſortium
dirimere poſsit. Nunc uerò quum induxerit, Imò potius ipſum hoc eſt eſſentia ingenita,
oſtendit, q̃ ipſum hoc quod Deus eſt, ingenitũ eſſe eſt. Hoc uerò quãtum ſcenicũ actum
præparet ad impietatis tranſgreſsionem, paulò poſt in ſermonis progreſſu oſtẽdam. Pro-
inde quod quidẽ ab initio dixit, ex rerũ ueritate iuxta conceſſorũ cõſequentiam apparet.
Quod uerò poſtremũ appoſuit, ex hæretica opinione adiectũ eſt, quum impudẽtiſsime
omnium hic ſcriptor ad orationis correctionẽ tranſsiluerit. Quõ em̃ idem & ſequit̃ Deũ,
& idẽ eſt cũ ipſo, quũ omnib. manifeſtũ ſit, quod aliud eſt id quod cõſequit̃, ab eo quẽ ſe-
quitur. Hic aũt uelut uiam quãdam arripiens, ex occupato ab ipſo per rapinam ſermone,
hinc ad cõfirmationem procedit, quod ingenitũ eſſe, eſſentia ſit Dei uniuerſorũ: quo hoc
demonſtrato, conceſſum habeat, inæqualẽ ſecundum eſſentiã eſſe unigenitũ patri. Vide
te aũt quæ dicit. EVN. Ingenitum aũt dicẽtes, nõ nomine ſolũ iuxta humanã cõtemplatio
nem ornare oportere putamus: uerumetiã perſoluere ipſi debitum maximẽ omniũ Deo
neceſſarium, cõfeſsionẽ uidelicet quòd eſt id q̃d eſt: nã quę iuxta cõtemplationẽ dicunt̃,
in nominib. ſolũ & ꝓlatione, ipſum eſſe habẽtia, unà cũ uocib. diſſolui ſolẽt. BAS. Deſtru
it quod iuxta cõtemplationẽ, ingenitũ eſſe, de Deo conſideret̃, putãs hinc facilẽ ſibi fore
agreſsionem aſtruendi, ingenitũ eſſe, eſſentiam eſſe: ex hoc uerò citra cõtradictionẽ ſe co-
ſtenſurum eſſe, inæqualẽ eſſe iuxta ipſam eſſentiã unigenitũ patri. Quapropter uerbo cõ-
templationis inhæret, uelut omnino nihil ſignificanti, ſed in ſola prolatione ſubſtantiam
habenti: & indignũ Deo eſſe ſimulat, cõtemplationib. ipſum ornare ac magnificare. Ego
uerò an mente cõſiderari poſsit, aut nõ, ingenitũ eſſe, nõdum affirmo, priuſq; ab ipſa ora-
tionis examinatione diſcamus. Verùm hoc ipſum, quid nã ſit cõtemplatio, libẽter ipſum
interrogauerim. Num nihil omnino ſignificet nomen hoc, & aliàs ſonus eſt per linguam
excidens? At tale non cõtemplatio, ſed potius delyratio & nugacitas appellari poteſt. Si
uerò conceſſerit, ſignificare quidẽ aliquid cõtemplationem, uerũ falſum hoc omnino &
non exiſtens, uelut in fabularũ figmentis, centaurorũ, & chimæræ effictiones: quomodo
id quod falſum ſignificat unà cum linguæ ſono diſsipat̃? quũ uox quidem penitus in aë-
rem diffundatur, falſa uerò nomina in mente maneant. Neq; em̃ ubi aliquãdo falſis peni-
tus ac uanis figmentis, aut in imaginationibus per ſomnũ, aut aliàs in uanis mentis moti-
bus, anima repleta, in memoria continuerit, & deinde per uocem efferre uoluerit, ſimul
ut prolatus eſt ſermo, unà etiam imaginationes diſsipantur. Magni em̃ precij res eſſet fal-
ſa dicere, ſi natura mendacij unà cum his quæ dicuntur, corrumperetur. At hoc ſanè eſt
quod naturam non habet. Reliquum igitur fuerit oſtendere, quomodo cõſuetudo & de
quibus rebus contemplatione utatur: & quõ diuina eloquia uſum eius ſuſceperunt. Vide
mus itaq; quod in cõmuni uſu, ea quæ ad ſubitos mẽtis appulſus ſimplicia eſſe uidentur
ac unica, uerùm ſubtili examinatione facta uaria apparẽt, & multa ubi mente diuiduntur,

contemplatione

cõtemplatione ſola diuiſibilia dicuntur: uerbi cauſa, corpus ſimplex eſſe primus occurſus dicit: uerùm ratio ipſum expẽdens, uarium eſſe oſtẽdit, per cõtemplationem in ea ex qb. cõpoſitum eſt ipſum diſſoluens, & in figurã, & colorem, & duriciem, & magnitudinem ac reliqua. Rurſus quę nõ ſubſiſtunt omnino, uerũ iuxta quandã mentis picturã ac imaginationem ſolã effingunt, uelut ſunt quę fabulatores ac pictores ad perterrefaciendos accedentes ac legentes per cõtemplationem ementiuntur, hęc quoq; cõſiderabilia per cõſuetudinem dicuntur. Quorum nulla mentione facta, aut ex ignorãtia, aut ex improbitate, de ſola cõtemplatione eorum quę nõ exiſtunt, philoſophatus eſt, & neq; huius naturã uelut ſe habet, expoſuit. Nõ enim ſignificare quidem aliquid cõtemplationem, uerùm falſum hoc, dicit, ſed penitus ſine ſignificatione nomen eſſe, & in ſola prolatione ſubſiſtere. Atqui tantum abeſt ut hoc cõtemplationis nomen, de ſolis uanis ac nõ exiſtentib. imaginationib. dicatur, ut poſt primum qui ex ſenſu nobis acceſsit intellectum, ſubtiliorem & exactiorem intellecti cõſiderationem cõtemplationem nominemus: unde cõſuetudo ratiocinationem uocat, etiamſi nõ ꝓprie: uelut uerbi cauſa, frumẽti intellectus ſimplex in omnib. eſt, prout ea quę apparent, cognoſcimus. In exacta uerò ipſius expenſione & plurium ſpeculatio accedit, & appellationes diuerſę intellectorum ſignificatiuæ. Idem enim frumentum, nũc fructũ dicimus, nũc ſemẽ, & rurſus alimentũ: fructũ quidẽ, uelut præteritę agricolatiõis finem. Semen uerò, uelut futurę principium. Alimentũ aũt, uelut conueniens ad incrementum corporis eius q ipſum aſſumit. Horum unumquodq; & iuxta contemplationem cõſideratur, & non una cum linguę ſono abit: uerũ animę eius q intellexit intellectus ipſi inſident. Et in ſumma, omnia quę ſenſu cognoſcunt, & ſimplicia quidem eſſe in ſubiecto uidentur, uariã aũt rationem iuxta ſpeculationem admittunt, ea contẽplatione ſpeculabilia eſſe dicuntur. Ad hunc ferè modum, etiã contemplationis uſum ex diuina ſcriptura docemur: & reliqua quidem omittam, quum multa ſint quę dicere poſsim: unius autem opportuniſsimi mentionem faciã. Dñs noſter Ieſus Chriſtus in ſermonib. de ſeipſo, benignitatem Deitas erga homines, & beneficium ex incarnationis diſpenſatiõe hominib. declarans, proprietatib. qbuſdam, quę circa ipſum cõſiderãtur, illa ſignificauit, oſtium ſeipſum dicens, & uiã, & panem, & uitem, & paſtorem, & lucem: non ꝙ multis nominib. prędltus ſit, non enim omnia nomina in idem ſignificatum tendunt: alia enim eſt ſignificatio lucis, & alia uitis, & alia uię, & alia paſtoris: ſed quum unum ſit iuxta ſubiectũ, & una eſſentia & ſimplex & incõpoſita, aliàs aliter ſeipſum nominat, contemplationib. inter ſe differentes appellationes ſibijpſi accõmodans. Nam iuxta actionum diuerſitatẽ, & pro affectu erga eos quib. benefacit, diuerſa etiam ſibijpſi nomina imponit. Lucem eñ ſeipſum mundi appellat inacceſsibilem Deitatis maieſtatem hoc nomine ſignificans, & uelut ſplendore ſcientiæ eos qui purgatum animę oculum habent, illuminans. Vitẽ uerò, uelut qui eos qui per fidem in ipſo radices egerunt, bonorum operum fertilitate enutriat. Panem uerò quod familiariſsimum ſit rationalis animæ partis alimentum, per hoc, quod animæ conſtitutionẽ contineat, & ꝓprietatem ipſius conſeruat, explens ſemper de ſeipſo id ꝙ deeſt, & non ſinens ad accedentem ex bruta temeritate infirmitatem deferri. Et ſi qs ſanè ſingula nomina percurrat, uarias repererit ſpeculationes, quum unus ſecũdum eſſentiam in omnib. ſit ſuppoſitus. Quis igitur adeò linguã ad blaſphemiã exacutã habet, ut dicere audeat, unà cum uocib. has ſpeculationes diſſolui? Quid igitur abſurdi eſt, ſic etiam de Deo uniuerſorum accipi quædã ſecundum contemplationem ſiue ſpeculationem. & ipſum hoc primum, de quo nobis uniuerſus inſtitutus eſt ſermo. Reperiemus enim nuſq; aliter dici ingenitum eſſe. Incorruptibilem enim & ingenitum eſſe Deum uniuerſorum dicimus, iuxta diuerſas notiones his nominib. appellantes. Quũ enim in pręterita ſecula reſpiciamus, & excedẽtem omne principium uitã Dei inueniamus, ingenitum ipſum appellamus. Quum uerò in uentura ſecula mentem extendimus, infinitum & immenſum & nullo fine cõprehenſum, incorruptibilẽ uocamus. Sicut igit̃ infinitas uitæ ipſius, incorruptibilis: ita quod principio caret, ingenitus eſſe dicit̃, dum nos utraq; per contemplationẽ ſpeculamur. Quæ igitur ratio cõtradicet, quòd & utraq; hęc nomina contẽplemur, & ꝙ confeſsio ſint eius quod reuera Deo adeſt? Ille uerò hęc uelut pugnantia ac penitus diſcordia inter ſe diſparat, nempe, iuxta cõtemplationem aliquid dici, & perſoluere Deo confeſsionem quòd eſt id ꝙd eſt. Porrò neq; hoc prætereamus, qualis pietatis ſimulatio

Ioan. 1
Ioan. 8
Ioan. 15
Ioan. 6

ab ipſo

ab ipſo ad ſubuertendos auditores excogitata eſt, in eo quod dicit. EVN. Non iuxta hu-
manam contemplationem ſe ornare Deum ingenti appellatione, uerùm perſoluere ipſi
debitum maximè omnium neceſſarium, in confeſsione quod eſt id quod eſt. BAS. Quæ
nam oratio harum uerſutiarū improbitatē pro dignitate explicare poterit? perterreface-
re ſimpliciores conatur, uelut qui non reddant debitū Deo, ſi non eſſentiā eſſe confitean
tur, ingenitū eſſe: & debiti exolutionem propriā impietatē nominat, ut ne à ſeipſo quid
dicere uideatur, ſed id quod neceſſariò Deo debet perſoluere. Et reliquis indicat, quod
ſi in eſſentia poſuerint, ingenitum eſſe, ſine pœna innoxij dimittentur. Si uerò aliter iuxta
pium modum acceperint, uelut qui reliquerint uetuſtiſsimi ac maximè omniū neceſſarij
debiti perſolutionem, ineuitabilem iram incurrent. Libenter igitur ipſum interrogaue-
rim, num hunc candorem in omnib. æqualiter quæ de Deo prędicantur ſeruet, aut in hoc
ſolum uerbo? Si em̄ nihil omnino iuxta contemplationem ſpeculatur, ut ne humanis ap-
pellationibus Deū ornare uideatur, omnia ſimiliter eſſentiā cōfitebitur quæ de Deo prę
dicantur. Quomodo igitur nō ridiculum eſt, creationē eſſentiā eſſe dicere? aut prouiden
tiam rurſus eſſentiā? aut præſcientiā rurſus ſimiliter? & in ſumma, omnem actionē eſſen-
tiam putare? Etſi omnia hæc ad unum ſignificatum tendunt, neceſſe omnino eſt idem in-
ter ſe hæc omnia ualere, uelut in his qui multa nomina habent, quum Simonem & Pe-
trum, et Cephā, eundem dicimus. Proinde qui audiuit immutabilitatē Dei, ad ingenitum
eſſe ſubducetur: & qui audiuit indiuiſibilē eſſe, ad creationem deferetur. Et quid hac con-
fuſione abſurdius fieri poſsit? ſi detracta propria uniuſcuiuſq; nominis ſignificatiōe, con
tra cōmunem uſum ac doctrinā ſpiritus quis legem ferat, & quidem quum audiamus de
Sap. 9 Deo, quod omnia in ſapientia fecit, creandi artem ipſius docemur: quum uerò aperit ma
Pſal. 144 num ſuam, & implet omne animal bona uoluntate, prouidentiam per omnia proceden-
tem: quum aūt quod poſuit tenebras latibulum ſuū, de inuiſibili ipſius natura erudimur.
Rurſus uerò per hoc quod ex perſona Dei dicitur, Ego ſum, & non alteratus ſum, perpe-
tuam identitatem ac immutabilitatem eſſentiæ diuinæ diſcimus. Quomodo igitur nō
manifeſta inſania eſt, dicere non proprium ſignificatū unicuiq; nomini ſubiectum eſſe?
ſed præter efficaciam decernere, omnia nomina idem inter ſe ualere. Poſtea ſi etiam con
ceſſerimus hoc, ne ſic quidem àmplius quicq; ipſis ad propoſitum ſupererit. Si em̄ omnia
hęc quum de Deo & patre dicuntur, eſſentiā ipſius ſignificāt, immutabile, inquam, & in-
uiſibile, & incorruptibile, ſimiliter nimirum & de unigenito filio ac Deo, eſſentiæ ſignifi-
catiua erunt. Inuiſibilem em̄ & immutabilem, & incorruptibilem ac indiuiſibilem, & reli-
qua huiuſmodi, etiā unigenitum filium nominamus. Atq; ſic ſapiētia ipſis in contrarium
deueniet. Nō em̄ magis propter diuerſitatem in una appellatione, inæqualem ſecundum
eſſentiā demonſtrare poſsint, quàm propter ſocietatem in plurib. æqualem confiteri co-
gentur, ab ipſa adeò cōceſſorum neceſsitate. Si uerò dixerit in ſola unigeniti uoce ſe hac
reuerentia uti, in reliquis uerò incaute ſe gerere, rurſus ipſum interrogabimus, Quænam
ſit hæc ſortitio, ut quum tot ſint quæ de Deo dicuntur, in uno hoc ſolo ſinceritatem oſten
dat, & in hoc confeſsionem quod eſt id quod eſt ipſi perſoluat: in alijs uerò quàm pluri-
mis, per humanas contemplationes ornare non uereatur. Qui enim plura debet, nō ma
gis gratus iudicatur ob unius redditionem, q̄ excellenter ingratus ob plurimum ſubtra-
ctionem. Sic igiť uelut uerſutæ beſtiæ ſuis ipſius artib. capitur, dum per quæ latere cona-
tur magis conſpicuè conuincitur. Qualia uerò ſint quæ deinceps ſequuntur conſiderate.
Nam ubi oſtendit uelut putat, quod impoſsibile ſit cōtemplatione apprehendere ingeni
tum infert. EVN. Sed neq; ſecundum priuationē, ſi ſanè priuationes, eorum quæ ſecundū
naturam ſunt, priuationes ſunt, & habitib. poſteriores. BAS. Quod aūt hæc ex mundana
ſapientia deblateret, prę qua erecta ceruice, tales uerborum nouationes aggreſſus eſt, nō
difficile eſt oſtendere. Sunt em̄ Ariſtotelis de habitu & priuatione uerba, qui poſteriores
habitib. priuationes eſſe dicit, id quod teſtari poſſunt qui hęc legerunt in ipſius prædica-
mentis. Nobis autem ſufficiebat, ubi oſtendimus ipſum nō ex doctrina ſpiritus, ſed ex ſa-
Pſal. 118 pientia principū huius mundi loqui, illud Pſalmi ad ipſum exclamare: Narrauerunt mihi
iniqui fabulationes, ſed non ut lex tua Domine: & ubi dicimus quod non ex diuinis ac
ueris dogmatibus Domini noſtri Ieſu Chriſti ſunt ea quæ dicuntur, uocis ipſius memi-
niſſe: quum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur; atque hoc mundo multos ſer-
mones

mones nobiſipſis in compendium contrahere, ubi hinc conſpicuũ omnibus feciſſemus,
quod nulla nobis cum ipſis eſt ſocietas. Quę enim cõcordia Chriſto cum Belial? aut quę 2. Cor. 6
portio credenti cum incredulo? Verũ ne uideamur ob inopiam redarguendi ad ſilentiũ
cõfugere, age etiam de his pauca diſſeramus. Multa ô Eunomi ex his quæ de Deo dicun
tur, iuxta ſimilem formã efferri uidemus, uelut ſunt incorruptibilis, inuiſibilis, immorta-
lis. Eiuſdẽ uerò formæ putamus eſſe, & ingenitus. Siquidẽ igitur priuatiua aliqui talia no
minant, nihil ad nos. Neq; enim dictionũ artificia nouimus, neq; eos qui nouerunt imita
mur: uerùm quocunq; tandẽ loco poſitæ fuerint reliquæ uoces, quas enumerauimus, ei-
uſdẽ loci eſſe etiã ingeniti appellationẽ dicemus. Quemadmodũ igitur incorruptibile,
nõ adeſſe Deo corruptionẽ, ſignificat, & inuiſibile, excedere ipſum omnẽ per oculos ap
prehenſionẽ, & incorporeũ, non eſſe ipſius eſſentiã triplici dimenſione menſurabilem,
& immortale, nunquã ipſi diſſolutionem acceſſuram eſſe: ſic dicimus etiam ingenitũ ſi-
gnificare, natiuitatem ipſi non adeſſe. Si igitur nullum ex illis nominibus priuatiuum eſt,
neq; hoc erit. Si uerò de illis conceſſeris, quod iuxta priuationem dicuntur, uerùm in ap-
pellatione ingeniti hoc non admittis, dic quo habitu prægreſſo, incorruptibile priuatio
nem ſignificat? aut quomodo non idem cum ipſo etiam ingenitum ualeat? Verùm circa
ſolam hanc dictionem malignis artibus utitur, quoniam hinc ipſi impietatis occaſiones
ac cauſæ dependent. Quo uerò manifeſta ipſius fraus fiat, ita facite. Quas de ingenito tra
ctat rationes, quod neq; iuxta contemplationẽ humanã, neq; iuxta priuationem, par eſt
ipſum de Deo dici, eas translatas de alio quodam nomine ex his quæ de Deo dicuntur,
conſiderate. Reperietis enim ſingulis exactè conuenientes, & ſi ita uultis, de incorrupti-
bili eadem dicamus, ipſa eius dictione translata. Incorruptibilem autẽ dicentes, nõ iuxta
humanã contemplationem ornare oportere putamus, uerùm perſoluere ipſi debitũ ma
ximè omnium neceſſarium, confeſſionẽ uidelicet quòd eſt id quod eſt: ſed neq; ſecundũ
priuationẽ, ſi ſanè priuationes eorum quæ ſecundum naturam ſunt, priuationes ſunt, &
habitibus poſteriores. Cur magis de ingenito hæc dicere decet, quàm de incorruptibili,
& omnino de qualibet uoce quæ eadem forma profertur? At nulla alia ipſi ad impietatẽ
conducit, quapropter neq; reliquarum meminit, quãuis innumerabiles ſint quę de Deo
dicuntur. Habet aũt ſe res hoc modo. Nullum nomen eſt quod totam Dei naturã com-
plexum ſufficienter enũciare poſſit: plura uerò & uaria, ſingula in propria ſignificatione,
obſcuram quidem penitus & minutiſſimam, quantum ad totum attinet, nobis tamẽ ſuffi
cientem intelligentiam colligunt. Inter ea itaq; nomina quæ de Deo dicũtur, aliqua qui-
dẽ ea quæ adſunt Deo ſignificant: aliqua uerò uice uerſa ea quæ non adſunt. Ex his enim
duobus, nimirum & ex eorum quæ non adſunt, nec conueniunt abnegatione, & ex eorũ
quæ adſunt confeſsione, uelut character & imago quædam Dei nobis imprimitur. Ver-
bi cauſa, quum incorruptibilem nominamus, in potentia nobiſipſis aut audientibus dici
mus, ne putes Deum ſubiacere corruptioni. Et quum inuiſibilẽ, ne ſuſpiceris ipſum ocu-
lorum ſenſu comprehendi: & quum immortalem, nunquã putaris mortẽ Deo accidere.
Sic etiam quum ingenitũ, ne opineris ex ulla aliqua cauſa aut principio, ipſum eſſe Dei
depẽdere. Et in ſumma, ex ſingulis his docemur, ut ne in indecoras ſentẽtias incidamus,
quũ de Deo cogitamus. Proinde quo præcipuam Dei proprietatem agnoſcamus, in ſer-
monibus de Deo uiciſsim alter alteri interdicit, ut ne cogitatione feratur ad ea quæ non
oportet, & ne putent homines aliquid corruptibile, aut uiſibile, aut genitum, Deum eſſe.
Quare per omnia hæc negatiua nomina, uelut abnegatio quædã alieni contingit, dum
mẽs noſtra explicat ac deponit opiniones de his quę Deo non adſunt. Rurſus bonũ dici
mus Deũ, & iuſtum, & creatorẽ, & iudicẽ, aliaq; huiuſmodi. Sicut igitur in illis reproba-
tionẽ quandam ac interdictionẽ alienorũ à Deo uoces ſignificabãt: ita hic poſitionẽ &
ſubſtantiã eorũ quæ propria Deo ſunt, & quæ decenter circa ipſum ſpeculamur, ſignifi-
cãt. Itaq; ex utraq; appellationũ ſpecie docemur, aut de his quæ adſunt, quod adſunt: aut
de his quæ non adſunt, quod non adſunt. Ingeniti porrò uox eorũ quæ non ſunt ſignifi-
cationẽ habet. Indicat enim nõ adeſſe Deo natiuitatẽ. Siue autẽ ablatiuã, ſiue interdicto-
riam, ſiue negatiuã, aut tale quiddã, hanc uocem appellare quis uoluerit, nihil repugnabi
mus. Quod uerò nõ eorũ quæ adſunt Deo, ſignificationem habeat ingeniti uox, ex rela-
tis ſufficienter declaratũ eſſe puto. At eſſentia non aliquid ex his quæ non adſunt, eſt, ſed

ipſum eſſe Dei, id q̃d inter ea quæ non ſunt cõnumerare, extremæ dementiæ eſt. Si enim eſſentia inter ea quæ nõ ſunt, eſt, nullatenus ſanè aliud quid eorũ quæ de Deo dicuntur, aderit. Demonſtratũ igit̃ eſt ingeniti appellationẽ, inter ea quæ nõ adſunt, locatam eſſe. Quare mẽdax eſt qui ipſius eſſentiæ ſignificatiuã eſſe uocem hanc aſſerit. Ille uerò uelut rem abſurdam ægrè ferens aliquid iuxta priuationẽ de Deo dici, ad magis piam uidelicet ſentẽtiam confugit, & ipſam eſſentiam ingeniti uocem cẽſet, & colligens ſibiipſi ſermonẽ in ſummã ſic ſcribit: EVN. Igitur ſi neq; iuxta contemplationem, neq; iuxta priuationẽ, neq; ex parte, indiuiſibilis enim eſt: neq; in ipſo uelut aliud, ſimplex enim eſt: neq; præter ipſum aliud, unus enim eſt & ſolus ingenitus: ipſum ſanè ingenitũ eſſentia fuerit ingenita. BAS. Perduxit orationẽ ad quæ uoluit, & ingenitum undiquaq; diuulſum, ad ipſam detruſit, uelut putat eſſentiam, quũ dixerit de Deo uniuerſorũ, ipſum ſanè fuerit eſſentia ingenita. Ego uerò eſſentiam Dei ingenitam eſſe, etiam ipſe dixerim, non tamen ipſum ingenitũ eſſentiam. Poſtea uerò etiã illud animaduertere operęprętium eſt, quod indiuiſibile & ſimplex, quę eadẽ ſunt ſignificatione: indiuiſibile enim eſt quod nõ ex partibus compoſitũ eſt, & ſimplex ſimiliter quod nõ ex pluribus conſtitutionem habet: hic uelut diuerſa ſubiecto inter ſe diſparet. Deinde interdicit nõ oportere diuidere Deum, neq; aliam ipſius partem ingenitam, aliam genitam ſuſpicari, neq; rurſus putare, ingenitum in ipſo uelut aliud in alio ſitum eſſe. Horum autem uerborũ uanitatẽ tædet me con-
Prouerb.26 futare: uidetur enim quodã modo aſsimilari ei qui uana dicit, is qui contradicit. Quapropter uelut ego arbitror, ſapiens Salomon admonet, ut ne reſpondeamus inſipienti iuxta inſipientiam ipſius. Nam neq; relatos neq; dictos unquam ſermones, ad diuiſionẽ perduxit, ut uideatur inter multa enumerata, iuxta unum ſolum modũ reperire propriè ingenitum dici. Nobis autem longiore fortaſsis opus eſſet oratione, ad mendacium declarandum, & ad demonſtrandum, quod ingenitum non eſt eſſentia Dei, ſi quæ in diuiſione ab ipſo enumerata ſunt, non palàm eſſent cõfutata: nam etiamſi firma ac conſtans ipſius ratio eſſet, quòd neq; ſecundum priuationẽ, neq; iuxta contemplationem, ingenitum accipitur, ne ſic quidem omnino quod colligit, conſequeretur. Quæ enim neceſsitas eſt ſub unum aliquod ex enumeratis cadere, ingenitum eſſe? Veruntamen quoniam ipſe uelut neceſſariò præcedentibus coniunctum infert hoc: EVN. Igitur ſi neq; iuxta contemplationem, neq; iuxta priuationem, neq; iuxta alium quendam ex relatis modum, ipſum ſanè ingenitum eſſentia fuerit ingenita. BAS. Nos retorquentes ſic dicamus, igitur quoniam iuxta contemplationẽ conſideratur, & priuatiuũ eſt nomẽ, non eſſentia Dei eſt ingenitum. Quouſq; enim nõ redarguit quæ dicta ſunt, neque propoſitionibus ſuis robur addit, nullũ locũ habebit id quod ab ipſo colligitur. At uerò quod omnino putat ſe Dei uniuerſorum ipſam eſſentiam inueniſſe, quantæ arrogantiæ eſt ac elationis? ferè enim e-
Eſa.14 tiam illum ipſum iactantia ſuperant qui dixit: Super aſtra ponam ſedem meam: qui ſanè non cõtra ſtellas aut cœlum audenter inſurgunt, ſed ipſam Dei uniuerſorum eſſentiam inueſtigaſſe ſe iactant. Interrogemus autem ipſum undenam dicat ſe ad cognitionẽ perueniſſe. Num ex cõmuni notione? At hæc eſſe Deum, non quid ſit nobis ſuggerit. aut ex doctrina ſpiritus? quali aut ubi ſita? Nõnne magnus ille Dauid, cui occulta & abſcondita ſapientiæ ſuæ Deus manifeſtauit, palàm confitetur inacceſsibilem eſſe Dei cognitio-
Pſal.138 nem, dicens: Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, cõfortata eſt, & non potero ad ipſam. Eſaias autẽ in ſpeculatione maieſtatis Dei conſtitutus, quid de diuina eſſentia nobis de-
Cap.53 clarauit? qui ſanè in prophetia de Chriſto teſtatur dicens: Generationem eius quis enarrabit? Quid uerò uas electionis Paulus, qui loquentem in ſe habet Chriſtum, qui uſque
2.Cor.12 ad tertium cœlum raptus eſt, qui uerba audiuit arcana, quæ nõ licet homini loqui, quam nobis de eſſentia Dei doctrinã dimiſit? qui ſanè ubi ad particulares diſpenſationis rationes inſpexiſſet, uelut uertigine affectus propter imperuiam ſpeculationis uiam, illã uocem exclamauit: O altitudo diuitiarũ, & ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quàm imperſcrutabi-
Rom.11 lia ſunt iudicia ipſius, & imperueſtigabiles uiæ eius. Si autem hæc hi qui ad menſuram cognitionis Pauli peruenerunt, aſſequi non poſſunt, quãta arrogãtia eſt eorũ qui eſſentiam Dei ſe ſcire profitent? Quos profectò libenter interrogauerim de terra in qua cõſiſtunt, & ex qua nati ſunt, quidnam dicant, quam ipſius eſſentiam nobis exponant: ut ſi de his quæ humi ſunt, & ante pedes ſita, clarè & indubitato nobis diſſerant, tunc ipſis etiam de his quæ

his quæ ſupra omnem intelligentiã ſunt, credamus. Quæ igit̃ eſt terræ eſſentia? quis cõ-
prehenſionis modus? Reſpondeant nobis, utrum ratio aut ſenſus hanc aſſecutus ſit? Et
ſi quidem ſenſum dicent, quo ſenſu hæc cõprehenſibilis eſt? uiſu ne? at colores hic per
cipit. an tactu? at hic duricias & teneritudines, calidumq́ ac frigidũ & ſimilia diſcernit,
quæ nemo, niſi ad extremam dementiam delatus, eſſentiam dixerit. De guſtu uerò & ol-
factu quid attinet dicere? quorum alter ſaporum, alter uaporum perceptionẽ habet. Au
ditus autem ſonos & uoces percipit, quæ res nullam habent cum terra ſocietatem. Re-
liquum igitur eſt ipſos dicere, ratione eſſentiam ipſius ſe inueniſſe: ſed quali tandem? &
quo loco in ſcriptura poſita? à quo ſancto tradita? Certè qui de creatione nobis diſſerit,
hactenus nos docuit, quod in principio fecit Deus cœlum & terram, terra autẽ erat inui *Gen.1*
ſibilis & inornata: ſufficere arbitratus, ut eum qui fecit ipſam & exornauit, prædicaret.
Quę uerò eſſet eſſentia eius curioſè inueſtigare, uelut uanum & audientibus inutile recu
ſauit. Si itaq; neq; ex ſenſuum teſtimonio, neq; ex rationis doctrina, cognitio ipſius con-
ſtat, unde amplius dicent cõprehenſionem ipſius adeptos eſſe? Nam quantum eius ſen-
ſibile eſt, aut color eſt, aut moles, aut leuitas, aut grauitas, aut denſitas, aut laxitas, aut du-
ricies, aut teneritudo, aut frigiditas, aut caliditas, aut ſaporum qualitates, aut figurarum
differentiæ, aut magnitudo: ex quibus rebus nihil omnino eſſentiam hi dicere poterint,
etiamſi omnia facile affirmẽt. Ratione uerò rurſus nulli ſapienti & præſtanti uiro perſpe-
cta eſt. Quis igit̃ amplius cognitionis modus reliquus eſt? reſpondeãt nobis qui ea quę
ante pedes ſunt, contemnunt, cœlum uerò penetrãt, omnesq́; ſupermundanas uirtutes,
& ipſi primæ eſſentiæ per mentis intelligentiam coniunguntur. Sed uidetur arrogantia
omnium humanorum uitiorũ grauiſsimum eſſe, et reuera diaboli iudicio eos immittere,
quibus adeſt. Vnde etiã hi neq; terræ quã pedibus calcant naturã, aut quæ ſit noſcentes,
ipſam Dei uniuerſorum eſſentiam perueſtigaſſe ſibi arrogãt. Et Deus quidẽ ſanctis ſuis
Abraham, Iſaac & Iacob, quorum etiam ob perfectionem omni in uirtutũ genere, Deus
nominari uoluit, uelut egregiũ & maieſtatẽ ſuam decens hoc eſſet, dicens, ſeipſum Deũ *Exod.3*
Abraham, & Deũ Iſaac, & Deũ Iacob: hoc enim nomẽ meũ perpetuum eſt, inquit, & me-
moriale generationibus generationum. His itaq;, inquã, neq; nomen ſuum manifeſtauit
Deus, nedum eſſentiã ſuam quæ ſit reuelaſſet. Ego enim, inquit Dominus, & uiſus ſum
Abrabam & Iſaac & Iacob, Deus exiſtẽs ipſorũ, & nomẽ meũ nõ manifeſtaui ipſis: tan-
quã maius uidelicet, quàm ut humanæ aures capiant. At Eunomio, uelut apparet, nõ no-
men ſolum, ſed etiam ipſam eſſentiã ſuam Deus manifeſtauit: & rem adeò arcanam, quę
nulli ſanctorũ manifeſtata eſt, ipſe in libris ſuis cõſcribens publicat, & apud omnes homi
nes temere effutit. Et quæ quidẽ in promiſſionibus nobis repoſita ſunt, ſupra omnem hu *Phil.4*
manam ſunt cognitionem, & pax Dei omnem mentis cogitationẽ excedit. Ipſam autem
eſſentiam Dei nõ admittit omnem mentem & omnem humanam cognitionem excede
re. Ego uerò arbitror nõ homines ſolum, ſed omnem etiam rationalem naturã, ipſius cõ-
prehenſionem excedere. Rationalem aũt nunc creatam dico. Nam ſoli filio notus eſt pa- *Luc.10*
ter & ſpiritui ſancto. Nemo enim nouit patrẽ niſi filius. Et ſpiritus omnia ſcrutatur, etiam *1.Cor.2*
profunditates Dei. Nemo enim nouit, inquit, quę hominis ſunt, niſi ſpiritus hominis qui
in ipſo eſt: & quæ Dei ſunt, nemo nouit, niſi ſpiritus qui eſt ex Deo. Quid igitur eximiũ
cognitioni unigeniti aut ſancti ſpiritus relinquent, ſiquidẽ ipſi eſſentiæ ipſius cõprehen-
ſionẽ habent? Non enim potentię, & bonitatis & ſapientiæ Dei ſpeculatione unigenito
attributa, mediocrẽ ac competentẽ ſibi ipſis dabunt eſſentiæ cognitionem. Imò uice uer
ſa ueriſimile eſt, ipſam quidem eſſentiam omnibus imperueſtigabilem eſſe, præterquã u-
nigenito, & ſpiritui ſancto: ex operationibus uerò Dei nos perduci, & per creaturas crea
torem intelligere, ut ſic bonitatis ac ſapiẽtiæ ipſius intelligentiã cõſequamur. Hoc enim
notum eſt de Deo, quod omnibus hominibus manifeſtauit. Nam quæ apud theologos
de eſſentia Dei conſcripta eſſe uidẽtur, per tropologias aut etiam allegorias, ad alias ſen
tentias tendunt. Quare ſi quis citra examinationẽ, iuxta prõptam expoſitionẽ nudæ lite
ræ inſtare cõtenderit, ad iudaicas & aniles fabulas deuolutus, inops penitus intelligẽtiæ
de Deo dignæ cõſeneſcet: nã ſupra hoc quod materialẽ quãdam eſſentiã Dei intelliget,
& in hoc impijs gẽtibus ac Græcis cõparabitur, amplius etiã uariã ac cõpoſitam hãc opi
nabitur: quum electrinũ quidem à lumbis uſq; ad ſuperna Deũ eſſe propheta narret, ex
igne uerò inferna cõflata eſſe. Qui aũt nõ ad altiorem intellectũ per literam aſcendit, ſed

in ipſis corporalib. deſcriptionibus permanet, & talẽ eſſe Dei eſſentiã ab Ezechiele do-
Deut.4 ctus eſt, is rurſus ignẽ eſse Deũ à Moſe audiet, & à ſapiẽte Daniele, ad alias opiniões per
ducetur: atq; ſic nõ falſas ſolũ, ſed etiã inter ſe pugnãtes imaginationes ex litera colligere
reperietur: proinde curioſa eſſentiæ indagatione, uelut quã aſſequi nequeamus relicta,
Heb.11 ſimplici admonitiõi Apoſtoli credẽdũ eſt, qui dicit: Credere enim oportet primũ quod
eſt Deus, & quòd inquirẽtibus ipſum remunerator exiſtit: non enim perſcrutatio quid
eſt, ſed cõfeſsio quod eſt, ſalutẽ nobis efficit. Quandoquidẽ igit̃ demõſtratũ eſt, eſſentiã
Dei ab humana natura intelligi ac explicari penitus non poſſe, reliquũ eſt ut de ingenito
ipſo dicamus, q̃d ſit, & quõ ipſum in Deo uniuerſorũ ſpeculemur. Reperimus itaq; rem
expendẽtes, quod nõ in perſcrutatiõe quid eſt, ingeniti notio nobis ſuccurrit, ſed magis,
ut coacto ſermone dicã, in perſcrutatione quõ eſt. Quũ enim mens noſtra expẽdit, an o-
mniũ Deus cauſam aliquã ſuperiorẽ ſe habeat, deinde nullã excogitare poteſt, uitã ipſi-
us principio carẽtem, ingenitũ appellat. Sicut enim in ſermonib. de hominibus, quũ di-
cimus, Hic ex illo natus eſt: nõ quid eſt, ſed unde natus eſt, exponimus. Sic in ſermonib.
de Deo: uox ingenitus nõ quid, ſed à nullo ipſum genitum eſſe ſignificat. Cęterũ hoc mo-
Cap.3 do clarius fiet id quod dico. Lucas Euãgeliſta genealogiam Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu
Chriſti exponẽs, & ab ultimis ad primos rediens, incepit quidẽ à Ioſeph: ubi autem dixit
hunc Heli, hunc aũt Mathan, atq; ſic per reſolutionem uſq; ad Adam narrationem dedu-
xit, deinde progreſſus ad ſuperna, & loquutus Seth eſſe ex Adam, Adam uerò ex Deo,
hic aſcenſum terminauit, non eſſentias enumeratorũ indicans, in uniuſcuiuſq; generatio-
nis enarratione, ſed cohærẽtia principia unde quiſq; natus eſt, exponẽs. Quemadmodũ
igit̃ ille dixit, quòd Adã ex Deo: ſic nos interrogemus noſipſos, Deus aũt ex quo? nón-
ne promptũ eſt cuiuſq; menti reſpõdere ex nullo? Ex nullo uerò eſt, nimirũ quod princi-
pio caret: quod uerò principio caret, ingenitũ eſt. Sicut igit̃ in hominib. nõ erat eſſentia,
ipſum eſſe ex aliquo, ſic neq; in Deo uniuerſorũ eſſentiam dicere poſſumus, ipſum inge-
nitum, quod idem eſt uelut ex nullo. Qui uerò id quod principio caret, eſſentiã eſſe di-
cit, cõſimile facit, uelut ſi quis interrogatus, quæ fuerit eſſentia Adæ, & quæ ipſius natu-
ra, reſpondeat, nõ ex coitu uiri & mulieris, ſed diuina manu efformatã eſſe. At non modũ
quo ad ſubſtantiã productus eſt, quæro, dixerit quis, uerũ ipſum materiale hominis ſub-
iectum, quod multũ abeſt ut per tuam reſponſionẽ diſcam. Hoc aũt etiam nobis contin-
git, qui ex ingeniti uoce magis quomodo Deus eſt, q̃ ipſam naturã diſcimus. In ſumma,
ſi quis uelit ueritatẽ eorum quæ à nobis dicũtur perdiſcere, ſeipſum perſcrutet̃, quum de
Deo aliq̃d cognoſcere uolẽs, ad ingeniti ſignificatũ procedit. Ego enim uideo, quòd ue-
lut in uẽtura ſecula cogitationẽ extẽdẽtes, fine carentẽ dicimus, cui nullo fine uita termi-
natur: ita etiã ad ea quæ ſuperiora omnibus ſeculis ſunt cogitatione aſcendẽtes, & in im-
menſitatẽ uitæ Dei, uelut in uaſtũ quoddã pelagus, intuẽtes, nullum principiũ à quo ge-
nitus ſit apprehẽdere potẽtes, ſed ſemper ultra omne quod intelligi poteſt, excedentem
Dei uitã cõſiderantes, hanc principio carẽtem uitã, ingenitũ appellamus. Hæc eſt enim
ingeniti ſignificatio, nõ habere aliunde principiũ ut ſit. Ille uerò quoniã circa ſolũ Deum
uniuerſorũ ſpeculamur ingenitũ eſſe, malignisſimè omnino ipſum rapuit in blaſphemiã
cõtra unigenitũ. Quid enim progreſſus ait? EVN. Ingenitus aũt quũ ſit, iuxta præmiſſam
demõſtrationem, nũquam ſanè admiſerit generationẽ, ut propriæ naturæ genitum par-
ticipem faciat, effugeritq; utiq; omnẽ comparationẽ ac ſocietatẽ ad genitũ. BAS. O' im-
pudẽtem & improbã blaſphemiã. O' occultũ dolum, & uariã ac fraudulẽtam maliciã: q̃
exactè ex ipſis diaboli inſidijs loquit̃. Quũ enim uelit demonſtrare, inęqualẽ eſſe Deo &
patri unigenitũ filiũ & Deũ, patris quidẽ ac filij nomẽ ſilet, ſimpliciter aũt de ingenito &
genito diſſerit. Et ſalutaris fidei nomina occultãs, nuda blaſphemiæ dogmata tradit: quo
impietate in rebus denudata, deinde trãſitione ad perſonas fiente, ipſe quidem nihil bla-
ſphemi dixiſſe uideat̃, uerũ per orationis conſequentiam conſtructam blaſphemiam ha-
beat. Ingenitus aũt quũ ſit, inquit, effugerit utiq; omnem comparationẽ ac ſocietatem ad
genitũ. Non dixit pater & filius, ſed ingenitus & genitus, & unum quidem eſt hoc ipſius
eiuſmodi maleficiũ. Alterũ uerò quale ſit, cõſiderate. Ingenitus aũt quũ ſit, nunquam ſa-
nè admiſerit generationẽ: & infert, ut ꝓpriæ naturę genitũ participẽ faciat. Quod dixit,
nũquam ſanè admiſerit generationẽ, duo ſignificat. Alterũ quod propriæ ipſius naturæ
nõ cõueniet generatio. Impoſsibile eſt eñ ingenitã naturã ſub generationem uenire. Al-
terum

terum quod generare non admittit:in qua ſignificatione hic uſus eſt hac uoce: rapit autē
uulgus ad prius ſignificatū.Nam quod hoc eſt quod ipſo cōſtruitur, palàm id quod infer
tur oſtēdit:quū enim dixiſſet,nunquā ſanè admiſerit generationē,induxit,ut propriæ na
turę genitū participē faciat. Ad ſecūdam enim ſignificationē hoc cōſequēs eſt,quod non
admittit ut pater fiat , ut ne propriæ naturæ genitū participē faciat. Qua impietate quid
nam fieri poſsit pernicioſius? Quis unquā tantam iniuriā in altū loquutus eſt? Ego enim
timeo ne & nos,dū alienas blaſphemias per os aſſumimus,mētem noſtrā inquinemus,&
cōdemnationis ipſorū participes ſiamus.Sed conſolat̄ me id quod in euāgelijs eſt,quòd Matt.12
ſpūs ſanctus Iudęorū in Dominū blaſphemiā,etiā poſteris conſcriptā,tradere nō auerſa-
tus eſt,illorū blaſphemiā per omne tēpus notās,non aliquā impollutæ unigeniti maieſta
ti blaſphemiā affricās. Si itaq; nunquā admiſerit generationē, ut ꝓpriæ naturæ participē
faciat genitū,nō eſt quidē pater Deus,nō eſt aūt:ſed præſtat ut imperfectā blaſphemiam
relinquamus.Hic enim non admiſit generationē.Ille uerò nō participauit genitoris natu
ra:poſtea cōtendit ipſe ſecū,nouā blaſphemiæ mitigationē excogitās,nō quòd dicat ali-
quid cū pœnitētia coniunctū,ſed poſteriorib.priora occultare cōtendens.Quid enim di
cere auſus eſt? EVN. Effugeritq; utiq; omnē comparationē ac ſocietatē ad genitū. BAS.
Si uerò nō eſt cōparatio filio ad patrē,neq; ſocietas ad genitorē, mendaces ſunt apoſtoli,
mēdacia ſunt euāgelia,ipſaq; ueritas Dominus noſter Ieſus Chriſtus. Sed ego rurſus hor
reo ob blaſphemiā,quā quiſq; facile intelligit. Si enim nullā habet comparationē ad pa-
trem,quō dixit Philippo? Tanto tēpore uobiſcū ſum,& nō uidiſti me Philippe? &, Qui Ioan.14
uidet me,uidet eum qui miſit me.Nā cum qui neq; comparationē admittit, neq; ſocieta-
tē aliquā ad ipſum habet,quomodo in ſeipſo filius oſtēdere potuiſſet? Nō enim per diſ-
ſimile & alienū apprehendit̄ id quod ignorat̄, ſed per familiare familiare cognoſci ſolet.
Sic in medio ſigillo,eius qui ſignauit figura conſpicit̄, & per imaginē exemplaris cogni-
tio cōtingit,comparantib.uidelicet nobis in utroq; identitatē:quare per unam hanc bla-
ſphemiā omnes reprobat uoces,à ſancto ſpiritu ad unigeniti glorificationē traditas:quū
euangeliū doceat,hunc pater ſignauit Deus: & Apoſtolus, Qui eſt imago Dei inuiſibi- Col.
lis. Imago non inanimata, neq; manufacta, neq; artis & induſtriæ opus:ſed imago uiua,
imò potius ipſa per ſe uita, non in figuræ ſimilitudine, ſed in ipſa eſſentia identitatē nihil
euariantē conſeruās.Ego enim in forma Dei eſſe, idem ualere ſentio, atq; in eſſentia Dei Phil.2
eſſe.Sicut enim formā aſſumpſiſſe ſerui,in eſſentia humanæ naturæ Dominū noſtrū natū
eſſe ſignificat: ſic quū dicit,in forma Dei eſſe, diuinæ eſſentiæ proprietatē penitus decla
rat.Qui uidit me,inquit,uidit & patrē.Hic uerò abalienās unigenitum à patre,& penitus
reſcindēs à ſocietate ad ipſum, contingentē per ipſum aſcenſum ad cognitionē, quātum
in ſe eſt intercipit.Omnia quæcūq; habet pater,mea ſunt,inquit Dñs. At Eunomius nul- Ioan.17
lā ſocietatē eſſe dicit patri cū eo qui ex ipſo eſt.Et ſicut pater uitā habet in ſeipſo,ſic dedit Ioan.5
filio uitā habere in ſeipſo. Hoc ab ipſo edocti ſumus Domino: ab Eunomio uerò quid?
nullā eſſe cōparationē genito ad genitorē.Et in ſumma,per unā hāc uocē,& imaginis ra-
tionē tollit,& ſplēdorem eſſe ac characterē ſubſtātiæ reprobat. Neq; enim fieri poteſt ut
imaginē intelligas eius cui nihil cōparari poteſt,neq; ut ſplēdor ſit eius qui nihil cōmune
ac ſociū habet ſecundū naturā.In eadem porrò ſpecie artificij perſeuerat,dum dicit, inge
nito non eſſe ad genitū comparationē,non patri ad eū qui ex ipſo eſt:quo quā his uocib.
ineſſe oppoſitionē oſtēderit,eam ad ipſam patris ac filij eſſentiā transferat. Cæterū ut ne
oēs ipſius blaſphemias perſequētes,& ſingula quæ dixit cōfutare conantes, longius ora
tionē extēdamus,quæ quidē manifeſtā habent impietatē, & legentibus per ſe manifeſta
ſunt omittemus.Quæ uerò ratione aliqua opus habēt ad hoc ut redarguantur,ea appo-
nemus.Nā ubi uarijs modis,nullā eſſe eſſentiæ patris ad filiū ſocietatē adſtruxit, & undi-
quaq; abſurditatē uelut ipſe putat,oſtēdit,ita infert: EVN. Non enim profectò hoc dice-
re poſſumus,quòd cōmunis quidē eſt ambobus eſſentia,ordine uerò & temporis prero
gatiuis,ille primus eſt,hic uerò ſecūdus,quandoquidē ſanè in his quæ præminēt,præmi-
nentiæ cauſam adeſſe oportet:eſſentiæ aūt Dei,nō coniunctū eſt tēpus,nō æuū,non or-
do.Nā & ordo ordināte poſterior eſt.Nihil aūt eorū quæ Dei ſunt, ab altero ordinatum
eſt:& tempus ſtellarū qualis quidā motus eſt.Stellæ uerò non ſolum ingenita eſſentia, &
omnib.intelligibilib. ſed ipſis etiā primis corporibus poſterius factæ ſunt. De æuo autē
quid dicere oportet? quū ipſa ſcriptura palàm ꝓnūciet,ante ſecula eſſe Deū. BAS. Quū

conſtituerit ſibijpſi in oratione quæ uoluit, & ea quæ ad cõſtituta argumēta conſequuntur, aſſumpſerit, deindeq; ſeipſum ad abſurda detruſerit, neceſſariũ hinc arbitrantur propriorũ dogmatũ ſucceſsionē oſtendere. Dicit enim, non profectò hoc dicere poſſumus, q; cõmunis quidē eſt ambobus eſſentia, ordine uerò & tēporis prærogatiuis, ille primus eſt, hic uerò ſecũdus. Si quidē igit̃ cõmunitatem eſſentię ſic intellectã dixit, uelut ex materia præexiſtente, diſtributionē quandã ſecundũ diuiſionē, in ea quæ ab ipſa ſunt, intelligat: neq; ipſi hanc ſententiã ſuſceperimus, abſit: & qui hoc dicunt, ſi tamen aliqui ſunt, nihil minus ipſos impios eſſe his qui inæqualitatē producũt, pronũciamus. Si uerò quis ſic accipiat eſſentiæ cõmunitatē, ut eſſentiæ rationē unã & eãdem in ambobus ſpeculetur, & ut ſi, uerbi gratia, pater lux ſubiecto intelligat̃, lucē etiã unigeniti eſſentiam confiteatur: & quãcunq; tandem quis reddat de patris eſſentia rationem, eãdem etiã filio accõmodet: ſi ſic eſſentiæ cõmunitas accipiat̃, ſuſcipimus, & noſtrũ eſſe dogma dicemus. Iuxta hoc enim deitas una, nimirũ ſi ſecundũ eſſentię rationē unitas accipiat̃: ut in numero quidē differentia ſit, & in proprietatibus utrunq; delineãtibus, uerũ in deitatis ratione, unitas conſideretur: proinde quũ determinatũ ſit, quomodo eſſentię communitatem accipere oportet, ea quæ deinceps ſequuntur, expendamus, quam ad præcedentia coniunctionē habeãt. Ordine uerò, inquit, & temporis prærogatiuis, ille primus eſt, hic ſecũdus. Quæ eſt neceſsitas, ut in quib. cõmunis eſt eſſentia, ea ordini ſubiecta ſint, & tempore ſint poſteriora? Nõ enim poſsibile eſt, ut uniuerſorũ Deus nõ ab ęterno adſit imagini ſuæ citra temporis interceſsionē reſplendeſcenti, & non ſolũ ultra tempora, ſed etiam ultra omnia ſecula, coniunctionē habeat: ob hoc enim ſplēdor ſiue reſplendeſcentia dicitur, quo coniunctionē intelligamus: & ſubſtãtiæ character, ut coeſſentialem diſcamus. Sed & ordo alius quidē naturalis eſt, alius artificialis. Naturalis quidē uelut creaturarum, iuxta creãdi rationes diſpoſitus. Item uelut numerabilium poſitio, & cauſarum ad cauſata habitus, ita ut illud prius confiteamur, etiã ipſius naturæ factorē & opificē Deum eſſe. Artificialis uerò & excogitatus, uelut qui eſt in ſtructuris, & diſciplinis, & dignitatibus & numero, & huiuſmodi. Horũ itaq; priorem quũ occultaſſet Eunomius, ſecundæ ordinis ſpeciei mentionē fecit, & dicit, non oportere dicere in Deo ordinem eſſe: quoniã ordo poſterior ſit ordinãte. Illud uerò aut nõ intellexit, aut ultrò occultauit, quod eſt quædam ordinis ſpecies non ex noſtra poſitione cõſiſtens, ſed ad naturæ conſequentiã contingēs, uelut igni ad lucē quę ex ipſo eſt. In his em̃ priorē cauſam dicimus, poſterius uerò id quod ex ipſa eſt: nõ interuallo hęc inter ſe diſparãtes, ſed ratione cauſam priorē cauſato intelligentes. Quõ igit̃ rationi conſentaneũ eſt in his negare ordinē, in quib. eſt prius & poſterius, nõ noſtra poſitione, ſed ex naturali in ipſis exiſtēte conſequentia? Qua igit̃ gratia ordinē in Deo reprobat? Arbitratur ſi oſtēderit nequaquã aliter prius intelligi, ſe habiturũ conſequens, in ipſa eſſentia præminentiã oſtēdi. Nos uerò iuxta habitũ quidem cauſarũ ad ea quæ ex ipſis ſunt, filio patrē præpoſitũ eſſe dicimus. Verũ iuxta naturæ diuerſitatē, non item, neq; iuxta tēporis exceſſum: alioqui etiã patrē eſſe Deũ negabimus, quũ eſſentiæ alienitas naturalē reprobet coniunctionē. Quãdoquidem uerò etiã ad temporis naturã nobis definiendã ſapiens ille in omnib. delatus eſt, hinc quoq; ipſius cõſtantiã ac mentis perſpicacitatem uideamus. Tempus itaq; qualem quendã ſtellarũ motum eſſe dicit, ſolis uidelicet & lunæ ac reliquarũ, quæ uim habent ut per ſeipſas moueantur. Itaq; interuallũ à creatione cœli & terræ, uſq; ad creationem ſtellarũ, quid'nam eximius

Gen.1 ille ſublimiũ rerũ ſpeculator eſſe pronunciabit? Nam qui mundi creationē uirtute ſpiritus conſcripſit, quarta die magna illa luminaria ac reliquas ſtellas productas eſſe dicit. Tēpus igitur non erat, uelut apparet, in ſuperioribus diebus. Non enim mouebantur ſtellæ: quomodo enim mouerentur quæ nondũ productæ erant? Rurſus quãdo bellum aduer-

Ioſ.10 ſus Gabaonitas gerebat Ieſus Naue, quoniã immobilis ſol manebat præcepto ligatus, & luna in loco ſtabat, tempus tunc nõ erat. Quomodo igit̃ illud diei ſpaciũ nominabimus? quã appellationē excogitabis? Si enim temporis natura defecerat, æuum uidelicet pro eo ſucceſsit. At æuũ paruã diei partē appellare, quem dementiæ exceſſum non excedit? Verũ uidetur ex multa ingenij ſagacitate, diem & noctem, in quali quodã ſtellarum motu fieri putare, has aũt temporis partes eſſe, unde tempus ſtellarũ qualem quendam motum pronunciauit, neq; hoc ipſum intelligens quod dicit. Non enim qualem, ſed quantum magis congruũ erat dicere, ſi modò id dicere oportet. Sed quis adeò penitus mente

puet

puer eſt,ut ignoret dies & horas,& menſes, & annos, tẽporis menſuras eſſe,non partes? Tempus aũt eſt ſpaciũ quod unà cum mundi cõſtitutione coextendiť, quo omnis motus menſurať ſiue ſtellarum,ſiue animaliũ,ſiue cuiuſcũq; rei quæ moueť, iuxta quod dicimus aliud alio uelocius aut tardius eſſe:uelocius quidẽ,id quod minore tempore amplius ſpatium tranſit:tardius uerò,quod minus longiore tempore mouetur.Ille uerò q̃m in tẽpore ſtellæ mouenť,temporis ipſas eſſe opifices pronunciat. Proinde iuxta ſapientiſsimi illius rationem,q̃m etiam ſcarabei in tẽpore mouentur,definiemus tempus eſſe qualẽ quendã ſcarabeorum motũ.Nihil enim ab hoc differt,id quod ab eo dictũ eſt,excepta uerborũ dignitate:atq; hęc quidem huiuſmodi ſunt:cõſidera aũt & quæ deinceps ſequuntur. EVN. Atqui,inquit,neq; poſsibile eſt eſsentiæ Dei ineſſe,uelut ſpeciem,aut molem,aut quãtitatem,propterea φ penitus liber ſit Deus ab omni cõpoſitione.Si uerò horũ & ſimilium aliquid eſſentię Dei cõplicatũ cogitare,neq; eſt,neq; fuerit unq; piũ,quæ ratio amplius cõcedet genitam eſsentiã ad ingenitã aſsimilare?quũ ſimilitudo,aut cõparatio,aut ſocietas ſecundum eſſentiã,nullũ exceſsum aut differentiã relinquat, ſed æqualitatem palã faciat: cum æqualitate uerò,ingenitum eſſe eum qui aſsimilatur aut cõparatur definiat. Nemo enim adeo ſtolidus eſt,& ad impietatẽ audax,ut ęqualẽ patri filium dicat,quum ipſe Dñs palàm dixerit,Pater qui me miſit maior me eſt.Et rurſus paulo poſt: At quod uniuerſorũ Deus unigenitus ſit & incõparabilis,pluribus omiſsis,ea quæ relata ſunt ad demonſtrationem ſufficere arbitror. BAS. Quum improbum aliquẽ ſermonẽ attingere uult, quædã quæ concedũtur aſsumit,quo per horũ ſinceritatẽ,etiã de reliquis ſibi fidem paret. Neq;, inquit,poſsibile eſt eſſentiæ Dei ineſſe,neq; ſpeciẽ,neq; molem,neq; quantitatẽ,propterea φ penitus liber ſit Deus ab omni cõpoſitione. Et hactenus quidẽ ſincerus eſt, uerùm in ſequentibus in ſeipſum redit.Nam uelut neceſſariò ad prædicta conſequentẽ blaſphemiam coniungit,dicens: EVN. Si uerò horum & ſimilium aliquid eſſentiæ Dei cõplicatũ cogitare,neq; eſt,neq; fuerit unquam pium,quæ ratio concedet genitam eſſentiã ad ingenitam aſsimilare? BAS. Qualem conſequentiam hæc inter ſe habent? Si incompoſitus eſt Deus,non fieri poſſe ut filius ſimilitudinem ad ipſum ſuſcipiat? Dic mihi nõne etiã tu filium ſimiliter dices,neq; ſpeciem,neq; molem,neq; quantitatẽ in ſeipſo habere?& penitus à compoſitione liberum eſse? Ego enim ne ſi inſania quidem correptus eſſes,auſurum te eſſe puto ut aliud quid dicas filium, φ incorporeum & ſpecie & figura carentem, & omnia quæ de patre dicere poſsis. Quõ igitur non pium eſt,eum qui ſpeciem non habet,ſpeciem non habenti comparare? & eum qui quantitatem non habet,ei qui ipſam nõ habet? & in ſumma,incompoſitum incompoſito? Ille uerò ſimilitudinem in ſpecie ponit, & æqualitatem in mole:quantitatẽ aũt quid præter molem eſſe putet, ipſe ſanè ſincerius expoſuerit. EVN. Quapropter neq; æqualis,inquit,neq; ſimilis, quoniam & quantitatis & ſpeciei ac qualitatis exors eſt. BAS. Ego uerò iuxta hoc ipſum ſimilitudinem pono. Nã ſicut pater ab omni compoſitione liber eſt:ſic etiam filius ſimplex omnino & incompoſitus. Et ſimilitudinem nõ iuxta ſpeciei identitatẽ,ſed iuxta ipſam eſsentiã cõſiderari arbitror. Quibus enim forma & figura circundata eſt,his iuxta ſpeciei identitatem ſimilitudo eſt. Verùm ſpecie ac figura carentem naturam,in ipſa eſſentia ſimilitudinẽ habere conſequens eſt: & æqualitatẽ non in molis dimenſione,ſed in potentiæ identitate. Chriſtus inquit,Dei potentia & Dei ſapientia,tota uidelicet paterna potentia in ipſo ſita. Vnde quę cunq; patrem facere uidet,ea etiã filius ſimiliter facit. EVN. At ſimilitudo inquit, aut comparatio,aut ſocietas ſecundum eſsentiã,nullũ exceſsum aut differentiã relinquens,ęqualitatem palàm efficit. BAS. Quõ nullam differentiã relinquit, neq; eam quæ cauſis ineſt ad ea quæ ſunt ex ipſis? Deinde inducit. EVN. Quis adeò ſtolidus eſt,aut ad impietatem audax,ut æqualem patri filiũ dicat? BAS. Ad hæc dicamus ipſi illa ꝓphetæ uerba: Aſpectus meretricis eſt tibi,impudens factus es ad oẽs. Illę enim ſua opprobria honeſtè uiuentib. affricant. Et hic eos qui maieſtatem unigeniti magnificare cupiũt ſtolidos appellat,& ad impietatẽ audaces,eadem ægreferens,ob quę Iudęi exacerbabãtur,dicẽtes tunc: Aequalem ſeipſum facit Deo: quanq; illi magis quodãmodo uidebanť id quod conſequens eſt uidere(nec mirum alicui id quod dico uideatur)Indignabanť enim φ patrem ſuum dicebat Deum,quod conſequens eſt à ſeipſis colligẽtes,quòd per hoc æqualem ſeipſum Deo faceret:uelut neceſsariò ſequeretur ad hoc φ patrẽ haberet Deũ, φ ęqualis ipſi eſset. Eunomius uerò prius illud cõcedens,poſterius negat, Et ipſam Dñi uocem prętendit qui

Ioan.14

Ioan.5

Hier.3

Ioan.5

D 4 dixit:

Ioan.14 dixit: Pater qui miſit me, maior me eſt. Apoſtolū uerò dicentē nō audit, quod nō arbitra-
tus eſt eſſe rapinā, ſe æqualē eſſe Deo. Atqui ſi ſecundū tuā rationē, ingenitū eſſe eſſentia
eſſet, uoluiſſet aūt præminentiā iuxta eſſentiam oſtendere, dixiſſet utiꝗ ingenitus maior
me eſt. Veſtra aūt ratio eſt, quod patris appellatio operationis, & non eſſentiæ ſignificati-
ua eſt. Maiorē igiť filio patrē dicentes, maiorē opere ipſam operationē dicitis. Omnis p̄-
fectò operatio his quę ex ipſa fiunt mēſura cōgruit, & magna quidē magnorū operū eſt,
parua uerò minorū. Proinde maiorē filio patrē iuxta hanc rationem confiteri, nihil aliud
eſt ꝙ operationē incongruā operi cenſere, & dicere fruſtra Deū ad operationis magni-
tudinem cōmotum eſſe, quum nō potuerit operationi adæquare effectū. Quare alterum
ex duobus neceſſariò conſequetur, aut nō ſignificare patrem operationem, ſed eſſentiā:
atꝗ ſic excogitata ab ipſis ſimilitudinis ratio expungetur, quū filium patri, hoc eſt opera-
tioni ſimilē cenſeant: qualem enim uoluit pater, inquiūt, talē fecit, qua ratione etiā uolun-
tatis imaginem nominant. Aut ſi hoc conſeruant, ut dicant patrē maiorem nō eſſe. Nā o-
mnis operatio, nulla externa re obſtante, congrua eſt proprijs effectibus. Atꝗ hæc ad cō-
futandā ipſorū in dogmatibus cōcordiā dicta ſint. Illud uerò cui obſcurū eſt, quod maius
aut iuxta cauſę rationē, aut iuxta potētię redundantiā, aut iuxta dignitatis præminentiā,
aut iuxta molis ſiue magnitudinis exceſſum diciť. Iuxta magnitudinē igiť nō acceptā eſ-
ſe uocē maiorē, tum hic ipſe in ſuperiorib. aſſeruit, tum ipſa res ſic ſe habet. Quādoquidē
in magnitudinibus maius tantū eſt quantū minus, & adhuc amplius. Quę uerò incōpre-
henſibilia ſunt magnitudine, imò potius magnitudine ac quantitate penitus carent, ea
quis inter ſe dimetietur? Quorū uerò impoſsibilis eſt comparatio, quomodo in his quod
excedit cognoſci poſsit? Potentia uerò dicere deficere Chriſtū, qui eſt uirtus & potentia
Ephe.6 Dei, ualde puerile eſt, & eorū qui neꝗ Domini uocem audiuerunt, qui dixit: Ego & pa-
Ioan.10 ter unū ſumus: & uocem Vnū pro æquali iuxta potentiā accepit, uelut ex ipſis euangelij
uerbis oſtendemus. Quū enim dixiſſet de his qui crediderunt: Nemo rapiet eos ex manu
mea, & pater qui dedit mihi maior omnib. eſt, et nemo poteſt rapere ex manu patris mei,
induxit: Ego & pater unū ſumus, palàm Vnū pro æquali & eodē iuxta potētiā accipiēs.
At uerò ſi thronus Dei uelut nos credimus dignitatis nomen eſt, ſedes filio à dextris pa-
tris decreta, quid aliud ꝙ dignitatis æqualitatē ſignificat? Quin & Dominus in maieſta-
Luc.21 te patris ſe uenturū promittit. Reliquū itaꝗ eſt iuxta cauſæ rationē uocē Maius hic dici.
Nam quoniā à patre principiū eſt filio, iuxta hoc maior eſt pater, uelut cauſa et principiū.
Quapropter & Dominus ſic dixit: Pater meus maior me eſt, eo quòd pater eſt uidelicet.
Patris aūt uox quid aliud ſignificat, quàm cauſam & principium eius qui ex ipſo genitus
eſt? In ſumma uerò, etiā iuxta ueſtrā ſapientiā, eſſentia eſſentia maior aut minor nō dicit.
Quare & iuxta illos ipſos, & ſecundū ueritatem ipſam, nullo pacto præminentiā ſecun-
dū eſſentiā propoſita maioris uox ſignificat. Nec uerò iuxta molem hic ipſe patrem ma-
iorem dixerit, qui ſanè pronunciauit, nullā quantitatem circa Deū ſuſpicari oportere. Re-
ſtat igitur is qui à nobis dictus eſt maioris modus, principij dico ac cauſæ. Itaꝗ aggreſsio
blaſphemiæ ipſius iuxta maioris uocem talis eſt. Illud aūt admiratione dignum eſt, quum
in breui adeo ad cōtrarijſsimos ſermones circunuertatur, uelut cæcitate quadam animæ
oculos ictus, quòd pugnā in dictis intelligere nō potuit, ut conſpicuus fiat adeò à pace
Dei alienus eſſe, quā Dn̄s noſter legitimè & citra dolum in ipſum credētibus reliquit, dū
Ioan.14 dixit: Pacē relinquo uobis, pacē meam do uobis: ut nō cum alijs ſolū, ſed etiā ipſe ſecū pu-
gnet. Quū enim maiorē dixerit Deū & patrem unigenito filio, & eis qui æqualem dicūt
inſaniā obiecerit, tanquā ipſe demonſtrationes habeat huius rei quibus contradici non
poſsit: paululum progreſſus qualia ſcribit cōſiderate. EVN. At quod uniuerſorum Deus
ingenitus ſit & incōparabilis, pluribus omiſsis, ea quæ relata ſunt ad demōſtrationē ſuffi-
cere arbitror. BAS. Interrogetur itaꝗ, ſi incōparabilis eſt Deus, unde præminētia ipſius
deprehenſa eſt: maius enim ex cōparatione ad ea quæ exceduntur cōſideratur. Quomo-
do igitur idē & maior eſt & incomparabilis? Verū ut diuerſam Dei eſſentiā ab unigeniti
eſſentia oſtēdat, uocē Maius cōparatiuè dictā ad eſſentiæ diuerſitatē accepit. Quo uerò
rurſus ad creaturę æqualitatē unigenitū deducat, incōparabilē eſſe patrē ſancit, nouam
quandā ac reuera incōparabilē uiā blaſphemiæ excogitās, in hoc quod ſimulat ſe exalta-
re ac extollere Deū & patrē, unigeniti filij & Dei gloriā imminuens, quū ipſe Dominus
Mat.10 teſtetur ac dicat: Qui nō honorat filium, non honorat patrem: & Qui me cōtemnit, non me

me cõtemnit,ſed eũ qui me miſit. Ceterũ inimicus ueritatis qui operat̃ in ipſis ut talia di
cãt ac ſcribãt,nouit illud, quod ſi ipſos ad gloriæ unigeniti cognitionẽ excæcauerit, etiã
ipſius Dei ac patris cognitionẽ ſimul auferet:ut etiãſi uideant̃ præminẽtias quaſdã Deo
& patri tribuere,nulla ipſis inde utilitas emergat,ut qui cognitione uiæ ad ipſum ducẽtis
ſint priuati. Nã & Iudæi ſe glorificare Deũ putant. Et Græcos ac gẽtes audias magnũ qd Mat.9
de Deo dicere:attamen nemo dixerit ipſos magnificare Deũ,abſq; fide in Chriſtum,per
quẽ adductio & acceſſus cognitionis cõtingit. Incõparabilẽ igit̃ dicit Deũ, ut creaturæ
æqualẽ eſſe filiũ oſtẽdat,in eo quod ſimiliter à gloria patris abſit. Nã quę æquali excedũ-
tur mẽſura,æqualia inter ſe neceſſariò ſunt. Tantũ aũt excedit̃ iuxta huius rationẽ à Deo
& patre unigenitus filius,quantũ etiã alia ſingula. Tale eſt enim incomparabile, quod o-
mnibus æqualiter inacceſsibile eſt,& nemo aſſequi poteſt. Si uerò æqualiter cũ alijs à pa-
tre abeſt,æqualis illis eſt cũ quibus abeſt. Quid igitur hac blaſphemia deterius dixerint
Iudæi? quid uerò magis impiũ gẽtes dicere audiamus? & non erubeſcunt qui uerbũ Dei
proferre ſe fingunt, Iudæis ac gentibus grata ac uſurpata dogmata prætendere. Si enim
nõ comparatur patri,ſicut neq; angeli, neq; cœlũ neq; ſol,neq; terra, neq; ſingula in ipſa
animalia ac plantæ: quõ diuerſitatẽ habebit ad proprias creaturas? unde ipſi ad genitorẽ
cõiunctio? Ego,inquit, & pater unũ ſumus:rurſus enim eiuſdẽ dicti mentionẽ faciemus. Ioan.10
Hoc dic mihi,non'ne cõparantis ſeipſum uerbũ eſt? quid dico cõparantis? imò unientis
ut ita dicã, & naturæ identitatẽ hinc declarantis? Hic uerò incõparabilẽ eſſe Deum pro-
nunciat. Et bonitas quidẽ Dei ac ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, homines quantũ capaces
ſumus, per ſtudiũ ac exercitationẽ bonorũ operũ,ad ſimilitudinẽ ad Deũ uniuerſorũ ad-
ducit, dũ inquit, Sitis perfecti,ſicut & pater ueſter cœleſtis perfectus eſt. Hic uerò unige Mat.5
nitũ,coniunctione ex natura ipſi ad genitorẽ exiſtente, quantũ in ipſo eſt,priuat. Quan-
quã & hæc ratio ipſi in contrariũ circũuertetur. Si enim incõparabilis eſt pater, unde ac-
ceptas inæqualitatis ac diſsimilitudinis demonſtrationes exhibebit? Si quidem enim ex
collatione eſſentiarũ inter ſe, diſsimilitudinem ſe cõperiſſe dicet, quomodo incõparabi-
lis eſt qui talis eſt? Si uerò omnino nõ comparatur,quomodo diuerſitatẽ cognoſcere po
tuit? Sic uidetur malum non ſolum bono contrarium eſſe,ſed etiam ipſum ſibijpſi.

DIVI BASILII MAGNI CONTRA APOLOGETICVM EVNOMII EVERSORIVS LIBER II.

Iano Cornario interprete.

QVVM igitur in ſermonibus de Deo uniuerſorum præſtruxerit, quantum
eius fieri potuit,in filiũ Dei blaſphemias, deinceps ipſi unigenito Deo lin-
guam immiſit. EVN. Quid enim inquit? & unus filius,unigenitus enim,de
quo poteramus quidẽ ſanctorum uoces apponere,per quas filium & geni-
turam & creaturam prædicant,per nominum diuerſitates,etiam eſſentię di
uerſitatem declarantes, atq; ſic à curis ac negocijs liberi eſſe. Verùm propter eos qui cor
poralem natiuitatem accipiunt,& æquiuocationibus offenduntur,neceſſarium fortaſsis
eſt etiam de his,breuibus dicere. BAS. Hęc quidẽ Eunomius,ego uerò ſi quidẽ ſic opor
tet de tota oratione ſentire uelut de figmento, qualia in ſcholis uanitatis ad declamandũ
proponuntur adoleſcentibus,quo res falſa uerisimilis adpareat. nam & illorũ omnia cõ-
ſimiliter adumbratæ pugnæ ſimilia uidentur. Pugna uidelicet cõtra accuſatores nõ ex-
tantes,& apologia ac reſpõſio ad accuſationẽ non prędictã, & oratio ad iudices nuſquã
cõparentes. Si ſic oportet,inquam,etiã hæc audire, & ipſe hanc inquiſitionẽ omitto, &
omnes admoneo ut nihil ex relatis curioſius inueſtigent. Si uerò maius eſt promiſſum, &
multis oborta eſt ſuſpicio,eſſe quandã apud ipſum ueritatis curam, omnino neceſſarium
eſt ut ſingula dicta pro uiribus cõfutemus. Quis uerò expendendi modus iuſtior fuerit,
q̃ ut doctrinis à ſpiritu nobis datis orationẽ cõparantes, quod quidẽ illis conſonũ repe-
rerimus, id ſuſcipiamus: ei uerò quod cõtrariè ſe habet,fidẽ derogemus, & uelut hoſtẽ id
ipſum fugiamus? Primũ itaq; illud oſtẽdat, qui ſancti geniturã & creaturã Chriſtũ appel
larũt, quas ſcripturæ uoces habeat ad demonſtrationẽ. Si enim beati Petri uoci in acti-
bus Apoſtolorum conſcriptæ innititur,ubi dicit: Sciat tota domus Iſrael, quòd Dominũ
ipſum & Chriſtũ fecit Deus, hũc Ieſum quẽ uos crucifixiſtis. Primũ quidẽ nihil quæſito Act.2
coniunctum

coniunctũ habet hoc teſtimoniũ. Nam quũ promiſerit ſe oſtenſurũ eſſe, à ſanctis creatu-
ram filium dictũ eſſe, teſtimoniũ exhibet de Deo & patre quod fecit. Nõ enim illud ſanè
dixerit, quod licet ipſi in ſermonib. de tantis rebus, additiones quaſdã ac deriuationes &
affectiones nominũ excogitare. Si enim etiã ocioſi uerbi pœnas in die iudicij dabimus,
multo minus ſi de tãtis rebus quicquã nouamus, ſine ſupplicio nobis remittet̃. Fortaſsis
ẽm hoc quidẽ uelut decorũ ut de Deo dicat̃, à diuina ſcriptura edocti ſumus. Illud uerò
nõ cõuenire unigenito, per hoc q̃d cõticuit, ſpiritus ſanctus oſtẽdit. Quomodo igit̃ tutũ
eſt uocẽ fecit adaptãdo, creaturã ſiue facturã dicere creatorẽ uniuerſorũ? Si enim conue-
niẽs ipſi eſſet talis appellatio, non utiq; à ſpiritu ſilentio præterita eſſet. Verũ de creatura
quidẽ reperimus à uerbo fecit, facturæ ſiue creaturæ tranſſumptã appellationẽ. De filio
Gen. 1 uerò Dei, nõ item. In principio enim Deus fecit cœlũ & terrã. Et rurſus, In operib. ſiue fa-
Pſal. 137 ctis manuũ tuarũ exercebar. Et rurſus, Inuiſibilia enim ipſius à creatione mundi, dum per
Rom. 1 creaturas intelligunt̃, cognoſcunt̃. Sic ſanè in quib. cõmodũ eſt hoc nomẽ ſcriptura uſur
pãs, de Dño & ſaluatore noſtro Ieſu Chriſto, uelut nõ decẽs gloriæ eius maieſtatẽ, conti
cuit. Et aſciã quidẽ, ac lapidẽ angularẽ, & lapidẽ offenſionis, & petrã ſcãdali, & alijs eiuſ-
modi nominibus, in quib. nõ multũ laudis eſſe uidet̃ his qui nominũ ſignificationes non
aſſequunt̃: Dominũ glorię appellare nõ erubeſcit. Creaturã aũt nuſquã penitus nomina
uit. Atqui hic ab ipſis ſanctis hoc nomẽ ſe accepiſſe dicit, quo nõ ſolũ ſui ſeculi homines,
ſed etiã ſanctos qui olim fuerunt, calũnijs inuoluat. Porrò præterquã quod non oportet,
propter periculoſitatẽ, talia audere, & nomina de Domino à ſeipſo trãsformare: amplius
neq; ipſa Apoſtoli ſentẽtia, ſubſtantiã unigeniti ante ſecula nobis declarat, de qua nobis
Ioan. 1 in præſenti ſermo eſt. Neq; enim de eſſentia ipſa Dei uerbi, quod in principio erat apud
Deum, ſed de eo qui ſeipſum exinaniuit in forma ſerui, & factus eſt cõformis corpori hu
militatis noſtrę, & crucifixus eſt ex imbecillitate, palàm uerba facit. Atque hoc omnibus
notũ eſt, qui uel parũ apoſtolicæ dictionis uoluntatẽ nouerũt, quod non theologiæ no-
Act. 2 bis modũ tradit, ſed diſpenſationis rationes declarat. Dominũ enim, inquit, & Chriſtum
ipſum Deus fecit, hũc Ieſum quẽ uos crucifixiſtis: demonſtratiua uoce in humanitatem
ipſius, & quod omnibus uidebat̃, tantũ nõ palàm incumbens. Hic uerò uocem fecit, ad
generationẽ unigeniti à principio trãsfert, & neq; illud ipſum cõpeſcit, quòd Dominus
nõ eſſentiæ ſed poteſtatis nomẽ eſt. Quare qui dixit Dominũ ipſum & Chriſtũ Deus fe-
cit, principatũ & dominiũ à patre ipſi cõmiſſum dicit, nõ acceſſum ipſius adeſſe exponit.
Hęc quidẽ igit̃ paulò poſtea oſtẽdemus, quũ redarguemus ipſum præter uoluntatẽ ſpiri
tus teſtimonia ſcripturæ adducentẽ. Nũc uerò ad cohærẽtẽ orationẽ procedamus. Quid
igit̃ uult ipſi nomẽ hoc? et cur tandẽ creaturã uniuerſorũ creatorẽ appellare conatur? Fal
ſo cõmento decepit ſeipſum, & putat cum nominũ diuerſitatibus etiã eſſentiæ diuerſita-
tem ſimul apparere. Atqui quis prudẽs uir huic rationi acceſſerit, quod quorum nomina
ſunt diuerſa, eorũ etiã eſſentias diuerſas eſſe neceſſe ſit? Petri enim & Pauli, & in ſumma
omniũ hominũ appellationes quidẽ ſunt diuerſæ, uerũ eſſentia omniũ una: quapropter
in pleriſq; ijdem inter nos ſumus, proprietatibus uerò ſolum quæ circa unũquenq; conſi
derantur, alter ab altero differimus. Vnde etiam appellationes, non eſſentias ſignificant,
ſed proprietates quæ ſingulos delineant. Quũ itaq; audimus appellari Petrũ, non eſſen-
tiam ipſius ex nomine intelligimus (eſſentiã aũt nunc dico materiale ſubiectũ, quod ne-
quaquã eo nomine ſignificat̃) ſed proprietatũ quę circa ipſum cõſiderantur notionẽ ani
Mat. 4 mo concipimus. Statim enim ex hac uoce intelligimus Petrum filium Ionæ, ex Betſaide,
Andreæ fratrẽ, qui de piſcatorib. ad apoſtolatus functionẽ uocatus eſt, qui propter fidei
excellentiã, eccleſiæ ædificationẽ in ſeipſum ſuſcepit, quorum omnium nihil eſt eſſentia
quæ uelut ſubſtantia intelligatur. Quare nomẽ, figurã quidẽ Petri nobis determinat: ip-
Phil. 3 ſam uerò eſſentiã nequaquã proponit. Rurſus ubi audiuimus nominari Paulum, aliarũ
proprietatũ cõcurſum intelligimus, Tarſenſem, Hebræum, ſecũdum legem phariſæum,
Gamalielis diſcipulum, iuxta æmulationẽ eccleſiarum Dei perſequutorem, ex horrenda
uiſione ad cognitionẽ perductũ, apoſtolum gentiũ. Hæc enim omnia una Pauli uoce cir
cumſcribuntur. Atqui ſi uerũ eſſet, quòd quorũ nomina diuerſa ſunt, eorũ etiam eſſentię
contrario modo ſe habẽt: oportebat ſanè & Paulũ & Petrũ & in ſumma oẽs homines di-
uerſæ inter ſe eſſentiæ eſſe. Quũ uerò nemo ita ignarus, & cõmunis naturæ imperitus eſt, ut ad

ut ad hoc dicẽdũ animũ inducat. Ex luto enim, inquit, efformatus es tu, ſicut etiã ego: nihil aliud ꝙ eandẽ eſſentiã omniũ hominũ eſſe, ſermone hoc ſignificãte: mẽdax ꝓfectò eſt eſt, qui ad nominũ diuerſitatẽ, eſſentiæ diuerſitatẽ ſequi cõminiſcit̃. Nõ enim natura rerũ nomina ſequitur, ſed poſterius rebus nomina inuẽta ſunt. Si enim hoc uerum eſſet, oportebat etiã eorũ unã & eandẽ eſſentiã eſſe, quorũ eædẽ ſunt appellationes. Igit̃ quoniã ſecundũ uirtutẽ perfecti, Dei appellatione digni facti ſunt, coeſſentiales ſanè Deo uniuerſorũ homines ipſi fuerint. At ſicut hoc dicere manifeſta inſania eſt: ſic etiam ille ſermo ex eadẽ demẽtia dependet. Manifeſtũ itaq; ex relatis eſt, quod etiã in patre ac filio, nomina nõ eſſentiã declarant, ſed proprietates indicant. Nullũ igitur locum habet is ſermo, qui ex nominũ diuerſitate eſſentiarũ cõtrarietatẽ introducit. Hoc modo aũt prę omnibus ſeipſum euertit. Si enim differunt creatura & genitura, diuerſæ erunt unigeniti eſſentiæ, ad nominũ diuerſitatẽ cõſequentes. Si uerò hoc dicere delirantiũ eſt, certè neq; illud eorum qui mente ſibi conſtant. Hic uerò confingit etiam ſe innumeras habere demõſtrationes, quòd filius à ſanctis factura ſiue creatura appellatus ſit. Verùm uelut ad alia quædam potiora feſtinãs, in præſenti ſcilicet mentionẽ differt. Eſt aũt & hæc artificioſa ac uerſuta malicia, quòd ubi oratione deſtituitur, ſilentiũ ſe pręferre dicit. Si enim uel umbram teſtimonij habuiſſet, quod unigenitũ creaturã dicit, nónne obſurduiſſent iam aures noſtrę ex iactabunda oſtentatione? Deinde dicit, propter eos qui corporalem natiuitatem Domini accipiunt, & æquiuocationibus offenduntur, neceſſariũ ſibi eſſe etiã de his, breuibus dicere. Atqui quid uetabat, ut poſtquã ſcripturarũ teſtimonijs orationẽ ſuam cõfirmaſſet, ſic ad debiliorũ correctionẽ deueniſſet? & detrimentum ex æquiuocatione mitigaſſet, ſi modo ullum aliquod unquã quibuſdã accidit aut accidet? Quis enim adeò carnea mente præditus eſt, & ſacræ ſcripturæ imperitus, ut quũ audiat nominari diuinã natiuitatem, ad corporales imaginationes deferatur? in quibus eſt cõplicatio maſculi ad fœminam, & cõceptio in utero, & effigiatio ac formatio, & debitis tẽporibus progreſſus in lucẽ. Quis adeò brutus, ut quũ audiat Deum uerbũ ex Deo progreſſum, & audiat ſapientiã ex Deo genitã, ad corporis affectus cogitationibus delabatur? Sed & hæc figura uerborũ bona ſpecie prędita unà cũ alijs ab ipſo excogitata eſt, ut cõmiſerationis gratia erga imperitos fratres, hunc docendi laborẽ ſuſcepiſſe uideat̃, & corporales quidẽ ſuſpiciones ob hanc appellationẽ accedentes, corrigit ſcilicet: at uerò detrimenta ex eo orientia, quòd Dominus creatura nominatur, non auerſatur. Atqui is qui corporalem eſſe natiuitatẽ imaginatur, ad materiales utiq; generationis modos deduci poterit. Nõ enim profectò partitionẽ quandã, & tranſitũ, & fluxũ eſſentiæ generantis, ex generãdi uoce is qui debilis eſt intelliget: materiã uerò extrinſecus ex nihilo ad creaturæ, uelut uos dicitis, ſubſtantiã inductam ſuſpicari, animũ non inducet. Qua igitur gratia ægrotas fratrũ cogitationes ex dimidio ſanat, & eorũ qui corporalẽ ſuſpicantur natiuitatẽ curam gerens, eos qui creaturæ appellatione offendunt̃ negligit? Quoniã genitũ eſſe, dogmatib. ſuis contrarium nouit, quũ genitus penitus cõiunctè ſe habere debeat et citra diuerſitatẽ ad genitorẽ: uerũ creatũ eſſe, cõſonũ ac auxiliare ſuis argumẽtis, propterea quòd alieni & peregrini ac penitus nihil cõiuncti ad creatorẽ, notionem ac intelligentiam proponit. Deinde ad hæc addit dicens: EVN. Genituram itaq; filium dicimus iuxta ſcripturarum doctrinam, non aliud quid eſſentiã intelligentes, aliud uerò quid præter ipſam, id quod ſignificatur, ſed ipſam eſſe ſubſtantiã quã nomen ipſum ſignificat, quum uerè congruat eſſentiæ illa appellatio. BAS. Et in his aduerſus ueritatẽ palàm pugnat, ſibijpſi tamẽ cõſona dicit. Quemadmodum enim in ſuperioribus ingenitũ eſſe, in Deo uniuerſorum eſſentiæ ipſius ſignificationem habere decernebat: ita etiã hìc, genituram eſſentiã filij ſignificare dicit, quo ingeniti ad ingenitũ oppoſitione, unigenitũ cõtrario modo ſe habere ad patrem, iuxta ipſam eſſentiam, oſtendat. Quapropter ſancit uerba extra uſum diuini ſpiritus exiſtentia, genituram filium nominãs. Vnde hoc accepit? ex qua doctrina? ex quo propheta? ex quo apoſtolo, qui hanc cognominationem de pſo prædicauit? Ego enim nuſquã in ſcriptura ſic poſitam hanc uocem reperio: atqui nõ aliunde ꝙ ex ſpiritus doctrina, has appellationes ſe accepiſſe hic gloriat̃. Parũ enim ipſi eſſet ſi cum hominibus certamen iniret, niſi & ipſum ſpiritũ temerè impeteret. Genuiſſe equidẽ patrem multis ex locis docemur: genituram aũt eſſe filiũ nondũ in hunc uſq; diem audiuimus. Puer enim, inquit, natus eſt nobis, filius

Eſa.9 filius etiam datus eſt nobis,cuius principiũ in humero ipſius. Et uocat̃ nomẽ ipſius,non
genitura,ſed magni cõſilij angelus.At uerò ſi genitura eſſentiæ ſignificationem haberet,
nõ aliud utiq; nomẽ à ſpiritu edocti eſſemus, q̃ quod eſſentiã ipſius palã declarare poſ-
ſet.Et rurſus Petrus qui propter ueritatis agnitionẽ, beatiſicationibus illis dignus factus
Mat.16 eſt,nõ dixit,Tu es genitura,ſed tu es Chriſtus filius Dei uiui.Et Paulus quum omnia ſua
ſcripta filij appellatione impleuerit,nuſquam genituræ mentionem feciſſe reperietur, id
quod hic ex multa confidentia uelut qui ex diuino auditorio acceperit profert. Neq; e-
nim hic permittẽdum eſt ipſi,ut uocem, genuit, de patre poſitam tranſmutet ac transfor
met,& genituram filium Dei appellet.Non enim conuenit, ut is qui diuino timore eru-
ditus eſt,facile ad hoc proſiliat,quod ex uerborũ conſequẽtia apparuerit, ſed ut conten-
tus ſit nominib. in ſcriptura poſitis, inq; his perſeueret,atq; per ipſa glorificationẽ uelut
Deo conuenit abſoluat. Nam ſi hi qui ab initio Hebraicam linguã in Græcam tranſtule-
runt, quorundã nominum interpretationẽ aggredi non ſunt auſi, ſed ipſam Hebraicam
uocem tranſtulerunt,uelut Sabaoth, Adonai, Eloi, & ſiquid huiuſmodi eſt, non in diui-
nis ſolum nominibus, ſed etiam in alijs pluribus reuerentiã hanc oſtendentes, quantum
cõuenit nos in Domini nominibus timorẽ habere? Aut quando illi à ſeipſis aliqua nomi
na fingere ſuſtinuiſſent,qui ne interpretationem quidem aliquorum tentare auſi ſunt, ut
ne ſignificationis euidentiam incongruis ſignificationibus exoluerent? At ſi genuit, in-
Phil.2 quit,Deus,quõ non cõuenit genitũ genituram appellare? Quia horrendũ eſt nobis no-
ſtris ipſum nominibus appellare, cui largitus eſt Deus nomen quod eſt ſuper omne no-
men.Filius meus es tu,inquit,ego hodie genui te: quanquã magis cõſentaneum erat iu-
xta huius rationem,propterea quod genitus eſt,geniturã appellari & non filiũ, at nõ di-
ctum eſt.Quapropter cõuenit Chriſti iudiciũ ob oculos habere,ac noſſe quantũ pericu-
lum eſt auferre quid aut addere his quæ à ſpiritu tradita ſunt,& nõ à ſeipſo quicquã noua
re conari,ſed his quæ à ſanctis prodita ſunt acquieſcere.Quod igitur neq; cõmunis con-
ſuetudo,neq; ſcripturarũ uſus ſuſcepit,id tentare audere quõ non extremæ demẽtiæ eſt?
Quis enim pater aut mater beneuole ac blande erga eum qui ex ipſo eſt affectus, omiſſa
filij aut nati appellatione,geniturã ipſum appellauerit? Nate enim inquit,uade in uineã.
Mat.21 Et, Deus uidebit ſibijpſi ouiculam ad uictam mi nate.Et rurſus Iſaac,Quis es nate? Et,Fi
Gen.22 li mi ne negligas eruditionem Domini. Et, Filius ſapiens lætificat patrem. Et ſi quid hu-
iuſmodi. Nuſquã aũt in ſcriptura ullus aliquis eum qui ex ipſo eſt,genituram appellaſſe,
oſtendi poteſt.Et cauſa ſanè manifeſta eſt:quòd filius quidem ac natus,animatorum no-
mina ſunt,genitura uerò nõ ſemper. Genitura enim dici poteſt etiã id quod antea quàm
effigiatum eſt,in abortibus eijcitur,quod tamen nati appellatione dignum nõ eſt.Et ge-
nituræ ſiue fœtus ac genimina,appellantur fructus terræ,non item nati.Non enim bibã,
Mat.26 inquit,de genimine uitis huius. Rarò autem de animato appellationem hãc aſſumptam
reperimus,& ubi ſanè uſurpata eſt,de animali accuſato, & ad prauitatis imaginem aſſum
pto, eam uidere eſt. Serpentes enim,inquit,genimina uiperarum. Quare, ut opinor,&
communis conſuetudo appellationem hanc reprobauit, & diuina ſcriptura improbaſſe
uidetur,præſertim de unigenito filio Dei.Sed & nati appellationem,uelut multũ huma-
1.Cor.8 ni moris habentem, non admiſit. Indicat id Apoſtolus, filium quidem ſurſum ac deor-
Coloſſ.1 ſum Dominum uocans,& alijs uarijs appellationibus ipſum celebrans, primogenitum,
& imaginem, ac ſplendorem nominando: genituræ autem ſiue geniminis appellatio-
nem auerſatus. Quod ſi eam uſurpat, hic aut alius quiſpiam orationis ipſius defenſor o-
ſtendat,& concedemus ipſis ut omnia hæc expungant. At non potuerit, niſi ſanè impiũ
Marcionem imitans, alia de diuinis ſcripturis tollat, alia falſo interſerat. Atque ita qui-
dem & à communi conſuetudine, & à ſcripturarum uſu aliena genituræ uox demonſtra-
ta eſt. Videamus autem deinceps,num poſsibile ſit hoc nomen de ipſa ſubſtantia filij po
ſitum eſſe. EVN. Ipſe enim dicit impoſsibile eſſe,aliud quid eſſentiam intelligere, aliud
uerò præter ipſam, id quod ſignificatur: ſed ipſam eſſe ſubſtantiam quam nomen ipſum
ſignificat,quum uerè congruat eſſentiæ illa appellatio. BAS. Digna reuera ſunt iudici-
bus quos cõfinxiſti hæc tua dogmata.nam uelut in ſomniorum narrationibus, aut ebrio
rum concione, ubi nemo audiat aut intelligat ea quæ dicuntur, multa licentia leges ſan-
cis, pro omni demonſtratione ſufficere putans, quod ipſe dixiſti. Quis enim non nouit,
quòd

quòd omnia quæ abſolutè & per ſe proferunt, rerũ ipſis ſubiectarũ ſignificationem ha-
bent. Quæ uerò ad alia dicũtur, habitũ ſolum declarant quẽ habent ad ea quæ dicuntur.
Velut uerbi cauſa, homo & equus & bos, ſingula hæc id quod nominatũ ſignificãt. Filius
aũt aut ſeruus, aut amicus, ſolã coniunctionẽ ſignificant, quã ad cõiunctũ nomẽ habent.
Qui itaq; genituræ nomen audiuit, non ad eſſentiã quandã mentẽ confert, ſed quod al-
teri coniunctũ eſt intelligit. Genitura enim alicuius genitura dicitur. Quod igitur nõ ali-
cuius ſubſtantiæ notionẽ inducit, ſed ſolum habitũ ad alterũ ſignificat, idipſum eſſentiã
eſſe ſancire, quomodo non extremæ ſtupiditatis eſt? Atqui paulò ſuperius à nobis oſten
debatur, quod etiã abſoluta nomina etiamſi maximè ſubiectũ quiddã ſignificare uidean
tur, nõ ipſam eſſentiã ſignificãt, ſed proprietates quaſdã circa ipſam determinant. At ſa-
pientiſsimus ille & qui in uanis artibus omnẽ uitã cõtriuit, ipſam unigeniti eſſentiam di-
cere geniturã non erubeſcit. Hoc aũt quantã habeat abſurditatẽ, conſiderate. Si enim eſ-
ſentia eſt genitura, & uice uerſa, ſi quod genitura eſt, hoc eſſentia eſt, omnes genituræ in-
ter ſe coeſſentiales erũt. Ex hoc aũt quid eueniet? iuxta huius ſanè rationẽ, creator & opi-
fex uniuerſorũ eandẽ cũ omnibus generatione participantib. eſſentiã habere demonſtra
bitur. Non enim profectò in filio geniturã ſignificare eſſentiã dicet, in reliquis uerò gene
ratione participantib. non item eandẽ ſignificationẽ ſeruare, alioqui dicat claram quan-
dã cauſam cui cõtradicere nemo poſsit, quòd eadẽ appellatio nõ in omnib. ſimiliter ean-
dẽ poteſtatẽ habeat. At certè non poterit. Quãcunq; enim genituræ rationẽ excogitaue
rit, ea omnib. ſimiliter genitis cõueniet. Eſſe aũt uerũ ſermonẽ noſtrũ, uniuſcuiuſq; audi-
toris cogitatio maximũ ſignũ erit. Interroget enim unuſquiſq; ſeipſum, ubi audierit, ille
illius genitura eſt, quẽ intellectũ mente cõcipit. Nũ quod genitus eſſentia genitoris eſt?
aut hoc quidẽ ridiculũ eſt, illud aũt uerũ, quod ab ipſo per generationis modũ ad eſſe pro
ductus eſt. Hoc itaq; ſimiliter & de unigenito, & de quocunq; genito dicere conueniet.
Et nemo quoniã cõmunis eſt habitus, deſtructionẽ dignitatis unigeniti id eſſe putet. Nõ
eñ in eo quod ad aliqd quodã modo ſe habet, differẽtia filio ad alia eſt, ſed in eſſentiæ ꝓ-
prietate prẽminẽtia Dei ad mortalia eluceſcit. Verũ cõſiderate ad quã abſurditatẽ horũ
ratio euadat. Si genitura alterius genitura dicitũ, uelut & cõmunis cõſuetudo cõfirmat, &
nemo cõtradicit: hæc ipſa aũt genitura etiã in filio eſſentiã ſignificat: iuxta horũ rationẽ,
illius erit eſſentia, cuius etiam genitura dicitur. Ex hac itaq; cõſequentia ſequetur, nõ am
plius unigeniti eſſentiã genituræ appellationẽ ſignificare, id quod hi uiolenter aſſerunt,
ſed Dei uniuerſorũ. Si enim nõ eſt poſsibile aliud quid eſſentiam intelligere, aliud uerò
quid præter ipſam, ipſam geniturã, idẽ eſt & eſſentiã dicere, & geniturã. Si aũt Dei geni-
tura eſt filius, Dei erit eſſentia, ſiquidẽ genitura eſſentiã ſignificat. Atq; ſic genitura iuxta
huius rationẽ, ingeniti eſſentia eſſe demonſtrabitũ. Si uerò ridiculũ eſt id quod colligitur,
is qui propoſitiones propoſuit ac aſſumpſit, turpitudinẽ ac confuſionẽ poſsideat. Vide-
tur enim quodãmodo oratio, poſtquã ſemel tranſgreſſa eſt ueritatẽ, ad multas ac pericu-
loſas abſurditates, præ erroris conſequentia deferri. Atq; hæc quidem uelut præludia ac
præparamenta quædã ſunt blaſphemiæ. Caput autem mali in ſequentibus infert, dicens:
EVN. Eſſentiam filij genitam quidem eſſe, quum non eſſet ante propriam conſtitutionẽ.
Eſſe autẽ genitã ante omnia uoluntate patris. BAS. Adhuc ijſdem innititur artificijs. De
eſſentia filij nobis uerba facit, tanquã aliud quid dicens præter ipſum filium: atq; hoc mo
do aures ad blaſphemiã manſuefacit, quũ non palàm dicat, ex nihilo genitum eſſe filium,
ſed eſſentiam ipſius genitam eſſe quum non eſſet. Dic mihi ante quas res non erat? Vi-
dete ipſius cõmentũ, cõparat ipſam ſibijpſi, quo omnib. tolerabilia dicere uideatur, non
ante ſecula dicens ipſam non fuiſſe, neq; ſimpliciter non fuiſſe, ſed ante propriam conſti-
tutionem. At patris eſſentiã dic mihi antiquiorẽ eſſe dicis tu propria cõſtitutione? Si e-
nim non ſubijcit tẽporibus eſſentiã filij, neq; prius iuxta hanc rationem intelligit, inanis
& uana eſt ipſius oratio, atq; ideo neq; reſponſione digna. Non minus aũt & de Deo uni
uerſorũ dicere licebit, ſi quis uanitatẽ transferre uoluerit. Nam & non eſſe dicere Deum
ante propriam conſtitutionẽ, & eſſe dicere ante ſeipſum, eiuſdem dementiæ eſt. Si uerò
temporaliter prius uocẽ accipit de eſſentia filij, & ex nihilo eſſentiã ipſius genitam eſſe
dicit, imò ipſum filium: nihil enim differt quod ad ſententiã attinet hoc uel illud dicere:
primùm quidem temporibus poſteriorẽ facit, uel ſi ita uis, etiã ſeculis ſeculorũ creatorẽ
E poſterio-

poſteriorem eſſe. Deinde uerò ſequens ſuas blaſphemias, etiam patrem dicet non fuiſſe patrē ab initio, ſed poſtea factū eſſe. Atqui ſi honeſtū & decorū eſt beatitudini Dei, eſſe patrē, quomodo nō ab initio decorum ipſi aderat? Aut enim ignorantiæ melioris, aut omnino impotentiæ imputabūt defectum. Ignorātiæ quidē, ſi poſterius quod melius eſt excogitauit: impotentiæ uerò, ſi gnarus ac intelligēs quod optimū eſt aſſequi nō potuit. Si uerò (quod dicere nephas eſt) non bonū & honeſtū eſt ei, eſſe patrē, qua gratia mutata ſententia quod deterius eſt delegit? Verū uertatur blaſphemia ad ſuos autores. Deus autē uniuerſorū ex infinito pater eſt, nec unquā pater eſſe incepit. Neq; enim potētiæ inopia ad explendā uoluntatē impeditus eſt, neq; ſeculorū aliquorum circuitus expectauit, quo uelut in hominibus ac reliquis animalibus, poſt cōpletam ætatem potentia ad generandum ipſi proueniente, quod uolebat aſſequeretur. Inſanientiū enim eſt hæc & cogitare & loqui: ſed unà cū æternitate ſua extentam habet, ut ita dicā, paternitatē. Itaq; etiā filius ante ſecula exiſtens, & ſemper exiſtens, nunquā eſſe incepit, ſed ex quo pater eſt, & filius eſt: & ſtatim unà cū patris notione, filij quoq; notio accedit. Pater enī filij pater uidelicet. Principiū igitur patris nullū, principiū uerò filij pater: mediū uerò horū nullum eſt. Quomodo igit̃ nō erat à principio (hoc enim eſt quod ab his ante propriā cōſtitutionem in ſophiſmatis cauillo dicitur) qui nihil habet quod ante ipſum intelligat̃, niſi cum ex quo ipſum eſſe habet, non interuallo præuenientē, ſed cauſa præpoſitū. Si itaq; æterna filij ſocietas ad Deū & patrē oſtenſa eſt, quum cogitatio noſtra à filio per nullum uacuū ad patrē procedat, ſed citra diſtantiā filium patri cōiungat: qui nullo medio diſparatur, quem aditū prauæ blaſphemiæ relinquit eorū qui dicunt ipſum ex non exiſtente ad eſſe productum eſſe? Poſtea uerò & dementiā ipſorum admirari operæpreciū eſt, quod non intelligunt, dum ex nihilo filium productū dicunt, quòd non ſolum patre iuniorem pronūciant, ſed per hoc etiam unigenitum à patre dirimūt. Neceſſe eſt enim ſi quid ſit inter patrem & filium, idipſum antiquius filij origine eſſe. Quid igitur hoc fuerit tandem? quid aliud ſanè q̃ ſeculum aut tempus? Qui enim patris uitam ſuperiorē unigeniti uita intelligit, qua alia redimenſione facta, exceſſum ſe reperiſſe dixerit, & non ſeculorū aut
Heb.1 tēporū quorundā interuallo? Si aūt hoc uerum eſt, falſa eſt ſcriptura quæ dicit, ſecula per ipſum facta eſſe: & quæ docet, quòd omnia per ipſum facta ſunt, cōprehenſis nimirū etiā ſeculis in omnibus. Si uerò dicent ſe non negare filium ante ſecula genitū eſſe, ne lateant nos quod id quod uerbis concedunt, re ipſa tollunt. Interrogabimus enim ipſos qui ex non exiſtentib. unigeniti eſſentiā producunt: quando non erat uelut dicitis, quod erat illud interuallum? quam appellationem ipſi excogitabitis? Communis enim conſuetudo aut tēporibus aut ſeculis omne interuallū ſubijcit: nam quod in ſenſibilib. eſt tēpus, hoc in ſupermundanis eſt ſeculi natura. Hi uerò ſi quid tertiū ex ſapientia ſua intelligunt, dicant. Vſquequo uerò cōticuerint, ne lateant nos, quod unigeniti eſſentiā ſeculis poſteriorem cenſent. Siquidem enim erat aliquod interuallū filio antiquius, ad patris uitam coextentum, alterū ex his erat uidelicet. Sed neq; eſt, neq; erit notio antiquior ſubſtantia unigeniti. Omni enim re quæ ad uetuſtatis rationē excogitari poteſt, ſuperior ſubſtātia Dei uerbi, quod erat in principio apud Deū, reperiet̃. Atq; etiāſi infinitis imaginationibus ſe ipſam mens deceperit, & rerū non exiſtentiū figmentā aggreſſa, ea quæ non ſunt excogitauerit, nullā penitus artem inueniet, per quā ſeipſam ultra unigeniti principium extendere poterit, & uitā eius qui per ſe uita eſt proprio motu inferiorē relinquere, & propria ratione Dei uerbi principiū tranſcendere, & ſecula ſuſpicari deſolata Deo ſeculorū. Porrò quū auferat debitā unigenito gloriā, conſiderate qualibus ipſum ornet uerbis. EVN. Eſt aūt, inquit, eſſentia filij genita ante omnia uoluntate Dei & patris. BAS. Hoc magnū attribuit filio, quod antiquior ſit creatura, & quòd ipſe prior ſit rebus à ſe conditis, ſufficere cenſens opifici ac conditori uniuerſorum, quòd ipſe ante creaturas ſuas ſit locatus. Quū enim ipſum à ſocietate ad Deū & patrem, quantū in ſe fuit, abalienarit, in eo quod creaturis ipſum præfert, gloriā ipſi defert. Deinde ad ſummā impudentiā efferēs blaſphemiam, ineuitabili uelut putat ſyllogiſmorum neceſsitate nos circundat. EVN. Aut enim exiſtentē, inquit, genuit Deus filium, aut nō exiſtētem: quod ſi nō exiſtentem, nemo inquit, temeritatē nobis uitio uertat. Si uerò exiſtentē, non ſolum abſurditatē & blaſphemiam, ſed omnē ſtoliditatē ſermo hic excedit. Qui enim eſt, generatione nō habet opus.

BAS. Itaq; uulgatiſsimũ illud cõmentũ, quod olim quidem ab aliſs excogitatum eſt, nũc
uerò perfectè in impudentibus ac inuerecundis horum linguis elaboratum, hoc eſt. Nos
uerò primũ illud auditoribus in memoriã reuocabimus, quod hic eſt qui ob multorum
ignorantiã humano more accipientiũ filij generationẽ, neceſsitate coactus ad hos ſermo
nes deuenit. Hic eſt qui à corporalibus notionibus, ad ſpiritualẽ ſpeculationẽ ineruditas
animas reducit. Qui quoniã animãtia, quum prius nõ ſint, deinde generantur: & qui ge-
nitus eſt, heri non extitit: hanc notionẽ ad unigeniti ſubſtantiã transfert. Et quia genitus
eſt, inquit, nõ extitit ante generationẽ. Adeo magnificè unigeniti generationem nobis
exponit, & per huiuſmodi ſermones, infirmitates fratrũ noſtrorum corrigit: dignus ut ſi
quis alius, qui audiat prouerbiũ, Medice cura teipſum. Quam uerò abſurdi huius mentis
morbi medelam ipſi adhibebimus? quã præter ea quæ à ſancto ſpiritu per beatum Ioan-
nem nobis dicta ſunt: In principio erat uerbũ, & uerbũ erat apud Deũ, & Deus erat uer- Ioan.1
bum. Per has duas ſententias cõcluſit Euãgeliſta, alterã enim tranſgredi non eſt, alteram
uerò aſſequi nõ datur. Neq; ẽm principio antiquius quid excogitari poteſt: nõ enim am
plius principium, ſi quid ultra ſe haberet: neq; poſsibile eſt cogitatione tranſgredi ipſum
ẽrat, & oculos tranſmittere ad id quando non erat. Reprobatio enim eſt ipſius erat, cogi
tatio de eo quod non erat. Si enim principiũ de eorũ numero eſſet, quæ ad aliud dicun- Prou.9
tur, uelut principiũ ſapientiæ, & principiũ uitæ bonæ, & in principio fecit Deus: potera- Gen.1
mus fortaſsis eius qui ex tali principio ſubſtitit, generationẽ per cogitationem excedere.
Quando uerò hoc principij ſignificatũ abſolutũ eſt, & ſine relationis habitu ſupremam
naturam ſignificat, quõ non ridiculus eſt qui ultra ipſum cogitatione euagatur? aut ima-
ginationibus ipſum excedere conatur? Coextenditur aũt etiam ipſum erat cum inſupe-
rabili hoc principio. Non enim originẽ à tẽpore ſignificat uerbum erat, uelut hic, Homo
erat in regione Auſitide. Et, erat homo ex Harmathana. Et, terra uerò erat inuiſibilis. Sed
ipſe euangeliſta nobis in alio ſermone, huiuſmodi erat uerbi ſignificatũ oſtendit, dum di
cit: Qui eſt, & qui erat, & qui omnipotẽs eſt. Quale enim eſt, qui eſt, tale eſt etiã, qui erat, Apoc.1
ſempiternũ ſimiliter & tẽporis expers. Non exiſtẽtem uerò dicere, eum qui in principio
eſt, neq; eius eſt qui principij ſignificationẽ cõſeruat, neq; eius qui ipſi principio ſubſtan
tiam unigeniti cõiungit. Non enim excogitari quid poteſt principio antiquius, & inſe-
parabile ab hoc eſt ipſum Dei uerbum eſſe. Quare quantũcunq; uolueris per mentis cu-
rioſitatẽ retrocurrere, tranſgredi tamẽ ipſum erat & ultra hoc cogitationibus procedere
non poteris. Interrogetur aũt uiciſsim & à nobis, Num in principio erat apud Deũ Deus
uerbum, aut poſtea acceſsit? Si quidẽ enim erat, cõpeſce linguã tuam à mala blaſphemia,
quod uidelicet non erat. Si uerò, quod nephas eſt dicere, tuis uerbis magis congruenter
aduerſus te utar, quod non ſolũ blaſphemias, ſed omnẽ etiam ſtoliditatem hic ſermo ex-
cedit. Homines uidelicet uerborũ ſpiritus rationẽ exigere, & diſcipulũ quidẽ eſſe euãge-
liorũ cõfiteri, uerùm contra hæc ipſa inſurgere. Conſidera enim diuinas uoces ꝗ exactè,
ꝗ manifeſtè generationi filij ante ſecula teſtimoniũ præbent. Quandoquidẽ enim Mat-
thæus natiuitatis ſecundũ carnem enarrator fuit, uelut ipſe dicit, Liber generationis Ieſu Mat.1
Chriſti filij Dauid. Marcus aũt principiũ euangelij prædicationem Ioannis fecit, Initium Mar.1
euangelij Ieſu Chriſti, ſicut ſcriptum eſt in Eſaia propheta, Vox clamantis in deſerto. Lu Eſa.40
cas uerò & ipſe per corporalia principia ad theologiã acceſsit: neceſſariò euangeliſta Io- Luc.1
annes, quũ poſtremus ad ſcribendũ ueniſſet, mente ſupra omnia ſenſibilia, & tẽpora ad
talia cõſequentia, ſublata, imò ſpiritus potẽtia exaltatus, ad ipſum acceſsit qui eſt ultra o-
mnia, tantũ nõ cõteſtans & ipſe, quod etiãſi ſecundũ carnẽ cognouimus Chriſtũ, at nũc
non amplius cognoſcimus. Arrepto ẽm principio, & omnib. corporalib. ac tẽporalibus
notionibus theologia ſua inferiorib. relictis, prægreſſas prædicationes cognitionis ma-
gnificentia ſuperauit. Non à Maria inquit, principiũ, neq; ab illis uel aliſs tẽporibus. Sed
quid? in principio erat uerbũ, & uerbũ erat apud Deũ, & Deus erat uerbũ: æternã ſubſi-
ſtentiã, generationẽ affectus exortẽ, cõiunctionẽ ad patrẽ, naturæ maieſtatẽ, omnia pau- Ioan.1
cis uerbis cõplexus, per additionẽ uocis erat ad principiũ deduxit, uelut obturãs ora eo-
rum qui quod nõ erat blaſphemant, & eminus taliũ cauillationũ aditus reſcindens. De-
inde ubi per theologiã euidentẽ quandã delineationẽ naturæ unigeniti expreſsit, uelut
iam noſcentibus hac uoce demonſtrat, dicẽs: Hoc erat in principio apud Deum. Rurſus

E 2 hic

hic appoſitione uocis Erat, ęternitati patris, unigeniti generationē cōnectens. Et rurſus:
Vita erat, & uita erat lux hominū, & erat lux uera. Attamē quamuis adeò undiquaq; ſer-
mo æternitatis additionib. ſit munitus, omnibus ſpūs teſtimonijs depulſis, ita ut neq; au-
dire uideatur Euangeliſtā adeò frequēter uocē Erat nobis ingerentē, nō exiſtēs inquit,
genitus eſt: non exiſtēs, poſtea natus eſt. Si uerò hoc in principio non erat, uelut uos di-
citis, quā clariorē pugnā oſtendere poſsit quis aduerſus euangeliorū quibus fidē habe-
mus uoces? Atqui illud quis non probabit qui mentis cōpos modò eſt, quòd uelut ocu-
lus ex illuſtribus locis elapſus, neceſſariò propter lucis inopiā, ab actione ceſſat: ſic etiam
mens imaginationibus ad id quod extra ueritatē eſt cōpulſa, ueritate uelut luce quadam
deficiente, confuſa ac ſtolide agens, ab intelligētia ceſſat. Neq; igiť oculus extra lucem,
uiſu uti poterit, neq; anima extra unigeniti notionē delata, intelligentiæ uſum habebit.
Nam elapſus à ueritate, priuatio uiſus ac cæcitas mentis eſt. Quare uana eſt mens èxcæ-
cataq; ac reuera nihil ſciens, quæ unigenito antiquiora ſe apprehendiſſe putat. Velut ſi
quis oculo acuminis uidendi teſtimoniū prębeat, qui uiſum in tenebroſa intendit. In lu-
Pſal.35 mine eñ tuo, inquit, uidebimus lumē. Qui uerò cōprehēdiſſe ſe dicit, quādo nondū erat
lumē, ſimile quid facit his qui in mentis per phrenitidē morbū emotione, imaginanť ſe ui-
dere ea quæ nō adſunt. Nā quæ ultra filium ſunt nō intelliguntˇ, quoniam quod oculo eſt
Ioan.1 ſenſibile lumen, hoc animæ eſt Deus uerbū. Erat enim, inquit, lux uera quæ illuminat o-
mnē hominē uenientē in hunc mundū. Quare anima nō illuminata nihil intelligere po-
teſt. Quō igiť ultra luminis generationē quicquā cōprehendi poſsit? Cōueniebat aūt o-
pinor eis qui modicā ſaltē ueritatis curā gerunt, ut omiſſis corporalibus ſimilitudinibus,
& quod materialib. imaginationib. notiones de Deo inquinant, traditas nobis à ſpiritu
ſancto theologias ſequerentur: & pro his quæſtionibus, quæ nihil abſunt ab his ſcriptis
quæ ad utranq; partē periculoſam opinionē habēt, dignā Deo generationē intelligerēt,
affectus exortē, impartibilē, indiuiſibilē, ſine tēpore, ita ut iuxta relucentē lucis ſplendo-
rē ad diuinā generationē perducanť. Intelligerent itē imaginē Dei inuiſibilis, nō ad arti-
ficialiū harū ſimilitudinē, poſterius ad exemplar elaboratā, ſed coexiſtentē, & quæ ſimul
ſubſtitit cū exēplari quod ipſam produxit, eſſentiæ exēplar exiſtentē: non expreſſam per
imitationem, ſed uelut in ſigillo aliquo tota patris natura in filio impreſſa. Aut ſi mauis,
qualis eſt artiū ſubſtātia, ex doctorib. tota diſcipulis accedēs, ita ut neq; quid doctoribus
deſit, & perfectio ediſcētib. accedat. Aut hoc quidē nō exactè ſe habet ad ſimilitudinem,
propter tēporis morā: uerū illud magis cōgruēter dicere licet, qualis eſt cogitationū na-
tura unà cū mentis motibus nullo tēpore intercedente cōſiſtens. Et nemo calumnias mi-
hi ſtruat huius ſermonis gratia, ſi quid ex his exēplis nō penitus propoſito congruū fue-
rit. Neq; eñ poſsibile eſt parua hæc & uilia, diuinis & æternis exactè adaptare, ſed quan-
tum ſatis eſt ad redarguēdas cauillationes eorū, qui nō poſſunt generationē affectus ex-
ortē mēte cōcipere. Imago aūt dictus eſt, & eſt filius genita, & ſplendor eſt gloriæ Dei, &
ſapiētia & potētia, & iuſticia Dei, nō uelut habitus, neq; ut aptitudo, ſed eſſentia uiua &
1.Cor.1 efficax, & ſplēdor maieſtatis Dei. Quapropter & totū in ſeipſo oſtēdit patrē, ex tota ip-
Ioan.14 ſius maieſtate relucēs. Itaq; dicere maieſtatē Dei nō habere ſplēdorē, aut ſapiētiā Dei ali-
quādo nō adfuiſſe Deo, quātæ abſurditatis eſt? At ſi erat, inquit, nō eſt genitus. Reſpon-
demus itaq;, quod quia genitus eſt, erat, non ingenitū habens ipſum eſſe, uerùm exiſtens
ſemper & coexiſtens patri, ex quo etiā cauſam ſubſtantiæ habet. Quando igitur ad eſſe
productus eſt à patre? ex quo eſt pater. At ab æterno, inquit, eſt pater, ab æterno itaq; eſt
etiā filius, genito modo ingenitæ patris naturæ cōiūctus. Quod uerò non noſtra eſt hæc
oratio ipſas ſancti ſpūs uoces ipſis exhibebimus. Et ex euangelio quidē accipiamus hoc,
Pſal.109 In principio erat uerbū. Ex pſalmo uerò uelut è perſona patris dictū hoc: Ex utero ante
Luciferū ego hodie genui te: & cōpoſitis utriſq; dicamus, q̄d & erat, & genitus eſt. Verū
uox genui, cauſam à qua principiū habet q̄d eſt, ſignificat: uox aūt Erat, tēpore carētem
& ante ſecula originē eius indicat. Hic uerò pro fallacia ſua decertās, ad abſurditatē de-
ducere ſermonē ſe putat. EVN. Si enim, inquit, ante generationē ſuā erat filius, ingenitus
erat. BAS. Ad hoc quod dicis ante generationē, ô uaniſsime tu, aut penitus non ſubſiſtit,
& mentis figmentum eſt nulli ſubiecto innitentis. Et quid opus eſt ſtultis contradicere?
Cōſimile enim hoc eſt, uelut ſi cū homine mēte ex phrenitide moto decertaremus. Aut
ſi ad

ſi ad aliquid eorũ quæ ſunt tendit, ad ſeculorũ quoq; notionẽ deferet. At ſi ſecula omnia infra generationẽ unigeniti intelligunt, ut quæ illius ipſius ſint creaturæ, uanus eſt qui ſubſtãtia filij antiquiora requirit. Nihil enim alienius quærit, quàm ſi etiã de patre interrogaret, utrũ extitiſſet ante ſuã cõſtitutionẽ, aut non. Sicut enim illic ſtulta eſt quæſtio, eo qui principio caret & ingenitus eſt ſuperius quicquam quærere: ſic etiã hic, de eo qui ab æterno cũ patre eſt, & nullũ mediũ inter ſe & genitorẽ habet, tẽporales facere de priore interrogationes, æqualis reuera demẽtiæ eſt. Conſimile eſt enim uelut ſi quis interroget, quid erit poſt obitũ immortalis? & quid extitit ante generationẽ ſempiterni? At illi quoniam id quod ſine principio eſt pater, æternũ nominant, idẽ eſſe cũ principio carente, æternũ pronũciant. Et quoniã nõ ingenitus eſt filius, neq; æternũ eſſe cõfitentur. Verũ plurimũ hęc differũt ſignificatione: ingenitũ enim dicit, quod nullũ ſui ipſius principiũ, neq; cauſam ut ſit habet: æternũ uerò quod omni tẽpore ac ſeculo ſecundũ eſſe antiquius eſt. Vnde & filius, tũ nõ ingenitus, tũ æternus eſt. Iam uerò etiã ſecula quidã dignant æterni appellatione, uelut quæ ex eo quòd ſemper ſunt, hanc appellationẽ adepta ſunt. Nos aũt eiuſdẽ demẽtiæ eſſe putamus, & creaturæ æternitatis teſtimoniũ præbere, & creaturæ Dñm hac confeſſione priuare. Ille uerò ad impudentiã proferẽs orationẽ, quid dicit? EVN. Nos uero in his quæ à ſanctis patrib. olim, & nũc à nobis demõſtrata ſunt permanẽtes, quũ neq; eſſentia Dei generationẽ admittat, neq; tamen alia quædam ad filij generationẽ ſubiaceat: nõ exiſtentẽ filiũ genitũ eſſe dicimus. BAS. Quis unquã ob pietatẽ adeò ambitioſus fuit? quis ob amorẽ erga Chriſtũ tantum gloriatus eſt, quantũ hi ob cõtumeliæ ac ignominiæ uerba, quæ maieſtatẽ unigeniti ſubuertunt, ſe iactant? Nõ deſines nõ exiſtentẽ appellare ô impie, eum qui reuera exiſtit, qui fons uitæ eſt, qui omnibus quæ ſunt ipſum eſſe ſuppeditat, qui propriã ſibiipſi & decorã æternitati ſuę appellationẽ, in reſponſo ad proprium ſeruũ Moſem excogitauit, exiſtentẽ ſeipſum nominans. Ego enim, inquit, ſum qui ſum. Atq; his nemo cõtradicet, quòd non ex perſona Dei dicta ſint, nemo profectò qui nõ Iudaicũ uelamentũ in lectione Moſis, cordi ſuo incũbens habet. Scriptũ eſt enim, quod uiſus eſt Moſi angelus Domini in rubo in flamma ignis. Poſtquã itaq; angelum in narratione præpoſuit ſcriptura, Dei uocẽ inducit. Dixit enim, inquit, Moſi: Ego ſum Deus patris *Exod.3* tui Abraã. Et paulò poſt rurſus, Ego ſum qui ſum. Quis igitur idẽ angelus & Deus? Nõne de quo didicimus, quòd uocatur nomẽ ipſius magni conſilij angelus? Ego quidẽ nõ *Eſa.8* puto pluribus opus eſſe ad demonſtrationẽ, uerũ amantibus Chriſtũ ſufficere etiã recordationẽ: his uero qui incurabiles ſunt, nullam utilitatẽ ex multitudine eorum quæ dicuntur acceſſurã eſſe. Etſi enim poſtea factus eſt magni conſilij angelus, attamen neq; prius dedignatus eſt angeli appellationẽ. Neq; enim hic ſolum inuenimus Dñm noſtrũ, & angelũ & Deũ à ſcriptura appellatũ. Sed etiã Iacob uiſionẽ mulierib. enarrãs ait, Et dixit mi *Gen.13* hi angelus Dei. Et paulò poſt de eodẽ, Ego ſum Deus qui uiſus ſum tibi in loco, ubi unxiſti mihi illic columnã. Atqui illic corã colũna dictũ eſt Iacob, Ego Dñs Deus Abraã patris tui, & Deus Iſaac. Qui itaq; hic angelus dictus eſt, is ipſe illic dicit ſe Iacob uiſum eſſe. Omnib. igit manifeſtũ eſt, quòd ubi & angelus & Deus idẽ appellatus eſt, unigenitus ſignificatur, manifeſtãs ſeipſum hominib. per generationes, & uolũtatẽ patris ſanctis ſuis anũcians. Quare & qui corã Moſe exiſtentẽ ſeipſum nominauit, non alius quis præter Deũ uerbũ, qui erat in principio apud Deũ, intelligi poterit. At qui iniuriã in altũ loquuntur, nõ exiſtentẽ appellare filium nõ erubuerũt. Et inſipiens quidẽ in corde ſuo dixit: nõ eſt *Pſal.13* Deus. Hi uerò nõ ſolũ cogitauerũt, ſed etiã loquuti ſunt in prauitate, & per literas poſteritati tradere nõ ſunt auerſati, nõ exiſtentẽ Deum nominare auſi. Et quãdo quidẽ uident dæmones ipſos abnegare, eſſe Deum: hi ad ſuperius tempus ratione reuerſi, illic impiam cupiditatẽ ſuam explent, nõ fuiſſe aliquando filium Dei blaſphemantes, uelut ſua natura nõ exiſtentẽ, per gratiã uerò ad eſſe à Deo productum. Deinde quam Paulus de ſimulachris emiſit uocẽ, dum ait: Seruiuiſtis natura nõ exiſtẽtibus dijs. Et Hieremias: Et iurauerunt per non exiſtentes deos. *1.Theſſ.1* Et ſapientiſsima Heſter: Ne tradas Domine ſceptrũ tuum *Hier.5* nõ exiſtentibus. Hanc ipſam uocẽ quũ hi de uero Deo dixerint, quõ amplius iuſtè Chri- *Heſt.14* ſtianorũ appellationẽ ſibi uindicauerint? Etenim etiã alibi idẽ ille Apoſtolus, qui in ſpiritu loquitur, nõ exiſtentes nominat gẽtes, propterea quòd Dei cognitione priuatæ ſunt, dum ait, quòd nõ exiſtẽtes elegit Deus. Nã quoniã Deus eſt qui eſt, & ueritas & uita: qui

Deo exiſtenti non ſunt uniti per fidem,ſed mendacio non exiſtenti addicti,per errorem circa ſimulachra, merito uelut puto ,ppter ueritatis priuationẽ, & à uita alienationẽ, non exiſtentes appellati ſunt.Sed & Epheſiis ſcribens, uelut legitimè unitis exiſtenti,per cognitionẽ exiſtentes ipſos peculiariter appellauit,dũ ait: Sanctis exiſtẽtibus & fidelibus in Chriſto Ieſu. Sic enim & qui ante nos fuerunt tradiderunt, & nos in ueteribus exemplaribus inuenimus.At hic appellatione cuius participes ſunt ſerui Chriſti,neq; Deũ noſtrum dignari ſuſtinuit :ſed eum qui ex nihilo creaturã adeſſe produxit, nõ exiſtentẽ appellauit.Cæterũ contemptũ ipſius amplius quis didicerit, ex his per quæ ſimulat ſe uidelicet Dñm glorificare. EVN.Non cõmunẽ,inquit, facimus unigeniti eſſentiã ad ea quæ de nihilo facta ſunt,nam nõ eſt eſſentia id quod nõ eſt: ſed tantã ipſi tribuimus excellentiã,quantã neceſſe eſt creatorẽ ſupra proprias creaturas habere. BAS. Poſtquã per præparamẽta ſermonẽ ad hoc perduxit, per uerbũ nimirũ benignitatem declarat, & inquit, Non cõmunem ſe facere ad ea quæ de nihilo ac nõ exiſtentib.facta ſunt, unigeniti eſſentiam.Atqui ſi Deus uniuerſorũ,propterea quòd ingenitus eſt, neceſſariam habet ad genita diuerſitatẽ:genita uerò uniuerſa cõmunẽ habẽt ex nihilo ac nõ exiſtente ſubſtantiã, Quomodo nõ neceſſariò hæc ſecundũ naturã cõiunguntẽ Sicut enim illic naturas diſparat,quòd inacceſsibilis eſt:ſic hic æqualitas,in idẽ inter ſe coniungit. Quum autem ex nihilo dicant filium, & ea quæ ab ipſo facta ſunt,& cõmunem faciant ipſorũ circa hoc naturam, non tamen dicunt ſimilem ſe tribuere ipſi eſſentiam ad ea quæ de nihilo facta ſunt. Nã rurſus uelut ipſe Dominus ſit, ut quantũ uult tribuat unigenito dignitatis, ita uerba facit:Tantam enim tribuimus ipſi,inquit,excellentiã, quanta neceſſe eſt creatorem proprias creaturas excedere.Nõ dixit,comprehendimus aut opinamur,uelut de Deo dicere conueniebat:ſed tribuimus,uelut ipſe princeps ſit menſuræ diſtributionis. Quantam uerò tribuit excellẽtiamẽ quanta neceſſe eſt, inquit, creatorem proprias creaturas excedere. Nondum hoc diuerſitati ſecundum eſſentiam teſtimoniũ præbet. Homines enim & arte quidem opera ſua excedunt,coeſſentiales tamen ipſis exiſtunt,uelut figulus luto, & fabricator nauis lignis.Corpora enim ſunt ambo, & ſenſibilia ſimiliter & terra. Tantam autem filio ad creaturam differentiã concedens, iam etiam circa ipſam unigeniti notionem maligne facit. EVN. Ob id enim unigenitus eſt,quoniam à ſolo, ingeniti potentia genitus & creatus,perfectiſsimus factus eſt miniſter. BAS.Haud ſcio quid ex relatis magis moleſtè ferre oporteat, utrum uerſutiam quam circa unigeniti uocem maligne uſurpauit,& præter hominum conſuetudinem,& præter piam ſcripturarum traditionem,ipſius ſignificatum accipiens. Vnigenitus enim non qui à ſolo genitus,ſed qui ſolus genitus eſt,in communi uſu appellatur. An de creatura blaſphemiam, quam de induſtria adiecit uocem genitus coniunxit,ut oſtendat quòd nulla à creaturis diuerſitate, Domino adſit
Eſa 1 appellatio quod genitus eſt.Sed ſicut illud,Filios genui & exaltaui.Et hoc,Filius primo-
Exod.4 genitus meus Iſrael : ita etiam Dominum filium nominatum eſſe, non ut habeat no-
Phil.2 men quod eſt ſupra omne nomẽ, ſed qui ex æquo cum alijs hac appellatione dignus factus ſit. At uerò illi ad Solomonis uerba confugiunt, atq; illinc uelut ex propugnaculo
Prouerb.8 aliquo fidem impetunt.Nam quoniam ex ſapientiæ perſona dictum eſt, Dominus creauit me:opinantur ſibi licere Dominũ creaturam dicere. Ego uerò,quum multa habeam quæ de hac uoce dicere poſsim, primùm quòd ſemel in tota ſcriptura uſurpata eſt; deinde quòd in libro multam ſententiæ obſcuritatem habente, & per prouerbia ac parabolas,& ſermones obſcuros atq; ænigmata fere procedẽte,ut nihil non ambiguum, nihilq; clarũ ab ipſo ſumi poſsit:omitto dicere,ut ne longioribus ſuperinductionibus orationem longius extendam. Imò etiam ideo quòd de examinatione eorum quæ ab ipſis male intellecta ſunt,tractatio à nobis in proprium locum dilata ſit, in quo etiã hæc pars, Deo dante,confutabitur:& puto ſanè(cum Deo autem id dicatur) multò magis conſentaneam propoſitæ dictionis ſententiam,& nullum periculum afferentem, ex noſtra examinatione emerſuram eſſe. Interim tamen neque illud ſilentio prætereamus, quòd alij interpretes,qui commodius ſignificationes Hebraicarum uocum aſſequuntur,Poſſedit me,pro Creauit me,reddiderunt:id quod maximũ ipſis impedimẽtum ad creaturę blaſphemiã erit.Qui ẽm dixit,poſſedi hominẽ per Deum nõ ut qui creauit Cain, ſed ut qui genuit,hac uoce uſus eſſe uidet. Sed ad inſtitutũ redeamus. EVN. Ob id,inquit,unigenitus

nitus eſt, quoniā à ſolo genitus & creatus, perfectiſsimus factus eſt miniſter. BAS. Si itaq; nō ꝓpterea quod ſolus genitus eſt, ſed ob id quod à ſolo, unigenitus dictus eſt: idem aūt eſt ex tua ſententia, creatum eſſe, & genitū eſſe: cur non etiam unicreatū ipſum nominas ô tu qui omnia facile & cogitas & profers? Vnigenitus aūt uelut apparet, nullus homo eſt iuxta ueſtrā rationem, propterea quòd ex duorū coitu omnib. generatio cōtingit. Ne Gen.21
que Sara unigeniti filij mater erat, quia nō ſola ipſum, ſed cum Abrahā genuit. Et ſi ſanè ueſtrę opiniones obtinuerint, neceſſe eſt totam uitam priore ſententia mutata diſcere, nō ſolitudinem fratribus carentem, ſed ſolitudinē eos qui ſimul gignant nō habentē, hoc nomen ſignificare. Iam uerò etiam creatura præter cauſam à Dei uerbi dignitate imminuta eſt: tantū enim & ipſa abeſt ab eo ut ſit unigenita, quantū filius unà cū patre opificiū creationis attigit, quanq; neq; hoc ab ipſis cōcedatur. Miniſtrum enim ipſum perfectiſsimū nominant. Quomodo igitur non à ſolo etiam creatura facta eſt ſecundum uos, ita ut uelut inſtrumentum quoddā inanimatū, Deum uerbū patri apponatis? Niſi & nauis fabricatorem negabit quis ſolum nauem fabricaſſe, quoniā inſtrumentis ad ſtructuram uſus eſt. Quare unigenita eſt etiam creatura, & partes ipſius, non ſolū inuiſibiles poteſtates ac uirtutes, ſed etiam ſenſibilia corpora, & ex his uiliſsima, culices & locuſtæ & ranæ. Ipſe enim dixit, & facta ſunt: ipſe mādauit, et creata ſunt. Quo enim miniſterio opus habuerit, qui ſola uoluntate creat unà cum uoluntate creatura ſubſiſtente? At uerò quomodo etiam ſecundum nos per filium omnia? Quoniam diuina uoluntas à prima cauſa uelut fonte quo Rom.11
dam profecta, per propriam imaginem Deū uerbum ad operationē procedit. Eunomius uerò unigenitū filiū miniſtrū appellauit: hoc uerò ipſi magnū attribuit, quòd idoneus ad miniſterium eorū quę pręcipiunt, exiſtit. Si enim non in eo quod Deus eſt, perfectus maieſtatem poſsidet, ſed in eo quod miniſter exquiſitus eſt: qua in re differet à miniſtrato Heb.1
rijs ſpiritibus, qui citra reprehenſionem miniſterij opus perficiunt? Quapropter ad uocē genitus, addidit creatus, quo etiam hinc nullā eſſe filij & creaturæ differentiam oſtendat: operæprecium aūt eſt audire eius admonitionem EVN. Non oportet, inquit, patris ac filij appellationi attendere, & humano more generationem ipſius intelligere, atq; ex generationibus inter homines adduci, ut participationis eſſentiæ nominibus & affectibus Deum ſubijciamus. BAS. Admonet non oportere ſimilitudinem filij & patris iuxta eſſentiam intelligere: hoc enim uult ipſi participationis eſſentiæ interdictio, tāquam patris eſſentia nullam cōmunionem ad unigeniti eſſentiam habeat. Et ob hoc pręclaræ illæ nominum diſtinctiones, quorum turbam nos pręteriuimus: quod nō quorū eædem ſunt enunciationes, ea etiam ſignificato iam eadē ſint: quo patrē eſſe filij Deū, propter eos qui in terra patres nominanť, neget. Ego uerò quū multa ſint quę Chriſtianiſmum à Gręco ac gentili errore, & à Iudaica ignorantia diſparant, nullum potius dogma in euāgelio ſalutis noſtræ eſſe arbitror, q; in patrem & filium fidem. Nā creatorem eſſe & opificē Deū, etiā quocunq; errore diſsecti confitenť. Qui uerò patrem falſo appellatū, & filiū uſq; ad nudā appellationem prædicat, & nihil differre arbitrať, aut patrem confiteri aut creatorem, & ſiue filium dicere ſiue creaturam, ubi à nobis locabitur? aut cui ſectę annumerabiť? Iudęorum'ne aut gentiū? Non enim profectò Chriſtianis ſe adoptandū dabit, qui uirtutem pietatis, uelut characterē diuini cultus ac fidei noſtræ negat. Non enim in creatorem & creaturam credimus, ſed in patrem & filium per gratiam in baptiſmate ſignati ſumus. Quare qui has uoces reprobare audet, omnem ſimul euangeliorū uirtutē delet, patrem qui non genuit, & filium qui nō genitus ſit, prædicās. At quū hæc dico, inquit, affectus intelligentiam ex patris appellatione accedentem deuito: oportebat aūt eum qui pie agere decreuiſſet, abſonum in his uerbis ſenſum, ſi modò quis inerat, auerſari, & non totā ſimul uocē reprobare, neq; indecori prætextu, etiam utilitatem ex ipſa ſimul eijcere: & ab humilibus quidem ac carnalibus cogitationibus, in dogmatis de Deo purum eſſe: generationem uerò ſanctitati & ab affectibus puritati Dei conuenientem intelligere: ita ut modū quidem, iuxta quem genuit Deus, uelut arcanum & intellectu incomprehenſibilem dimittat: ad ſimilitudinem uerò ſecundū eſſentiā, ex generandi appellatione deducať. Quā quam ſi quis conſideret palàm fiat, quòd non corporalium affectionum notionem propriè ac primariò hæc nomina, pater, inquam, & filius, inducere ſolent. Sed dum quidem per ſe dicuntur, habitum inter ſe mutuum ſolum indicant. Pater enim eſt, qui alteri

principium ut ſit,iuxta ſimilem ſibiipſi naturã exhibuit.Filius uerò qui ex alio per gene-
rationem principium ut ſit habuit.Quum igit̃ audimus,quòd homo eſt pater, tũc etiam
affectus notionem aſſumimus.Quum uerò quòd Deus eſt pater, ad cauſam ab affectibus
puram cogitationibus decurrimus.Ille uerò in affectibus expoſita natura , appellationi
huic adſuetus,id quod ſupra captum cogitationum ipſius eſt,uelut impoſsibile abnegat.
Non enim affectui corruptibilium attendere,& Dei ab affectibus puritati fidem non ha-
bere conuenit,neq; fluxili naturæ & infinitis mutationibus ſubiectæ,immutabilem & in-
alterabilem eſſentiam comparare. Nec quoniã mortalia animalia per affectũ generant,
etiam Deum ſic putare oportebat. Verùm hinc magis deduci ad ueritatẽ,quòd quoniam
corruptibilia hoc modo,ille qui incorruptibilis contrario modo generat. Nec uerò illud
ſanè dixerit, quòd propriè & primariò de hominibus hæc nomina uſurpata ſint , & nos
abuſiue de Deo utamur.Dominus enim noſter Ieſus Chriſtus,ad omnium principium &
Mat.23 ueram rerum cauſam nos reducens, Vos aũt nolite uocare,inquit,patrem ueſtrũ in terra,
unus enim eſt pater ueſter cœleſtis.Quomodo igit̃ has uoces,uelut carnalium affectuum
principaliter ſignificatiuas,à nobis repudiandas cenſet , quas Dñs uelut Dei ab affecti-
bus puritati conuenientes,ab hominibus ad ſeipſum transfert. Si uerò etiam creaturarũ
pater nominatur,id nondum huic noſtro ſermoni repugnat.Qui enim genuit guttas ro-
Cap.38 ris,uelut Iob ait,non ſimiliter guttas & filium genuit. Aut ſi hoc dicere audebunt,ut in æ-
quali loco etiam roris eſſentiam filium nominent,ab omni nos aduerſus ipſos oratione li-
berabunt,quum ad manifeſtiſsimam impudẽtiam blaſphemiam perduxerint.Neq; enim
quãdo pater omnium noſtrum dicit̃ Deus,iuxta eundem modũ & noſter,& unigeniti eſt
Col.1 pater.Si uerò quoniam primogenitus omnis creaturæ,& primogenitus inter multos fra-
tres Dominus appellatur,hoc ipſum eos ad impietatem erudit,diſcãt ex euãgelio,quòd
etiam matrem ſuam & fratres Dominus appellat eos qui ex uirtutis operibus ipſi coniun
Mat.12 cti ſunt.Quę enim eſt,inquit,mater mea,et qui fratres mei,quàm qui faciunt uoluntatem
patris mei,qui in cœlis eſt? Quare pater noſter Deus,non abuſiue, neq; per translationẽ,
ſed propriè & primariò & uere nominatur,per corporales parentes nos ad eſſe ex nihilo
producens,& per curas de nobis,familiaris ac coniunctus nobis fiens Si uerò noſter,qui
per gratiam adoptione digni facti ſumus,uerè appellatus eſt pater Deus, quæ ratio pro-
hibebit,ut filij ſecundum naturam,& ex eſſentia ipſius progreſsi, non conuenienter ipſe
pater appellet̃? EVN.Non oportet,inquit,propter patris & filij appellationem,humano
more generationẽ Domini intelligere. BAS. Id ipſum ego quoq; aſſero:diuinam tamen
& ab affectibus puram,quid uetat pios credere? Verùm opinor quod his uerbis utitur,
non ut citra affectum genuiſſe Deum oſtendat,ſed ut neq; omnino genuiſſe. Quomodo
igitur tu ô optime,in ſuperioribus genituram eſſe unigeniti eſſentiam pronunciabas? Si
enim non genitus eſt,unde ipſi ut genitura ſit,iuxta tuam ſententiam aderat? Verùm pro-
pter geniti ad ingenitum contrarietatem, genituram eſſe eſſentiam, oſtendere conaba-
tur.Nunc uerò rurſus,quum eſſentiæ coniunctionem per hanc uocem ſignificari uideat,
genitum eſſe de genitura aufert ac negat. Atqui ſi hoc uelut affectionis ſignificatiuum
auerſatur,quid prohibet etiam creatorem ipſum eſſe,propter eaſdem cauſas non admit-
tere? propterea quòd omnibus corporalibus actionibus, aut maior quidem omnino,
aut minor labor coniunctus eſt , iuxta proportionem uirium eius qui operatur, & diffe-
rentiam magnitudinis eorum quæ fiunt. Diuinam uerò & beatam naturam dicere la-
bore premi,non minus impium eſt,quàm turpibus ipſam affectibus ſubijcere. Si uerò
citra affectum creat,ab affectibus puram eſſe accipite etiam generationem. Quod qui-
dem igitur propriè & conuenienter pater dicitur Deus , & quòd non affectus, ſed con-
iunctionis eſt nomen , aut eius quæ per gratiam contingit, uelut in hominibus:aut eius
quæ ſecundum naturam eſt,uelut in unigenito,ſufficienter dictũ eſt.Demus autem figu-
ratam eſſe,& ex translatione dictam etiam hanc uocem,uelut innumeras alias. Si igitur
iraſcentem , & dormientem,& uolantem audientes Deum, & alia huiuſmodi,indecoras
ſignificationes iuxta uulgatum intellectum exhibentia:neq; uoces ſpiritus expungimus,
neq; corporaliter ea quæ dicunt̃,accipimus:cur tandem non & huius uocis,adeò frequẽ-
ter à ſpiritu uſurpatę,conuenientes Deo ſignificationes perſcrutamur? Aut ſolam hãc ex
ſcriptura delebimus,ex humano uſu ipſam calumniãtes? Quin potius ſic rẽ cõſideramus
Quum

Qvum duo ſignificentur ex generãdi appellatione, iuxta hominũ cõſuetudinẽ affectus
uidelicet generantis, & coniunctio ad genitũ: quũ à patre ad unigenitũ dicitur, Ex utero Pſal.109
ante Luciferum genui te: Et hoc, Filius meus es tu, ego hodie genui te: Vtrũ horum ſigni Pſal.2
ficatorum per uerbum oſtendi dicemus, num generantiũ affectum, aut naturæ coniun-
ctionem? Ego quidem hoc poſtremum cenſeo, & neq; hos contradicturos eſſe arbitror
unquam, niſi in manifeſtũ atræ bilis morbum delatos. Quare ſiquidẽ cõueniens eſt Deo
uox hæc, cur uelut alienam repudias? Si uerò ex humanis tranſlata eſt, ſana ſignificatione
delecta, fuge deteriorem. Licet eñ profectò in dictione multa ſignificãte, ad rectã notio
nem per uerbũ deductum, humilem ac turpem ſignificationem tranſilire. Et ne mihi di-
cas, quæ uerò eſt generatio, & qualis, & quomodo hæc fieri potuit? Non enim quoniam
modus arcanus & penitus incomprehenſibilis, iam etiam firmitatem fidei in patrem & fi
lium abijciemus. Si enim omnia cõprehenſione metiri uoluerimus, & id quod mente ca-
pi non poteſt, neq; eſſe omnino ſuſpicari, peribit fidei, peribit ſpei merces. Quomodo au Ioan.20
tem fuerimus amplius beatitudinib. digni, quæ in fide rerum inuiſibilium repoſitę ſunt,
ſi ſolis his quæ rationi euidentia ſunt, fidem habemus? Vnde uanæ factæ ſunt gentes, & Rom.1
inſipiens cor ipſorũ tenebris obductum eſt? Nõne quoniam rationi apparentia ſequẽtes
prædicationi ſpiritus fidem non habent? Quos uerò Eſaias uelut perditos deplorat? Væ Cap.5
ſapientibus in ſeipſis, & corã ſeipſis ſcientibus. Nõne tales? Multis itaq; præteritis in me
dio ſitis, tum his quæ de eo quod filius ingenitus nõ ſit, diſceptauit, tum his quæ ut fidem
faciat eius quod creatura & factura ſit unigenitus, artificioſe commẽtus eſt, ad principa-
liſsimã impietatem me cõuertam, ubi hoc ſolum appoſitis addidero ac indicauero, quod
quam præoccupatã re ipſa cõfirmauit blaſphemiã, eam uolens uerbo obumbrare, & ſer-
monis impudentiam mitigare, dixit ſe nõ cõmunem facere unigenitum ad creaturã, obli
tus ſuorum dogmatũ quę in ſuperiorib. nuda & nullo uelamine tecta uoce propoſuit. A
quib. rurſus ad impudentem & clariſsimã cõtrarietatem excidit. Scribit aũt ſic: EVN. Ne-
mo aũt quum filiũ eſſe creaturã audit, ægre ferat, quaſi cõmunis fiat eſſentia à nominũ cõ-
munitate. BAS. Quõ igiť ô ſapientiſsime, ſi ad nominũ diuerſitatem, diuerſitas eſſentię ne
ceſſariò ſequiť. (Recordamur enim in ſuperiorib. te hæc dixiſſe) nõ nũc ad nominũ com-
munitatem, eſſentiæ cõmunitas ſequetur? Neq; enim ſemel, neq; obiter, hũc ſermonẽ in-
ſperſiſſe uidetur. Quoniã & nũc ſtatim uelut pœnitentia ductus ob ea quæ dixit, quod ui
delicet nominum communitas, non etiã cõmunes faciat eſſentias: rurſus paulò poſt indu
cit aduerſarios obiurgans. EVN. Oportebat, inquit, ſi qua ipſis eſſet ueritatis cura, quum
diuerſa nomina ſunt, diuerſas etiam eſſentias cõfiteri. BAS. Quomodo quis facilius uer-
bis uti poſsit? Nam modico facto interuallo ad contraria ſe cõuertens, nunc quidẽ dicit,
nominũ diuerſitatem neceſſariò eſſentiarũ diuerſitatem oſtendere. Nunc uerò rurſus cõ-
munitatem nominũ nõ communes facere eſſentias. Cæterũ arbitror nos conſimile facere
his qui homicidam propter cõuicium, aut plagã alicui incuſſam, aut tale quoddã peccatũ
accuſant. Itaq; ad caput malorum ipſius tranſeamus. Quum uidiſſet hic, quod communis
pręnotio omnibus æqualiter Chriſtianis ineſt, qui modo uere hac appellatione digni
ſunt, de eo quod lux ſit filius genita, ex ingenita luce reſplendens, & per ſe uita, & per ſe
bonum, ex uiuifico fonte paternæ bonitatis progreſſus. Deinde animo uerſaſſet, niſi has
notiones noſtras concuſsiſſet, nullum ampliorem fore ſophiſmatum eius ſucceſſum. Qui
enim lucem confitetur patrem, lucem item filium, quum lucis unus & idem intellectus
exiſtat, ſua ſponte ad confeſsionem ſocietatis ac coniunctionis ſecundum eſſentiam de-
ducetur. Nam luci ad lucem iuxta ipſam lucis rationem, nulla neq; in prolatione, neq; in
ſignificatione, diuerſitas eſt. Quo igiť hoc à nobis tollat, uerſutiarum retibus fidei doctri
nam circũdat, incõparabilia hæc eſſe, & nullã omnino inter ſe communitatem habere do
cens: & ingeniti ad genitũ oppoſitionem, item luci ad lucẽ eſſe dicens: aut hoc negantes,
compoſitũ eſſe Deum cõfiteri cogens: quin potius ipſam eius dictionẽ audiamus. EVN.
Vtrũ aliud quid ſignificat inquit, lux in ingenito, præter genitũ, aut idem utraq;. Si enim
aliud quid & aliud, manifeſtum eſt quod etiam cõpoſitum eſt, id quod ex alio atq; alio cõ
ſtat. Quod aũt cõpoſitum eſt, ingenitũ nõ eſt. Si uerò idem, quãtum diuerſum eſt genitũ
ab ingenito, tãtum neceſſe eſt lucẽ à luce diuerſam eſſe, & uitã à uita, & potẽtiã à potẽtia.
BAS. Videte & intelligite horrendã impietatẽ, Quantũ, inquit, ingenitũ à genito differt,

tantum

tantum differet lux à luce, & uita à uita, & potentia à potẽtia. Interrogemus itaque ipſum
ingenitum à genito quãto interuallo ſeparatum eſt? Num paruo, & tãto ut poſsint aliquã-
do in idem inter ſe conuenire? Aut hoc penitus impoſsibile eſt, & magis impoſsibile ꝙ
eundem in eodẽ uiuere & mortuũ eſſe, & ſanũ ſimul eſſe ac ægrotare, & uigilare ſimul ac
dormire: talia em̃ ſunt quæ ſumma oppoſitione inter ſe opponuntur, ut præſente altero,
neceſſarium ſit abeſſe alterũ: quæ etiã omnino nõ ſimul eſſe, & diſcordia eſſe ſolent. Quũ
igitur ſecundum hunc modũ oppoſitio ingeniti ad genitũ ſit: qui patrẽ lucem nominat, lu-
cem item filium, tantum uerò hanc lucem ab illa luce ſeparatam eſſe dicit, quantum geni-
tum ab ingenito ſeparatum eſt: nõnne manifeſtũ ſe facit, etiamſi uerbo benignũ ſe eſſe ſi-
mulat, lucem nominans uidelicet filium, quod per potẽtiam eorũ quę dicuntur ſententiã
ad contrarium abducit? Conſiderate enim quid opponitur ingenito, aliud ingenitum,
aut genitum? genitum nimirũ. Quid uerò opponit̃ luci, lux altera, aut tenebræ? tenebræ
omnino. Si itaqꝫ quantum diuerſum eſt genitum ab ingenito, tantũ neceſſe eſt diuerſam
eſſe lucem à luce, cui ex omnib. obſcura eſt impietas, quod in appellatione lucis, id quod
oppoſitum eſt luci inducens, contrariam eſſe lucis naturæ, unigeniti eſſentiam ſubijcit.
Aut oſtendat nobis lucem luci oppoſitam, & quæ illam oppoſitionis menſuram habeat,
quæ genito ad ingenitũ eſt. Si uerò hæc neqꝫ eſt, neqꝫ ipſe excogitare poterit, ne ignoret
ars, per quam profunda uerſutia blaſphemiam conſtruit. Quandoquidem enim putat in-
genito genitum per contrarietatem oppoſitum eſſe, eãdem oppoſitionem luci ad lucem
adaptat, quo per omnia eſſentiam patris aduerſam & contrariam eſſentiæ unigeniti eſſe
dat. Et propterea noua hæc dogmatum legislatio: quantum diuerſum eſt genitum ab in-
genito, tantum neceſſe eſt lucem à luce diuerſam eſſe. Atqui ingenito quidem ad genitũ
eſt quædam iuxta poſitionem uerborum, etiamſi non iuxta naturam rerum oppoſito, id
quod hi affirmant. Luci uerò ad lucem, neqꝫ iuxta prolationem, neqꝫ iuxta ſignificatio-
nem, poſsibile eſt aliquam excogitare contrarietatem. Verùm uidet̃ ſophiſmatis fraudu-
lentis ſeipſum fallere. Opinatur enim quod quæ ad contraria ſequuntur, eandem inter ſe
habeant pugnam, quam habent & præcedentia: & quum alteri cõtrariorum fuerit cõtra-
rium etiam ad alterum omnino contrarium ſequetur. Velut uerbi gratia, Si ad uiſum lux
ſequit̃, ad cæcitatem tenebrę ſequẽtur. Si ad uitam ſentire, ad mortem ſenſu priuatum eſ-
ſe. Hęc aũt ꝙ debilis ac dilabens ſit obſeruatio, omnib. notum eſt, qui parũ ſaltem intelli-
gunt. Nõ em̃ quia ad uigilias uita ſequitur, ideo omnino ad ſomnum mors ſequitur. Sed
neqꝫ contrario modo ſe habet genitũ ad ingenitũ. Si em̃ contraria ſunt, & ſe mutuò cor-
rumpunt, id quod in caput blaſphemantium uertatur: at neqꝫ natura contraria ſunt, neqꝫ
uerò ea quæ ad hæc ſequuntur eandem diſtantiam neceſſariò habebunt, quã præceden-
tia habere oſtenſa ſunt. Aut igit̃ dele uerba tua, aut ne neges impietatem: tua enim eſt bla-
ſphemia qui dixiſti, quantum diuerſum eſt genitũ ab ingenito, tantum neceſſe eſt diuer-
ſam eſſe lucem à luce. Igitur ſicut nunꝙ particeps erit genitus eius ut ingenitus ſit, ſic nũ-
quam lucis ipſum participem faciet: & erit iuxta tuam ſententiã, unigeniti eſsentia ęquali-
ter diſtans ab eo ut ingenita ſit, & ab eo ut lux intelligat̃ ac nominet̃. At Ioannes quidem
Ioan.1 magna uoce ſpũs inclamat tibi dicẽs, Erat lux uera. Tibi uerò nõ ſunt aures ad audiendũ,
neqꝫ cor ad intelligendum. Verũ tu ad cõtrariam naturam & quæ cũ luce eſſe non poteſt,
eſſentiam unigeniti cauillationib. ac ſophiſmatis tuis detrudis. Nõ em̃ ꝓfectò illud uelut
firmũ dices, ꝙ etiã de unigenito appellationẽ lucis nõ detraxiſti: nõ em̃ in ſono aeris, ſed
in poteſtate rerũ quę ſignificant̃, pietas eſt. At ille non in his quieuit ſolũ, ſed etiam uitã &
potentiã, eadẽ diſtantię ad contrariũ mẽſura ſimul abducit. dũ dixit: Quantum diuerſum
eſt genitum ab ingenito, tãtum neceſſe eſt lucẽ à luce diuerſam eſse, & uitã à uita, & potẽ-
tiam à potentia. Ergo neqꝫ uita, neqꝫ potentia, unigẽitus ex tua ſentẽtia eſt. Sed expungis
ipſius Dñi uerba dicẽtis: Ego ſum uita. Expungis itẽ Pauli uerba, qui dixit: Chriſtus Dei
Ioan.11 potentia. Nã quę in ſuperiorib. demonſtrabant̃, etiã nunc his cõuenient. Neqꝫ em̃ uitam
Ephe.6 neqꝫ potentiã, uitę ac potentię oppoſitã eſse quiſqꝫ dixerit, ſed mortẽ & impotentiã, per-
fectiſsimam oppoſitionẽ explere: per quę hic uerſute uerborũ dolum occultans, malicio-
ſe ac tecte horrendã impietatẽ adſtruit, & uerborũ artificio unigeniti naturã ad contra-
rium paternæ naturę abducens, ſolã nominũ laudẽ relinquit. Quid igit̃ nos? Quomodo
& ingenitũ patrẽ, & genitũ filiũ cõfitẽtes, cõtrarietatẽ iuxta ipſam eſſentiã effugerimus?
Quid

Quid nam dicentes? quòd boni patris, bonus eſt filius: ex luce uerò ingenita, lux ſempi-
terna effulſit, & ex uera uita, uiuificans fons proceſsit: & ex ipſa per ſe potentia, Dei potē
tia emicuit. Tenebræ uerò, & mors, & impotentia, principi huius mundi, & principibus
tenebrarum, & ſpiritualibus prauitatibus, & omni potentiæ diuinę naturæ aduerſanti, cō
iuncta ſunt: neq; his ipſis iuxta eſſentiam ipſam, ad bonū contrarietatem ſortitis (Ita enim
reprehenſio ad creatorem rediret) ſed ex proprio propoſito ac electione, per boni priua-
tionem ad maliciam dilapſis: & tamen ad hunc ordinem, unigeniti naturā lingua Deū im
petēs deducere conata eſt. Non em̄ profectò illud dicere poteſt, quod quū patris eſſen-
tiam lucem eſſe cenſeat gloria & ſplendore excellentem, unigeniti quoq; eſſentiā lucem
eſſe putet, uerū obſcuriorem quodāmodo & uelut turbatam: piæ etenim mentis neq; hęc
ſunt, propterea quod imaginis ſimilitudo per obſcuritatem tollať. Veruntamē optandū
eſſet, ut hac parte ipſum accuſare poſſemus: neq; enim multo certamine opus eſſet nobis
ad eius correctionem. Nūc uerò ingenito ad genitum, non iuxta magis & minus diuerſi-
tas eſt, uelut minori luci ad maiorem, ſed quāta eſt diſtātia eorū quæ penitus ſimul eſſe nō
poſſunt. Impoſsibile eſt em̄ ut id quod alteri adeſt, unq; per mutationē ad oppoſitū tran-
ſeat, quo aut ex ingenito genitum fiat, aut uice uerſa, à genito ad ingenitum tranſmutatio
fiat. Qui itaq; ſemel ꝓnunciauit, quantum diuerſum eſt genitū ab ingenito, tātum neceſ-
ſe eſt lucem à luce diuerſam eſſe: ei ne iſta quidem ratio ad fugā reliqua eſt: nam lux pura,
cum tenui & obſcura luce, eadem genere exiſtens, ſolo incremento ab ea differt. Ingeni-
tum uerò non eſt incremētum & intenſio geniti, neq; uice uerſa, genitū remiſsio quędam
eſt ingeniti: ſed uelut ex diametro horum diſtātia eſt. Eos igitur qui genitū & ingenitū eſ-
ſentiā dicunt, hæc & adhuc plura his abſurda ſequunť. Contrariū enim ex cōtrario geni-
tum erit, & pro naturali coniunctione, neceſſaria quædam ſeditio etiam iuxta hanc eſſen-
tiam ipſis orietur. Hoc ipſum uerò maiorem ignorantiam quàm impietatem declarat, ni-
mirum eſſentiam dicere, & cuicunq; tādem rei per eſſentiam, contrariā eſſe: quum iam o-
lim etiam apud externos philoſophos confeſſum ſit (quos quū nō inuenerint hi pro bla-
ſphemijs ſuis decertantes, uelut nullius rei homines auerſanť) impoſsibile eſſe in eſſen-
tia eſſe contrarietatem. Si quis uerò, id quod uerū eſt, notorias quaſdā ꝓprietates, quæ in
eſſentia conſideranť, genitum ac ingenitum eſſe acceperit, quę ad clarā & inconfuſam pa
tris & filij notionem manuducantis impietatis effugiet periculum, & quod rationi cōſen
taneum eſt conſeruabit. Etenim proprietates, uelut characteres & formæ quæ in eſſentia
conſiderantur, diuidūt quidē communitatem proprijs characterib. ac notis, uerū eſſentię
coniunctionem nō dirimunt: uelut uerbi gratia, cōmunis quidē eſt deitas: ꝓprietates ue-
rò ſunt, paternitas & filiatio. Ex utriuſq; autem complexu, tum cōmunis, tum proprij, ap-
prehenſio ueritatis nobis contingit: quare ubi ingenitā lucem audiuimus, patrem intelli-
gimus: ubi uerò genitam lucem, filij notionem accipimus: nulla cōtrarietate in ipſis exi-
ſtente, in quantum lux & lux ſunt: uerùm in quātum genitū & ingenitum, appoſitione ap
parente. Hęc eſt enim proprietatū natura, ut in eſſentię identitate oſtēdant diuerſitatem:
& ut ipſę quidem ꝓprietates ſæpe dum inter ſe diuidunť, ad cōtrarium diſcedāt, nō tamē
eſſentię unitatem diuellāt: uelut uolatile, & pedeſtre, & aquatile, & terreſtre, & rationale
ac irrationale. Quū enim una eſſentia omnib. ſubiecta ſit, ꝓprietates hæ nō alterant eſſen
tiam, neq; uelut diſsidere inter ſe ſuadent, uerùm per efficaciā ſignorū cognitionis, uelut
lucem quandā animis noſtris indētes, ad intellectū mēti perceptibilē deducūt. At hic op
poſitione proprietatum ad eſſentiā tranſlata, hinc impietatis occaſionē trahit, uelut pue-
ros terrēs nos ſophiſmatib. ꝙ ſi aliud qd fuerit lux præter ingenitū, neceſſariò cōpoſitus
Deus nobis demōſtrabiť: ego uerò quid dico? niſi aliud qd fuerit lux ab ingenito, nō am-
plius pōt de filio prædicari, ſicut neq; ipſum ingenitū. Didicerit aūt quis etiā hinc eorum Iob.38
q̄ his uocib. ſignificanť diuerſitatē. Lucē habitare dictus eſt Deus, & indui luce: non ꝓfe-
ctò ſcriptura dicēte, ipſum in ſua ipſius ingenita natura habitare, neq; ipſam forinſecus ſi-
bi circūdatā habere. Aut hæc quidē ridicula ſunt, genitū aūt & ingenitū, notoriæ quædā
ſunt ꝓprietates. Si em̄ nihil eſſet ꝙ eſſentiam delinearet, nullo ſanè modo ad noſtrā intel-
ligentiā perueniret. Quū enim una ſit deitas, impoſsibile eſt notionem propriā patris aut
filij capere, ſi non proprietatū additione mēs fuerit cōfirmata. Cæterū ad hoc quod com-
poſitus oſtendeť Deus, ſi non idem eſſe accipiať lux et ingenitum, illud dicere poſſumus:

Quod ſi quidem uelut partẽ eſſentiæ ingenitũ acciperemus, fortaſsis haberet ſermo ipſius locum, dum compoſitum eſſe dicit id quod ex diuerſis conſtat. Si uerò eſſentiã Dei lucem cenſemus, aut uitam, aut bonum totum, hoc eſt quum uita ſit, etiam tota lux eſt, & totum bonum: conſequens autem habet uita ingenitum: quomodo non incompoſitus eſt, qui iuxta eſſentiam ſimplex eſt? Non enim profectò oſtendẽtes proprietatem ipſius modi, ſimplicitatis rationem lædent. Aut hoc ſanè modo omnia quæ de Deo dicuntur, compoſitum Deum nobis oſtendent: & uelut apparet, ſi uelimus ſimplicis & impartibilis notionẽ conſeruare, aut nihil dicemus de Deo pręter ingenitũ, & auerſabimur ipſum nominare inuiſibilem, incorruptibilem, inalterabilem, creatorẽ, iudicẽ, & omnia quæ nunc ad glorificationem aſſumimus. Aut ſi hæc nomina ſuſcipimus, quid faciemus? Vtrũ ad eſſentiam uniuerſa referemus? Igitur non ſolum cõpoſitum, ſed etiam ex partibus diſsimilaribus ipſum cõpoſitum demõſtrabimus, propterea quod aliud atq; aliud à ſingulis his nominibus ſignificetur. An extra eſſentiam accipiemus? Igitur quã in unoquoq; illorũ rationem excogitauerunt, eam etiã de ingeniti appellatione ſuſcipiant. Porrò poſtq̃ orationẽ inanibus nugis compleuit, & contra oẽs ſimul qui unquã aliquid operæ circa Dei cognitionem impenderũt, ſe extulit, tanq̃ ipſe nouã quandã ac recentẽ uiam ad Deum ferentẽ ſtrauiſſet, quã nemo priorum inuenit, poſtremum inducit uelut ab ipſa doctus Dei eſſentia, blaſphemiam contra filiũ, EVN. Superius equidẽ regnum, & quod penitus generationem non ſuſcipit, his erudiens mentem cum beneuolentia accedentẽ, q̃ lõgiſsime repellere iubet, lege naturæ, priorẽ cõparationem. BAS. An non palàm oſtendit quod ipſe dignus factus eſt arcanorum reuelatione, poſtq̃ mẽtem cum beneuolentia Deo admouit? & propterea q̃ longiſsime repellit unigenitũ à patris cõmunitate, neq; cõparationẽ ipſorum admittere uolens, ſed & lege naturæ unigeniti eſſentiã à patris eſſentia ſeparatã eſſe dicit. Cur hoc dicens? Quod Deus uniuerſorum, ne ſi uoluiſſet quidẽ potuiſſet unigenitũ ad eſſentiæ coniunctionem ſuſcipere, lege naturæ à coniunctione ad ipſum prohibitus: non exiſtens ipſe ſuĳpſius, uelut uidetur Dñs, ſed neceſsitatis terminis ſubiugatus: talia enim ſunt quæ naturæ lege cõprehenſa ſunt, quæ citra uoluntatem ad id quod naturæ uidetur, perducuntur. Sicut enim igni natura ineſt ut calfaciat, non uoluntate: & ex neceſsitate ſuſcipere nequit frigiditatẽ, lege naturę ſocietate ad ipſam ſpoliatus: ſic uult etiã Deum & patrem, lege naturę diuerſam ac alienã à filio habere eſſentiam. Atqui naturæ leges non diſtantiam inter ſe filĳ & patris, ſed neceſſariã & infractã naturæ cõmunitatem exprimunt. Siquidem eñi uoluntate diceret Deũ uniuerſorũ effeciſſe, ut nulla ſit ad ipſum communitas, neq; ſic quidem bonitatis Dei ratio permiſerit, ut credibilia dicere uideat̃ is qui dicit, non communicare patrem ea quæ ipſi adſunt, ei qui ex ipſo eſt, haberent tamen dicta conſequentiã. At lege naturæ dicere alienationem eſſe, neq; eius eſt qui in rebus ſenſibilibus naturam conſiderauit, iuxta quam nõ aliena, neq; cõtraria, ſed potius cõiuncta & cognata, à ſingulis generari ſolent. Rurſus igitur neq; hic intellexit eorum quæ ab ipſo relata ſunt inter ſe contrarietatem. In ſuperioribus enim ęgre ferens eos qui ſimilem ſecundum eſſentiam unigenitũ patri dicũt, ſic ſcripſit. EVN. Videntur autẽ mihi omnino hi qui nulli dominio ſubditam, & omni cauſa ſuperiorẽ, & ab omnib. legibus liberã eſſentiã, genitæ & paternis legib. ſeruienti, cõparare auſi ſunt, aut neq; in totũ uniuerſorum naturam conſideraſſe, aut nõ pura mente iudicia de his feciſſe. BAS. Quomodo igitur nulli dominio ſubdita, & ab omnibus libera eſſentia, nunc uiſa eſt nõ ex libero arbitrio habere id ut nulli comparetur, ſed naturæ lege præoccupata, & inuoluntariè à communione ad ſe genitum repellere, ut propterea etiam ipſi unigenito inacceſsibilis ſit? Atque tanta quidem eſt in his quæ ab ipſo dicunt̃ diſſonantia, impietas uerò, in quantum nulli dominio ſubditam ac liberam patris eſſentiam pronunciat, (ſi tamen nulli dominio ſubdita eſt, quæ legi naturę ſubiecta eſt) & ex oppoſito ſeruilem unigeniti eſſentiã cenſet, etiã hinc naturæ æqualitatem tollens. Quũ eñi duæ res ſint, creatura & deitas, & creatura quidem in ſeruitute & obedientia locata ſit, deitas uerò in principatu ac dominatione: qui dominĳ dignitatem tollit, & ad ſeruitutis humilitatem unigenitũ deĳcit, nónne manifeſtũ ſe facit, quod etiam per hoc ipſum, eiuſdem cum tota creatura ordinis ipſum oſtendit? Non enim profectò hoc ipſi glorioſum eſt, ſi conſeruis præmineat. Sed ſi non regem & Dominũ cõfiteamur, non ob naturæ imminutionẽ, uerũ uoluntatis bonitate obedientiã ſuſcipientẽ hoc

graue

error in pag. fo. 337

uoluntate,& decedas citra perſecutionẽ,citra ignem,citra flagella, eadẽ cum illo mer-
cede dignus factus.Nobis aũt non unus,non duo, propoſiti ſunt hodie in admiratio-
nem,neq; ad denariũ uſq; numerus beatorũ procedit: ſed quadraginta uiri,uelut unã
animam in diuerſis corporib.habentes,in una conſpiratione ac fidei concordia,unam
etiam aduerſus omnia horrenda conſtantiã,& pro ueritate contentionem ac pugnam
oſtenderunt.Omnes inter ſe conſimiles,æquales mente,æquales certamine:quapro-
pter etiam æqualibus coronis gloriæ digni facti ſunt.Quis igitur horũ dignitatem ſer-
mone aſſequi poſſit?ne quadraginta quidem linguæ tantorũ uirorũ uirtuti celebrãdæ
ſufficiãt.Atqui etiamſi unus eſſet quem admiraremur,noſtrę eloquẽtię uim ſuperaret,
nedum tanta multitudo.phalanx militaris,congregatio inexpugnabilis,æquè in bellis
inſuperabilis,& in laudibus inexplicabilis. Age igit̃,per cõmemorationem ipſis in me
dium productis,cõmunem ab ipſis utilitatem præſentibus exhibeamus,demõſtrantes
omnib.uelut in tabella picta uirorũ fortia facta.Nam & res in bello fortiter geſtas tum
eloquentes homines ſæpenumero, tum pictores exprimunt: illi ſermone ornantes, hi
tabulis deliniãtes,& utriq; multos ad fortitudinẽ excitarũt.Quę eñ ſermo hiſtorię per
auditũ exhibet,ea pictura tacẽs per imitationẽ oſtendit.Sic ſanè & nos apud pręſentes
uirtutẽ uirorũ cõmemorabimus,& factis ipſorũ uelut ob oculos productis,generoſio
res & uolũtate ipſis cõiunctiores ad imitationẽ commouebimus. Hoc eñ eſt martyrũ
encomiũ, exhortatio nimirũ cõgregatorũ ad uirtutẽ. Neq; enim ſuſtinẽt orationes de
ſanctis encomiorũ legibus ſeruire. Nam qui laudibus celebrant, ex mũdi rebus laudũ
principia ſumunt: quibus uerò mundus crucifixus eſt,quõ poterit aliquid ex his quæ
in ipſo ſunt occaſionẽ ad claritudinẽ exhibere? Non erat una ſanctis patria,alius enim
aliunde uenerat.Quid igitur extorres ipſos aut orbis ciues dicemus? Quemadmodũ
enim in ſymbolorũ collationibus ea quę collata ſunt,communia eorũ qui attulerunt fi- Gal. 6.
unt:ſic etiã in beatis his, uniuſcuiuſq; ipſorũ patria cõmunis omniũ eſt, & omnes ſunt
undiquaq; patrias inter ſe commutantes. Imò quid opus eſt in terra poſitas inquirere,
quum liceat eam quæ nunc ipſorũ ciuitas eſt cõſiderare?Ciuitas itaq; martyrũ, ciuitas Heb. 12.
eſt Dei, cuius opifex ac artifex eſt Deus, ſuperna Hieruſalẽ,libera, mater ipſa Pauli, &
eorũ qui ipſi cõſimiles ſunt.Genus uerò humanũ quidem,aliud alius eſt: ſpirituale ue-
rò unũ omniũ.Cõmunis eñ ipſorũ pater Deus,& fratres oẽs,nõ ex uno & una genera
ti:ſed ex adoptione ſpũs ad concordiam per dilectionẽ inter ſe coaptati.Chorus para-
tus acceſſio magna eorũ qui à ſeculo glorificauerũt Dñm,nõ ſingulatim cõgregati ſed
aceruatim tranſpoſiti.Quis uerò eſt tranſpoſitionis modus?Hi magnitudine corporis
& ætatis uigore ac potentia,omnes ſui temporis ſuperabant,& ad militares copias re-
gendas ordinati erant,& ob peritiam bellicam ac animi fortitudinẽ, iam primos hono
res apud reges habebant,celebres apud omnes propter uirtutem exiſtentes.Poſtq; ue
rò denunciatũ eſt impium illud edictum,non confitendũ eſſe Chriſtũ, aut pericula ſu-
beunda eſſe:Intentatũ aũt erat omne ſuppliciorũ genus,& multa ac feralis excãdeſcen
tia à iudicibus iniquitatis contra pios cõmota erat.Inſidiæ uerò ac doli contra ipſos cõ
ſuebantur,& uariæ tormentorũ ſpecies parabantur.tortores implacabiles erant, ignis
promptus,gladius exacutus,crux infixa,foſſa,rota,flagra omnia in procinctu erant:a-
lij quidem fugiebant,alij uerò declinabant,alij fluctuabant. Quidam uerò ante experi
mentũ ad ſolas minas perterrefacti ſunt,alij propè ad ſupplicia horrenda progreſsi uer
tigine affecti ſunt:alij uerò in ipſis certaminibus cõſtituti,deinde ad finem laborũ per-
ſeuerare nequeuntes,circa mediũ fermè certamen deſperantes ac renunciantes: uelut
hi qui in pelago tempeſtatẽ perferunt, etiam eas quas iam habebant patientię merces
naufragio amiſerunt:tunc ſanè inuicti hi ac generoſi Chriſti milites, progreſsi in medi
um,oſtendente præfecto regis literas, & obedientiã exigente. libera uoce cõfidenter
ac fortiter,nihil perterrefacti his quæ uidebãt, neq; minis pauefacti, in mediũ ꝓgreſsi,
Chriſtianos ſeipſos pronunciarunt.O beatę linguę,quæ ſacrã illam uocem emiſerũt,à
qua ſuſcepta aer ſanctificatus eſt,qua audita angeli plauſum excitarunt diabolus uerò
cum dęmonibus ſauciatus eſt.Dominus autẽ ipſam in cœlis deſcripſit. Vnuſquiſq; igi-
tur ipſorũ in mediũ progreſſus,dixit : Chriſtianus ſum.Et quemadmodũ in ſtadijs qui
ad certandum accedunt,& ſimul nomina ſua edunt,& ad locum certaminis tranſeunt:

u ſic ſanè

ſic ſanè etiam hi tunc abiectis nominibus, quæ à genere ac natiuitate ipſis indita erant, à communi ſaluatore unuſquiſq; ſeipſum appellabat. Atq; hoc uniuerſi faciebāt, ita ut ad prægreſſum ſinguli deinceps ſe coniungerent. Quare omnium una appellatio facta eſt: non enim amplius ille aut ille, ſed omnes Chriſtiani pronunciabantur. Quid igitur tunc præfectus? potens enim erat ac uarius, ut partim blanditijs tentaret, partim minis euerteret. Primum quidem ipſos blanditijs decipere aggreſſus eſt, firmitatem pietatis exoluere tentās. Ne prodatis iuuentutē ueſtram, neq; mortē intempeſtiuā cum huius uitæ iucunditate permutetis. Abſurdum enim eſt, eos qui in bellis fortiter agere adſueti ſunt, maleficorū morte perire. Ad hęc pecunias pollicebatur, partimq; dabat: honores item ex rege, & dignitatū diſtributiones, & innumeris ipſos uerſutijs debellare conabat̄. Quū uerò nihil ad hanc tentationē cōceſsiſſent, ad aliā machinæ ſpeciē tranſibat, plagasq; ipſis ac mortes & ſupplicia intolerabilia intentabat. Et hic quidē talia. Quę uerò martyres fecerūt qualia? Quid, inquiūt, ineſcas nos ô hoſtis Dei, ut à Deo uiuente diſcedamus, & pernicioſis dęmonib. inſeruiamus, bona tua nobis offerēs? Quid tantū dederis, quantū auferre conaris? Odi dona, pœnas largientia, nō ſuſcipio honorē ignominię matrē. Pecunias das remanentes, gloriā deflorentē: notum facis regi, uerùm à uero rege abalienas. Quid parcè pauca ex mundanis rebus offers? totus nobis mundus cōtemptus eſt. Non ſunt cū noſtra ſpe cōparanda om̄ia quæ oculis uideri poſſunt. Vides cœlum hoc, q; pulchrū aſpectu eſt, q; magnū, & terra quanta, & quæ ſunt in ipſa admiranda? Nihil ex his adæquari poteſt beatitudini iuſtorū: hæc enim prętereunt, noſtra autem manent. Vnum concupiſco donū, iuſticię coronā, circa unius glorię admirationem ſtupeo, eius uidelicet quæ eſt in regno cœlorū, ambitioſus ſum ad ſupernū honorem, ſupplicia metuo in gehenna, ille ignis mihi horrendus eſt: quem uerò uos intentatis, conſeruus eſt, nouit reuereri idolorū contemptores. Spiculū puerorū reputo ueſtras plagas. Corpus enim uerberas, quod ſiquidē diutius reſtiterit ac durauerit, ſplendidius coronatur. ſi uerò citius renūciarit, perit à tam uiolentis iudicibus liberatū. Qui quum corporū miniſteriū accipiatis, amplius etiam animis imperare cōtenditis, qui ſanè niſi etiā Deo noſtro præferamini, quaſi extrema ignominia à nobis affecti ſęuitis, & horrenda hæc ſupplicia intentatis, crimen nobis producētes pietatē. At.n. non timidis neq; uitæ amantibus, neq; qui facilè perterrefiant pro dilectione ad Deum congredie mini: nos uerò & rotari ac torqueri & cōburi, & omne tormentorū genus perpeti parati ſumus. Poſtq; aūt hæc arrogans ille ac barbarus audiuiſſet, non ferens uirorū dicendi libertatē, in iram excanduit, expendebatq; ſecum quam'nam machinā excogitaret, ut longam ſimulq; amarā ipſis mortē conſtrueret. Inuenit itaq;, & uidete q; grauē. Quū enim cōſideraſſet regionis naturam, quòd frigore horrida eſſet, & anni tempus, quòd hybernū: obſeruata nocte in qua maximè malum ipſum augeſceret, & aliâs tunc Aquilo in ipſa ſpiraret: iuſsit omnes denudatos ſub dio in media urbe congelatos mori. Nouiſtis aūt oēs qui hyemem experti eſtis, q; intolerabilis ea tormēti ſpecies exiſtit. Neq; enim poſsibile eſt alijs ipſam demonſtrari. q; his qui iam experimento exēpla eius prius apud ſe repoſita habent. Nam corpus frigori expoſitū primum quidem totū liuidū eſt ſanguine cōgelato: deinde agitatur ac efferueſcit, dentes colliduntur, fibræ conuelluntur, & tota moles inuoluntariè contrahitur. Dolor aūt quidam acris, & afflictio inenarrabilis, uſq; ad medullas ipſas progrediens, intolerabilem facit his qui congelantur ſenſum. Deinde extremitates ipſius amputantur, quum extremæ partes uelut ab igne exurantur. Caliditas enim ab extremis corporis fugata, & ad profundum diffugiens, partes à quibus diſcedit, mortuas relinquit: eas uerò ad quas detruditur, doloribus affligit, morte paulatim per congelationē procedente. Tunc itaq; ſub dio pernoctare cōdemnati ſunt, quando ſtagnū circū quod urbs habitatur, in qua hoc certamē ſancti decertarunt, uelut planicies aliqua ad agitandos equos expoſitū erat, quū glacies ipſum trāſmutaſſet: & per frigus ad continentē ac ſirmā terram redactū, accolis ſecurā ſuper dorſum uiam exhibebat. Fluuij uerò perpetuò fluentes glacie ligati à fluxu ceſſarāt, teneraq; aquæ natura ad lapidum duritiā trāſmutata erat. Acres aūt Aquilonis flatus omne animatū ad mortē urgebant. Tunc itaq; ubi mandatū audiuiſſent (uide mihi uirorū hic inſuperabilem conſtantiā) cum gaudio abiecta etiam poſtrema tunica, unuſquiſq;

ad

ad mortē per frigus procedebant, uelut in ſpolia diripienda ſe mutuò inhortantes. Nō
enim ueſtem, inquiunt, exuimus, ſed ueterē hominē deponimus, qui per fraudis cōcu-
piſcentias corrūpitur. Gratias agimus tibi Domine, unà cū ueſte hac peccatū abijcen-
tes. Quandoquidē propter ſerpentē induti ſumus, ꝑpter Chriſtū exuamur, ne ample-
ctamur ueſtes, ꝑpter paradiſum quē amiſimus. Quid retribuerimus Dño? exutus eſt
& Dñs noſter: quid magnū ſeruo pati ea quæ etiā Dñs? Imò nos ſumus q ipſum Dñm
exuimus. Militū enim illud eſt facinus, illi exuerunt ac diuiſerunt ueſtes: accuſationem
igitur noſtram in acta relatam ac perſcriptā, per nos ipſos deleamus. Acris eſt hyems,
at dulcis paradiſus: doloroſa eſt congelatio, at iucunda fruitio: paulum expectemus, &
ſinus nos Abrahę patriarchę cōfouebit, una nocte totum æuum permutabimus. Exu-
ratur pes, ut perpetuò cum angelis tripudiet: diffluat manus, ut habeat facultatem ſe at
tollendi ad Dñm. Quot cōmilitones noſtri in acie ceciderunt, regi mortali fide conſer-
uata? Nos aūt pro fide in uerum regē, uitā hanc non proijciemus? Quot malefactores
mortē pertulerūt in ſcelerib. deprehenſi? Nos autē pro iuſticia mortē non ſufferemus?
Ne declinemus ô commilitones, ne demus locum diabolo. Carnes ſunt, ne parcamus:
quandoquidem omnino mori oportet, moriamur ut uiuamus: fiat ſacrificium noſtrum
in conſpectu tuo Dñe, & ſuſcipiamur uelut ſacrificiū uiuum cōplacens tibi, dum in fri-
gore hoc toti inſtar holocauſti exurimur, pulchrū ſacrificiū, nouum holocauſtū, quod
non per ignem, ſed per frigus conſumitur. Hos conſolatorios ſermones inter ſe confe
rentes, & ſe mutuò exhortantes, uelut cuſtodiam aliquam ac uigilias in bello perficien
tes, noctem eam tranſmiſerunt: ferentes præſentia generoſe, gaudentes in ſpe, deriden-
tes hoſtem. Vnum autem erat omniū uotū. Quadraginta ingreſsi ſumus in ſtadium, uti
nam quadraginta coronemur ô Dñe, ne deficiat in numero ne unus quidē Honorabi-
lis eſt hic numerus, quē quadraginta dierū ieiunio honoraſti, per quē legislatio ingreſ-
ſa eſt in mundū. Helias cum quadraginta diebus in ieiunio Dñm inquiſiſſet, conſpectū
ipſius cōſequutus eſt. Et uotū quidē illorū tale erat, Vnus aūt ex numero ſupplicij gra-
uitate labefactatus, ordine deſerto abijt luctu inenarrabili ſanctis relicto. At enim Dñs
preces ipſorū irritas fieri non permiſit. Nam is cui martyrū cuſtodia cōcredita erat, ex
uicinia in quodā gymnaſio ſe calfaciens, euentum ſpeculabatur, paratus aſſumere mili
tes ſi qui ad ipſum cōfugiſſent. Nam rurſus etiam hoc excogitatū erat, ut in uicinia bal-
neum eſſet, quod repentinū auxiliū his qui ſentētiā mutaſſent cōpromitteret: quod ta-
men ab aduerſarijs malignè excogitatū erat, ut talem inuenirent certaminis locum, in
quo paratum ſolatium, decertantium conſtantiam exoluturū eſſet. At uerò hoc ipſum
tolerantiā martyrū ſplendidiorē ac illuſtriorē reddidit. Nō enim qui neceſſariorū in di
gus eſt, tolerans eſt: ſed qui in fruitionis abundantia poſitus, in malis ferendis perſiſtit.
Vt autem hi quidē decertabant, ille uerò euentum obſeruabat, ſpectaculum peregri-
num cōſpexit, uirtutes quaſdam ex cœlis deſcendentes, & uelut de rege munera ma-
gna militibus diſtribuentes. Quæ reliquis quidem omnibus dona diſtribuebāt, unum
uerò ſolum immuneratū dimiſerūt, indignū iudicantes cœleſtibus honoribus, qui ſta-
tim doloribus renuncians ad aduerſarios trāsfugit. Miſerabile ſpectaculū iuſtis, miles
fugitiuus, fortis in pręlijs uictor captiuus. Chriſti ouicula à feris correpta: & quod miſe
rabilius erat, quod & à cœleſti uita deuiauit, & neq; huius particeps factus eſt, carne ip
ſi ſtatim ad appulſum caloris diſſoluta. Et hic quidē uitæ amans fruſtra iniquus factus
cecidit. Lictor uerò ut uidit ipſum declinauiſſe, & uiā ad balneū arripuiſſe, ſeipſum in
deſertoris locū pro illo ſubſtituit. & abiectis indumentis ſeipſum nudis immiſcuit, eun
dem cum ſanctis clamorē edens, Chriſtianus ſum: & ſubita tranſmutatione ſimul præ-
ſentes perterrēs, tum numerū cōpleuit, tum mœrorē illorū propter emollitū trāsfugā,
ſua acceſsione mitigauit: imitatus eos qui in acie belli ſtatim ubi is qui iuxta primū ſcu-
tum ſtetit, concidit, phalangē ſupplet, ut ne conſtipatum agmen ipſis propter deficien
tem dirimatur. Tale ſanè quippiam etiam ipſe fecit. Vidit cœleſtia miracula, cognouit
ueritatē, confugit ad Dñm, connumeratus eſt inter martyres. Et illud diſcipulorū factū Act. 1.
renouauit. Abijt Iudas, & introductus eſt Matthias. Imitator factus eſt Pauli, heri perſe Act. 9.
cutor, hodie euangeliſta. Ex ſupernis habuit etiam ipſe uocationē non ab hominibus, Gal. 1.
neq; per homines, Credidit in nomen Dñi noſtri Ieſu Chriſti, baptizatus eſt in ipſum,

non ab alio, ſed à propria fide: non in aqua, ſed in proprio ſanguine. Atq; ſic incipiente die, adhuc ſpirantes igni traditi ſunt, & ignis reliquię in fluuium abiectæ ſunt, ut per omnem creaturã beatorum certamen penetrarit: in terra decertarunt, in aere tolerantiam oſtenderunt, igni traditi ſunt, aqua ipſos ſuſcepit. Illorum uox eſt: Tranſiuimus per ignem & aquam, & eduxiſti nos ad refrigeriũ. Hi ſunt qui noſtrã regionẽ adminiſtrãt, & uelut turres quædam cohærentes, ſecuritatẽ ab hoſtium incurſu exhibent, non uno loco ſeipſos concludentes, ſed multis iam locis hoſpites facti, & multas patrias exornantes: & quod mirũ eſt, nõ ſingulatim diuiſi ad ſuſcipiẽtes accedũt: ſed inter ſe permixti, unicè tripudiant. O nouum miraculũ, neq; deficiunt numero, neq; redundantiã ſuſcipiunt. Si in ſingulos ipſos diuiſeris, proprium numerum non excedunt. Si in unum congregaueris, quadraginta etiam ſic manent, ad ignis adeò ſimilitudinẽ. Nam & ille ad accedentem tranſit, & totus apud habentẽ eſt. Et ipſi quadraginta, & omnes ſimul ſunt, & omnes apud ſingulos ſunt: luculenta beneficentia, beneficiũ quod non conſumitur, paratum auxilium Chriſtianis, eccleſia martyrum, exercitus trophæa geſtantiũ, chorus glorificantium Dominum. Quanti laboris fuit ut unum aliquem reperires qui pro te Dominũ placaret? quadraginta iam ſunt, concordẽ orationem ſurſum mittẽtes. Vbi duo aut tres cõgregati ſunt in nomine Domini, illic eſt in medio ipſorũ. Vbi autẽ quadraginta, quis de Dei præſentia dubitat? Qui tribulat, ad quadraginta cõfugit: qui lætatur, ad ipſos decurrit. Ille ut moleſtiarum ſolutionem reperiat, hic ut res ſecũdę ipſi cõſeruentur. Hic mulier pia pro liberis orans deprehenditur, itemq; peregrinanti marito reditũ, ac infirmo ſalutẽ petens. Cum martyribus fiant preces ueſtræ: adoleſcentes coætaneos imitentur, patres talium filiorum patres eſſe optent, matres bonæ matris exemplum diſcant. Mater unius illorũ beatorum, ubi uidiſſet alios iam frigore conſumptos, ſuum uerò filium adhuc ſpirantẽ, præ robore ac aduerſitatũ tolerantia, quũ lictores relinquerẽt ipſum, uelut potentẽ conſiliũ tranſmutare, ipſa proprijs manibus ſublatum currui impoſuit, in quo reliqui cõpoſiti ad rogum ducebantur, reuera martyris mater. Non enim lachrymã effudit ingeneroſam, neq; humile quicquã, aut indignũ tempore loquuta eſt, ſed abi, inquit, ô fili bono itinere cum coætaneis, cũ cõtubernalibus, ne relinquaris à chorea, ne poſterior alijs appareas Dño. Reuera bonæ radicis bonum germen. Oſtẽdit generoſa mater, ꝙ magis ipſum pietatis dogmatibus enutriuerit ꝙ̃ lacte. Et hic quidem ſic educatus, ſic à pia matre deductus eſt. At uerò diabolus abijt pudore cõfuſus. Quum enim omnẽ contra ipſos cõmouiſſet creaturã, omnia reperit à uirtute uirorũ ſuperata, noctem uentis infeſtatam, patriã hybernalẽ, tempus anni, corporum nuditatẽ. O chorus ſanctus, ô ſacer ordo, ô conſtipatũ & infractum agmen, ô cõmunes generis humani cuſtodes, boni curarũ ſocij, orationis cooperatores, legati potentiſsimi, ſtellę terrarum orbis, eccleſiarum flores. Vos non terra occuluit, ſed cœlum ſuſcepit, apertę ſunt uobis paradiſi portæ. Dignum ſpectaculum exercitui angelorum, dignum patriarchis, prophetis, iuſtis. Viri in ipſo iuuẽtutis flore, uitam cõtemnentes, ſuper parentes, ſuper liberos Dñm diligentes, ipſam ætatis uitalitatem degentes. contempſerũt temporariã uitam, ut ſuſciperent Deum, in membris ſuis ipſorum, ſpectaculum mundo. & angelis & hominibus facti, lapſos erexerunt, dubios cõfirmarunt, pijs concupiſcentiam duplicauerunt. Vnum pro pietate omnes erigentes trophæum, una etiam iuſticiæ corona redimiti ſunt, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

Pſal. 65. — Mat. 18.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO HABITA IN LACIZIS, Iano Cornario medico phyſico interprete.

REPVGNAT hoſtis per externi tumultus ſonitum, noſtrum ſermonẽ ſuperare cõtendens. Verũ nos ipſius conſilia ac cogitationes non ignorantes cõuertamus aures ac mentes ad ea quę hic dicunẽ, miſericordia moti erga eos q ab hoc auditorio abſunt, nõ ſimul mẽte abeũtes ad externos: ſed ubi corporibus ſumus, ibi etiã cordibus ſimus. Reuocate mihi in memoriam oraculorũ ſpiritalium hodie mane uobis uiciſsim lectorum, doctrinas animæ utiles, animarũ medelas. Recordamini dogmatũ pſalmicorũ, congregate mihi prouerbiales admonitiones, perſcrutamini hiſtoriarũ pulchritudinẽ, addite his apoſtolicas

exhortationes. Ad hæc omnia uelut coronidē imponite, Euangelicorũ uerborũ memoriam, quo ex omnib. accepto lucro reuertamini, ita ut unuſquiſq; ad id, ad quod benignè affectus eſt, utilitatē ex ſpiritu ſumat. Omnino aũt ſic in eccleſia, in qua multi homines cõueniunt, ſe res habet: quot ſunt perſonarum differentiæ, tot etiam mentium: quot ætatũ, tot etiam peccatorũ. Multiformes aũt ſunt & multorũ modorum, diaboli uerſutiæ, alium aliter ſubducit, ad quod procliuiorē uiderit, ad illud proprijs ineſcationibus utitur. Conſiſtit aliquis hic inuidia animã uexatã habens: demus equidē nullum eſſe, & hoc mihi competēs uotum eſt. Sed quãdoquidē difficile eſt in humana natura, non aliquem affectum eſſe paruum aut maiorē: unuſquiſq; ex relatis utilitatem eligat. Inuidus es? accipe medelã. Iracundus es? propoſita tibi eſt ſanatio. De his em̃ omnibus differit. Et ſi fieri poterit dicemus pauca, de ſingulis relatis uelut floſculos decerpētes. Auarus es? hic eſt medela. Superbus es? hic domabis faſtũ, hic caſtigabis animi elationem, ſi uolueris omnia ſermonũ ſpiritualiũ bona, uelut ex fonte ſcaturiente haurire. Et ubi ſic tibijpſi abundanter hauſeris, domũ reuertere. Dictus eſt primus ſermo in parœmijs, iuxta ſpeciem prouerbialē, obſcuritate ad exercendã mentem noſtram adiecta. Nempe, uidens leuia miſericordiã reperiet. Num igitur per ſe dicti huius ſententiam apprehendiſti, aut inquiris qui diligēs es auditor, quõ uidens leuia collaudabitur? Laudabilia em̃ ex propoſito fiunt. Videmus aũt nos homines nõ qualia uolumus, ſed qualis eſt natura eorũ quæ uidentur. Quare ſi quid aſperũ fuerit in ſuperficie, quale natura exiſtit, tale uidere datur. Si uerò læuibus rebus oculos admouerimus, unde laus cõtinget ei qui læuia uidet? Læuia ſunt quæ ſuperficiē explanatam habēt: aſperum uero eſt, quod inæqualiter cõpoſitum eſt ad primũ aſpectum. Quandoquidē igitur inæqualis eſt uiſibiliũ natura, quõ laudat Scriptura uidentē læuia præ eo qui aſpera uidet? & dãnat uidentem montes ac ſcopulos & ualles, & materiæ denſitatē, & germinis cohęrentiam, aſperam ſuperficiē, aut etiam mare ſæpe à uentis exaſperatũ, aut etiam terram aratro proſciſſam, & pro læuitate in aſperitatem diſſectam? Num hæc uidens cõdemnabitur? Et ubi eſt iuſtum Dei iudicium, ſi ob ea quę inuiti patimur condemnamur? Si uidero naturã terræ inæqualiter habere, nam qualis creata eſt, talis uidetur: propterea ego condēnor? At tu altius intellige mihi quod dictũ eſt, uidens læuia. Adducũtur tibi fratrum differentiæ: alius pauper, alius diues: alius peregrinus, alius familiaris, aut ut te iudicent, aut ut te diſtribuēte egentes accipiãt. Si ſederis iudex, ne uideas inæqualia, ne diuitē altum, pauperē uerò humilē. Si aſtiterit forib. tuis qui neceſsitatē ſuã corrigi quærit, neq; ſic inæqualia uideas. Ne dixeris, Hic amicus eſt, hic cognatus, hic benefactor, ille peregrinus, alienus, ignotus. Inęqualia uidēs nõ reperies miſericordiã. læuia uide. Vna eſt natura, homo & hic & ille: una neceſsitas. Ingentia in utriſq; eadē. Da fratri & peregrino: neq; fratrē aueſeris, & peregrinũ fratrem proprium facias. Læuia igitur uidere oportet. Ne anteponas amicũ alieno neceſsitatē ſuam corrigi petentē, uult te conſolatorē eſſe egentiũ, non perſonarũ acceptatorem: non cognato dantem, peregrinũ uerò repellentē. Omnes cognati ſunt, omnes fratres, unius patris illij omnes. Si ſpiritualē quæris? pater cœleſtis. Si terrena quæris? mater terra: & ex eodē luto omnes abſoluti ſumus. Quare ſoror eſt natura ſecundũ carnē: ſoror generatio ſecundum ſpiritum. Eundem tecum ſanguinē geſtat à primo homine: eandem tecum gratiã à Dño accepit. Vide igitur læuia, ut miſericordiã reperias. Ne dixeris, Hic diues eſt, & honore dignus: ille pauper, & pauperē uilipēdo. Neq; præminētijs his inęqualiter honores diſtribue: eſt enim diues mendax, diues raptor, diues adulter, pauper iuſtus. Ne igitur externæ ſuperficiei attēde, ſed ad occultũ ingrediēs. illic differentias diſtribue, honora eũ qui precioſa poſsidet. Quid precioſius, uirtus an diuitiæ? Quid ex externis præfers, occulta nõ perſcrutans? Vides q; Bel extrinſecus quidē habebat æs, intrinſecus uerò lutum, ſub fulgēte ære occultũ. Si uideris eos qui in mũdo illuſtres ſunt, noſce q; æs ipſos circũfulget, intus uerò lutũ ſunt, ære marcidum ſuffulciēte. Multi quidem aurum intus habēt, teſtã uerò forinſecus circũſitã. Hic eſt theſaurus in teſtaceo uaſe occultatus, hic modeſtus eſt, ille ſcortatur. Quis ditior, qui temperantiã habet, aut qui pecunias ex iniqtate collectas? Illius memoria auferri nequit, huius diuitiæ tēporariæ ſunt. illius opes fur nõ perfodit, huius hodie florēt, cras marceſcũt. Quare uide læuia, æqualiter iuxta

Prou.4.

Dan.14.

2.Cor.4.

Prou.4. idem, diſcretionē tamē precioſorū ne diſperdas, quo miſericordiā reperias. Et uiro iracundo ne cohabites. Dic q̄d eſt quis inter nos ambitioſus, & non iracundus. Ambitioſus es? nō uides læuia. Iracūdus es? & uiro iracūdo ne cohabites. Vidiſti quō in ſermonis cōpendio, peccatorū correctio nobis data eſt? ſi modò non aures quidē noſtræ per uocē pulſent, in cor uerò intelligentiā eorū quę dicunt nō tranſmittamus. Verū expende tecū, ubi 'nam meū lectū eſt. Quæ de iracūdis lecta ſunt, agnoſce tu qui iracundus es. Dic hic meus affectus eſt, cognoſco infirmitatē meā, accipe medelā. Si cōſtiteris apud medicū, & uideris precioſa medicamēta in multiplicibus tabulis depoſita, cōſidera ꝙ tuo affectui propriū depoſitum eſt. Non qui pedem offendit, oculi medelam quærit: ſed qui oculum afflictū habet, proprium affectui auxilium quærit. Vnuſquiſꝙ igitur ex Scriptura proprio affectui cognata ſumat. Iracundus es? reprime iracūdiam. Iracūdus, inquit, uir nō eſt decorus. Diſce à Scriptura, ſpeculū faciei tuæ ſit Scriptura, illic diſce. nam impia ratiocinatio tenebras inducēs, nō ſinit te reputare quantū peccatum eſt ira. Scriptura dicit tibi, Nō decorus eſt uir iracūdus. Quō nō decorus eſt iracūdus? Deponit figuram humanā, & ferę beſtię figurā aſſumit. Concipe in animo iracundum, efferbuit ipſi ira, & oculi alterati ſunt, nō ſunt ijdem oculi. Ignis faciē induit, ſurſum excurrit ipſi ſanguis, circum cor ebullit, tunicas oculorū ſubit, factus eſt ſubcruentus affectui cedens, alterauit ſuos oculos. Vir iracundus non decorus eſt. Si uideris ira percitū dentes acuere, cogita quòd talis apro ſimilis eſt, internam iracundiā per dentium affrictum degens. Si uideris iratū ſpumare, ſi uideris ignota loqui incorde, ſi uideris iracundum patris obliuiſci, filij corpus non agnoſcere, per omnia immodicè ꝓcedere, quo impetū ſuū impleat, ac ſibi ſatisfaciat, uides rei turpitudinē ac indecorū habitū: in alieno malo tibijpſi medere, ut ne illius indecorū habitū etiā ipſe aſſumas. Vir iracūdus nō eſt decorus, & uiro iracundo ne cohabites. Mala res eſt cum cane colligari, & perpetuo latratu frui. Vir iracundus non eſt decorus, fuge cōuerſationes ipſius: neceſſe eſt enim te diſcere aliquid uiarū ipſius. Dixit quid cōtumelioſum, mouit etiā animū tuū. Quemadmodum canis latratus prouocat alterius canis tumultū: ita etiam tuum animū hactenus ſopitum ac quieſcentē illius uox ad iram excitauit, & facti eſtis inter uos uiciſſim latrantes, & mutuò oppoſiti uerborum turpitudines uelut fundas emittitis. Dixit ille aliquid cōtumelioſum, retribuiſti tu, maiore exceſſu eū qui auſpicatus eſt & anteuertit imitās: ille accepta ex ſermōe cōtumelioſo retributiōe, ab impetu nō quieuit, ſed cōuerſus eſt & peccatū ſuū ampliauit, maior fieri uoluit, ex eo q̄d moleſtius aliquid dixit. Tu uerò rurſus eo accepto amplius dilataſti, & facta eſt malorū cōtentio. Qui uerò in malorum

Prou.23. certamine uincit, hic miſerior erit. Vir iracūdus nō eſt decorus, & uiro iracundo ne cohabites, neꝙ cœnā cū uiro inuido ſume. Alius hic affectus in uita humana diuerſans & ſemper animis noſtris adhærēs, & cor magis cōſumens ꝙ̄ rubigo ferrū, ipſa inuidia eſt. In qua multa quidē ſunt mala, unum uerò utile eſt, quod malum eſt ipſam poſsidēti. Inuidus eñ ipſum inuidioſum parū lædit, ſeipſum uerò mœrore ac gemitu conſumit ob proximi proſperū rerū ſucceſſum. Et agrum quidē uicini nō imminuit, ſeipſum aūt per

Deut.19. inuidiam cōſumit. Ne transfer terminos æternos, in poſſeſsionē uerò pupillorū ne ingrediaris. Ne ingrediaris in poſſeſsionē pupillorū, quo ingrediaris in poſſeſsionē tuā: tua uerò poſseſsio eſt, paratū regnum cœlorū. Terminos patrū ne moueris: ne cōcupiſcas uicini agros, ne ſulcū ſulco apponas, ut tuus paulatim augeſcat. Quantū eñ ex aliena acceſsione terram dilataueris, tāto prolixius tibi peccatū efficies. Et terra quidē hic permanet, quæ tibi paulatim per auariciā accreuit, nō exiſtēs amplius tua, ſed ſucceſſorum: & dimittis iniuſtū ſucceſſori uictū, terra uerò perſiſtit inæternū, pęccatū aūt te ſequetur, uelut umbra animā comitans. Quemadmodū enim umbra ſequitur corpus, ſic peccatū animę cohęret. Ne perſiſte tibijpſi multiplicās peccatū. Nuſꝙ enim quieſcit auaricię morbus, ſed ſimilis eſt naturę ignis. nam ignis poſtꝙ incendiū attigit, omnē materiam depaſcere feſtinat, & nemo ipſum ſiſtere poteſt, priuſquā materia deficiat. Auarum uerò quid cohibere poteſt? grauior eſt igne omnia per continuitatē depaſcēs. Accepit bona proximi. Alius apparuit uicinus, etiam illius ſibi propria facit. Non attēdit his quæ prius habet, quòd multa ſunt: ſed his quæ deſunt, ꝙ uicinos habet: non lætatur his quę poſsidet, ſed contriſtāt ipſum quę deſunt. Nō fruitioni collectorū attendit. ſed

ſeipſum

ſeipſum cupiditate amplioris poſſeſsionis conſumit. Deinde hinc uigiliæ, curæ ſollici-
tudines. Quantum augeſcũt diuitiæ, tantum aufert uitæ ſolicitudo. Iudex expectatur,
& auarus circũſpectat ne ad iudiciũ pertrahatur, ne pupillus lachrymas ſuas in foro iu-
diciario publicet. Conſultat ſecum in nocte, quos amarulẽtos patronos ſubornet, quo
modo falſa teſtimonia mercede conducat, quomodo illum deſolatũ deuaſtet, ipſumq;
potentia opprimat, etiã in iudicio ueritatẽ occultando: utroſq; aũt conſumat, ita ut iu-
dicem fallat, pupillum uerò circũueniat. Hæ curæ auari animã conſumũt. Canis latrat,
& diues furem eſſe putat. Muris ſtrepitus auditur, & diuitis cor ſalit: ſeruum ſuſpectum
habet, omnia ſuſpecta habet: filios adoleſcẽtes uelut inſidiatores aſpicit, quia ætas ipſo
rum ſucceſsionẽ urget. Auarorũ etiam alius morbus eſt. Victus ſui rationẽ in digitis lo
cat, & partim ipſum publicè, partim defoſſum habet, ad ſpes incertas reponẽs, ſpes quę
ſpes nõ ſunt: ſi.n. ad ſpes eſſet depoſitio, ad æternã utiq; ſpem, ſupellectilis præparatio
facta eſſet. Nunc aũt ſub lecto incertas diuitias occultat, uenturũ damnũ auertere ſe pu
tans. Sed an quidẽ uentura ſit aliquando neceſsitas, incertũ eſt. Veniet tamẽ tempus, in
quo pœnitẽtia ducetur, ꝙ diuitias nõ diſpenſauit. Hoc certũ eſt, & ego hic uas ſum ac
fideiubeo: neceſſe eſt.n. me de omnib. affectib. diſſerere, ita ut uos cõmonefaciam. Vos
aũt attendatis, & utilitatẽ ex ſermonibus capiatis, quo unuſquiſq; exuto peccato, uelut
ſerpẽtis ſenecta, ſic reuertatur denudatus, & habens iuſticiam ex ipſo efflореſcentẽ, a-
lius ex alio factus. hoc.n. eſt conciliũ ac ſynodus. Propterea patres noſtri cõuentus hos
ſtatuerũt, quo quæ ſingulis diebus diſcere nõ poſſumus, ob docentiũ ac cõmonefaciẽ
tium inopiã, ea per annum congreſsi in cõmuni conuentu ſuſcipiamus, deinde uiatica
ad inſequẽs tempus cuſtodiamus, ſingulaq; in memoria quaſi adhuc inſonantia haben
tes, peccatũ fugiamus, iuſticię uerò opus perſequamur. Ne transfer terminos æternos: *Prouerb.23.*
in poſſeſsionẽ uerò pupillorũ ne ingrediaris. Ne prætexe filios ô auare. Filij ſunt? depo
ne ipſis theſaurũ perpetuũ: theſaurus aũt eſt, pietas pecuniarũ. Relinque filijs bonam
memoriã potius q̃ diuitias multas. Fac omnes filij tui patres per beneuolentiã. Neceſ-
ſe eſt aliquãdo te decedere de uita, deinde filiũ tuum in immatura ætate, procuratorib.
adhuc egentẽ relinques. Siquidẽ igitur honeſtus ac bonus fuiſti, unuſquiſq; filiũ tuum
uelut propriũ enutriet. Recordabit.n. quòd etiã tu pupillorũ pater fuiſti: ſi uerò in ma-
licia uixiſti, & multos mœrore affeciſti, & omni fera beſtia grauior cõuerſantibus tecũ
fuiſti, deinde è uita deceſſeris, relinques filiũ tuum communẽ uiuentiũ hoſtẽ. Quemad
modũ.n. qui ſcorpij ſobolẽ cõſpexit, timet ne quãdo ad ætatẽ progreſſa, patrẽ imitet:
ſic etiã filijs tuis, tanq; paternæ malicię hæredib. prius q̃ ad ætatẽ peruenerint, ab omni
bus inſidię ſtruẽtur. Quid igit multos inſidiatores ac inimicos liberis tuis paras? Atqui
etiamſi ꝑ omne tempus tibi uiuendũ eſſet, oportebat te magis multorũ beneuolentiã
adiutricẽ habere. Nunc quũ res tuæ incertæ ſint, relinque per beneuolentiã multos q
ipſis pręſint: ne quando ubi tu diſceſſeris, & diuitiæ quas colligis. in utilitatẽ ſuccedere
nõ poſsint, unuſquiſq; moueat caput, ac dicat, quõ malè parta ad filios ac liberos non
ſunt trãſmiſſa. Hæc ego tibi ex humanis rationib. dico: quæ uerò à Domino Euangeliũ
dicit tibi, noſti qualia ſint. Ne prætexe filios: qd ꝓfers cauſam in ſpeciẽ honeſtã ad pec-
candũ? Qui filiũ fecit, etiam te fecit. Qui tibi uitæ ſumptus exhibet, etiã filio exhibebit,
quo uitã tranſigat. Vnuſquiſq; propriæ uitæ rationẽ Domino reddet. Quid ſcis cui the *Rom.14.*
ſaurum colligis? theſaurũ coaceruat, & nõ nouit cui ipſum reponat. Plerunq; filius eſt *Pſal.38.*
cauſa colligendarũ opũ: factæ ſunt aũt aut prædonis rapina, aut acceſſorius in calũnia-
tores ſumptus, aut ab hoſtib. præda captiua abducũtur, aut peſte ingruẽte peſſundant.
Multæ.n. ſunt interitus occaſiones. Dic mihi, quũ petebas à Deo filios, quum uolebas
fieri liberorũ pater, quid ad preces addebas? Da mihi filios, ut auarus factus, liberorũ
prætextu gehẽnę tradar? Da mihi filios, ut ne faciã mãdata? Da mihi filios, ut Euãgeliũ
cõtemnã? Non hæc erãt quę tunc dicebas, ſed filios petebas cooperatores uitæ, accepi
ſti cooperatores, ſocios, inſtrue etiã ſermonib. ac doctrinis bonis, erudi utilib. exẽplis,
quales cõueniat eſſe erga Deum, quales ſæpe uidiſti. Hæ.n. ſunt diuitię multis pecunijs
precioſiores. Hæc eſt hæreditas bona quæ à patre ad filios trãſmittit. In poſſeſsionẽ pu
pillorũ ne ingrediaris, & cũ uiro inuido cœnã ne ſumas. Dictũ eſt de inuidia: addatur
autẽ ad ampliorẽ à malo tutelã, quòd proprius diaboli affectus eſt inuidia. Non enim

ſtatim diabolus creatus eſt diabolus,ſed angeli poteſtate accepta,conuerſus eſt in dæ-
monis naturam, & factus eſt prauus dæmon, hac prauitate uelut chractere notatus, &
à cõſortio ad Deum abalienatus. Poſtquã aũt ad defectionis partẽ conuerſus,uidiſſet ho
minẽ animal quidẽ paruũ,uerùm ſupra omnẽ creaturã honoratũ, antiquior homine e-
Gen.1. xiſtens uiderat quòd natatilia omnia uerbo creata erant: Producant enim, inquit,a-
quæ reptilia animarum uiuentiũ:uerbo fecit cete,quę in Atlantico pelago degunt:uer
bo fecit terreſtria:præcepto factæ ſunt elephantorũ magnitdines,itemq; camelorũ. E-
qui & boues & quæcunq; magnitudine ac robore præſtant, animalia armentaria uno
præcepto creata ſunt:& quod magis mirũ eſt,præcepto cœlũ,præcepto ſol, præcepto
herbæ,præcepto aquarũ natura,tum quæ ſupra cœlos,tum quæ ſubter terram diſperſa
eſt,& quę in cauitates diffuſa:omnia pręcepto,uerùm homo manib.efformatus eſt. Vi
dit honorẽ hominis,inuidit diabolus. Vidit ipſum ſoli prælatũ: hic.n.præcepto ad eſſe
productus eſt:ille uerò manib. Dei efformatus eſt:& hic quidẽ creatus eſt propter ho-
minem,homo aũt propter Deum:homo,ut Deus glorificaretur:ſol,ut hominib.inſer-
uiret. Didicit honorẽ circa hominem. Vidit quòd prima eſſet creatura ipſa,poſtremus
aũt homo:quòd præparaſſet ipſi uelut patrifamiliàs plenã domũ. Non.n.primum fecit
hominẽ, quo pauper creatus eſſet,ſed fecit cœlum tegmẽ naturale ipſi condẽs:ſubſtra-
uit terrã,robuſtũ pauimentũ pedibus hominis præparãs:florere ipſam fecit herbarũ ac
fructuũ omnigenis fertilitatib. omnia homini parata:iumẽta parata fuerũt iuxta armẽ-
torum greges. Creata fuit omnis creatura,& cõpaſcua quidẽ animãtia in prõptu para-
ta erant:ſylueſtria uerò ad corporis exercitationẽ:hæc quidem labore acquirẽda, quo
gratiora fierẽt:illa uerò promptè præſentia, quo per ſe ſponte homini inſeruirẽt. Vidit
quòd terra ſua ſponte fructũ ipſis proferret, omnis creatura uoluptate uſuros excipe-
ret,& ad epulationẽ homo adductus eſſet. Vidit quòd hominũ amans Deus, nõ contẽtus
fuit terræ uoluptate,ſed in electum contuberniũ, propriũ ſuijpſius ornamentũ homi-
nem eſſe uolens,in paradiſo collocauit:malignus factus eſt diabolus, multam uolupta-
tem homini affluentẽ uidens:angelos pædagogos ipſi aſsidẽtes:Deum eiuſdẽ linguæ
cum hominib. eſſe,ꝓpria uoce ipſos alloqui: undiquaq; filiũ paruulũ erudiri,ut ad Dei
ſimilitudinẽ perueniret: poſtquã conſiderauit hominẽ, poſtquã uidit quòd paruũ hoc animal
ad angelorũ æqualitatẽ Dominus ꝓuocaſſet, per uirtutẽ & temperantiã à rebus mun-
danis ad animæ perfectionẽ ipſum euehens. Donec quidẽ ſolus erat homo, diabolus
anſam nõ habebat: poſtquã uerò creata eſt mulier,animal tenerũ, opifice neceſſariò natu
ralem teneritudinẽ inducẽte, quo præ humanitate pueri facilè educarent: ſi.n. auſtera
eſſet mulier,nõ ſanè plorantẽ infantẽ ulnis cõplexa uberib. admoueret, non proprij ali-
menti negligẽs eſſet,& mammã puero ſugenti in utilitatẽ exhiberet. Nunc uerò matrũ
miſericordiæ ſomnũ ſæpenumero à palpebris fugãt, ubi paululũ uexatus fuerit infans.
Quo igitur infans educaret,tenera natura muliebris producta eſt,tenera & humana ac
miſericors. Itaq; teneritudini ac molliciei intẽtus diabolus,facilitatẽ ad uirtutẽ, facilita-
tem ad uiciũ fecit. Hoc igitur propriũ diaboli malũ eſt,ipſa inuidia quã manifeſtare ne
mo poteſt,quę medelã nõ ſuſcipit. Qui caput dolet,manifeſtat medico capitis dolorẽ.
Qui ex inuidia ægrotat,qd dixerit? Mœrore me affligũt fratris bona? Veritas qdẽ hęc
eſt,uerba aũt dicere unuſquiſq; erubeſcit. Quid te excruciat propriũ malũ, aut alienum
bonũ? Canes equidẽ nutriẽtes manſuefacimus:inuido aũt ſi benefecerimus,malignio-
rem ipſum efficimus. Non. n. gaudet beneficijs quibus afficitur, ſed mœrore affligitur
ob tuam opulentiam,quòd materiã habes unde ipſius neceſsitati ſuccurrere poſsis. Ne igi
Gen.4. tur collabaris in fraudes diaboli,inuidit tibi, inuidit, ex paradiſo te eiecit:propter illum
ſpinæ,propter illũ ſudor: propter illũ exilij locus,in quẽ elapſus, ne obliuiſcaris patriæ
antiquę. Memineris nobilitatis tuæ:memineris patriæ unde exul factus es:memineris
eius qui tibi taliũ ac tantarũ rerũ damnũ intulit. Ne paciſcere cum ipſo, neq; unquã cum
ipſo cõuerſationem ſuſcipe. Bis.n. te iniuria affecit, & ab initio eiecit, & nunc reditum
intercipit. Inuidit tibi prima bona per mulierẽ,& rurſus per uerſutias circa mulierẽ, ad
reſtitutionẽ impedimẽto eſt. Scortationẽ excogitauit,ut ne ingrediaris in paradiſum.
Non contentus eſt prima clade, quòd te ſubuertit: ſed alteras inſidias excogitat, curſum
noſtrum per mendaciũ intercipere ſtudens. Nam murus eſt iter facientibus ad paradi-
ſum

ſum ipſum mendaciũ. Illius artes infinitæ: illius germina ſunt, crudelitas, aſperitas, auaritia, conuicium: omnia quæ odit ſermo ueritatis, ea diaboli ſunt. Oſor hominũ eſt, nam & hoſtis Dei: odio habuit prius Deum, collum cõtra Deum omnipotentẽ eleuauit, cõtempſit Dominum, abalienatus eſt à Deo. Poſtq̃ uerò uidiſſet hominem ad imaginẽ ac ſimilitudinẽ Dei factum, quum non poſſet Deũ impetere, in imaginẽ Dei prauitatẽ ſuam euacuauit. Velut ſi quis homo iratus imaginẽ lapidibus petat: quum regem non poſsit, lignum uerberãs eius imitationẽ habens. Vidi ego ſæpenumero in ſtadijs infeſtiſsima homini animantia: aut uidi, aut audiui, ſecurus enim nobis permittatur ſermo: uerumtamen ipſæ pardales naturalem quandam habent aduerſus hominem iram, & ſolent maxime oculis hominũ inſilire. Qui itaq; inſaniæ ipſius beſtiæ illudunt, ex charta imaginẽ uelut hominem oſtentant: illa uerò pre nimio impetu, nulla reputatione facta, & chartã uelut hominẽ dilaniat, atq; illic odium erga hominẽ declarat. Sic etiã diabolus in imagine odium Dei oſtendit, quoniã Deum attingere nõ poteſt. Sic bellũ aduerſus nos, declarationẽ habet Dei hoſtem eſſe malignũ illum, & primum contra Dominum bellũ gerere. Ille hominẽ à Hieruſalem in Hierichuntem deduxit, ab altis ad caua. Hieruſalem quidem in montana regione ſita eſt: Hierichus uerò infernè in ſalſo mari. Si quis ueſtrûm uidit locũ, nouit eorum quæ dicũtur ueritatẽ. Quod Hierichus quidem occupat Palæſtinæ cauitatem. Hieruſalem autem in uertice incumbit, apicẽ montis occupãs, qui per totam illam regionem exurgit. Ab altis igitur ad inferna uenit homo, ut in prædones incideret, à ſecuritate in Hieruſalem egreſſus: ut facilis captu prædonibus in ſolitudine fieret, qui plagas inflixerũt ac exuerunt: prior eſt plaga, & poſtea ſequitur denudatio: plaga animæ eſt peccatum. Denudatio animæ, eſt depoſitio indumentorum incorruptibilitatis: peccatum autem diſsipat gratiam nobis datam per lauacrum regenerationis. Scortatio plaga, adulterium alia plaga, plaga eſt inuidia. Vnumquodq; horum plaga eſt, plaga ipſa principalia membra feriens, plaga à prædonibus inflicta, à dæmonibus cooperantibus nobis ad peccatum. Poſt plagas exutus eſt uerberatus. Si corporale eſſet quod nobis narrañ, prius exuiſſent, ueſtibusq; pepercíſſent, & tunc plagas incuſsiſſent: aut ubi exuiſſent, plagas inflixiſſent, quo & ueſtis conſeruaretur, & percuſſus uerberaretur. Nunc uerò plagæ exutionem præcedunt, quo diſcas quòd peccatum precedit gratiæ depoſitionem, quę tibi per benignitatẽ Domini data eſt. Ipſi gloria in ſecula ſeculorum. Amen. Luc. 10.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO de humilitate.

VTinam homo in gloria apud Deum manſiſſet, & haberet altitudinem, nõ confictam, ſed uerã: dum uirtute Dei magnificareñ, dum ſapiẽtia diuina illuſtraretur, dum æterna uita ac bonis lætaretur. Quandoquidem uerò diuinæ gloriæ cupiditatem tranſpoſuit, & maiorem ſperans, dum quod nõ potuit, accipere geſtijt, id quod habere potuit, amiſit: maxima ſalus ipſi, ac morbi medela, & ad id quod ab initio erat reditus, eſt humilitas, & nõ imaginari aliquem gloriæ cultum per ſeipſum, ſed quærere à Deo. Sic enim corriget errorẽ: ſic medebitur morbo: ſic recurret ad ſacrum quod reliquit præceptum. At qui ſpe falſæ gloriæ homines deiecit diabolus, ijſdem irritamentis prouocare non ceſſat, & ad hoc infinita machinamenta excogitare. Magnũ quid eſſe indicans ipſi pecuniarum cultum ac poſſeſsionem, quo in hoc ſe magnifaciat, & circa hoc ſtudium ſuum collocet: quod quidem nihil eſt ad gloriã, magnum uerò ad periculum. Pecuniarum eñ adeptio, auaricię quidem eſt cauſa, uerùm poſſeſsio nihil faciens ad bonam gloriam, ſed fruſtra cæcos facit, inaniter eleuat, affectum quendam inflammationi ſimilem circa animam facit. Nõ enim ſanus, neq; utilis eſt inflammatorũ corporum tumor, ſed morboſus ac nociuus, principium periculi, & interitus occaſio. Talis eſt & circa animam ſuperbia. Et non ſolum ob pecunias elatio fit, neq; ſolũ faſtuoſo uictu, amictuq; ac cultu homines ſuperbiunt, ſumptuoſas ſupra neceſsitatem ac delicatas apponẽtes menſas, non neceſſarios circumponentes ueſtitus, domos magnas & pulchritudine uariegatas extruentes, famulorum inſequentiũ copias, & adulatorũ innumerũ gregem ex ſe appenſum habentes: ſed etiam dignitatibus ex populi cõſenſu oblatis ſuper naturã ſe extollunt, ſi plebs

dignitatē dederit,ſi præſidentia aliqua dignata fuerit,& præminētiæ dignitatē ſuis ſuf-
fragijs decreuerit.Atq; hic ſanè uelut humanā naturam excedentes,tantùm non in nu-
bibus ſedere ſe putant,ſubiectos homines puluerē qui pedibus conculcatur ducentes,
& contra eos qui ipſis dignitatē dederunt ſe attollentes, & contra eos arrogantes, per
quos contigit ipſis,ut aliquid eſſe uiderentur:rem plenam dementiæ perpetientes, glo
riam ſomnis marcidiorem habentes,& ſplendore nocturnis ſpectris uaniore cirumda
3.Reg.12. ti, ex populi nutu conflato ac conſiſtente.Qualis erat delirus ille Solomonis filius,æta-
te iuuenis,mentis prudentia adhuc iunior:qui populo mitius imperium quærenti, gra
uius minatus eſt,&per minas regnū amiſit: per quas regaliorē ſe fore ſperabat,per eas
depoſitus de dignitate quam habebat. Audacem autem facit hominem etiam manuū
uis,& celeritas pedum,& corporis pulchritudo,quę à morbis acceſſorijs cōſumuntur:
Pſal.36. & non ſentiunt quòd omnis caro fœnum,& omnis gloria hominis uelut flos fœni:de-
ſiccatur & exareſcit fœnum,& flos excidit. Tales ſunt gigantū ob potentiā uirium ar-
1.Reg.17. rogantiæ,& deſipientis Goliath ſpiritus elatus contra Deum.Et qui ob pulchritudinē
3.Reg.1. magnopere ſe iactauit Adonias,& qui magnitudine comæ ſuperbiuit Abſalon. At ue
2.Reg.14. rò quod inter humana bona maximum ac conſtantiſsimū eſſe uidetur,ipſa ſapientia ac
prudentia,etiam hæc uanam elationē habet, & altitudinē non ueram præparat, quum
nullius rei reputetur,ſi ſapiētia à Deo abſit. Intercidit equidem & euanuit ipſi diabolo
contra hominē cōmentū,neq; intellexit quòd contra ſeipſum strueret,quod contra ho
minem machinatus eſt,ut qui nullum tantum illi damnum intulit, quem à Deo ac uita
æterna,ſe abalienaturum eſſe ſperauit, quantum ſeipſum perdidit, transfuga à Deo fa-
ctus,& morte æterna condemnatus: & poſito contra Dominum laqueo, per ipſum ca
ptus eſt:crucifixus in ea cruce,in qua illum crucifixurum eſſe ſperauit, & mortuus mor
te,qua Dominum occiſurum eſſe ſperauit.Si uerò mundi princeps, primus ille & maxi
mus ac inuiſibilis mundanæ ſapientiæ ſophiſmatis ac cōmentis capitur, ad extremam
inſipientiam redactus:multo magis illius diſcipuli ac imitatores, etiamſi infinitis com-
mentis utantur,exiſtimantes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Sophiſmatis utitur Pha-
Exod.1. rao in perniciem Iſrael,ſed clandeſtinè fraus ipſi diſſoluta eſt unde nō expectauit.Et in
fans eius iuſſu ad mortem expoſitus,latēter in domo regia nutritur, qui illius ac totius
gentis potentiam euertit, & Iſrael ad ſalutem eduxit. Homicida uerò Abimelech Ge-
deonis ſpurius filius,qui ſeptuaginta filios legitimos occidit, & hoc ſapienter ſe exco-
citaſſe ad regnum firmiter continendum ratus eſt,conterit quidē eos,qui ipſi auxiliarij
Iud.9. cædis fuerāt,cōteritur uerò ab ipſis,& tandē manu mulieris & lapidis ictu perit.Com-
menti ſunt omnes Iudæi contra Dominum, cōſilium ſibijpſis pernicioſum dicētes. Si
Ioan.11. dimittimus hunc ſic,omnes credent in ipſum, & uenient Romani, & tollent noſtrum
locum & gentem.Ex hoc conſilio ad Chriſti cædem progreſsi, tanquam gentem ac re
gionem ipſi conſeruaturi,perdiderunt per id quod conſultauerunt,& ex regione pulſi
ſunt,& à legibus ac cultu Dei alieni facti ſunt.Et in ſumma, ex innumeris exēplis con-
diſcere licet, marcidam eſſe humanæ ſapientiæ prærogatiuam,paruamq; ac humilē ma
gis quàm magnā ac altam.Quare nullus ritè ſapiens,neq; propter ſapientiā ſuam ſe ef-
feret,neq; propter alia prædicta: ſed optimæ admonitioni beatæ Annæ, ac prophetæ
Hier.9. Hieremiæ credet.Ne glorietur ſapiens in ſapiētia ſua,& ne glorietur fortis in fortitudi
ne ſua,& ne gloriet̄ diues in diuitijs ſuis. Sed quæ eſt gloria uera, & in qua magnus eſt
homo?In hoc,inquit, glorietur qui gloriat̄, quod intelligit ac cognoſcit quòd ego ſum
Dominus. Hæc eſt altitudo hominis, hæc gloria ac maieſtas uerè cognoſcere magnū,
1.Cor.1. & huic adhærere,& gloriā ex Domini gloria quærere. Dicit autē Apoſtolus:Qui glo-
riatur,in Domino gloriet̄,dicens, q; Chriſtus nobis natus eſt ſapiētia à Deo, iuſticiaq;,
ac ſanctificatio,& redemptio: ut quemadmodū ſcriptū eſt,Qui gloriat̄,in Dño glorie-
tur.Hæc.n.eſt perfecta ac integra gloriatio in Deo,quādo neq; ob iuſticiā ſuam quis ſe
iactat,ſed nouit quidē ſeipſum ueræ iuſticię indigum eſſe, ſola aūt fide in Chriſtū iuſtifi
catum.Et gloriatur Paulus ob iuſticię ſuæ contemptū,& quod quærit per Chriſtū iuſti
ciam ex Deo in fide,ut cognoſcat ipſum, & uirtutē reſurrectiōis ipſius,& participatio-
Gal.6. nē afflictionū ipſius,dum cōformat̄ morti ipſius, ſi quo modo obuiā ueniat in reſurre-
ctionē mortuorū.Hic cecidit omnis ſuperbiæ altitudo.Nihil reliquit tibi ô homo ad ar

rogantiam

rogantiam, cui gloriatio & ſpes eſt in motificando omnia ſua, & quærendo in Chriſto uitam futurã, cuius primitias habentes, iam in his ſumus, in totum in gratia uiuentes ac dono Dei. Et Deus quidẽ eſt, qui operatur in nobis, & uelle & perficere, pro bona uoluntate: *Phil.2.* Deus autem ſuam ſapientiã prædeſtinatã in gloriã noſtrã, per propriũ ſpiritũ *1.Cor.2.* reuelat. Deus in laboribus dat potentiã. Amplius omnibus laboraui, inquit Paulus: nõ *1.Cor.15.* autem ego, ſed gratia Dei quæ mecum eſt. Deus autem eximit à periculis, præter omnem humanã ſpem. Ipſi, inquit, in nobſipſis ſententiã mortis habuimus, ne cõfidentes *2.Cor.1.* eſſemus in nobipſis, ſed in Deo qui mortuos ſuſcitat, qui ex tanta morte eripuit nos, & eripit, in quem ſperamus, quod etiam adhuc amplius eripiet. Quid igitur extollis te, dic mihi, uelut propter bona propria, pro eo quod gratiam cõfiteri debebas pro munere bus largitori? Quid enim habes, quod non accepiſti? Si uerò accepiſti, quid gloriaris *1.Cor.4.* quaſi non acceperis? Non tu Deum cognouiſti per iuſticiam, ſed Deus te agnouit propter bonitatẽ. Quum cognoueritis, inquit, Deum, imò potius cogniti ſitis à Deo. Non tu Chriſtum apprehẽdiſti per uirtutem, ſed Chriſtus te per præſentiã apprehendit. Sequor, *Phil.3.* inquit, ſi etiam apprehendã, in quo etiam apprehenſus ſum à Chriſto. Non uos *Ioan.15.* me elegiſtis, inquit Dominus, ſed ego elegi uos. At uerò quòd honoratus es, te iactas, & miſericordiam ſuperbiæ prætextum ſumis? Et tunc cognoſce teipſum quis es, uelut Adam eiectus è paradiſo, uelut Saul relictus à ſpiritu Dei, uelut Iſrael à radice ſancta *1.Reg.16.* excíſus. Fide, inquit, cõſtitiſti, ne efferas te in altum, ſed time. Iudicium ſequitur gratiã, *Rom.11.* & quomodo donatis uſus es, iudex expendet. Si uerò neq; hoc ipſum intelligis, quòd gratiam cõſecutus es, ſed gratiam propriæ uirtutis opus propter ſtupiditatis excellentiam facis: nõ es honoratior beato apoſtolo Petro. Neq; enim dilectione erga Dominum ſuperare poteris eum qui adeò uehementer dilexit, ut etiam pro ipſo mori uoluerit. Sed quia elatiore animo locutus eſt, dicẽs: Etiamſi omnes ſcandalizati fuerint in te, *Matt.26.* ego tamen nunquã ſcandalizabor: traditus eſt in humanã timiditatẽ, & cecidit in abnegationẽ: hoc errore caſtigatus ad metũ ac cautionẽ, & doctus parcere infirmis ac debilibus, ex hoc quòd etiam ſuam ipſius cognouerit debilitatẽ, doctusq; amplius manifeſtè *Mat.14.* cognoſcere: quòd quemadmodũ quum in pelago demergeretur, per dexterã Chriſti leuatus eſt: ſic in fluctu offenſionis ac ſcandali, quũ periculũ perditionis propter incredulitatẽ ipſi immineret, per potentiã Chriſti ſeruatus eſt: qui etiam prędixit ipſi euẽturum, inquiẽs: Simon, Simon, ecce ſatanas expetiuit, ut cribraret uos uelut frumentũ, & ego rogaui pro te ne deficiat fides tua. Et aliquãdo cõuerſus, cõfirma fratres tuos. Et *Luc.22.* Petrus quidẽ ſic reprehẽſus, meritò auxiliũ adeptus eſt, ad deponendã arrogantiã, & parcendum debilibus eruditus. At uerò phariſæus ille grauis & immodicè ſuperbus, *Luc.18.* non ſolùm in ſeipſo cõfidens, ſed etiam publicano coram Deo obtrectãs, iuſticiæ gloriam propter ſuperbiæ crimen perdidit, & deſcendit publicanus iuſtificatus præ illo, quia ſanctũ glorificabat Deum, & neq; oculos eleuare audebat, ſed miſericordiam ſolùm quærebat, accuſator exiſtens ſuĳpſius, & habitu, & pectoris plaga, & q nihil aliud quęreret quàm propitiationẽ. Vide igitur & obſerua exemplum grauis ob ſuperbiam pœnę: damnũ iuſticię pertulit arrogans, mercedem amiſit confidens imminutus eſt infra humilẽ & peccatorem, qui ſe magnificauit ſuper illum: & nõ expectauit iudicium à Deo, ſed ſuũ ipſius protulit. Tu uerò contra neminẽ unquã te efferes, & ne contra eos quidẽ qui magni ſunt peccatores. Liberat ſæpenumero humilitas eum qui multa & magna peccata commiſit. Ne igitur teipſum ſupra alterum iuſtificaueris, ne quando tuo ſuffragio iuſtificatus, Dei ſuffragio condemneris. Nõ dĳudico meipſum, inquit Paulus, nullius em̃ rei mihi cõſcius ſum, ſed non per hoc iuſtificatus ſum: qui uerò me dĳudicat, Dñs eſt. Putas te aliquid boni perpetraſſe? age gratias Deo, ne extolle te con *Gal.6.* tra proximũ: Opus ſuũ, inquit, probet unuſquiſq;, & tunc in ſeipſum tantũ gloriationẽ habebit, & non in alium. Quid em̃ profuiſti proximo, quòd fidem cõfeſſus es, aut fugã ſuſtinuiſti, propter nomen, aut in ieiunĳ laboribus tolerans fuiſti? Non eſt alterius lucrum, ſed tuũ: time caſus diaboli ſimilitudinẽ: qui elatus cõtra hominem, cecidit infra hominem, & traditus eſt uelut puluis cõculcandus pedibus à cõculcato. Talis eſt & Iſraelitarũ caſus: quum n. efferrẽtur contra gentes uelut immundans, uerè immundi facti ſunt, gentes uerò mundatæ ſunt. Et illorum quidẽ iuſticia facta eſt, uelut linteũ mulieris,

lieris, menſes demittentis: gentium uerò iniquitas & impietas, per fidē deleta eſt. In
Mat.18. ſumma, memineris ueri illius prouerbij, Superbis Deus reſiſtit, humilib. autem dat gra
tiam. Habe Domini uerbū in promptu: Omnis qui ſeipſum humiliat, exaltabit̄: & qui
exaltat ſe, humiliabitur. Ne fias iudex iniquus tuijpſius, neq; ad gratiā expēde: ſiquidē
quid boni habere tibi uideris, id in ſuffragio locans, errorū autem ultrò obliuiſcēs: neq;
propter ea quæ hodie rectè perpetraſti teipſum magnificās: eorū uerò quæ antea & o-
lim malefeciſti, ueniā tibijpſi cōcedens. Verùm quū te præſens elatū fecerit, antiquū fa
cinus in memoriam reuoca, & à ſtolido tumore quieſces. Et ſi proximū peccantē uide-
ris, ne hoc ſolum ipſius cōſideraueris, ſed & quæ fecit, aut facit, probè animaduerte, &
reperies ipſum ſæpe teipſo meliorē, per omnia expendēs, & nō particularia cōtrectās.
Iſa.65. Neq;.n. Deus particulariter hominē expēdit. Ego enim, inquit, opera & cogitationes
3.Reg.22. ipſorū uenio ut congregē. Et quum increpaſſet aliquādo Ioſaphat, propter propinquū
peccatū, meminit etiam eorū quæ rectè perpetrata ſunt ab ipſo, dicens: Veruntamē bo
ni ſermones in te reperti ſunt. Hæc & huiuſmodi ad ſuperbiā nobis ipſis ſemper incina
mus, ſubuertētes nos ipſos ut exaltemur, imitantes eum qui de cœlo deſcēdit Dominū
ad extremam humilitatē: & qui uice uerſa, ex humilitate ad iuſtam altitudinē intumuit.
Luc.2. Omnia.n. in Domino reperimus ad humilitatē nos erudiētia. Infans exiſtens, ſtatim in
ſpelunca eſt, & neq; in lecto, ſed in præſepi: in domo fabri lignarij, & matris pauperis,
ſubditus matri, & huius ſponſo docebatur, & audiebat ea quibus nō habebat opus: in-
Mat.3. terrogabat tamē, & per interrogationē ob ſapientiam admirationi erat. Subditus erat
Ioanni, & baptiſma à ſeruo Dominus ſuſcipiebat: nulli inſurgentiū reſiſtebat, neq; ine-
narrabilem poteſtatē quam habebat, exercebat, ſed uelut potentioribus cōcedebat, &
temporariæ poteſtati robur ſuū permittebat. Coram pōtificibus in habitu cōdemnati
conſiſtebat. Ad præſidē ducebatur, & iudiciū ſufferebat: & quū potuiſſet redarguere
calumniatores, ſilentio calumnias ferebat. Inſpuebāt in ipſum ſerui & uiliſsima manci-
pia. Morti tradebatur, & morti apud homines turpiſsimæ. Sic totum hominē penetra-
uit à natiuitate uſq; ad finem: & poſt tantā humilitatē, poſtea gloriam manifeſtat, con-
glorificans ſecum eos qui ſimul ignominiā perpeſsi ſunt. Ex quorū numero primi ſunt
beati diſcipuli, qui pauperes & nudi orbem terrarū percurrerūt, non in ſapientia ſermo
nis, non cum ſectatorū copia, ſoli & uagi ac deſolati, terrā ac mare permutātes, flagella-
ti, lapidibus petiti, perſecutionē paſsi, fugatiq;, ac demū occiſi. Hæ ſunt nobis paternæ
Matt.26. ac diuinæ inſtitutiones. Ad harū imitationē accedamus, quo nobis ex humilitate oria-
tur gloria æterna, ipſum perfectū ac uerum Chriſti donum. Quomodo igitur ad ſaluta
rem humilitatē deſcendemus, pernicioſo ſuperbiæ tumore relicto? Si per omnia exer-
cuerimus ipſam, & nihil neglexerimus, tanquam ab hoc uel alio damnum non perpeſ-
ſuri. Nam anima ſtudijs ac exercitijs ſimilis euadit, & ad ea quæ facit efformatur, & fi-
guratur. Sint tibi & habitus, & ueſtitus, & inceſſus, & deceſſus, & alimenti ſtatus, & le-
cti ſtructura, & domus, & tota in domo ſupellex, omnia ad frugalitatem inſtructa, &
ſermo, & cantus, & cum proximo congreſſus, itidem magis ad modeſtiam quàm tumo
rem comparata uideantur. Ne mihi elationes in ſermone ſophiſticas, neque in cantile-
nis excellentem uocis ſuauitatē, neq; diſputationes ſuperbas ac graues oſtentes: ſed in
omnibus magnitudinē detrahas, benignus erga amicum, mitis erga famulum, clemēs
ac patiens erga audaces, humanus erga humiles, cōſolans afflictos, uiſitans dolore af-
fectos, nullum omnino contemnens: ſuauis in compellando, hilaris in reſpondendo,
dexter, facili aditu omnibus. Neque tuas laudes recēſeto, neq; alios ad dicendum ſub-
ornato, neque ſermonem inuerecundum amplectere, & tuam garrulitatem quantum
fieri poteſt, occule. Cæterùm in peccatis accuſa teipſum, & ne expectes aliorum repre-
henſionem, ut ad ſimilitudinē iuſti accuſatoris, primas dicendi partes occupes, & Iob
Iob 6. ſimilis fias, qui non pudore perfuſus eſt apud ingentem ciuitatis multitudinem, quo
minus erratum proprium coram ipſis declararet: ne ſis grauis in obiurgando, neq; ci-
tò, neq; affectuoſè reprehende. Nam hoc ipſum cōtumacis eſt: neq; ob res paruas con-
demnes, uelut ipſe exactè iuſtus exiſtas. Eos qui in delicto hærent, aſſume, ac ſpiritua-
Gal.6. liter ipſos compone, uelut Apoſtolus monet, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris.
Tantum ſtudij in eo collocato, ut ne glorificeris apud homines, quantū cæteri ut glo-
rificentur:

rificentur:ſiquidem meminiſti Chriſti, qui detrimentum eſſe dicit mercedis apud Deum, uoluntariam apud homines oſtentationem, & facere bonum, ut ab hominibus cõſpiciaris. Habent enim, inquit, mercedem ipſorũ. Ne itaq; teipſum damno affice, dum coram homininibus conſpici uis. Nam Deus magnus eſt ſpectator: ambitioſus ſis coram Deo: ſplendidam enim retribuit mercedem. At præminentia aliqua dignus factus es, & amplectuntur te homines, ac glorificant: ſis ſubditis æqualis, non ut ſortium ac electionis poteſtatem habens, inquit, neq; ad ſimilitudinem principum mundi. Nam eum qui uult primus eſſe, omnium hominum ſeruum eſſe Dominus iuſsit. Et ut in ſumma dicam, ſic perſequere humilitatem, uelut amator ipſius, ama ipſam, & glorificabit te. Sic rectè ad gloriam ueram iter facies, quæ eſt in angelis, & apud Deum. Confitebitur autem te Chriſtus, uelut proprium diſcipulum coram angelis: & glorificabit te, ſi factus fueris humilitatis ipſius imitator. Dicit enim, Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus ueſtris. Cui gloria & imperium, in ſecula ſeculorum. Amen. *Matt.6.* *Luc.11.* *Mat.11.*

DIVI BASILII MAGNI CONCIO, NE REBVS TEMporalibus affixi ſimus, & de incendio facto extra eccleſiam.

EGo quidem putabam dilecti, dum ſemper uehementius ſermonis ſtimulum uobis admoueo, moleſtum me uobis fore, tanq; qui nimia quadam dicendi libertate utar, quæ neq; hoſpitem deceat, neq; uirum conſimilibus criminib. obnoxium. Vos autem ex reprehenſionibus ad beneuolentiam irritati eſtis, & plagas à lingua progreſſas, amplioris deſiderij fomitem feciſtis. Et nihil noui hoc eſt: eſtis enim ſapientes in rebus ſpiritus. Reprehẽde autem ſapientem, & diliget te, Solomon alicubi in ſcriptis ſuis dicit. Quapropter fratres, etiam nunc ad eandẽ uenio exhortationẽ, quatenus ſanè id per me fieri poteſt, à diaboli retibus uos abducere uolens. Multũ eñ dilecti, ac uariũ bellum, quotidie nobis ueritatis hoſtis immittit. Immittit aũt uelut ſcitis, noſtras cõcupiſcentias contra nos tela faciens, & à nobis ad lædendũ nos ſemper robur ſumens. Quandoquidẽ eñ nimiã ipſius potentiam Dominus legibus indiſſolubilib. alligauit, & nõ permiſit omnino ut impetu ſuo genus de terra extereret, furaſ de nobis uictoriã de cætero, ex noſtra dementia inuidus ille. Et quemadmodũ maligni ac auari homines, quorũ opus quidem eſt ac propoſitũ, ex alienis diteſcere: potentia autem ipſis non adeſt, ut cum libertate cogãt, in uijs inſidiari ſolent: & ſi uiderint locum aliquem circa ipſas, aut uallibus ꝓfundis diffractum, aut arborum denſitate umbroſum, in hunc ſubeũtes, & uiatorũ à longinquo præuiſionẽ eiuſmodi operimentis ſuccidẽtes, cõfertim ex improuiſo in ipſos irruunt, ut non poſsit quis prius periculi laqueos uidere, q̃ ubi eſt in hos collapſus: ſic infeſtus ille nobis ab antiquo hoſtis, mundanarũ uoluptatum umbras ſubiens, quę circa uitam hanc exiſtunt, ad prædonem occultandũ cõmodæ, ac idoneæ ut inſidiatorẽ latentẽ faciant: hinc ex improuiſo interitus laqueos nobis ſubſeminat. Oportet igitur nos, ſi quidem uelimus ſubiectã uitæ uiam ſecurè tranſire, & animam ſimul ac corpus ex uulnerum turpitudine libera, Chriſto adducere, coronasq; ob uictoriam accipere: uigilãtes ſemper undiquaq; animæ oculos circumagere, & omnia quæ iucũda ſunt, ſuſpecta habere, ac ſtatim præterire, & nulli mentẽ applicare: neq; ſi aurũ appareat fuſim propoſitum, & in uolentiũ manus uenire paratũ: Diuitiæ enim, inquit, ſi affluxerint, ne accedite corde: neq; ſi terra omnes uoluptatũ delicias ꝓducat, & ſumptuoſa tabernacula oſtendat: noſtra eñ reſpublica ac uita in cœlo eſt, ex quo etiam ſaluatorẽ Chriſtũ ſuſcepimus: neq; ſi choreæ & comeſſationes ac ebrietates, & menſæ tibiarũ modulis inſtructæ, tibi appareant: Vanitas eñ, inquit, uanitatũ, omnia uanitas: neq; ſi corpora formoſa quę à prauis animis inhabitenſ, offerãtur: A facie eñ mulieris, uelut à facie ſerpẽtis fuge, inquit Sapiens: neq; ſi potentatus ac tyrannides, & ſatellitũ aut adulatorũ copię: neq; ſi thronus altus ac ſplendidus, gentes ac ciuitates uoluntaria ſeruitute ſubiectas habens. Omnis eñ caro fœnum, & omnis gloria hominis, uelut flos fœni: exaruit fœnum, & flos excidit. His eñ omnib. adeò iucundis, cõmunis ille hoſtis ſubditus delitéſcit, expectans quando ipſorũ aſpectu ineſcati, à recta uia digrediamur, & ad illius inſidioſum *Prou.9.* *Pſal.61.* *Phil.3.* *Eccleſ.1.* *Eccleſ.9.* *Pſal.101.*

dioſum agmẽ deflectamus. Et profectò res plena timoris eſt, ne aliquando incautè ad ipſa ꝓgreſsi, & fruitionis iucunditatẽ nihil noxiũ habere rati, occultatũ in primo guſtu doli hamum deuoremus: deinde ab hoc partim ultronei, partim inuiti ipſis alligemur, & ad horrendum latronis hoſpitium, ipſam mortem, latenter à uoluptatibus pertrahamur. Quare neceſſariũ & commodũ omnibus eſt, fratres, ut uelut uiatores aut curſores ſuccincti, & undiquaqꝫ animarũ leuitate ad curſum hunc excogitata, irreuerſim ad uię finem feſtinemus. Et me nemo nouarũ appellationũ fictorem fieri opinet̃, ꝓpterea quòd humanã uitam, nunc uiam uocaui: nam & Dauid propheta ſic uitam nominauit. Nunc quidẽ ſic alicubi dicens: Beati immaculati ac irreprehenſibiles in uia, qui ambu-
Pſal. 118. lant in lege Domini. Nunc uerò ad Dominũ ſuum uociferans, Viam iniquitatis amoue à me, & per legem tuam miſerere mei. Aliquãdo uerò repentinũ cõtra lędentes auxiliũ Dei celebrãs, & cum iucunditate ad lyrã incinens, aut quis Deus præter Deum noſtrũ
Pſal. 17. dixit: Deus qui præcinxit me uirtute, & poſuit inculpabilẽ uiam meam: ubiqꝫ cõuerſationem hominum in terra, ſiue mirandã, ſiue prauam, ſic appellare oportere ducens, atque id meritò. Quemadmodum enim qui uiam aliquã porrectã perficiũt, pedum greſſus mutua cõtentione ſemper ulterius ad curſum permutant, & ſemper priorem in terra firmatum poſteriorem reddunt, atqꝫ ſic per uelocem alterius tranſpoſitionẽ, facile ad finem uiæ procedunt. ſic qui ad uitã à cõditore producti ſunt, ſtatim in principio temporis particulis procedentes, & priorẽ ſemper poſteriorẽ relinquentes, ad uitę finẽ perueniunt. Aut nõ etiã uobis uidetur præſens uita, perpetua quædam uia expaſſa eſſe, & iter ætatibus uelut ſtationibus ac ſtabulis, interſtinctum: quod principiũ quidẽ profectionis, unicuiqꝫ exhibet maternos partus, finem uerò curſus, ſepulchrorũ tentoria, & ad illa uniuerſos ducit, alios citius, alios tardius: & alios quidẽ per omnia temporis interualla itinere confecto, alios uerò neqꝫ in primis uitæ ſtabulis mora facta. Alias quidem igitur uias, quæ ex urbe ad urbem ducunt, declinare licet, & per ipſas non proficiſci, ſi quis ita uelit: hæc uerò etiamſi nos curſum differre poſsimus, uiolenter correptos ad deſtinatum à Domino finem trahit eos qui in ipſa conſiſtunt: & non datur ô dilecti, ut is qui ſemel extra portam ad hanc uitam tendentẽ egreſſus eſt, & hoc iter iniuit, nõ etiã ad huius terminum perueniat. Verũ unuſquiſqꝫ noſtrûm poſt fugam ex maternis ſinibus, ſtatim temporis fluxionibus illigatus rapitur, à tergo ſemper diem quam uixit relinquens, & ad heſternã reuerti nunqꝫ, etiamſi uelit, potẽs. Nos autem lætamur quidem ulterius procedentes, & ætates permutantes, uelut aſſumẽtes aliquid gaudemus, & beatum iudicamus, quum ex puero uir, ex uiro autem ſenex aliquis fiat. Ignoramus autem profectò, quod ſemper tantum de uita perdidimus, quantum uiximus, & uitam conſumi non ſentimus, quanqꝫ ſemper ipſam ex pręterita ac ea quę pręterfluxit, metiamur. Neqꝫ cogitamus quod utiqꝫ obſcurum eſt, quantum tempus nobis ad curſum indulgere uolet, is qui nos ad hanc profectionem emiſit: & quando unicuiqꝫ curſori introitus portas aperiet: & quòd oportet nos quotidie pręparatos eſſe ad profectionem hinc faciendam, & Domini nutum ſtantib. oculis expectare. Sint eñ, inquit, lumbi ueſtri præcincti, & lucernæ ardentes, & uos ſimiles hominibus expectantibus Dominũ ſuũ, quãdo ex nuptijs reuertet̃: quo ubi uenerit, & pulſauerit, ſtatim aperiant ipſi. Neqꝫ diligẽter cõſiderare uolumus, quæ leuia onera ſint, & ad huiuſmodi curſum nobiſcum transferre poſsimus, ſi ipſa collegerimus, nimirũ quæ iſtic gaudij plenam uitam nobis faciũt, & poſsidentiũ propria exiſtunt: & quæ cõtrà grauia ſint, ac moleſta, & terræ affixa, & quæ hominib. omnino cõiungi à natura nõ ſolent, neqꝫ permittunt̃ ut per anguſtam illam portã habẽtes ipſa ſequant̃: ſed quæ colligere oportebat, nos relinquimus: quæ uerò cõtemnere conueniebat, ea colligimus: & quæ nobis uniri, & ornatus reuera animæ ac corpori cognatus fieri poſſunt, his ne attendimus quidẽ. Quæ uerò perpetuò aliena manẽt, ſolã nobis turpitudinẽ imprimẽtia, ea cõgregare nitimur: inaniter laborantes, & laborẽ facientes, qualẽ ſi quis ſeipſum fallens, in pertuſum dolium haurire uelit. Hoc eñ ſanè etiam pueris, omnibus notũ eſſe opinor, quòd nihil rerum in uita iucundarũ, propter quas pleriqꝫ inſaniunt, noſtrũ reuera eſt, aut fieri ſolet: ſed æqualiter ab omnib. alienæ apparent, tũ ab his qui ipſis frui uident̃, tum ab his qui neqꝫ ipſas contingunt. Neqꝫ enim ſi aliqui aurum ingens in uita collegerint, propriũ ipſorum perpetuò

tuò manet,ſed aut à uiuis adhuc & undiquaq; ipſum coarctantibus aufugit,ad potentiores delapſum, aut iam prope mortem exiſtentes relinquit, & non uult ſimul cũ his qui ipſum acquiſiuerunt peregrè proficiſci. Sed hi quidem dum ab eo qui uiolenter animas à miſera carne hac ſeparat, & neceſſariã uitam trahuntur,frequenter ſe ad pecunias conuertentes,ſudores propter ipſas à iuuentute exhauſtos deflent:ipſę uerò pecuniæ ad aliorũ manus reſpiciunt, tantũ colligendi laborẽ, & auariciæ crimẽ illis affricantes.Neq; ſi quis infinita terrę iugera poſsideat,& magnificè extructas ædes,& animantiũ omnis generis greges, & omnẽ inter homines potentatũ adeptus eſſet, his perpetuò fruitur: uerùm ab his breui temporis ſpacio nominatus,alijs rurſus facultate ac opulentia illa cedet, exiguam ipſe terram ſubiens.Sæpenumero uerò etiã ante ſepulturam, & ante hinc diſceſſum,ad alios & fortaſsis hoſtes felicitatem tranſire conſpiciet. Aut nõ ſcimus quot agri,quot domus, quot gentes ac ciuitates, etiam uiuentibus adhuc qui ea acquiſierant ac poſſederant,aliorũ dominorum nomina prioribus exutis induerunt:? & quòd olim ſeruitute preſsi ad principatus thronum cõſcenderũt, Domini uerò & heri appellati, cum ſubditis ſtare boni cõſuluerunt, & ſuis ipſorũ ſeruis ſuccubuerunt,uelut in teſſerarũ circumactu,rebus derepentè ipſis tranſmutatis:? At uerò ea quæ nobis ad cibum ac potum excogitata ſunt, & omnia quæ ultra neceſsitatẽ proter uæ diuitiæ ad obſequiũ ingrati, & nihil continentis uentris inuenerunt, quando'nam noſtra fuerint,etiamſi perpetuò ingerantur:?quæ ſanè paruã quandã guſtui tantum,in tranſitu uoluptatẽ exhibẽtia,ſtatim uelut moleſta ac ſuperflua ægrè ferimus,& ſtudioſe aliquando foras eijcimus,tanq; ſi diutius uiſceribus immorẽtur, maximè de uita periclitaturi. Multis itaq; ſatietas mortẽ inuexit, & nulla re amplius frui cauſa fuit. Porrò petulantes cõcubitus,& impuri cõplexus,& omnia rabioſæ ac delirantis animæ opera,nónne omnib.manifeſtũ naturæ damnũ ac detrimentũ cõſpicuũ exiſtũt:? & proprio rum reuera uniuſcuiuſq; magis abalienatio ac imminutio:?quũ in cõmixtionibus corpus minuatur,& maximè genuino ac cõſeruatorio membrorũ alimento ſpolietur.Itaque uniuſcuiuſq; petulantib.cubilib.uolutati mens, ſtatim poſt actionẽ, ubi carnis œſtrum elanguerit, & ad deteſtandũ finem eorũ quæ perpetrauit, uelut ex ebrietate aut tempeſtate aliqua progreſſa,cõſiderandi ubi nam eſt,ociũ nacta fuerit,uehemẽti quadam intemperantiæ pœnitentia ducit̃:corpus em̃ imbecillius factũ ſentit, & ad neceſſariorum operationẽ pigrum ac penitus debilitatũ.Hoc ipſum certè quum pædotribæ cõſiderauerint,temperantię legem in paleſtris promulgarunt,quę adoleſcentium corpora à uoluptatib.tuta cõſeruat, & decertantib.ipſis ne aſpicere quidẽ ſplendidas formas permittit,ſi ſanè capite coronari uelint: tanq; intemperãtia riſum auferat inter luctandum, non coronam.Hæc itaq; uelut aliena omnino & ſuperuacua,& nullius propria fieri potentia, honeſtũ eſt oculis cõniuentibus ac clauſis præterire.Verùm eorum quę reuera noſtra ſunt,multã prouidentiã facere cõuenit.Quid uerò eſt reuera noſtrũ:? Anima qua uiuimus,tenuis exiſtens ac intellectualis, nihilq; grauantib.opus habens. Et corpus uehiculũ ipſi ad uitã à cõditore datum. hoc em̃ eſt homo, mens cõmodæ ac conuenienti carni illigata. Hoc à ſapientiſsimo uniuerſorũ artifice in maternis ſinibus formatur.Hoc in lucem ex tenebroſis illis thalamis,partus tempus educit.Hoc ordinatum eſt,ut his quæ in terra ſunt, imperet.Huic exercitium uirtutis creatio ipſa expaſſa eſt.Huic lex poſita eſt,ut plaſtem pro uirib.imitetur,& probè compoſitã in cœlis diſciplinam,in terris adumbret.Hoc dum hinc uocat̃,diſcedit.Hoc ad Dei qui ipſum miſit, tribunal ſiſtitur. Hoc punitur. Hoc eorum quæ in hac republica geſsit, retributionem ſuſcipit. Quin & uirtutes ipſas noſtras fieri poſſeſsiones cõperiet quis,ubi induſtriè naturę ipſi ſubattextę fuerint:& neq; in terra laborantes nos relinquere uolunt,niſi uolentes per uim fugauerimus ipſas,per peiorum inductionem:& illuc feſtinantes nos præcurrunt,& ad angelos conditoris ſe collocant,& in æternũ ſub oculis creatoris fulgent. Diuitię autem & potentatus,& claritudo & delicię,& omnis huiuſmodi turba,quotidie ex noſtra dementia augeſcẽs,neq; ſimul proceſsit nobiſcũ ad uitã,neq; cum aliquibus ſimul diſceſsit. Sed id quod à iuſto olim dictũ eſt,in omnibus hominib.ſtabile eſt, ac dominatur.Nudus egreſſus ſum ex utero matris meæ,nudus etiam diſcedam Qui igitur optimum conſilium init,is animæ quàm maximè curam geret: & hoc per omnia *Iob 1.*

ſincerum ac genuinũ ſeruare conabitur. Si uerò caro, aut fame conſumatur & contabeſcat, aut cum frigore aut calore luctetur, aut à morbis dolore afficiatur, aut uiolentum quid ab aliquib. perpetiatur, exiguam ipſius rationẽ habebit, illud Pauli in ſingulis moleſtijs inſonans ac loquens: Etiamſi externus noſter homo corrũpitur, internus tamen de die in diem renouatur: & neq; pericula uitæ progredientia uidens, timidus apparebit, ſed ſibijpſi cõfidens dicet: Nouimus quòd ſi terrenũ noſtrũ domiciliũ huius tabernaculi deſtructũ fuerit, ædificationẽ ex Deo habemus, domicilium non manu factũ, æternum in cœlis. Si uerò quis uelit etiã corpori parcere, uelut poſſeſsioni quæ ſola animæ neceſſaria ſit, ipſiq; ad uitam in terra auxiliũ ferat: exiguã ad huius neceſsitates curam adhibebit, quo & cõtineatur tantùm, & ad animę miniſteriũ, per moderatã curam ſanum cõſeruetur: non tamẽ permittendũ eſt ut præ ſaturitate exultet ac laſciuiat. Si uerò uiderit ipſum aliquãdo amplioribus & utilitatẽ excedentib. cupiditatib. ardere, clamabit ad ipſum, illam Pauli legem ipſi ponens: Nihil intulimus in mundũ hunc, manifeſtũ eſt quòd neq; efferre quid poſſumus. Habentes aũt alimenta & integumẽta, his cõtenti erimus. Vbi.n. hæc ipſi incinuerit, & aſsiduè inſonuerit, obediẽs ipſum, ac leue expeditumq; ad cœleſtem profectionẽ reddet, & ad propoſita magis auxiliare acquiret. Si uerò proteruũ eſſe permiſerit, & omnibus quotidie, uelut feram quandã beſtiã impleri: poſtea uiolentis ipſius retractationibus ad terrã detractus, iacebit inutiliter ingemiſcens: & ad Dominum adductus, & ad itineris in terra cõceſsi fructum exhibendũ poſtulatus, & deinde quod det nõ habens, longas lamentationes edet, & tenebras perpetuas habitabit, multum delicijs ipſarumq; captioſis illecebris indignans, propter quas ſalutis occaſione ſpoliatus eſt. Verùm nihil amplius ex lachrymis lucrifaciens In inferno enim quis cõfitebitur tibi? inquit Dauid. Fugiamus igitur quanta maximè celeritate id fieri poteſt, ne noſipſos ultronei ſuffocemus. Si uerò quis etiã olim ineſcatus, aut diuitiarũ puluerẽ ex iniquitate apud ſe accumulauit, & mentẽ harũ curis illigauit: aut petulantię ſcelus difficulter eluibile naturæ affixit: aut reliquis criminib. ſeipſum addixit: hic adhuc dum temporis occaſio eſt, prius q̃ ad perfectũ interitũ perueniat, grauiora onera deponat, & anteq; nauis ſubmergatur, merciũ iacturã faciat, quas nõ uelut decebat, collegit: & operarios maris imitetur. Illi enim etiamſi quid rerum neceſſariarũ in naue uehant, tempeſtas autem inſurrexerit, ex pelago ipſis efferueſcẽs, & nauem onere preſſam obruere minetur, quanta maximè poſſunt celeritate nauem exonerãt, ac merces certatim in mare demergunt, quo nauis ſuperior fluctib. fiat, & ſolis animab. ac corporibus, ſi quidẽ id fieri poſsit, ex periculo fuga cõtingat. Verùm nobis profectò multo magis q̃ illis cõuenit hæc & conſultare & facere. Illi enim quicquid tandẽ eiecerint, ſtatim perdũt, & paupertatis uiolentia ipſis de cætero incumbit. Nos autem quãto magis praua onera exhauſerimus, tanto ampliores ac meliores animæ diuitias accumulabimus. Scortatio enim, & quæcunq; talia, eiecta pereũt, & eò deueniũt, ut neq; ſint amplius per lachrymas deleta. Sanctitas autem & iuſticia de cætero in illorũ locum tranſferuntur, res leues & nullis undis obrui potentes: pecuniæ tamẽ probè eiectæ, non pereunt his qui ipſas abiecerũt ac exhauſerũt, ſed uelut in alias onerarias naues, eaſq; ſecuriores, ipſos uidelicet pauperum uentres tranſpoſitæ, cõſeruantur, & ad portus perueniunt, ac eijcientib. cuſtodiũtur non periculũ, ſed ornatus. Conſultemus igitur dilecti, ac ſtatuamus de nobiſipſis aliquid benigni, & opulẽtię onus: ſiquidẽ omnino uelimus lucrum noſtrũ facere, multis diſtribuamus, qui portabunt ipſum cum magno gaudio, & in Domini finibus promptuarijs ſpoliatorẽ non admittẽtibus cõcludent, ubi tinea nõ diſperdit, neq; prædones perfodiũt, neq; furantur. Demus diuitijs libertatẽ quæ ad egenos effundi uolunt. Ne prætereamus adhuc etiam nunc ob oculos noſtros poſitos Lazaros, neq; inuideamus ipſis micas menſæ noſtræ, quæ ipſis ad ſaturitatẽ ſufficiunt, neq; immitẽ illum diuitẽ imitantes, ad eandẽ cum illo gehennæ flammã deſcendamus: nam multũ quidem tunc Abrahamũ rogabimus, multũ item ſingulos qui probè uitam tranſegerint. Verùm nullũ lucrũ uociferationis cõſequemur: frater enim non liberat, liberabit homo. Dicet aũt unuſquiſq; illorũ nobis: Ne quæras benignitatem, quam ipſe in alijs ignoraſti: neq; uelis accipere adeò magna, quũ tu in minorib. parcus fueris: frue re his quæ in uita collegiſti. Lachrymare nunc, quandoquidẽ tunc lachrymantem fratrem

Marginalia: 2.Cor.4. 2.Cor.5. 1.Tim.6. Pſal.6. Matt.6. Luc.16.

trem cõtuitus, ipſius non es miſertus. Hæc dicent nobis, & meritò ſanè. Timeo autem
ego, ne etiã acerbiorib. uerbis nos impetãt: nam uincimus etiam, uelut noſtis, improbi
tate diuitem illũ. Non em̃ ſemel diuitijs parcentes, humi poſtratos fratres præterimus:
neq; filijs aut alijs cognatis opulentiã ſeruãtes, ad egenorũ preces, aures cõcludimus,
ſed expenſas ad deteriora trãsferẽtes, & ambitionẽ prauitatis cotẽ faciẽtes his qui hãc
exercent. Quot em̃ utriuſq; ſexus homines quorundã menſam circũſtant? partim tur-
pibus uerbis cõuiuij ſtructorẽ delectatione afficientes, partim abſurdis aſpectibus ac
geſtibus, intemperantiæ ignem accendentes. Alij mutuis dicterijs ac cauillis riſum ei
qui uocauit excitare uolentes. Alij confictis laudibus ipſum effingentes: & non ſolum
hoc lucri faciunt, ut ſplendido conuiuio excipiantur, ſed manus etiam precioſis muneri
bus refertas abducunt, & diſcunt à nobis, quod magis cõducibile eſt talia exercere, ac
facere ipſos, quã uirtutibus deditos eſſe. Si uerò aſtiterit pauper nobis, prę fame uix lo
qui potens, auerſamur eum qui eiuſdem nobiſcum naturę eſt, abominamur ſtudioſè ac
feſtinanter præterimus, tanq; formidantes ne etiã infelicitatis ipſius ex tardiore greſſu
participes fiamus. Et ſi quidem ad terram pronum ſe inclinauerit, ob calamitatẽ pude-
fiens, ſimulationis artificem ipſum eſſe dicimus. Si uerò cõfidenter, propter grauem fa-
mis ſtimulũ nos aſpiciat, impudentẽ rurſus appellamus ac uiolentũ. Et ſi quidem inte-
gris ueſtibus contectus fuerit, quas fortè aliquis ipſi dono dedit, uelut inexplebilem re
pellimus, & paupertatẽ ipſum ſimulare iuramus. Si uerò putridis uelet̃ panniculis, rur-
ſus ut fœtentem fugamus: & neq; cõditoris nomen ſupplicationib. ammiſcẽs, neq; aſſi
duè nos, ne in tales afflictiões collabamur, adiurãs, immiſericors propoſitũ noſtrũ ille
flectere poteſt. Quapropter grauiorẽ gehennæ ignem formido q̃ diuitis illius fuit. Si Luc. 16.
quidẽ igit̃ tempus indulgeret facultasq; ſufficiens eſſet, omnem ſanè uobis illius hiſto-
riã, uelut ipſe Euangelij liber demõſtrauit, explicaſſem, & lucrũ ſermonũ reddidiſſem.
Nunc uerò tẽpus eſt, ut uos fatigatos dimittã. Ipſi autẽ etiã ſi quid reliquimus, propter
intelligentiæ ſimulq; linguæ debilitatẽ, uobiſipſis uelut medicamenta quædã effingen
tes, animarũ uulnerib. adhibete. Da em̃ ſapiẽti occaſionẽ, & ſapientior erit, inquit Scri Prou. 19.
ptura. Potens aũt eſt Deus omnẽ gratiã abundanter in uos effundere, ut in omnib. ſem 2. Cor. 9.
per omnẽ ſufficientiã habentes, abundetis ad omne opus bonũ. At em̃ iam ad portus
uelut uidetis, deductũ ſermonẽ, ad cõſilij curſum rurſus fratres quidã reuocant, nõ prę
terire miracula heri à Dño facta iubentes, neq; tacere trophęum, quod cõtra diaboli ra
biem Salutator erexit: uerũ dare uobis exultationũ ad canendos hymnos occaſionem.
Rurſus equidẽ uelut noſtis, peculiarẽ ſuam cõtra nos rabiem diabolus oſtẽdit, & flam
marum ignis armis indutus, eccleſiæ tẽpla oppugnauit. Rurſus aũt cõmunis mater ui-
cit, & hoſti machinamentũ ſubuertit, & nihil ipſi euenit, q̃ quòd hoſtilẽ inimicitiã ſuã
publicauit. Contra ſpirauit gratia aduerſus hoſtis inclinationẽ, templũ illæſum permã-
ſit. Non potuit admota ab hoſte tẽpeſtas cõuellere petrã, ſuper quam Chriſtus ſui gre-
gis ouile ædificauit. Etiam nunc nobiſcũ fuit, qui olim in Babylone fornacẽ ignis extin Dan. 3.
xit. Quomodo putatis ingemiſcit hodie diabolus, conatus ſui fructũ in quo uoluit nõ
aſſecutus? Vicinũ em̃ eccleſiæ rogũ hoſtis ille incendit, quo noſtros ſucceſſus deuaſta-
ret: & flãma ipſa uiolentis illius flatib. uentilata ſuper ſubiecta ſibi ædificia diffundeba
tur, & uicinum depaſcebat̃ aerem, templa ipſa cõtingere coacta, & nos ad calamitatis
ſocietatẽ protrahebat. Verũ ſaluator in eũ qui incẽdit ipſam diffundi fecit, & ut inſaniã
ſuã rurſus in ſeipſum cõtraheret, imperauit. & inſidiarũ quidẽ arcum diabolus præpara
uit, uerũ telũ immittere prohibitus eſt: imò potius immiſit quidẽ, uerũ in caput ipſius
cõuerſum eſt. Ipſe amaras illas lachrymas profundit, quas uobis præparauit. Cæterũ fa
ciamus ô fratres uulnus hoſti grauius, augeamus ipſi luctũ. Id quomodo fieri poſſit, di-
cam quidẽ ego, uos aũt faciatis. Sunt quidã ex prædominio ignis à cõditore erepti, &
nullũ de cætero uitæ ſumptũ ipſis reliquũ habentes, ſed ſola anima ac corpore è pericu
lo elapſi. Nos igit̃ qui periculo nõ guſtato illæſi permãſimus noſtras facultates cõmu-
nes illis opponamus, uix ſeruatos fratres amplectamur, unuſquiſq; ad unũquenq; dica-
mus: Mortuus erat, & reuixit perditus erat, & inuẽtus eſt: & cognatũ nobis corpus cõ Luc. 15.
tegamus: opponamus hoſtis inſultationib. noſtrã conſolationẽ, quo etiãſi læſit ille, ni-
hil magni læſiſſe uideat̃, & illato bello nullũ uictũ oſtendiſſe: & quamuis fratrũ faculta-

tes abſtulit, à noſtra liberalitate uictus appareat. Vos uerò fratres qui incendij pericu-
lum effugiſtis, ne uehementer doleatis ob ea quę acciderũt mala, neq; mẽte cõmouea-
mini: ſed mœroris caliginem excutite, & ratiocinationibus uirilioribus uſi animas ue-
ſtras corroborate: & id quod accidit, coronarũ occaſionẽ facite. Si ẽm incõmoti permã
ſeritis, & fide apparebitis integriores, uelut aurum generoſum ex igne elucentes, & ho
ſti pudorem magis augebitis, ut qui nec lachrymam quidem ſuis inſidijs mouere potue
rit. Commonefacite uoſipſos de Iobi patientia, dicite ad uoſipſos quę ille dixit: Dñs de
Iob.1. dit, Dñs abſtulit: ſicut Domino placuit, ita & factum eſt. Et nemo propter ea quę paſſus
eſt, ſibi perſuadeat, ut reputet ac dicat, quòd profectò nulla prouidentia res noſtras gu
bernet, neq; diſpenſationẽ ac iudiciũ Domini accuſet. Sed ad athletã illum reſpiciat, i-
pſumq; cõſiliarium melioris faciat: reputet uniuerſa ex ordine certamina, in quibus ille
uictor euaſit, & quot iaculis à diabolo petitus, nullã lethalem plagam accepit. Abſtulit
quidem illius domeſticã proſperitatem, & conſilium cępit alternis malorum nuncijs i-
pſum obruendi. Nam dum adhuc prior talem quandã cladem annunciabat, alter nun-
cius ueniebat, grauiorũ rerum triſticiam afferens, malaq; inter ſe cõnectebantur, & ca-
lamitates undarum incurſum imitabant: & prius q̃ priores lachrymæ ſedarent, aliarũ
cauſa afferebatur. Verùm iuſtus uelut ſcopulus in mari eminens ſtabat, tempeſtatis in
ſultus ſuſcipiens, & undarũ uiolentiã in ſpumam cõmutans & gratã illam ad Dominũ
uocem emittebat: Dominus dedit, Dñs abſtulit: ſicut Dño placuit, ita & factũ eſt: & ni
hil eorũ quę acciderunt, lachrymis dignũ duxit: poſtq̃ uerò ueniſſet nuncius quidam,
quod filijs & filiabus conuiuantib. uentus quidã uiolentus cõuiuij ac hilaritatis domi-
cilium incuſſiſſet, tunc ueſtẽ ſolũ dirupit, naturæ cõdolentiam oſtendens, & per factũ
hoc quòd pater liberorũ amans eſſet, teſtatũ faciens. Veruntamen etiã tunc mœrorib.
terminũ ac menſurã imponens, ac pijs illis uocibus factũ ornans, dicebat: Dominus de
dit, Dñs abſtulit: ſicut Dño placuit, ita & factũ eſt: tantum non talia uociferãs, Pater uo
catus ſum, quanto tempore uoluit is qui me patrẽ fecit: auferre mihi rurſus ſobolis co-
ronã ſtatuit, nõ pugno contra ipſum pro his quę ipſius propria ſunt: pręualeat id quod
Dño uiſum eſt: ipſe eſt plaſtes generis, ego uerò organum. Quid ne ſeruũ fruſtra ægre
ferre oportet, & ſententię indignari, quã diſſoluere non poſſum? Talibus uerbis diabo
lum iuſtus ille pupugit: poſtq̃ autem rurſus ipſum uictorem hoſtis uideret, & nullo ho
rum cõuelli poſſe, ipſi carni tentationis machinamentum admouit, & corpus innume-
ris plagis flagellatum, uermium fontes ex ſe producere fecit, & uirum ex regio throno
abductum in ſterquilinio collocauit. Ille uerò etiam dum his afflictionib. impeteretur,
immotus permanſit, & dum corpus lacerabatur, pietatis theſaurum in occulto animæ
Iob.2. tutum à prædone cuſtodiebat. Quum igitur nõ haberet quod de cętero faceret hoſtis,
ad ueterum inſidiarum memoriam deuenit, & uxoris ipſius mente ad impiam ac bla-
ſphemam ſententiam pertracta, per illam concutere athletam tentabat. Et hęc quidem
longo dolori renunciãs iuſto aſtabat, ad terram ſe inclinans, & manus ob ea quæ uide-
bat concutiens, & pietatis fructus ipſi exprobrãs, ac ueterem rerum domeſticarum a-
bundantiam recenſens: præſentia uerò mala oſtendens, & qualem ex qualib. uitam a-
deptus eſſet, & qualem pro multis ſacrificijs ac uictimis mercedem à Domino accepiſ-
ſet: proferebatq; ſemper uerba puſillanimitate muliebri digna, & quæ omnem uirum
perturbare poſſent, ac quantumuis generoſum animũ ſubuertere. Vaga enim & famu
la oberro, regina ſeruio, & ad meorum famulorũ manus reſpicere coacta ſum: & quæ
multos olim benignè nutriui, ex alienis nunc enutrior. Et honeſtius eſſet, inquit, ac cõ-
modius, ut teipſum impijs uerbis uſus de terra excinderes, ita ut gladium iræ condi-
toris acueres, quàm quòd patiens ac perſeuerans in aduerſis, laborem in certaminibus
tibi ipſi ac cohabitanti uxori prolongas. Ille uerò ob hæc uerba, triſticia uelut ob nullũ
priorum malorum affectus, & uultum ira replente, ad uxorem uelut hoſtem conuer-
ſus: Quid, inquit, uelut deſipiẽs aliqua mulier locuta es? Depone, inquit, ô mulier con
ſilium, uſq; quò communem uitam per uerba tua cõtumelia afficis? mentita es in effin-
genda uita mea, uelut non optarim, minimeq; factum uelim, calumniata es etiam uitã
meam per ea quę dixiſti: ex dimidio nunc me impium factum eſſe puto: quãdoquidẽ
unum quidem corpus utroſq; nos nuptiæ fecerunt: tu uerò in blaſphemiam de-
lapſa

lapſa es. Si bona ſuſcepimus de manu Domini, mala nō ſufferemus? Recordare bono- Iob 2.
rum quæ prius habuiſti, cōfer meliora cum deteriorib. nullius hominis uita per totum
beata eſt, ſemper felicē eſſe, ſolius Dei eſt: tu uerò ſi propter præſentia dolore afficeris,
ex præteritis teipſam conſolare. Nunc lachrymas fundis at prius riſiſti: nunc inops de-
gis, at prius diues fuiſti: clarū uitæ laticē bibiſti, & turbidū nunc bibens tolera. Neq; flu
minum fluxus perpetuò puri apparēt: flumē eſt aūt uita noſtra perpetuò fluens, & un
dis alternatim ſuccedentib plenum: partim.n. iam præterfluxit, partim aūt currit: & par
tim quidem iam fontibus proceſsit, partim uerò proceſſurū eſt: & uniuerſi ad cōmune
mortis mare feſtinamus. Si bona ſuſcepimus de manu Domini, mala non ſufferemus?
Cogimus iudicē cōſimiles res ſuppeditare nobis per æuū. Docemus Dominū quomo
do uitam noſtrā gubernare oportet? ipſe ſuarū ſententiarū poteſtatē habet, quomodo
uult, res noſtras diſponit. Sapiens aūt eſt, & quod utile eſt famulis ſuis ſuppeditat. Ne
curioſius perſcruteris iudiciū Domini. boni cōſule tantū ea quæ ab ipſius ſapientia di-
ſponuntur. Quicquid dederit tibi, id ſuſcipe cum gaudio: oſtende in rebus triſtibus,
quòd etiā priorē lætitiā digna aſſecuta es. Hæc dicens Iob, etiā hunc diaboli inſultū re-
pulit, & perfectū pudorē ipſi de uictoria induxit. Quid igitur hinc conſecutū eſt? Re- Iob 42.
liquit rurſus morbus ipſum, uelut qui fruſtra acceſsiſſet, & nihil amplius perfeciſſet: ef-
floruit ad ſecundā pubertatē caro, reuixit omnib. bonis uita, & duplicatæ diuitiæ un-
diquaq; in domum confluxerūt, ut alterā partem uelut qui nihil amiſiſſet, haberet: alte
ra uerò patientiæ merces iuſto eſſet. Cur autem equos quidē & mulos, & camelos, &
oues, & agros ac omnē ſupellectilis uoluptatē ex duplo recipit, uerùm liberorū nume-
rus æqualis his qui perierant ipſi productus eſt? Quia bruta pecora & omnes diuitiæ
corruptæ, ad perfectū peruenerūt interitū: liberi uerò etiā mortui optima naturæ par-
te uiuebant. Ornatus igitur rurſus alijs filijs ac filiabus à conditore, etiā hanc poſſeſsio
nem duplicatā habebat. Hi enim aderant lætitiā in uita parentibus exhibentes: illi ue-
rò prægreſsi parentē expectabant, tunc omnes circum Iob ſtaturi, quum humanę uitæ
iudex uniuerſalem eccleſiam congregauerit: cum tuba regis aduentū ſignificans, uehe
mentiore ſonitu ſepulchris immiſſo, corporū depoſitū repoſcet. Tunc etiam qui nunc 1.Cor.15.
mortui eſſe uidentur, citius uiuentibus ad uniuerſorum opificem adducentur ac ſiſten
tur. Quapropter opinor duplicatas ipſi reliquas diuitias datas eſſe à Deo, qui iuſtum
duxit, ut liberorū æquali numero contentus eſſet. Vides quot ac quanta iuſtus ille Iob
ex patientia ſibi collegit ac coaceruauit? Et tu itaq; ſi quid tibi moleſtum ab heſterno
incendio, ex dæmonum inſidijs accenſo, exortum acceſsit, hoc ipſum patienter tolera,
& triſticiam ex afflictione melioribus cogitationib. ſopito. Et iuxta id quod ſcriptum
eſt, Iacta curam tuam in Dominum, & ipſe te enutriet. Ipſi gloria in ſecula, Amen. Pſal. 54.

DIVI BASILII MAGNI HOMILIA SIVE CONCIO, in ſanctam Chriſti Natiuitatem.

CHRISTI natiuitas genuina illa & prima, ac deitatis ipſius ꝓpria, ſilētio cola
tur: imò magis cogitationibus noſtris imperemus, ne illa inquirant, neq; cu
rioſè ſcrutentur. Vbi enim nō tempus, non ſeculum interceſsit, non modus
excogitatus eſt, nō ſpectator adfuit, nō eſt qui enarret, quomodo imagine-
tur mens ipſa. Quomodo uerò lingua ipſa mentis intelligentiæ inſeruiet? Sed & pater
erat, & filius natus eſt. Ne dixeris quando, ſed prætereas hanc quæſtionē. Ne inquiſie-
ris quomodo: impoſsibilis.n. eſt reſponſio. nam quando, temporale eſt: quomodo au-
tem, lapſum inducit ad corporales modos. Habeo quod dicam ex Scriptura. Quod ue
lut ſplendor à maieſtate, & uelut imago ab exemplari. Sed tamē quandoquidē ratioci-
natio per huiuſmodi reſponſiones ac ſermones tuam curioſitatē non ſedat, ad arcanū
maieſtatis confugio, & confiteor nullis ratiocinationibus animo concipi poſſe, & hu-
manis uerbis inexplicabilē eſſe diuinæ natiuitatis modū. Ne dicas: Si natus eſt, non e-
rat, neq; uerborū maleficio mentes inexpertas corripe, talibus exemplis ueritatē cor-
rumpens, & theologiam fœdans. Natus eſt dixi, quo principiū ipſius, & autorem de-
monſtrem, non ut tempore poſteriorē unigenitum redarguā. Animus porrò tuus per
inania ne eat, in ſecula tranſgrediens filio antiquiora, quę neque ſunt neq; erunt. Quo-
modo enim antiquiora eſſe poſſunt creata eo qui ipſa fecit? At enim imprudens ex

ſpontaneo orationis ductu ac cõſequentia ad id quod fugiebã delatus ſum. Relinquamus igitur ſermones de ſempiterna illa & arcana natiuitate, illud animo uerſantes, ꝙ mens quidem noſtra longè minor rebus eſt: ſermo aũt rurſus multo defectuoſior ꝙ ut mente cõceptis explicandis ſufficiat. Conſiderare igitur oportet, quantus nam ſit delapſus à ueritate ad ſermonẽ. Siquidẽ mens ad naturã incõprehenſibiliũ accedere non poteſt: ſermonis aũt naturam his quæ utcunq; mente concepta ſunt reſpondentẽ inue-
Exod 19. nire impoſsibile eſt. Deus in terra, Deus inter homines, nõ per ignẽ, & tubam, & montem fumigantẽ, aut caliginem & procellam animas audientiũ perterrefacientẽ, legem dans: ſed per corpus manſuetè ac blandè his qui eiuſdem cum ipſo generis ſunt colloquens. Deus in carne, non ex interuallis operans uelut in Prophetis, ſed inſitã & unitam ſibijpſi humanitatẽ adeptus, & per cognatã nobis carnem ſuam, ad ſeipſum humanitatem reducens. Quomodo igitur per unum, inquit ille, in omnes fax hæc peruenit? Quomodo deitas eſt in carne? Quemadmodũ ignis in ferro, non tranſitiuè, ſed diſtributiuè. Non enim excurrit ignis ad ferrum, uerùm manens in loco, diſtribuit ipſi propriam facultatem, & neq; minor fit diſtributione, & participãs totum de ſeipſo replet. Eodem ſanè modo etiam Deus uerbũ, neq; emotus eſt ex ſeipſo, & habitauit in nobis,
Ioan. 1. neq; mutationẽ ſuſtinuit. Et uerbum caro factum eſt, neq; cœlum deſertum erat continente, & terra in proprijs finibus cœleſtem ſuſcepit. Ne cogites delapſum deitatis: nõ enim tranſit ex loco in locum uelut corpora. neque imagineris alteratam eſſe deitatem transmutatã in carnem: immutabile eſt enim id quod immortale eſt. Quomodo igitur, inquit, Deus uerbum corporea debilitate nõ impletum eſt? Dicimus, uelut neq; ignis ferri proprietates tranſſumit. Nigrum eſt ferrum & frigidum, ſed tamen ignitum, ignis formam induit, & ipſum illuſtratur ac candeſit, non nigrefaciẽs ignem, & ipſum inflammatur non frigefaciens flammã: ſic ſanè etiam humana Domini caro, ipſa participauit deitate, nõ propriam debilitatẽ deitati diſtribuit. Aut neq; concedis mortali huic igni æqualiter operari deitatem, ſed affectionẽ circa eum qui omnis affectionis expers eſt, ex humana imbecillitate imaginaris, & dubitas quomodo corruptibilis ex facili natura, ex ſocietate ad Deum corruptibilitatẽ conſeruare potuit? atq; hoc quũ uideas ignẽ (adhuc enim in ſimilitudine hæreo) à rubigine ferri nõ conſumi? Diſce itaq; myſteriũ. Propterea Deus in carne eſt, ut in ipſa deliteſcentẽ mortem occidat. Quemadmodũ enim medicamenta auxiliaria contra uenena, corpori familiaria facta, omnia uenena & corruptionẽ inducentia exuperant. Et quemadmodũ tenebræ in domo exiſtentes, inducta luce diſſoluuntur: ſic mors in humana natura dominium habens, deitatis præſentia diſsipata eſt. Et ſicut glacies in aqua, quandiu quidem nox eſt & umbra, humori dominatur: ubi uerò ſol incaluit, radio ipſius colliqueſcit: ſic regnauit quidẽ mors uſq; ad præſentiã Chriſti: poſtquam autem apparuit gratia Dei ſalutaris, & exortus eſt ſol iuſti-
Rom. 5. ciæ, deuorata eſt mors in uictoriã, ueræ uitæ peſtem non inferẽs. O' profunditatẽ bonitatis & amoris Dei erga homines. A' ſeruitute liberati ſumus, & cur Deus inter homines ſit, rationẽ homines requirũt? quũ adorare oportuerat bonitatẽ. Quid tibi faciemus ô homo? manentẽ in alto Deum nõ inquiſiuiſti, deſcendentẽ ad te & per carnem conuerſantẽ non ſuſcipis. Cæterùm quomodo Deo aſsimilatus es cauſam quæris? Diſce, propterea Deus eſt in carne, quoniã maledictã hanc carnem oportebat ſanctificari: debilẽ, potentẽ reddi: abalienatã à Deo, ipſi aſsimilari: elapſam ex paradiſo, in cœlos duci. Et quæ huius diſpenſationis officina eſt? Virginis ſanctæ corpus. Quæ aũt gene-
Luc. 1. rationis principia? Spiritus ſanctus, & uirtus Altiſsimi obumbrans. Imò potius ipſa E-
Mat. 1. uangelij uerba audi. Quum. n. deſponſata eſſet, inquit, mater eius Maria Ioſeph priuſquam cõgreſsi eſſent, inuẽta eſt grauida ex ſpiritu ſancto. Et uirgo erat, & uiro deſponſata, & idonea ad huius œconomiæ ac diſpenſationis miniſteriũ iudicata eſt quo & uirginitas coleretur, & nuptiæ non uilipenderentur. Et uirginitas quidẽ uelut idonea ad ſanctificationẽ electa eſt per deſponſationẽ uerò nuptiarũ principia aſſumpta ſunt. Simul autem quo etiam domeſticus eſſet puritatis Mariæ teſtis Ioſeph, & non calumnijs expoſita eſſet, uelut quæ uirginitatem contaminaſſet, ſponſum habuit uitæ cuſtodem. Habeo & aliam quandam rationem, quam afferre poſſum, nihilo relatis uiliorem, quod uidelicet idoneũ ad incarnationẽ Domini tempus, olim præfinitũ & à cõdito mundo præ-

prædeſtinatũ tunc inſtabat, in quo oportebat ſpiritũ ſanctum & uirtutẽ altiſsimi, carnẽ illam geſtatricẽ Dei cõſtituere. Quandoquidẽ autem id ſeculũ hominũ, in quo Maria uiuebat, nihil cum puritate Mariæ cõparandũ haberet, ut ſpiritus ſancti operationẽ ſuſciperet, per deſpõſationẽ aũt præoccupata eſſet, electa eſt beata uirgo, nihil læſa uirginitate ex deſponſatione. Relata eſt porrò à quopiam ex ueteribus etiã alia ratio, quòd ad fallendũ principem huius mundi, deſponſatio Ioſeph excogitata eſt. Nam uelut ſubleuatio ac uelamentũ maligno illi, excogitata eſt deſpõſationis circa uirginẽ figura, ut qui iam olim uirgines obſeruabat, ex quo Prophetam dicentẽ audiuit: Ecce uirgo con *Eſa. 7.* cipiet, & pariet filium. Deceptus igitur eſt per deſpõſationẽ, uirginitatis ille inſidiator. Nouerat enim deſtructionẽ regni ſui per carnis Dñi apparitionem futuram. Priuſq̃ cõ *Matt. 1.* greſsi eſſent, inuenta eſt grauida ex ſpiritu ſancto. Ambo inuenit Ioſeph, & imprægnationem & cauſam, quòd ex ſpiritu ſancto. Quapropter timẽs eiuſmodi mulieris uir nominari, clanculum ipſam dimittere uoluit, nõ auſus publicare quõ res ipſius haberent. Quum aũt iuſtus eſſet, aſſequutus eſt myſteriorũ reuelationẽ. Nam dum hæc ipſe animo uerſaret, angelus Domini apparuit ipſi per ſomnium, dicens: Ne timeas aſſumere Mariam uxorẽ tuam. Neq; illud cogita, q; ſuſpicionibus abſurdis obumbrabis peccatum: iuſtus enim appellatus es. Non eſt aũt uiri iuſti iniquitates ſilentio cõtegere. Ne timeas aſſumere Mariã uxorẽ tuã. Oſtendit quòd non moleſtè tulit, neq; faſtidiuit, ſed timuit ipſam, uelut ſpiritu ſancto repletã. Quod enim in ipſa generatũ eſt, ex ſpiritu ſancto eſt. Et hinc manifeſtũ eſt, quòd non iuxta cõmunem naturã carnis Dñi cõpages facta eſt: ſtatim enim carne perfectus erat cõceptus, & non performationes paulatim efformatus, uelut ipſa uerba indicant. Non enim dixit, Quod conceptum eſt: ſed, quod generatum eſt. Ex ſanctitate igitur compacta caro, digna erat ut deitati unigeniti uniretur. Paries autem filium, & uocabis nomen eius Ieſum. Obſeruauimus quòd quibus d induſtria nomina imponuntur, his ſubiectæ naturæ indicationẽ habent, uelut Abraham, & Iſaac, & Iſrael. Horum enim ſinglorum appellatio, nõ magis corporis figuram, quàm perpetratæ ab ipſis uirtutis proprietatem ſignificabat. Quapropter etiam nunc Ieſus appellatur, hoc eſt, Salus populi. Iam uerò etiam myſterium ante ſecula conſtitutum, & olim per prophetas prædicatũ, euentũ habuit: Ecce uirgo cõcipiet, & pariet filium, & uocabunt nomen ipſius Emanuel, q̃d ſignificat nobiſcum Deus. Rurſus etiã illa appellatio totius myſterij declarationẽ habet, quòd Deus inter homines. Nã aliter interpretari nõ eſt, inquit, Emanuel, quàm nobiſcũ Deus. Et nemo peruertatur Iudaicis calumnijs, qui aiunt, nõ uirginem, ſed puellam dictam eſſe à propheta. Ecce enim, inquit, puella concipiet. Primùm equidẽ omniũ abſurdiſsimũ eſt, id quod à Dño pro ſigno datum eſt, idipſum cõmune & ab omni natura cõfeſſum eſſe uideri. Quid enim ait Propheta? Et ſtatuit Dominus loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi ſignum in profundum aut in altum. & dixit Achaz: Non petam, neq; tentabo Dominum. Deinde paulo pòſt inquit: Propterea dabit Dominus ipſe uobis ſignum. Ecce uirgo in utero cõcipiet. Quandoquidem enim non petiuit Achaz, neq; in profundũ, neq; in altum ſignum (quo diſceres quòd q deſcẽdit in inferiores terræ partes, ipſe eſt & qui aſcẽdit ſupra omnes cœlos) ipſe Dominus ſignum dedit, atq; id ipſum ſignum mirabile quiddam ac monſtroſum, & multum à cõmuni natura euariãs ac diuerſum. Eadem mulier & uirgo & mater, & in ſanctitate uirginitatis manens, & benedictionem generationis liberorũ ſortita. Si uerò aliqui, qui Hebraicam uocem interpretati ſunt, pro uirgine puellam reddiderunt, idipſum nihil uitiat ſermonem. Inuenimus enim in conſuetudine Scripturę, puellam pro uirgine ſæpenumero accipi. Velut in Deuteronomio ait: Si quis inueniat *Cap. 22.* puellam uirginem quę non deſponſa eſt, & ui illata dormierit cum ipſa, & inuẽtus fuerit, dabit homo qui dormiuit cum ipſa, patri puellę quinquaginta didrachma. Et excitatus aſſumpſit uxorẽ ſuam. Et affectu & amore, & omni ad cohabitantes pertinente ſtudio, uxorẽ ſuam eſſe putans, à nuptialibus operibus abſtinuit. Non enim cognouit ipſam, inquit, donec peperiſſet filium ſuum primogenitũ. Hoc porrò iam ſuſpicionẽ prębet, quaſi poſtea q̃ purę generationi Dñi per ſpiritum ſanctũ perfectę inſeruierit, debita nuptijs opera Maria non abnegarit. Nos autem, etiamſi hoc nihil pietatis rationem uitiet: nã uſq; ad diſpẽſationis miniſteriũ neceſſaria erat uirginitas: quod uerò deinceps conſe-

cõſecutũ eſt,nullã curioſitatẽ rationi myſterij exhibet. Tamen ut ne eorũ qui Chriſtũ amant aures ſuſcipiant,ꝙ deipara aliquando uirgo eſſe deſijt, illa teſtimonia ſufficiẽtia eſſe putamus. Ad hoc quidẽ ꝙ non cognouit ipſam,donec peperiſſet filium ſuũ ꝙ particula donec in multis quidẽ locis quandã tẽporis determinationẽ ſignificare uidetur, reuera aũt indefinitũ indicat. Quale eſt id quod à Dño dictũ eſt:Ecce ego uobiſcũ ſum omnibus diebus uſq; ad cõſummationẽ ſeculi. Nõ enim profectò poſt hoc ſeculũ Dñs cum ſanctis futurus nõ eſt,ſed promiſsio præſentis,nõ eſt amputatio futuri. Eodẽ itaq; modo etiã hoc loco,uocẽ Donec acceptã eſſe dicimus. Quãdoquidẽ aũt dictũ eſt primogenitũ,nõ omnino primogenitus cõparationem habet ad ſuccedentes.ſed qui primum aperit uterũ,primogenitus nominat̃. Declarat autem & Zachariæ hiſtoria,ꝙ per omne tempus & in totum Maria uirgo permanſerit. Sermo enim quidã fertur,atq; hic ex traditione ad nos delatus: ꝙ Zacharias, quum Mariam in uirginũ locum poſt Dñi partum adſcripſiſſet, à Iudæis occiſus eſt inter templum & altare, accuſatus à populo: uelut per hoc cõfirmans admirabile illud & decantatũ ſignum, Virginẽ quæ genuit,& uirginitatẽ nõ corrupit. Quum autem natus eſſet in Bethlehem ciuitate Iudæ̨ temporibus Herodis regis, ecce Magi ab oriente acceſſerunt Hieroſolyma, dicentes: Vbi eſt ille qui natus eſt rex Iudæorũ? Magi gens Perſica ſunt,incantationibus ac uaticinationibus & naturalibus cõtrarietatibus intenti,& circa ſublimium rerum obſeruationem occupati. Huius uaticinationis etiã Balaam particeps fuiſſe uidetur, qui accerſitus eſt à Balac,ut per uerba quædam deuoueret & execraretur Iſrael. Qui ſanè in quarta parabola ſua talia de Dño dicit:Homo uidens,inquit, audiens oracula Dei, ſciens ſcientiã altiſsimi,& qui uiſionem Dei uidit,oculi ipſius in ſomno reuelati,oſtendã ipſi, ſed non nunc. Beatum dico, & nõ appropinquat. Orietur ſidus ex Iacob,& exurget homo ex Iſrael. Quapropter iuxta ueteris hiſtoriæ mentionẽ,locũ Iudæ̨æ inquirentes, uenerunt ut diſcerẽt ubi eſt qui natus eſt rex Iudæorũ. Fortaſsis aũt & potentia apparitioni Dñi aduerſante,de cætero debiliore facta, efficaciã ipſius ſolutam ſentientes,magnã potentiam nati atteſtati ſunt. Et propterea quũ inueniſſent puerum,adorauerũt ipſum in muneribus. Magi aliena à Deo & peregrina à teſtamẽto ac fœdere gens primi adoratione digni facti ſunt, propterea quòd teſtimonia ab hoſtib. magis fide digna ſunt. Si enim Iudæi primi adoraſſent,cognationẽ ſuam iactare ac oſtentare putati fuiſſent:nunc aũt nulla cognatione ipſum attingẽtes uelut Deũ adorauerunt,quo familiares ac cognati damnentur qui hunc crucifixerunt,quem alienigenę adorauerũt. Quandoquidẽ uerò cœleſtiũ motibus intenti erãt, non negligenter admirabile hoc & inopinatũ cœli ſpectaculum cõtemplabantur,ſtellam nouam & inconſuetam in natiuitate Dñi exortam. Et nemo Aſtrologiæ cõſtitutionem ad ſtellę exortum trahat. Qui enim natiuitates inducunt, ex iam exiſtentibus ſtellis,talem uel talem habitum ac figurationẽ,unicuiq; eorum quæ in uita accidunt cauſam eſſe ſtatuũt: hic autem nulla exiſtentiũ ſtellarũ regiã natiuitatem ſignificauit, neq; ipſa una ex conſuetis erat. Quæ enim ab initio creatæ ac conditę ſunt,aut omnino immobiles ſunt,aut motum indeſinentẽ habent: hæc autem utrunq; habere uidetur, nam & mouetur & ſtat. Et inter eas quidem quæ iam ſunt fixę nunquam mouentur,planetæ uerò ſiue erroneę nunquam conſiſtunt: hæc autem ambo in ſeipſa habens,& motũ & ſtationem, palàm declarat ſe ad neutras pertinere. Mota eſt enim ab orientibus uſq; ad Bethlehem:ſtetit autem ſupra locum,ubi erat puer. Quapropter commoti Magi ab orientibus,ductum ſtellæ ſequentes, quum perueniſſent in Hieroſolyma,omnem aduentu ſuo conturbauerunt ciuitatem,& timorem regi Iudæorum inculſerunt. Quum igitur inueniſſent quem quærebant, muneribus ipſum honorauerũt,auro & thure & myrha. Fortaſsis etiam in hoc prophetiã Balaam ſequentes,qui de Chriſto talia dixit:Reclinatus requieuit ut leo, & ut catulus leonis, quis excitabit eũ? Qui benedicũt te,benedicti ſunt: & qui execrant̃ te,execrabiles. Quandoquidem igitur per leonẽ regalitatem ſermo indicat,per reclinationem autem affectionem:per potentiã uerò benedicendi,deitatem:magi prophetiam ſequentes,uelut regi aurum,ueluti morituro myrrham obtulerũt,uelut Deo thus. Nec uerò illud his qui curioſe ea quæ ad locum pertinent excipiunt,dicere licet,quòd ſtella cometis ſiue crinitis appellatis ſimilis erat, qui ſanè maximè uidentur Regum ſucceſsiones ſignificare,

in cœlo

Mat.28. Mat.2. Num.23. Num.24.

in cœlo cõſiſtentes. Nam immobiles ferè in totũ ſunt, in circunſcripto lo co exuſtione cõtingente. Cometæ enim & trabes & foueæ, diuerſæ figuræ ſunt, & appellationes figuris peculiares. Omnium aũt generatio eadem eſt. Quum redundãs circum terrã aer, in ætheriũ locum diffuſus fuerit, & uelut materiã igni exhibens, id quod craſſum & cõturbatũ ex illa exhalatione eſt, euidentẽ ſtellæ imaginationẽ exhibuerit. At uerò ſtella quæ ab oriente apparuit, & quæ Magos ad nati inquiſitionẽ excitauit, rurſus inconſpicua latebat, donec dubitãtib. ipſis in Iudæa iterũ apparuit, ut audirẽt cuius eſſet, & cui inſeruiret, & propter quem nata eſſet. Progreſſa enim ſtetit ſupra locum ubi erat puer. Quapropter etiam quũ uidiſſent ſtellã Magi, gauiſi ſunt gaudio magno. Suſcipiamus itaq; etiam nos hoc magnũ gaudiũ in cordibus noſtris. Hoc.n. annunciãt angeli paſtoribus, cum Magis adoremus, cum paſtorib. glorificemus, cũ angelis tripudiemus: quia natus eſt nobis Saluator, qui eſt Ieſus Chriſtus Deus Dominus. Et apparuit nobis non in forma Dei, ne id quod debile eſt cõſternaret: ſed in forma ſerui, ut id quod in ſeruitutem redactũ erat, liberaret. Quis adeò torpente præditus eſt anima, quis adeò ingratus eſt, ut nõ gaudeat & exultet & præſentib. exhilaretur? Commune feſtũ omnis creaturæ hoc eſt. In ipſo ſupermũdano angelos mittũt ad Zachariã, ad Mariam, & choros angelorum ſtatuũt dicentes: Gloria in altiſsimis Deo, & in terra pax, inter homines bona uoluntas. Stellæ diſcurrunt ex cœlo, Magi excitãtur ex gentibus, terra excipit in ſpelunca. Nemo inutilis eſt, nemo ingratus. Eloquamur & nos uocẽ aliquã exultationis. Indamus nomen feſto noſtro, Theophania, hoc eſt apparitio Dei: celebremus ſalutaria mundi, natalẽ incarnationis diem. Hodie ſoluta eſt cõdemnatio Adam. Non amplius terra es, & in terrã reuerteris: ſed cœleſti cõiunctus, ad cœlum aſſumeris. Non amplius in mœrore paries filios: beata.n. eſt quæ peperit ipſum Emanuel, & ubera quæ nutriuerunt. Propterea natus eſt nobis filius, & datus eſt nobis: cuius princpatus eſt in humero ipſius. Efflorеſcit cor meum, & mens inſtar fontis ſcaturit: ſed breuior eſt lingua, & hebetior ſermo, q̃ ut tantã gaudij magnitudinẽ annunciare poſsim. Cogita mihi, uelut Deo cõuenit Domini incarnationẽ, immaculatã & impollutã deitatẽ, etiamſi in materiali natura gignatur: affectuoſitas corrigitur, non ipſa affectione impletur. Non uides ſolem etiam in cœno eſſe, & ſordidis affulgere, & graueolentia non frui nec participare? Imò uice uerſa eorum quibus ſufficienter cõuerſatus fuerit putrefactiones reſiccat. Quid igitur times de affectionis experte ac pura & incorruptibili natura, ne aliquã de nobis maculã aſſumat? Propterea natus eſt, ut tu per cognatũ purgeris: propterea augeſcit, ut per familiaritatẽ aſsimileris ac conſors fias. O' profunditatẽ bonitatis & amoris Dei erga homines, propter excellentiã donorum, fidem non habemus benefactori. Propter magnam heri humanitatẽ, ad ſeruitutem rebellamus. O' abſurdam hanc & malignam ingratitudinẽ. Magi adorant, & Chriſtiani inquirũt, quomodo Deus in carne, & quali carne, & num perfectus homo aut imperfectus aſſumptus ſit. Sileantur ſuperflua in eccleſia Dei, glorificentur fide corroborata, ne curioſius inueſtigentur ſilentio præterita. Illis te ammiſce, qui cum gaudio Dominum ex cœlis ſuſceperunt. Cogita quòd docentur paſtores, quòd uaticinantur pontifices, quòd lætantur mulieres, quòd Maria gaudere iubetur à Gabriele, quòd Elizabeth in ipſis uiſcerib. exilientẽ Ioannem habebat. Anna confitebatur & euangelizabat, Simeon in ulnas ſuſcipiebat, in paruo infante magnũ Deum adorantes: non eum quem uident contemnentes, ſed deitatis ipſius maieſtatẽ glorificantes. Apparebat.n. uelut lumẽ per uitreas membranas, per humanũ corpus diuina uirtus reſplendens his qui habent oculos cordis depurgatos: cum quibus utinam & nos inueniamur, reuelata facie maieſtatẽ Domini intuentes, & à gloria ad gloriam transformati. Ipſi gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

Mat. 2. · Luc. 2. · Philip. 2. · Luc. 2. · Gen. 3. · Luc. 2.

DIVI BASILII MAGNI CONCIO AD ADOLESCENTES, quomodo ex Græcis autoribus utilitas capienda ſit.

MVLTA ſunt quæ me inuitant ad cõſulendũ uobis filij, ea quæ optima eſſe iudico, & quæ profutura uobis arripientib. ſcio. Nam & quod ad hoc ætatis peruenerim, & q̃ per multa negocia iam exercitatus ſim: imò & q̃ mutatiõis in utranq; partẽ omnia docẽtis, abũdè particeps factus ſim, expertũ me eſſe rerũ humanarũ fecit, ut his qui recens uitã conſtituũt, uelut uiam ſecuriſsimã oſtendere poſsim.

poſsim. Et ſanè familiaritate ac neceſsitudine à natura ſtatim poſt parentes uobis con-
iunctus ſum, ut neq; ipſe minus quippiã beneuolentiæ quàm patres ueſtri in uos con-
feram. Vos aũt puto, niſi me animus ueſter fallit, ne deſiderare quidẽ parentes, dum ad
me reſpicitis. Siquidem igitur promptè exceperitis ea quæ dicũtur, ſecundi ordinis lau-
datorum ab Heſiodo eritis: ſin minus, ego quidẽ nihil dixerim moleſtius. Ipſi uerò me-
miniſtis uerſuũ, nimirũ in quibus ille dicit: Optimũ quidẽ eſſe eum qui ex ſeipſo ea quę
decẽt perſpicit: bonũ autem etiam illum qui demõſtrata ab alijs ſequitur: qui uerò ad
neutrũ idoneus eſt, eum ad omnia inutilẽ eſſe. Neq; uerò admiratione duci debetis, ſi
uobis quotidie ad præceptores euntibus, & cum præſtantiſsimis tum doctrina, tum e-
loquentia ueterib. uiris, per ea quę reliquerunt ſcripta cõuerſantibus, ipſe quiddã con-
ducibilius ex me ipſo inueniſſe dico. Hoc quidẽ igitur ipſum etiam conſulturus uobis
adſum: nimirũ non oportere in totum uiris his, uelut nauigij, ita animi ueſtri guberna-
cula cõcredere, & quacunq; duxerint, hâc ſequi: ſed quantũ utile eſt ex ipſis aſſumere,
& noſſe quid oporteat contemnere. Quæ´nam igitur ſint hæc, & quomodo diſcerna-
mus, hoc ipſum ſanè docebo inde exorſus. Nos ô filij nullius omnino rei eſſe humanam
hanc uitã ſentimus, neq; bonũ quiddã penitus putamus, neq; nominamus, quod utilitatẽ
nobis hucuſq; exhibet, non progenitorũ claritudinẽ, non corporis robur, nõ pulchritu-
dinem, nõ magnitudinẽ, nõ ab hominib. omnib. honores, nõ regnum ipſum, non quic-
quid quiſpiam dicere magnũ ex rebus humanis poſsit: ſed neq; optione dignũ iudica-
mus, neq; habentes reſpicimus, uerùm longius ſpe procedimus, & ad alterã uitam pa-
randam omnia facimus. Quæ quidẽ igitur ad hanc nobis cõducunt, ea amplecti & om-
nibus uiribus perſequi oportere exiſtimamus: quæ uerò ad hanc non attinẽt, uelut nul-
lius rei digna cõtemnere. Quæ uerò hæc ſit uita, & quatenus ac quomodo ipſam uiue-
mus, longius ꝗ pro præſenti inſtituto fuerit exequi, & maiores ꝗ uos eſtis auditores
ad audiendũ requiſierit: tantũ tamen loquutus, ſufficiẽter fortaſsis uobis oſtenderim.
Quòd ſi quis omnẽ ſimul ex quo homines nati ſunt ſermone cõplexus, in unũ coacer-
uet felicitatẽ, ne minimę quidẽ parti bonorũ illorum inueniet adæquandã: ſed uniuer-
ſa in hac bona plus à minimo illorũ dignitate diſtantia, ꝗ quantũ umbra & ſomniũ à re-
bus ueris abſunt. Imò ut magis proprio utar exemplo, quanto anima in omnib. pręſtan-
tior eſt corpore, tanta eſt & utriuſq; uitæ differentia. Et ad hanc ſanè ducũt ſacri ſermo-
nes per arcana nos erudiẽtes. Quamdiu tamẽ præ ætate profunditatẽ intelligẽtiæ ipſo-
rum audire ac aſſequi poſsibile non eſt, in alijs nõ penitus diſtantibus, uelut in umbris
quibuſdam & ſpeculis, interim animę oculis præexerceamur, eos qui in militarib. prę-
exercitamẽta faciunt imitantes, qui ſanè in manuũ agitationib. ac ſaltationib. experien-
tiam adepti, in certaminibus lucro ex ludo ac luſu fruuntur. Et nobis utiq; certamẽ om-
niũ certaminũ maximũ propoſitũ eſſe, putare oportet, pro quo omnia nobis pro uiri-
bus & facienda & tolerãda ſunt. Ad huius præparationẽ, & cum poetis & hiſtoricis ac
rhetoribus, & omnib. hominibus cõſuetudo habenda eſt, unde aliqua ſaltẽ utilitas ad
animæ curã acceſſura eſt. Quemadmodũ igitur tinctores, ubi præparauerũt prius cura-
tionibus quibuſdã quodcunq; tandem fuerit quod tincturã excipiet, ita tandẽ florem
inducunt, ſiue purpura ſiue aliud quid ſit: eodẽ ſanè modo etiã nos, ſi ineluibilis nobis
permanere debet honeſti gloria, externis utiq; his præinitiati, deinde ſacras & arcanas
doctrinas audiemus ac aſſequemur. Et uelut in aqua ſolem uidere aſſueti, ſic ipſi luci o-
culos admouebimus. Si quidẽ igitur eſt quædã familiaritas doctrinis inter ſe, ualde u-
tilis fuerit nobis ipſarum cognitio: ſin minus, tamen inter ſe cõparare, & diſcere diuerſi-
tatem, nõ parum cõfert ad confirmationẽ potioris. Sed & ſi utramq; doctrinã alicui rei
aſsimulaueris, imaginẽ aſſequeris. Certè quemadmodũ plantæ uirtus propria eſt matu-
ro fructu turgere: addũt autem aliquid ornatus etiã folia, dum circum ramos cõcutiun-
tur: ſic profectò etiam animæ, præcipuè quidẽ fructus eſt ueritas ipſa, non ingratum ta-
men etiam externã ſapientiã circundatã eſſe, uelut folia quædã, & tegumentũ fructui,
Exod.11. & aſpectũ nõ iniucundũ exhibentia. Dicitur itaq; etiã Moyſes ille magnus, cuius maxi-
mũ eſt in ſapiẽtia apud omnes homines nomẽ, in Aegyptiorũ diſciplinis mentẽ exer-
citaſſe, atq; ita ad ueritatis ſpeculationẽ acceſsiſſe. Conſimiliter aũt huic, etiam in poſte-
rioribus temporibus ſapientẽ Danielẽ in Babylone Chaldæorũ ſapientiã addidiciſſe,
& tunc

& tunc ſacras doctrinas attigiſſe tradũt. Cæterũ ꝙ quidem non inutiles ſunt animis ex
ternæ hæ diſciplinæ, ſufficiẽter dictum eſt: quõ uerò ipſarum participes fieri uos opor-
teat, cõſequens fuerit dicere. Primũ equidẽ his quæ Poetis dicunt̃, ut hinc initiũ ſumã,
quandoquidẽ uarij ſunt, nõ omnibus conſequenter animũ aduertere oportet: ſed quũ
bonorũ uirorũ actiones aut ſermones nobis recẽſuerint, eos complecti ac imitari, & q̃
maximè conari ut tales ſimus. Quũ uerò ad flagitioſos homines peruenerint, tum fuge
re oportet ne imitemur, obturatis auribus, non minus q̃ Vlyſſem aiunt illi Sirenum cã
tus. Nam ad uitioſos ſermones conſuetudo, uia quædã eſt ad res ipſas. Quapropter om
ni cuſtodia anima adſeruanda eſt, ne per ſermonũ uoluptatẽ aliquid deteriorum impru
dentes ſuſcipiamus, quẽadmodũ hi qui uenena cum melle admittũt. Non itaq; laudabi
mus Poetas, neq; conuiciantes neq; cauillantes, nõ amãtes aut ebrios imitãtes, nõ quũ
plena menſa & cantilenis diſſolutis felicitatẽ metiunt̃. Minimè uerò omniũ de dijs diſ-
ſerẽtibus intenti ſimus, & maximè quũ de ipſis ut multis & nõ cõſentiẽtibus tractarint.
frater eñ apud illos ſeditionẽ agit aduerſus fratrẽ, & parẽs aduerſus liberos: & his rur-
ſus aduerſus parẽtes implacabile bellũ eſt. Adulteria aũt deorũ & amores, cõmixtiões
in propatulo, & has pręſertim ſumi omniũ & maximi Iouis, uelut ipſi dicũt: quas ſi quis
etiã de brutis pecorib. recẽſeat erubeſceret, his qui in ſcenis uerſant̃ relinquamus. Eadẽ
hęc etiã de ſcriptorib. ac hiſtoricis dico, & maximè quũ audiẽtiũ animis delectãdis hi-
ſtorias ſcribũt. Sed & rhetorũ circa mentiendũ artẽ nõ imitabimur. Neq;.n. in iudicijs,
neq; in alijs actionibus, cõmodũ eſt nobis mẽdaciũ, qui rectã & uerã uitę uiã præelegi
mus, quib. nõ litigare lege pręceptũ eſt. Sed illa ipſorũ potius recipiemus, in quib. uirtu
tem laudarũt, aut prauitatẽ uituperarũt. Quẽadmodũ.n. homines florib. uſq; ad odoris
iucunditatẽ aut colorẽ fruũtur, apes uerò etiã mel ab ipſis ſumũt: ſic ſanè etiã hic, qui nõ
ſolum iucunditatẽ & uenerẽ eiuſmodi orationũ perſequuntur, his etiã utilitatẽ quandã
ab ipſis in animũ reponere licet. Quaꝓpter iuxta totã apũ ſimilitudinẽ, orationũ parti-
cipes nos fieri cõuẽit. Illę.n. neq; ad oẽs flores cõſimiliter accedũt, neq; etiã eos ad quos
aduolãt, totos auferre tẽtant: ſed quantũ ipſis ad mellis opificiũ cõmodũ eſt accipiẽtes,
reliquũ ualere ſinũt. Et nos ſanè ſi ſapiamus, quantũ ſincerũ eſt & ueritati cognatũ ab ip
ſis adepti, ꝙ reliquũ eſt trãſiliemus. Et quẽadmodũ ubi roſeti florẽ decerpimus, ſpinas
deuitamꝰ: ſic etiã in huiuſmodi orationibus, quãtũ utile eſt adepti, noxiũ uitabimꝰ. Sta
tim igit̃ ab initio ſingulas diſciplinas cõſiderare, & ad finẽ coaptare cõuenit, iuxta Do
ricum prouerbiũ, lapidẽ ad funiculũ ducẽtes. Et quãdoquidẽ per uirtutẽ ad uitã illã no
ſtram nos peruenire oportet, ad hãc aũt multa poetis, multa ſcriptoribus, multo plura
adhuc philoſophis decãtata ſunt, talib. orationib. maximè animus aduertẽdus eſt. Non
modica eñ utilitas eſt, familiaritatẽ quandã ac cõſuetudinẽ uirtutis animis adoleſcẽtiũ
ingenerari: qm̃ quæ à talibus diſcuntur, inconcuſſa permanere ſolent, propter animarũ
teneritudinẽ in profũdũ inſculpta ac impreſſa. Aut quid tandẽ aliud Heſiodũ cogitaſſe
putemus, ut faceret uerſus illos quos oẽs canũt? an nõ ut adhortaret̃ adoleſcẽtes ad uir
tutẽ? Quòd uidelicet aſpera eſt primũ & inuia, & multo ſudore ac labore plena, accli-
uiſq; ad uirtutẽ ducẽs uia. Quaꝓpter nõ eſt cuiuſuis accedere ad ipſam, ꝓpter rectitudi
nẽ, neq; facile eſt etiãſi quis acceſſit, ad ſummũ peruenire. Si uerò quis ſurſum per latus
in ſummo cõſiſtat, lęuis & pulchra faciliſq; ac expedita exiſtit. & iucũdior q̃ altera quę
ad uitiũ ducit, quã aceruatim ex propinquo arripi poſſe, idẽ ille poeta dixit. Mihi equi-
dẽ nihil aliud uidet̃ q̃ nos ad uirtutẽ cohortari, & hæc recẽſere oẽs ut boni ſimus ꝓuo-
cãdo, & ut ne emolliti ad labores ante finẽ deſiſtamus. Quin & ſi quis alius cõſimiliter
uirtutẽ celebrauit, etiã ad huius ſermões ꝓgreſſi ipſos recipiamus. Quẽadmodũ porrò
ego è q̊dã uiro docto, & in aſſequẽda poetę ſentẽtia ualde excellẽti audiui, tota Home
ri poeſis laus eſt uirtutis, & omnia ipſi ad hoc tẽdunt. quę nõ iuſti operis ornandi gratia
ſunt adiecta. Non minus aũt etiã ea, in quib. exercitus Cephalenorũ ducẽ nudũ ex nau
fragio ſeruatũ, finxit primũ quidẽ reueritã eſſe reginã, ꝙ ſolus apparuiſſet, tantũ aberat
ut turpitudinis damnaret̃ nudus cõſpectus ſolus, quandoquidẽ uirtus ꝓ ueſtib. ipſum
exornarat. Deinde uerò etiã reliquis Phęacib. quãtiuis precij dignũ iudicatũ eſſe, ut re-
lictis delicijs in quib. uiuebãt, ad illũ reſpicerẽt, & oẽs æmularent̃ & nullũ ex Phęacib.
tũc tẽporis fuiſſe, q aliud quid magis in uotis haberet, q̃ ut Vlyſſes eſſet, & hoc ex nau-
fragio ſeruatꝰ. In his.n. dicebat ille ſentẽtiæ poetæ enarrator, tantũ nõ exclamãtẽ dicere

 Homerum,

Homerum, ꝙ uobis uirtutis cura habēda eſt ô homines, quæ & unà cum naufrago enatat, & in terra exiſtentē nudum felicibus Phęacibus honoratiorē reddit. Etenim reuera ſic habet. Reliquæ quidē poſſeſsiones nō magis habentiū ꝙ quorumcunqꝫ tandē uulgarium & eas aſſequentiū exiſtunt, ut quæ uelut in ludo cubus ac teſſera, huc atqꝫ illuc transferūtur: ſola aūt ex poſſeſsionibus uirtus auferri nō poteſt, & apud uiuentes & apud mortuos permanens. Vnde ſanè etiam Solon ad diuites mihi dicere uidetur:

At nos uirtutem non ita diuitijs Permutabimus, eſt etenim poſſeſsio firma
Virtutis, ſed opes iā alter & alter habet.

Cōſimiles his ſunt & Theognidis uerſus, in quibus dicit Deū, quęcunqꝫ tandē dicit, hominibus trutinā aliâs aliter degrauare:

Et iam diuitias, iam nihil eſſe homini.

Quin & Chius ſophiſta alicubi in ſcriptis ſuis cōſimilia his in uirtutē ac uitia ſcripſit. Cui ipſi quoqꝫ animū aduertere debemꝰ: neqꝫ.n. cōtemnēdus uir eſt. Habēt aūt uerba ipſius hoc modo, quātū ſanè ego ſentētiā uiri memoria teneo, quādo quidē ipſa uerba non memini, prætereꝗ ꝙ ſimpliciter ſic dixit citra metrū. Quòd quū ualde iuuenis eſſet Hercules, & fermè hanc ætatē ageret, quā nūc uos, deliberaretqꝫ utrā uiā pergeret, hāc ne quæ per labores ad uirtutē ducit, aut alteram illā facillimā: acceſsiſſe ad ipſum duas mulierculas, easqꝫ fuiſſe uirtutē ac uitiū, & ſtatim quidē ipſas etiā tacētes ab ipſo habitu diuerſitatē manifeſtaſſe: fuiſſe aūt alterā nēpe uitiū, ab arte cōptoria ad pulchritudinē exornatā, & præ delicijs diffluxiſſe, & omnē uoluptatis gregē ex ſeſe appēſum duxiſſe. Hęc ipſa igitur oſtētaſſe, & adhuc plura his promiſiſſe, & Herculem ad ſeipſam trahere conatam eſſe: alterā uerò macrā ac ſqualidam fuiſſe, & intentos oculos habuiſſe, ac talia quædam contrà dixiſſe. Nihil em̄ remiſſum ac diſſolutū promiſiſſe, neqꝫ quicꝗ iucūdū, ſed ſudores infinitos, & labores ac pericula, per totā terram ac mare ſubeunda: pręmiū aūt horū eſſe, Deū fieri, uelut ille inquit. atqꝫ hanc ipſam etiā morientē Herculē inſequutum eſſe. Et fermè oēs qui aliquid nominis in ſapiētia aſſequuti ſunt, unuſquiſqꝫ pro uiribus, aut minus aut amplius, uirtutis laudē in ſcriptis ſuis recēſuerūt: quib. credendū eſt, & conandū ut in uita ſermōes demōſtremus. Nam qui uerbotenus apud alios exiſtētē philoſophiam, opere confirmarit. Solus nempe ſapit, reliqui uolitant uelut umbræ.

Et mihi uideť tale cōſimile eſſe, uelut ſi pictor admirādū quippiā, utpote hominis pulchritudinē imitetur: ipſe uerò talis reuera ſit, qualē in tabulis ille expreſsit. Alioqui ſplēdidè uirtutē in mediū collaudare, & lōgas de ipſa oratiōes extēdere, priuatim uerò uoluptatē temperātię pręferre, & lucrum iuſticię pręponere: ſimile eſſe dixerim ego his ꝗ in agendis comœdijs in ſcena perſonas repræſentāt, qui ſæpenumero uelut reges & optimates ſe inferunt, quū neqꝫ reges ſint neqꝫ optimates, neqꝫ fortaſsis omnino liberi. Deinde Muſicus quidē nō uolens utiqꝫ tolerarit ut diſſona ipſi lyra ſit, & chori præfectus, ut nō ꝗ maximè cōcinnū chorū habeat. Vnuſquiſqꝫ aūt ſeditionē aduerſus ſeipſum aget, & nō cōſentientē uerbis uitā exhibebit: ſed lingua quidē iurauit, mēs aūt iniurata eſt, iuxta Euripidē diceť: Et uideri ꝗ eſſe bonū magis captabitur. Verū hic eſt extremus iniuſticiæ terminus, ſi quid Platoni credere oportet, nimirū uideri iuſtū eſſe eū ꝗ nō ſit. Sermōes ꝗdē igiť ꝗ rerū honeſtarū habēt pręcepta, hoc modo recipiamꝰ. Quādoquidē uerò etiā facta honeſta ueterū uirorū, aut per memoriæ conſequentiā ad nos cōſeruanť, aut in poetarū uel ſcriptorū monumētis extant, neqꝫ utilitatis ex his ipſis imperiti ſimus. uelut uerbi gratia, conuicia iactabat quidā plebeius ac circūforaneꝰ homo in Periclē: hic aūt nō animaduertebat: & per totā diē ꝑſeuerabāt: ille quidē opprobrijs immodicè diuexās ipſum, hic uerò nō curās illū. Deinde ueſpere iam facto & tenebris obortis, quū uix diſcederet, cū lumine ipſum Pericles deduxit, ut ne ipſi corrūperet philoſophiæ ſtudiū. Rurſus ꝗdā Euclidi Megarēſi iratus mortē minatus eſt ac iurauit: hic uerò cōtrà iurauit, & iure iurādo affirmauit ſe placaturū ipſum ac ſe daturū, ut ne quicꝗ ipſi moleſtus eſſet. Quāti pretij eſſe putas taliū exēplorū aliquid in memoriā uenire uiri qui iam ab ira detineť? Nam tragœdię credendū non eſt ſimpliciter dicenti:

In hoſtes ira coarmat manum.

Sed ne exurgere quidē omnino ad animū ira percitū oportet: ſi uerò hoc nō eſt facile factu, tamē uelut frenū ipſi inijcere rationē, & non ſinere ulterius efferri. Verùm reducamus orationē rurſus ad honeſtarū actionū exēpla. Percutiebat quidā Sophroniſci filiū Socratē in ipſam faciē impetu facto: hic uerò nihil reniſus eſt, ſed exhibebat ſe ut ebrio

ſus ille

ſus ille ſe ira exatiaret, ut intumeſceret iã & præ plagis, ſanioſa facies eſſet. Vbi aũt ille à
uerberib. ceſſaſſet, Socrates quidẽ nihil aliud feciſſe dicit, ſed frõti uelut ſtatuæ inſcri-
pſiſſe opificẽ, Ille faciebat, & in tantũ ſanè ſe de illo uindicaſſe. Hæc itaq; in idẽ fermè
cũ noſtris tendẽtia, operęprecium eſſe cẽſeo nos qui tãti ſumus imitari. Nã hoc quidẽ So
cratis, cõſimile eſt illi præcepto, q percutiẽti in maxillã, etiã alterã exhibere cõuenit, in
tantũ uidelicet oportet ultionẽ facere: Periclis aũt & Euclidis factũ ſimile eſt illi, q per-
ſequẽtes ſuſtinere, & ipſorũ irã leniter tolerare oportet, & illi q amicis bona optare, &
nõ mala imprecari oportet. Quare qui in his præeruditus fuerit, is utiq; nõ amplius illis
uelut impoſsibilib. fidem derogabit. Nec uerò pręterierim Alexãdri factũ, qui ubi filias
Darij captiuas haberet, quarũ admirabilis planè pulchritudo fuiſſe prędicatur, ne aſpi-
cere quidẽ dignatus eſt: turpe eſſe iudicãs eũ qui uiros uiciſſet, à mulierib. ſuperari. Hoc
.n. in idẽ cũ illo tẽdit, quod qui aſpexerit mulierẽ ad uoluptatẽ, etiãſi nõ opere adulteriũ
pficiat, tñ quod cõcupiſcẽtiã in animũ aſſumpſit, culpa nõ uacat. At uerò Cliniæ unius
ex familiarib. Pythagorę factũ, difficile creditu eſt noſtris ſpõte accidiſſe ac caſu, nõ tñ ſe
riò imitãtibus. Quid uerò erat quod ille fecit? Quũ liceret ipſi p iuſiurãdũ triũ talẽtorũ
mulctã effugere, exoluit potius q̃ iurauit: & hoc quũ rectè iure iureiurãdo uſurꝰ eſſet,
gnarꝰ ut mihi uidetur, pręcepti q̃d nobis iureiurãdo interdicit. Cęterũ ut ad id quod ab
initio dicebamus, rurſus redeamus, nõ omnia cõſequẽter ex ordine à nobis ſuſcipiẽda
ſunt, ſed quæ utilia ſunt. nã turpe cibos quidẽ noxios nos reijcere, diſciplinarũ aũt quæ
animã noſtrã nutriũt, nullã rationem habere: ſed uelut torrẽtem, omẽ q̃d occurrit attra-
hendo, irruere. Quanq; quã rationẽ habet, gubernatorẽ quidẽ nauis nõ temerè ſe uẽtis
pmittere, ſed ſcaphã ad portũ dirigere. & ſagittariũ ſcopũ petere, quin & fabrũ ferrariũ
ac lignariũ finẽ artis appetere: nos uerò etiã à talib. opificib. ſuperari, in hoc ſanè quod
noſtra pſpicere poſsimus? Nõ pfectò manuariorũ opificũ opificij finis eſt, humanę ue
rò uitę ſcopꝰ nullꝰ eſt, ad quẽ reſpiciẽtẽ omnia facere ac dicere oportet, eũ qui nõ brutis
animãtib. ſimilis futurus eſt. Aut ſic ſanè fuerimꝰ palã uelut nauigia nõ ſaburrata, & nul
la nobis mẽte ad animæ gubernacula deſidẽte, temerè per uitã ſurſum ac deorſum fere-
mur? Sed quemadmodũ in gymnicis certaminib. adde etiã muſicis, illorũ certaminũ ex
citatiões fiũt, quorũ coronæ ſunt, & nemo lucta aut pancratio decertare ſolens, cithara
aut tibia canere ſtudio habet. nequaq; certè Polydamas, ſed ille ante certamẽ in Olym-
pijs currus retinuit currẽtes. & per hos robur cõfirmauit. Et Milo ab aſſumpto illito ſcu
to nõ depellebatur, ſed reſiſtebat dũ impellebatur, nõ minꝰ q̃ ſtatuæ plumbo colligatę
ac cõglutinatę & in ſuma, exercitatiões, certaminũ pręparatiões ipſis erãt. Si uerò Mar
ſyę aut Olympi Phrygũ pulſatiões curioſe ſcrutati eſſent, relicto puluere ac gymnaſijs,
citius utiq; coronas aut gloriã aſſequuti eſſent, q̃ euitaſsẽt, ne ridiculi corporib. eſſent.
Sed neq; Timotheus dimiſsis cantilenis, in palęſtris degebat: neq; eñ tñ in muſica prę
omnib. excelluiſſet, utpote cui tanta artis facultas aderat, ut etiã ad iram animũ excitare
poſſet, p cõcitatã & auſterã harmoniã: ſed & laxare ac mollire rurſus p remiſſam, ſi quã-
do uellet. Quapropter ſanè quũ Alexãdro aliquãdo Phrygiã harmoniã incinuiſſet, ex-
citaſſe ipſum fertur ad arma inter cœnandũ: & rurſus reduxiſſe ad cõuiuas, harmonia la
xata. Tantã uim tũ in muſica, tũ in gymnicis certaminib. exercitatio habet ad finis ade-
ptionẽ. Quãdoquidẽ uerò coronarũ & athletarũ memini, illi ipſi innumera mala ppeſ-
ſi, & undiquaq; robore ſibijpſis aucto, ubi multũ gymnaſticis laboribus inſudarũt, &
multas plagas ex pædotribis pertulerũt, & uictũ nõ iucundiſsimũ, ſed à magiſtris exer
citiorũ pręſcriptũ ſequuti ſunt: & ut ne lõgum faciã, etiã in reliquis ſic degẽtes, ut uita i-
pſorũ ante certamẽ exercitatio ſit certaminis: tũc exuunt ad ſtadiũ, & omnia laborãt ac
periclitãtur, ut oleaſtri coronã accipiãt, aut apij, aut alteriꝰ cuiuſdã eiuſmodi, & uictores
à præcõe prædicẽtur ac pclamẽtur. Nobis aũt quib. premia uitę ppoſita ſunt adeò ad-
mirãda, tũ multitudine tum magnitudine, ut nullius uerbis explicari poſſint, in utrãq;
aurẽ dormientibus, & in multa licentia uiuentib. altera manu arripere cõtinget? Atqui
hoc modo quãtiuis ſanè precij ſecordia in uita fuerit, & Sardanapalus ipſe primas omni
um felicitatis tulerit: aut etiã Margites ille, ſi ita uolueris, quẽ neq; aratorẽ, neq; foſſorẽ,
neq; aliud quicq; eorũ quæ uitæ cõmoda ſunt, Homerus fuiſſe dixit, ſi modò Homeri
hæc ſunt. Sed nũquid potius uerus eſt Pittaci ſermo, q difficilẽ rẽ eſſe dixit, bonũ eſſe?
Per multos enim reuera labores penetrãtib. uix tandem uobis cõtinget bona illa aſſe-

quendi quorũ in ſuperiorib. nullũ exẽplũ in humanis eſſe dicebam⁹. Quare minimè ſegnes eſſe nos oportet, nec cũ modica quiete magnas ſpes ꝑmutare, niſi opprobria ꝑferre uelim⁹, & pœnas ſubire, nõ utiq; hic apud homines, quanq; & hoc nõ paruũ eſt, ſi qs mẽte prçditus ſit: ſed in iudicijs ſiue ſub terra, ſiue ubicũq; in uniuerſo ea exiſtũt. Nã inuolũtarie quidẽ ab officio cõueniẽte delinquẽti, uenia fortaſsis aliqua à Deo cõtigerit: de induſtria uerò deteriora eligenti, nulla excuſatio cõtingere poteſt, ut non multiplex ſuppliciũ ſubeat. Quid igit̃ faciem⁹ dixerit aliquis? Quid aliud q̃ ut animç curã habeamus, & ab omnib. alijs ociũ agamus. Itaq; corpori inſeruiẽdũ nõ eſt, niſi om̃is neceſſitas urgeat, ſed animç ea quç optima ſunt ſuppeditanda ſunt: ita ut ipſam uelut ex carcere, ex ſocietate quã cũ corporis affectiõib. habet, ꝑ philoſophiã liberem⁹, ſimulq; corpus ipſum affectib. ſuperius ac potẽtius efficiamus: uẽtri qdẽ neceſſaria miniſtrãtes, nõ iucũdiſsima, uelut hi q mẽſarũ ſtructores q̃ſdã ac cocos excogitant, & totã terrã ac mare ꝑſcrutant̃, uelut moroſo hero tributa exigẽtes, miſerabiliter occupati, his qui in orco puniũtur nihil tolerabilius ꝑpetiẽtes, palàm in ignẽ fodiẽtes, & cribro aquã ferẽtes, & in ꝑtuſum hauriẽtes doliũ, nullũ laborũ finem habẽtes: tonſuræ aũt & ueſtitus extra neceſſitatem curioſum eſſe, aut aduerſa fortuna utentiũ eſt, aut iniuſtorũ, uelut Diogenes ait. Quare cincinnatũ eſſe & appellari, ſimilter turpe putari oportere cenſeo, uelut meretricari ac ſcortari, aut alienis nuptijs inſidiari. Quid.n. retulerit, ſi qs modò mẽte præditus ſit, ueſte raſa ac ſubtili indutũ eſſe, aut detritũ palliũ geſtare, quãdiu in hoc nullus defectus eſt, ut aduerſus hyemẽ & æſtũ ꝓſit? Sed & alia eodem modo, nõ magis ſuperfluè q̃ neceſsitas exigit parare oportet, & corpus nõ amplius curare q̃ quõ animæ cõmodius eſt. Non.n. minus opprobriũ eſt uiro, q hac appellatiõe uerè dignus eſt, cincinnatũ eſſe & corporis ornatorẽ, q̃ ad aliã quandã affectionẽ ingeneroſo animo prçditũ eſſe. Nã omne ſtudiũ huc cõferre ut corpus q̃ optimè habeat, nõ eſt eius q ſeipſum cognoſcit, nec intelligẽtis ſapientẽ illã admonitionẽ, ꝙ homo nõ eſt id q̃d uidet̃: ſed præſtantiore aliqua ſapiẽtia opus eſt, per quã unuſquiſq; noſtrûm quis nam tandem ſit, ſeipſum cognoſcat. Hoc ipſum uerò nõ expiatã ac purgatã mentẽ habentib. magis impoſſibile eſt, q̃ lippiẽti ad ſolẽ reſpicere. Purgatio aũt ſiue expiatio animæ, ut ſemel & quãtũ uobis ſatis eſt dicã, eſt uoluptates ꝑ ſenſus irrepẽtes ignominioſas ducere, nõ oculos abſurdis eorũ q miracula edũt oſtẽtationib. paſcere, aut ſpectaculis corporũ uoluptatis ſtimulũ immittentiũ, nõ per aures corruptas cantilenas animæ infundere: ex huiuſmodi.n. muſicæ genere, affectiões ex illiberalitatis ac humilitatis progenie, animis inſeri ſolent. Verũ altera muſica nobis inſequẽda eſt, melior illa & ad melius ducens, qua Da-
1.Reg.18. uid ſacrarũ cãtilenarũ poeta uſus, furorẽ regis Saul, uelut tradũt, ſedauit. Narrat̃ etiã Pythagoras in ꝑcaces ac ebrios incidiſſe, ac iuſsiſſe tibicinẽ ꝑcacitatẽ laceſſentẽ, ut mutata harmonia, Doriũ ipſis incineret: eos aũt ſic reſipuiſſe pre cantilena, ut abiectis corollis, uerecũdia ſuffuſi domũ reuerterent̃. Alij uerò ad tibiã Corybãtũ more furijs agitãt, ac debacchãtur, tm̃ refert ſanis aut uitioſis cãtilenis aures impleri. Quare eius q̃ nũc primas obtinet muſicç, minus uos participes fieri oportet, q̃ cuiuſcunq; tandẽ turpiſsimç rei. Porrò ſuffitus omnis generis olfactui uoluptatẽ afferẽtes aeri ꝑmiſcere, aut unguentis ſeſe inficere ac cõfricare, etiã interdicere uobis erubeſco. Quid uerò qs dixerit de eo ꝙ uoluptates, tact⁹ ac guſt⁹ ꝓſequi nõ oportet, q̃ ꝙ hæ cogũt eos q circa ipſarũ capturã occupati ſunt, uelut pecora, ad uentrẽ & ea quæ ſub uẽtre ſunt ꝓnos ac nutãtes uiuere? In ſum̃a totũ corp⁹ cõtemnẽdũ eſt ei q nõ in uoluptatib. ipſius uelut in ſterquilinio defodi uelit. Aut tm̃ ſaltẽ ipſi inhærẽdũ eſt, quãtũ, ut inquit Plato, miniſteriũ philoſophiç poſsidet ac exhibet: cõſimilia fermè dicẽs Paulo q admonet nullã oportere corporis ꝓ-
Rom.6. uidentiã habere, ad cõcupiſcẽtiarũ occaſionẽ. Aut quid differũt hi qui corporis ut q̃ optimè habeat curã gerũt, animã uerò ipſo uſurã quaſi nullius rei negligũt, ab his qui inſtrumentorũ ſtudio tenẽtur, artis uerò ꝑ ipſa operãtis negligẽtes ſunt? Quapropter in totũ uice uerſa caſtigare ipſum ac cõtinere uelut beſtiæ impetus cõuenit, & tumultus qui ab ipſo in anima excitãtur, ratiõe uelut flagro cõpeſcere ac ſedare, & nõ toto laxato freno uoluptatis, mentẽ negligere, ut uelut auriga ab effrenib. equis uiolenter agitatis diſtractus, ducatur: & Pythagoræ meminiſſe, qui ubi didiciſſet aliquẽ ex familiarib. ſeſe & exercitationibus & edulijs ualde probè ſaginare ac carnoſum reddere: itaq; inquit, nõ deſines grauiorẽ tibi ipſi carcerẽ parare? Quare etiã Platonẽ aiunt corporis detrimen-

trimentū proſpexiſſe, & morboſum Atticæ locum, ipſam Academiã de induſtria occupaſſe, ut nimis bonã corporis diſpoſitionē, uelut uitis ſuperfluã fertilitatē excinderet. Ego uerò etiã periculoſam eſſe corporis bonã habitudinē ad ſummū progreſſam à medicis audiui. Itaq; hæc ipſa nimia corporis cura, neq; ipſi corpori cōmoda eſt, & animæ impedimētū eſt. Certè illi ſuccūbere obſequiq; ac inſeruire, manifeſta inſania eſt: at uerò ſi hoc negligere ſtudio habuerimꝰ, nullatenus aliud quicq; rerū humanarū admirabimur. Ad qd.n. ampliꝰ utemur diuitijs, ſi uoluptates ꝑ corpꝰ accedētes ignominioſas ducimus? Ego quidē nō uideo, niſi iuxta draconū fabulã, uoluptatē aliquã afferat theſauris defoſsis incubare. Multū aūt abfuerit, ut q liberaliter erga talia ſe habere eruditꝰ eſt, humile aut turpe quid opere aut ſermone deſignet. Quòd em̄ ſupra neceſsitatē redundat, ſiue Lydium arenæ aureæ ſit ramētū, ſiue formicarū auriferarū opus, tãto plus ignominioſum ducet, quanto minus indiguerit: ipſam aūt neceſsitatē iuxta naturæ neceſſaria, & nō uoluptatib. terminabit. Nam qui neceſſarios terminos exceſſerūt, cōſimiliter uelut hi qui in decliue feruntur, nihil ſtabile habentes ad quod ſe recipiant, nuſquã ab ulteriore delatione interquieſcūt: ſed quanto plura acquiſierint, tanto magis æquali indigent, aut etiam ampliore, ad cōcupiſcentię expletionē, iuxta Execeſtidæ adeò filium Solonem, qui ait: Diuitijs nullum ſtatuunt mortalia finem Pectora.

Verùm ad hæc Theognide utendum eſt præceptore dicente:

Nō ego diuitias moror, aut peto, uiuere tantū De paucis detur, nil ſit ut inde mali.

Ego autem etiam in Diogene admiror omniū ſimul humanarū rerū contemptū, qui ſanè etiam rege magno ſeipſum ditiorē declarauit, ex eo quòd paucioribus quã ille in uita opus haberet. Nobis autem niſi adſint Pythij Myſi talēta, & tot ac tot terrę iugera, & pecorum greges plures quàm numerare poſsimus, nihil ſatis erit? Cæterū uelut ego arbitror, conuenit diuitias abſentes non expetere nec deſiderare: & ſi adſint, nō magis propter poſſeſsionē ipſarum ſe iactare, q̃ ob ſcientiã diſpenſandi ipſas. Nam Socratis illud rectè habet, qui quū diues quidã magnopere ꝓpter pecunias ſuperbiret, nō prius admiraturū dixit, quàm experiretur etiam quòd his uti noſſet. Aut Phidias quidem & Polycletus, ſi ob aurum & ebur ſe magnopere iactaſſent: quorū alter Eleis Iouem, alter Argiuis Iunonem fecit, ridiculi eſſent alienis diuitijs gloriãtes relicta arte, præ qua etiã aurum ipſum iucūdius ac precioſius effectū eſt. Nos aūt humanã uirtutē nō ſufficere ꝑ ſeipſam ad ornatū putantes, minore pudore digna nos facere arbitramur? At ſanè diuitias quidē deſpiciemus, & uoluptates ꝑ ſenſus illabētes ignominioſas ducemus, aſſentationes uerò & adulationes perſequemur? & uulpeculæ Archilochi aſtutiã ac uariegatã uerſutiã æmulabimur? Verùm non eſt q magis fugere debeat uir temperatus, q̃ ad opinionem uiuere, & ea quæ uulgo ac multitudini probantur ſpectare, & nō rectã rationē uitæ ducē facere. Quare etiãſi omnib. hominibus cōtradicere, & ignominiã ac periculū ſubire ꝓ honeſto oporteat, nihil ex his quæ recta iudicata ſunt tollēdū, neq; inuertēdū eſt. Aut ſi quis nō ſe ſic habet, quid ab Aegyptio illo ſophiſta abeſſe ipſum dicemus? qui planta fiebat, & beſtia quū uellet, & ignis & aqua, & in oēs res mutabatur: ſiquidē ſanè etiã ipſe nunc quidē iuſticiã laudabit apud eos qui hanc colūt, nūc uerò cōtrarios emittet ſermones, ubi iniuſticiã probari ac in honore eſſe ſenſerit, quod ipſum adulatores facere ſolēt. Et quēadmodū aiūt polypodē colorē ad ſubiectã terrã: ſic ipſe mētē ac ſententiã ſuã ad familiariū, & eorū cū quibus cōuerſatur ſententiã tranſmutabit. Cæterū hæc quidē alicubi etiã in noſtris orationib. perfectius diſcemus. Quo uerò uelut adumbratio quędã uirtutis in pręſens cōtingat, externis doctrinis circūſcribemur, nec ulterius pergemus. Qui em̄ diligēter ex unaquaq; utilitatē colligūt, his uelut magnis fluminibus, multæ undequaq; acceſsiones cōtingere ſolent. Nam quod dictū eſt, modicū ad modicū deponēdū eſſe, nō magis in argenti additionē, q̃ in cuiuſcūq; tandē ſciētiæ appoſitionē, recte à poeta dictū eſſe, exiſtimare cōuenit. Bias itaq; filio ad Aegyptios abeūti, & percūctanti quid nam faciēdo rem ipſi gratiſsimã facere poſsit? Si uiaticū, inquit, ad ſenectutē tibi cōparaueris, uirtutē nimirū uiaticū dicēs, modicis terminis ipſam circūſcribens, utpote qui humanæ uitæ ſpacio utilitatē ab ipſa terminauit. Ego uerò etiamſi quis Tithoni ſenectã, ſiue Arganthonij dicat, aut etiam longiſsimę apud nos uitę Mathuſalę, qui mille annos minus triginta, uixiſſe dicitur: imò etiam, ſi quis uniuerſum

ex quo facti ſunt homines tempus dimetiatur, uelut puerilẽ intelligentiã ridebo, in longum illud reſpiciens & non ſeneſcent æuum, cuius finẽ aliquẽ intellectu apprehẽdere non datur, non utiq; magis quàm immortalis animæ finẽ ac interitũ ſtatuere: ad quod ſanè ego uos admouerim uiatica cõparare, omnem lapidem iuxta prouerbium mouentes, unde modò aliqua nobis utilitas ad ipſum acceſſura ſit. Neq; uerò q̃a difficilia ſunt hæc & laborem requirunt, propterea pigriores ſimus: ſed memores eius qui adhortatus eſt, q̃ oporteat unũquenq; optimã uitã eligere, & ſperare cõſuetudine ipſam iucundã fore, optima aggredi oportet. Turpe eſt enim pręſentis tẽporis occaſionẽ dimittere, & poſtea aliquãdo quod præteritũ eſt reuocare, quũ nihil amplius nobis anxijs cõtinget. Ego quidẽ igitur quæ optima eſſe iudico partim nũc dixi, partim per omnẽ uitã uobis cõſulã. Porrò quũ tria ſint ægritudinũ genera, optarim uos incurabili illi minimè ſimiles uideri, neq; cõſimilem animi morbũ uos prodere, quali infeliciũ quorundã corpora ſunt obnoxia. Etenim qui ex paruis morbis laborãt, ipſi ad medicos accedũt: qui uerò à maiorib. correpti ſunt ægritudinibus, medicos ad ſe acceſſunt: qui autẽ in immedicabilem penitus atræ bilis morbũ delati ſunt, neq; accedentes admittũt. Hoc ipſum opto ne perpetiamini nunc uos recta conſilia relinquentes.

D. BASILII MAGNI CONCIO IN SANCTVM martyrem Mamantem.

NON ignoro encomiorum coram tam frequenti conuentu magnitudinem: uerùm ſicut hoc ſcio, ſic debilitatem meam ipſe ſentio. Argumentum equidem poſtulat, ut dignum aliquid tanto cõſeſſu dicatur, cum pro ſpe quam in nobis habet, tum pro ipſius argumẽti dignitate. Quandoquidem enim in maxima feſtiuitate hodie martyrum memoriam celebramus omnis mens erecta, omnis auris præparata, & dignum quid ipſo martyre audire geſtiens, etiam ipſo circa martyrem deſiderio Eccleſiam allicit. Nam benigni ac grati filij magna patrũ encomia exigunt, & non patiuntur utiq; ut in dicentis tenuitate magnitudo eorum quæ laudibus uehenda ſunt periclitetur. Quare quanto maior eſt ueſtra promptitudo, tanto maius periculum. Quid igitur faciemus? Quomodo uerò & ueſtras cupiditates explebimus, & ipſi non inutiles à præſentibus diſcedemus? Adhortabimur unamquamq; animam, ut quæ in memoria habuit dum huc acceſſit, ea ſecum in mente renouet, ſicq; ex domeſticis ſe alat, & proprijs uiaticis ſe exhilaret, atq; ſic abeat. Meminiſtis martyris uos, quicunq; per ſomnia fructum de ipſo conſequuti eſtis. Itemq; qui in loco hoc conſtituti, ipſum auxiliarium in orationem habuerunt, quibus nomine uocatus, in operibus aſtitit, quos ex peregrinatione reduxit, quos ex infirmitate erexit, quibus liberos iam uita functos reſtituit, quibus præfinitum uitæ tempus prorogauit. Hæc omnia ubi mihi collegiſtis, ex communi collatione encomium facite, mutuò inter uos diſtribuite, quæ quiſq; nouit ei qui nõ nouit, & q̃ ignorat à gnaro accipiet. Atq; ubi ſic ex cõmuni ſymbolo uos mutuò paueritis, debilitati noſtræ ueniam date. Hæc enim martyris ſunt encomia, diuitiæ nimirum ſpiritualiũ gratiarum ac beneficiorũ. Non enim iuxta externorũ encomiorum legem ipſum magnificare poſſumus, patres & ꝓgenitores illuſtres ꝓferre nequimus. Turpe enim eſt alieno ornatu redimiri eum qui ꝓpria uirtute illuſtris eſt: nam talia per cõſuetudinis leges in encomijs aſſumunt. Verùm lex ueritatis propria uniuſcuiuſq; encomia exigit. Neq; enim equum celerem facit patris in curſu præſtantia. Neq; canis encomiũ eſt, ex uelociſsimis natũ eſſe. Sed quemadmodũ reliquorũ animalium uirtus, in ipſis ſingulis cõſideratur: ſic etiã uiri propria laus, ex rectè ab ipſo factis teſtimoniũ fert. Quid ad filium patris claritudo? Sic ipſe martyr claritudinẽ non aliũde accepit: ſed ipſe poſteris bonæ famæ faculam accendit. A' Mamante ſunt reliqui, nõ ab alijs Mamas. Pueri ab hoc pietatẽ edocti, hoc glorientur. Ipſe.n. domeſtica uirtute turget. Non eſt uelut torrens alieno cõfluxu ſe iactans, ſed fons eſt ex proprijs finibus pulchritudinem ꝓfundens. Admiremur uirum nõ alieno ornatu redimitũ, ſed proprio ſplendentẽ. Vides claros equorũ nutritores? uides alba ipſorũ monumenta, quomodo lapides ſunt qui pretereũtur? Memoria aũt martyris eſt, & omnis regio cõmota eſt, omnis ciuitas ad feſtiuitatem tranſmutata eſt. Neq; cognati diuitũ ad parentũ ſepulchra decurrunt, ſed omnes ad pietatis locũ, patrẽ hunc ueritatis principẽ, at nõ patres corporũ prin-

principes nominant. Vides quō uirtus honoratur, & nō diuitię. Sic eccleſia ꝑ hoc ꝙ eos qui præceſſerūt honorat, præſentes impellit. Ne mihi, inquit, ſtudioſus ſis diuitiarū, ne ſapietiæ mūdi exoleſcētis, ne gloriæ deflorentis. Hæc unà cum uita diſsipātur: ſed pietatis operator ſis. Hæc & ad cœlū te euehet. Hæc & immortalē tui memoriā, & ꝑpetuā apud homines gloriā præparabit. Quare ſi quis meminit paſtoris, ne admiretur diuitias. Conuenimus.n. ut laudemus non ꝙ diues ſit. Nō abibis diuitē admirās, ſed paupertatē cū pietate. Paſtor nihil magnū eſt, neq; ſapiēs ſtudiū, quod neq; iratus probri uice obijceres, ſi quis te irritaſſet. Paſtor nihil amplius quotidiano uictu poſsidēs, perā appenſam habēs, & clauā geſtās, ac uiaticū diurnū, nullā curā de craſtino habēs, feris beſtijs inimicus, manſuetorū animaliū cōtubernalis. Fugiēs forū, fugiēs iudicia, nō noſcens calūniatores ac ſycophātas, nō noſcēs mercaturā, ignarus diuitiarū: nō habēs propriū tuguriū, ſub cōmuni mūdi tecto uitā degēs, in nocte ad cœlū reſpiciēs, & per ſtellas miraculū cōditoris cognoſcens paſtor. Ne pudeat nos ueritatis, ne externos fabulatores imitemur, ne cōtegamus ueritatē uerborū fuco ac decoro ornatu. Nuda eſt ueritas, patrono nō indigēs, ipſa ſeipſam defendēs, ac ſplēdido præconio humilitatē euehens ac oſtendēs. Verùm magis miraberis in encomio, ꝙ paſtor & pauper. Hæ ſunt Chriſtiani iactātię ac gloriationes. Si *Mat.4.* principes doctrinæ pietatis quæſieris, piſcatores ſunt ac publicani: ſi diſcipulos, coriarij *Act.10.* pauperes. Nuſꝗ claritudo, nuſꝗ opulētia, omnia hæc unà cū mūdo exoleta ſunt. Vide igitur cuius diē celebramus, cuius gratia oēs hilares ſumus, ob quē uita tranſmutata eſt? Quādoquidē paſtoris mentionē fecimus, ne appellatiōe audita cōtemnas. Qui primus dnō cōplacuit Abel, paſtor fuit. Quis illius imitator? Moyſes magnus ille legiſlator, qui *Gen.3.* tentationē Pharaōis effugit, qui cōtubernaliū inſidias odio habuit: hic in mōte Choreb *Exod.3.* paſtor fuit: & dum pauit, deo colloquutus eſt, nō litigās uidit angelū in rubo: ſed paſtor exiſtēs, colloquio illo cœleſti dignus factus eſt. Quis poſt Moyſem? Iacob patriarcha, in *Gen.29.* paſcēdo patiētiā pro ueritate demōſtrās: parua imagine totā ſuā uitā, uelut per characte- *1.Reg.16.* rem exprimēs ac deliniās. Cui tradidit imitationē? Dauidi. Dauid ab arte paſtorali peruenit ad regnū: ſorores.n. ſunt ars paſcēdi ac regnādi, in quantū altera brutorū, altera ratiōe præditorū præfecturā ſibi cōcreditā habet. Sic hæc maioris ſciētiæ eſt fundamentū: quapropter utraſꝗ cōplectēs dn̄s, & paſtor eſt & rex: irrationales paſcēs, maiore uerò ratione præditos ſub præfecturā regni ducens. Vis diſcere quāta res eſt paſtor? Dn̄s paſcit me. *Pſal.22.* Quis eſt hic? rex gloriæ: hic paſtor, illic rex: & ne putes ab alijs quidem hoc ipſi teſtimoniū præberi, ipſum uerò hac appellatiōe pudefieri. Sed ſilētio ſpurijs paſtorib. impoſito, uerū artis paſtoralis teſtimoniū ſibi tribuit. Ego ſum paſtor bonus. Ego ſum, & nō altera *Ioan.10.* tus ſum. Quō quū magna dicit. Ego manu mea firmaui terrā, ego ꝑduxi cœlū ſolus: quō *Eſa.45.* quū alia dicit quę digna ſunt dici de Deo, ſic dicit: Ego ſum paſtor bonus. Fugat ſpurios, & ueritatē in ſeipſum trāſfert. Ego ſum paſtor bonus. Diſce quis eſt paſtor, & ꝗs eſt bonus: ipſe interpretat̃. Verus paſtor animā ſuā ponit ꝓ ouib. mercenarius aūt & ꝗ nō eſt paſtor, cuius nō ſunt oues ꝓprię, nō curat, ubi uiderit lupū uenientē. Hic quęrit eccleſia: Si paſtor eſt dn̄s, quis ſit mercenarius paſtor? Nū diabolus? Et ſi diabolus eſt mercenari paſtor, quis ſit lupus? At lupus quidē eſt diabolus, beſtia illa crudelis, ex rapto uiuens, inſidiatrix, cōmunis omniū hoſtis. Habeat itaꝗ ꝓpriā appellationē mercenarius paſtor. Mercenarios paſtores tūc, ad eos ꝗ tūc erāt cōuerſus, dn̄s dicebat: Sunt aūt etiā nūc, ꝗd minimè uelim, ꝗ mercenariorū appellationē ſibi cōtrahūt. Tunc pōtifices iudicabant̃ ac phariſæi, & tota illa adulterina Iudaica moneta. Illos mercenarios paſtores dicebat, qui nō propter ueritatē, ſed ꝓpter ipſorū utilitatē paſcēdi poteſtatē arripuerūt: ꝗ inani prętextu adorāt, ut deuorēt panē uiduarū ac pupillorū: hi mercenarij ſunt, qui neceſsitati in- *Mat.23.* ſeruiunt. Qui præſens perſequūtur, & ad futurū nō intendūt, mercenarij & nō paſtores ſunt. Et nūc mercenarij multi, ꝗ pro miſera gloriola uitā ſuā exponūt ac amittūt. Qui etiā nūc in ſanis ac integris Dn̄i uerbis ſiſſurā faciūt. Quū.n. dixiſſet hæc Dn̄s, diſſenſio inter ipſos facta eſt: & alij dicebāt, Dæmoniū habet. alij: Dæmon oculos cæcos ut uideāt facere nō pōt. Vides ꝗd uetus eſt affectio diſſenſiōis? Statim.n. uentilabrū diſcernit ac ſepa- *Mat.3.* rat paleas à frumēto: & leue quidē ac inſtabile findit̃ ac ſegregat̃ à nutriēte: quod uerò ad alimentū ſpirituale cōmodū eſt, manet apud agricolas. Quapropter diſſenſio facta eſt: & alij ſic diſsidebāt, alij ſic. Iudæis cōuenit ut findant̃ ac diſſentiāt. Verùm eccleſia dei, ꝗ tunicā incōſutilē ex integro textā, & quæ à militib. indiſſiſſa cōſeruata eſt, ſuſcepit: quæꝗ;

Chriſtũ induit, ueſtẽ nõ ſindat. Et cognoſco oues meas, & cognoſcũt me meę. Rapit hæreticus ad propriã blaſphemię ſtructurã. ecce, inquit, dictũ eſt, Cognoſcũt me meę, & cognoſco meas oues. Cognoſcere igitur quid dicit? eſſentiã intelligere? magnitudinẽ metiri? Tu uerò iactas ꝙ illa deitatis cognoſcãtur, quę tu tuo impudẽti ore ꝓfers, aut ex præcedentib. nõ intelligis menſurã cognitionis? Quid cognoſcimus Dei? Oues meæ uocẽ meã audiũt. Vide quõ cognoſcit deus, ex eo quòd nos audimus mãdata ipſius, ex eo ꝙ audiẽtes facimus. Hæc eſt cognitio Dei, ſeruare mãdata Dei. Quõ nõ impertinẽs curioſitas de eſſentia Dei? non inquiſitio rerũ ſupermũdanarũ, nõ cõſideratio inuiſibiliũ? cognoſcũt me meæ, & cognoſco meas oues. Sufficit tibi ſcire ꝙ eſt paſtor bonus, quòd poſuit animã ſuã ꝓ ouibus. Hic eſt terminus cognitiõis dei. Quãtus aũt ſit Deus, & quę menſura ipſius, & qualis ſecundũ eſſentiã: talia periculoſa ſunt interroganti, dubia uerò apud interrogatũ. Silentium aũt taliũ medela eſt. Meæ oues meã uocẽ audiũt, dixit, non inquirunt: hoc eſt, nõ negligẽter trãſmittũt, nõ contẽtioſi ſunt. Audiuiſti filiũ? ne mihi modos generatiõis ꝓferas, neq; ipſe à me exigas, neq; ſub cauſarũ rationẽ cõtrahe ea quæ nulli cauſarũ ratiõi ſubiacẽt, neq; p fiſſurã diuide q̃d eſt cõiunctũ: ꝓpterea anteuertẽs te Euan-
Ioan.1. geliſta præmuniuit. Audiſti nuper, & ſanè audis. In principio erat uerbũ: ut ne filiũ fœtũ humanũ putes ex nõ exiſtẽte ꝓductũ eſſe: uerbũ tibi dixit, ꝓpter affectionis abſentiã. Erat tibi dixit, propter tẽporis remotionẽ: principiũ tibi dixit, quo gẽitũ patri cõnecteret. Vidiſti quõ ouicula obediẽs uocẽ dñi audit? In principio, & erat & uerbũ. Neq; dic, quõ erat? & ſi erat, generatus nõ eſt: & ſi natus eſt, nõ erat. Nõ eſt ouicula quæ talia dicit: ouiculæ pellis eſt, intus aũt lupus eſt q loquitur: inſidiator noſcatur. Meæ oues meã uocẽ audiũt. Audiuiſti filiũ? intellige ſimilitudinẽ ad patrẽ. Similitudinẽ dico propter debilitatẽ potentiorũ corporũ. Nam reuera (nõ.n.timeo accedere ueritatẽ, nõ ſum prõptus calumniator) identitatẽ in ſermone cuſtodio filij ac patris: proprietatẽ in ſubſtantia filij, formã paternã intellige: quo mihi exactã imaginis rationẽ cõſerues, quo mihi piè intelligas: E-
Ioan.14. go in patre, & pater in me: nõ eſſentiarũ confuſionẽ, ſed characterũ identitatẽ. At.n. maximè cõtraria res eſſe uidetur ô dilecti, ubi ſanè etiam noſtram debilitatẽ ueſtrarũ auriũ obediẽtia, aliquid dicere ac in mediũ afferre coegit, quo potentia Dei in organi debilitate maximè eluceſceret: fortaſsis enim propterea debilitas noſtra ſuperabũdauit, quo amplius glorificaretur is qui dibilitatẽ robuſtã facit. Cæterùm qui noſtrum hunc cõuentum circumegit, & præteriti anni precib. finem dedit, & ſuccedẽti tempori caput largitus eſt, (eadẽ enim dies præteritũ circulũ nobis terminat, & rurſus inſequẽtis caput fit) Qui itaque nos cõgregauit, & largitus eſt futuri actionem, cõſeruet nos in ipſo illæſos, inoffenſos, à lupo ſecuros: cuſtodiat eccleſiam hanc, quæ magnis martyrũ turribus munitur, inconcuſſam: omnes inſidias ac inſultum hæreticorũ furorum in quiete auertat. Exhibeat autem nobis, ut diuina oracula edoceamur, & gratiã ſpiritus quę nobis prębetur, doceamus. Ipſi gloria & imperiũ cũ ſancto ſpiritu, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorũ. Amẽ.

DIVI BASILII MAGNI HOMILIA DE SPIRITV SANCTO.

Cogitet omnis anima de diuiniorib. quærẽs, ſi oculos tales habet, ut talia quę-
Eſa.21. rere, & ſenſu inuiſibilia uidere poſsit. Et ſi ſic quærẽs, apud ipſum q quærit, iuxta id quod ſcriptũ eſt, habitare poteſt. Scriptũ eſt ẽm: Si quæſieris quære, & apud me habita. Habitat aũt tunc, quãdo cũ fide quærit. Etiamſi.n. cõtingat,
Pſal.138. ut nõ inueniat, nõ ſecedit tamẽ ab habitatiõe in fide eius qui quęritur. Sed iuxta B. Dauidem dicit: Mirabilis facta eſt ſciẽtia tua ex me, cõfortata eſt, & non potero ad eam. Et iu-
Mar.9. xta patrẽ lunatici illius: Credo domine, adiuua incredulitatẽ meã. Hunc igitur ſcopũ habentes, quęramus cũ fide de ſancti ſpiritus natura, ab ipſo qui quęritur cognitionẽ quæ-
1.Cor.6. rentes. ipſe.n. eſt qui quęritur, & ipſe eſt qui exhibet ſuijpſius cognitionẽ. Quẽadmodũ aũt etiã per diuinas ſcripturas didicimus ab ipſo: ipſe eſt qui ſanctos ſanctos facit, & diuinam uitã exhibet petẽtib. ab ipſo deũ. Neceſſe eſt aũt ipſum honoratiorẽ eſſe accipiẽtibus, quũ hi ſancti fiant, ubi ipſe acceſſerit: & perdãtur, ubi ipſe reliquerit. Ipſe aũt eſt ſemper, fons exiſtẽs uitæ æternæ. Quis uerò ſit modus cõtributionis, ut ſit ipſe & in omnib. & in ſingulis, cõſideret anima quæ hac cõſideratione digna ſit, remota à fraude & ſecta ac reliquis fraudulentarũ muliercularũ illecebris. Accedat aũt quieto ſtatu. Quietũ uerò ſit nõ modò circumſitũ ipſi corpus, & corporis tempeſtas: ſed etiã totus ambiẽs aer, cœlum, terra, mare, & quæ ſunt in his ratione prædita: & conſideret omnia repleri, & undiquaq;

quaꝗ in ipſa cõſiſtere ſpiritũ,uelut influentẽ ac infuſum, & undiquaꝗ ingredientẽ ac il
lucentẽ Spiritus.n.dñi impleuit orbẽ tertarũ,& q̃d cõtinet oĩa,ſcientiã habet dei.Illu
cet aũt in omnib.dignis.Quẽadmodũ.n.ſolis radiorũ iactus faciũt, ut nubes illuminẽt Pſal.138.
ac ſplẽdeat, auricolorẽ aſpectũ inducẽtes:ſic etiã Spiritus S.in hominis corpus ingreſ-
ſus,dat uitã,dat immortalitatẽ,dat ſanctificationẽ, excitat iacẽs.Illud uerò ꝑpetuo mo-
tu à Spiritu S.cõmotũ animal fit ſanctũ. Habet aũt homo ubi ſpiritus inhabitat,digni-
tatẽ prophetæ, apoſtoli,angeli dei,quũ antea fuerit terra ac cinis.Manifeſtior porrò ac Gen.18.
euidẽtior reddẽ ſpũs potẽtia ac natura, quæ ſit, ſi cogitauerimus quõ cõtinet,& ducit
ſua ipſius ſentẽtia ſanctos ac omnẽ rationalẽ naturã. Vniuerſæ.n.multitudini cœleſtiũ
uirtutũ & multitudini iuſtorũ,ſeipſum dedit.Et omnis ſubſtãtia iuſtorũ,tũ magnorũ,tũ
paruorũ,& angelorũ & archangelorũ ſanctificata eſt:& quũ corpora aliò atq; aliò iace
ant,hoc q̃dẽ huc, illud uerò aliò:& quũ reliquæ uirtutes ac poteſtates inter ſe medio q̃-
dam diſtẽt:Spiritus S.nõ ſic,neꝗ pars ipſius unicuiꝗ in fruſta cõciſa, uiuere diuinitus
facit:ſed omnia tota ipſius potentia uiuunt, & adeſt ubiꝗ emittenti ipſum deo aſsimila
tus,& ſecũdũ eſſe,& ſecũdũ ubiꝗ & in omnib.ſimiliter eſſe. Et dum nunciũ apud Ma-
riam agebat Gabriel, & alius alicubi apud aliquẽ ſanctorũ,& dum unuſquiſꝗ ꝓpheta- Luc.1.
rũ uaticinabaẽ,& Paulus Romę euangeliũ prædicabat,& Iacobus in Hieruſalẽ,& Mar
cus in Alexãdria,& ali' in alia ciuitate,replebanẽ ſpiritu, nullo interuallo impediẽte, in
eodẽ eandẽ gratiã operari:& ꝓpterea deus eſt unuſquiſꝗ ſanctorũ.Dictum eſt.n.ad ip Pſal.81.
ſos à deo:Ego dixi, dij eſtis,& filij altiſsimi oẽs:& deus deorũ,uidelicet ſanctorũ dñs lo Pſal.83.
quutus eſt:& uidebiẽ deus deorũ in Sion,uidelicet ſanctorũ. Neceſſe eſt aũt cauſam de
is ut dei ſint, ſpiritũ ſanctũ etiã deũ eſſe. Quẽadmodũ.n.uſtorijs cauſam ut uſtoria ſint
neceſſe eſt uſtoriã eſſe: & ſanctis cauſam ut ſancti ſint, neceſſe eſt ſanctam eſſe: ſic deis
cauſam ut dij ſint,neceſſe eſt deũ eſſe. Sic ſanè quũ tale bonum & diuina poſſeſsio ſpiri
tus ſit,ubi iã tali credis, Chriſtũ huius datorẽ inquirere ne formides. Nemo.n.poteſt di 1.Cor.12.
cere dominũ Ieſum,niſi in ſpiritu ſancto. Sed & quã ſpũs emittit ad alterius ſubſtantiã
uitã,nõ ſegregaẽ ab ipſo:ſed quẽmadmodũ ignis partim eſt caliditas quę in ipſo eſt.par
tim ea quã exhibet aquæ aut alteri cuidã cõſimili: ſic etiã ipſe & in ſeipſo habet uitã, &
participes ipſi',uelut deo cõuenit,uiuũt,uitã diuinã ac cœleſtẽ adepti.Omnia.n. in ſeip
ſo immortalia cõplectiẽ,mẽtẽ omnẽ, angelũ omnẽ,animã omnẽ, & neꝗ quęrit trãſmu
tationẽ rectè habẽs: neꝗ trãſire quęrit oĩa apud ſeipſũ habẽs, ſed neꝗ augmẽtũ quę-
rit ꝑfectiſsimus exiſtẽs:quapropter etiã oĩa apud ipſum ſunt ꝑfecta,dilectio,gaudiũ,
pax,lõganimitas,bonitas,prudẽtia,ſapiẽtia,cõſiliũ,ſecuritas,pietas,cognitio,ſanctifica
tio,redẽptio,fides,actiões poteſtatũ,dona ſanationũ,& quęcũꝗ his ſimilia exiſtũt. Ni-
hil habẽs in ſeipſo acquiſititiũ,ſed ſempiternè oĩa habẽs,uelut ſpũs Dei,& ex ipſo lu-
cẽs:cauſam ipſum habens,uelut fontẽ ſuũ,illincꝗ ſcaturiẽs.fons eſt aũt etiam ipſe prędi
ctorũ bonorũ. Sed q̃d quidẽ ex Deo ſcaturit,ſubſtãtiale eſt:quę uerò ex ipſo ſcaturiũt,
actiones ipſius ſunt.Hũc ſpiritũ ſanctũ effudit ſuper nos opulẽter deus per Ieſum Chri- Ioan.2.
ſtũ:effudit,nõ creauit:dedit,nõ cõdidit.Ex cõparatione inter ſe mutua eadẽ dico, quã- Tit.3.
doquidẽ,undiquaꝗ firmũ te eſſe oportet. Qui ab hoc ſpiritu edoct' eſt, quid dixerit in
ꝑcunctãtium ac explorãtium reſpõſione ac defenſiõe:Doctus à Deo uocaẽ,à prophe
ta qui dixit:Et erũt oẽs docti à deo.Multũ igitur hoc numẽ in rationali anima exiſtit,ſi
nõ ꝑ ſegnitiẽ ſuijpſi' deſciſcere ac diſcedere uelit:ubi uerò acceſſerit ad ipſum, & uelut
unũ facta fuerit,illud ſibi dici audit:Qui dño cõglutinaẽ,un' ſpũs eſt.ipſi gloria.Amen. Eph.2.

D. BASILII MAGNI CONCIO DE POENITENTIA.

QVum eorum qui pœnitentiã tollere audent,temeritatẽ nõ patiaẽ uenera-
biliſsimus frater:iterũ iã nobis ꝓ ſua poteſtate imperauit, & ſuperbiã hãc
intuitus,& modeſtã dextrã fratrib. ad pœnitẽtiã porrecturus. utiliſsimus
aũt eſt ſermo hic hominib.nullus.n.homo ſine peccato eſt.De uno eñ te-
ſtimoniũ perhibeẽ, quòd peccatũ nõ fecit.Dicemus igiẽ de pœnitẽtia ex Eſa.53.
ueteri ac nouo inſtrumento,hi.n.ſunt eccleſię theſauri. Cõfirmamus autẽ & cõmenda
mus pœnitentiã,non peccatũ fratris promouẽtes (non eñ ob ſpem pœnitentię pecca-
torem ad peccatũ ꝓcedere uolumus) ſed lapſum erigere ſtudentes.Nam quę ab aduer-
ſarijs inducitur ſpei amputatio,eum qui ſemel lapſus eſt,unà cum peccatis in anguſtias
redigi ac cõcludi impellit.At ſpes pœnitentię lapſum reſurgere, & nõ amplius peccare
exhor-

exhortaẽ.Quales aũt ſumus Deo legẽ ferẽtes?uult Deus dimittere,& quis eſt qui pro-
hibet?Quia nos dicimus,nõ quod illi audẽt,ſed ꝙ Deus imperat,num cadens nõ reſur
git?cõtradicũt Deo,cadẽs nõ reſurgit:nõ perſuaſit te nudo uerbo,perſuadebit per eui-
dẽs exemplũ.Quid eñ ineluibile eſt uelut coccinũ?Quid uerò ita albũ apud nos uelut
nix,aut uelut lana pura? inquit qui hæc fecit:Si fuerint peccata ueſtra uelut colores ine
luibiles,ſi loti fueritis,trãſibũt ad puritatẽ niuis.At poſt baptiſmũ nõ eſt hæc remiſsio:
Eſa.1. dixit eñ,inquiũt,Lauamini,mũdi eſtote.Hoc uerò ſi à nobis petiſſetis,poteramus ma
ximè ex Scriptura demõſtrare,ꝙ poſt baptiſma eſt remiſsio ac uenia.Nõ.n.leuia opor
tet cõtradicentes eligere,ſed ad ea quę fortia uidenẽ,cõtrario ſermone inſtare. quãdiu
.n.reſiſtẽtia nõ tollunẽ ab anima,incurabilis eſt æger.Verũ quia impoſsibile eſt ut dul-
ceſcãt ſalſuginoſa, dicim⁹ aũt nos ex ueteri teſtamẽto, referamus quid cõtradicũt ad ea
quæ ex ueteri dicta ſunt.Dicunt eñ, quòd ſi ante Saluatoris paſsionẽ,priuſq̃ ſacer ſan
guis pro nobis effuſus eſſet,ex ueteri nobis legatis de pœnitẽtia,dicim⁹quod in ueteri
cõceſſa eſt:uerũ in nouo,ꝑpter paſsionẽ nõ erit uenia. Si uerò ex nouo oſtenderimus,
quòd etiã poſt baptiſmũ & aſſumptionẽ ſpũs,ubi quis peccauit,gratiã per pœnitentiã
reuocar:manifeſtũ eſt quòd eſt pœnitẽtia lapſis etiã poſt baptiſmũ, & ea quæ in ueteri
pro pœnitẽtia dicta ſunt,rata erũt:uelut attẽdẽtib.loquor:unde etiã grauiores attingo,
quò bona ſpe accepta,nõ ſemel lapſi in lapſu permaneamus. Nõ credidiſti ipſi per exẽ
Ezech.18. plũ proponẽti,crede iuramẽto Dei.dicit Deus:Viuo ego,dicit Dñs. Hoc uerò iuramẽ
tũ eſt Deo decẽs quãdoquidẽ.n.nõ habebat maiorẽ ſeipſo,iurat aũt ꝑpter incredulita
tẽ eorũ qui pœnitẽtiã tollũt. Viuo ego,dicit dñs, & nullus timeat:quia nolo mortẽ pec
catoris,ſed magis ut cõuertaẽ & uiuat.Qui uiuit,uiuere te uult.Neq; quia iurat Deus ſi
Ione 3. de dignus eſt,neq; uerbo,neq; exẽplo,neq; iuramento credis? crede factis. Nõ euerſa
eſt Niniue,pœnitentiã enim egit.Indignatio Prophetæ eſt,quòd nõ euerſa fuit:produ
cta eſt cucurbita:excuſat ſe tibi,ut memor ſis quòd bonus eſt:timeo aũt ne audias ab i-
pſo,An oculus tu⁹ malus eſt,quòd ego bonus ſum? Quis magis impius q̃ Achaab de-
ſcriptus eſt?uelut legentib. talia dico. Rapuit ſupra reliquas prædas, uineã dño ipſius
occiſo,deſcẽdit ad capiẽdã hereditatẽ,deſcẽdit gaudẽs,obuiã uenit triſticiã inferẽs.Pro
3.Reg.21. pheta ipſum reprehendẽs nõ inimicus, ſed uelut ipſi⁹ miſertus, ꝑnunciauit nõ ſuã ſen-
tentiã ſed Dei:poſt dictã ſententiã,induit ſaccũ,exuit dominiũ. Scriptũ eſt eñ,q̃d ipſe
propheta ad ſentẽtiã dicendã miſſus audiuerit à Deo,Quoniã ſupplex factus eſt Acha
ab,minas timens,nõ cõtingent in diebus ipſius ea quæ dixi. Cogor cõcupiſcere bonũ
medicamentũ.Dauid ille ſanctus,& poſt peccatũ ſanctus,ex decẽ pręceptis tria in una
2.Reg.11. cauſa trãſgreſſus eſt.Quãdoquidẽ uobis loquor,clarius dicemus:Cõmiſſum eſt adulte
rium & cędes & cõcupiſcentia alienę uxoris:peccauit iuſtus homo,& Deus iudicẽ ip-
ſum ꝓprij peccati fecit.Quãdoquidẽ eñ nõ uidemus trabẽ in oculo noſtro,feſtucã aũt
3.Reg.12. in alieno,inducit ipſi iudiciũ ipſius uelut alienũ,& inquit: Duo uiri erãt in una ciuitate,
alter diues,alter pauper.diues multa poſsidebat,pauperi uerò unica agna in ſinu ipſius
dormiebat:hoc uerò mulieris myſteriũ erat:cũ ipſo edebat,& ex poculo ipſius bibebat.
Venit,inquit,hoſpes ad diuitẽ.probè aũt quod hoſpes & peregrinus:nõ.n. in his con-
ſuetudinẽ habebat Dauid.uenit igiẽ ad ipſum hoſpes,& parcẽs,inquit,hoſpiti mactare
de his quæ ipſe poſsidebat,unicã illã agnã pauperis abreptã mactat:quãtũ ſanè cecide
rit fortis,uelociter reſurgit:indignaẽ Dauid : erat.n.Dauid etiã q lapſus erat:uiuit Dñs,
inquit,morte dign⁹ eſt q hoc fecit: ꝑnũciauit ipſe ſententiã cõtra ſeipſum ubi ꝑnũcia-
uit,manifeſtauit Propheta quis ſit ille homo.Statim ad medicamẽtũ deuenit,uidit uul-
nus,confugit ad medicũ:Peccaui,inquit,& ſtatim adeſt medela : & Dñs tranſtulit pec-
catũ tuũ.Quid.n. uis,unũ ne peccatũ reputari ſanctis,aut multã iuſticiã? fecit peccatũ,
at fecit etiã multas iuſticias.Quid iuſtũ eſt apud iuſtũ deũ, paucorũ meminiſſe,aut mul
Matt.4. torũ obliuiſci?Sit libra, & qua metimur,menſurabiẽ nobis:ſi plura ſunt peccata,ſit pec-
cator:ſi plures iuſtificationes,ſit iuſtus.Vnus & unus.Apud nos.n.om̃ia ex abundãtio
re dicuntur,& albo aliquid albius eſt, & dulci in cõparatione aliud dulcius.Sic etiã iuſti
ſum⁹ ut homines,nõ ꝙ peccatũ ipſum iuſticia ſit.Vnde filius Dei iuſticia uocaẽ,nos aũt
Exod 17. participatione iuſticię iuſti.Et Moyſes locut⁹ eſt aliquid lingua,ſed nõ receptũ eſt ab hi
Gen.12. ſtoria.Et Abrahã inueniẽ credulus,& alicubi incredulus fuit:nõ accuſo iuſtos,ſed Deũ
glorifico,nõ exhortor ut peccem⁹.Placuit Enoch Deo,dicit ſcriptura,poſtq̃ genuiſſet
filium

filium: ſi poſtea placuit, poteſt placere nõ placẽs. Sed ueniamus ad nouũ Teſtamentũ,
quũ adhuc plura habeamus ex ueteri. nã & Manaſſes, qui idola quadruplices facies ha 4. Reg. 21.
bentia, in templo Dei poſuit, ut undecunq; quis ingrederetur, idola adoraret, quũ pœ-
nitentiã egiſſet, reuocatus eſt ex captiuitate. tranſeamus ad nouũ. nam à quo pœniten-
tiam excludere maximè uolũt, ab eo maximè pœnitẽtia prædicat̃. Interrogemus Salua
torẽ, Cur ueniſti? & reſpõdet: Non ueni ut saluẽ iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiã. Mat. 9.
Exquiramus ab ipſo, Quid geſtas ſuper humeros? Ouem quæ periјt. Super quo fit gau Luc. 15.
diũ in cœlis? Super quodã peccatore pœnitẽte. Angeli gaudẽt, & tu inuides? Gaudẽs
ſuſcipit, & tu impedis? uehemẽtius cõfugiamus ad bonũ Deũ. Duo, inquit, erãt utriq;
filij (nõ poteris mihi dicere ꝙ hæc pœnitẽtia à Græcis eſt) ſed utriq; filij, ex æquo hære
ditate diuiſa: iunior quod habebat cõſumit, iuſtus exiſtẽs excidit, omnib. cõſumptis, ad
pœnitẽtiã uenit, & num ad patrẽ redeat meditatur, & patri occurſurus qd dicat: Pecca
ui in te, & corã cœlo. Hæc deliberauit, nec bonũ patrẽ latuit. uenit ad ſe excuſandũ: ob-
uiã iuit ille uerecundãs. Solũ uelis, & ipſe prçcurrit. Incipit dicere, & pater aſſumit. Cõſi
dera miſericordiã, & ne amputes ſpem, ſuſcepit. Mactate, inquit, taurũ, & ſtolã afferte,
eamq; primariã, & anulũ in manũ ipſius. Hæc omnia in aliã qdẽ ſentẽtiã exponũtur, ue
rùm cõpendiò ſignificãt exhortationẽ bonã eius qui ſuſcepit, nõ ad quę ego uolo, ſed
ad quæ ille dicit. Si aũt indignaris ꝙ ſuſcipit poſtq̃ pauit porcos, poſtq̃ cõſumpſit om
nia: indignè tulit etiã frater, at certè ſuſcepit ille uerecundãs. Et ficus quæ colebatur, ac Mat. 21.
in trib. annis fructũ nõ dabat, dimiſſa eſt, & nõ exciſa eſt, ob ſpẽ ꝓducẽdi. Dñs largitur,
& tu cõtradicis? Num. n. ꝓprias res qs ſibiјpſi rapit? Si uerò largitur Deus, qs eſt q con
tradicit? Quãdo quidẽ docti ſumus orare, Dimitte nobis debita noſtra, quia dimiſimus Matt. 6.
etiã nos. Tu dimittis, Deus nõ dimittit? te tuiјpſius medicũ fecit. Qua mẽſura metieris,
mẽſurabit̃ tibi: dimittis? dimittit tibi. At tu q malus es, benignè facis, bonꝰ uerò nõ mul
tò magis? Cum peccatorib. eſt Ieſus, cũ infirmis medicus. Indignãtur phariſęi illi patres Mar. 4.
eorũ q nũc indignãtur. Nõ auerſat̃ miſericors. Ingreſſus eſt in domũ phariſæi uocatus,
inſuper poſt ipſum ingreſſa eſt mulier peccatrix nõ uocata: uidit peccatũ, acceſsit ad iu Mar. 8.
ſticiã: uidit morbũ, abiјt eò ubi erat medicus: acceſsit non ad faciẽ, neq;. n. audaciã habe
bat: nõ apprehẽdit manũ ipſius, nõ. n. tantũ audebat: ſed ad pedes, quos lachrymis laua
bat. diffuderat capillos tũc ſolũ honeſtè, ſæpe turpiter uiſos, tũc honeſtè nudauerat: prę
ſcripta eſt tibi, quo ad pedes Ieſu cõfugias. Rediјt ad patrẽ, uerùm dicit: Ego uobiſcum Matt. 28.
ſum: quãdo uoles cõfuge cõfidens, riga pedes, ꝓpinquꝰ eſt: & dũ uenit pręſens, & dum
abiјt præſens. Hæc ex nouo Teſtamẽto cõſimilia ac germana his quę in ueteri ſunt re-
lata, exiſtũt. Quid uerò pręd icat Ioãnes? baptiſma pœnitẽtiæ, & docet in parabolis, nõ Mat. 3.
ſemel, nõ bis, quo dũ ſæpe doceris, diſcas. Petrus ter abnegat, & in fũdamẽto locatus ia- Mat. 26.
cet. Paulus ex ꝑſecutorib prædicator eſt. At hic eſt quæſtio. Verùm qd dicit ipſe? Ieſus 1. Tim. 1.
Chriſtus uenit in mundũ ut peccatores ſaluaret, quorũ primus ſum ego: propriã tenui
tatẽ manifeſtat, quo gratię magnitudinẽ oſtẽdat. At Petrus quũ dixiſſet, & benedictio- Mat. 16.
nẽ accepiſſet, dixiſſet, Filiꝰ es Dei altiſsimi, & audiſſet, Petra es, encomiјs celeber factus
eſt. Nam etiãſi petra eſt, nõ ut Chriſtus petra eſt, ſed ut Petrus petra: Chriſtus. n. reuera 1. Cor. 10.
petra eſt incõcuſſa: Petrus uerò propter petrã. Largitur. n. Ieſus ſuas dignitates, & nõ e-
uacuatur, ſed habẽs dat. Lux eſt, & dicit, Vos eſtis lux mũdi. Sacerdos eſt, facit ſacerdo Mat. 5.
tes: ouicula eſt: Ecce ego mitto uos ut ouiculas in medio luporũ: petra eſt, petrã facit: Mat. 10.
& ꝓpria ſeruis largit̃. Hoc. n. ſignũ eſt diuitis, habere & largiri. At noſtri diuites largien
tes, ea quæ habẽt imminuũt. Nõ. n. diuites ſunt: aliena nanq; poſsidemus. Verùm ille q
ſic diues eſt, quantacunq; largitus fuerit, tantũ diues manet, exiſtẽs uelut fons perẽnis:
quantumcunq; acceperis, non imminuitur fluxus. Et nõ uelut fons: nullũ. n. ex noſtris
exemplis dignũ eſt, ut illius naturæ cõparetur. Verùm quum non habeamus dignum
quicquã, minorib. utimur, quo utcunq; noſcamus ignota. Ter negat Petrus, ut Petrus
nõ cadat, ſed ut etiam tu habeas cõſolationẽ. Lachrymas fudit flexerũt lachrymæ eum
qui noſtri miſeretur. Nam prõptitudo bona erat, ubiq; ſolus confitetur. Spiritus quidẽ
promptus eſt, caro uerò infirma. Nouit plaſtes ſuũ figmentũ, & debilitates ſuſtẽtat, de-
licta indulgẽs. Memor ſis, inquit, Domine, quòd gleba terræ ſumus. Quid. n. eſt noſtra
iuſticia? Magnus reuera erat Abrahã. Sic. n. erat magnus, quia terra eſt & cinis. Qui. n. Gen. 18
cognoſcit quantũ intereſt inter Deum & homines, nouit ſeipſum. Audi etiã alias bea-
tificationes,

Pſal.31. tificatiões:Beati quorũ remiſſę ſunt iniquitates,& quorũ peccata occultata ſunt.Deus
beatificat,& tu prohibes? Vtrũ igitur uelut nos uolumus,ſcripturę dicũt,aut uelut ſcri-
ptũ eſt,ſequi debemus? atq; hoc cõtra nos.Nõ bona eſt cõtentio ſpem amputãs. Cæte
rùm qm̃ ꝓmittimus ueniã poſt baptiſmũ:hoc.n. eſt quod maximè cõſeruat ad mala per
1.Cor.5. petranda,ſcribit Apoſtolus in priore epiſtola ad Corinthios. Scortatio omnino inter
uos nominatur,& talis ſcortatio quæ nec inter gentes nominatur.Audiuiſtis magnitu-
dinem mali,audite etiã magnitudinẽ latæ ſentẽtiæ. Congregatis, inquit, uobis & meo
ſpiritu,in potẽtia Chriſti,tradatur q hoc perpetrauit ſatanæ, ad interitũ carnis,quo ſpi-
ritus ſit ſaluus:erudit, nõ ut inimicus abijcit.Et in priore quidẽ ſatanæ tradidit:in poſte
riore uerò nihil priori cõtrariũ ſcribit, ut firmẽt in ipſum charitatẽ,ne ob nimiã triſticiã
2.Cor.2. talis pereat.Soluit etiã indiſſolubilia Apoſtolus ipſe:tũc dicit, Vt tradatur talis ſatanæ:
poſtea de eodẽ ſcribẽs,ac ueniã concedẽs ait: Vt ne à ſatana circũueniamur. ſi.n. cum q
noſter eſt,acceperit,etiã noſtri poteſtatẽ habet.Egredit̃ ouicula ab ouili,luporũ fit pa-
bulũ introduc quo inſidias effugiat.Quemadmodũ boni paſtores,etiãſi rapta ſit ouicu
la,pellẽ ſaltẽ recipere ſtudẽt:ſi pellẽ mortuæ abſtrahere bonũ eſt,animã ex ore lupi reci
pere nullũ operæpreciũ putas? Et in bello uulneratur is q uictor euadit,& nõ ꝓpterea
quòd uulneratus eſt,nõ coronatur:imò coronas accipit,ut q multa aduerſarijs uulnera
inflixit.Deus uerò unũ reputat malũ,multa uerò mala nõ cõſiderat? Quot martyres pri
mùm abnegatione facta,poſtea uictos ſe eſſe reuocarũt? Sed abnegatione,nõ mente,
ſed lingua facta. Caro.n.infirma eſt : abnegans excidit,rurſus cõfitens reuocat.Non.n.
mala obſeruat Deus,bona uerò reprobat.Et dum quis torquetur,ſępe emollitus terga
dedit, nõ ſufferẽs non prõptitudinẽ,ſed dolorẽ:ſed dimiſſus,ac requiẽ nactus,reuocat.
Exiguũ uerbũ ipſi conſeruabit̃,tormẽta aũt nõ enumerabũtur? At Deus iudex eſt, nõ
hominũ audacia. Audes legẽ ponere Deo? qui nouit infirmitatẽ,& ſuppeditat auxiliũ,
& dabit uictoriã.Quot à nõ bona uita teſtimoniũ præbuerũt? Num igitur ubi cõuerſa
eſt cõcupiſcẽtia,laborib. priuabuntur? Non angeli ſumus,ſed homines, & cadimus &
1.Cor.15. reſurgimus,idq; ſæpius eadem hora.Et ſtella à ſtella differt in gloria. Cur? Si.n.menſura
quædam eſt iuſticię,omnes debẽt ipſam æqualẽ habere : ſi uerò alij fulgẽt uelut ſol, alij
ſplendẽt ut luna,alij iuxta differentiã aſtrorũ lucẽt, nimirũ alius aliũ excedit. Qui uerò
imminutus eſt,parua nimirũ peccata habet.Si uerò nullius qui peccauit eſſet remiſsio,
differẽtia ipſa eſſet in uarietate.Sed quia neceſſariũ eſt demõſtrare, ꝙ lapſi poſt baptiſ-
mum ſeruẽtur,timẽs dico,ne præter meũ ꝓpoſitũ deſciſcatis:ualde.n.uolo, ut q baptiſ-
ma accipiũt,nõ peccẽt:ſi uerò aliquãdo lapſi fuerint,aliqui nõ uolẽtes,non uolo q̊d uo
lunt hi q pœnitentiã tollũt,nõ uolẽtes nos ſimul cũ cruce mori:ſed Apoſtolus etiã con
ſepeliri cum ipſa, & nõ amplius uiuere peccato, hoc quidẽ uolo:nõ reprobo aũt gratiã
Gal.2. Dei.ad Galatas ſcribẽs Apoſtolus inquit:Quòd ſpiritũ accepiſſent. Num hoc euiden-
tius quid quęris? Sed infert:Adeò ſtulti eſtis,ut quũ ſpiritu cœperitis,nũc carne cõſum
Gal.3. memini.Igitur acceperãt ſpiritũ.Et rurſus:Hoc ſolũ diſcere uolo à uobis, ex operib.le-
gis ſpiritũ accepiſtis,aut ex auditu fidei ? Currebatis bene. Videte quot prærogatiuæ.
Audi peccata,nũc carne cõſummamini,excidiſtis à Chriſto. Vidiſti ipſos habere ſpiri-
tũ? audiuiſti,Euacuati eſtis à Chriſto:ſimiliter,A' gratia excidiſtis? Quid poſtea infert,
Gal.4. locũ dans renouationi? Filioli mei,quos iterũ parturio. Semel genuerat,ſed q ſemel ge
nuerat,nõ recuſat etiã ſecũdò generare ad ſalutẽ.Si qs alia om̃ia malė faciat, hoc ipſum
impiũ eſt.Homines aũt accepto ſpiritu,bene currẽtes,tãta mala paſsi,periclitati,fruſtra
expectatiõe aſſumpta,elapſi & euacuati,iterũ regenerant̃. q̊ iterũ formã Dei ſuſcipiãt.
Nũ rurſus relinquit̃ tibi cõtradictio de pœnitẽtia? Quis nos formauit? Deꝰ fecit nobis
corpus,fecit nobis animã. Cõtẽnit? Quis dedit nobis medicamẽtũ uitæ? cur lectiões?
Matt.6. quo deſiſtamus à peccatis.Cur irrigamur? ut fructũ ꝓferamus. Quid oramus? ut dimit
tant̃ nobis peccata Abſoluamꝰ ſermonẽ,quib.nõ eſt pœnitẽtia? Qui uerò ob ſpẽ pœni
tẽtię mala operat̃,maleficos mores habet,et pœnitẽtia priuatꝰ eſt.Eſt ſpes etiã poſt pec
catũ:eſt ſanatio etiã poſt ulcus,ſed manet cicatrix. Beatitudo eſt,ne dubitationẽ quidẽ
habere, ſecũda beatitudo eſt,ſanatio poſt plagã.Deo aũt plaſtę ac cõditori ab initio, &
opitulatori infirmitatis,& cõſeruatori ꝓpoſiti, & pœnitẽtiæ largitori,per eum q nobis
bona affert,Ieſum Chriſtũ Dominũ noſtrũ,gloria & imperiũ in ſecula ſeculorũ.Amẽ.

Primi Tomi operũ D,Baſilij Magni,finis.

DIVI BASILII MAGNI
CAESAREAE CAPPADOCIAE ARCHIEPI-
SCOPI OPERVM TOMVS SECVNDVS: CVIVS
contenta uerſa pagina reperies. Iano Cornario
medico phyſico interprete.

SECVNDVS TOMVS HAEC CONTINET:

De uirginitate	librum	I.
De paradiſo	ſermonem	I.
Contra Apologeticum Eunomij libros euerſorios quinq́.		
Contra Sabellianos & Arium, eosq́ qui inæqualitatem docent	ſermonem	I.
De ſpiritu ſancto	lib.	I.
De libero arbitrio	ſermonem	I.
De baptiſmate	lib.	II.

SANCTI PATRIS NOSTRI BASILII ARCHIEPISCOPI CAESAREAE CAPPADOCIAE MAGNI,

De uera uirginitatis integritate, ad Letoium epiſcopum Melites, liber: Iano Cornario medico phyſico interprete.

PLERIQVE ex his qui ſponſum noſtrum Chriſtum ſectantur, quos cœleſtis amor ad honeſti ac uirtutis cognitionem ſauciauit, quum alias apud alios uirtutis ſpecies in eccleſia exerceri uideant, partim uirginitatis laudum, partim encomiorum eorum qui ieiunijs, ac lectis humi ſtratis corpus caſtigãt: partim magnanimitatis eorũ q res ſuas propter Dominũ uendũt, admiratione capti, horũ gloriã longis pręconijs uehunt: non quòd conueniat unumquenq; in prædictis exerceri, neceſſe eſſe ea docere exiſtimantes, ſed relatorum laudes ad uirtutis profectum tantummodo prodeſſe ac ſufficere arbitrantes. Ego autem tibi, epiſcoporum amiciſſime ac mihi coniunctiſſime Letoi, non uirginitatis laudem, neque eorum qui bona ſua uendunt encomium, aut eorum qui corpora ieiunijs attenuant laudationem, uerùm quid unumquodque horum ſit, & quomodo perpetratum ad ueram uirtutem conducat, uelut in ſerenitate commonſtrare propoſui: non ut te percepta horum doctrina, ad uirtutis cognitionem, in ſpeculatione differentiæ naturarum conſtituam: ſed ut ſimul tibi unumquodq; quale tandem natura eſt, per membra digerens, non his ſolum qui ſub te ſunt, de cætero amore uirtutis genuino ꝓpter te in pectore cõcepto: ſed etiã reliquis qui hęc cõtingent, uelut in tabella coloribus expreſſam, ueræ uirginitatis pulchritudinem, quõ, & unde, & qualib. uirtutis coloribus ea ornatur, exacte cognoſcendã exhibeam: & ut quiſq; ſecurius uirtutẽ cuius ſtudio tenetˀ exerceat, cum ea quã habet erga ipſam beneuolentia, doceã. Magna eñ reuera res eſt uirginitas, incorruptibili Deo (ut in ſumma cõprehendã) hominẽ aſſimilans. Non autẽ à corporib. ad animas hæc ipſa procedit, ſed animæ incorporeæ præcipuè exiſtens, per huius Deo gratã uirginitatẽ, corpora incorrupta conſeruat. Anima eñ ueræ uirtutis imaginatione accepta, uelut ala quadã, in corruptibilitate ad ipſam alata, & per ſimile ſimilẽ, incorruptibilitate, inquam, quæ in ipſa eſt, incorruptibilẽ Deum, ſolum digne coli uidens, corporis uirginitatẽ ancillã ad ſuæ pulchritudinis famulatũ adducit, & altãtem ipſam ſemper citra turbationẽ, ad Dei ſpeculationẽ habere uolens, infeſtantes ipſã corporis uoluptates q̃ longiſſime propellit: ita ut abſtinentiã à uoluptatib. corporalis uirginitatis ancillã, hãc ipſam uerò ſuæ ipſius uirginitatis famulã faciat: quo alia quidem omnia, & ab alimẽtis abſtinentia, & reliquus durus uitæ ductus, pugnans aduerſus uoluptates per ſenſus contra corporis uirginitatẽ illabentes, imò etiã ipſa corporis uirginitas, non ob aliud quiddã, q̃ propter ſeipſam ſedulò exerceantur: ut ubi ſuã ipſius uirginitatẽ ab omni praua cogitatione incorruptã cuſtodiuit, aſſimilationẽ ad incorruptibilẽ Deũ, (dum ipſe de cætero illi de ſeipſo gratiarũ ſplẽdores uelut impurũ ſpeculum imittit) ad ſuã pulchritudinẽ ac laudẽ partam lucrifaciat. Quãdoquidem igitˀ uirginitas, uera inquã, uelut iã præmiſſa oratio modice oſtendit, & in progreſſu clarius cõmonſtrabit, incorruptilis animæ pulchritudinis, per quã etiã corporis honeſtas elaboratˀ, præcipue exiſtit. plerique uerò ſoli uirginitatis nomini intendentes, nullã ueræ uirginitatis curã habent: ob id neceſſariò opinor, his qui coronã pro uirginitate aſſequi deſiderant, pro uiribus ſuggerere conabor, ut ne per ignorantiam neglecto principali bono, omnẽ uitã in ancillæ ſeruitute cõſumãt, & propterea quod nũq; dominæ huius inſeruierunt etiã corporalis uirginitatis interna pulchritudine non ornatæ, poſt multos ſudores damnum patiantˀ. Quo igitur manifeſte ſingula ad ueræ uirginitatis pulchritudinẽ pertinentia conſpiciantˀ, age ad quem ſcopum reſpiciens uirgo, ſuam uirginitatẽ exercet, uidebimus. Sic enim in ſingulis ipſius motib. ſiue ad propoſitũ ſcopum iaculatur, ſiue aliud propoſitũ habens aliud uerò impetens, à ſcopo ſuo aberrat, uelut in ſerenitate conſpicati, eam quæ uere uirgo eſt cognouerimus. Porrò quõ ſe habeat ab initio natura fœminæ ad maſculũ, ſi ita uoles, conſiderabimus, quo etiam uirginitatis ſcopũ deſtincte cõmonſtratũ conſpiciamus. Ex paucis etenim primis animantibus

uelut ex quibuſdã primarijs ſeminib. opifex rerũ mũdum implere uolens, uniuſcuiuſq;
animantiũ ſpeciei uelut unã quãdam radicẽ, ipſam corporalis animãtis formã ab initio
uelut fundamẽti loco præſtrauit. Hanc aũt ubi in marem & fœminã, à rationali animali
uſq; ad omnẽ brutorum ſpeciẽ diſſecuiſſet, & fœminã maſculi ſegmentum ac particulã
feciſſet, œſtrũ unicuiq; particulæ mutui complexus, naturæ inenarrabile immiſit, & in-
ter ſe diſſectas non cõpeſcendis amoris permixtionib. inter ſe complicans, ex cõplexu
omnẽ animantiũ ſpeciẽ ex prædeceſſorũ ſtirpe germinãtem per unum multiplicat: Cre
Gen. 2 ſcite dicẽs & multiplicamini, & implete terrã. Quum autem hoc modo mundũ ab uno
Adã humani generis, innumeris per omnẽ terrã gẽtium differẽtijs refertũ oſtẽdere pro-
poſuiſſet, & ab unaquaq; brutorũ ſpecie eodẽ modo, quadrupedumq; ac reptiliũ, inſu-
perq; uolucriũ ac natatiliũ, & inſumma omniũ animaliũ inexplicabilib. formis redũdan
tem cõſpici uoluiſſet, poteſtati quidẽ maſculi ſubijcit fœminã, fœminæ uerò uoluptate
mãſuefacit maſculũ: eam quidẽ quæ de latere maſculi accepta erat, uelut partẽ toti à quo
ſumpta eſt, obedientẽ ad imperiũ eſſe iuſtũ exiſtimãs. Maſculũ uerò deſiderare eã q̃ ab
ipſo accepta erat, & cõplexum ipſius perſequẽdo, per cõmixtionẽ propriũ mebrum in
ſeipſum ſuſcipere, per naturæ neceſſitates machinatus. Iuxta hunc uerò modum ex uno
duo, & ex duob. rurſus unũ, & maſculũ & fœminã palàm oſtẽdit, & nõ ſolũ mutuũ com
plexũ per prædictos modos, corporib. ipſorũ iucundũ fecit, ſed etiã ad genus q̃d ex cõ-
plexu amoris facib. illuminat̃, multã amoris affectionẽ inſeuit. Et actiuũ quidẽ maſculũ,
uelut etiã creatione priorẽ: paſſiuã uerò fœminã, tanq̃ à maris parte auulſam ex natura
fecit. Et ut ne fœmina uelut paſſiua, amoris affectu ad ſimilis generis ſucceſſionem du-
cta, auxilio deſtitueret̃, totũ uoluptatis medicamentũ fœminã maſculo parauit, & uio-
lentis tractib. etiã ad genituræ ac ſeminis immiſſionẽ, maſculũ ad ipſam rapit: nõ ad ma
ſculũ ducens fœminã, ſed per fœminæ uoluptatẽ maſculũ ad ipſam captiuũ ducẽs. Quẽ
admodũ enim magnetes lapis arcanã quãdã uim erga ferrũ ex natura adeptus, nõ ipſe ra
pitur ad ferrũ, ſed eminus ferrũ ad ſeipſũ trahit: ſic fœminæ corpus, arcanã erga maſculum
uim nactũ, etiã ignorante, ut ita dixerim, anima in ipſo, maſculi corpus ad cõmixtionem
ultro trahit: ita imbecilliori animali opifice opẽ ferre uolẽte, ut per eam q̃ in ipſo eſt, uo
luptatẽ maſculũ uelut incantaret, & nõ ob ſobolis ſolũ procreationẽ, ſed etiã ꝓpter ipſũ
mixturæ œſtrũ, maſculũ pro ipſo pugnantẽ haberet. Eius itaq; rei gratia relinquet homo
patrẽ ſuũ & matrẽ: nõ fœmina, ſed maſculus, dum ab inſito œſtro ad fœminæ coitũ im-
pellit̃ ac coagitat̃: Et adhærebit uxori, inquit, uir: nõ uxor uiro: & erunt duo in carnẽ u-
nam. Hãc autẽ potentiã cõtra prædominantẽ, fœmineo generi opifex largitus, etiã ip-
ſam corporis fœminæ ſtructurã ac formã, molliorẽ effinxit: ut & tactu, & aſpectu, & mo
tu, & membrorũ omnino teneritudine, & dum aſpicit, & dum aſpicitur, uoluptatis mala
gma ſit maſculo, ad omnẽ ſenſus occurſum undiquaq; allabẽs. Quum porrò hæc uis in
corporib. noſtris ob prædictã cauſam inſit, uirgo æqualẽ & eandẽ eſſentia animã, tum
uiro, tũ fœminæ ineſſe uidens, & per corporis affectionẽ erga fœminã ac maſculũ, alte-
ram animã effœminari, alterã maſculã fieri cognoſcẽs, & ex amatorio corporũ quib. illi
gatæ ſunt complexu, animas infinitas affectionũ ſpecies ſuſcipere conſiderãs, hãc quidẽ
ſemper ab affectione erga corpus abducere cõſtituit: fœminæ uerò erga maſculũ habitũ
per cõuerſiones à corpore ad propriã uirtutẽ, intercipere permittit. Hac aũt uia uirtutis
iter facere ſtudẽs, nõ ipſum corporis quẽ ad maſculũ habet habitũ, de cætero mẽte uolu
tat: ſed animã in ipſo incorporeã habẽs, quã habeat ea ad incorporeũ Deũ ſocietatẽ, acu
to oculo circũſpicit, & incorporei amoris multò ſplẽdidiorẽ facẽ incẽdere, per ſudores
ꝓ ipſa ſuſceptos, nudãq; ac exortẽ uoluptatũ corporis in quo uiuit, ſeipſam oſtẽdere ſtu
dio habet. Quãdoquidẽ igitur reuera diuina & impollutæ animę præcipua res eſt uirgi-
nitas: & talis eſt tũ maſculorũ, tum fœmininorũ corporum inter ſe habitus: uirgo aũt nul-
lũ inquinamentũ uoluptatis fœminæ ex corpore inferẽs, & omnib. carnis affectib. exu
ta purã ſeipſã Deo. quẽ amare promittit, exhibere conat̃: palàm eſt q̃d regnũ cœlorũ eſ-
Mat. 11 ſe præmiũ uiolẽter rapiẽdum cognoſcẽs, ad propoſitũ ſcopũ naturã ſuã cogere debet:
nõ ſolũ uoluptatis in ſic efficto corpore ad nuptias irritantis dominiũ habens, ſed aduer
ſus omnẽ uoluptatis ſpeciẽ fortiter ſtans. Nã quũ una ſit in genere uoluptas, uelut fons
quidã è carnib. ſcaturit, & in quinq; ſenſus, uelut quinq; canales diuiſa, per hos ad ſen-
ſibilis

ſibilia ab internis manat: quorũ unuſquiſq; per ꝓprium ſenſuũ foramen, fluentũ ſuũ ſenſi-
bili ſuo uehementer mittens, quicquid ſibi cognatũ fuerit, eluit, & ad ſeipſum trahit: &
ubi limo de carnib. repleuit, inſtar torrentis uice uerſa rurſus ab externis per eadẽ forami-
na ad carnis uortices celerius fluens, & in animã ipſius redundãs, per affectus ipſam ſub-
mergit. Quaꝓpter neceſſariò debet uirgo, ratione cuſtodẽ ſenſuum foraminib. præfecta,
horũ ad externa lationem moderatã ac leuẽ exhibere, nõ ſimpliciter remiſſis tranſitib. ip-
ſis permiſſis, ut ne citra impedimentũ ad q̃ uolunt effuſi, innatantem ipſis quãdoq; animã
ad ꝓpria inundantes detrahant. Et rurſus fluxũ ipſorum qui extrinſecus ad ipſam defert,
cõpreſſis foraminib. percolare, & ab omnib. ſordibus purum ad ipſam tranſmittere: ut ne
limo de carnib. uitioſe detracto exundãs, totã ipſam ꝓprijs inquinamentis cõturbet. Ita-
que neq; oculos ad omnem ſimpliciter uiſibiliũ aſpectũ expãdet, ut ne omnẽ indiſcrimi-
natim figurarũ ac formarũ ſpeciẽ admittens, per ipſas ad imaginationes ex ipſis turbetur.
Sed ad aliqua quidem, etiã apertis neceſſariò ad præſentis uitæ ductũ corporis oculis, ani-
mæ oculos claudet: uerùm ad ueræ lucis, & eius q̃ per ipſam demonſtrat pulchritudinis
cõſiderationem, etiã clauſos prius diligenter aperiet. Neq; aures omĩ ſermoni indiſcrimi-
natim adhibebit, ſed ad prauos ſermones, uelut ad graueolentis fluxus allationẽ, ipſas ob
turabit: ad honeſtos uerò puro uirtutis flumine manantes, ſtudioſe ſubdet. Et guſtum qui
dem ſemper ad iucũda hiantẽ ratione frenabit: uerũ ad neceſſariorũ aſſumptionẽ tempe-
rate moderabit. Tactũ aũt ut qui omniũ ſenſuũ uiliſſimus ſit, et alios omnes ꝓpria leuitate
ad uoluptatem demulceat, ꝙ maximè ex toto immaculatũ ab affectib. cuſtodiet. Hic em̃
per totũ corpus extẽtus, per totã quidem ipſius ſuperficiẽ, nõ ſolũ forinſecus apparentẽ,
ſed etiã eã quæ in ꝓfundo eſt, ad uitioſos tactus cõtra animã imperiũ gerit: manuum autẽ
maximè principaliſſimã partem occupans, per has uelut per quoſdã laqueos, oẽs illapſos
corripit. Nec uerò uiſum præſtigijs ſuis deſtitutũ eſſe ſinit, ſed ad cõfuſos quidem colores
& aſperas figuras, ipſum exaſperãs, ſimulq; cõfundens: ad leues uerò ac induſtrie tum co-
lore tum figura formatos, eminus ipſum diffundens ac leuigans, etiã per hunc potentiam
ſuã ſufficienter uoluptas oſtendit. Quin & auditũ aſperis quidem uocib. fugãs, mollib. ue
rò per inſpirãtem leniter aerem in ꝓfundo lætificãs, ſuũ opus uoluptas etiã per hunc per-
ficit. Omitto dicere guſtũ, uelut totum huius alumnũ exiſtentẽ. Nã ad ſapores aliter ſe ha-
bentes conſtringit, & iniucunde afficit. Ad leues uerò, ciſternas ſuas inexplebiles aperit.
Quid uerò quis de genitalib. membris amplius dixerit? quõ contributam ipſis ad eiuſdẽ
generis ſationem uim, ſuis in totum illaqueans medicamentis, per oblectationem lenita-
tis cõtactus ipſorũ, hominem captiuũ ducit. Itaq; oſtenſum eſt, ꝙ etiã uiſus per tactũ ani-
mã ad uoluptatem decipit: oculorũ em̃ ictibus uelut incorporeis manib. quæcunq; uolue
rit, eminus contingit, & quorũ corporis manib. cõtrectandi facultas non datur, ea oculo-
rum cõtactu affectuoſe cõplectitur, & per figuras quas abſterſit ac ſibi impreſſit, totũ cor
pus accedentib. imaginationib. redundare facit. Auditus itẽ leues uoces per tactũ cõtin-
gens, per hũc animã incãtat: & in ſumma, omnis ſenſus, uelut corpus in q̊ uiget cõmune,
ſic etiã tactum in hoc communem adeptus, per hunc unũquenq; ſenſum ad propriã dele-
ctationem cõcitat, & totũ noſtrum corpus per totũ in tactu ſitum, ad uniuerſalem uolup
tem uarijs modis inſtigat. Quãdoquidem igit̃ in omnib. quidem ſenſib. maximè uerò in
guſtu ac genitalib. membris, tactus dominium habet: & alius ex alio, uelut in catena de-
pendens ac dominans tactus: aut miniſterium ſibi præſtari ſinit, aut ipſe miniſtrat: omnes
aũt ad reginã ſuã ipſam uoluptatem, ſenſuũ per tactum operationem demittentes, adhuc
amplius animã uitiorum affectib. corpus efficiunt: ꝓpoſitũ eſt aũt uirgini, ab omni corpo
rali uoluptate purã mentẽ habere: ob id ſenſũ tactus q maximè corpus efficit, ab anima
reſecare ipſam oportet: quo ſublato tactuũ in alijs ſenſib. uehiculo, etiã ſimul tollat quan-
tum eius fieri põt, materias illorũ ad proprias oblectationes. Quid igit̃ maximè eſt quod
animam ad tactum corpus facit, & uoluptates in alijs ſenſibus multiformiter producit?
Tactus inq̃, & qui in guſtu eſt, & qui ad coitus affectuoſe corpus titillat. Inter hos ipſos
aũt præcedit tactus guſtus, ſequit̃ uerò coitus. Nã per tactũ in guſtu, qui ſemper gulam ad
ingluuiem inuitat, & ſaginat̃ corpus, & ab humorib. leuib in alto ebullientibus intolera-
biliter titillatur, atq; ita ad coitus tactum uelut œſtro percitũ fertur. Quapropter neceſſa-
rium eſt, ut quæ uoluptates ad coitum per uirginitatem ſuperare uelit, longe prius uolu-
ptatis in guſtu, uelut materias illi ſuggerentis, ſe principem oſtendat. Ex rationali enim

et irrationali, iuxta Græcũ ad naturæ rationẽ excogitatũ figmentũ, uelut centaurum quẽ
dam rerũ cõditor hominem cõpoſuit, & parti à capite uſqꝫ ad pectus ſupernæ, eam quę
ab umbilico & lumbis infra tẽdit, uelut equi naturã, quę & ad uentris uoluptates bruta
exiſtit, & ad coitũ temere cõcitatur, adaptauit: nõ ab irrationali parte rationalem abripi
uolens, ſed ut rationalis, ſubiectã habens brutã partẽ, ipſam ad naturæ neceſſitates mo-
deraret, ſapientiſſime permittens. Ob hanc igitur datã ipſi poteſtatẽ, ubi nõ duxerit, ſed
ducitur à bruta parte rationalis, ſcriptura exprobrãs aurigæ, uelut ad brutę uoluptatem
Hier. 5 male ex ſupernis cõmoto, ait: Equi fœminarũ amore inſanientes facti ſunt, unuſquiſqꝫ
ad uxorẽ proximi ſui hinniebat. Et alibi, ab umbilico & lumbis brutã partem cõtra ani-
Iob. 38 mam imperiũ gerere inſinuans, Ecce robur ipſius, inquit, in lumbis, & uis ipſius in um-
bilico uẽtris. Dũ enim hic à guſtu pingueſcit, neceſſe eſt & partes ſub ipſo, à redundan
te humore in profundo ebulliente, ad naturales operationes concitari. Suppeditat enim
uenter incumbens illis, quæ has ad œſtrum incendunt, gula uerò ex ſupernis materias
effundit. Primũ igitur guſtui uirgo dominabitur, fontes uoluptatũ uentris & impetuum
hinc ad intemperantiã fluentiũ temperate gubernãs, ut ne dum uirginẽ agere inſtitu-
it, ad guſtum immodice deſcortando, nõ animaduertat ſe iuxta alterã uoluptatis fruitio
nem, temere uirginitatẽ diuendere. Virginẽ enim etiã ipſum guſtũ uirginis eſſe opor-
tet, à nullis gulam oblectantibus blanditijs ad uoluptatẽ corruptã, ſed integram etiã in
hoc ſeipſam prudenter cuſtodientẽ, & ad miniſteriũ eorum quæ ad animam pertinent,
corpus ſapiẽter gubernantẽ. Neqꝫ enim oportet ſe cuſtodientẽ guſtus uoluptati ſuccũ-
bere, & reprimentẽ ac attenuantẽ ſcaturientes ex uentre uoluptates, per continentiam
Deut. 5 erga cibos, rurſus in contrariũ, corporis uſũ cõuertere. Ne enim declines, inquit, ad dex
teram aut ad ſiniſtrã. Quemadmodũ enim remiſſũ ac liberũ ſimpliciter in omnia edulia
dimittere guſtũ, ob prædicta reuera graue eſt: ſic etiã cõcludere hũc ad corporis exim-
becillitatẽ inutilitatẽ, penitus abſurdũ eſt. Extremitates enim uelut quidã ſapiẽs dixit,
etiã in hoc æqualitates ſunt: nam uelut ob multitudinẽ pabuli equus ſub nobis exultãs,
quo uult aurigã male fert: ſic ob nimiã inopiã ad propoſitã uirtutis uiam impedimento
eſt: & quemadmodũ nõ oportet hunc multo pabulo pinguefacere: ne incõpoſitis ſuis
ſaltibus aurigã uexet, ac undiquaqꝫ circũferat, ad feruentẽ ac inflexibilẽ uim ipſius peni
tus reſiſtere nequeuntẽ: ſic neqꝫ eum qui uiam ad uirtutẽ cũ hoc proficiſci uelit, nimia
indigentia ac fame uires ipſius exoluere, ipſumqꝫ inutilẽ reddere oportere cenſeo: ut ne
debilitato huic alligatus, inefficacẽ propter ipſũ ſubeat laborẽ, neqꝫ excitare ipſum col
lapſum amplius ad curſum potẽs, neqꝫ dimittere ipſum à naturali erga ipſum amore per
miſſus, ſed ſẽper ob hunc propter ſocietatẽ ſuſpirare, & circa curã ſanitatis ipſius ſolici
tus eſſe coactus, & quia nõ habet uires is qui ad exercitiũ eorũ quæ ad curſum pertinent
inſeruiebat, de cætero propter exercitationis neglectũ, multa de peculiari ſcientia ſua
amittẽs. Itaqꝫ quoniã oportet cognatũ noſtrũ uehiculũ, neqꝫ nimis remiſſum, neqꝫ rurſus
uehemẽter intentũ, ad uirtutis curſum producere, ob id cõuenit & ſtatũ corporis prout
habet, & ciborũ qualitates cõſiderare: & uigens quidẽ corpus ac naturali calore redun
dans, amplius cohibere, & per alimenta calorẽ expellere: ut ne aut multi ſucci alimẽtis
eã quę ex natura adeſt pinguitudinẽ ex additamẽto augẽtes: aut uini infuſione feruentẽ
corporis uigorẽ adhuc amplius intẽdentes, ignẽ reuera ad ignẽ, uelut Græcus ſapiẽs di-
xit, deriuemus. Imò uigẽti quidẽ ac naturali calore abundãti corpori, purũ ex fontib. flu
entum moderate inuehemus, feruentẽ in natnra flammã cõtraria aquæ facultate extin-
guẽtes, & per rationẽ quæ in nobis eſt, ad manſuetudinẽ temperãtes. Decreſcenti uerò
ac marceſcẽti, amicũ ex alimẽtis ac potu auxiliũ inducemus: nõ quantitatẽ ſolũ alimen
torũ ubiqꝫ ad uires prudẽter menſurãtes, ſed etiã qualitatẽ maxime ſapienter dijudican
tes. Neqꝫ enim externæ ſolũ apparẽtiæ horũ animũ aduertemus, ſed etiã uires ipſorũ in
profundo ſitas ualde prudenter cõſiderabimus. Nã nõ ſemina ſolũ & legumina, ſed etiã
olera nõ pauca ſunt, quæ nõ iuxta externã opinionem, ad manſuetã gubernationẽ pie-
tatis exercitatori in alimoniã omnino cõducunt: ſed & carnes in profundo lancinantia
& pruriginoſas titillationes inducentia, nõ minus quàm ea quæ per ſe fugienda ſunt,
latenter corpora conturbant. Quapropter neqꝫ ſale ſimpliciter ac indiſcriminatim ute-
mur, uelut aliquos exercitationi deditos conſpeximus, propter continentiæ excellen-
tiam, omni alio obſonio excluſo, hũc ſolum cum pane pro omni cõdimento aſſumere:
Non

Non igitur intelligunt hi ſalem natura fœcundum eſſe, & pruritus corpori inducere, magiſq; ꝙ alias res corpora ad coitũ iritare. Si uerò in huius uſu aurigã ad ſapiẽter propoſitã neceſſitatem uerſari oportet, multò magis om̃is nucũ generis qualitatũ cognationẽ ad ea quæ in cõfeſſo nociua ſunt, diligenter diſcernere cõuenit: ita ut ubiq; neceſſitatẽ alimẽti ad ſolam uitã prudenter approbemus, obſoniorũ uerò excogitatas blãdicias, ad uoluptatis ineſcamẽta ſuſpecta habeamus. Si enim panis cor hominis firmat, nihil opus eſt ultra alimenti neceſſitatem, obſoniũ temere ingerere. Nam neq; ſalem qui panis codimentum eſt, pari cum pane copia aſſumimus: ſi uerò nõ cõdimentum pari copia, cum eo cuius gratia aſſumitur quis ingeſſerit, quõ obſoniorũ uſum principali alimento copioſiorẽ quis aſſumpſerit? Non enim hæc amplius erunt uerè panis obſonia: ſed uice uerſa panis, horum. Et non animaduertet auriga ſe rurſus alia ratione à guſtu per obſoniorũ uarieatem ad uoluptatẽ deceptũ eſſe. Deinde hinc reperiet rurſus perſequi id quod per exercitationẽ pietatis fugit. Itaq; quemadmodũ ex quatuor chordis, ut cõpendio dicã, bona exilit harmonia: nam ex quatuor, terra & aqua, aereq; & igne, conſtant corpora noſtra: ei quod deficit ſemper per alimenta opẽ feret. Eius uerò quod redundat, per detractionẽ & ductũ ad exercitia uires emolliet, nõ ſolũ quantitatem caliditatis ac frigiditatis in nobis, ſed etiã qualitatem ſiccitatis ac humiditatis expendẽs: ita ut alijs quidẽ & quantitatẽ addat, ab alijs uerò detrahat, & aliorum qualitates augeat, aliorũ imminuat per uitæ ductũ: & alias permutet, alias ſecundum naturã cõſeruet. Hoc modo omni inconcinnitate ſublata, reuera congruas ac conſonas quatuor corporis noſtri chordas, ad uirtutis melodiã animæ parabit. Verùm hęc à nobis de guſtus ratiõe, propter curſus qui pro uirginitate, imò pro ipſa tota uirtute exercentur, dicta ſint. Subindicant aũt quod, quemadmodũ corporis cõtra animã poteſtas impedimento eſt ad uirtutis adeptionẽ: ſic uice uerſa imbecillitas, quũ corporis organũ animæ prõptitudini inſeruire nõ poteſt, curſum ad ueritatem impedit. Nihil em̃ magis carnium moles, animæ alas deorſum trahens, ꝙ corporis imbecillitas ipſum occupans ac premens, nõ ſinit illã ad cœleſtia prout uult ſubuolare: nõ ſolũ bonorũ aſſequendorũ acceſſione ipſam priuans ob imbecillitatem, ſed etiã iam partorũ pulchritudine ſpolians, ob exercitij ex infirmitate negligentiã. Quemadmodũ enim pinguis uenter, nõ ſtructura & natura pinguis, ſed in quem pinguitudo alimentorũ ob guloſitatem largè confluit, cõturbans ac craſſefaciẽs mentẽ, ſubtilem initellectũ nõ parit: ſic ualde tenuis uenter, ob imbecillitatem in corporis debilitate, mentẽ mortuã efficiens, etiam iam partum ſubtilem intellectum extinguit. Subindicant item ꝙ non penitus tales uel tales cibos oportet auerſari, alijs uerò ſimpliciter expleri. Sed quod conuenit etiã in his non ſolũ quantitatẽ, temperantiam metiri ualentem, copia parem his quæ eiecta ſunt efficere: ſed etiam qualitatem ęquiualentem his quæ palàm nociua ſunt decernere: & in ſumma, rationẽ colere, rationeq; & non bruta temeritate exerceri. Si uerò diliges proximum tuum ſicut teipſum, Luc. 10
& propter hoc mandatum ei qui dixit, Nudus eram & operuiſtis me, & eſuriẽtem nutriuiſtis, & infirmum uiſitaſtis, ſtudioſe opitulamur: certe ſimulat mandatũ, qui alteri quidem Mat. 26
opem ferre meditatur, ſeipſum uerò ęgrotantem miſerabiliter perdit. Palàm eſt em̃ quod falſò diligit proximũ, cui prouidere promptus eſt, qui ſeipſum diligere nõ nouit. Et quõ mandatũ iuſte implet, qui ſerui corporis cauſam non iuſte iudicauit? ſed prætextu quidẽ adigendi ipſum in ſeruitutem, caſtigare promiſit: uerùm indiſcreto motu hoc ipſum male perdidit? Quõ enim hoc amplius dominantis ſeruum erit, quum ipſum Dñm in miniſterium uiolentię, quam ab ipſo ſuſtinuit, acceperit? Quõ uerò ſeruiet Dño ad benefaciendũ fratribus, quod oẽs benefacere potentes, in ſuijpſius obſequium ſeruos aſſumpſit? Non enim amplius ad uirtutis motus Dño ſeruiet, uerùm in debilitate poſitum, reliquis omnibus benefaciendi occaſionẽ exhibebit, miſerabilẽ apud omnes Dominũ habens, propter ſuſceptas huius gratia ęrumnas: miſerabilem item ſeruum, propter incurabilẽ huius ęgritudinem. Neq; enim Dominus de cætero ſtudio habet ut ſua opera aggrediatur, propter eam quam circa hoc habet occupationem, imò neq; liber dimitti ſtudet, per colligationem ad ipſum coactus, neq; ſeruus amplius miſericordiam aſſequi, & decentem erga Dominũ ſeruitutem recuperare cupit: ſed alter alteri incurabilis ſupplicij cauſa factus, abſurditatem à ratione alienam habent eius qui utroſq; in hunc carcerem cõiecit: quæ & à certaminum pręfecto, & à ſpectatorib. notatur, quod ille ad curſum cœleſtem adſcriptus, nõ

 animad-

animaduertit ob brutam temeritatem nõ ſolum nihil eorũ quę ad ſtadiũ pertinent, prudẽ
ter exercuiſſe, ſed etiam eum q ad curſum ipſi inſeruire debebat, iniuſte proſtrauiſſe, inſu-
perq; ſeipſum unà cum hoc ſtolide ſubuertiſſe. Quapropter neceſſariò his qui ob uirtutis
Deut.17 adeptionem corpus caſtigãt, rurſus acclamamus: Ne declines ad dextrã aut ad ſiniſtram.
Quemadmodũ enim ad guloſitatẽ declinare graue eſt: ſic per intentã afflictionẽ, corpus
per imbecillitatẽ ad inutilitatẽ proſternere, reuera abſurdiſſimũ eſt. Non eñ per ſeipſam
bonũ eſt abſtinentia à uoluptatibus uentris, ſed quod ad boni ac uirtutis adeptionem cõ-
fert. Si uerò id propter quod eduliorũ abſtinentiã approbamus, per intentã abſtinentiam
negligemus in contrariũ nobis præ temeritate inſtitutæ uitæ forma cõuertetur, quũ non
amplius poſſimus, ob organi colliquationem ac euerſionẽ, per lectiões ac preces cũ Deo
conuerſari, & ad fratrib. benefaciendũ uirtuti obedire. Oportet igiť etiã corporis curam
gerere, nõ propter corpus, ſed ut miniſteriũ philoſophiæ adipiſcamur. Impoſſibile eſt eñ
eos qui miniſteriũ corporis ad philoſophiã obediens nõ habẽt, aut ad lectiones philoſo-
phicas ſufficere, aut mentem in corpore infirmã ad orationẽ prout decet intẽdere, aut o-
mnino quid eorũ quæ ad philoſophiã pertinent, in ſuã & eorũ cũ quibus cõmunẽ uitã de
1.Cor.9 gunt, utilitatẽ operari. Quapropter caſtigo corpus, inquit, & in ſeruitutẽ adigo. Inſurgere
eñ propter carniũ uigorem cõtra Dñm uolẽs, cõtinẽtię flagris in ſeruitutẽ adigo, Domi
num agnoſcere cogens. Non eñ ſic ferio, inquit, ut immodicis plagis inutile ipſum ad ſer
uitutem faciã, ſed ſcopus eſt mihi caſtigandi, ut in ſeruitutẽ hoc adigam ad Domini mini-
ſteriũ. Qui uerò adeò uerberat fame ſeruũ, ut non ſolum inutilis ad miniſteriũ Dñi reddã-
tur, ſed etiam ſibijpſi ſufficere non poſſit, quid aliud q̃ ſeruum ſerui ſeipſum facit? Neceſſe
eſt eñ quũ non amplius ſeruire poſſit corpus, & præ debilitate reſolutum eſt, Dñm huius
ſeruire: ita ut ſemper citra miniſteriũ imbecillitatis ipſius anxius ſit, & nõ amplius ſuorum
operum memor eſſe permittať, ſed omnem uitã in hoc inſumat. Carnis igitur prouidentiã
Mat.6 non facere nõ ſimpliciter pronunciauit, ſed ad cõcupiſcentias inquit. Quare cupiditatem
quidem ac uoluptatẽ carnium, per exercitationẽ ad pietatẽ ſuccidere oportet: utilitatẽ ue
Rom.5 rò ad uirtutis adeptionem prouidere ac cõſeruare. Cibus eñ nos non cõmendat Deo: nõ
enim eſt regnũ Dei cibus & potus, ſed iuſticia & pax & gaudiũ in ſpiritu ſancto: propter
quæ etiã ciborũ abſtinentia cũ ratione aſſumiť. Nam ſi ipſam per ſeipſam ciborũ abſtinẽ-
1.Co.8 tiam expendas inquit, neq; ſi nõ ederimus, inferiores ſumus, neq; ſi ederimus, ſuperamus.
Neq; enim qui non edunt plus aliquid habent in uirtute edentibus, iuxta hoc ipſum ſo-
lum quod non edunt: neq; qui edunt minus non edentibus, iuxta hoc ipſum ſolum quod
edunt, ſi interna ipſorũ uirtus exæqueť. Itaq; ad uirtutem in anima reſpicere oportet, atq;
ſic omnia circa corpus obire. Quæ eñ nõ bona per ſe ipſa ſunt, per boni miniſterium bo-
na ex ornatu euadunt. Quo igitur miniſteriũ ad bonũ, per corporis debilitatem nõ impe
1.Tim.5 diatur, uino inquit modico utere, propter ſtomachum tuum, & frequentes tuas infirmita
tes. Sicut enim feruenti per uigorem ac frementi corpori nõ oportet, uelut iam prędictũ
eſt, ignem ad ignem inuehere: ſic neq; per debilitatẽ frigefacto, id quod amplius frigefa-
cit magis noxie ingerere. Sed uelut illic naturalem calorẽ externas materias ſubtrahendo
cõſumimus: ſic eundem laborib. conſumptũ, aut deinceps per ætatẽ aut morbum extin-
ctum, externis liquoribus opem ferẽtes refocillamus. Pacem enim etiã in debili corpore
ꝓuidere oportet quatuor partium ex quib. cõſtituti ſumus, ita ut undiquaq; opitulemur,
ut ne exuperans unq̃ in nobis caliditas aut frigiditas, aut omnino una aliqua ex quatuor
partibus, bello ac diſcordia, ex debilitate & œſtro, animam repleat. Cæterũ hæc quidẽ de
uno ſenſu guſtu, ſolũ pro corporis uirginitate, moderate dicta ſunt. Trãſeundũ deinceps
ad alios ſenſus his qui uerã uirginem uidere propoſitũ habent. Sciatis igiť quod poſſibile
eſt, eos qui uirginem ueræ uirginitatis ancillã, per ciborũ abſtinẽtiã ac reliquũ durũ uitæ
ductũ cuſtodiũt, uirginem habere corpus, non aũt uirginẽ habere animã. Sufficiẽs eñ eſt
etiam uiſus, ad formas turpes animæ inducẽdas, & ſermo ad uoluptatẽ medicatus aurib.
allatus, ad mentem ad intẽperantiã corrumpendã. Veretur itaq; pronubus ne aliquo cor
rumpat non corpus, ſed cogitatus eorũ qui Chriſto ſunt deſponſi. Quaꝑpter oportet uir
ginem præ corpore, maximè animam cuſtodire, nõ ut aliqua quidẽ uigilia hãc cuſtodiat,
aliqua uerò ſimpliciter dimittat, ſed ut omni uigilia ac cuſtodia cor ſuum conſeruet, quo
neq; per uocem huius effluẽs ſermo, auditorẽ ſermonis ad uoluptatẽ inficiat, neq; rurſus
extrinſe-

extrinſecus per auditum ſermo ab aliquo illapſus, cor ipſius ad cõcupiſcentiã exæſtuare faciat. Sic enim & in uiſu facere conuenit, ita ut neq; molliter inſpiciat, ut ne uoluptatis ſimulachra per hunc uidentibus cõtra ſeipſam immittat: neq; extrinſecus allabentem aſpectum ſe contingere permittat, ne uelut ignito quopiam ſpiculo per hunc in cor icta, ad uoluptatis figuras exardens incendatur. Eris em̃, inquit, uelut ceruus ſpiculo percuſſus in hepar. Sed forniſecus quidẽ allabentẽ aſpectũ, ſuo aſpectu ab anima ipſam auertere oportet. Suum uerò aſpectũ temperantiæ ſignum uidentibus exhibere. Sufficiens eſt enim etiam ſuperfluus palpebrarũ motus ad uoluptatẽ ſtimulare ac uelut œſtro concitare, præ qua uoluptate hæc animã cõmouent. Quum enim pulchro oculis ipſius conſpecto uiſum affectuoſe infixerit, & conſpectæ formæ figuras in ſeipſa animæ præ uoluptate emollitę, uelut in cera impreſſerit, diſcedit quidẽ etiam per ſeipſum aliquãdo id quod figuras fecit, forma uerò eius quod conſpectum eſt menti impreſſa, ſemper inſidens, animam ad ſuorũ ipſius operum imaginationẽ ſtimulat. Quapropter maxime oportet uirginẽ penitus nulli rei intentũ uiſum immittere, aut ſi immiſerit, cõtraria facultate figuras ad impreſſionem ſui cogentes, à ſeipſa propellere, quo nullam corporalem ſpeciem per diuturnos ex cõſuetudine occurſus imprimat. Si uero forte cõtigerit figuras latenter corporali parti imprimi, eas per frequentem uirtutis ac bonarũ rerum memoriã ex ſeipſa delere: ita ut eas quidem quæ à corporali forma inſcriptæ ſunt uelut in cera, per tranſlationem mentis ad diuina obliteret: eas uerò quæ à ſanctis rebus accedunt, ſpeculationibus circa ipſas elaboratis inſcribat. Quod ſi accedentes ipſi figuras, infractas in mente permanere uelut in ſigillo ſinet, neceſſe eſt mentem circa impreſſam formã occupatam, reliqua quidẽ omnia bona negligere: ad eius uerò quæ ineſt ipſi formę imaginationẽ ſemper ſtupentẽ ac cõſternatã, circa fruitionẽ ipſius affectuoſe cõuerſari. Et tali nihil ꝓdeſt corpus à uerſutijs incorruptũ cuſtodire, animã uerò ad immiſſas in ipſam per uiſum, corporalis amoris uoluptates ſemper corrumpi. Ob timorẽ enim aut pudorẽ præoccupatæ circa externã uirginitatẽ opinioni cum ſimulatione inhęrens, & hac denudari pudore dignum ducẽs, hanc quidẽ exercens cõſeruat. Verũ incorporalib. manibus, in mẽte eum quẽ amat ipſi impreſſum, amplectens ſecum ſemper circumfert. Et quæ per corpus facere, ut ne deprehendat erubeſcit, ea cogitationib. mentis facere non ueretur, quã nõ amplius neq; corpore iuſte uirginẽ appellaueris. Neceſſe eſt enim, dũ is quẽ amat inſeparabiliter ipſi in mente miſcet, etiam corpus ad animæ affectus cõformari, & dum ad mentis motus hoc coafficit, unà cũ domina corrupta corrũpi, & dum illa reuera ac in ſomnis amatoria ſomnia habet, etiã ipſum cum illa ſomniare. Quum aũt hic affectus animã occupauit, ſuperflua de cætero eſt à cibis cõtinentia, ac reliquus durus uitæ ductus, quũ non equus equitẽ ad ſuas exultationes ferat, ſed ipſe eques eo qui in ipſo eſt affectu equũ male ſtimulet. Quẽadmodũ enim in quibuſdã prę ſenecta corpore reſolutis, mẽs pręoccupãte ꝓteriuate ægrotãs, præter uires ad uoluptatis imaginationẽ corpus cõcitat: ſic in his qui affectã erga amorẽ animã habent, etiã reſolutũ exercitatiõe corpus, ad proprias concupiſcẽtias anima irritat: nõ de corporis uigore ad animã affectu trãſeunte, ſed de anima ad ea quæ corporis propria ſunt male ſe cõmouente. Si igitur uiſus tanti ignis fomes eſt, audiamus eũ qui acclamat: Oculi tui recta uideãt, et palpebrę tuæ iuſta annuãt, & ne corripiaris unà cũ palpebris tuis, neq; capiaris oculis tuis. Pro. 4 Si uerò iuxta ſuperiorem naturæ rationẽ, tactus quiſpiã eſt uiſus et oculorũ appulſus: quẽadmodũ ubi lippiẽtes diutius intuemur, morbi participes ſimus: & ubi alijs rebus quæ naturaliter oculis cõmodę ſunt, oculos immittimus, latẽter utilitatẽ percipimus: ſic ſanè uoluptatis occurſui oculos adhibẽtes, uoluptatis morbo mẽtẽ implemus, ſicut ſanè ubi eoſdẽ ueris bonis admouemus, per oculos in animã utilitatẽ ſuſcipimus. Et ꝓfectò abſurdũ eſt, quũ uirgo per oculos ad morbũ lęſionẽ accipiat, eam audere per uiſus tactũ indifferẽter ea cõtingere, quib. nunq; audeat manũ admouere. Cõciliator em̃ & ut ita dixerim, pronubus tactus manuũ, eſt tactus oculorũ, eminus illũ præoccupãs. Ille uerò ipſe manuũ inq; tactus, calidior eſt ancilla eius qui fit in cõplexu: & q̃ primũ tactũ oculorũ nõ euitauit, neq; manuũ ſanè quantũ ab ipſa eſt effugerit. Quæ uerò rurſus tali amatorio more implicata fuerit, non utiq; ab inquinamẽtis pura inueniri potuerit. Quẽadmodũ enim ignẽ attingentes, ignis ſignacula per eos qui nos contigerunt cauteres ſuſcipimus, & impoſſibile eſt ut qui ignẽ contigit,

puram

puram ab uſtoria ipſius efficacia manũ oſtendat:ſed aut bullæ ad tactũ aceruatim exortę,
& cũ dolore feruentes ac ſaliẽtes,ſtatim eruptionẽ minanẽ, aut iã oborta in manu amara
ulcera cõſpiciunẽ:ſic impoſſibile eſt ut qui amatoriũ ignem attigit,purũ ab huius ſignacu
lis tactũ oſtendat.Sed aut ſimili modo uelut ad tactũ manus,bullæ latẽter in corde obor-
tæ,amari uidelicet amoris affectus,feruent ac pulſant,& intolerabilib. tremoribus occu-
patę,peccati ulcera ſtatim eruptura eſſe minanẽ,aut iam totũ ulceratũ in profundo coro-
Pſal.77 ſtendunt.Ignis em̃ eſt ardẽs,inquit,in omnib.mẽbris, & quem inuaſerit radicitus perdit.
Quare quãdoquidem in omnib.mẽbris hic ignis ardens eſt,obſeruandũ eſt his qui purũ
à cauteribus corpus oſtendere uolũt,ne aliquod membrũ cõtingãt,ut ne in mẽbro ſitam
ignis efficaciã,per tactum nõ in parte ſolũ quã cõtigerunt, ſed in totũ corpus & in ipſam
animã ſuſcipiant.Si em̃ quis caudã ſolum ſerpentis attigit,& quũ tanto ſpacio intermedij
corporis caput ab illa diſtet,tñ ad contactũ in cauda fientem ſtatim conuertitur: & ſi ubi
pedis noſtri digitus offendit,capilli in capite ſtatim recti eriguntẽ: nimirum etiã uitioſus
totius tactus,etiamſi in manu ſolũ fiat,à capite tñ uſq; ad extremos ungues,totum corpus
ad uoluptatis cõſenſum,ſtatim ubi fit attingẽtis ſignũ,contrahit.Et ſicut lapidis iactus in
aquam in ciſterna fiens,non adiacentem aquæ partem,in quã cecidit lapis,ſolũ inundare
facit,ſed alijs ſuper alios circulis excitatis,uſq; ad extrema quandoq; inundans hos pro-
ducit: ſic amatorius aſpectus,aut ſermo uoluptatis mulcimentis effœminatus,in uirginis
animã uelut in puram aquã uehementer illapſus,alias ſuper alias uelut in profundo exci-
tans cogitationes,totã ipſam ad ferientis imaginationem percuſſam inundare facit. Qua
propter maximè oportet uirginem,& oculorũ & uocis blãdicias corruptorię uoluptatis
medicamentũ exiſtentes,à proprijs ſenſibus q̃ lõgiſſime abigere:ita ut aures quidem in-
tus temperãti ratiocinatione obturet,oculos uerò auertere ſecundũ naturã ſciat. Nam ſi
ſemel per oculos & aures acceſſum ad animã arripuerint,de cætero etiã reliquas per ma-
nus accedentes blãdicias mercenarias aſſumẽtes,progreſſu tẽporis penitus quæ ſua ſunt
operabuntur. Quemadmodũ em̃ miles qui cũ militari agmine in urbe adeſt, domũ ſibiip
ſi ad inhabitandum circũcirca quęrit,& aut per uim à foribus excluſus,uel alia quadã arte
à dño domus expulſus,aliò ſe conuertit:aut ubi primũ ad interna acceſſum facilem habu
it,ut uel aliquid ex armis ſuis,haſtam aut galeam aut ſcutum deponere licuerit,etſi ꝓpter
ſocios egreſſus foris eſſe uideatẽ,intus tñ eſt potentia,per arma quæ depoſuit, domo pro-
pria ſuiipſius ac ſociorum,quos nõ longe poſtea ſecũ habitare facit,de cœtero effecta:ſic
potens uoluptatis ac peccati miles domũ ſibiipſi circũcirca quęrnes,aut à primo ingreſſu
excluditẽ,& aliò ſe cõuertit:a ut ubi primùm ad interna per ſenſus acceſſum facilẽ habuit,
ut uel aliquid ex armis ſuis,aſpectus haſtã inquã,per oculos eminus ſauciantem,aut uolu-
ptatis galeam illecebrem ſermonem per auditũ,aut tactum per manus , uelut ſcutũ,totũ
corpus ad uoluptatem cõcitantẽ,in anima deponere licuerit,etiãſi foris eſſe uideatur cor
pore nondum per operationẽ peccati corrupto, tamen intus eſt potentia,per depoſita ar
ma corrũpens mentẽ,anima quæ aliquid de his armis ſuſcepit,propria domo priuatæ uo
luptatis ac ſociorum ipſius uitiorũ,de cætero effecta. Cõcludendus eſt igitur primus per
ſẽſus acceſſus carnis militi,ita ut ſenſus undiquaq; uelut fores aut feneſtras,cordis uectib.
obſtruat,ut neq; per unam ſaltem ex his callidiore conſcenſu facto, ſecum mortem ſociũ
Hier.9 ſuum habitare faciat.Mors em̃, inquit,aſcẽdit per feneſtras ueſtras.Feneſtræ enim reuera
ſunt animæ ipſi ſenſus,per quas aut uelut prudens ac tẽperans quædã mulier,anima ipſa
externã ſenſibiliũ lucem,ad operis ad ſe pertinentis conſiderationẽ,leuiter ipſas aperiẽs,
aſpicit:aut petulans ac proterua circa curioſam externarũ rerũ inſpectionẽ, uelut laſciua
aliqua meretrix proſpicit,ad ea quæ delectãt collum male conuertens, & ad iucunda per
has illabens.E feneſtris em̃ domus ſuæ proſpectãs, quẽcunq; uiderit ex ſtultis filijs adole
ſcentem mentis inopem prætereuntẽ,ea dicit quibus iam ſeipſam totam ad proteruitatẽ,
propter male inſtitutos ac contumaces ſenſus parauit. At uerò caſta intus inquã,uelut in
foco in medio cordis,& cogitationũ & ſenſuũ thronum collocans,ſi quid utile eſt ab omi
uitio purũ fluẽs,id admittit:ſi uerò quid inutile eſt,& à uirtute alienũ,id ipſum extra fene
ſtras,prudentiæ manibus ipſas obturãs,ſapiẽter excludit. Neutiquã igitur oportet pecca
tum ex complexu fugere,& per hæc,& in his lapſibus periculoſe implicari. Nam tactus
per uocem & oculos,ad manuũ tactum latenter deducit. Hi uerò omnes uelut in catena

inter

inter ſe cohærentes,tactus in complexu pronubi exiſtũt.Non igitur unus ſolũ circa coitũ
tactus,ſed totum multiplicis tactus genus,ex quo omnis ſpecies per ſenſus naſcit̃,uirgini
diligenter incorruptum cuſtodiendũ eſt:quo eas quæ ab oculis & uoce & reliquis ad uo
luptatem motibus eminus emittuntur ſcintillæ,cõtrarijs tẽperantiæ flatibus extinguens,
etiam ſimul rogũ ex ipſis accenſum prudenter extinguat.Imò potius quo ne admiſſis qui
dem omnino uoluptatis fomitibus,neq; habeat penitus unq; uoluptatis rogum in carni
bus incenſum. Virgo igitur erit,& auditus,& uiſus uirginis,inſuperq; & tactus & totus
motus.Veræ aũt uirginis totam pulchritudinẽ ornare oportet,ut neq; naturali pulchritu
dine pompam ducere ſtudeat,neq; ſi hęc deſit,externum fucum admittat.Indecorũ enim
reuera eſt uirgini,& ab integritate quam profeſſa eſt alienum:aut gloriãdo in formę figu-
ris,à conditore ad generoſitatem contributis,& pompam uelut dixi,pulchritudine ducẽ
do,plures corporis amatores ad communem ruinam cõmouere ſtudere:aut nõ facta bo-
ni odoris coniectatione,excogitatũ fucum uidentib.in uoluptatis condimentũ procura-
re.Neq; enim prior ſapientia rationẽ oſtendit,ob cõditoris opus,uelut ob propriũ rectẽ
factũm delicians,& in quod certamen non induci,per orationẽ certaminis præfectũ ro-
gat,dum Ne nos inducas in tẽtationem precatur:in id ipſum per hoc q amatores allicit,
ſeipſam palã detrudẽs.Neq; poſterior,quas nõ accepit in corpore uoluptatis illecebras,
eas ſpurijs formis ac præſtigijs contra ſeipſam inducens.Vtraq; uerò nõ animaduertit,ſe
datum à Deo bonum citra propoſitum ſcopũ corrũpere:dum & formoſa animę pulchri-
tudinem per corporis ſpeciem abſurde uitiat,& quæ apparẽtem & putatã corporis defor
mitatem,uiaticum ad cuſtodiam uirginitatis acceperit,hãc ipſam ad ſuijpſius inſidias ſpu
rijs formis nequiter transformat.Oportebat aũt uice uerſa,illam quidem tẽporariam pul-
chritudinem cõtemnere,ipſamq; non animæ pulchritudinis impedimentum, ſed auxilia
rium,ſi forte ita contingat,facere,corporis amatores ad animam trãsferendo. Hanc uerò
nihilominus in ueris bonis progredi,& quietem à tentationibus ob putatam deformita-
tem,ad tranquillitatem exercendi non ſeneſcentẽ pulchritudinẽ arripere:ut quæ immor
talibus quidem bonis,uelut proprijs recte factis,iam hinc aduerſus alteram certamẽ inſti
tuat,corporalibus uerò à tempore corrumpendis, nihil ab illa differat. Neq; enim faci-
le intelligere eſt quis ſit ſcopus,propter quem ſe ornant ac iactant. Si enim ut uirginitatis
ſcopo opem ferant,profectò contra quàm profitentur faciunt, plures tentatores per or-
natum contra ſeipſas abſurde inuitantes. Si uerò ut pulchræ uideantur,uideri abſurdum
eſt,niſi huius rei curam habentibus contingat,ut à quibus opinionem auferre ſtudent,ab
his putata ſua pulchritudine exatientur.Si uerò ut etiam aſſequantur eos quibus placere
ſtudent,in contrarium ſeipſas delatas nude oſtendent,meretrices pro uirginibus conſpe
ctæ,prætereq; ſi ad duorũ deſiderium mediæ correptæ diſtrahuntur, & externis amatori-
bus exatiari uolentes:propter hoc uerò,communis deſiderij condimentũ,aſpectum fieri
ſtudio habentes:& ab interno amatore,aut ob uerecundiam aut timorem apprehenſæ.
Neq; enim fieri poteſt ut talium mens non ſit putris ac fraudulenta,quæ & externos ad
corpus per artem irritat,& interno ex dimidio placere cupit.Et nõ amplius ſibijpſi de cæ
tero mens æqualiter conſona erit,ſed uelut in confinio , & ad internum amatorem,& ad
externum nequiter diffiſa.Nemo autem poteſt duobus Dominis ſeruire:aut enim unum Mat.6
odio habebit , & alterum diliget:aut unum amplectetur,externum uidelicet , ad ipſum
ſe exornans,& internum contemnet. Quæ uerò nupta non eſt,curat quæ Domini ſunt, 1.Cor.7
quomodo Domino placeat. Quemadmodum ſanè ea quæ nupſit,curat ea quæ mundi
ſunt,quomodo placeat uiro. Et diuiſæ ſunt uxor & uirgo.Nam impoſsibile eſt & quo-
modo interno placeat curare,& ad externos ſpectatores uelut in ſcena exornari. Sed ſi-
cut qui ſub ſole loquitur cum præceptore, conſequentis umbræ & motus manuũ ipſius,
& totius formæ figuras per imitationem exprimentis nullam curam gerens , penitus ad
præceptoris colloquium intentus eſt : ſic etiam uirgo corporis ſimulachrorum, an for-
moſa aut deformia ſint hæc, & eorundem irriſorum, nullam curam habens , tota ad præ-
ceptorem ſuum ac ſponſum conuerſa eſt , cum hoc per uitam in puriſſima luce contente
loquens.Curat enim quomodo placeat Domino:placet autẽ talis,qualem ipſe ipſam for
mari uoluit.Non ſolum igitur non ornari uirginẽ oportet,neq; excogitatã formam uolu
ptatis petulantis aſpectus condimentũ facere:ſed etiã naturalẽ corporis pulcritudinem

quantum

quantum eius fieri poteſt de induſtria obumbrare. Nam quum uelut ſuperius diximus, fœmina malagma ſit uoluptatis ipſi maſculo, & aſpectu flexibiliore ad maſculi uiſum illiciendum effecta, & uoce acuta ad demulcendas aures conſtructa, & apparente membrorum teneritudine, & in ſumma toto corporis habitu ac motu ad uoluptatis fraudem formata: & non ſolum loquens & aſpiciens fœmina, ſed etiam ſedens quodammodo & incedens per naturalem quam in ſe habet contra maſculum potentiã, hunc ad ſeipſam, uelut magnetes eminus ferrum, incantet: ob id oportet uirginem nullo modo uoluptatis retibus implicari, ita ut uitet uirilem facere uiſum, & ualidam edere uocem, & inceſſu ac omnino toto corporis motu, uoluptatis illecebras cõſeruare: ut ne capiat inquam, amplius ſeipſam per excogitatas uoluptates, & laqueum tum alijs, tum animę ſuæ, proprium corpus ſtruat. Verùm ad firmam uirtutis ſpeciem prudentibus ac caſtis motibus ſeipſam uiriliter erigat. Sic aũt fœminę in ſeipſa tollens uoluptatem, & maſculi ad hunc habitum reſecans uirgineos etiam ſuos progreſſus faciet, non laſciuiens aſſiduis progreſſibus, neq; præter pertinentem ad uirgines neceſſitatem, domibus ſeipſam ingerens. Verùm omnis progreſſus tempus, debitę uirtutis mandatum faciens, & aurigam quidem progreſſus,
Mat.25 mandatum Domini habens: tempora uerò horum, iuxta decentem diei partem deligens, Non enim ſimpliciter propter eum qui dixit: Infirmus eram, & nõ uiſitaſtis me. & cętera: diſperſionis ac uituperij materiã, mandatũ Domini faciet, omni tempore & præter decorum progredi audens, & importune per omnes angiportus uulgo apparens. Neq; bonũ Dei mandatum, dextre ipſo non utens ad ſuijpſius calumniã male conuertet, & ętatem ſuam ſimpliciter citra experimentũ ad progreſſus dimittet. Verùm nouellam adhuc agens ætatem, ad domũ Dei ſolum, & nõ ſola ſimpliciter procedet. Mandato aũt Dñi alio citra excuſationem ducente, fide dignã ſuam profectionem faciet his, cum quibus probationẽ facere uidetur. Nõ enim ſimpliciter gregariam oportet uirginẽ, nuptiarum uincula auerſantem, in omnibus locis cum autoritate diuerſari, uelut ob hoc fugientem nuptias, non ut meliori ſponſo ſemper aſſideat, ſed ut poteſtatem habeat eundi quò uelit. Neq; enim ut ne teſtem aut iudicem uitę haberet, ſocietatem ad uirũ euitauit: neq; ut libera ab æmulatione & zelotypia exiſtens, pro libito uolutaretur inter quoſcunq; uellet, neminem habens qui motus ipſius exploret. Sed ut uoluptatibus carnis, & partuũ doloribus, & plena laborum rerum temporalium ſollicitudine ac doloroſa cura, euitatis, ſub teſte ac æmulo
Deut.4 uirtutis Deo, ſuam uitam ad integritatem gubernaret. Deus enim ſum, inquit, æmulator, æmulans eum qui corrumpẽdi gratia meã in uobis pulchritudinem adulterat. Nam ſi ab iecto uiri iugo, & ad uitam, ad quam conſeruandę domus & procreandorũ liberorũ gratia facta eſt, inutilis, & profeſſę uirginitati pudenda futura eſt: tota res damni plena eſt, dum & ineruditis cogitationibus animã, & remiſſis exultationibus corpus corrumpit: & longe ſanè pręſtabilius eſſet ipſam uiro coniunctã ad uitam gubernari, & quod ad opem domeſticę rei ferendam cõducit, talionis uice pro pręfectura ipſi rependere, & liberos ſenum nutritores ad generis ſucceſſionem bonos producere, & una ſaltem parte uiri æmulationibus, quantũ eius fieri poteſt Deo uirginem agere. Nã ueritatis doctrina in angiportibus & domibus licenter oberrantes, neq; uirgines agnoſcit. Ocioſæ enim appellantur circueuntes domos: & non ſolum ocioſę, ſed etiã nugaces & curioſæ, loquentes quæ non
1.Tim.5 oportet. Si uerò uiduam uirum iam expertam, & ob oculos uirorũ uerſari adſuetam, non oportet impudentem & linguam & pedes ad quoslibet mouere, ut ne in prædicta crimina incidat: quanto magis oportet uirginem, quę pudoris erga uirum tunicã nunquam exuit, caſtam & uirginem cuſtodire linguam, & ſincerum gradum ad uſus neceſſitatem proferre? Illa enim ſolum uirgini dicenda ſunt, quæ & audita menti auditorũ proſunt, & quæ per appoſitam ad ipſam reſponſionem, ad diuinarum rerum intelligentiã animam ipſius adhuc magis exornant. Nam quod per linguam extra fertur ſermonis fluentum, fonti un-
Mat.15 de manat teſtimonium præbet. Ex corde enim exeunt cogitationes prauæ, cædes, adulteria. & quæ ſequunt. Ex quibus fructibus arbor cognoſcitur. Et quæ uerè uirgo eſt, à morum puritate uelut à puro fonte, ab omnib. inquinamẽtis imperturbatũ ſermonem ſuum placide effundere debet: ita ut non ſolum nullam nociuam ac pernicioſam ad uoluptatẽ ſententiam afferat, ſed neq; ocioſum unquam à rationali anima hunc oſtendat. Omnis enim qui de uirginis fonte, ſermonẽ incorruptum haurit, cum uelut integritatis poculo

mentem exſatiare oportet, & ſimiliter cum reuerentia talionis uice benefactrici uiciſsim
propinare. Talis quidem erit uirgo loquens, ſi qñ etiam loqui neceſſariũ fuerit. Exactè e-
nim uidendũ eſt, & cum quo, & quõ, & qñ, hanc loqui decorũ uidetur. Non enim ſimpli-
citer ad quoslibet uirginis ſermonẽ corrũpi oportet, neq; rurſus ad reuerẽtia dignos au-
dacter denudari, neq; utilitatẽ non habentẽ apud pertinentẽ ad perſonã uirginis profun
di: & ne tunc quidẽ quum utilitatis neceſsitas hunc ex uirgineo ore neceſſario uocat, per
illapſam ad neceſsitatem occaſionem, cõtentioſius redundare. Sed ubiq; & perſonæ, &
utilitatis, & temporis coniectura faciẽda eſt, ut ubi neceſsitas loqui cogit, multò paucio-
ra ꝙ audit loquatur. Nam & natura utilitatem ſermonis ad auditum per proportionem
metiens, duas quidem aures, unam uerò linguã nobis largita eſt. tanquã oporteat dupla
ad diſciplinã ac eruditionem conſequendam audire, dimidio uerò cõtractum ſermonẽ,
ad quæſtiones ſi interrogemur proferre. Quare etiã ſecundum naturam, ad quoſcunque
tandem tempeſtiuè loquetur uirgo, multò plus audiet ꝙ loquetur: & omnis ſermo eius
nihil aliud ꝙ utilitatem audientibus afferens, de labijs procedet, aut per interrogationẽ
menti eruditionem procurans, honeſtè ac ornatè de ore prodibit: aliàs aũt intra angulos
quieſcet, multò plus alijs ſemper orans: Pone dñe cuſtodiam ori meo, & oſtium muniti- *Pſal. 149*
onis circa labia mea. Atque ſic quidem os ſuum per preces muniet, non minus aũt & au-
res, ut nihil forinſecus mali in ipſas confluat, aurib. ac lingua ianitoris officium menti pręſ
ſtãtibus, in quiete ſemper Dominum rogans: Ne inclines cor meum ad ſermones praui- *Pſal. 118*
tatis, ut prætexã prætextus in peccatis. Porrò multò magis ꝙ prædicta uituperabile eſt,
& à uirgineis moribus alienum, uirginem non modo in domibus oberrare, ſed etiam nu
ptiarum pronubam fieri. Honorandæ equidẽ ſunt nuptiæ inter omnia, uerùm alijs & nõ
uirgini cõueniunt: & non oportet hãc à propria ſemita digreſſam, in uitæ triuijs reliquæ
multitudini ammixtam reperiri. Alia enim eſt uia nuptias tenẽtium, & alia ſemita uirgini
tatem colentiũ: & diuiſæ ſunt uirgo, & quæ nupſit. Secedẽdum igitur eſt uirgini à nuptia
libus tractationibus, imò ne accedendæ quidem ipſi hæ ſunt ab initio. Verũ reliquę qui-
bus carnales ſponſos ſectari placuit, pronubæ ſint prout uidetur harũ nuptiarum, & ſtu-
dium ſuum circa ipſas, ſi ita ipſis iucundum eſt oſtendant. Virgo aũt ſuum ſponſum ſem
per amplectens, ſi etiam ipſi omnino uidetur pronubam agere, huic impollutas ſponſas
ad integritatem deſpondeat. Et illæ quidem circa mortalem occupatæ ſint thalamum: i-
pſa uerò prudentibus cõiuncta, lampade circum Dominũ tripudiet, ſequens ſpõſum cũ *Mat. 25*
proprio uirginitatis lumine, & alias ad uirginitatem deſponſans. Reuera enim pudore &
opprobrio plena res eſt uirgini, quum quæ nuptijs præoccupatæ ſunt, uelut per inexpe-
rientam in quibus rebus uerſaturæ eſſent, implicatæ doloribus nuptiarũ, nõdum nuptas
à ſimilib. dolorib. experiendis beneuolè auertentes, & integritatẽ tum ſponſi, tum illi de
ſponſarum, & in præſenti & in futura uita, ꝙ ueriſsimè prædicantes, ad uirginitatẽ exhor
tentur: uirgo uerò pronuba fieri nuptiarum ſtudeat, per ea quæ facit contrarium uelut ar
bitror oſtendens: nimirum quòd uirginitatis promiſsione præoccupata, prę uerecundia
de cætero ad hanc ſe cõponere cogitur. affectu uerò nuptias amplectens, & fortaſsis pœ
nitens, quali uoluptate priuata eſt, per ea quæ circa ipſas facit, affectum ſe in anima habe-
re non modicè detegit: uelut nuda nuptis oſtendere uolens, quòd unà cum ipſis delecte
tur in uoluptatib. quas percepturæ ſunt. Diuiſa igitur eſt à nupta uirgo ipſa, & uita, & to-
tis moribus: & quæ ad uirginem pertinent opera in omnibus cognoſcet, incorruptam in *1. Cor. 7.*
omni opere uirginitatis pulchritudinem conſeruans, ut ne indifferenter ad ea quæ non
decent effuſa, per ea quæ facit hoc corrumpat quod exercere ſtudet. Et ſic quidem ſince
ra, & loquens & tacens & progrediens uerè uirgo erit. Oportet autem uelut dixi, nõ ſim
pliciter, neque prout contigit, neque ſolam, ſed iuxta prædictum ſcopum, cũ honeſtis &
uita & ętate mulierib. progredientem, nuſquã in indecoris angiportib. aut foris, ubi in-
honeſtorum hominum cõuerſationes congregari ſolent. hanc conſpici: coniectationeq;
temporis progreſſus habita, talem & habitu, & inceſſu, & uniuerſo motu ab occurrenti-
bus uideri: ut omnes obuiam uenientes, uelut ſtatua Dei cõſpecta, uiſu quidem penitus
ad reuerentiam percellantur, mente uerè ad modeſtiam redigantur per uirtutis commo
nefactionem, colãt autem ſpectaculum, & uelut Dei, quemadmodũ dixi, imagini cedãt,
ac ipſam reuereantur. Quemadmodum enim ſatyrorũ imagines conſpectę, riſum uiden-

A tibus

tibus mouent, & ſicut aliæ imagines triſticia refertæ, mentẽ uidentiũ & uiſum ad triſtium rerum imaginationem cõfundunt: & ſicut nihil horum dum mouetur, ſpectatorũ uiſum ad ſeipſum afficit, uerùm dum in immota figura conſpicitur, in immota forma uiuẽtium affectus cõmouet, & ad proprias imaginatiões adaptat: ſic et uirgo caſtitatis imago, imò potiùs uirtutis per ſe ſtatua exiſtẽs, etiã cõſpecta ſolum, uidentiũ oculos ad diuinitatis cogitationem cõuertere debet. Percellatur igitur animo petulãs quiſpiã, de tẽperantię pulchritudine ex uirginis cõſpectu cõmonefactus. Recordetur aũt quis Dei, ad æmulationẽ mandatorum ipſius exercitata imagine cõſpecta. Et ut in ſumma dicam, adaptetur ab omnibus quæ ſunt in uirgine, & uiſu & motu ad uirtutis imaginationem: & omnes qui cũ ipſa conuerſantur, mente adſtringantur, nemoq; uelut ſatyri aut uoluptatis molli penitus imagine conſpecta, ad peccatum diffundatur: ita ut conſpectum quidem, ei quam uidit uituperij corruptæ uirginitatis occaſionem faciat, ſibi uerò maioris peccati anſam uirginis occurſum efficiat. Imaginis igitur Dei per omnia concinnitatem, & ut ita dixerim ſculpturam, ſeipſam uirgo faciens, totam quidem ſeipſam extra mundi curas cõſtituet: corporis uerò uoluptatibus animam remouebit, & tota mente ad cœleſtẽ amorem intenta, omnia in terra iucũda pedibus conculcabit: non amplectens magis, ut in his quę ſplẽdida putantur delicietur, q̃ miſerta miſeriarum quæ in hac uita exhauriuntur. Ex cõparatione enim multiformem eius quæ nupta eſt ſortem, ut ita dicam, ad ſeipſam contẽplans, ob ea quibus iam hic fruitur, omnino ſeipſam propoſiti ſcopi gratia amplectetur. Illa enĩ mortalibus nuptijs copulata, ad curam propter ſeipſam, etiam aliam de uiro aſſumens, geminam quandam ex una anima, cõiuncti ipſi corporis curam ſuſtinet, nõ amplius uno corpore laborans, ſed in una anima, & ad uiri, & ad ſuum corpus in morbis ſemper diſſecta. Deinde hinc liberorum propaginibus productis, ad unumquęq; partum aliquid de anima reſecari patitur, eius qui inſuper gignitur curam, prius exiſtentiũ malorũ acceſſionem aſſumens. Et ſiquidem bonum uirum adepta eſt, ſemper mortis metu uiduitatis grauitatem ſuffert, ingentem quandam tabẽ, & de præſente & de peregrinante, propter inexpectatos caſus, in anima ſuſcipiens. Si uerò uice uerſa amarulento fuerit coniuncta, totam uitam ſupplicium habens: utrum uerò propter temperantiã, neq; mortem uiri, ob amaritudinem uiduitatis, neq; uitam ob conuictus inſuauitatẽ eligere potens, ineuitabili malo anxietatibus ſemper animo ſcinditur. Deinde ubi liberos peperit, aut bonos fientes uidet, & maiorem eo qui circa partũ accidit, ex improſpero horum ſucceſſu dolorem per uitam geſtat: aut malos euaſiſſe cõſpicata, etiã grauius opprobriũ ob liberorũ generationem, q̃ ob ſterilitatẽ tuliſſet, ſuffert. Aut priuſquam ad relatorum malorũ experientiã uenit, ſimul & ſponſa, & uidua facta eſt. Et quæ filijs carens ad uiduitatẽ deuenit, neq; mulier, neque uirgo, neq; mater eſt: uerùm ab omnib. iucundis putatis à nuptijs elapſa, propter breuem quidẽ uoluptatẽ, uirginitatis pulchritudinem damnũ tulit: in tantũ uerò nuptias experta eſt, ut uiduitatis amaritudinem cognoſcat. Aut in uiduitate pupillos educãs liberos, hos ipſos doloris ex uiro monumentum uidet, ſemper in lachrymis, ſemper in ſuſpirijs, ſemper in anguſtia horum educandorum uerſata, non ſolum nullum ſolatium æquiualens eius quod accidit mali habens: ſed & cognatis, & famulis, & liberorum procuratoribus, & ſæpe ipſis liberis iam in uiros euectis, & omnibus in ſumma iniuriã facere uolentibus, miſerabilis præda expoſita, nihil aliud q̃ triſticiæ ac luctus ſcenicũ actum, uitam ſuam in mundum intulit. Et quid amplius dicere opus eſt? mulier dotata uirum dñm emens, ſerua pro libera eſt: ut quę naturalem libertatẽ modica nuptiarum uoluptate diuẽdidit, & inexplicabilium malorum ianuã, ac totã dolorum materiã ſibi ipſi nuptias aperuit. Manet enim infracta cõtra ipſam execratio, quæ in omnes nuptias uelut epithalamium canit: In mœroribus paries liberos, & ad uirũ tuum cõfugium tuum, & ipſe tibi dominabitur. (Gen. 3) At uerò uirgo quæ iugum ad uirum abrupit, & ad Dñm tota cucurrit, unà cum iugo etiã dolorem ex maledictione abrupit. Effugit enim in liberorũ partu dolores, effugit ad mortalem uirũ ſeruitutem: & in ſumma, omnia ex nuptijs mala effugit, etiam ſimul cum alijs, & multiplicia retia ad multifidum præſentis uitæ peccatum. Præ omnibus aũt ipſam ex cõplexu carnium contingentem corruptionem primum effugit, & incorrupta tota anima in carne exiſtẽte, Dño deſponſatur: non amplius ad mortalem uirum confugium ſuum eſſe ſuſtinens, uerùm ſufficiens hoc ipſum in compoſita ac frugali

uita

uita Domino oſtendens. Nam quum nuptiarum argumentum, corruptionẽ & contume lias eſſe conſiderarit, etiam ex argumento totum ſcenicũ nuptiarũ actum prudenter col legit ac computauit. Et quũ primũ malorũ argumentũ euitauit, ſimul etiã maliciam ex argumento prouenientem euitauit. Quapropter quæ nupta non eſt, curat ea quæ Domini ſunt, quõ placeat Domino: quæ uerò nupſit, curat quæ ſunt mũdi, quomodo placeat uiro: & diuiſæ ſunt uxor & uirgo. Quæ nupta non eſt, curat quæ Domini ſunt, ut ſit ſancta corpore & ſpiritu. Itaq; partita cura cũ ea quæ curat quæ mundi ſunt, ad eam quidẽ quæ corruptibili uiro coniuncta eſt, mundi pro rebus corruptibilibus curas proiecit: ſibijpſi uerò pro incorruptibilibus curas, proprio ſponſo cognatas exiſtẽtes, impoſuit. Quapropter nihil rerum mundanarum curare reperitur, ut ne curam ſibijpſi cum altera communem facere uideatur. Verùm ab omnibus mundanis curis pura degens, pura & imperturbata mente ad ſponſum conuerſa eſt. Neq; enim ſuppeditatoriæ potẽtiæ proprij uiri diffidens, circa res neceſſarias uelut illa turbatur, ſed & ipſius erga ipſam amore, & ſufficienti ad omnia poteſtate cõfidens, nihil aliud q̃ quomodo ipſi placeat curat: per hoc ipſum quod curat quomodo ipſi placeat, beneuolentiã ipſius in ipſam amplius augens. Quid aũt eſt placere uirginem Deo, q̃ naturalem ſuam pulchritudinem uirtutib. exercitatam ſemper refulgentem oſtendere, & hanc incorruptam per totum cuſtodire? Quare Deo placere uelle, nihil aliud eſt, q̃ ſeipſum laudatum, & beatum, & similẽ ipſi efficere. Et cõperitur ea quæ curat quomodo Domino placeat, nõ illi cui placere ſtudet, per curam lucrum ſuppeditare: ſed ſibijpſi per curam de ipſo, pulchritudinem ac incorruptibilitatem colligere. Si uerò tantùm eſt uirginis lucrum, & per hoc quòd curat quomodo Domino placeat, omnino ſibijpſi prodeſt, & beatam ſe facit, nequaquam oportet ipſam ea quæ mundi ſunt curantem reperiri. Neceſſe eſt enim dum curat quæ mũdi ſunt, & curam Domini negligere, & ſeipſam quod curatori ſuo diffidat coarguere. Neque enim poſsibile eſt, & credere ipſi uelut omnia ſuppeditare potenti, & circa mundanarum rerum curam conſternatam eſſe. Verùm ſi curat quomodo Domino placeat, nolle ipſam omnino oportet, quòd etiam ipſe curat quomodo ipſi placeat, quum in nulla re debitor exiſtat. Si enim mulier quæ mortalem uirum uitæ ſuæ præfectum fecit, in talionem curæ ſuæ de ipſo, ſolicitudinem ab ipſo in omnia uiciſsim accipit: multò magis quæ Deo præfecturã ſui cõmiſit, & cum illo uiuere elegit, luculentiorem ſua de ipſo cura talionem ipſius omnia prouidentis ſuſcipit. Habes autem fidei pignus à pręgreſſa cura. Si enim eius quę nõdum ipſi placere ſtuduit, curã geſſit, & ſeipſum pro ipſa promptè tradidit, ut ipſam ſanguine ſuo ſanctificaret: multò magis eius quæ ipſi placere uult curam geret, & cum reliquis ad ueram uitam ipſi conducentibus, etiam ea quæ foriniſecus ipſi utilia ſunt, in ſeipſum ſuſcipiet. Nec uerò contra Dominum deliciabitur, ſuprà urgentem neceſſitatem uelut uoluptuaria mulier ſuperflua exigens. Neque enim illi dare conuenit, ea quæ dũ illa ad corporis uoluptates ſe conuertit, complacẽtiam ad hunc impediunt. Neque huic expedit hæc accipere, quæ ſua occupatione mentem à complacentia illius abalienant. Verùm neceſſitatis terminum in rebus uitæ in corpore degendæ neceſſarijs prudenter collocans, nihil amplius his petet, neque in rerum neceſſariarum cogitatione uerſata, ſæpe per inexperientiam dilectionis erga ipſum, puſillanimiter triſtabitur. Sed omnia ſuſtinens, omnia ſperans, omnia ferẽs, anima non ſimulato amore ipſi affixa, in mortali & quodammodo inſenſibili externo corpore, citra diuulſionẽ pulchritudine ipſius exatiabitur. Quemadmodum enim qui temporariam pulchritudinem amat, non modò pecunias & omnes diuitias ſuas amoris gratia citra parſimoniam inſumit, ſed & cibos & ſomnum, & ueſtitum, & habitum, & omnem opinionem ac reprehẽſionem, inſuperq; ipſum corpus, & in hoc uitam negligens, ſolius amoris aſſequendi gratia, & muros, & domos, & omnia intermedia obſtacula audacter tranſiliens, contra gladios furioſus fertur: nihil magis, ſi compos futurus non ſit, conſueto habitu ad huius amorem procedere ſtudens, quàm ſi oporteret tranſmutato habitu, & cum indecoro geſtu ſerpere, eumq; aſſequi, cum uoluptate tolerans: ſic qui uerè Deum amat, & ſolicitus eſt quõ ei quem amat placeat, non pecunias ſolum & diuitias eius quem amat certificãdi gratia, per hoc quod iuſſionibus mandatorum ipſius obedit, contẽnere debet: ſed etiã neceſſarium uictum, & ſomnum, & externum habitum, & reuera corruptam in hoc mundo opinionẽ, inſuperq;

1.Cor.7.

& ipſo corpore,& in hoc uita neglecta cœleſtis amoris aſſequendi gratia, & muros ſan-
guine coniunctorũ,& domos parentũ,& in medio poſitum mundum tranſilire, & con-
tra martyrij gladios ſi occurrant inſilire: niſi futurũ ſit ut in conſucto habitu uiuens amo-
rem aſſequatur,& ut pauperem habitũ & uulgò probroſam uitam cùm uoluptate tole-
ret,quo diuina,ut ita dixerim,inſania pro boni fruitione legitimè correptus,uerè amabi-
li quantum uelit fruatur.Hunc amatorem ad ſeipſum ex terrenis affectibus reuocans, is
Gen.12 qui amatur dixit: Egredere de terra tua,& de cognatione tua, & ex domo patris tui,&
huc ades in terram quem oſtendero tibi. Ille uerò uelut qui quod deſiderabat uidit, &
Rom.8 promptè ſequebatur,& erro atq; exul eſſe amoris ergò iucundè tolerabat, dicens: Quis
nos ſeparabit à dilectione Dei,tribulatio aut anguſtia,aut perſecutio,aut fames,aut nudi
tas,aut periculum,aut gladius? Nouerat enim quòd qui amat patrem aut matrem ſuper
ipſum uerè bonũ,non eſt dignus,ut ipſo fruatur:& qui non renunciat omnib.bonis ſuis,
inſuperq; ſuæ ipſius animæ,nõ eſt dignus ut amicus & amator Dñi appelletur. Quapro
pter genuinum erga ipſum affectum oſtẽdere uolentes,hi qui de ipſo ſolùm curã gerũt:
Ecce,inquiunt,nos omnia dimiſimus & ſequuti ſumus te,quid erit nobis? Et ille dignã
Luc.22 amore erga ſeipſum retributionem iã hinc ipſis prædicans,ait: Amen amen dico uobis,
quòd uos qui ſequuti eſtis me,in regeneratione quũ ſedebit filius hominis in throno glo
riæ ſuæ,ſedebitis & uos ſuper duodecim thronos,iudicantes duodecim tribus Iſrael. Et
Mat.19 omnis qui dimiſit domos aut agros,aut fratres,aut ſorores, aut uxores,aut liberos, pro-
pter nomen meum,centuplicia accipiet,& uitam æternam poſſidebit.Par enim erat eos
qui re ipſa amorem erga ipſum per totam uitam purum oſtenderant, digna ob ſudorem
erga ipſum exhauſtum prȩmia accipere.Tali itaque amore affectã uirginem, uoluptates
quidem & diuitias,& putatas in mundo delicias contemnere oportet: contempta uerò
tẽporaria gloria ac faſtu,corporisq; pulchritudine & uitioſis blanditijs,irreuerſim Dñm
Pſal.72 ſequi,ac dicere:Mihi autem Deo adhærere bonum eſt, & in Domino ponere ſpem me-
am:ita ut omnia quæ his qui circa hãc uitam conſternati ſunt bona putantur, quæcũque
ſanè quis nominare uelit,ridiculas turpitudines pronunciet:unum uerò ſolùm bonũ pro
prium uideat,illudq; intento aſpectu amplectatur.Nã & ſponſus amoris erga ipſum ta-
lionẽ ei rependens ſiue ſerua,ſiue ignobilis,ſiue egena & obſcura,& in terrena uita abie-
cta fuerit,propter ſocietatem eius ad ipſum,reginam cœlorum ipſam facit:non ſolùm in
tegritatis generoſitate naturam honorãs,ſed etiam externo amictu diligentiùs uelut ſpõ
ſam ſuã uariè exornans.Cuius gloriam odarum cantor admirans,ad ſponſum dicit:Aſti-
Pſal.44 tit regina à dextris tuis in ueſtitu inaurato,circumamicta,uariegata.Quare quæ nunc pã
noſo ueſtitu ac ſeruili habitu uilis putatur,in regno cœlorum regina & nobilis & ornatu
ſe iactans,regia ſtans reperitur.Et profectò abſurdum ſit, ſponſum quidem propter eius
amorem,& nobilitate,& diuitijs,& turpitudine contẽptis,extremam Adæ paupertatem
ſuſtinuiſſe,quò nos per illius paupertatem diteſcamus. Sponſam autem non æqualem
pro integritate ſua,ei qui pro ipſa mortuus eſt,talionem repẽdere: uerùm deliciari,& or
nari,& mundo ſe componere,& non unà cum eo qui ob ipſam pauper factus eſt,in pau-
pertate degere ac humiliari,quo etiam illi ad proprias deitatis diuitias reuerſo, ea quæ
unà cum eo qui propter ipſam pauper fuit in paupertate uixit, & diuitiarum & regni
cœlorum ſocia reperiatur.Contemnat igitur quicquid oculis apparet,etiamſi boni ſpe-
ciem apud quoſdam auferre uideatur.Imò ne uidere quidem omnino dignetur. Verùm
diuinam quandam mentis emotionem, qualem ſuſtinuit is qui in animi ſtupore dixit:
Pſal.115 Omnis homo mendax,in ſenſibus & horum conſeruis ſufferens,nuda,inquam,mente a-
more ſuo exatictur,nequaquam non aſpectum,non motum,non ſermonem ſuum,affe-
ctuoſè ad aliquem ferens,ſed totas uires ſuas proprij ſponſi ancillas faciens. Vbique e-
nim omnia uidens,affectum ipſius per omnia diligentiùs conſiderat. Et in nulla parte
oportet uirginem adulteram eſſe,non lingua,non auribus,non oculo,non tactu, non a-
lio omnino ſenſu, imò neque cogitatione. Sed corpus quidem uelut templum quod-
dam aut thalamum ſponſi habere præparatum : animam uerò in hoc ipſo ſponſam pu
ram conſopire. Diligenter enim cognoſcit hic non ſolùm quæ humanis oculis uiden-
tur,ſed etiam quæ in mente latent,& non latuerit aliqua adulterans ipſius conſpectum.
Nam quæ cum mortalibus uiris uiuunt,quum ad maliciam applicata mente, adulterij
negocia

negocia curioſe tractant,& introitus & exitus uirorũ obſeruantes,& oculos & aures ipſorum quantũ eius fieri poteſt maximè uerſutè cuſtodientes,& latenter tum ſermones tũ aſpectus adulterinos occultãtes,& auribus & oculis petulanti uoluptate exatiantur. At uerò quæ Domino deſponſa eſt,neq; oculos,neq; aures, neq; præſentiã fugere potens, in conſpectu ipſius omnia facit:quapropter noſſe uirginem oportet, quòd etiamſi ſola quid loquatur,ad aures ſponſi loquitur:neque ignorare, quòd etiãſi ſola quid faciat,hoc ipſum ille exactè uidet: & perſuaſam eſſe, quòd etiãſi ſolũ cogitauerit aliquid,hoc ipſum confeſtim dum agitatur in corde aſpicit.Faciet enim quis,inquit,in occultis, & non cognoſcam? Et quomodo qui produxit aurem non audiet? aut qui formauit oculum nõ uiderit? aut qui caſtigat gentes,non redarguet? Qui docet hominem ſcientiam,quomodo hic nõ omnia cognoſcet? cui omnia nuda & diuiſa oculis ipſius expoſita.Proinde homo peccati præ propria prauitate mente excæcatus,& ſeipſum fallens,ut uoluerit dicat, Tenebræ occultant me,& muri me ambiunt,& quis me uidet. Hæc uerò lucem ſponſi purã ſemper in mentem ſuam ſuſcipiens,quæ digna ſunt prudentia ea, quæ ipſi adeſſe debet, ſingulatim acclamet:Tenebræ non obſcurabuntur à te,& nox uelut dies illuminabitur; ſicut tenebræ eius,ſic & lux eius.Exploret itaq; uiſum ſuum Domini ſponſa,& ſiquidem uidens ille placabitur,etiam per hunc confidenter ipſum commoueat: ſi uerò nõ placet ipſi,ne decipiat ſeipſam.Nam nullus homo uidet,quod etiam illum latet. Eodem modo conſideret ſermonem,cogitationem,membrorum ac digitorum motum ſingulatim:& ſiquidem his conciliatur,ad ſingula commoueatur:ſin minus,uelut uidentis oculos reuereatur.Si enim curat quomodo Domino placeat, nihil eorum quæ non placent facere debet:ſi uerò quia nullus homo uidet,ad nutum aut ſermonem audax eſt, maximè quidem ex hoc ipſo ſeipſam accuſat,ipſum latendi ſtudium, conſcientiam uidelicet,prauitatis accuſatricem intus habens . Deinde palàm reperitur ad ſponſi dignitatem cæcutiens.Quum enim incorporeus ſit,medius inter ſuſurros & conſpectus ac cogitatus conſiſtit,fraudulentam talis mentem auerſans,& uirginalis opinionis ad externos apparentis ſe oſorem demonſtrans.Nam hominum oculos decipiens,uelut quę ipſi ſeipſam per uitam deſpondit,neque illi ſponſa,neque hominis purè uxor exiſtit. Sed opinionem ab hominibus ob uirginitatem,per uirgineum habitum in oculis ſponſi occultans,apud homines uirginitatem ſuam pandit & uelut in pompam ducit,& adulterium committit.Et ſupra adulterij peccatum quòd in ſponſum ſuum peccat,amplius etiam impiè hunc contumelia afficit,quòd hominum conſpectum magis quàm illius reueretur.Coram his quidem propter opinionem indecora facere non audens: coram illo uerò ſemper præſente,omnia impudenter faciens.Itaque uelut uidente omnia ac audiente ſponſo,uirgo omnia faciet:non ſi unus quiſpiam ſolus audiat aut uideat ex his quos non occultaturos eſſe aut adiuturos putat,uitans facere quid in quo Dominus diſplicentiam habet:& nõ ſi non uir,ſed mulier & puella inſeruientes adſint,audens aliquid ex his quæ ad fucũ aut humanum amorem attinent ac Domino non placent:ſed etiam ſi ſola ipſa fuerit, nullo penitùs homine præſente,facere aliquid ſponſo indignum non admittens .Nam etiamſi nullus alius hominum affuerit,attamen ipſa ſibiipſi uirgo adeſt,& ſeipſam magis omnibus uereri debet.Non enim alios quidem uelut reuerentia dignos cauebit, ſeipſam uerò uelut reuerentia indignam contumelia afficiet: uerùm,uelut dixi, primùm ſeipſam & conſcientiam ſuam reuerebitur,etiamſi uel maximè ſola fuerit,deinde aſtantem cuſtodẽ angelum. Nam angeli ipſorum,inquit, ſemper uident faciem patris ueſtri qui in cœlis eſt,Et non oportet hominem,occultum angeli, cui ſalutis noſtræ cura commiſſa eſt,conſpectum contemnere,& maximè uirginem,quæ hunc ipſum uelut ducem ac cuſtodem uirginitatis habet.Præ angelis autem reuereatur ipſum ſponſum ubique præſentem, & huius patrem,ac ſanctum ſpiritum.Et,quid ſingula dico? angelorum innumerabilẽ multitudinem,& cum his patrum ſanctos ſpiritus. Nullus enim horum eſt,qui non ubique omnia uideat:ipſe quidem corporalibus oculis non cernens, uerùm incorporali uiſu uniuerſa in cognitionem comprehendens.Quare & iuxta hanc rationem ſi multos latere uult uirgo,multò plus hos tot & tales exiſtentes,quàm homines uelut par eſt reuerebitur.Et quoniam multitudinẽ celare peccatũ cupit,impoſsibile eſt aũt hos qui tãta multitudo ſunt celare,nunq; ſanè quicq; faciet eorũ quæ ad ipſam non pertinent. Talia qui-

Luc. 8

1 Cor. 4

Pſal. 38

Mat. 18

dem igitur in præſenti uita de ſeipſa cogitans, undiquaq;, uelut arbitror, ſeipſam muniet.
2. Cor. 5 Recordans aũt quòd oportet nos manifeſtari coram tribunali Chriſti, non facere ſolum quid turpe, ſed etiam cogitare timebit. Etenim mens noſtra uelut pictor aliquis, in anima uelut in tabula, cogitationes prout uult format: & quũ dimiſſa ac libera, ſuiq; arbitrij ſit, & nuſquã ad picturæ ſtudium, propterea q incorporea eſt, coarctetur, ſed quantãcunq; uult loci amplitudinẽ reperiat, inſcribit, inquam, cogitationibus quæ uult. Deinde quemadmodum pictor ubi in abſcondito tabulam uaria hiſtoria impleuit, eam cõſeſtim in medium profert, & detractis externis uelamẽtis, ipſam in medio ſpectandam uulgo proponit: non amplius interpres picturũ exiſtens, uerùm omnib. ſpectatoribus etiã in poſterũ picturam, uelut ſe habet, conſiderare permittens: ſic etiam mens poſt uitę quoque exitũ, corpore, uelut uelamento quodam animæ tabulæ, quam per totam uitam cogitationib. pinxit, ablato, ea quæ in occulto à ſe picta ſunt, omnib. in lucem producit. Et uidere eſt animæ tabulam uaria hiſtoria refertam, & omnib. in ſpectaculũ propoſitã. Si igitur diuinæ quædam ex ſacris lectionibus ac uirtuoſis cogitationibus hiſtoriæ cõſpectę fuerint, & mẽs quæ pinxit, & animæ tabula quæ picturam ſuſcepit, omni laude digna iudicatur, his qui uidẽt picturam, ne diſcedere quidem uolentibus ob ſpectaculi dignitatẽ, uerùm omnibus ſingulatim eorum quæ picta ſunt & pulchritudinẽ, & figuras, imò etiam diuinã depictorum formam admirantibus, & diuinum illum pictorem prędicantibus, quod uita in carne probè uſus ſit, qui ſub hoc corporis uelamento nocte ac die tales picturas, prę ter omnem ſpectatorum ſpem, ſedula manu animæ tabulæ impreſſit. Si uerò turpes & indecoræ picturæ apparuerint, pudore ac riſu dignus pictor omnib. uidebitur, ut qui alias fortaſsis ſpes, priusq; animæ ipſius tabula denudaretur oſtendit: omnia uerò ſpei contraria, poſt ablatum corporis uelamentum, ſpectatorib. in ipſa cõmonſtrauit. Vbi igitur hic ſe occultabit, dum ex comparatione ad alterum ab omnibus iudicatur, interim cogitationibus ſe mutuò accuſantibus, aut etiam defendentibus? Vbi aũt tabula illa animæ deponetur, quæ oculos ſpectatorum turpibus hiſtorijs, & omni monſtroſa ſpecie impleuit? Quemadmodum enim qui maculas & nęuos in corpore habent, priusquam denudant ueſte, occultos & obſcuros pleriſq; hos habent: imò ſæpè ſplẽdidiſsimo ueſtitu ornati, uice uerſa etiam pulchri intus eſſe, ex externo ornatu putantur: exuti aũt ueſte, & nudi in balneo cõſpecti, ridiculi præter multam externorum opinionem apparent, dum corpus infinitis nęuis uitiatum oſtendunt: & non opus eſt interpretatione, poſtquam nudum uiſum eſt omnibus corpus, ubi & quomodo habet nęuum: ſed ſimul ut denudatum eſt corpus, etiam in unoquoq; membro nęuus cõſpectus ſeipſum oculis ſubijcit: ſic & nos uelamento corporis exuti, neq; contegere animæ nęuos, neq; aliquo modo occultare poterimus. Verùm ob oculos omnibus conſpecti, quæ in corpore, uelut ueſte celantes occultauimus, ea nuda omnibus oculis oſtendemus: non amplius neq; negandi, neque cogitandi locum habentes, quando ipſa opera conſpiciuntur, & dum uidentur in eo qui perpetrauit cognoſcuntur. Non enim confuſè & ſummatim res uidentur, ſed uelut depictæ particulatim uelut ſe habent cognoſcuntur. Velut, ut uerbi cauſa dicam, quomodo ſurrexit ad adulterium delecto progreſſus, & qualibus gradib. uſus ſit in uia, quomodo contemperato corpore, & qualem habitum prę ſe ferens proceſſit, & qua parte illapſus alienam contrectauit, & quomodo mulier illa ſeipſam huic ad iniquam actionem exhibuit, uelut in tabula inquam, particulatim ſingula exactè depicta conſpicientur, & non ſolum opera facta, ſed etiam ubi opera ad factum non proceſſerunt, cogitationes in animæ tabula fientes. Neq; enim eſt in anima cogitatio de aliqua re expreſſa, & nulla eſt imaginaria & uaga in anima cogitatio, quàm pictura imaginationis coloribus ac magnitudinibus, inſuperq; figuris, quas mens in ipſa depinxit, depicta. Et ſicut qui artem pingendi notas ac ſigna didicit, omnium notarum figuras & nomina, imò etiam formas octonariorum & quaternariorum fert in anima expreſſas, & uſu ac neceſsitate exigente, ea quę memorię in anima inſcripta ſunt, per manum in tabula oſtendit, & aliqua quidem ſigna ac notas penicillo expreſſas oſtendit, aliquas uerò nondum per manum oſtenſas, nihilominus tamen in anima depictas repoſitas habet: ſic & anima aliquas quidem cogitationes per corpus operans, ad opus producit, aliquas uerò quas nondum corpore perfectas nobis oſtendit, in ſeipſa expreſſas cuſtodit: quamuis non corporaliter, attamen incorpo-

corporaliter proprio opere has per ſeipſam perficiens. Sicut enim opus corporis eſt, corporaliter aliquid perficere: ſic & animæ opus eſt, placentes imaginationes per cogitationes prout uult perficere. Quapropter etiam ipſa in cogitatione peccata, non ſimpliciter, uelut imaginationes, ſed uelut opera in anima fientia, meritò iudicantur. Quemadmodum igitur etiamſi non pingat manus notas, tamen figuris notarum tota anima ubiq; depicta eſt: & qui exuerit corpus, uiderit utiq; ipſam totam appellato commento depictam: ſic ubi nos exuerimus corpus, omnis cogitatio uelut pictura in anima depicta cōſpicietur. Et quemadmodum qui notas non didicit, harum formas animę inſcriptas non habet: qui uerò didicit, etiamſi manus ipſarum figuras non pingat, per hoc tamen quod didicit, in anima inſcripſit: ſic qui non cogitauit aliquod peccatum, huius imaginationē in anima ſcriptam non habet. Qui uerò cogitauit, etiamſi ad opus non proceſſerit, tamen in anima habet cogitatorum imaginationes, uelut in tabula manifeſtè depictas. At uelut illic qui didicit notas, ob negligentiam pingēdi has, per obliuionē ipſas è memoria amittere poterit, ut non amplius temporis progreſſu alicuius octonarij figuram, aut uires, aut appellationem in memoria habeat: ſic etiam qui cogitauit abſurda, ſi neglexerit cogitationes, & ad alias meliores mentem applicauerit, tempore utiq; progrediente, illas è memoria ſua abiecerit ipſasq; per obliuionem ex animæ tabula deleuerit. Nihil enim aliud eſt memoria, quàm impreſſio cogitationum, uelut in anima depicta. Et quomodo poſſibile eſt effugere pœnas illarum cogitationum, quarum memoria adhuc ſe mouens in anima, formas in tabula uiuentes uidentibus oſtendit? Proinde ut ne turpibus referta animæ noſtrę tabula conſpiciatur, malarum cogitationum memorias obliuione deleamus, & bonarum memorias pro ipſis imprimamus, ut ne nunc corporis uelamento occultati, poſt huius depoſitionem, turpes ob neuos, & uituperabiles ob picturas, omnib. præter obtinentem in pręſenti uita opinionem conſpiciamur. Fortaſsis enim hoc eſt, quod dixit Apoſtolus: Quorundam hominum peccata manifeſta ſunt præcedentia ad iudiciū, quoſdam uerò ſequuntur. Nam quæ omnibus hominibus manifeſta ſunt peccata, quibus etiā uidentes ad blaſphemiam ac ſimiles actiones ſcandalo malè afficiunt, præcedunt. Quæ uerò hominibus obſcura ſunt, clandeſtinè fientia, non ob id quod homines ignorant, remanent: ſed inſeparabilia ab ipſis ſequūtur, ut ubi & ſeipſa, & operatorem ſuum qui multos latuit, oſtenderint, & ignorantibus hominibus, & iuſto iudicio ipſum tradant: ut miſer ille à proprijs malis medius corripiatur, dum à manifeſtis quidem præcedentibus ad iudicium trahitur, ab obſcuris uerò inſeparabiliter ipſum ſequentibus impellitur. Atq; hanc ſententiam interpretans, infert ac dicit: Eodem modo etiam bona opera lucētia coram hominibus, ut ubi uiderint, glorificēt patrem noſtrū qui in cœlis eſt, manifeſta ſunt, & quæ aliter ſe habent, occultari non poſſunt. Oportet enim nos manifeſtari, qui nunc ignoti ſumus qualia opera habeamus, coram tribunali Chriſti: qui illuminabit occulta tenebrarum, & manifeſtabit occulta conſilia cordium. Et tunc continget laus unicuique à Deo, quando recipiemus unuſquiſque, prout actiones per corpus perpetrauit, ſiue bonum, ſiue malum. Nec uerò ſilentio prætereunda eſt nobis altera ſententia, quæ generalius prudentem uirginem ad pertinentia ad ſe certamina inuitare poteſt. Quemadmodum enim admirandum illum Paulum, adhuc in corpore exiſtentem, aliqua pręceſſerunt opera, dum multi qui per doctrinam ac uitam ipſius perfecti ſunt, ipſum in uitam quæ illic eſt, præceſſerunt, & præmia ipſi pro effuſis pro ipſis ſudoribus, apud iuſtum iudicem Deum præparauerunt: aliqua uerò ipſo de corpore reſoluto, & deinceps cum Chriſto exiſtenti uſque in hunc diem conſequuntur, dum hi qui per ipſum in ſacris Epiſtolarum ipſius literis ad uirtutem exercentur, laudes ſimul atque mercedem bono illi doctori hinc tranſmittunt: ſic etiam uiceuerſa, aliqua peccata præcedunt, dum hi qui ex prauis ſermonibus aut actionibus ſunt læſi, & ad infernum præceſſerunt, & ſupplicia illic lęſionis authoribus præparant: aliqua uerò ſequuntur, dū & hi qui poſt ipſorum mortem uiuunt, per maliciam quam uitæ reliquerunt, ex ipſis læduntur. Sicut enim uſque in hunc diem beatus ille Dauid, & ad pietatem, & ad prouidentiæ cognitionem prodeſt, & qui ex ipſo utilitatem capiunt, ob propria rectè facta laudum uoces ipſum ſequentes hinc tranſmittunt: ſic Marcion & reliqui, qui hæretica dogmata in uitam conſeminauerunt, lædunt, omnesq; qui ex ipſis hinc læduntur, eos

1. Tim. 5

Mat. 5

qui maliciæ auſpices fuerunt, amarioribus ſupplicijs etiam olim mortuos illic tradunt. Si
Mat. 18 enim is qui unum ex paruis his ſcandalo affecerit, huius mortis reus iudicat̃: profectò qui
tanta per prauã uitã ad corrũpendos mores reliquit exempla, aut corruptoria animarum
in uita dimiſit dogmata, ſcandalo offendens etiam poſt mortẽ ſuam, omniũ ſanè qui pro-
pter ipſum mortui ſunt, mortis reus, meritò & iuſtè pronunciari poterit: dum ſingulatim
autor in illo ſeculo uulneratur ac moritur, quũ ſinguli in hac uita propter ipſum ſauciant̃
aut moriuntur. Si igitur & iuxta hunc modũ, aliæ actiones præcedunt, aliæ ſequuntur: &
quæ à malicia conſequuntur, maiori ſupplicio autorem læſionis ſingulorũ tradunt: quæ
uerò à uirtute, maiorib. pręmijs doctorẽ dignũ faciunt, prout unuſquiſq̧ opem percepit,
& à malicia ſe conuertit: nimirum & uirgo habet quaſdã utrinq̧ aut uirtutis, aut uitij, par
tim præcedentes, partim ſequentes actiones. Et miſera quidem illa, quæ ſupra ſuppliciũ
ob propriũ peccatũ, etiam propter aliarum ruinã, quib. lapſus ad peccatum oſtẽdit, ſem-
per acerbiori ſupplicio traditur. Ter beata uerò illa, quæ ſupra proprias coronas, etiam
per has quæ ex eius imitatione coronantur, ſingulatim etiam poſt mortẽ in illo ſeculo co
ronatur. Si igitur nihil eſt occultũ, quod non reuelabitur, propter omnes relatas rationes,
Mat. 10 uirgo etiã quũ ſola eſt, ſuã à peccato integritatẽ prouidebit: non ſolum reliquorum homi
num oculos, ſed multò plus ſuos & angelorum omnia ubiq̧ uidentiũ reuerita. Propter
1. Cor. 11 hoc enim, inquit, debet mulier uelamen habere in capite propter angelos. Nõ em̃ debet
etiãſi in domo ſola deſideat uirgo, quia nullus homo adeſt, ob id indifferẽter nudari. Val
de em̃ blanda fœminæ natura eſt, ad omnem maſculã naturã ad ſeipſam alliciendã. Et nõ
ob id ſolũ cauere dæmonum inſidias oportet, qui inuiſibiliter nobis inſidiãtur, ita ut eas
ſemper ſuſpectas habeat: ſed etiam propter reuerendos omnib. angelos, uelamẽ, inquit,
habere debet. Vir equidem uelut angelicam quodãmodo dignitatẽ habens, nudo capi-
te à fratribus cõfidenter cõſpiciatur. Mulier aũt multò inferiorẽ uiro naturã ſortita, uela-
mẽ in capite habeat: per hoc quòd habet in capite uelamẽ, ſubiectionem erga pręſtãtio-
rem honeſtè confitens: propter hoc, inquit, etiam ipſa natura capillis harum caput ſuper-
nè uelauit, illic erudiens, quòd conuenit mulierem nunquã caput, nedũ aliud quoddam
membrum, indifferenter nudare. Et quoniam ſolæ uiris non præſentibus aliquando hoc
facere audent, magis reuerendam quàm uirorum dignitatem angelorum appoſuit, dum
ait, Propter angelos, ubiq̧ pręſentes, & quæ aguntur uidentes. Reuereatur igitur omnis
mulier, magis autem adhuc uirgo angelos, etiam dum ſola abſque hominibus in domo
eſt, & quum contigerit neceſſariò corporis curam gerere, tum caput, tum ſingula uelans,
opus faciat: & quãtum eius fieri poteſt, membra tegat, non ſolùm ſuos oculos, & cum his
angelorum ſemper reuerens, ſed etiam uelut in propria exercitij officina, ſeipſam ad ue-
recundiam ſedulò exercens. Si uerò neq̧ dum per ſe ſola eſt, indiſcriminatim denudabi-
tur, multò amplius fratribus in Chriſto præſentibus, & tunica & uerecundia ſeipſam tẽ-
peratè ornabit: ita ut non ſolùm membra ſemper ueſte tegens, non denudari ſimpliciter
permittat, ſed etiam maximè attentè ſeipſam ad hoc ut nemini noceat, componat: quo
non modò ipſa à calumnijs ſecura maneat, ſed etiam uidentes nullam ex ſpectaculo eius
Gen. 6 occaſionẽ læſionis accipiãt. Quum enim uidiſſent, inquit, filij Dei filias hominum, quòd
pulchræ eſſent, irruerunt ad ipſas. Sufficiens eſt enim pulchritudo denudata, etiã filios
Dei ad uoluptatẽ incantare, & uelut homines propter hanc morientes mortales oſten-
dere. Quare non oportet ſolùm curare ut ipſa nihil lædatur, eorum qui lędi poſſunt ſalu
te contempta, ſed undiquaque & uirginitatis ſuæ pulchritudinem tutam cuſtodire, & ui
dentibus ipſam uitæ lucrum, & nõ mortẽ ex peccato propinare. Nam etiamſi ipſa in uir
ginitatis conſtantia confidit, attamen prouidere oportet, inquit, ut ne offendiculum aut
Rom. 14 ſcandalum fratri ponat. Sic uerò uirgo & mẽtis, & motus, & formæ, & habitus, & ſola, &
cum alijs, ſanam rationem habens ad hoc, ut ſponſo ſuo placeat, ſponſi amicis purè con-
uerſabitur. Non enim in hominum odium delatam ipſam à nobis concluſimus, ſed exa
ctis figuris totam ex integro, à capite uſq̧ ad pedes, ſtatuam ac imaginem Dei deſcriptã,
ſic ad fidei conſortes dextrè circunducimus, ut & habitu & ſermone, reuera ſponſa Do-
mini conſpecta, proſit his cum quibus conuerſatur. Conuerſet̃ itaq̧ uelut ſponſa cũ uere
cũdia, cũ ſponſi, inq̧, miniſtris, & conuerſetur ubiq̧ ſobrietatem ac temperantiã ſeruans.

Oportet

Oportet enim ipſam ſimplícem quidē eſſe uelut columbā, prudentem uerò, uelut ſerpentem. Quandoquidē enim animæ in corpore non potentes inter ſe nudo modo de uirtute colloqui, circūſitis corporib. & ad uocē, & ad uiſum, organis cogunt̄ uti: & qui non poteſt animæ corpori illigatæ pulchritudinem uidere, aut huius ſermonem audire, is motū corporis in quo eſt, uidet, & uocem per hoc audiens, pulchritudinem ipſius ex his æſtimat. Et non uox ſolum, aut aſpectus, animæ ſpeciem uelut in ſpeculo oſtendit, ſed & uiri ornatus, & riſus, & pedis gradus, de ipſo pronūciant. Et quidā ſanè ex eo quod muſicum iucundè audiuerunt, non animaduerterunt ſe nō amplius muſicum, ſed id quod uidetur organū, per quod ſcientia muſici fruunt̄, paulatim diligere. Quapropter oportet neceſſariò uirginem, & aures, & oculos diligenter ſeruare, ut ne pro loquēte anima, nō animaduertat ſe id per quod ipſa loquitur amare. Potens eſt em̄ is qui inuidet nobis affectum erga bonum, ut omni modo nobis ſubtrahat quod deſideramus, & ſuum proprium uerſutè ad deſiderium uiciſſim permutet. Sic em̄ nō animaduerterunt quidā, ex eo quod ſuauiter ſermonem de uirtute audiuerunt, & erga mouentem hunc animam affecti fuerunt, ſe per aſſiduū auditum ac uiſum, corporis figuram & formā impreſſiſſe, et per uocē aures abſurdè demulſiſſe, & nō amplius animam per uocē ſermonem operātem, cuius prius amore capti hominem amplectebantur, ſed corpus animæ bona ipſis miniſtrās, de cætero diligere. Nam & Græci ac gentiles uicina uirtutib. uitia eſſe dicunt. Singulis enim uirtutis foribus, uitium ſpecie ſimillimum utrinque adaptauit, ut qui uirtutis ſtudioſus eſt, ad huius fores primū adſtans, & has pulſare ſe putans, aperta ipſi hinc aut hinc una uitij ianua, ex ſimilitudine deceptus, uelut in uirtutis domū ingrediat̄. Deinde ab omnibus ob errorem riſu exceptus, & tempore & experientia diſcat, quod non ſolùm procul abſit ab illa uirtute, cuius aliquando fores pulſare uidebatur: ſed neq; limina ipſius unquam trāſgreſſus ſit, neque foribus ſaltem, uelut prius ſibi uidebatur, adſtet ac pulſet. Sic enim & eos q confidentes eſſe uolunt ad uirtutē: temerarios deceptione ſua oſtendit: & eos qui timēt uituperia ob audaciā, timidos ac puſillanimes redarguit: & eos qui condolentes eſſe ſtudent, ad affectus nequiter emollit: eos uerò qui condolentiam uitant, immiſericordes ac inhumanos facit: quemadmodū ſanè & eos qui dilectionis pulchritudinem perſequuntur, per falſam dilectionem, aut ad carnis uoluptates, & uituperabilē omnibus uitam indecorè detrudit, aut uitantes ob hæc reprehenſionem, fratrum oſores, & ad uirtutem ſtupidos efficit. Rurſus igitur ne declines ad dexteram aut ad ſiniſtram, ut ne ſeductus ad unam aliquā uitij ianuam impingas: ſed media uirtutis uia iter faciens, & undique circumſpiciens, quomodo ſinceriter ambules: non ut inſipiens, ſed uelut ſapiens. Nam in medio laqueorum obambulas, & ſuper pinnacula urbium tranſis: proſpice ut ne alicubi in laqueum negligens immitas pedem tuum, ne fortè ab urbis noſtræ mœnibus delapſa male pereas. Diligere itaque oportet eos qui ad ſponſum inuitant, uerùm oportet dilectionem iuſtam & non confuſam facere, ut ne miniſtros ſponſi, ex eo quòd ipſos aſſiduè de ſponſo loquentes audit, æqualiter cum ſponſo amore complectatur, atque ita ſponſi dignitatem ſubuertat: per hoc uerò quòd pronubos Dn̄o æquales facit, maxima iniuria afficit. Iam uerò quædam non animaduerterunt ſe miniſtros non æqualiter ſponſo, ſed etiam plus illo impiè dilexiſſe: & ſponſi quidē cui deſponſę fuerunt, omnino ſe oblitas eſſe, totas uerò ſe famulorum ſponſi ſponſas factas eſſe. Imò neque famulorum ſponſi, ſed quorundam alienorū turpes uxores repertæ ſunt. Nullum enim carnalē miniſtrū ſpōſus noſter habere comperitur, ſed omnes ſpiritu uiuentes. Quę uerò non ſpiritu eorū qui inſeruiunt ſponſo, ſed carnibus ipſorum ſeipſas abſurdè deſponſarunt, manifeſtū eſt, quod & illos à miniſterio ſponſi alienos, & ſeipſas nō miniſtris ſponſi, ſed alienis ſeruis nuptas declararunt. Itaque & cum his cautè conuerſentur, corporalē conſuetudinē quæ clandeſtinè ex conuerſatione deſponſatur, prudentes exſcindentes: & in conuerſatione uitantes, ne ex eo quod confidunt uelut ſponſi domeſticis, non animaduertant ſe illos ad ea quæ non oportet commouiſſe, aut ſeipſas præter propoſitum ſcopū, ad carnis uoluptates abſurdè deieciſſe. Cęterùm dilectionem proximorum habere oportet, quia diliges proximum tuum ſicut teipſum: & hoc ſibi placens præceptū ſponſus ſponſæ dedit, Certè, inquit, diliges, & in quantum uni horum facis, mihi ſponſo tuo facis. Verùm nō uitioſam eſſe dilectionem oportet, neque nomen ipſi dilectionis ementiendo, reipſa atque opere

Marginal notes: Deut. 5 (beside "Rurſus igitur ne declines…"); Luc. 10 (beside "…quia diliges"); Mat. 25 (beside "…mihi ſponſo tuo facis").

opere ueræ dilectionis dignitatem tollere. Nam quàm diu propter dilectionẽ erga ſpō-
ſum, fratres diligere appares, ſeruas & erga illum, & erga ipſos dilectionis integritatem.
Vbi uerò nō amplius propter illū, ſed hos propter ſeipſos ex cōſuetudine amaueris, cor-
rupta & erga illum dilectione, & hac uitioſa facta, falſi nominis & nō uerā habes dilectio
nem. Dilectio eñ corporis affectus non contingit, neque rationis exors exiſtens, prę ani
mali cōſuetudine integritatẽ ſuā ſine iudicio ad corpora demittit: ſed ratione prędita, &
tota ſapiẽtia plena, prudenter ſeipſam ad dignitatẽ perſonarum, prout iuſtum eſt, librat:
miniſtros quidem ſponſi, ratiocinatione propter illū colens: ipſum aūt illum nō propter
hos, propterea quòd de ipſo ipſi uerba faciūt, ſed propter ſeipſum amplectẽs: & ſi quidẽ
quis illius amator eſt, hūc propter amorẽ erga illū, amicum ducẽs. ſi uerò quis amorem er
ga ipſum negligit, non amplius hūc etiamſi ipſi blādiatur, uelut amicū aſpiciẽs, ſed etiam
maximè ex blandicijs inſidias ſuſpectas habens. Nam negligens hic ſponſi, cuius admira
tione ipſa ſtupet, ſimulato erga ſponſum ipſius cultu, ineſcat quidem hanc uelut collabo
rans ipſi ad hoc ut illi complaceat: uerùm amorem ipſius ad ſeipſum ex aſſidua conuerſa
tione transferre ſtudet, ex pronubo nomine & habitu, adulter ſponſæ ſceleſtè euadens.
Hinc enim multæ per dilectionis nomẽ, paulatim ad affectus carnis prę cōſuetudine de-
latæ, meretrices & adulteræ, atq; alienæ non ſolum à Domini deſpōſatione, ſed etiā à le-
gitimis ſecundū carnem apud homines nuptijs penitus deprehenſæ ſunt. Virginitatem
eñ Domino profeſſæ, deinde à carnis uoluptatib. concitatæ, ſcortationis peccatum nup
tiarum nomine uelare uolunt: non ignorātes opinor, etiamſi ignorantiam ſimulẽt, quod
quæ ſponſi ſui dextrā pręterijt, neq; huius eſt ſpōſa, quẽ illegitimè reliquit, neq; illius cui
ſeipſam per affectū uitioſum adiunxit, iuxta leges uxor reperiri poteſt. Tunc enim legiti
mæ & ſecundū diuinas ſcripturas nuptię fiunt, quū non affectus uoluptatis pręoccupa-
uerit neceſsitatem legis. Cogitatio quę neceſsitatis in auxiliū, & liberorū ſucceſsionis ſco
pum, nuptijs præponit, reuera præſtantes nuptias contrahit: quando nuptiarū neceſſita-
Gen.2 tibus cogitatione præſumptis, & fundamento ſancto in Dño iuxta leges poſito, ipſa coi
tus uoluptas nuptiarum neceſsitatem conſequitur, & duorū unam carnem facere com-
peritur. Poſtq; eñ cogitatio in anima prægreſſa, animas iuxta apparentem neceſsitatem
cōiunxit, meritò his præunitis, etiam carnium, in quibus hę ſunt legitima, unio cōſequit.
Vbi aūt quū animæ aliud ab initio propoſuerunt, carnes propter uoluptatẽ quę ſua ſunt
curantes, animas in ipſis ſuo affectui ſeruiẽtes unierint, animæ ad carnis uitia conſequen
tes illegitimum coitum efficiunt. Nā quod opus ratio & lex in anima nō præcedit, id ip-
Rom.7 ſum omnino illegitimum à conſcientia notatur. Ob id, inquit, mulier ligata eſt lege, quā-
diu uixerit uir ipſius: ſi uerò mortuus fuerit, libera eſt, ut nubat cui uelit: non ſimpliciter,
ſed ſolū in Domino, inquit. quoniā & quæ per mortẽ uiri libera facta eſt ad nuptias, non
quia libera facta eſt, ſimpliciter, ſed in Dño nubere debet. Quid uerò eſt nuptias in Do-
mino cōtrahere? ut nō prius à uoluptatib. carnis ad coitum pertraharis, ſed iudicio eius
quod ad uitā cōducit, nuptias eligas. Quapropter etiā neceſsitatẽ nuptiarum creator in
natura conſtituit. Si uerò hæc hoc modo ſe habent, ne decipiat ſeipſam quæ à uirginitate
ad carnis affectus delata eſt, quod peccatum ipſi pro nuptijs reputabitur. Primum qui-
dẽ, quod malum fundamentū cōplexus, uoluptatem & tranſgreſſionis peccatum ſibijpſi
præſtrauit: deinde quòd non exiſtens libera (nō eñ mortuus eſt uir eius, ut cui uelit, nu-
bere poſſit) uiuente immortali uiro adultera appellabitur, quæ mortalẽ propter affectus
carnis, in Domini thalamum ſuperinduxit. Quod enim ſponſus ea quæ ad legitimas nu-
ptias pertinent præoccupauit, habitus uirginitatis, dextræ ipſæ, progreſſus ipſius gratia,
corā omnib. teſtantur, quia ob ipſum uirum ſe iactans, per progreſſus ob prægreſſum ui-
rum pompas duxit. Si enim nō prius de paternis thalamis procedit uirgo, q̃ legitimo ui-
ro cōiugata, ab hoc domino ac pręfecto uitę inſcripta, de cętero in nomine eius qui ſor-
titus eſt eā uiri, de paterna domo procedat. Nimirum & uirgo de paternis thalamis pro-
ceſſit, ut quæ legitimum ſpōſum ſibijpſi inſcripſit, & ſub ipſius præfectura progreſſus in
propatulū faciat. Si aūt teſtes progreſſuū ſunt qui hæc uidẽt, teſtes nimirum ijdem ſunt,
& cui cōiugata eſt, & quem uirū inſcripſit, ut de paternis domib. in medium proceſſerit.
Si uerò hæ nuptiæ & teſtib. & progreſſibus, & omnibus claræ ſunt, non autẽ mortuus eſt
uir ipſius, adulteriū profectò committit talis, uiuente uiro per uitam adulteria exercens:
imò

imò potiùs propter uoluptatis fruitionem proteruè ſcortans, propterea uerò quòd ui-
uit uir illegitimè adulteria exercens. Et non uideo quomodo ipſa quidem pro immortali
Deo, mortalem hominē, in ſuū ipſius malū amplectitur, ſemper ob oculos uiri in ipſum
per illegitimos coitus impietatem exercens. quomodo uerò ille homo cubile dñi furioſè
conſcendere audet. Ex humanis eñ oportet eorū qui ſic delinquunt, pœnam cōiectare.
Quo eñ ſupplicio digna eſt quæ pro nobili uiro, à ſeruo ſuo corrumpit, & in herile cubi
le famulū ad inſidias ſuperinducit? Qua uerò pœna dignus eſt ſeruus, qui in dominā ſuā,
& in domini cubile ſeipſum petulanter immiſit? At ſapientes illæ tantā impietatē contra
ſeipſas propter carnis affectus auſæ, ſuprà hoc quòd nō lachrymant, quo locū leuiorē ſi-
bijpſis per lachrymas præparent, inſuper & quā promiſerint antea uirginitatem, negant.
Nam uirginitatis tranſgreſsionē turpē & probroſam eſſe apud omnes, propter uolupta-
tis ſeruitutem ſciētes, putāt ſe negatione maiore malo peccatū mitigare, homines quidē,
apud quos in tranſgreſsionis excuſationē admirandæ illæ prætendunt, uerentes: Domi-
num uerò cui dextras dederunt, propterea quod in profundum malorum collapſæ ſunt,
de cætero nō timētes: nimirū neſciæ quod duplū, & apud homines, & apud Dñm, crimē
contra ſeipſas abſurdè conſtruunt: dum illi quidē ex decantata uirginitate, etiāſi hāc pro-
miſiſſe negent, inſaniam ac impudentiā ad ea quæ omnes cōfitentur, auerſant, inſuperq́
etiā odio perſequuntur: hic uerò ſuprà hoc quòd uirginitatis pacta uiolarūt, etiam abne-
gationem pro pœnitentia, amarulentius in iudicio ſuo iudicat. Vt ne igitur dilectionis
nomine in hoc peccati barathrum uirgo incidat, minimè affectuoſam ac purā dilectionē
exerceat. Non enim locū apud ipſam habebit ad uoluptatē collapſam, nuptiarū prætex-
tus. Neq́ nuptiarū nomine uiuentē maritū ſuū fallere, quū libera nō ſit, poterit, eo quod
mortalē illi, poſt tantos adeptos ab ipſo honores, in adulterij actu impiè prætulit. Nō e-
nim inconueniēter nec ineptè quis & de talibus Apoſtolicū illud pronunciauerit: Quū 2.Cor.11
inordinatè ſe geſſerint contra Chriſtū, nubere uolunt, habentes iudiciū, quia fidē repro-
bauerunt, non nuptias, ſed adulterium per uitam malè perſequentes. Nulus igitur ſeruus
ad tantā impietatē ſtimuletur, ut herilem ſponſam contrectet. Nullus adeò furioſus ſit ſa
crilegus, ut impollutā ſacerdotem petulantibus manibus contingat. Nemo ad tantā de-
mentiam deueniat, ut quum tantā pœnā ſacrilegis impendere uideat, non inanimata ex
auri & argenti materia facta uaſa, ſed ipſa animata & uiuentia donaria, prædatoria manu
impurè inuadat. Imò nemo ſit adeò impius, ut nō inanima in templo uaſa, ſed ipſum Do-
mini templum, hoc eſt, uirginis corpus, & ipſam precioſiſſimam omnium in hoc animā
uirginis, ſacerrimum in templo Domini donariū, petulantiæ facibus barbarico more cō
burat. Verùm ſi ſeipſam ultro obtulit uirgo, tranſgreſſa erga ſponſum pactum, totoq́
templo, & donario, & amicitia erga ipſum, & regni ſocietate, propter uitij iucunditatē,
confuſis ſimulq́ conculcatis, ne accommodes teipſum tali, ad peccati ſocietatem. Nam Gen.39
neq́ bonus Ioſeph furioſæ in ipſum dominæ, ſeipſum ad petulantiæ fruitionem accom-
modare uoluit. At etiamſi tu non uenias ad nuptiarum ſocietatem, alteri ſeipſum exhibe
bit. Ille igitur pœnas ob peccatum habeat. Tu uerò teipſum purum cuſtodi à ſocietate
pœnæ, ob delictum in Dominum. Oportet, inquit, filium hominis tradi, uæ autem illi
per quē filius hominis traditur, conduceret ipſi ſi natus non eſſet. Non iuxta ſimilem mo
dum iudicabat, quæ prius uirginitatem promittebat, ut mutata ſententia ipſam homini
alicui ad uoluptatis fruitionem copularet. Et ſi dicat, oportet me uiro iungi, uelut filiū ho
minis oportuit tradi. At uę illi per quē illa tranſgreſsis erga ſponſum pactis, ſuā concupi-
ſcentiam implet. Cōduceret eñ illi homini magis, auſim dicere idem, q̃ ut ſocius petulā- Mat.19
tis illius in Dominū iniquitatis reus cōſtitutus reperiatur. Non audis aūt quod etiā qui
repudiatā ſiue dimiſſam ducit, adulteriū cōmittit? Et, Si eñ repudiata eſt, inquit, propter
cauſam, attamen uiuit uir ipſius. Quid igitur uexas repudiatā? Cur nō concedis tempus,
& illi corrigendi ſeipſam ob ea propter quæ repudiata eſt, & ei qui repudiauit, ut ob cor
rectionē eius miſertus, membrū ſuū rurſus ad ſeipſum recipiat? Sed præripis emendandi
tempus uiuente uiro, repudiatā in uxorē ducens. Sine, inquit, aut ad uiuentem reuerti, ſi
mulq́ meliorem factā redire uxorem: aut ſemper neq́ uiduā, neq́ uxorem exiſtentē, cui
pæ ob repudiū, quam uiro exhibuit, pœnā dare. Tu uerò priuſq̃ intelligas proprium ob
repudium peccatum, illā ad coniugium rapiens, audaciorem ad peccata abſurdè efficis,
uiuente

uiuente quidē uiro ſemper alienam adulterans, facilem uerò illā uelut dixi, ad peccata in cõuictu abſurdè exercens. Quod ſi is qui cū ea quæ à mortali uiro dimiſſa eſt, adulterium exercet, impiè facit: multò magis impiè per uitam adulteriū cõmittit is, qui immortalis ui ri ſponſam nunq̃ dimiſſam corrumpere audet. Nam & ſi ſeipſam dimittit, mutata ſenten tia ad carnis affectus transfugiens, at tu ne contingas hanc. Viuit em̄ uir ipſius, & nõ uult ipſam dimittere. Permitte ipſi uidere ſeipſam ubi fuit, concoquere affectū, eluere amorē carnium, conſiderare per tempus quanta audere conatur, & reflectet omnino ad ſpon-
Ioan.8 ſum. Si enim Chriſtus lux eſt & reſurrectio, & integritas & uita, & reliqua ex patre nobis bona: quæ ſeipſam à Chriſto diſſoluit, quid aliud quàm à luce in tenebras, & à uita in mor tem, & ab integritate in corruptionem, & à reſurrectione in inferni & mortis maximam ruinam ſeipſam miſera illa diſſoluit? Quę ubi cõſiderarit omnino, quantorum malorum ſit profunditas, horrebit quidem peccati caliginem, confuſione ac triſticia refertā: iucun ditatem uerò lucis in qua erat, deſiderabit: & horrore quidem mortis ac turpitudine cor ruptionis conſideratis, uehementius ad uitam & immortalitatem ex his reſiliet. In grauiſ ſimam uerò inferni ruinam intuita, donatam ipſi à Domino reſurrectionē omnino feruē tius amplectetur. Non enim adeò inſania plena eſt, ut neq; ubi tempore affectus ſedatus eſt, immortalem ſponſum mortali præferat. Cur igitur miſeræ lapſum rapis? Cur conſide randi peccati tempus præripis? Cur conſilij tempus excludis? ut non dimiſſa à Domino uxore ducta, teipſum non uirum, ſed adulterum, qui ſe in Domini cubile impiè immiſit, declares. Proinde ab omni manu intacta ſit uirgo, eminentiſsimum quoddam Dei dona rium exiſtens. Impollutam uerò ſeipſam & corpore & mente cuſtodiens, ſecurè inquam etiam cum fratrib. in Chriſto conuerſetur. Ad hoc enim ipſam exactè decernens genui-
2.Cor.9 nus Dei ſeruus, inquit, Volo autem omnes uos ſapientes quidem eſſe ad bonum, ſimpli-
2.Cor.11 ces autem ad malum. Adiunxi enim uos uni uiro, ut uirginē caſtam exhiberetis Chriſto. Verùm timeo ne quomodo ſicut ſerpēs Euam uerſutia ſua decepit, ita corrumpātur co gitationes ueſtræ à ſimplicitate erga Chriſtum. Quapropter prę omnib. oportet cogita tiones uirginis in totum incorruptas cuſtodire. Anima enim incorrupta manente, incor ruptum etiam corpus cuſtoditur: ubi uerò anima prauis cogitationibus corrupta eſt, e tiamſi corpus incorruptum manere uideatur, at nõ pura integritas huius reperitur, uipo-
1.Cor.7 te cogitationum inquinamentis corrupta. Itaq; diligere oportet, ſed cum ratione & iudi cio prudenti dilectionis quantitatem metiente. Charitas enim non turpiter ſe gerit. Et ſo lutus es ab uxore, ne quæras uxorem. Abſurdum autem eſt eum qui dilectionis nomine ſolutus eſſe ſtudet, uoluptatum uinculis per conſuetudinem ſeipſum implicare, ut nõ am plius de cætero, neque corpore, neq; anima ſolutus eſſe iuxta profeſſionem poſſit. Neq; enim anima eius qui talis eſt, ſoluta eſt, dum circa animalis cõſuetudinis affectus occupa ta eſt. Neque corpus quod uincula nuptialium curarum ſuſcepit. Nam & ſi nuptiarū non eſt nomen, at cura eorum qui in matrimonio ſunt, ipſis hærens, ſeruos corporalium cura rum, quibus ſeipſos temerè illigarunt, uituperabiles ipſos facit. Abſurdum uerò eſt eos q uirgineam uitam perſequuntur, nuptiarum condemnationibus ſtolidè implicari: & eas quæ ſimulant ſe ſponſi cura contentas eſſe, homines curatores in ſuum uituperium aſſu mere. Si uerò amas eum qui reuera amator cognoſcitur, reliqua omnia penitus contem nere debes, ita ut libenter ſuſtineas etiam nuda in pauimento, in qualicūque habitu pau pertatis eum quem amas aſſequi, quàm ob hoc quod remiſſè cum ipſo conuiuere uelis, & ad hoc utilitates ab hominibus perſequi, à diuino amore turpiter excidere. Nam uir go delicians, uiua mortua eſt. Ne igitur blaſphemetur bonum noſtrum uirginitatis no men, dum impollutę dilectionis nomine à carnalib. affectibus cõtumelia afficitur. Non em̄ eſt dilectio affectus fraudulentus, & ficta beneuolentia, & uoluptas ſeruiēs, & anima lis affectio: ſed beneuolentia carnalib. proprietatibus nõ perturbata, & pax affectuum, & ſanctificatio in Spiritu ſancto. Quod ſi propter dilectionē frater tuus triſtatur, nõ am plius ſecundum dilectionem ambulas, ne per dilectionem tuā opus ueræ dilectionis diſ ſolue, neque per falſi nominis dilectionem fratrē perde, ad malignā ſuſpicionem offendi culum præbēs ei propter quē Chriſtus mortuus eſt. Si quis te uiderit qui ſcientiam ueri boni habes, in templo ſimulachrorum deſidere, & pro uera ac pura integritate, ſimula chrū ipſius in corpore colere, nónne conſcientia ipſius infirma exiſtens inquinabitur, & ædificabitur

ædificabitur ad hoc ut audeat peccatum? Sic autem peccantes in fratres, & uerberantes
ipſorum conſcientiã infirmam, in Chriſtum peccatis. Quapropter ſi eſca offendit fratrẽ 1.Cor.8
meum, non edam carnes in æternũ, ut ne fratrẽ meum offendam. An non habemus pote- 1.Cor.9
ſtatem edendi ac bibendi? an non habemus poteſtatem ſororem uxorẽ circumducendi?
At non utor poteſtate hac, inquit. Bonũ eſt mihi mori potius, quàm ut gloriationem meã, uir-
ginitatis ſcilicet, aliquis inanẽ faciat. Trib. itaque Leui per ſeipſam, & uxores ipſorum per
ſeipſas. Et nõ per hæc diligere fratres diſſuademus: ſed omnes uelut uterinos diligere cõ Num.36
cedimus, imò etiam uterinos ſecurè diligere conſulimus. Timor eſt enim ne ex conſuetu
dine & confidentia noſtra, peccatum arrepta occaſione, omnem in nobis concupiſcenti
am operet̃. Sufficiens eſt eñ peccatum, & per manuum fratris tactum, & per amicum in-
terim oſculum, ſapientiã carnis clanculũ ad ꝓpria excitare, & concupiſcentię oculos, ue-
lut ipſius Adæ, poſt guſtum uoluptatis, amplius ad malũ aperire. Proinde etiã uterina ſo-
ror, non aſsiduè tactu & oſculis fratris exatiet̃, ne ex aſsiduitate temporis progreſſu affe-
ctus exortus reſultet, & præſertim ubi etiam corporis pulchritudo amoris faces in oculis
horum amplius incenderit. Ab hac eñ flamma etiam externa gentium doctrina nos de-
trahens, Pulchrorũ, inquit, oſcula uitare oportet, uelut reptilium uirus eiaculantiũ mor-
ſus. Diffundit̃ eñ, inquit, uenenũ uoluptatis per oſculũ in uniuerſum corpus. Quaꝓpter 2.Cor.13
amplectimini, inquit, uos mutuò in oſculo ſancto. Qualis ſpirantia oſculi carnis in pura
ſancti ſpiritus flagrantia? Hæc inter ſe coniungentes non reprehenſione digni ſumus, ut
puto, quod etiam ad hanc exactam rationem, propter uirginis inculpabilem integritatẽ
ſumus progreſsi. Si enim non iam antea peccatum ſuas luctas in his perſonis per uitam
noſtram effeciſſet, fortaſsis meritò à quibuſdam reprehenderemur, quod huculque ſermo
nem denudauimus. Si uerò omnem peccati ſpeciem, & in matres, & in ſorores, per car-
nis uoluptates efficere potuit, quemadmodum ſanè etiam Ammon ob corruptionem ſo 2.Reg.13
roris notauit, minimè reprehendendi ſunt, uelut arbitror, qui ad uirginis integritatem eti
am hanc præſeruationem inducunt. Carnalis enim, inquam, eſt uis amoris indita maſcu-
lorum corporibus ad fœminas, ad hoc ut omnibus iudicijs neglectis, ſua ſponte, ut ita
dixerim, hæc, etiam reluctantibus intrinſecus ratiocinationibus, inter ſe mutuò compli-
cet. Nam fœminæ quidem fœminarum corpora attingentes, & rurſus maſculi maſculo-
rum, immobilem habẽt naturalem inter ſe habitum: præterquàm ſi quis per imaginatio-
nem eius ad quem ſecundum naturam amatorium motum concepit, memoria irrita-
tus, etiam in alienum, per affectum ſtimuli erga proprium, præter leges iniquè a-
gat. At uerò fœmina maſculi corpus contingens, & uice uerſa, fœminæ rurſus maſculus,
etiamſi animæ ipſorum per cogitationes non proceſſerint ad complexum, tamen inter
ſe mutuò latenter irritantur. Et ſicut ſtupa ubi ſtupam contigit, & ſplendidus ignis purũ
ignem, non fumum edit: at ſtupa ubi ignem olfecit, ſtatim accenditur, & non opus eſt
multa opera, neque aliquo extrinſecus ſufflante, ut ignis è ſtupa eluceat: ſed ſolum adiro
ta ſtatim habet apparentes flammas: ſic fœmina maſculi corpus contingens, non opus
habet multo labore, neque amore ad coitus mixturam inſpirante: ſed quum naturalẽ ha-
beant inter ſe habitum ac amorem, ſimul ut contigit, ſtatim habet latenter incenſam uo-
luptatis ſcintillã. Quapropter, inquit, ligabit quis ignem in ſinu, ueſtimenta autem non Pro.6
comburet? Aut ambulabit quis ſuper prunas ignis, & pedes non comburet? Sic non ſi-
ne damno diſcedet omnis qui attingit mulierẽ. Quod ſi ſeipſum tradidit Dominus pro Ephe.5
ſponſa, ut ipſam ſanctificet lauacro aquæ purgatã, & adducat ipſe ſibijpſi hanc illuſtrem,
maculã non habentem, aut rugam, aut quid huiuſcemodi: ſed ut ſit ſancta & inculpabilis
& corpore & ſpiritu: & ob id ſollicita eſſe uirgo debet, quomodo Domino placeat, ut ſit 1.Cor.7
ſancta & corpore & ſpiritu: profectò non aliqua quidem uitare, aliqua uerò indifferẽter
audere debet: ſed omnes in totum maculas aut rugas ipſi inducentes impetus procul re-
pellere, ut ſit ſancta & corpore, nullum ab hoc inquinamentum ad animam ferens: & ſpi
ritu, nulla cogitatione hunc turbans. Non enim ſolum à corpore ad animam tranſeunt
affectus, ſed etiam ab anima ſumpto initio, & non potentibus aliquando inſeruire corpo
ribus, iuxta imaginationem, uelut per corpora peragant̃, in mente perficiuntur. Quem-
admodum enim qui aquam oleo permiſcent, utriuſque gratiam de induſtria uiolantes,
tum olei luciditatẽ aquæ limoſitate conturbantes obſcurant, tum rurſus aquæ naturam

olei ammixtione turbant: ſic qui animam corpori per affectus commiſcent, utriuſq; ad uitam utilitatem malè diſperdunt, dum & animam lucidam ac ſplendidam exiſtentem, limo carnalium ex uoluptate affectuum totam turbant, & corporis puritatem ac pelluciditatem eadem ratione turbatam, inutilem ad uitam oſtendunt. At quemadmodum illa dum inter ſe miſcentur, naturalem gratiam perdunt: ubi uerò diſceſsit ipſorum turbatio, nacta quietem inuicem ſeparantur, & utrunque ad propriam naturam, dum ad ſeipſum colligitur, recurrit, oleum quidem purum aquæ ſuperſtans, aqua uerò nitida uehiculum illius fiens: ſic etiam anima & corpus, dum quidem permiſcentur inter ſe mutuis affectibus, utrunque propriam naturam, dum ab altero turbatur, corrumpit, quietem uerò adepta, ad propriam naturam ſeparata diſcedunt. Anima quidem uelut auriga lucidam pulchritudinem ſuam denuo in corpore eluceſcentem oſtendens: corpus uerò ueluti graue illius quidem dignitati ſubſidens, uerum ad eam quæ hic expetitur utilitatem, uehiculum ipſi fiens. Proinde quum tale quid in ſua natura contingere uirgo uideat, neq; animę luciditatē affectibus carnis conturbabit, neq; his qui ab anima initiū habent, pulchritudinem ſuam confundere ſuſtinebit: ſed utrumq; in proprio loco ordineq; ac utilitate in quiete cuſtodiens, pacem quidem partibus cum ſapientia procurabit: in quiete uerò & animam & corpus manere iuxta naturam exercens, concinnā ex ambobus formam purā oſtendet. ita ut luciditatem animæ, incommotam, & imperturbatam penitus cuſtodiat, corporis uerò ſpeciem, ab omni cœnoſo ex uoluptatibus motu puram per exercitationem conſeruet. Nam corpus guloſitatem, & ebrietatem, & coeundi uoluptatem efferueſcens in animæ pulchritudinem diſtribuit: anima uerò æmulationem & iram ſimulationemq; ac inimicitiam, dum inſipientia agitatur, corpori infert. Et aliquando timore affectuum carnis, ieiunijs & duricia uitæ, corpora ad proprios affectus mortificantes, quæ animæ propria ſunt in mortuo corpore circūferimus, ut uel hinc claudicatio ad perfectionem appareat, quoniam alterum ſine altero rectè peractum, imperfectum ad uerам uirtutem opus declarat. Neque enim ubi corporis affectus per ieiunia excidimus, animam uerò proprijs ex æmulatione & ſimulatione atque aliorum affectuum motibus turbatam reliquimus, utilem ad uirtutem corporis exercitationem oſtendimus. Neque ubi animam à proprijs affectibus purgauimus, corpus uerò ad uoluptates liberū, itemq; ad reliquas delicias dimiſimus, etiamſi non adſit ad ſcortationem petulantia, perfectam ad uirtutem uitam noſtram oſtendere poſſumus. Sed oportet eum qui ab omni inquinamento purum uirtutis curſum oſtendere uult, ad animæ bonum etiam corporis bona apponere, & his quæ ſecundum corpus per exercitationem elaborata ſunt, animæ recte facta conſona oſtendere. Neque enim incorrupta & uera uita oſtendi poterit, ubi & animæ & corporis membra harmoniam & conſonantiam inter ſe non habent: nam impoſſibile eſſe arbitror, & animæ acquirere bona, corporis bonis impedientibus, & corporis adeſſe bona, non pręcedentibus animæ bonis. Verùm oportet & ipſam animam ſibiipſi conſonare, & conſonum ſibi corpus habere, atq; ita perfectam beatam uitam oſtendere, utriſq; & anima & corpore ad unum curſum obedienter ſe mouentibus. Itaq; uirgo uelut oleum aquæ, animam corpori puram ſemper inſidentem habens, huiuſq; luce ſubiectum corpus gubernans: ſicut de corporis affectuū limo nihil ex uoluptate turbidum animæ pulchritudini ammiſcuit per ieiunia & exercitia, diſtributasq; ex ipſo ebullitiones ſedauit, & maximam partem terrenam ipſius per continentiæ rectè facta purificauit: ſic nihil de affectibus animæ ex æmulatione & ſimulatione, nihil ex inſipientia turbatum in corpus diſtribuet, ab omni indignatione & ira, omniq; abſurda cupiditate, mentē nitidam ac lucidam uitæ oſtendens. Si enim affectibus impermixtum humanum ex anima & corpore organum habere debet, ita ut utrunq; in propria natura quieſcens, propriam utilitatem oſtendat: conuenit ipſam, uelut fluentes in corpus per uentrem turbidos riuos repellit, ſic etiā in animam fluentes auertere. Sic enim manere poterit ipſi utrunque in naturali ſtatu imperturbatū. Nam quamdiu affectus animā infeſtauerint, uirginea pulchritudo nullo modo impolluta conſpici poterit: imò potius unà cum hoc quod ex corporis exercitatione nihil iuuatur, etiam multa turpitudo ex affectuum prauitate in anima uidetur. Nam ſi limoſitate, quæ à corpore ad animā diſtribuitur, per exercitationem in naturæ neceſsitatē uelut fecem repreſſa, affectibus animæ conturbatur, nihil prodeſt

corporis

corporis puritas, quũ ſponſus propter turbationem affectuum in tali anima requieſcere
non poſsit. Imò magis ſeipſam talis lædit, id quod uerè ſponſo placet, propter imperi-
tiam non inueſtigans: propter cogitationum uerò prauitatem, etiã mercedis pro corpo-
ralibus rectè factis damnum ſibijpſi inferens. Si enim propter animę pulchritudinẽ cor-
poris integritatẽ exercemus, ſuperflua eſt ea quæ uidetur corporis integritas, ſi anima
infinitis affectibus corrumpitur. Quarundam enim corpus peccati organum diabolus
arreptum, per hoc animę inſidias ſtruit: quarundã uerò carnem inuadere, propter con-
tinentiam ac uitæ duriciam non permittitur, harum ſæpe citra corpus anima nuda arre-
pta, per affectus quos in ipſa operatur, cupiditatem ſuam perficit. Tales enim ſunt quæ
ieiunijs & lectis humi proſtratis, ac reliqua ſuperextenta exercitatione corporis, hunc
à carne fugãt: uerùm irę & indignationis ſimulationisq; ac ęmulationis affectibus ipſum
in anima amplectuntur ac fouent. Quanto autẽ inferius dignitate eſt corpus anima, tan-
to minus arbitror, peccatum per corpus, eo quod per nudam animam fit, apparet: quo-
niam illic naturalis cibus & appetitus, per coaltas uoluptates, ad guloſitatem aut ſcorta-
tionem corpus titillat: hi autem citra corporalem uoluptatem, propoſiti prauitas affe-
ctus præter naturam animæ inducit. Et ſi affectus animæ eſt uirginis corruptio, animæ
affectus eſt etiam indignatio & contentio, & reliqua omnia quæ Apoſtolus recitauit, &
adhuc magis inuidia. Similimum itaque & qui amat, & qui inuidet, dolorem ſuſtinent. Gal.5
Sicut enim amantis animam ac corpus, ubi cupiditatem non aſſequitur, amor ipſe con-
ſumit: ſic inuidentis & animam & corpus inuidia conſumit. Nihil enim magis qui amãt,
ubi quod cupiunt, non aſſequuntur, ab amore, quàm inuidentes ubi uoti ſui non fiunt
compotes, ab inuidia & anima & corpore colliqueſcunt: talem quantam afflictionem
fermè perpetientes, qualem cereæ ſtatuæ in nocte à cerifigulis formatæ, dum ſole exor-
to à ſolari radio colliqueſcunt, perpeti poſsint. Illæ enim quamdiu quidẽ nox & tenebrę
ipſas occupant, concretam in umbra præ nocturna aura formam, uelut effictæ ſunt, in ui-
gore qualis in figmentis apparet, & firmam oſtendunt. Vbi uerò illuxit ſol, & curſum
ſuum perficit, reliqua quidem uniuerſa à ſolari facultate nutriuntur, ac luce fruuntur. Il-
læ uerò colliquatæ, & forma & habitu ac figura, unà cum apparente in unaquaque uigo-
re confuſis, diſsipantur. Inuidi uerò quamdiu in tenebris diaboli uelut in nocte, de inui-
diæ operibus conſultant, firmas cogitationes & habitus unà cum formis, uelut ab inui-
dia formati ſunt, inter ſe oſtendere ſibi uidentur. Vbi uerò inſtar ſolis bonus uir ad uirtu-
tis opera mane ortus fuerit, reliqui quidem omnes qui honeſtæ & Deum amantis uitæ
mores admirantur, diuini amoris cognitione ab ipſo ſplendidè exatiati, uirtutis ſemina
nutriunt. Inuidi autem ipſum inuictum propter amorem erga Deum, uelut ſolem, & ad-
huc amplius uirtutis operibus illuſtrari uidentes, tãquam cerei ueluti dixi, tum corporũ
formis, tum animis inuidia plenis, affatim colliqueſcunt. Proinde uirginis animam tran-
quillam, & diuinis mentis cogitationibus, uelut ex puriſsimo fonte reſtagnantem, mini-
mè commotam ac exundantem eſſe oportet: ita ut neq; per ſermones forinſecus per au-
res immiſſos exæſtuet, neque per illabentes per oculos imaginationes, in tranquillo ſuo
ſtatu inhorreat: quo uelut in puriſſimo ſpeculo, & ſuam ſpeciem, & ſponſi pulchritudi-
nem uidens, amore erga ipſum ſincerius exatietur. Quapropter neque alium oculum in
huius aquæ ſpeculum intueri oportet, ut ne priorem concutiens obſcuret, neque prę ira
aut triſticia, aut quibuſdam alijs affectibus ipſam omnino turbari, ut ne aliàs alias for-
mas mentis in turbatione oſtendat: ſed ſemper eodem modo in gaudio ſecundum De-
um exhilarata ab affectibus, penitus tranquilla cuſtodiatur, & nullius alterius ſpeciem in
ſe ipſa quàm ſponſi oſtendat: ita ut ſolus ille ſemper uideat in ipſa propriam pulchritudi-
nem, ſola item anima huius formam in ſuo ſpeculo eluceſcentem habeat, & formæ ipſius
pulchritudine ornari uelit. Vnde muniens eius animam ſapientiſsimus ſermo, dicit: Si ſpi-
ritus poteſtatem habentis aſcenderit in te, locum tuum ne deſeras, ut ne ubi reuerſa eſt Eccl.10
cogitatio ſecundum poteſtatem, imaginatio locum uelut in ſpeculo reperiens, & nullo
præſente, peccati ſimulachra oſtendat. Verùm omnis locus in anima uirginis, aſpe-
ctu Chriſti repleatur, & nullus in totum locus uacet, quo conſcenſo curioſa cogitatio
reperiat, ubi quæ ſua ſunt ſpeculetur. Nullius igitur, ut in ſumma dicam, neque præſen-

 tis, neq;

tis,neq; abſentis hominis ſpeculum ſit uirginis anima,quàm ſancti ſponſi ſui: & nulla a-
lia forma in ipſa uideatur quàm illa ſola : nulli item alij ſpeculum animæ ipſa ſedulò ex-
poliat,quàm ut ille propriæ pulchritudinis ſpeciem huic immittat,& ipſam beatam effi-
ciat. Si enim mortalis aliquis in hoc ſpeculum intueatur,neceſſe eſt mentem circa ſpecta-
culum formæ huius occupatam,priorem ſponſi formam occultatam ſubegreſſam dein-
1.Cor.6 ceps nuſquam uidere. Sicut autem qui ſcorto agglutinatur,unum corpus eſt:ſic qui Do-
mino agglutinatur,unus ſpiritus eſt, per hunc quidem à corporis affectibus purgatus:
anima uerò in eandem formę pulchritudinem inſignitus. Et non,dum ad ueram uirgini-
tatem ipſam uirginem adducimus,per ſponſi exemplum,nuptiales quaſdam cogitatio-
nes ipſi inducimus:ſed ex nuptiarũ unitione,rationalis animę ad Deum uerbum unitio-
nem ſapienter oſtendimus. Nam uelut corpora nuptiali ſocietate, ijſdem uoluptatibus,
& affectibus,& corruptione participant, dum in uoluptate,& affectibus,& coitus cor-
ruptione,per conſpirationem ad actionem uerſantur : ſic & rationalis anima per nuptia-
lem ad Deum uerbum ſocietatem,uirtute & integritate,ac uera ab affectibus uitioſis pu-
ritate frui poterit,ut propter puritatem à uitijs ac integritatem, per non ſimulatam con-
ſpirationem ex Deo uerbo ad ipſius ſanctificationẽ pura fiat. Quapropter Chriſto per
uirginitatis profeſsionem coniunctam,uelut quæ ſapientiæ & uerbo ſeipſam per uitam
deſpondit,ſapientem ac prudentem eſſe oportet : ita ut omnis temeritatis inſipientiæq;
turpitudinem,per aſsiduam diuinarũ rerum meditationẽ eijciat,& ſapientię pulchritudi-
ne,cui unita eſt,mente exornet. Nam ſi cui alij qui beatus eſſe uult,profectò Chriſti ſpon-
ſæ maximè conuenit,animę per ſenſus actiones ab externis ad interna in totum familia-
riter conuertere,& ſponſo quidem in arcanis mentis thalamis,uelut Deo uerbo ſemper
conuerſari,in lege uerò ipſius meditari die ac nocte: & pronubis quidem,lege dico & E-
uangelio,& ſi quis his conſpirans pulchritudinem ſponſi enarrat,lætari:uerbi uerò ſan-
ctis cogitationum fœturis rationalem & ſapientem magis atque magis reperiri, donec
tota per totum unitione ad ſapientiam,in eo cui agglutinata eſt exiſtens,ex corruptibili
incorrupta, ex imperita prudens ac ſapiens, uelut coſta uerbi cui agglutinata eſt, & in
ſumma ex homine Deus immortalis,uelut ille cui unita eſt,omnibus oſtendatur. Sicut e-
nim ſponſus ipſius relictis thronis ac dominationibus, ſecundum mortalitatem ipſi ag-
glutinatus eſt,ut in ipſa per ſocietatem ac condolentiam uerſatus,ipſam in ſuiipſius puri-
Phil.2 tatem ab affectibus tranſmutaret:ita & hæc ei qui propter ipſam exuit principatus & po-
teſtates,& ſeipſum à forma Dei in formam ſerui,propter amorem erga ſponſam,euacua-
Gen.2 uit,iuxta immortalitatem agglutinata eſſe debet,quo etiam ad cœleſtem thalamum unà
cum ipſo ad patrem aſcendente conſcendat. Propter hoc enim,inquit,relinquet homo
patrem ſuum & matrem,& adhærebit uxori ſuę,& erunt duo in carnem unam. Id quod
interpretans is qui ad incorruptibilitatem,boni gratia,ſponſam Chriſto deſpondit,ait:
Ephe.5 Myſterium hoc magnum eſt,dico autem in Chriſtum & in Eccleſiam. Non enim deſcen-
dit Chriſtus,ut agglutinatus ſponſę in terra permaneat:ſed ut aſſumptam ac tranſmuta-
tam ipſam ex terra in cœlos perduceret. Et quæ Chriſto deſponſa eſt, non Ioannem ſo-
lum habet ipſi ad ſponſalia lauacra inſeruientem : ſed etiam angelos aſcendenti ipſi ad
patris ſedes,epithalamium & nuptiale carmen canentes. Incorrupta igitur non ſolum
ob unionem ad incorruptum uerbum uirgo ipſa manet,ſed etiam poſt unionem fit. non
enim uelut corporum ſponſus incorruptam uirginem, ob deſponſationem corrumpẽs,
mulierem & uxorem facit : ſic etiam animarum noſtrarum ſponſus, incorruptam ani-
mam,per ſocietatem ad ipſum corrumpens,ſibi deſponſat. Verùm corruptam per car-
nales uoluptates à diabolo acceptam, & uxorem illius per corruptionem nequiter fa-
ctam,per ſocietatem ad ipſum incorruptam ex muliere uirginem facit. Hanc enim my-
ſticam ſponſæ ductionem etiam per Prophetam nos docens, ad ſponſam ſuam inquit:
Hier.3 Nonne uelut domum me uocaſti,& patrem ac ducem uirginitatis tuæ? quaſi diceret,&
ducem integritatis tuæ. Sicut enim dux & princeps corruptionis uxoris eſt uir, per hoc
Dominus ipſius fiens : ſic dux & princeps ſingulorũ noſtrûm integritatis eſt Dominus,
& per integritatem Dominus noſter & qui principatum arripit:quem etiã domum inte-
gritatis noſtræ nos agnoſcere oportet,ita ut in ipſo maneamus ac habitemus: quoniam
in ipſo

in ipſo uiuimus & mouemur & ſumus, quo ipſum uelut omnis uirtutis ac integritatis do
mum per uitam inhabitantes, à laribus integritatis in ipſo ne excidamus. Sicut enim ha- Act. 17
bitat & deambulat in dignis, ſic rurſus digni in ipſo habitant. Quapropter etiam quũ aſ-
ſumpſerit nos ex mundi negocijs, ingreſſos ad ipſum, & in ipſo habitantes, prouidens ut
ne rurſus excidamus, ait: Manete in me, & ego in uobis. Porrò quum etiam in reliquis Ioan. 15
omnibus magna quædam ac præfulgida res uirginitas cognoſcatur, inſuper & regene-
rationis & incorruptibilis uitæ, iam hinc ſemen quoddam purum oſtendit. Si enim in re Mat. 22
ſurrectione neq; uxores ducunt, neq; nubunt, ſed ſunt uelut angeli, & fient filij Dei, cer-
tè qui uirginitatem exercent, angeli ſunt, in incorruptibilibus carnibus hominum uitam
circuentes, & angeli non ignobiles quidam, ſed etiam ualde clari ac illuſtres. Nam quum
illi ſine carnibus in cœlo integritatem, & loco & natura inuiolabili, apud uniuerſorum
regem Deum cuſtodiant: hi in terrra carnis uoluptatibus infeſtati, & tentationibus dia-
boli expoſiti, integritatem angelis æqualem, per uirtutem maiòri cum admiratione
conditori cuſtodiunt. Vbi etiam maximè uirginum pulchritudinem quis admirari po-
teſt, quòd fœmineo corpore circumdatæ, accedentem quidem ex hoc animæ formam,
per exercitationem repellunt, æquales uerò uiris (ſicut ſanè æquales etiam anima fa-
ctæ ſunt) per uirtutem apparent, quemadmodum illi per exercitationem ex uiris ad an-
gelorum ordinem tranſeunt, ſic etiam hæ per æqualem exercitationem ex mulieribus
ad eandem cum ipſis dignitatem tranſgreſſæ: ut in præſenti uita, maſculis quidem ani-
ma pares, uerùm fœminei corporis amictu ad æqualitatem claudicantes, in futuro ſecu-
lo æquales per omnia ob uirtutem his qui angeli facti ſunt, etiam ipſæ comperiantur Si
enim quando æquales angelis declarantur, neque uxores ducunt, neque nubunt: pro-
fectò quæ in præſenti uita hoc per exercitationem conſequutæ ſunt, hinc iam angelis æ-
quales ſeipſas omnibus declararunt: fœminæ quidem ac maſculi proprietates corpo-
rum ad coitum per uirtutem exſcindentes: nudis uerò animis in terra cum hominibus
uiuentes. Si uerò neque ad maſculum, neque ad fœminam, iuxta delectationem uolup-
tatis corporis in quo eſt, anima ad affectus formatur: non eſt maſculus & fœmina, non
eſt affectus & uoluptas, ſed omnia & in omnibus Chriſtus, mortificatis quidem cor- Gal. 3
poribus per ineſſicacem ad proprietatem maſculi ac fœminæ uoluptatem, ſola autem a-
nima in incorruptibilitate per uirtutem in his degente. Et quæ quidem talis eſt, mini-
ſtrum ſponſi contingat, ſi quidem non amplius uiuit ipſius in carne fœminæ uoluptas.
Hoſpitio item excipiat ſinceriter fratrem, iuxta mandatum Domini pedes eius lauans: Ioan. 13
alium itidem curatione indigentem curans, in mortuis corporis manibus mortui huius
corpus contrectans. Quandoquidem enim mortificauit membra terreſtria, & uiuit non Gal. 2
amplius ipſa, uerùm uiuit in ipſa Chriſtus, & quod nunc uiuit in carne, in fide uiuit, ope-
retur ea quæ uirtutis ſunt, Chriſto ſolum in ipſa uiuente, & quæ ſua ſunt operante, cru-
cifixum peccato cum Chriſto & mortuum corpus circumferens: & operetur ea quę ſunt
mandati ſponſi, per omnem actionem animæ pulchritudinem illuſtriorem oſtendens.
Quum enim tangente corpore non coaffecta fuerit anima ad maſculi imaginationem,
ſed quodam modo citra ſenſum hoc attigerit, mortua manet in hoc uoluptas, quum non
poſsit corpus quod forinſecus attingit, ipſam ad proprium affectum excitare. Sic enim
& in perſequutionibus uirgines propter fidem erga ſponſum impijs hominibus dedi-
tæ, aut etiam corpora incorruptæ conſeruarunt, eo propter quem deditæ fieri ſuſtinue-
runt, impiorum uirorum conatum in ipſarum carnibus mortuum declarante, & incor-
rupta etiam ipſarum corpora cum mirabili potentia per totum cuſtodiente: aut etiam
uim paſſæ, non conſentiente ad uoluptatem anima, mortuis corporibus uim ac iniu-
riã inferri putarunt, incurruptam animam non conformantem ſe ad iniuriam inferen-
tis uoluptatem, ſponſo & fide & uirginitate illuſtriorem oſtendentes: uolente fortaſsis
Domino in ipſis declarare, quòd quia confeſsionem in ipſum præferunt omnibus quę
circa corpus præſtantia uidentur, neq; animam ad abnegationem corruperint, neq; cor-
poribus corruptæ ſint omnino, propterea quòd uoluptati non conſenſerunt. Niſi quis
eum qui præ immani inſania uirginem iugulatam iniuria afficere uult, corrumpere ip-
ſam per coitum ad mortuam, dicere uoluerit: contumelia enim hanc aſſicere potuerit,
corrumpere uerò ipſam nunquam. Seipſum etenim corrumpit & corrumpitur, uerùm

uirgo incorrupta eſt,anima nō præſente.Huic ſimiles ſunt quæ in perſecutionibus omni-
nibusq́ calamitatibus à uiris infeſtantur: quæ mortificationem ſecundum carnem ha-
bentes,etiamſi quodcunq́ tandem patiantur,incorruptæ permanent.Nam prægreſſum
exercitationis tempus ſufficienter ipſas ad tentationem exercuit, ut in carne uiuentes,
ne ſecundum carnem militent. Quapropter etiam reliquis,acclamantes ad ſimilem uir-
tutem,dicunt:Spiritu ambulate,& concupiſcentiam carnis ne perfeceritis. Proinde quę
cunq́ tales ſunt,oſtendant,inquam,etiam per hoſpitalitatem fraternam charitatem:nam
Luc.7 & Maria pedes Domini oſculans, non ut uiri pedes, ſed uelut Domini oſculabatur:la-
chrymis quidem ueterem incendij uoluptatem in ſeipſa prudenter extinguens ac con-
ſumens:affectu uerò amoris erga Chriſtum ſanctisq́ oſculis ſpiritum in anima ſapien-
ter accedens. Viuebat igitur ſpiritu, & ſpiritu ambulans, & omnia erga ſponſum pro
peccatis ſuis cum prudentia faciens.Mortua autem erat peccato,fœminæ ac maſculi co-
gitationibus,in contactu pedum & oſculis,cum timore mortificatis. Contingat itaque
talis,ſi modo aliqua eſt talis,& Domini mandatum impleat.Dum autem contingit ubi-
que etiam quę talis eſt prudenter ſobria,ne fortè ex aſsiduo contactu,paulatim ſerpat ex
carnibus in ipſam clandeſtinè uoluptas, ne accidat ipſi ut ab huius ueneno commorſa,
Rom.7 quod abſit,dicat: Vbi uerò ueniſſet uoluptas,peccatum reuixit,ego autem mortua ſum,
2.Pet.2 & inuentum eſt mihi mandatum charitatis quod eſt ad uitam, hoc ipſum ad mortem.
Gen.6 Nam ſi etiam angeli decidunt,qui angelis æquales ſunt,multò magis ruinam timere de-
bent:ne quando ubi per uirginitatis exercitium angelis æquales facti ſunt, conſpectis
Pſal.81 filiabus hominum,quòd pulchræ ſunt,ad ipſas per carnis uoluptates deſcendant, & di-
catur ipſis,Ego dixi,dij eſtis,& filij altiſsimi omnes. Vos autem ad ea quæ carnis pro-
pria ſunt delapſi,uelut homines morimini,& uelut unus principum caditis. Quare mul-
tò præſtabilius eſt uirginem ſibiipſi ſecuritatem, ita ut non offendiculo ſit uidentibus
procurare,& undiquaque prudenter impermixtam eſſe: ita ut magis uelit uituperia ob
inhoſpitalitatem ferre,quàm ad uoluptatem & detrimentum aliquorum ſubtrahi,& om-
nia alia contemnere:ſolum uerò Dominum in totum aſpicere, & integritatis pulchritu-
dinem ex fœmina ac maſculo angelis æqualem, à præſenti uita in regenerationis ſecu-
lum,impollutam iam hinc oſtendere. Virginitas enim uitam noſtram ex corruptione
ad incorruptibilitatem perducit.Primi etenim ex modicis, uelut dixi,ſeminibus,per mu-
tuas nuptias totam terram humanis fœturis conſeminarunt: uirginitas uerò ea,quæ per
omnem terram per nuptiarum uoluptatem conſeminata ſunt, in cœlorum horrea col-
ligit ac conuehit. Hanc enim ſeminatorum ad incorruptibilitatem collectionem in-
nuens Dominus,dixit:Eleuate oculos ueſtros & uidete, quod regiones iam albæ ſunt
ad meſſem. Quum enim uniuerſa prius inhabitabilis terra, de cœtero habitabilis fiat,
multam iam hominum ſpicam,& fœtibus turgentem,per omnem regionem Dominus
noſter conſpicatus, collectionis harum ſpicarum deinceps tempus eſſe decernit. Qua-
propter uirginitas ſecundum naturam gnara, quemadmodum ad præſentis uitæ ſa-
tionem,per nuptiarum uoluptatem, ſemina humanæ fœturæ iacta ſunt: ſic etiam ad
uitam quæ illic eſt,ſemina uitæ noſtræ per integritatem iam hinc proijci: ſtudet per ſe-
ipſam pura integritatis ſemina ad incorruptibilem uitam agricolæ parare,detinens qui-
dem contrà inſtando ualida incorruptibilitatis manu, fœmineorum corporum natura-
lem ad maſcula complicationem, rigida uerò potentia pulchritudinem ſuam illuſtrio-
rem regenerationis ſeculo parans. Præoccuparunt itaque per uirtutis rectè factum uir-
gines,id quod in regeneratione per reſurrectionis corporum mutationem ipſis poten-
tia Dei acquirendum erat,iam hinc uelut angeli,neque uxores ducentes, neque nuben-
tes, immò etiam animæ uirtute & corporis integritate angelis æquales exiſtentes.
Et quòd ſemen incorruptæ uitæ uirginitatem ipſam, quod ex terra ad cœlum mira-
biliter mittitur, Dominus noſter eſſe uoluit, dum corpora noſtra integritatis pulch-
ritudinem per uirginum integritatem iam exercere uoluit, manifeſtum ex eo eſt, quòd
quum in omnibus legi paruerit,ſolas nuptias repudiauit. Oportebat enim ex incorru-
pta uirgine,incorruptum etiam ſecundum carnem natum,neque corruptionem in nu-
ptijs experiri, non ab incorruptis corruptione corporis per nuptias, ſed à corruptis
per nuptias, naturali incorruptibilitati noſtræ inſeruientem. Et ſicut Adam ſemen
uoluptatis

uoluptatis per nuptias præſentis uitæ fuit: ſic ipſum ſemen futuri ſeculi per uirginitatis incorruptibilitatem fieri oportebat, quo uelut illum qui per nuptias hominem ſeminauit, per uitam in terra ſequuti ſumus: ſic Dominum qui per uirgineam incorruptibilitatem nos ſeminauit, ad illud ſeculum prudenter ſequamur. Si uerò non oſcitanter & in paradiſo, & in illa uita, ipſum Adam conſiderauimus, reperies ipſum in paradiſo quidem non opus habuiſſe ut cognoſceret uxorem ſuam, uerùm poſt tranſgreſsionem & mortem atque lapſum è paradiſo, tunc uxorem cognouiſſe, quo naturæ de cætero mortalitatem per filiorum ſucceſsionem ſolaretur. Cui econtrà uirgo eum qui in paradiſum ducit ſequuta, cum illo incorrupta in paradiſo iam deliciatur, uitata quidem extra paradiſum maledictione, quæ dicit: In mœroribus paries filios, & cætera. non potens autem intelligere illic quomodo cognouit Adam uxorem ſuam. Neque enim dum in paradiſo ipſe eſſet, ſed iam eiecto ipſo hoc dictum eſt. Porrò non uelut uirginitatem deinceps in uita ſancientes hæc dicimus, ſed his qui precioſam ipſius margaritam mercari propoſuerunt, puritatem ipſius undiquaque immaculatam oſtendentes. De uirginibus autem (1.Cor.7) præceptum Domini non habeo, conſilium autem do, uelut miſericordiam Domini expertus. Nam neq; Dominus noſtræ naturæ, in lege aut Euangelio uirginitatem ſanciuit. Qui enim talem habitum maſculo ad fœminam, & uice uerſa, fœminę ad maſculum, qualem in principio huius orationis oſtendimus, propter nuptiarum neceſsitatem conſtruxit, ampliusq; ex immortalibus mortalibus factis generis ſucceſsionem inſtaurauit, immortalitate uelut ſanè dictum eſt excogitata, & ob id Creſcite & multiplicamini dixit: quomodo uirginitatem tunc ſancire poterat, & maximè quum ad ſupplementum eorũ qui in bellis propria peruerſitate conſumebantur, multitudinem neceſſariam eſſe uideretur. Sed in lege quidem Moyſis etiam benedictione dignum reputatum eſt liberos procreare. (Exod.21) Poſtquam uerò proprijs fructibus ubique floruit mundus, & tanta hominũ multitudine conſeminata eſt terra, ut neq; caperet deinceps eorum qui generabantur multitudinem: inſtitit autem & id quod de aduẽtu Domini noſtri à Prophetis prędictum eſt, quòd qui doctrinæ ipſius prudenter obediunt, recudent gladios ſuos in aratra, & haſtas (Eſa.2) in falces, & non arripiet amplius gens contra gentem gladium, & non diſcent amplius bellum gerere: rectè uirginitas econtrà his qui per corpus corrumpuntur, incorruptibilitatem ex corporibus producit. Non tamen ſancit uelut dixi, neque per Moyſem uirginitatem Dominus, maſculorum ac fœmineorum corporum naturę coniectatione facta, neq; in Euangelio hanc pręcipit. Sed Moyſis lege aſſumpta, quod deeſt ad exactam uirtutem edocet, dicens: Dictũ eſt, non cõmittes adulteriũ: ego uerò tibi dico neq; concupiſces, & quę ſequuntur. (Exod.20) Et ubi quidem conſedit in monte, à beatitudinibus os aperit: (Mat.5) poſtq; uerò Moſaica recenſuit, & uniuerſa ad uerã uirtutem congeſſit, & pertinentes ad ſalutẽ uirtutes edocuit, complet doctrinam & deſcendit de monte, nuſquã inter præcepta, neq; in uetere neq; in nouo Teſtamẽto, uirginitate ſancita. Voluit enim non pręceptum eſſe, ipſum uirginitatis rectè factũ, ſed inſigne animę uirtutis ſtudioſæ, ex propria ac libera poteſtate id quod ſupra mandatũ & ſupra naturã eſt, à ſeipſa perpetrantis. Nuptiæ equidem naturæ gratia fiunt, & lex præcepit quod naturæ commodum eſt. At uirginitas tranſgreſſa naturã, legi non ſeruit, ſupra legem integritatis rectè factum, creatori ac legiſlatori offerẽs. Ob id itaq; Dominus, rurſus dico, nuſquam uirginitatem ſanciuit. Permiſit autem, quo uelut ab incorruptibilitate ad corruptionem præter naturam, homo immodica licentia uſus coactus eſt: ſic à corruptione ad incorruptibilitatem, naturã ſuam meliori naturę propoſito cogat. Et non ſancit quidem, inquam, neq; pręcipit hoc uirtutis factum, eximium quiddam & ſupra naturam, & ſupra legem, animæ uirtutis ſtudioſæ eſſe ſciens. Verùm ubi audiuiſſet eum qui ad ipſum dixit, Nõ expedit matrimonium contrahere: immenſitatem uirginitatis oſtendens, dicit, Non oẽs capiunt. (Mat.19) Quemadmodum etiã diuiniſsimus Apoſtolus, ueſtigia ipſius ſequens, quę quidẽ neceſſaria ſunt ad uitam, in Epiſtolis præcipit, & Eccleſiã unoquoq; præcepto, uelut unum corpus, à capite uſq; ad ſummos, ut ita dixerim, ungues ornat. De uirginib. aũt nihil à ſe ipſo pronunciat: interrogatus aũt, imitatur Dñm, ac dicit: De uirginib. pręceptũ Dñi non habeo, nuſquam eñ inuenio, neq; in lege, neq; in Euangelio, maximã hanc animæ uirtutis ſtudioſę poſſeſsionẽ, Dominũ pręcepiſſe. Queadmodũ aũt Dominus interrogatus, Non omnes

capiunt,his qui interrogauerant reſpondit, non autem occultauit neq; magnitudinem
neq; modum,quo quis uirginitatem aſſequi poſsit,ſed ſubinferens tres eunuchiſmi ſpe-
cies oſtendit:Sic etiam ego,etiamſi prçceptum Domini non habeo,tamen cōſilium do.
Vbi enim ſupra naturam fieri ſolet hoc uirtutis factum,illic eijcitur omne ſeruile præce-
ptum:liberum autem conſilium,admonens quō oporteat liberum omni prçcepto ſupe-
riorem ex propria poteſtate fientē,mirabiliter naturā ad incorruptibilitatē cogere, tem-
peſtiuè inducitur.Sicut igitur Dominus modos caſtrationis ſecundum uirginitatem in-
1.Cor. 7 terrogatus;ita diſcipulus uirginitatis conſilium expoſuit,dicens: De uirginibus autem
prçceptum Domini non habeo,conſilium autē do, uelut miſericordiam Domini exper
tus,in hoc ut ſim fidelis.Arbitror igitur hoc bonū eſſe,propter præſentem neceſsitatem,
quia bonum eſt homini ſic eſſe.Alligatus es uxori?& præoccupatus es hoc uinculo ante
cognitionem boni ipſius uirginitatis,ne quære ſolutionem. Solutus es ab uxore? ne
quæras uxorem,hoc eſt,ne quæras uinculo alligari:ſi uerò etiam uxorem duxeris, non
peccaſti:& ſi nupſerit uirgo non peccauit.Afflictionem autem in carne tales habebunt,
aperientes ſibijpſis per nuptias dolorum officinam. Ego autem uobis parco.Hoc ue-
rò dico fratres : tempus contractum eſt de cætero,regiones enim albæ & iam ad meſ-
ſem ſunt deinceps,ut & qui habent uxores , tanquam non habentes ſint, non qui non
habent,tanquam habentes : quemadmodum ſanè aliqui non habentes promiſsionem
propter uirginitatem tanquam habentes uirgini contumeliam faciunt : & qui plorant,
tanquam non plorent:& qui gaudent,tanquam non gaudeant: & qui emunt,tanquam
non poſsideant:& qui utuntur mundo,tanquam non utantur. Prçterit enim ſtatus mun
di huius. Volo autem uos ſine ſolicitudine eſſe. Qui uxorem non habet, curat ea quæ
Domini ſunt,quomodo Domino placeat: qui uerò uxorē duxit,curat ea quç ſunt mū-
di,quomodo placeat uxori.Et diuiſa ſunt, & mulier quæ nupſit, & uirgo.Innupta curat
ea quæ Domini ſunt,ut ſit ſancta & corpore,& ſpiritu: quæ uerò nupta eſt,curat ea quæ
mundi ſunt,quomodo placeat uiro.Hoc autem ad ueſtram utilitatem dico,non ut laque
um uobis inijciam,ſed ut quod honeſtum eſt ſequamini , & adhæreatis Domino citra
omnem diſtractionem.Si uerò quis inhoneſtè ſe gerere erga uirginem ſuam putāt,ſi fue
rit ſuperadulta,& ſic oportet fieri,quod uult faciat,non peccat,nubat:ſciat tamen quòd
magis uiro mortali & mundo,quàm Domino placere , per uoluptatis fruitionem dele-
git. Qui uerò ſtat in corde ſuo firmus,non habens neceſsitatem, & poteſtatem habet
propriæ uoluntatis,atque hoc decreuit in corde ſuo,ut ſeruet uirginem ſuam, benefaci-
et.Quare & qui elocat nuptum uirginem ſuam,benefaciet: melius eſt enim nubere quā
uri.Et qui non elocat nuptum, melius faciet, pro mortali uiro Domino hanc deſpon-
ſans.Cæterùm Dominus ad eos qui iniucunditates & moleſtias ex nuptijs didicerant,
& difficultatem ſoluendi uinculi ad uxores ægrè tulerant,& non expedit matrimonium
contrahere,dixerant: Non omnes capiunt ſermonem hunc,inquit, ſed quibus datum
Mat. 19 eſt.Sunt enim eunuchi qui ex utero matris ſic nati ſunt,qui naturæ prçrogatiua eo quod
ad coitum irritat execti,nuptias contemnunt.Et ſunt eunuchi,qui eunuchi facti ſunt ab
hominibus,per doctrinam & obſeruationem uirginitatem exercere perſuaſi: quemad-
modum ſanè & uirgo quæ à patre ſeruatur,de quo dictum eſt,Qui uerò decreuit in cor
de ſuo,ut ſeruet uirginem ſuam , bene faciet. Et ſunt eunuchi qui ſeipſos caſtrauerunt
propter regnum cœlorum : qui etiam præſtantiores alijs exiſtunt, propterea quod neq;
ex natura uiaticum & occaſionem ad temperantiam habentes,neque ab hominibus ſer
uati ac detenti,ipſi ſeipſos propter regnum cœlorum ad uirginitatem exercent, nuptias
quidem & uitam propter has contemnentes: in totum uerò de regno cum gladiatorio
ſudore pendentes. Nam qui ex utero matris eunuchus eſt, natura caſtus exiſtens,nul-
lum propriū opus in uirginitatis pulchritudine oſtendere poteſt,naturç uelut dixi præ-
rogatiua, et nō affectu erga uirginitatē nuptias auerſatus: queādmodum ſanè & qui ab
hominib. eunuchus factus eſt, obſeruatione uirginitatē exercere coactus, non propri-
um rectè factū ipſam uirginitatis integritatē oſtēdit, ſed eorū qui ipſum cuſtodiūt ac ſer
uant. Qui uerò ſeipſum caſtrauit, præcipuū opus per cōtinentiā & ad oñia exercitatio
nem uirginitatis pulchritudinē faciēs,proprijs & nō alienis uirtutib. ob regnū ſe iactat.
Annotāt porrò q; ſermonē in Eſaia ad eunuchos repetēs,differentiā caſtrationis tradit,
perſeuerans

perſeuerans in doctrinæ modo. Sicut enim per Moyſem, adulterium nõ committendum
eſſe ſimpliciter, per Euangelium uerò quomodo adulterium non committendum ſit, &
modum explicauit: ſic etiam per Eſaiam caſtrationem, in Euangelio uerò quomodo, &
quod non unius ſpeciei ſit caſtratio, ſed tres eius ſpecies cognoſcantur, oſtendit: ut illic
quidem generaliter eunuchus, hic uerò etiam ſpecialiter exprimatur. Et non pugnant re
lata cum his quæ ſuperius expoſita ſint. Non enim caſtrationem ſancit aut præcipit in
Eſaia, uerùm quibus præmijs digni ſunt boni eunuchi, prædicat. Bonum autem fuerit
ipſa uerba conſiderare. Hæc dicit Dominus eunuchis, cuſtodientibus ſabbata mea, & eli Eſa. 56
gentibus quæ ego uolo, & amplectentibus ac defendẽtibus teſtamentum meum: Dabo
ipſis in domo mea & intra mœnia mea locum inſignem, meliorem filijs & filiabus: no-
men æternum dabo ipſis, & non deficiet. Itaq; non his qui iuxta circumſtãtiam & ſimpli
citer eunuchi ſunt, relata bona promittit, ſed cuſtodientib. inquit ſabbata mea, & eligen-
tibus quæ ego uolo. Sabbatum autem non in opere, ſed in actionis ceſſatione ac ocio in-
telligitur. Sabbatum enim agere uult uirginem, non in eo quod operatur uirginitatem
cuſtodientem: ſed in eo quod immobilis eſt ad actionem, integritatem conſeruantẽ. Ve-
lut ſtatua, inquit, Dei, ex anima & corpore, uirgo in terra formata eſt: myſticè hęc ipſa ſab
batum agat, non manum, non pedem, non aliud quoddam membrum, imò neq; mẽtem
naturalis pulchritudinis corruptricem mouens: ſed cõſiſtat uelut bona ſculptura Dei, ad
omnem imaginationem apparentiamq; ac cõtactum immota. ne quis per oculos aut au-
res, aut alium aliquem ſenſum clandeſtinè illapſus, aut characteres ſecundum imaginem
Dei in anima de loco commoueat: aut etiam confuſis primarijs, proprios nequiter inſcul
pat, atq; hoc quidem modo animæ pulchritudinẽ corrumpat: corpus uerò materiale exi
ſtens, corruptorijs quibuſdam contagijs, maculis ac neguis undiquaque repleat. Conſiſtat
igitur firma, inquam, Domini ſtatua, ſabbatum agens per totum, ut neq; à ſeipſa mota, ali
cubi de loco moueatur, aut in motu à quibuſdam turbata, aliquos characteres naturales
confringat, neq; ab externa manu concuſſa, naturali pulchritudine ſpolietur. Fortaſsis
autẽ per ſabbatiſmum, etiam quomodo contingat acquirere uirginitatem, naturaliter ſi-
mulq; pręter opinionem, inſinuat. Sicut enim terminum ſalutis noſtræ exponens ait: Ne Rom. 10
dixeris in corde tuo, quis aſcendet in cœlum, hoc eſt Chriſtum detrahere: aut quis de-
ſcendet in abyſſum, hoc eſt Chriſtũ ex mortuis reducere. Verùm quid dicit? Prope te eſt
uerbum tuum in ore tuo, & in corde tuo. &, Non opus habes ea quæ adeo procul à te ab
ſunt, cœlũ aut abyſſos curioſè ſcrutari: ſed uicino etiam tu dextero utere auxilio. Si enim
confiteberis in ore tuo Ieſum Chriſtũ, & credideris in corde tuo ꝙ Deus ipſum excitauit
ex mortuis, ſaluraberis. Sic etiam de uirginitate dicit: Ne dixeris quomodo aſcendam in
cœlum, ut illinc mihi uirginitatis integritatem detraham: aut quõ deſcendã in abyſſum,
ut hanc olim à diabolo corruptam, mihijpſi recuperem? Verùm quid dicit? Prope te eſt,
inquit, & ſecundum naturam tibi ingeneratur uirginitas. Neq; igitur maria ad acquiren-
dam ipſam penetrare opus habes, neq; aerem immenſum peruolare, neq; terrę circuitus
ipſam inueſtigando dimetiri, aut ad cœlum ex terra ſubuolando, ad inuentionem ipſius
prodire. Verùm uelut dixi, dimiſſa curioſa longitudinũ inueſtigatione, ſeipſam quomo-
do habes conſidera, & in teipſa ſecundum naturã hanc occultatã reperies. Et ſi uis hanc
apud te ſecurã manere, per uitã ſabbatum age: hoc eſt, mane id quod nata es, ne moueas
manum ad tactum uiri: neq; plices implicabilia: neq; ea quæ diſſoluta ſunt colligas: neq;
incorrupta membra diuerſi generis membris cõplicans corrũpas; ſed mane in cubili id
quod es, nihil amplius perſcrutare, ſabbatũ age per te ipſam, nihil operãs quod diſſoluat
id quod ſecundũ naturã eſt. Non opus habes muros ac mœnia tranſilire, ut uirginitatẽ
ueneris: ſed ſi hæc egeris fortaſſis etiã perdes uirginitatem. Verùm in cubili ſabbatum
agens, pura ipſam cuſtodies: atq; ſic quidem facilè, inquit, uirginitatem precioſiſsimam
poſſeſsionem habebis. Non enim ubi produxeris aut operata fueris aliquid noui, hanc
tibijpſi acquires: ſed ubi permanſeris impolluta, uelut ex utero nata es uirgo, ſemper bo-
na omnibus ſpectaberis. Vbi uerò amiſeris hanc uirginitatis poſſeſsionem, etiamſi illa
omnia feceris quæ dixi, cœlumq; ac terrã, mare & abyſſum atq; uniuerſum aerẽ penetra
ueris, nullo modo hanc amplius recuperare poteris. Quomodo eñ id quod corruptum
eſt, amplius incorruptũ fiet? Quomodo uerò id quod uiri cognitionẽ accepit, uelut nõ
accepiſſet

accepiſſet reputabitur? quomodo autem id quod ſemel ſauciatum eſt concupiſcentia & uoluptate ac uitio, uelut inſauciatum amplius reddetur? quum ſignacula corruptionis in anima & corpore per totum maneant. Pœnitẽtia equidem dimittit peccatum, uerùm corruptam non corruptam rurſus facere non potens, per uitam luget. Quapropter quoniam maxima eſt poſſeſsio, & præmium his qui ipſam acquirunt propoſitum eſt illuſtriſſimum, doctrina Domini perſuaſi ſic ſabbatum agamus, uelut Scriptura nobis ab initio

Eſa.56 uſque ad finem expreſsit: ita ut impollutam & intactam ab omni macula, naturalem diuinæ ſtatuæ pulchritudinem per totum conſeruemus. Non ſolum autem ſabbatum agat, inquit, uirgo, ſed etiam eligat quę ego uolo. Quid uerò aliud quàm integritatem Dominus ipſe uult? quam ubi unà cum hoc quod ſabbatum cuſtodit, ex comparatione corruptionis in nuptijs, in uirginitate elegit, & teſtamentum ad Dominum in mandatis amplectitur ac defendit, accipiet ab ipſo in domo & intra mœnia ipſius locum inſignem, meliorem filijs & filiabus. Non enim ſolum cuſtodientibus ſabbata mea eunuchis, & eligentibus quæ ego uolo, ſed etiam defendentibus teſtamentum meum prædicta dabo. Memor itaq; teſtamenti ſponſi eſſe noctu ac interdiu uirgo debet, teſtamenti quod pro ipſa moriens pro incorruptibilitate ipſius in ſcriptis diſpoſuit: & ubi meminit teſtamenti in morte ipſius, propter ipſam, quod tradidit ſeipſum pro ipſa, ut ipſam ſanctificaret, per omnem uitam teſtamentum ipſius defendat: hoc eſt, ne ignominia afficiat diſpenſationem in morte ipſius, pro ſalute ipſius perfectam. Verùm quandoquidẽ diuẽdita ſua libertate, ipſam ſuo ſanguine redemit, & redemptã non ſolum libertate honorauit, ſed etiam ſponſam ſibijpſi cõiunctam, reginam facere immenſa gratia dignatus eſt, ob id amplectatur ac defendat teſtamentum ipſius: hoc eſt, ut communius dicam, quum uelut dos quędam teſtamenti ad ipſam, nuptiæ ipſius in ſcriptis ac legitimè conſiſtant, ſemper amplectatur interrogationes ac pacta conuictus, ſeipſam immaculatã in omnibus inculpabilemq; ipſi exhibens, ut ubi cum ipſo hîc pro dignitate cõuixit, etiam bonis ab illo illhic fruatur. Nam ſeruantibus ſabbata mea (rurſus dico) inquit, & eligentibus quæ ego uolo, & amplectentibus teſtamentum meũ, dabo in domo mea, et intra mœnia mea locum inſignẽ, meliorem filijs & filiabus. Vt ne enim uideant̃ ſibi uelut ſemine carentes & infœcundi uituperabiles eſſe, adeò inquit familiares & amici mei erunt, ut in domo mea et intra mœnia mea maneant. Tanto uerò honore apud me digni iudicabuntur, ut uniuerſa filiorum nobilitas non poſſit cum loco dignitatũ ipſorũ certare. Dabo enim ipſis locum, inquit, nõ ſolum habitationis, ſed etiam profectus ac dignitatis omnibus ſpectabilem, ut dignitatis nobilitate ſe ſupra filiorum ſucceſsionẽ iactent. Et quid amplius, inquit, habeo, quod de myſticis eunuchis dicam? nomen ęternũ dabo ipſis, quod ſupra ſobolis ſucceſsionẽ ipſis durabit, & non deficiet. Hic enim corporales filij patrum nomen ſubeuntes, uelut extinctæ per ſenectã uitæ ipſorũ ſuccedunt: ita & nomen patrũ ad mortẽ procedentium deficiens, ſubingredientes in ſeipſis uiuificãt. Deinde ubi ad breue tempus hi, tum uitam generis primorũ parentum, tum nomen, hoc modo mitigarunt: tamen dum præ mortali natura reſoluunt̃, etiã ipſi penitus tẽporis progreſſu deficiunt, genere obſcuro ac ſine nomine relicto. Quod uerò à me unà cum primarijs locis datur eunuchis nomen, pro omni generis ſucceſsione (rurſus dico) per totũ durabit, ut & ipſi & omnes uidentes ipſos, ex euentu excellentiã pronuncient: quod reuera melius erit filijs & filiabus, qui ſæpe etiam uituperabile ipſum genus, tum loco turpitudinis, tum nomine peccati faciunt. Nomen enim inquit, pro humano, immortalium angelorũ ipſis dabo, & non deficiet: ut cœlum quidem & cœli pulcherrimam partem diuerſoriũ habeãt: in pulcherrima uerò cœli parte, hoc eſt, in domo mea intra mœnia habitantes, non angelorũ ſolum naturã ac immortalem dignitatẽ de cætero habeant, ut neq; ſucceſsione opus habeant, ſemper in ſe ipſis in ſempiterna uita pro ſucceſſoribus in æternũ durantes: ſed etiam locum habeant inter angelos maximẽ inſignem, & nomen propter uirtuoſi facti claritudinem indelebile. Caueant autem ne uelut ex hominibus & terra in cœlum & ad angelorũ dignitatem aſcenderunt: ſic ab angelis & cœlo in terram maxima ruina decidant. Vidi enim, inquit, eum qui in cœlis aliquando fulgebat, uelut fulgur delapſum ex cœlo: id quod dum audiunt ipſi, omnino ipſos cauere conuenit. Talibus igitur præmijs digni comperientur in regno Domini mente eunuchi. Nec non ſimilia aſſequẽtur, qui tyrãnica manu in puerili

ætate

ætate uiolenter caſtrati ſunt, imò in inuoluntaria corporis ipſorũ caſtratione, uoluntaria mentis caſtratione ſeipſos caſtrabunt, ut ſabbatum quidem agant ad omnem maliciam, eligant uerò ea quę uult Deus, & amplectantur teſtamentum mandatorum ipſius: & nõ ſteriles ac infœcundi uirtute reperti, locum habebunt in domo Domini, meliorẽ filijs & filiabus, dum non amplius uelut lignum aridum, propter ſterilitatem ſecundum carnem conſpiciuntur, uerùm uelut fertiles plantæ multis iuſticiæ fructibus undiquaque ornantur. Plantati enim, inquit, in domo Domini, in atrijs domus Dei noſtri efflorebũt. Proinde rurſus dico, non ſanciuit uirginitatẽ, ſed poteſtati hanc permittens, qua re digni ſunt qui ſupra naturã iacularunt, per myſticæ caſtrationis modum oſtendit. Qui uerò non intellexerunt hoc, ut ſunt eunuchi qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorũ: abſurdè ſeipſos mutilarunt, ipſo facto petulantiam ſuam eminus accuſantes. Qui enim carnalis amoris inſtrumentum, ut ne dum præſens eſt operetur, abiecerunt, manifeſtos ſeipſos faciunt, quòd gliſcunt quidẽ ad coitum, uerùm quum ſeipſos exarmarunt, non quòd non uelint, ſed quod non poſsint, uirginitatem agunt. At diuina lex non actionem ſed cogitationẽ iudicat. Quia omnis non qui adulterium opere conmiſit, ſed qui uidit ad cõcupiſcentiã, iam adulterium perpetrauit. At uerò exectio partium, maius adulterium cõcupiſcentiæ in oculo eius qui exectus eſt prædicat, quia diffidens ſibijpſi de cohibenda petulantia, eam partem reſecuit qua concupiſcentiæ actionem operaturus erat. Imò potius perſuaſus quòd omnino intemperanter ſe geſturus eſſet, per exectionem petulãtiæ inſtrumento ſe exarmauit, ut ne per corpus intemperans eſſe uideatur. Intemperans tamen eſt concupiſcentia, & proteruè in omnem adulterium perpetrat. Clamat enim contra intemperantiam ipſius etiam eminus facti illius aggreſsio. Quapropter poſt exectionem petulantiores hos fieri quis utiq; dixerit? Nam quum nõ poſsint ſibijpſis dominari, & deinde timeant in opere deprehendi, quo liceat ipſis prout uolunt concupiſcentia uti, ſint autem ſerui uoluptatis, & non uelint perfectionem operis ſibi impedimento eſſe ſequutinæ deinceps ac ſemper uoluptatis, reſecta reprehenſione actionis, liberè degũt, intemperanter ad coitum. Si uerò qui gladium illiſit alicui thoracem armato, etiamſi thorax plagam ac cædem fieri impedierit, uelut homicida tamen pœnam ſuſtinet. Et qui nudo alicui gladium illidere uoluit, & deinde per caſum aliquem gladium è manu amiſit, uelut homicida iuſtè iudicatur, quoniam non opus, ſed uoluntatem lex iudicat. Profectò & qui armatus eſt genitali membro, etiamſi non poterit, aggreſſus fidei thorace munitam, prout uult corrumpere, tamen uelut qui corrupit ſupplicio dignus eſt. Quemadmodum ſanè etiam qui nudam ad corruptionem reperit, deinde concitatus quidem eſt ad opus, uerùm per exectionem inſtrumentum & arma amiſit, etiam non fiente corruptione, uelut qui corruptionem perpetrauit iuſtè iudicatur. In quo facto deinceps etiam illa unà cum hoc, ob petulantiam non temere accuſata reperitur. Quomodo enim credemus ipſi, quòd illatam à petulante corruptionis plagam repulerit, non præſente inſtrumẽto ac armis? Nam ubi aduerſus eum qui natura armatus eſt fortiter pro integritate repugnat, manifeſtum eſt præmium temperantiæ. Vbi uerò uir quidem inermis eſt, conuerſatio uerò indifferens, imò potius apud omnes ex affectione ad uoluptatem fluens: obſcura quidem eſt temperantia uerùm petulantia plurimos ab omnibus contra ipſam fert calculos. Atq; hæc quidem de his qui tota unà cum teſtibus reſecuerunt membra. Nam eos qui poſtq; ad uirilitatem & ad coitus facultatem euaſerunt genitalia membra ſolos teſtes reſecuerunt, acrius & ut minus cõtineri poſsint, ad coitũ ſtimulari ferũt, & nõ ſolum ſtimulari, uerùm etiam uelut ipſis uidetur, citra periculum corrumpere eas quibus congrediuntur. Dicunt enim quod reſectis inferne teſtibus, qui geniturae à lumbis ac ſpina & ſepto tranſuerſo, ad reliquũ membrũ miniſtri ſunt, cõniuent quidem poſt ſectionẽ ſuperne ipſi meatus: feruente uerò in renibus cõcupiſcentia, & geniturã ſic diſſipante ſtimuletur quidẽ uir ad geniturae deiectionẽ: & quum ebulliens ſemen deriuare non poſsit, armatur quidẽ eo quod ad coitus actionẽ ſibijpſi ſeruauit: quum uerò teſtiũ caſtrationẽ, ineſcationẽ mulieri ad deceptionẽ aſtutè fecerit, petulantius ipſi cõmiſcet. Qui enim ſecundũ naturã ſe habet uir, ubi teſtes ſuſceperunt ex ſupernis geniturã, atq; hinc ad ſationẽ tranſmiſerũt, cõſequẽter, elapſo ſemine, reſoluta cõcupiſcẽtia marceſcit. Qui uerò nõ habet unde id quod titillat euacuet, uix à tentiginis uigore remittit, donec

Pſal.91

Mat.19

Mat.5

fatigatio hunc rabientem ut aiunt exoluerit. Hæc nõ ſolum naturæ ratio, ſed etiam ipſa
experientia ad uitam noſtrã teſtatur: quemadmodũ ad me reuerendus quidam, & canis,
& uita ſenex uir, ex confeſsione cuiuſdam mulieris apud ipſum, retulit. Dixit enim mu-
lierem ad ipſum dixiſſe, quòd is in cuius fidem cõmiſerat ipſam maritus, ſiue dominus,
eunuchus, uelut uir cum ipſa petulanter coiuiſſet, & quòd plus auſa fuiſſet hoc ipſum o-
pus, propter ſterilitatẽ ipſius non concepturam ſe confiſa. Non aũt hic ſolum, ſed & ali-
us quidam ex coniunctiſsimis nobis, qui non facile mentiatur dixit, quòd uirgo quædã
Eccleſiæ canonica apud ipſum deplorauit, quòd in cubili ipſius eunuchus quidam, ip-
ſam affectu uitioſo complexus eſſet, & totus toti inhærens, quum nõ habuiſſet quo con
cupiſcentiæ opera perpetraret, dentibus uſus eſſet, feruentẽ in carne coitus rabiem, mor-
ſibus ferociter manifeſtans. Virginem uerò uelut ineſcatione caſtrationis, propter mali
inexperientiam, tentationi implicatã, poſt experientiam, & hominem auerſatam eſſe, &
Deut.17 non apud hunc ſolum, ſed etiam apud plures, inquinamenta illius contra ipſam concu-
piſcentiæ deploraſſe. Et duorum ſanè hominũ teſtimonium uerum eſt, ut ne plures alios
recenſentes, præter morem noſtrum longiores ſimus. Venia igitur digni uelut puto nos
ſumus, non ſolum integritatis uirginis præſeruandæ gratia hæc proponentes, ſed etiam
ſtudio habentes, ut multos iam tales in Eccleſia dominantes reprimamus. Manifeſtũ eſt
enim dæmonis inſidias eſſe hoc opus. Nam priſtina uita apud Græcos & gentes, nunc
uerò apud nos, abſurdè hos oſtendit, et caſtitatis quidem nomen, etiam illic exectionem,
& idem etiam hic contra naturam innouauit. Aſtutus eſt enim inſidiator noſter, ut fidem
in Dñm, per id quod uirtus eſſe creditur, uitium efficiat. Idem uerò ex præteritis diſcere
licet. Quemadmodum enim per quæ uidebantur Deum cognoſcere, per ea ignorare ip-
ſum Græcos efficit. Mundus enim eius qui ipſum ornauit indicium propoſitus eſt. Hi
uerò à pulchritudine uiſibilium, non ſimiliter pulchritudinem conditoris huius glorifica
uerunt, ſed coluerunt & honorauerunt creaturam ſuper conditorem. Et quemadmodũ
per quæ cognoſcere oportebat Chriſtũ, per illa ipſum ignorare facit, per prædicantes
inquam Chriſtum Scripturas, hæreticis ſententijs ignorantiam huius uerſutè excogitãs.
Et quemadmodum ei qui credit in nomen Chriſti, incredulitatem & abnegationẽ Chri-
ſti callidè inſerit: ſic etiam per nomen myſticæ caſtrationis, nomine temperantiæ & caſti-
tatis exactores ac petulantes facit. Proinde neq; cum his indiſcriminatim conuerſari uir-
ginem conuenit. Si enim fœminæ fœminas in eodem cubili affectuoſè amplectentes, fer-
uente ipſarum intrinſecus uigore, ſæpe ex mutuo corporum contactu, ad corporum ad
quæ affectum habere formatę ſunt, memoriam irritantur: potens eſt enim is qui in mem-
bris noſtris ſanciuit peccatum, ubi medius per carnes clandeſtinè proceſsit, ex amica ac
feſtiua fœminarum inter ſe uoluptate, ſubtrahere quidem ac ſuffurari amicã & feſtiuam,
inſerere autem uerſutè maſculam carnium uoluptatem: quanto magis oportet maſcula
corpora, etiamſi eunuchorum ſint, uirginem uitare? Nam etiamſi eunuchus fuerit, tamẽ
uir eſt natura. Quemadmodum enim bos cornutus reſectis cornibus, non per cornuum
ablationem equus factus eſt, ſed adhuc bos eſt, etiamſi non habeat cornua: ſic & mas re-
ſectis omnibus membris, non ablatione horum fœmina factus eſt: ſed adhuc mas eſt na-
tura, etiamſi non habeat membra. Et ſicut cornupeta bos reſectis cornibus, nihilominus
cornupeta eſt animo, reclinans ſaltem ceruicem, & caput ad impetum formans, minas
ultrò oſtendit: imò etiã ſæpe uerberat aggreſſus parte capitis, in qua cornu armatus fuit,
explens animi indignationẽ actionis imaginatione: ſic enim ſe gerit dum ab impetu cor-
ripitur, non uelut ſimpliciter percutiat, ſed uelut antea cornu dirumpat: ſic etiam maſcu-
lus reſectis membris, maſculus tamen eſt cupiditate affectus. Quapropter etiam ipſe ubi
ſimiliter ſe compoſuit ad actionem, amorẽ ſpirat ac uiolentam inſaniam: imò etiam gli-
ſcens ad cõplexum, etiamſi non corrũpat parte illa infeſtans fœminam, tamen ipſe qui-
dem uelut qui corrupit per concupiſcentiam, ita ab imaginatione afficitur: illam uerò ad
peccatum acerbius irritans, corrũpit quidem totam mentem, ſed & corpus ad corrupti-
onis actionem ſtimulat. Quapropter ſi quidem ſcopus eſt uirgini, incorruptam ſuam in
ternam uirginitatem cuſtodire, diligenter obſeruet ſemper etiã cum his conuerſationes.
Si enim & ipſius Sirach admonitionem ad uirginis integritatem conferentẽ ſuſcipimus,
Cap.30 Sicut eunuchus, inquit, amplectens uirginem & ingemiſcẽs, omnino autem quod non
poteſt

graue & horrendum eſt, & perniciem negãtibus afferens. At uerò ille addit: EVN. Leges itaq; naturę ſequens eſſentia Dei, neq; ad alium cõparationẽ admittit, & exhibet nobis, ut conſentaneam & conuenientẽ proprię dignati ipſius operationẽ intelligamus. BAS. Hoc quidem dictũ eſt ab illo, ad diuerſitatis unigeniti à patre demonſtrationẽ: confirmat aũt ſermonem noſtrũ. Si eñ ut conſentaneã & conuenientem propriæ dignati operationem intelligamus, exhibet eſſentia Dei: dignitas quidẽ eſt ipſa ingenita natura, uelut Eunomio uidetur. Eadem uerò ipſa etiam eſſentia eſt, iuxta horũ rationẽ. Operatio autẽ Dei unigenitus eſt, aut actionis imago, & hoc ſecundum horum rationem. Quare his contradicere ſuperfluũ fuerit, quũ nihil habeant, quanq; magni æſtimarẽ negare ipſos hãc blaſphemiam. Veruntamen quandoquidẽ dixerunt, ex his quæ ab ipſis dicta ſunt, cõcludamus. Si dignitas quidem eſt ingenita natura, eadẽ uerò etiã eſſentia eſt, cõſentanea aũt eſt & conueniens dignitati Dei operatio: hæc uerò eſt Chriſtus, iuxta horũ opinionẽ: cõiunctus igitur ac conueniens erit eſſentiæ Dei. Atq; horũ nihil noſtrũ eſt. Ipſa enim horũ cõponentes uerba, per ipſa demonſtrationem facimus. Eſſentiã, inquit, Dei ſequitur dignitas: dignitati conueniens eſt operatio: operationis imago eſt unigenitus. Et uice uerſa. Si operationis imago eſt unigenitus: operatio uerò eſt dignitas, dignitas autem eſſentiæ: unigenitus imago erit eſſentię. Sic etiam ipſi ſępe operatores mẽdacij, ab operatione coacti teſtimonium ueritati prębent, etiam non uolẽtes. Nam & dęmones nõ euangeliſtarũ faciebant opus, ſed quũ ueritatis lucẽ intueri nõ poſſent, clamabant, Nouimus te quis ſis, ſanctus nimirũ ille Dei. *Mar. 1* Videamus autẽ & ſequentia. EVN. Si eñ, inquit, quis ex creaturis conſiderationem faciẽs, ex his ad eſſentias perducat̃, quum quidẽ ingeniti creaturã filiũ inueniat, unigeniti uerò paracletũ: & ex unigeniti præminentia, operationis diuerſitatem confirmet: indubitatam accipit etiam de diuerſitate ſecundũ eſſentiam demõſtrationem. BAS. Primũ igitur quomodo poſsibile ſit eſſentias ex creaturis ęſtimari, ego quidem non uideo: potentię eñ & ſapientiæ ac artis, nõ autem ipſius eſſentię indicationem creaturæ faciunt, & neq; ipſæ totam creatoris ac opificis potentiam neceſſariò declarant: quum fieri poſsit ut aliquando artifex nõ omnem ſuam uirtutem in operationibus exponat, ſed ſępe remiſſo uigore in operibus artis utatur. Si uerò etiam totam potentiam ad opus commouerit, & ſic ſanè cõtigerit, ut uires ipſius per opera metiamur, nõ aũt ut eſſentiam quæ tandem ea eſt, deprehendamus. Quod ſi uerò propter ſimplicẽ & incompoſitã diuinam naturam, potentię quidẽ concurrẽtem cenſet eſſentiã, & propter bonitatẽ quæ Deo adeſt, totam cõmotam eſſe dicat patris potentiam, ad filij generationem: totam itẽ unigeniti, ad ſancti ſpiritus ſubſtantiam producendam: ut ex ſpiritu quidẽ unigeniti potentia conſideret̃, ſimulq; etiã eſſentia: ex filio uerò rurſus patris tum potentia, tum eſſentia deprehendatur: uidete quod hinc colligit̃, nam per quæ conatus eſt eſſentiæ diſsimilitudinem confirmare, ex his uidet̃ ſimilitudinẽ adſtruere. Si eñ nihil commune habet potentia ad eſſentiam, quomodo ex opificijs, quæ potentiæ effectus ſunt, ad ipſius apprehẽſionem deductus eſt? Si uerò idem eſt eſſentia & potentia, id quod potẽtiã delineat, delineabit omnino etiam eſſentiã. Quare creaturę & opificia nõ ad eſſentię diſsimilitudinẽ, uelut tu dicis, ſed ad exactam ſimilitudinẽ ducunt. Rurſus uerò etiã hæc aggreſsio noſtrã magis q̃ ipſius rationem cõfirmat. Aut eñ nõ habet unde dictorũ demõſtrationes exhibeat. Aut ſi quidem ex humanis rebus imagines ac ſimilitudines acceperit, inueniet non ex artificis operibus, nos eſſentiam ipſius cognoſcere, ſed ex genito genitoris naturã agnoſcere. Non eñ ex domo eſſentiam ædificatoris deprehendere poſsibile eſt, uerũ ex genitura ac ſobole facile eſt genitoris naturam intelligere. Quare ſi quidẽ creatura eſt unigenitus, nõ declarat nobis patris eſſentiã. Si uerò notũ facit nobis per ſeipſum patrẽ, nõ creatura eſt, ſed filius uerus & imago Dei, & ſubſtantiæ character. Atq; hæc quidẽ huiuſmodi ſunt. Cęterũ interpoſitio blaſphemiæ quãta eſt? Contẽptis minis in euãgelijs, quas Dñs *Mat. 12* his qui in ſpiritum ſanctũ blaſphemias dicũt, horrẽdiſsimas intentauit: ſpiritũ ſanctũ creaturã ac opificiũ dicit, ita ut ferè neq; animal ipſum eſſe concedat, quum inanimatis ut plurimum hęc appellatio accommodet̃: non eñ profectò quia Dominũ hac blaſphemia pręoccupauit, ob id nos aliquid indignationis remittere conuenit. Nõ enim hoc mitigatio eſt impietatis, ſed additamẽrum cõdemnationis: nam & Dñs blaſphemiã in ſeipſum, propter bonitatem ſuam remiſit: uerùm in ſpiritum ſanctum eãdem auſis, ineuitabilem con-

dẽnationẽ imminere ,pnũciauit. Primus itaq; ex his q ueritatẽ adorti ſunt, ex quo pietatis
prædicatio denũciatˀ, hãc uocẽ de ſpiritu emittere auſus eſt. Neminẽ in hodiernum uſq;
diẽ audiuimus, q ſpiritũ ſanctũ creaturã appellaſſet. Sed neq; in relictis ab ipſis libris ap-
pellationẽ hãc inuenimus. Deinde dicit: EVN. Si ex creaturis ac opificijs perducatˀ quis
ad eſſentiæ cõprehenſionẽ, inueniet filiũ quidẽ ingeniti creaturã, unigeniti uerò paracle
tum. BAS. Alius hic eſt impietatis modus, dupliciter blaſphemare in uno uerbo, & ſancti
ſpũs cõtemptũ uelut confeſſum ſumere, atq; hinc ad imminutionis unigeniti demonſtra
Pſal. 18 tionẽ ,pcedere. Et uelut apparet, Cœli quidẽ enarrãt gloriã Dei, ſpiritus aũt ſanctus glo-
Ioan. 16 riæ unigeniti imminutionẽ denũciat. Et Dñs quidẽ de paracleto dicẽs, Ille me glorifica-
bit, inqt. At maledica illa lingua, impedimentũ ipſum eſſe filio cõparatiõis ad patrẽ pro-
nũciat. Quoniã eñ ſpiritus, inquit, creator eſt filius (propitius aũt nobis ſis Domine ob
ea quę loquimur) Hoc uerò tale eſt, ut nullã tribuat creatori dignitatẽ: propterea neq; cõ
parari patri dignus eſt, ex uilitate eorũ quæ fecit dignitatis æqualitate priuatus. Nũquid
unquã audiſtis blaſphemiã grauiorẽ? Nũ aliqs adeo clarè in ineuitabilẽ condemnationẽ
blaſphemię in ſpiritũ ſanctũ collapſus eſt? Solius Mõtani eſſet adeò inſanire cõtra ſpiri-
tũ, ipſumq; in nominibus humilibus uiolare, & naturã ipſius in tantũ uilipẽdere, ut igno
miniã creatori affricare dicat. Imò ille utiq; cauiſſet aliquid humiliter de ſpiritu dicere, ut
ne ſuĳpſius faſtũ ſubuerteret: ſed de hoc per ociũ dicemus. Illud uerò cui ex omnib. ob-
ſcurũ eſt, q̃d nulla filĳ operatio à patre diſſecta eſt: neq; eſt aliquid in rerũ natura, quod fi-
lio adſit & à patre alienũ ſit: Omnia eñ, inquit, mea, tua ſunt, & tua, mea. Quõ igitur ſpi-
ritus cauſam ſoli unigenito attribuit? & huius creationẽ ad accuſandã naturã ipſius uſur-
pat? Si quidẽ igiṫ duo principia inter ſe aduerſa inducẽs hæc dicit, cũ Manicheo & Mar-
cione cõtereṫ: ſi uerò ex uno omnia pẽdere facit, id quod à filio factũ eſſe dicitˀ, ad primã
cauſam refertur. Quare etiãſi omnia ad eſſe producta eſſe per Deum uerbũ credamus, at
omniũ cauſam eſſe Deũ uniuerſorũ non negamus. Quomodo uerò non manifeſtum pe-
riculũ habet, dirimere ſpiritũ à Deo? quum partim quidem Apoſtolus cõiunctim nobis
Rom. 8 tradat, & modò Chriſti, modò Dei ſpiritũ dicat, dũ ſcribit, Si uerò quis ſpiritũ Chriſti nõ
habet, hic non eſt ipſius: & rurſus, Vos autẽ non ſpiritum mũdi accepiſtis, ſed ſpiritũ qui
Ioan. 14 ex Deo eſt: partim uerò Dominus ſpiritũ ueritatis nominet, nam ipſe eſt ueritas, & à pa-
tre procedit. At hic ad glorię Domini noſtri Ieſu Chriſti ſubuerſionem, ipſum à patre tol
lit, unigenito uerò præcipuè ad gloriæ deſtructionem attribuit, contumelia uelut putat
afficiens, quum nullam ob praua dogmata ultionem in die retributionis expectet.

DIVI BASILII MAGNI CONTRA APO- LOGETICVM EVNOMII EVERSORIVS LIBER III.

Iano Cornario interprete.

VIX uerò tandem blaſphemĳs in unigenitum filium exſatiatus, ad ſpiritum
ſanctum tranſijt, conſentanea toti propoſito ſuo etiã de hoc uerba faciens.
Scribit autem ſic: EVN. Quum uerò hæc nobis de unigenito ſufficiant, cõ-
ſequens fuerit, deinceps etiam de paracleto dicere, non ut inexpenſas mul
torum opiniones ſequamur: ſed ut ſanctorum in omnibus doctrinam ſer-
uemus. A quibus quum tertium ipſum & dignitate & ordine didicerimus, tertium quo-
que eſſe natura credimus. BAS. Quod non putet oportere in ſimplici & nõ de induſtria
parata fide perſeuerare, uerùm artificialibus quibuſdã ac captioſis rationibus ueritatem
rurſus ad id quod ſibiĳpſi uidetur percellere, ſufficienter per ea quæ dicit, declarauit. Re-
probans enim multorũ opinionem, qua glorificant ſpiritum ſanctum, ſimulat ſe conſer-
uare doctrinam ſanctorũ, & eos qui hanc ipſi tradiderunt, tacet: etiã nunc ea faciens quę
in oratione de unigenito facere eum demonſtratum eſt. Deinde dicit à ſanctis quidem ſe
didiciſſe, tertium eſſe ſpiritum & ordine & dignitate: à ſeipſo uerò credere, etiã tertium
natura eſſe. Qui uerò ſunt ſancti illi, & in quibus ſcriptis doctrinã fecerũt? Fuit'ne unquã
adeò temerarius homo, qui diuinorũ dogmatũ innouationes induceret? Quæ enim ne-
ceſsitas eſt, ſi dignitate & ordine tertius eſt ſpiritus, tertium eſſe ipſum etiam naturaˀ? Di-
gnitate equidẽ ſecundum eſſe à filio, tradidit fortaſsis pietatis doctrina. Natura uerò ter-
tia uti, neq; ex ſanctis ſcripturis didicimus, neq; ex prædictis uelut conſequens colligere
poſsibile eſt. Sicut enim filius ordine quidem à patre ſecundus eſt, quia ab illo eſt: & di-
gnitate

gnitate, quoniã principiũ & cauſa ut ſit ipſe, pater eſt: & quoniam per ipſum proceſſus &
acceſſus ad Deũ & patrẽ: natura aũt nõ amplius ſecũdus eſt, quoniã deitas in utroq; una
eſt. Ita nimirũ & ſpiritus ſanctus, etiãſi ſequit̃ filiũ & ordine & dignitate: ut omnino etiã
cõcedamus: nõ tamen uериſimiliter uelut alienæ exiſtens naturæ. Et cõſequentia ſanè il-
linc clara fit. Omnes angeli ſicut appellationẽ unã, ſic etiã naturam omnino eandem ha-
bent. Attamẽ alij ipſorũ gentibus prę ſidẽt, alij ſingulos credentes cõſequuntur. Quanto
uerò præſtãtior eſt gens tota uno uiro, tanto nimirũ maiorẽ eſſe neceſſe eſt angeli genti-
bus præſidẽtis dignitatem, ſupra eum cui ſingulorũ præfectura cõmiſſa eſt. Quòd uerò
adſit ſingulis credẽtibus angelus, uelut pædagogus quidã & paſtor uitã dirigens, nemo
cõtradicet, qui memor fuerit uerborũ Domini, ubi dixit: Ne cõtemnatis unũ aliquem ex Mat.18
his puſillis: nam angeli ipſorũ ſemper uident faciem patris mei qui in cœlis eſt. Et Pſalmi- Pſal.33
ſta dicit: Aderit angelus Domini in circuitu timentiũ ipſum. Et, Angelus qui liberauit Gen.48
me à iuuentute mea. Et quæcunq; huiuſmodi ſunt. Quod aũt rurſus ſint angeli quidã to-
tis gentib. præfecti, Moſes nos docet per odã ac canticũ dicens, Quãdo diuiſit altiſsimus Deut.32
gentes, quãdo diſperſit filios Adã, cõſtituit terminos gentiũ iuxta numerũ angelorũ ſuo-
rũ. Et ſapiens Daniel in uiſione angeli audiuit ipſum dicentẽ, princeps regni Perſarũ ſte- Dan.10
tit aduerſum me: & ecce Michael unus principũ primariorum uenit in auxilium mihi, &
ipſum reliqui illic cũ principe regni Perſarũ. Et paulò poſt dicit idẽ, Et princeps Græco-
rũ ueniebat. Quin & exercitus imperator ſuper copias Domini dicitur angelus, qui Ieſu Ioh.5
Naue corã Iordane apparuit. Et rurſus legiones quædã angelorũ dicũtur, ubi Dominus
ad diſcipulos dixit: Aut putatis quòd nõ poſſum rogare patrẽ meũ, et exhibebit mihi hic Mat.26
plures quàm duodecim legiones angelorũ? Qui itaq; imperator exercitus angelorũ, in le-
giones ordinatorũ eſt, ille uidelicet princeps eſt. Quorſum igit̃ hæc oratio nobis tendit?
Quòd nõ omnino ſi quid ordine & dignitate ſecundũ eſt ac tertiũ, hoc etiã naturã aliam
habet. Quemadmodũ enim inter angelos, alius princeps eſt, alius ſubditus, Angeli tamẽ
natura omnes: & iuxta dignitatẽ quidem diuerſitas eſt, iuxta naturã uerò cõmunitas ac
ſocietas. Nam & ſtella à ſtella differt in gloria, natura uerò omniũ ſtellarũ una eſt. Et mul- 1.Cor.15
tæ manſiones ſunt apud patrem, hoc eſt dignitatũ differentiæ, natura uerò glorificatorũ Ioan.14
una. Sic nimirũ & ſpiritus ſanctus, etiãſi dignitate & ordine ſequitur, uelut dicũt, Tradi-
tum enim accepimus, inquiunt, tertium à patre & filio ipſum numerari, quum ipſe Do-
minus in traditione ſalutaris baptiſmatis, ordinẽ tradiderit, dum dixit: Euntes baptiſate
in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. At in tertiã quãdã naturã à filio ac patre eiectũ Mat.28
nuſquã didicimus. Quũ enim duæ res dicãtur, deitas & creatura, dominium & ſeruitus,
potentia ſanctificans, & quæ ſanficatur, potentia ex natura habens uirtutẽ, & quæ ex pro-
poſito eam acquirit, in qua parte ſpiritum locabimus? Inter eos qui ſanctificãtur? At ipſe
eſt ſanctificatio. Aut inter eos qui ex uiribus ac fortibus factis uirtutem adepti ſunt? At
ipſe natura bonus eſt. Aut inter miniſtratorios ſpiritus? At alij ſunt ſpiritus miniſtratorij, Heb.1
qui ad miniſterium demittuntur. Non igitur phas eſt ipſum nobis conſeruum dicere, qui
natura eſt principalis: neq; creaturæ annumerare, eum qui diuinæ ac beatæ trinitati con-
numeratur. Principatus equidem ac poteſtates, & omnis talis creatura, ex attentione ac
ſtudio ſanctificationem habentes, non iure natura ſanctæ eſſe dici poterint. Appetentes
enim bonum, iuxta portionem amoris erga Deum, etiã ſanctificationis menſuram aſſu-
munt. Et quemadmodum ferrum in medio igne poſitum, ut quidem ferrum ſit, nõ amit-
tit, uerùm uehementiſsima ad ignem conuerſatione ignitum, & totam ignis naturam in
ſeipſum ſuſcipiens, & colore & actione atq; efficacia in ignem tranſit: ſic etiam ſanctæ
poteſtates ac uirtutes ex ſocietate ad eum qui natura ſanctus eſt, per totam ſuam ſubſtan-
tiam progreſſam iam & cognatam ſanctificationem habent. Verùm diuerſitas à ſan-
cto ſpiritu hæc ipſis eſt: quod huic quidem natura eſt ſanctificatio ipſa: illis uero ex parti-
cipatione contingit ut ſanctificentur. Quibus uerò acquiſita & aliunde contributa adeſt
bonitas, hæ tranſmutabilis ſunt naturæ. Non enim excidiſſet Lucifer qui mane exoritur,
nec in terra contritus eſſet, ſi natura ad ſuſcipiendum malum ineptus fuiſſet. Quomodo Eſa.14
igitur pium eſt inter creaturas ſpiritum collocare, qui tanto ſpacio à creaturis ſeparatus
eſt? Creatura enim à natura diſpoſita eſt, ut profectus & complacentiæ erga Deum, pre-
mium habeat ſanctificationem, & ut natura libera utatur, & ad utranq; partem inclinari

poſsit, ad boni & deterioris electionem. Spiritus aũt ſanctus fons eſt ſanctificationis. Et
quemadmodum natura ſanctus eſt pater, et natura ſanctus filius: ita natura ſanctus etiam
ſpiritus ille ueritatis: quapropter etiam ſelecta ac propria ſancti appellatione dignus ſa-
ctus eſt. Si igitur natura ipſius ſignificatio eſt, uelut patris quoq; ac filij, quomodo ter-
Cap. 6 tius eſt & alienæ naturæ? ob id enim arbitror & apud Eſaiam, ſeraphim ter ſanctus excla-
mare ſcriptum eſt, quoniam in tribus perſonis naturalis ſanctificatio conſideratur. Nec
uerò hoc ſolum ſanctificationis nomen ipſi commune eſt cum patre ac filio, ſed etiam i-
pſa ſpiritus appellatio: ſpiritus enim eſt Deus, & adorantes ipſum in ſpiritu & ueritate
Ioan. 4 adorare oportet. Et Propheta dicit, ſpiritus ante faciẽ noſtrã Chriſtus Dominus, ubi di-
Pſal. 16 ximus, in umbra alarum ipſius uiuemus. Et Apoſtolus ſpiritus appellationem ad Domi-
num refert, dicens: Dominus autem ſpiritus eſt. Ex his uerò omnibus manifeſtum eſt,
quòd non naturæ alienitatem, ſed cõiunctionẽ ad patrem & filium, ipſa nominum com-
munitas declarat. Et bonus Deus dictus eſt, & eſt: bonus autẽ eſt & ſpiritus ſanctus, non
acquiſitam habens bonitatem, ſed ex natura in ipſo exiſtentem. Alioqui abſurdiſsimum
omnium fuerit, eum qui natura ſanctus eſt, dicere non habere natura bonitatem, ſed ac-
Ioan. 14 ceſſoriam & forinſecus ipſi allatam. At uerò dum Dominus dixit, Ego rogabo patrem,
& alium paracletum dabit uobis: etiam ipſe paracletus noſter eſſe indicatur. Quare etiã
paracleti appellatio, non parum ad maieſtatis ſancti ſpiritus demonſtrationem confert.
Et nomina quidẽ talia ſunt, quæ maieſtatem naturæ indicant: operationes uerò ſpiritus
Pſal. 32 quales ſunt? Verbo Domini, inquit, cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris ipſius omnis uirtus
ipſorum. Sicut igitur Deus uerbum opifex eſt cœlorum: ſic etiam ſpiritus ſanctus ſolidi-
Cap. 26 tatem ac firmitatem cœleſtibus uirtutibus exhibet. Et rurſus Iob, Spiritus Domini qui fe-
cit me: non de creatione uelut arbitror, ſed de perfectione ſecundum humanam uirtu-
Cap. 48 tem loquens. At Eſaias ex perſona Domini loquẽs, iuxta humanitatem uidelicet ipſius:
Pſal. 138 Dominus miſit me, inquit, & ſpiritus ipſius. Et rurſus pſalmus per omnia proceſsiſſe po-
tentiam ſpiritus declarans, Quò ibo, inquit, à ſpiritu tuo? & à facie tua quò fugiam? Por-
rò beneficentiæ quæ ab ipſo ad nos deueniunt, quales ſunt ac quantæ? Quemadmo-
Ioan. 1 dum ipſe Dominus dedit poteſtatem his qui ſuſceperunt ipſum, ut filij Dei fierent: ita &
Rom. 8 ſpiritus ſanctus, ſpiritus adoptionis in filios eſt. Et quemadmodum magiſter uerus eſt
Dominus noſter, iuxta id quod dictum eſt: Vos autẽ nolite uocare magiſtrum ueſtrum
Mat. 23 in terra, unus enim magiſter ueſter eſt Chriſtus: ſic etiam ſpiritus ſanctus omnes docet,
qui in nomine Domini crediderũt: id quod ipſe Dominus teſtatur, ubi dixit: Paracletus
autem ſpiritus ſanctus, quem mittet pater, ille uos docebit omnia. Et quemadmodum
diuidere operationes, in eos qui digni ſunt operationũ ſuſceptione, dicitur pater, & diui-
1. Cor. 12 dere miniſteria filius inter dignos miniſterio: ſic diuidere etiã dona perhibetur ſpiritus
ſanctus, in eos qui digni ſunt donorũ ſuſceptione. Diuiſiones enim donorũ ſunt, idem ue-
rò ſpiritus: & diuiſiones miniſteriorum ſunt, idẽ aũt Dominus. Et diuiſiones operationũ
ſunt, idem aũt Deus eſt, qui operatur omnia in omnibus. Vides quomodo etiam hic ſpi-
ritus ſancti operatio collata eſt patris ac filij operationi? Deinde & ex eo quod ſequitur,
diuinitas naturæ ſancti ſpiritus amplius manifeſtatur. Quid enim dicit? Hęc autẽ omnia
operatur unus & idem ſpiritus, diuidens unicuiq; priuatim prout uult. Nihil enim aliud
Act. 15 quàm principalẽ & herilem poteſtatẽ ipſi tribuit. Quapropter in nouo Teſtamẽto pro-
phetę uociferant: Hęc dicit ſpiritus ſanctus. At perſcrutari profunditates Dei unde ſpiri-
1. Cor. 2 tui adeſt? Sicut, inquit, nullus homo nouit ea quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis qui
in ipſo eſt: ita & ea quæ Dei ſunt, nemo nouit, niſi ſpiritus Dei. Quemadmodũ enim nul-
lus alienus, neq; peregrinus, internas animæ cogitationes inſpicere poteſt: ſic uidelicet
1. Tim. 6 etiamſi quid arcanorum Dei particeps eſt, id non alienum ab ipſo exiſtens, neq; peregri-
Ioan. 10 num, profunditates iudiciorum Dei perſcrutari poteſt. Præterea etiam uita nobis à Deo
per Chriſtum in ſancto ſpiritu ſuppeditatur. Viuificat enim Deus, uelut inquit Paulus,
Præcipio tibi coram Deo qui uiuificat omnia. Vitam uerò dat Chriſtus, Oues enim, in-
quit, meæ uocem meam audiunt, & ego uitam æternã do ipſis. Viuificamur aũt per ſpiri-
Rom. 4 tum, uelut Paulus ait: Qui excitauit Chriſtum ex mortuis, uiuificabit etiam mortalia cor-
pora ueſtra, per inhabitantẽ in uobis ſpiritum ſuum. At hic omnia audens, & non formi-
dans periculum imminens his qui blaſphemum aliquod uerbum in ſpiritum ſanctum e-
mittere

mittere audent, exortem ipſum deitatis pronunciat, ſic de ſpiritu ſcribens: EVN. Tertius
ordine & natura, præcepto quidem patris, operatione uerò filij factus. Tertio loco ho-
noratus, uelut primus & maior omnibus, & ſolus talis unigeniti creatura, deitate ac cre-
andi potentia deſtitutus. BAS. Qui uerò hoc dicit, neq; in nobis eſſe deitatem credere ui
detur, quum Ioãnes dicat de Deo: Ex hoc cognoſcimus quod in nobis eſt, ex ſpiritu quẽ 1.Ioh.5
dedit nobis: & Apoſtolus, Neſcitis quod templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in 1.Cor.3
uobis? Et rurſus, In quo omnis ædificatio cõſtructa augeſcit in templum ſanctum in Do- Eph.2
mino, in quo etiam uos coædificamini in habitaculum Dei in ſpiritu. Si itaque in nobis
habitare dicitur Deus per ſpiritum, quomodo non manifeſtæ impietatis eſt, ipſum ſpiri-
tum dicere, deitatis exortem eſſe? Et ſi deos nominamus uirtute perfectos, perfectio ue-
rò eſt per ſpiritũ, quomodo qui alios deificat, ipſe deitate deſtitutus eſt? Nec uerò pium
eſt dicere, uelut in hominibus, ita etiam in ſpiritu participationem deitatis honorari, &
non natura deitatem ipſi adeſſe. Qui enim per gratiam deificatur, mutabilis eſt naturæ, Matt.28
ex negligentia aliquando à bonitate excidentis. Hoc uerò palàm impugnat ſalutaris ba-
ptiſmatis traditionẽ. Euntes, inquit, baptizate in nomẽ patris & filij & ſpiritus ſancti. Ba-
ptiſmus enim eſt ſigillum fidei, fides uerò confeſsio deitatis. Credere enim prius opor-
tet, deinde baptiſmo obſignari. Baptiſmus uerò noſter eſt, iuxta ipſam Domini traditio-
nem, in nomen patris & filij & ſpiritus ſancti: nulla creatura, neq; ſeruo, patri ac filio con-
iuncto, tanquam deitas in trinitate compleatur: quicquid uerò extra hos eſt, id omne no-
bis conſeruum eſt, etiamſi quàm maximè dignitatum præminentijs alia alijs ſint præ-
lata. Et ne mihi rurſus è tua ſapientia hæc obijcias: EVN. Si non creatura eſt, igitur ge-
nitura eſt aut ingenitum. Vnus autem eſt principio carens & ingenitus Deus: neque
uerò genitura: reliquum igitur eſt creaturam & facturam ipſum nominari. BAS. E-
go uerò ſiquidem omnia noſtra cognitione comprehendi poſſe decernerem, erubeſ-
cerem fortaſsis confiteri ignorantiam. Nunc uerò innumera, non ſolum ex his quæ in
futuro ſeculo nobis repoſita ſunt, neque ſolum ex his quæ nunc in cœlis ſunt, nobis oc-
culta ſunt: ſed neque eorum quæ in corpore noſtro ſunt clara & irrefutabilis compre-
henſio eſt. Velut uerbi gratia de uiſu, Vtrum rerum uiſibilium imagines ſuſcipientes,
ſic apprehenſiones facimus: & quomodo maximorum montium, immenſæ'que terræ
& infiniti maris, ampliusq; ipſius cœli imago, modica pupillæ noſtræ menſura contine-
tur. Aut emittentes aliquid à nobis ipſis, & hoc rebus uiſibilibus accedente, ſic ipſarum
ſenſum habemus: & quid eſt hoc, & quantum, ut terræ ac mari ſufficiat dum expandi-
tur, & medium inter cœlum ac terram locum penetret, ipſumq; cœlum accedat, tanta
celeritate commotum, ut æquali tempore, & circumſitum corpus, & ſtellæ in cœlo co-
gnoſcantur. Et quid opus eſt alia dicere? Imò ipſos animæ motus utrum creare an gene-
rare ſolet anima, quis exactè dixerit? Quid igitur miri fuerit etiam de ſancto ſpiritu citra
ruborem nos ignorantiam confiteri, & tamen attribuere ipſi glorificationem, cuius te-
ſtimonium citra contradictionem ipſi datum eſt? Nam ſupra creaturam ipſum eſſe, ſatis
nobis declarant ea'quę per ſcripturas traduntur, quãdo ſanè impoſsibile eſt eiuſdem na
turæ eſſe, eum qui ſanctificat, & ea quæ ſanctificantur: eum qui docet, & ea quæ docen-
tur: eum qui reuelat, & ea quę reuelatione opus habent. Nemo uerò adeò penitus demẽs
eſt, ut alium præter Deum uniuerſorum, ingenitum appellare audeat, ſed neq; filium, eo
quòd unus ſit unigenitus. Quomodo igitur ipſum appellare conuenit? Spiritum ſan-
ctum, & ſpiritum Dei, & ſpiritum ueritatis, qui mittitur à Deo, ſuppeditatur à filio: non
ſeruũ, ſed ſanctum, bonum, principalem, ſpiritum uiuificum, ſpiritum adoptionis, ſcien-
tem omnia quæ Dei ſunt. Sic uerò etiam in trinitate unitatis ratio conſeruabitur, quum
unum patrem confiteamur, & unum filium, & unum ſpiritum ſanctum. Porrò afferunt
demonſtrationes ad hoc quod creatura dictus ſit ſpiritus ſanctus, unam ex Prophera di- Am.4
cente: Qui firmat tonitruum, & creat ſpiritum. Alteram ex euangelio, Omnia per ipſum Ioan.1
facta ſunt. Nos uerò propheticum dictum, non in ſanctum ſpiritum, ſed in commu-
nem hunc flatum, aeris uidelicet ſpiritum, tendere credimus. Id uerò hinc manifeſtum
fit: non enim dixit, Qui creauit ſpiritum, ſed qui creat ſpiritum. Sic enim tonitruum non
in ſubſtantia quadam eſt corporali ſemel creatum, ſed ſemper ad uoluntatẽ Dei ob ho-
minum timorem producitur, fieriq; ac diſſolui ſolet. Sic etiam ſpiritus nunc quidem fit,

inſtar fluminis fluēte aere. Rurſus autē ceſſat, quieſcēte eo q prius cōmouebatᷣ, iuxta uo-
luntatē eius qui omnia ad ſalutē ac cōfirmationē uniuerſorū gubernat: ut per oēm creatu-
rā, & ex tonitruis, & uētis, & reliquo opificio, opifex ac creator annūcietur. Quapropter
Pſal. 18 poſtquā dixit, qui firmat tonitruū & creat ſpiritū, inquit: & annūciat hominibus Chriſtū
ſuū. Sicut eñ cœli enarrāt gloriā Dei, his qui ex ipſis poſſunt opificis artem æſtimare, ſic
etiā tonitrui ſonitus, & ſpirituū ac uentorū motus, opificē ſuū prædicāt: fortaſsis aūt hoc
etiā prophetia fuerit ad incarnationē Dñi tendēs: quādo uox quidē quæ de cœlo fiebat,
Ioan. 12 tonitruū audiētibus eſſe uidebatᷣ, quā Deus & pater emiſit, ut per ipſam Chriſtū homini-
bus annūciaret. Vēti uerò qui mouebantᷣ, ac mare turbabāt, deinde præcepto Dñi quie-
Mat. 8 ſcebāt, palàm etiam ipſi Chriſtū ipſius hominibus annūciabāt. At uerò dictū illud, omnia
per ipſum facta ſunt: nequaquā ſpiritū ſanctū creatum eſſe nobis declarat, uelut ſpiritus
omnibus annumeretur. Si eñ unus eſt ſpiritus ſanctus & ſolus, quomodo is qui ſolitariæ
eſt naturæ, unà cum omnibus comprehendi poteſt? Et nemo putet ſubſtātiæ reprobatio-
nem eſſe, quod negamus creaturā eſſe ſpiritū: piæ enim mentis eſt ea quæ ſilentio præte-
2. Cor. 13 rita ſunt in ſacris ſcripturis, uereri dicere de ſancto ſpiritu, & credere experientiam ipſius
ac certam comprehenſionem, in futurum ſeculum nobis reſeruari, quando tranſgreſsi ui-
ſionem ueritatis per ſpeculum & in ænigmate, ſpectaculo ad faciem digni fiemus.

DIVI BASILII MAGNI CONTRA EVNOMIVM LIBER IIII. IN QVO DVBITATIONES ET SOLUTIONES EX DIUINITUS INſPIRATIS ſCRIPTURIS HABENTUR, ADUERſUS EA QUÆ PROFERUNTUR DE FILIO, IN NOUO AC UETERI TEſTAMENTO.

Iano Cornario Medico interprete.

SI natura Deus eſt filius, natura item Deus pater, nō aliter Deus filius, aliter
pater, ſed ſimiliter. Si uerò nō natura Deus eſt filius, uelut illi qui falsò dij ap-
1. Tim. 2 pellantur, dicitur igitur & non eſt Deus. Si unus Dominus eſt filius natu-
ra, Dominus itē pater eſt natura, clarū eſt quòd non alia natura. Et ſi unus
Deus pater dicitur, Deus item filius, nō alia natura, ſed una. Si unus Do-
minus natura, quū multi adoptione appellentur, & unus filius natura, quū multi filij no-
minenturᷣ: quod adoptione eſt, ad imitationē eius quod natura eſt dicitᷣ. Adoptione enim
nihil dici poſſet nō præcedēte eo quod natura eſt. Si igitᷣ nos filij Dei adoptione ſumus,
Rom. 8 neceſſe eſt filium natura præexiſtere. Quæ uerò ſunt nomina, eſſentiæ eorū quorū ſunt
nomina, notæ ſunt. Dominus aūt & Deus uere, & pater eſt & filius. Eadē ergo eſt eſſen-
tia, quemadmodū etiā eadē nomina. Si unigenitū nō generationis eſt, ſed ob id quòd
incōparabilis eſt, unigenitus etiā pater, eſt eñ incōparabilis. Sed & omnis creatura non
ſimilis alteri, unigenita eſt. Multi ergo unigeniti, & nō unus filius Dei. Filius non ſim-
pliciter unigenitus, ſed filius unigenitus, & à patre unigenitus filius, & unigenitus eſt, &
non creatura unigenita. Si iuxta collationē & permiſsionē patris, & nō ſecundum na-
turam, creator eſt filius, nihil ex his quæ ab ipſo creata ſunt ſecundū naturā erit. Quorum
enim opifex nō ſecūdum naturā, quomodo quæ creata ſunt ſecundum naturā erūt? Si
operatᷣ Deus ut nullus alius, etiā generās ut nullus alius generabit. Incōparabilis enim
eſt ad omnia, & ſecundum omnia Deus. Quod fit, non ex eſſentia faciētis eſt. Quod
uerò generatur, ex eadem eſſentia generantis eſt. Non idem eſt ergo facere & generare.
Rom. 11 Si ex Deo filius, nō autem uelut ex patre, ſed uelut ex alio. Cauſa uerò ut ſimus etiā no-
bis Deus eſt: ex ipſo enim omnia: nō aliter ergo filij pater eſt, aliter noſter, ſed ſimiliter. Et
quō hoc nō ſit abſurdū? Si nihil ſimile & ęquale Deo eſt, præter filiū, nullū exemplum
citra euariationē dicitᷣ. ſuper omnia eñ eſt Deus. Quod in forma Dei eſt, in eſſentia Dei
eſt. Nō enim aliud eſt forma, & aliud eſſentia Dei, ut ne cōpoſitus ſit. Qui igitᷣ ſecundum
formam æqualis eſt, etiā ſecūdum eſſentiam æqualis eſt. Si generatus minor eſt eo qui
genuit, nō culpa eſt hoc geniti, ſed debilitas eius qui genuit. Si pater ante filium erat,
alterius cuiuſdā omnino pater erat. Nā ſine filio, pater dici nō poteſt. Si is qui filium no-
Ioan. 10 uit ſecūdū eſſentiā, nouit etiā patrē. Si enim me noſceretis inqt, etiā patrē meum noſcere-
tis. Coeſſentialis ergo eſt filius patri. Nullū enim incorporeū ex diſsimili eſſentia cogno-
ſci pōt. Si credere Chriſtū eſſe filiū Dei, uitā æternā habet: nō credere neceſſariò mortem
afferᷣt.

affert.Quorum eædē operationes,horū etiā eſſentia una. Operatio aūt filij & patris una
eſt,uelutꝗ illud,Faciamus hominem:& rurſus,Quæcūꝗ em̄ pater facit,hæc & filius ſimili
ter facit:una igitur etiam eſſentia eſt patris & filij.Si cognitio patris & filij uita æterna eſt,
neceſſe eſt etiam unius eſſentiæ eſſe.Quæ enim diuerſę eſſentiæ ſunt,non una cognitio-
ne comprehenduntur,neꝗ ſimiliter uiuificare poſſunt.Si imago patris uere eſt filius. O- Coloſ.
mnis autem imago aut eſſentiæ,aut formæ, aut figuræ, aut ſpeciei eſt & coloris imago.
Deus autem in nullo horum,ſed in ſola eſſentia eſt: filius ergo quum eſſentiæ imago ſit,
coeſſentialis eſt patri.Si incomparabilis eſt pater per omnia ad filium, per omnia item ad
creaturam:non aliter ad filium,aliter ad creaturam,ſed ſimiliter. Non ergo ſolum diſsimi
lis eſt patri,ſed etiam ſimilis creaturæ:& quomodo hoc non ſit abſurdum?

Si creaturam dicentes filium,non ut unam ex creaturis dicunt, cur quum nos genitu-
ram dicimus,ut unam ex geniturís intelligunt. Si non generat Deus,ut ne fluxum ſuſti-
neat,neque creat,ut ne laboret.Si uerò creat citra affectionem,multò magis citra affecti-
onem generat. Si omnis lucis ſplendor generatur quidem ex luce ,non autem aliquan-
do,ſed ſine tempore,& unà cum illo perpetuò.Non enim eſt lux abſque ſplendore: filius Heb.1
etiam quum ſplendor ſit,non aliquando erit,ſed unà perpetuo,quum lux ſit Deus,ut Da
uid ait:In luce tua uidebimus lucem.Et Daniel:& lux cum ipſo eſt. Si genitura eſt eſſen Pſal.35
tia ſecundum ipſos,quemadmodum etiam ingenitum.Genitura autem Dei eſt filius:er- Dan.2
go etiam eſſentia Dei. Si uoluntate & non natura Deus filium genuit, aut quum ſemel
uoluerit,de cætero non uult:aut etiam rurſus uoluit,& rurſus genuit. Si uerò non eſt unà
uoluntas ipſius,ſed diuerſa,non amplius ſimplex,neque unum eſt creator, ſed ut uult eti-
am facit.Si Dęus non generat,aut quia omnino nō poteſt, aut quia nō uult,non generat.
At ſi non poteſt,inferior eſt generante & perfecta natura , ſupra hoc quòd etiam impo-
tens eſt. Si uerò quum poſſet,non uoluit,quod natura habuit,uoluntate retinuit. Quare
etiamſi nunquam genuit,tamen ubi uoluerit aliquando generabit. Si aliquando non e-
rat filius,ipſum illud aliquando,poſt genitorem quidem erit,uerùm ante genitum. Non
igitur præ omnibus filius,excepto patre,ſed etiā poſt illud aliquando inuenietur. Quum
nos dicamus,patre exiſtente ſemper,neceſſe eſt etiam filium eſſe ſemper,illi dicunt:Quā-
doquidem igitur & filius ſemper opifex,etiam opificium ſemper erit, atque ſic etiam opi
ficium unà cum patre & filio perpetuum erit. At qui dixit opificem , non ſimul etiam
opificium dixit. Non enim cum ædificatore exiſtit ædificium,neque cum nauium fabri-
catore ſcapha.Opificij enim ratio in opifice eſt:ipſum autem opus poſt opificem:patrem
autem dicere,impoſsibile eſt filio non exiſtente.Et qui patrem dixit, non ſimpliciter pa-
trem,ſed alicuius patrem dixit.

Deus,& Dominus,& omnipotens,& ſabbaoth,& qui eſt,& Adonai, & Eloi,appella
tur Deus in ſcripturis,nuſquam autem ingenitus.Si uerò quis etiam hoc conceſſerit,& in Exod.3
genitus,& præpoſita nomina,& Iudæis & alijs omnibus dicere conueniet : Chriſtianis
autem ſolis hoc,nempe pater Chriſti.Si igitur id quod ſolum ſeparat nos ab alijs,falſum
eſt & non uerum,& nomen adoptione,& non res natura,falſa eſt fides noſtra,& ſpes ua-
na.Cuius enim principium inconſtans eſt,eius etiam finis infirmus eſt. Rurſus interro-
gant:An quum eſſet,genitus ſit filius,aut quum non eſſet,ita ut obſcura & maligna ſit ipſo
rum interrogatio.Verentes enim interrogare quando,& in tempore uocem Eſſet uſur-
pant.Tu uerò uiciſsim ipſos interroga:An quum eſſet Deus pater filium genuit, aut quū
non eſſet.Si enim quum eſſet pater,exiſtens exiſtentem genuit. Si uerò quum non eſſet,
factus eſt,& non eſt natura pater. Omnem autem ipſorum contentionem excludunt di-
uinæ ſcripturæ,quum Moyſes quidem clamet de filio,Qui eſt,miſit me. Et Euangeliſta:
In principio erat uerbum:& non ſemel dixit,Erat,ſed quater. Et rurſus alibi: Qui eſt ex Exod.4
Deo.Et:Qui eſt in ſinu patris.Et in alijs:Qui eſt in cœlo.Et in Apocalypſi: Qui eſt,& qui Ioan.1
erat,& qui uēturus eſt.Et Paulus:Qui quum eſſet ſplendor gloriæ.Et: Qui in forma Dei Mat.6
exiſtens.Et rurſus:Qui eſt in omnibus Deus benedictus. Apo.1

Si uerus Deus eſt filius,& lux,& immutabilis,& bonus,& ſanctus,& Dominus.Hęc Heb.1
autem quum etiam pater ſit , non ſimiliter eſt , ſed maiori modo, non eſſentiæ exceſſu, Phil.2
ſed qualitatis præminentia.Eſſentia enim magis eſſentia non dicitur,uerùm qualitas qua Rom.9

 litate,

litate.Homo enim homine non magis dicitur,uerùm bonus bono,& iuſtus iuſto. Geni-
torum eadem eſt natura ad genitorem,etiamſi genitus alio modo ipſum eſſe habeat.Ne-
que enim Abel ex coitu genitus alius ab Adam eſt,quum Adam non ſit genitus, ſed for-
matus. Si cauſa maior eſt cauſato, & ſecundum eſſentiam differens:omnis autem pater
cauſa eſt,& omnis filius cauſatus:maiores & ſecundum eſſentiam differentes ſunt patres
à filijs,& non unius eſſentiæ. Sed non eſt uerum. Interrogant,an pater poſtquam genuit
filium,ceſſauerit generare ipſum:& ubi habuerint,quòd ceſſauit, inducunt, Igitur etiam
generare incœpit. Quicquid enim finem habet, etiam principium habet. Non ergo
ſemper erat filius. Dicamus igitur,ſi quod ceſſat, neceſſariò etiam principium habet, &
quod principium habet,neceſſariò etiam ceſſat,angeli igitur & omnia incorporea,quum
principium ut ſint habeant,neceſſe eſt etiam finem ipſius eſſe habere:ſed abſurdũ hoc eſt.
Fieri igĩ poteſt,ut quod eſſe incœperit,non ceſſauerit,& quod ceſſauit, non incœperit.
Sin minus,etiam ipſe filius principiũ ut ſit habens,etiã finem ſecundũ ipſos ex neceſsitate
habet:quandoquidẽ quicquid principiũ habet,etiã finem habere uolunt.Et quõ nõ exe-
crabile hoc eſt? Sed & præſcientia Dei principiũ non habens, poſtq; facta ſunt ea de qui-
bus præſciuit ceſſat,finem habet.Quare non eſt neceſſe,ut id quod finem habet,neceſſa-
riò etiam principium habeat.Vnum in rebus incorporeis,aut operatione, aut uoluntate,
Ioan.10 aut eſſentia dicitur. Saluator igitur quum dixit : Ego & pater unum ſumus, iuxta unum
quoddam ex præſcriptis dixit.Si quidem igitur ſecundum operationem dicunt, neceſſe
eſt etiam ſecundum eſſentiam dicere. Nam eorum qui diuerſam eſſentiam habent, non
poterit eſſe ſimilis operatio.Si uerò iuxta uoluntatem unum ſunt,non ſolum quæcunque
pater uult,ea neceſſe eſt etiam filium uelle,ſed quæcunque etiam filius uult, ea neceſſe eſt
etiam patrem uelle.Præcipiet igitur & filius patri de quibus uult, ſiquidem & ipſi præci-
pitur. Si uerò ipſi ſolum præcipitur,coactus & non uolens inſeruit.At ſi neque operatio
ne,neque uoluntate,reliquum eſt ex ipſorum ſententia, unum ſecundum eſſentiam eſſe,
hoc eſt coeſſentialem eſſe patrem & filium.

Quod ingenitum ſubſiſtentiam quandam ſignificat,
& non eſſentiam.

Si ingenitus eſſentia eſt,& genitus eſſentia,& ꝓpterea pater & filius coeſſentiales non
ſunt,neceſſe eſt omnem genituram unius eſſentiæ eſſe. Coeſſentiales igitur ſunt genitu-
ræ filio Dei: & quomodo hoc non ſit execrabile ? Si ingenitus ad genitum filium ex op-
poſito diſtinctus, alia eſsentia eſt, & increatus ad creaturam ex oppoſito diſtinctus, alia
eſsentia eſt,erit igitur & ingenitus eſsentia,& increatus eſsentia.Quare Deus duæ,& nõ
una eſsentia eſt.Inſuper uerò etiam omnis creatura erit una eſsentia , id quod falſum eſt.
Vna enim eſt creatura,diuerſę autem eſsentię.Sic uerò etiam ꝙ immutabilis eſt, & quod
ſine principio,& multa alia,eſsentia erunt. Si ingenitum patrem, & genitum filium quis
profatus,eſsentias dixit,quum modum ſubſiſtentiæ ipſorum dicere uoluerit, quomodo
aliter dicere poterit quàm hoc modo? Subſiſtentię igitur modus eſt ingenitum,nõ eſsen
tiæ nomen.Si quæ diuerſam ſubſiſtentiam ut ſint habent,diuerſam etiam habent eſsenti-
am,neq; homines coeſsentiales ſunt.Alia enim eſt ſubſiſtẽtia Adami ex terra formati,alia
Gen.2 Euæ ex coſta factę,alia Abel,ex coitu uidelicet.Alia eius qui ex ſola Maria uirgine natus
Mat.1 eſt.Eodem modo etiam in uolatilib. & quadrupedibus . Si ingenitus pater, quia genitus
non eſt:filius aũt genitus,quia genitus eſt,poſt genitum ingenitus eſt.Non enim habebat
ad quem collatus ingenitus uocareĩ. Eorum enim quæ ſunt , ex oppoſito deſtinctiones
ſunt,non eorũ quæ nõ ſunt.Si Deus aliquãdo erat,pater aũt nõ erat , factus pater aſsum-
pſit,ut eſset pater:quare Deus quidem ingenitus eſt, genitus aũt pater. Genitus ergo &
ingenitus idem qui ſimplex eſt. Si impoſsibile contrarium eſt poſsibili , & inſipiens ſa-
pienti,& omnia quæ ex oppoſito diſtinguuntur,inter ſe contraria ſunt, contrarium eſt e-
tiam ingenitum genito.Contrarius igitur pater filio iuxta eſsentiam, ſi ſanè non ſubſiſten
tiæ modus eſt ingenitum,ſed eſsentia.Si creatura,& non genitura eſt filius:& omnia quæ
ſunt creaturæ ſunt,pater fruſtra ingenitus dicitur, quum penitus non ſit genitura,ad quã
relatus appelleĩ ingenitus.Iuſtius igitur increatus quàm ingenitus dici deberet.

Ingenitus ſi nomen eſt,non eſsentia eſt.Nomina enim eſsẽtias ſignificãt,nõ ipſa eſsen-
tiæ ſunt.

tiæ ſunt. Si uerò ipſum ingenitus eſt, dicant ipſius nomen. Non enim ex eſſentijs, ſed ex
nominibus & operationibus cognoſcimus, & præſertim incorporea. Si ingenitus nomē
eſt eſſentiæ Dei, aut eſſentiæ propriæ gnarus Deus, nomen eſſentiæ ignorauit: aut etiam *Gen.17*
nominis gnarus, audientes decepit. Dominus enim inquit, omnipotens nomen meum *Exod.3*
eſt. Et à Moyſe interrogatus quod nomen ipſi eſſet, inquit: Ego ſum qui ſum. Et rurſus, *Exod.4*
Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, hoc mihi nomen æternum. Et Dauid, Do- *Pſal.82*
minus nomen tibi. Ingenitum autem nomen neque ipſe ſibijpſi, neque quiſpiam ſancto-
rum dixit. Si uerò neq; decepit, neq; ignorauit: impium eſt enim horum aliquid dicere:
Ingenitus non eſt ipſius nomen. Ingenitus aut eſſentia eſt, aut accidens. Nam præter hæc
nihil eſſe poterit. At eſſentia quidem non eſt, neque enim id quod ad ipſum ex oppoſito
diſtinguitur. Genitus enim filius, non quòd eſſentia eſt, ſed quòd genitus eſt. Si uerò acci-
dens, aut à natura inſitum eſt, aut poſsibile eſt eſſe, & non eſſe. At ſi quidem à natura inſi-
tum eſt, neceſſe ut Deo & eſſentia, & accidens ſit. Ex neceſsitate enim talia accidunt his
quibus accidunt. Si uerò poſsibiliter, erit & ingenitus aliquando & genitus. Si ingeni-
tum dicunt Deum, eo quòd genitus non eſt, non quid eſt eſſentia ipſius dicunt, ſed quid
non eſt. Nulla autem eſſentia ex his quæ non eſt cognoſcitur, ſed ex his quæ eſt. Nam &
immortalis, & incorruptibilis, & immutabilis, non eſſentiam ipſius, ſed quòd non mori-
tur, neque corrumpitur, neque uelut creaturæ mutatur, ſignificat. Doceant igitur quid
eſt Deus, non quid non eſt. Si ingenitus non eſt nomen eſſentiæ, ſed ipſa eſſentia. Eſſen-
tia autem eſt etiam filius, Ingenitus etiam filius, ſed & omnis eſſentia ingenita. Si inge-
nitum eſſentia Dei eſt, & genitura eſſentia filij, creatura igitur aut factura non eſt ipſius
eſſentia. Vna enim & non multæ eſſentiæ filius.

Si quis hominem dixit, aut lapidem, aut lignum, eſſentiam quandam indicat. Si uerò
genituram dixit, non eſſentiam ſimpliciter indicat. alioquin omnis genitura eſſet una
eſſentia. Si autem non eſſentiam aliquam genitura ſignificat, neque ingenitus uideli-
cet. Si ingenitus eſt Deus, quia genitus non eſt. Sic & incorruptibilis, quia non cor-
rumpitur. Quemadmodum igitur incorruptibile, ſignificat finis expers: ſic etiam inge-
nitum, principij expers. Si uerò ingenitus quidem eſt, non autem incorruptibilis, erit
quidem principij expers, non autem finis expers, quod abſurdum eſt. Non igitur eſſen-
tia eſt ingenitus, ſed non genitum eſſe ſignificat. Si natura ingenitus pater, natura au-
tem genitus filius. Si uerò natura eſt genitura, non eſt creatura. Quum igitur natura ſit
genitura: neceſſe eſt etiam natura genitorem eſſe. Genitura enim ſine genitore eſſe non
poteſt. Dicant igitur genitorem, ſi pater non genuit. Si Deus ingenitus eſt eſſentia,
& Chriſtus genitus eſſentia, & paracletus creatura eſſentia: pater & filius & ſpiritus ſan-
ctus nomina ſolum ſunt ſine eſſentijs. Baptizent ergo in ingenitum, & genitum, & crea-
turam. Res enim nominibus fortiores ſunt: & quæ ſunt, utiliora ad operationem ſunt,
quàm ea quæ dicuntur. Si ingenitus inquiunt pater, genitus autem filius, non ſunt eiuſ-
dem eſſentiæ. Ingenitus enim & genitus non poſſunt eſſe unius eſſentiæ. At nos hæc
non eſſentias dicimus, ſed nomina uniuſcuiuſque ipſorum ſubſiſtentiam ſignificantia.
Nihil autem uetat diuerſorum nominum unam eſſentiam eſſe, quemadmodum etiam
uiceuerſa, diuerſarum creationis eſſentiarum unum nomen. Si coeſſentialis inquiunt,
eſt filius patri, pater autem ingenitus, filius uerò genitus: eadem ergo eſſentia ingenita
eſt & genita. At non partem patris filium dicemus, ut diuiſa eſſentia ingenita ſit & ge-
nita: ſed totum ex toto, genitum ex ingenito, perfecta duo, & non duas partes ex una
aliqua. Si in nomine patris uenit ſeruator, uelut ipſe dicit: Ego ueni in nomine patris *Ioan.5*
mei: omnia quæ de patre dicuntur, neceſſe eſt etiam de filio dici. Dicetur igitur etiam in-
genitus, ſi & hoc nomen patris eſt. Si nomē ingenitus eſt honor patris, ſimiliter aūt etiā, ſi
liū honorare oportet, iuxta ipſius uocē, quę dicit, ut oēs honorēt filiū, ſicut honorāt patrē,
neceſſe eſt etiam filium ingenitū dicere, ut unus honor patris & filij ſeruetur. Si manifeſta- *Ioan.17*
uit filius nomen patris hominibus, uelut ipſe dicit: Manifeſtaui nomē tuū hominib. pro-
prium autem eſſentiæ ipſius nomen eſt ingenitus, oſtendant ubi ingenitū ipſum ſeruator
dixit. Si maior omnibus eſt Deus, utrum etiam eſſentia maior eſt, aut eo quòd omni-
um cauſa exiſtit: ipſe uerò ex nullo genitus eſt? Si enim quatenus eſſentia eſt, etiam o-

mnis eſſentia omnibus maior eſt.Si uerò quatenus ingenitus, non ergo idem eſt eſſentia
& ingenitus.Si ingenitus eſt aliquid,etiam mortale,& finis expers,& morbi exors,& ſe-
nectutis expers,aliquid erunt.Per hoc igitur quòd ingenitus eſt,excedet omnes:per reli-
qua uerò idem erit cum angelis,& ſpiritibus,& animabus. Nam & immortalia ſunt ac fi-
nis expertia.Si uerò non ex his quæ non eſt,ſed per ea quæ eſt excedit, neque enim ho-
mo bruto melior eſt,eo quòd non eſt animæ & ſenſus expers: hæc enim etiam brutum
habet:ſed eo quòd rationalis eſt.Sic etiam Deus,non quòd ingenitus eſt, ſed quòd om-
nium cauſa eſt,maior erit. Si ex oppoſito diſtinguitur ingenitus ad genitum. Ingenitus
autem eſt eſſentia ſimplex:etiam eo quòd immutabilis eſt, & immortalis,& figuræ ex-
pers,& alijs omnibus,ex oppoſito diſtinguetur,ad genitum.Si enim aliquo ex iſtis diſtin
guitur,reliquis uerò non,compoſitus & non ſimplex eſt. Si is qui cognouit quòd inge-
nitus eſt Deus,quid tandem eſt Deus exacte cognouit:maius autem nihil eſt quàm De-
Ioan.17 um iuxta naturam ipſius cognoſcere,nam hæc eſt uita æterna: Qui docuit nos quòd in-
genitus eſt Deus, is maior comperietur his quæ Deus preparauit diligentibus ipſum.
1.Cor.2 Nam ex illis ut homo quid cognoſcat,fieri non poteſt,ut quæ neque oculus uidit, neque
auris audiuit,neque in cor hominis aſcenderunt. Atqui nomen ingenitus etiam pecca-
tores audiuerunt. Quod igitur maius eſt,id per ſeipſum aut per alium Deus peccatores
docuit.Quod uerò minus eſt,& nihil ad uitam æternam confert,id iuſtis ſeruauit. Et quo
modo hoc non ſit abſurdum? Ingenitus neque diffinitio eſt Dei, neque proprium. Hæc
enim conuertuntur cum his quorum diffinitio aut proprium exiſtunt. Homo enim eſt
animal rationale, mortale, intelligentiæ & ſcientiæ capax. Homo hoc eſt, & hoc eſt ho-
mo.Proprium autem hominis eſt riſibile,& ſi quid riſibile eſt,homo eſt. At uerò ingeni-
tus ſi quis concedat de ſolo Deo dici,non ſimul etiam ſi quid Deus eſt, hoc ingenitum
eſt.Filius igitur quum ſit Deus,non eſt ingenitus. Neque igitur diffinitio, neque propri-
um Dei ingenitus.Non enim conuertitur.

Quòd filius non eſt creatura.

Si filius eſt creatura Dei, omnis autem creatura ſerua eſt creatoris, ſeruus eſt Chri-
ſtus,& non filius Dei.Non igitur aſſumpſit formam ſerui quum Dominus eſſet, ſed erat
Phil.2 ſeruus. Factura non eandem facultatem cum factore communem habet.Nihil ergo cō-
mune eſt filio & patri. Neque creatura: ſiquidem factura, & non genitura eſt filius. Si
genitura eſt filius, non ut una aliqua ex genituris: omnis autem genitura creatura eſt:
non creatura eſt filius.Neque enim genitura eſt uelut illa. Si minora unico filio Deus
creare non poterat,eo quod in natura ipſius hoc non eſſet: neque filius diuerſa creabit,
ſed unum quid. Si minora creantur à minore,& maiora à maiore, per multos ergo fit
creatura, quum non omnis æqualis ſit.Si Deus natura eſt opifex, non unius erit,ſed
multorum. Aut enim præ debilitate aliud non crearit,aut præ inuidia. Si patris poten-
tia per filium creauit,pater & non filius creator eſt: quemadmodum neque inſtrumen-
tum eſt opifex. Erat ego humilius quàm ut patri conueniret, creare ea quæ à filio facta
ſunt. Si creaturæ exiſtentis creationem per ſeipſum facere Deus erubuit, etiam glorifi-
cationem illius non admittit. Quæ enim facere erubeſcebat,ea facta iam propria puta-
ri non uolet. Si idem eſt creare & generare Deum,quia ſimplex eſt:idem eſt etiam ſer-
uare ipſum & perdere,& uiuificare & occidere. Si uerò hoc idem eſt, igitur & ſalus &
perditio,& uita,& mors. Si Chriſtus eſt potentia & ſapientia Dei:hæc autem increata
1.Cor.1 ſunt,& unà cum Deo perpetua,non enim erat aliquando inſipiens & impotens: increa-
tus & unà cum Deo æternus eſt Chriſtus.Si uerò potentia & ſapientia Dei dicitur, iuxta
id quòd eſt ipſius operatio,etiam nos potentia & ſapientia Domini dici poſſumus, uelut
ipſe Dei. Sed abſurdum eſt. Si non æternus Deus eſt filius,neceſſariò recens eſt:ſi non
uerus,falſus:ſi non natura,adoptione.Impiorum autem eſt recentibus,& falſis, & non na-
Pſal.8 tura,diuinū cultū exhibere. Non enī erit tibi,inquit,Deus recens.Et Paulus, Sed tūc qui
1.Theſ.1 dem ignorantes Deum,ſeruijſtis dijs qui natura non ſunt.Aut igitur impij ſunt qui Chri-
ſtum ſic colūt.Aut natura & uerus Deus eſt,& illi pij.Si filius operatio eſt,& non genitu-
ra:neq; qui operatus eſt,neq; ipſum opus ipſe eſt,Eſt enī aliud preter hec operatio. Sed &
ſubſtantiæ

ſubſtantiæ expers eſt. Nulla enim operatio ſubſtantiam habet. Si uerò ipſum opus eſt, tertius eſt à patre, & non immediatus. Qui enim operatus eſt, primus eſt. Deinde operatio, atq; ſic ipſum opus. Si unigenitus eſt filius, eo quòd ſolus ex ſolo factus eſt, unicreatus rectius diceretur, ut qui ſecundum Eunomium uere ſit creatura, falſo autem nomine genitura uocetur. Si filius ſolus eſt creatura patris, reliqua uerò omnia filij, quum dixerit: Mea omnia tua ſunt, rectè dixit: ubi uerò ſubiecit, & tua mea ſunt: non amplius rectè Ioan.17 iuxta Eunomium. Ipſe enim ſuijpſius eſſe non poterat. Apparet igitur quòd de ſimilitudine, & per omnia non euariante ac ſimili eſſentia ipſorum, nō de creaturis loquutus ſit. Si Deus ſimiliter creat & generat, ſimiliter & creator noſter & pater eſt Chriſtus: eſt e- Rom.8 nim Deus, & non opus eſt adoptione in filios per ſpiritum ſanctum: quemadmodum neque ut per alium quempiā nos creaturæ ipſius facti ſimus. Quanquam ſanè multæ creaturæ neque naturam habeant, ut ſpiritum adoptionis in filios ſuſcipiant, uelut bruta & inanima. Si nos quum creaturæ eſſemus, per ſanctum ſpiritum adoptionis filij efficimur, dicant, ſi etiam filius creatura eſt, per quem in adoptionem patris deuenit? Si omnia quę habet pater etiam filij ſunt, nihil habet pater ſine his quæ per filium facta ſunt, niſi iuxta ipſorum ſententiam, ipſum ſolum, & ipſe ſeipſum habere debet, quod eſt impoſsibile. Si imago penitus ſimilis eſt, prout filius eſt imago: creatura uerò in nulla re ſimiliter creatori habet, ſed per omnia diſsimiliter. Imago igitur quum ſit patris filius, non poterit eſſe ipſius creatura. Si incorporeum generans, neceſſariò ut corpus generat, etiam uidens ut corpus uidet, & audiens ut corpus audit, & omnem operationem ut corpus operabitur. Si uerò hæc aliter, etiam generans aliter nimirum generabit. Quod quis ipſe non habet, alijs largiri non poteſt. Si igitur creatura & ſeruus eſt filius, alios liberos facere non poteſt. Quod natura medium eſt, utraſque extremitates contingit. Si igitur natura 1.Tim.2 mediator Chriſtus Dei & noſtrum, non ſecundum diſpenſationem, ſed natura coniun- Ioan.14 cta ſunt Deus & creatura. Si ſimilis eſt filius patri, non autem ſecundum eſſentiam, reliquum eſt aut ſecundum formam, aut ſecundum operationem. At forma quidem impoſſibile eſt. Nullum enim incorporeum in forma eſt. Si uerò ſecundum operationem, non ſanè & ipſe alienum quid, ſed tale quale ipſe eſt operatus eſſet, ſi quidem factura patris, & non genitura eſt. Et alioqui antea dictum eſt, id quod ſecundum operationem ſimile eſt, ex neceſsitate etiam ſecundum eſſe etiam ſimile eſſe. Si opera Dei in fide, non in demonſtratione ſunt, iuxta Dauidem qui dixit: Et omnia opera ipſius in fide: quanto ma- Pſal.32 gis filij ante ſecula ex parte generatio in fide eſt, & non in demonſtratione? Si ex nihilo Deus filium fecit, ſed & filius ex nihilo omnia: eadem potentia & operatio eſt eorum qui ex nihilo quicquid uolunt creare poſſunt, ita ut nuſquam rerum creatarum differentia conſideretur. Nam quum etiam creatura in multis ſecundum multa diuerſa ſit, non Ioan.1 ſunt diuerſi opifices, ſed unus filius, per quem omnia facta ſunt. Si eorum quæ ex nihilo facta ſunt prima factura eſt Chriſtus, & ſic credentes colunt ipſum Ariani. Iob autem primam facturam Dei diabolum dixit, ubi dixit: Hoc eſt primū principium figmenti Do Cap.40 mini: ignorant ſe diabolum colere, & non filium Dei. Si uerò filij primam facturam ipſum dixiſſe producent: non amplius ſpiritus Domini ſecundum ipſos, aut etiam poſt diabolum, factus comperietur. Si fides noſtra in filium, opus eſt Dei: Hoc enim, inquit, eſt opus Dei, ut credatis in eum quem miſit ille: ipſe opus Dei eſſe non poteſt. Non enim idem eſt, Ioan.6 fides in ipſum, & ipſe.

In illud, Quum autem ſubiecta fuerint ipſi omnia, tunc etiam ipſe filius ſubijcietur. 1.Cor.15

Si ſecundum deitatem filius patri ſubijcitur, ab initio ſanè ſubiectus erat, ex quo & Deus erat. Si uerò non ſubiectus erat, ſed poſtea ſubijcietur, ſecundum humanitatem uelut pro nobis, & non ſecundum deitatem pro ſeipſo ſubijcietur.

In illud, Propterea dedit ipſi Deus nomen, quod eſt ſuper omne nomen. Phil.2

Si poſt incarnationem, propter obedientiam, nomen quod eſt ſuper omne nomen filio, qui Deus erat, pater dedit, & omnis lingua cōfeſſa eſt Dominum, ante incarnationē neq; nomen quod eſſet ſuper omne nomen habebat, nec cōfeſsionē ab omnibus quòd

Dominus

Dominus eſſet. Maior igitur factus eſt poſt incarnationem, quàm ante eam eſſet: quod ab
Mat.28 ſurdum eſt. Tale eſt & hoc, Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlis & in terra. Quare de in-
carnatione & non de deitate hęc intelligere oportet.

In illud, Pater meus maior me eſt.

Maius aut magnitudine, aut tempore, aut dignitate, aut potẽtia, aut uelut cauſa, maius
dicitur. At magnitudine quidem pater filio maior dici non poterit. Eſt enim incorpore-
us: ſed neq; tempore. Nam filius eſt temporum creator: & neq; dignitate. Non enim fa-
Ioan.5 ctus eſt quod non aliquando eſſet: nec uerò potentia. Omnia enim quæ pater facit, etiam
filius ſimiliter facit: neq; uelut cauſa. Nam ſimiliter ipſo & nobis maior eſſet, ſi quidem &
ipſius & noſtri cauſa eſt. Honorem itaq; magis filij ad patrem hoc dictum indicat, non e-
ius qui dixit imminutionem. Poſtea quod maius eſt, non omnino etiam diuerſæ eſſentiæ
eſt. Homo enim homine maior dicitur, & equus equo. Quare etiamſi maior dicitur pater,
non ſtatim etiam diuerſę eſſentiæ eſt. In ſumma, comparatiua de his quæ coeſſentialia
ſunt, & non de diuerſis eſſentia dicuntur. Homo enim maior bruto, non dicitur proprie:
neq; brutum inanimato, ſed homo homine, & brutum bruto. Coeſſentialis igitur eſt pa-
ter filio, etiamſi maior dicatur.

In illud, Horam autem & diem illam, nemo nouit.

Si opifex uniuerſorum eſt filius, tempus aũt iudicij non nouit, id quod creauit non no-
uit. Non enim iudicium ignorare dixit, ſed tempus, & quomodo hoc nõ ſit abſurdum.

In idem.

Si cognitionem omnium quę pater habet, filius non habet, mentitus eſt, quum dixit:
Ioan.17 Omnia quæ pater habet mea ſunt. Et quemadmodũ pater nouit me, etiã ego noui patrẽ.
Ioan.10 Si uerò aliud eſt patrem noſſe, & aliud ea quæ patris ſunt: maius autem eſt patrem quàm
quæ ipſius ſunt noſſe, quanto quiſq; maior eſt ꝙ ea quæ ſua ſunt: quod maius eſt quum fi-
lius cognoſcat, Nemo enim, inquit, nouit patrem niſi filius: id quod minus eſt non nouit,
id quod eſt impoſsibile. Quapropter quòd non conferret hominibus audire, iudicij tem
pus obticuit. Nam expectatio perpetua calidiores circa pietatem efficit. Verùm cogni-
tio quòd multum temporis interpoſitum ſit, negligentiores circa pietatem feciſſet, ob
ſpem quod etiam poſtea uitæ mutatione facta ſaluari poſſent. Nam quomodo is qui om-
nia uſq; ad illam horam nouit: ita enim dixit: non etiam illam horam noſſet? fruſtra uerò
Coloſ.2 etiam apoſtolus dixiſſet, In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ cognitionis abſconditi.

In idem.

Si ſanctus ſpiritus profunditates Dei ſcrutans, nihil eorum quę Dei ſunt ignorare po-
teſt, filius aũt ignorat: maior ſecundum ipſos eſt ſanctus ſpiritus filio, quem neq; æqua-
lem eſſe uolunt.

In illud, Pater ſi fieri poteſt, tranſeat poculum hoc.

Mat.26 Si uere dixi filius, Pater ſi fieri poteſt, tranſeat poculum hoc, non ſolum ſuam ipſius ti-
miditatem & debilitatem oſtendit, ſed etiam eſſe quid impoſsibile patri putabat. Nam
hoc, Si fieri poteſt, ambigentis erat, & non perſuaſi, ꝙ pater ipſum ſeruare poſſet. Quomo
do uerò qui mortuis uitam largitur, non multo magis uiuentibus uitam ſeruare poſſet?
Ioan.11 Cur igitur qui Lazarum & multos mortuos ſuſcitauit, non ſibiipſi uitam præbet? ſed à
patre petebat uitam dum cum timore dixit: Pater ſi fieri poteſt, tranſeat poculũ hoc. Sed
& ſi inuitus moriebatur, non amplius humilians ſeipſum, obediens factus eſt patri uſq; ad
1.Tim.2 mortem, neq; ſeipſum dedit uelut Apoſtolus ait: Qui ſe dedit precium redemptionis pro
peccatis noſtris. Si uerò uolens, quæ utilitas erat huius dicti? Pater ſi fieri poteſt, tranſeat
poculum hoc. De his igitur qui in ipſum peccaturi eſſent, ut ne peccarent, & non de ipſo
hoc accipiendum eſt, pro quibus etiam crucifixus dicebat: Pater dimitte ipſis, quia non
Mat.27 ſciunt quid faciunt. Non igitur oportet ea quæ ſecundum diſpenſationem dicta ſunt, ac-
cipere uelut ſimpliciter dicta eſſent.

In Illud, Et ego uiuo propter patrem.

Ioan.6 Si propter patrem filius uiuit, propter alium & non propter ſeipſum uiuit. Qui uerò
propter alium uiuit, uita per ſe eſſe non poteſt. Neq; enim qui per gratiam ſanctus eſt, per
Ioan.11 ſe ſanctus eſt. Mentitus igitur eſt filius ubi dixit: Ego ſum uita. Et rurſus, Sic etiam filius
Ioan.5 quos uult uiuificat. De humanitate igitur, & nõ de deitate dictum intelligere oportet.
In

In illud, Neq; filius à ſeipſo quid facit.

Si id quod ſui arbitrij eſt præſtãtius eſt eo quod ſub alieno arbitrio eſt: Homo autẽ ſui
arbitrij eſt, filius uerò Dei ſub alieno arbitrio: homo prẽſtãtior eſt filio, quod abſurdũ eſt.
Sed ſi is qui ſub alieno arbitrio eſt, alios ſui arbitrij facere non poteſt: nam quod ipſe non
habet, alijs ex uoluntate dare nõ poteſt: ſaluator qui nos liberi arbitrij fecit, ſub alieno ar-
bitrio eſſe non poterit.

In idem.

Si ſaluator nihil à ſeipſo facere poterat, ſed imperante patre: neque bonus, neq; malus
erat. Nullius enim ex his quæ fierent cauſa erat. Et quomodo non ſit hoc abſurdum, ho-
mines quidem ex ſuo arbitrio, & bona & mala facere poſſe. Filium autem qui Deus eſt,
nullius rei ex ſua libertate factorem eſſe?

In hoc, Ego ſum uitis.

Si uitis, ut inquit, eſt ſaluator, nos autẽ palmites, pater agricola eſt. Palmites autẽ eiuſ- Ioan. 15
dem naturæ cũ uite ſunt. Vitis uerò non eiuſdem naturæ cũ agricola: filius eiuſdem natu-
ræ nobiſcum eſt, & nos pars ipſius ſumus. Non autem eiuſdem naturæ eſt filius cum pa-
tre, ſed per omnia alienus. Quibus reſpondebimus, non deitatis ipſius, ſed carnis dixiſſe
nos palmites, iuxta Apoſt. qui dixit: Nos ſumus corpus Chriſti, & membra ex parte. Et Ephe. 5
rurſus, Neſcitis quòd corpora ueſtra membra Chriſti ſunt? & alibi: Qualis terrenus, ta- 1. Cor. 6
les etiã terreni, & qualis cœleſtis, tales etiam cœleſtes. &, Quemadmodum geſtauimus 1. Cor. 15
imaginem terreni, geſtabimus etiam imaginem cœleſtis. Si uiri caput Chriſtus eſt, Chri-
ſti autem caput Deus, homo uerò Deo Chriſto non coeſſentialis eſt: non enim eſt Deus: 1. Cor. 11
Chriſtus autem Deo coeſſentialis eſt: eſt enim Deus: Non ergo ut uiri caput Chriſtus, ita
Chriſti caput Deus. Nam creaturæ natura, & creatrix deitas, in unum & idem non con-
ueniunt. Ille igitur ut pater caput Chriſti eſt, hic uerò ut factor noſter. Si uoluntas patris Ioan. 6
eſt, credere nos in filium ipſius, Hæc eſt enim uoluntas eius qui miſit me, ut omnis qui
uidet filium, & credit in ipſum, habeat uitam æternam: non ex uoluntate filius ad hoc ut
nos credamus in ipſum, aut cum ipſo, & ante ipſum reperitur.

In illud, Nemo bonus.

Si non bonus eſt ſaluator, neceſſariò malus eſt. Simplex em̃ eſt, & qui nõ ſuſcipit quid Mar. 10
eorum quæ in medio ſunt. Et quomodo nõ abſurdum eſt, bonorũ factorem malum eſſe?
Et ſi uita bonum eſt, uerba autẽ filij uita ſunt, uelut ipſe dixit: uerba quæ loquutus ſum uo- Ioan. 6
bis ſpiritus ſunt, & uita ſunt: quomodo quum ex Phariſæo audiuiſſet, magiſter bone, nul
lus inquit bonus, niſi Deus? Non enim quum bonus ſolum ex illo audiuiſſet, dixit nemo
bonus: ſed magiſter bonus. Reſpondit igitur uelut ad tentantem, uelut euangelium di-
xit: aut uelut ignorantem, quòd Deus bonus eſt, & non ſimpliciter magiſter bonus.

In illud, Pater glorifica me.

Si glorificari à patre petens filius, ſecundum deitatem, & non ſecundum humanitatẽ Ioan. 17
petebat, quod non habebat petebat. & mentitur Euãgeliſta ubi dixit: Vidimus gloriam Ioan. 1
ipſius: & Apoſtolus, Non utiq; Dominũ gloriæ crucifixiſſent: & Dauid, Et introibit rex 1 Cor. 2
gloriæ. Non igitur gloriæ additionem petit, ſed ut diſpenſationis manifeſtatio fiat. Pſal. 23

In idem.

Si gloriam quam habebat antea quàm mũdus fieret, uere à patre petebat, ipſam amiſ-
ſam petebat: neq; enim id quod habebat, accipere quærebat. Si uero hoc ita habet, non
ſolum gloriam amiſit, ſed etiam deitatem. Inſeparabilis enim eſt gloria à deitate. Nudus
ergo ſecundum Photinum homo erat. Apparet ergo quòd eiuſmodi iuxta humanitatis
diſpenſationem, non ſecundum deitatis defectum dixerit.

In illud, Primogenitus omnis creaturæ.

Si ante creaturam filius non genitura eſt, ſed creatura, primocreatus ſanè diceretur, Col. 1
& non primogenitus. Si quandoquidẽ primogenitus creaturæ dictus eſt, primocreatus
eſt: etiam primogenitus mortuorum dictus, ante mortuos mortuus fuerit. Si uerò pri-
mogenitus mortuorum dictus eſt, eo quòd cauſa eſt reſurrectionis ex mortuis: ſic etiam
primogenitus creaturæ, eo quòd cauſa eſt, ut creatura ex nihilo ad hoc ut eſſet producta
ſit. Si hoc quòd primogenitus creaturæ dictus eſt, primùm ipſum ſactum oſtendit, Apo Rom. 11
ſtolus quũ dixit: Om̃ia per ipſum, & in ipſum creata ſunt, debuit dicere, & ipſe factus eſt
ante omnia. At quũ dixerit, & ipſe eſt ante omnia: oſtendit ipſum quidẽ ſemper eſſe, crea

turam autem factam eſſe.Nam uox eſt,cum illo,in principio erat uerbum,concordat.Si
primogenitus inquiũt,eſt filius,non amplius unigenitus,ſed & alium eſſe oportet, cuius
primogenitus dicitur.Atqui ô ſapiens etiam ex Maria uirgine ſolus genitus,primogeni-
Matt.1 tus ipſius dictus eſt,donec enim peperit,inquit,filium ſuum primogenitum. Quare non
eſt neceſſe fratris reſpectu primogenitum dici. Dici etiam poſſet quòd ante omnem ge-
nerationem primogenitus dicatur. Ad hæc etiam relatione facta ad eos qui per adoptio
Rom.8 nem ſpiritus ſancti ex Deo geniti ſunt,uelut Paulus ait:Quos præſciuit,eos etiam prede
ſtinauit conformes imaginis filij ſui,ut ipſe ſit primogenitus inter multos fratres.

In illud, Dominus creauit me.

Eccl.23 Si qui in carne eſt dicit,ego ſum uia:& idem,nemo uenit ad patrẽ niſi per me:ipſe etiã
Ioan.10 eſt qui dixit:Dominus creauit me principiũ uiarũ ſuarum. Sed de genitura dicitur crea-
Eſa.45 tura & factura,uelut eſt hoc,creaui hominẽ per Deũ.Et rurſus,fecit filios & filias. Et Da-
Pſal.50 uid, Cor mundum crea in me Deus: nõ aliud cor petens, ſed ut id quod iam eſſet purga
retur uidelicet.Dicta eſt etiam noua creatura,nõ uelut alia fiat creatura,ſed quod hi quid
luminãtur ad meliora opera præparantur. Si ad opera filium pater creauit, nõ propter
ſeipſum,ſed propter opera ipſum creauit.Quod aũt propter alterũ,& non propter ſe fit,
aut pars illius propter quod factũ eſt,aut minus ipſo eſt.Erit igitur ſaluator aut pars crea-
turæ,aut minor quàm creatura.Quare neceſſe ad humanitatẽ ipſius referre. Poſsit etiam
quis dicere,Solomonẽ de ſapiẽtia illa dixiſſe, cuius etiam Apoſtolus meminit,ubi dixit:
1.Cor.1 Quandoquidẽ enim in ſapiẽtia Dei non cognouit mundus per ſapientiã Deũ:& alioqui
neq; propheta eſt qui dixit,ſed prouerbiorũ ſcriptor.Prouerbia autẽ imagines ſunt alio-
rum,& nõ ipſa quæ dicunt. Si Deus filius erat qui dicit,Dñs creauit me:potius utiq; di-
xiſſet,pater creauit me.Nuſq; enim ipſum Dominũ ſuũ uocat,ſed ſemper patrẽ.Accipiẽ-
dũ igitur eſt uerbũ genuit,de Deo filio:creauit aũt,de eo qui formã ſerui ſuſcepit.In om-
nib.uerò his nõ duos dicimus,Deũ per ſe,& hominẽ per ſe:unus enim erat: ſed iuxta in-
1.Pet.2 telligentiã,cuiuſq; naturã reputãtes,Neq; enim Petrus duos intellexit ubi dixit: Quũ igi
tur paſſus ſit Chriſtus pro nobis in carne. Si genitura,inquiunt,eſt filius, & nõ factura,
Act.2 quõ dicit ſcriptura? Firmiter igit cognoſcat omnis domus Iſrael,q & Dominũ ipſum,&
Chriſtũ Deus fecit.Dicẽdũ igit etiã hic de eo q ex Maria eſt ſecundũ carnẽ dictũ eſſe.Si-
Luc.2 cut ſanè etiã angelus bonũ nunciũ afferẽs paſtorib.dicit: Natus eſt hodie uobis ſaluator,
qui eſt Chriſtus Dominus:nam hodie nõ de eo qui ante ſecula eſt accipi poteſt:uerũ cla-
rius qd ſequit oſtẽdit,dũ dicit:hũc Ieſum quẽ uos crucifixiſtis.Si quãdo genitus eſt, tunc
ſapiẽtia eſt,falſum hoc eſt,Chriſtus Dei potẽtia & Dei ſapiẽtia.Nam ſapiẽtia ipſius facta
Pſal.30 nõ eſt,ſed ſemper erat. Sicut igit hoc de patre dictũ eſt à Dauide,fias mihi in Deũ ptec
Pſal.117 ctorẽ:&,factus es mihi in ſalutẽ:& à Paulo,fiat aũt Deus uerax, omnis uerò homo men-
Rom.3 dax:ita etiã Dominus factus eſt nobis à deo ſapientia,& ſanctificatio,& redẽptio.Si igit
1.Tim.2 pater dñ ſit protector,& uerus,nõ eſt factura:etiã filius dũ ſit ſapiẽtia,& ſanctificatio, nõ
1.Cor.8 eſt factura.Si uerũ eſt hoc,unus Deus pater:uerũ nimirũ eſt & hoc,unus Dñs Ieſus Chri-
Pſal.109 ſtus ſaluator.Neq; igit ſaluator Deus eſt ſecũdũ ipſos,neq; pater Dominus.Et fruſtra di-
Pſal.44 ctum eſt hoc:dixit dominus dño meo. Falſum eſt & hoc,Propterea unxit te deus,Deus
Gen.19 tuus.Et hoc,Pluit dñs à dño.Et hoc,Fecit deus ſecũdũ imaginẽ dei.Et:Quis deus preter
Eſa.47 dominũ? Et:quis deus præter deum noſtrum. Et Ioãnes : Deus erat uerbum, & uerbum
Ioan.1 erat apud deum.Et Thomas de filio,dominus meus & deus meus.Ad creaturas ergo, &
deos falſo ac non uere dictos,referre diſtinctiones oportet,non ad patrem & filium.

In illud, Vt cognoſcant te ſolum uerum deum.

Ioan.17 Verus ex oppoſito ad falſò dictos diſtinguit & appellat. Incõparabilis uerò ad om̃ia
Cap.10 per omnia excellẽs.Quũ igitur Hieremias de filio dixerit:Hic eſt deus noſter, non repu-
tabitur alius ad ipſum:maiorẽ etiã patre dixit:Quod uerò etiam filius uerus ſit deus, ipſe
1.Ioan.5 Ioannes in epiſt.dicit:Vt cognoſcamus ſolum uerũ deum, & ſimus in uero filio ipſius Ie-
ſu Chriſto.Hic eſt uerus deus,& uita ęterna.Neq; igit illud,nõ reputabit alius ad ipſum,
maiorẽ patre intelligẽdũ:neq; ſolũ uerũ deum patrẽ accipiendũ, ſed ambo ad eos quidẽ
qui falſò dicunt,nõ ſunt aũt, referẽda ſunt. uelut etiã in Deuteronomio dixit: Dominus
Cap.32 ſolus duxit ipſos,& nõ erat cũ ipſis deus alienus. Si ſolus inuiſibilis & ſapiens eſt deus,
non ſtatim etiã inter omnia maior omnibus deus eſt,Qui uerò ſuper omnia eſt deus, ne-
ceſſario

ceſſariò omnia excedit. Proinde quũ Apoſtolus ſuper omnia deum ſaluatorem dixerit, 1.Tim.4
maiorem etiam patre dixit. Sed abſurdum eſt hoc: ſimiliter ergo & hoc accipiendũ. Ma-
gnus deus non minor eſſe poterit alio deo. Apoſtolus igitur quum de filio dixit: Expe- Phil.3
ctamus beatã ſpem & apparitionem glorię magni dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti: ma
iorem patre intellexit. Nam filij apparitionẽ & aduentum expectamus, non patris. Qua-
re indiſcriminatim hæc ad patrem & filium referenda ſunt, & non cum obſeruatione.

Quòd æqualiter eſſe deo, non eſt aliud quàm æqualem eſſe deo.

Filius igitur quũ nõ rapinã putaſſet æqualiter eſſe deo, quõ diſsimilis & inæqualis ſit Phil.2
deo? Iudęi aũt Eunomio pientiores ſunt. Quũ eñ ſaluator dixiſſet ſeipſum filiũ dei, uelut
hoc ſolũ debeat filio, ſi uere filius eſt, & æqualẽ eſſe patri, uolebãt inquit, ipſum lapidib.
petere: nõ ſolũ ꝙ ſoluiſſet ſabbatũ, ſed etiã quòd ꝓpriũ patrẽ dixiſſet eſſe deũ, æqualẽ ſei- Ioan.5
pſum faciẽs deo. Aequalis igĩ eſt patri & ſecũdũ Apoſtolũ, & ſecũdũ uocẽ ſaluatoris, e-
tiamſi Eunomius nõ uelit. Si non dñs eſt filius iudicij, & ut alijs benefaciat, alios puniat:
quõ dixit, pater neminẽ iudicat, ſed oẽ iudiciũ dedit filio? et alibi, poteſtatẽ habet filius Mat.9
hominis ut remittat peccata in terra. Et rurſus: Data eſt mihi oẽs poteſtas in cœlo & in Mat.28
terra. Ad Petrũ aũt, Tibi dabo claues regni cœlorũ. Ad diſcipulos uerò, Amen dico uo- Mat.16
bis, uos q ſequuti eſtis me, in regeneratione ſedebitis ſuper duodecim thronos, iudican- Mat.19
tes duodecim trib. Iſrael. Ex ipſis itaqꝫ ſcripturis ſolutio facta eſt, quũ ſaluator dixerit: Et
tũc reddã unicuiqꝫ ſecũdũ operationẽ ipſius. Et alibi: Ibũt qui bona fecerũt in reſurrectio Ioan.5
nẽ uitæ, qui uerò mala perpetrarũt, in reſurrectionẽ iudicij. Apoſtolus aũt, Omnes enim
nos manifeſtari oportet corã tribunali Chriſti, ut accipiat unuſquiſqꝫ ea quæ fiũt per cor- 2.Cor.5
pus, prout facit ſiue bonum, ſiue malum. Eorũ igitur qui accipiũt eſt, ut dignos ſe faciant
ſeſsione ex dextris, & ſiniſtris domini, non eius qui dare poteſt, etiamſi iniuſta ſit petitio.

In illud, Quis deus præter dominum, & quis deus præter deum noſtrum.

Quòd non de filio hęc & his ſimilia ſcripturæ dixerint, ſed de his qui dij dicũtur, quũ 2.Reg.22
non ſint, abunde demonſtratũ eſt. Ex iiſdem ſcripturis etiã deum & dominũ ſæpe in uete
ri ac nouo Teſtamento, filium dictum eſſe demõſtrauimus. Verũ Dauid clarius ipſum fa
cit, dicẽs: Quis ſimilis tibi, & addit, inter deos domine? Et Moſes, Dominus ſolus duxit
ipſos, & non erat cum ipſis deus alienus: & quidẽ quum ſaluator eſſet cũ ipſis, uelut dicit Pſal.85
Apoſtolus: Bibebant aũt ex ſpirituali ſequente ipſos petra, petra aũt erat Chriſtus. Hiere Deut.32
mias item, Dei qui cœlum & terram non fecerũt, pereant ſub cœlo. Nam neqꝫ inter hos 1.Cor.10
filius eſt. Ipſe enim eſt opifex omniũ. Quapropter ad idola & ſimulachra gentium, & id Cap.10
quod prædictum eſt, & hæc, Ego deus primus, & ego poſtea: & præter me non eſt deus,
& ante me nõ fuit alius deus, & poſt me nõ erit: Et hoc, Audi Iſrael, dominus deus tuus, Eſa.44
dominus unus eſt: & quæcunqꝫ eiuſmodi ſunt, referre oportet, non ad filium. Deut.6

DIVI BASILII MAGNI CONTRA EVNOMIVM LIBER V. DE SPIRITV SANCTO.

Iano Cornario interprete.

QVANDOQVIDEM ea quæ cõmunia ſunt creaturis, nihil cõmune habent
cum ſancto ſpiritu, & quæ propria ſunt ſpiritus, nihil cõmune habent cum
creaturis, hinc adeò colligitur ſpiritum non eſſe creaturam. Quæ cõmunia
ſunt patri & filio, hæc etiam cõmunia ſunt ſpiritui. Quibus uelut characte-
ribus deſignatur deus pater & filius in ſcriptura, iiſdem deſignatur etiam
ſpiritus ſanctus. Vnde colligitur eiuſdem cum patre deitatis eſſe ſpiritum. Quæ ſoli
patri adſunt ut deo, & non ut patri: & filio ut deo, & non ut filio: ea ſoli adſunt ſpiritui,
non autem etiam creaturis: ita ut nomina & res quæ cum creaturis nihil commune ha-
bent, ſoli trinitati ſint cõmunia. Vnde colligitur quòd trinitas eſt coeſſentialis. Quic-
quid factum eſt, uerti ac tranſmutari poteſt, iuxta prophetam, qui dicit ad deum: Qui fa- Pſal.71
cis omnia, & tranſmutas ipſa: at ſpiritus neqꝫ uerti neqꝫ mutari poteſt. Non eſt ergo crea-
tura. Quũ creatura in duo diuidatur, in corporea ſcilicet & incorporea, mutatio quoqꝫ
circa hanc diuiſa eſt. Et corpora quidẽ circa eſſentiã ſuſcipiunt mutationem, quum cor-
ruptilis mundus ad hoc deueniat ut non corrumpatur, iuxta ſcripturam: & mortalia cor
pora noſtra immortalia fiant, aut ea quæ nondum corrupta ſunt corrumpantur. Incor-

porea uerò & rationalia circa operationẽ aut mentis uoluntatẽ ſuſcipiunt mutationẽ, iu-
2.Pet.2 xta illud, Angelis qui peccaſſent non pepercit. Si itaq; ea quæ facta ſunt, partim eſſentia,
partim mente mutationem ſuſcipiunt: Spiritus autem ſanctus neq; ſecundum eſſentiam,
neq; ſecundũ operationẽ, mutationẽ aut alterationẽ ſuſcipit. Non eſt ergo ſpiritus crea-
tura. Omnis creatura quum ſanctificatur ſancta eſt. Spiritus autem ſanctus non ex his
quæ ſanctificantur, ſed quæ ſanctificant eſt: non eſt ergo creatura. Nulla creatura ſecun-
dum eſſentiam ſancta eſt, quod nanque eſſentia ſanctum eſt, externa ſanctificatione non
opus habet. Externa autem ſanctificatione quicquid factum eſt, opus habet, ubi dignũ
factum fuerit ut attrahat ſanctificationem. At ſpiritus ſanctificatione non habet opus, eo
quòd eſſentia ſit ſanctus. nõ eſt ergo creatura. Om̃is creatura opificis eſt ſerua, iuxta pro-
Pſal.23 phetam, qui ita dicit ad Deum: Vniuerſa tibi ſeruiunt: quod autem ſeruum eſt, libertatem
& adoptionem alteri exhibere non poteſt, quum ipſum ex eſſentia non habeat. Spiritus
Gal.4 autem libertatem præbet & adoptionem. Nam ſpiritus clamat in cordibus noſtris, Ab-
ba pater, quare nõ eſt ſeruus, ſed filius. Non eſt ergo creatura. Nulla creatura particeps
eſt ut in rationali anima inhabitet ipſa eſſentialiter. Spiritus aũt ſanctus inhabitat in ipſa,
1.Cor.3 iuxta eum qui dicit: Templum Dei ſumus, & ſpiritus Dei habitat in nobis. Non eſt ergo
creatura. Omnis rationalis creatura uirtutem & uitium ſuſcipere poteſt: Spiritus au-
tem nihil horum ſuſcipit. Non eſt ergo ſpiritus creatura.

Quod ſpiritus ſit creator.

Pſal.18 Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Et alibi:
Pſal.101 Et opera manuum tuarum ſunt cœli. Et quæ ſint incorporei Dei incorporeæ manus, quę
firmamentum & cœlos crearunt, ipſe Propheta interpretatur, dicens: Verbo Domini
Pſal.32 cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris ipſius omnis uirtus ipſorum. At quemadmodum non
eſt uerbũ prolaticium in Deo, ſed uiuẽs & ſubſiſtens, & quod uniuerſa fecit: ſic in Deo
non eſt ſpiritus qui diffunditur, non aer qui diſſoluitur, ſed potentia in eſſentia, in ſub-
Pſal.138 ſtantia exiſtens. Manus tuæ formauerunt me & fecerunt me. Et hoc dictum ean-
Cap.27 dem cum antea relato intelligentiam habet. Spiritus enim Dei inquit Iob, qui fecit me.
Sap.9 Et alteram manum declarans Solomon ait: Deus patrum & Domine miſericordiæ tuæ,
qui feciſti omnia in uerbo tuo, & ſapientia tua conſtruxiſti hominem. Chriſtus autem
1.Cor.1 eſt Dei potentia & Dei ſapientia, quæ eſt manus creatrix, iuxta tropologiæ rationẽ. Sed
& ſpiritus operationi uniuerſam noſtram dedicauit naturam, & ipſum renouatorem o-
Pſal.103 pificij ad incorruptibilitatem ſcriptura dicit: Auferes ſpiritum ipſorum, & in puluerem
ipſorum reuertentur. Emittes ſpiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ.
Nec ſanè ipſe ſeipſum mittit. Miſſionem autem uocat condeſcenſum ipſius ad opus, non
Sap.1 ex loco ad locum tranſitionem, quia ſpiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc
Luc.1 quod continet omnia cognitionem habet uocis. Et hoc: Spiritus Domini ſuperueniet
1.Tim.2 in te, quapropter & hoc quod generatur, ex ſpiritu ſancto eſt. Quod ex aliquo eſt, id
Ioan 16 aut per creationis modum ex ipſo eſt, uelut hoc, Vnus Deus pater ex quo omnia: aut per
Pſal.10 modum generationis, iuxta illud: Ego ex patre exiui: & hoc, Ex uentre ante luciferũ ge-
nui te: non quòd uentrẽ habeat Deus, ſed quòd genuinæ, & non ſpuriæ geniture, ex uen
tre parentum generari ſolent, uentrem habere ſeipſum in generãdo Deus dixit, ad confu
ſionem impiorum: quo uel ſua ipſorũ natura conſiderata, diſcant genuinum eſſe fructum
patris filium, ut qui uelut ex illius ſit uentre. Quod itaq; ex aliquo eſt, aut per creationis
modum, aut per modum generationis, aut naturaliter ex ipſo eſt, uelut operatio noſtra
ex nobis, aut uelut ſplendor ſolis ex ipſo. Si itaq; ſupermundanum Chriſti corpus ex ſpi-
ritu ſancto eſt, non poteſt autem ipſius genitura eſſe, quia quod generatum eſt ex carne,
caro eſt: & quod generatum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Neque rurſus ex ipſo uelut opera-
tio ipſius, quia in ſimplici & incorporea natura eandem cum eſſentia rationem ſuſcipit
Exod 8 operatio. Reſtat ergo ut ex ipſo ſit uelut creatura ipſius. Sed & digitus Dei, qui puluerẽ
Ioan.14 in Aegypto trãſmutauit in animalia, generatione animaliũ ea quæ ab initio fuit oſtenſa,
Matt.12 erat paracletus ſpiritus ille ueritatis. Quum enim tres Euangeliſtæ dixerint, Dominũ ad
Mar.3 Iudæos dixiſſe: Si autẽ ego in ſpiritu Dei eijcio dæmonia, igitur ad uos peruenit regnum
Cap.11 Dei. Lucas ipſum dixiſſe ait: Si autẽ ego in digito Dei eijcio dęmonia, igitur peruenit ad
uos regnum cœlorum. Proinde quæ etiam per Moſen fiebant in Aegypto ſigna, quæ di-
gito

gito Dei fiebāt, & admirāda Dei ſigna cū ſpiritu perficiebātur. Eſt aūt in his quę à Moſe & Domino facta ſunt ſignis, digitus ſpiritus ſanctus, non quòd exigua quædam ſit cum Deo exiſtens potentia, quemadmodum in corpore digitus: ſed quia unum quoddam ex diuiſione donorum, eſt etiam donum ſanationum: unum quoddam & non uniuerſa ſpiritus dona, digitum uocat. Nam huic quidem per ſpiritū datur ſermo ſapientiæ, alij uerò ſermo ſcientiæ ſecundum eundē ſpiritū, alij dona ſanationū, per eundem ſpiritū, alij prophetia, alij diſcretio ſpirituū, alij genera linguarū, alij interpretatio linguarū. Omnia uerò hæc operatur unus & idem ſpiritus, diuidēs peculiariter unicuiqꝫ ſicut uult. Poſsit aūt quis dicere quòd hæc omnia, & quæcunqꝫ alia dona ſpiritus ſunt, uelut quoddā corpus ipſius exiſtunt, unumquodqꝫ uerò donum uelut digitus. Sed & hāc dictionis utilitatem ne negligas. Quū enim dixiſſet, Omnia hæc operatur ſpiritus ſicut uult: etiā de Deo idē dixit, & diuiſiones operationū ſunt, idem autem Deus qui operatur omnia in omnibus. Si uerò operatur Deus omnia ſicut uult: omnia autem hæc operatur unus & idem ſpiritus, diuidens peculiariter unicuiqꝫ ſicut uult: quomodo diuerſitas eſſentiæ ſit, ubi operationis identitas cognoſcitur? uariatis enim eſſentijs, uariatas eſſe oportebat etiam opera tiones, ſecundum impijſsimum Eunomium. Eandem uerò autoritatem & poteſtatem ſpiritus, teſtatur ſaluator: Spiritus, inquit, ubi uult ſpirat. Ephe.4

De remiſsione peccatorum.

Proprium dei eſt remittere peccata, ipſo hoc dicente: Ego ſum qui deleo peccata tua. Et, Si fuerint peccata ueſtra uelut pannus puniceus, ut niuē dealbabo: ſi uerò fuerint uelut cocco tinctus, ut lanā inalbabo. Quandoquidem uerò deus dei filius Ieſus remittebat peccata paralytico dicens: Fili remittuntur tibi peccata tua: ea de cauſa maledicere putabatur à Iudæis ignorantibus ipſum eſſe deum, & dicentibus: hic maledixit, nullius eſt remittere peccata, niſi ſolius dei. At dominus inſufflans ſanctis Apoſtolis dixit: Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, eis remittuntur. Si igitur nullius eſt remittere peccata, ſicut ſanè nullius eſt, niſi ſolius dei: remittit autē ſpiritus ſanctus per Apoſtolos, deus ergo eſt ſpiritus ſanctus, & eiuſdē operationis cū patre & filio. Docete omnes gentes, baptizantes ipſas in nomen patris & filij & ſpiritus ſancti: gentes credētes & doctos iubet baptizari in nomine trinitatis. Petrus aūt ad Iudæos qui conſenſerant in mortem Chriſti, & pœnitentia ducebantur, Pœniteat, inquit, quiſqꝫ mutata mente à malicia ueſtra, & à uia praua, & baptizetur in nomen domini Ieſu, & ſaluabitur: uelut filius eadē operari poſsit, in lauacri regeneratione, quę pater & ſpiritus ſanctus operatur. Dominus autem ad Apoſtolos dixit, ut expectarent promiſsionem patris quam audiuiſſent, quòd Ioannes quidem baptizauit, inquit, in aqua, ad pœnitentiam: uos autem baptizabimini in ſpiritu ſancto. Si itaqꝫ eadem poteſt operari in Apoſtolis ſpiritus ſanctus, quæ nomen patris & filij in his qui credebant ex gentibus: & nomen domini Ieſu in Iudæis qui pœnitentiam egiſſent. Neqꝫ enim dicere quis poterit, Apoſtolos minus gratiæ per lauacrum accepiſſe quàm gentes, eo quòd in ſpiritu ſancto ipſi gratiam habuerunt: quomodo non eiuſdem eſſentiæ ſit ſpiritus cum patre & filio, qui eiuſdem ſit operationis? Ioan.1

Quòd eadem ſit poteſtas patris, & filij, & ſpiritus ſancti.

Vade in Damaſcum, & illic tibi dicetur, quòd uas electionis mihi ſis, dominus ē cœlo apparens ad Paulum dixit, quòd ipſum Euangelij præconem orbi terrarum conſtituiſſet. Ingreſſo autem in Damaſcum Ananias dixit: Saul frater reſpice, deus patrum prælegit te: & ut ne de Chriſto dictum putetur, ſubiungit, Vt facias uoluntatem ipſius, & cognoſcas iuſtum ipſius Ieſum. Atqꝫ ille ſanè uocationem & electionem ſcripto exprimēs, dixit, Paulus ſeruus Ieſu Chriſti uocatus apoſtolus. Deinde etiam aliud quid ad uocationem adijcit, Segregatus in Euāgelium dei. Quòd autē is qui ſegregauit ſpiritus ſit, Acta apoſtolorum docuerunt. Ieiunantibus enim inquit, apoſtolis & orantibus, dixit ſpiritus ſanctus, ſegregate mihi Paulum & Barnabam in opus ad quod uocaui ipſos. Si uerò eligit ipſum dominus deus patrum, quem præordinarat, & eundem ſegregat ſpiritus autoritate naturæ utens, quomodo eſſentiæ diuerſitas ſit in trinitate, in qua operationis identitas reperitur? Mei ſermones, inquit Solomon, à deo dicti ſunt: & Paulus, à Chriſto. An quæritis, inquit, probationē Chriſti qui in me loquitur. Nihilo minus aūt etiam ſpiritus in Apoſtolis loquit. Loquebantur enim inquit, apoſtoli prout ſpiritus dabat loqui ipſis. Rom.11

Et non eſtis uos qui loquimini, ſaluator ad ipſos dixit: ſed ſpiritus patris qui in cœlis eſt, loquitur in uobis. Loquitur etiam in prophetis ſpiritus. Quis enim dabit, inquit Moſes,
Num.11 ut omnis hic populus prophetet? quum Dominus dederit ſpiritũ ſuum ſuper ipſum. Sed
Act.11 & nouus noui Teſtamenti propheta Agabus exclamauit, dicens: Hæc dicit ſpiritus ſanctus: id quod conſueto more ueteris Teſtamenti prophetæ clamabant, Hæc dicit Dominus Deus. Et hæc omnia ex patre & filio & ſpiritu ſancto dicta cõtraxit Paulus & dixit,
2.Tim.3 omnis ſcriptura à Deo inſpirata. At ſi loquitur ſpiritus in Apoſtolis & prophetis, & omnis ſcriptura à Deo inſpirata eſt, dicite ad impios. Quomodo non Deus eſt ſpiritus, quum ſcriptura ipſius à Deo ſit inſpirata.

Quòd neq; uiſio, neq; oraculum ſit ſeparatim à patre & filio & ſpiritu ſancto.

Cap.6 Eſaias propheta uidi inquit Dominum ſabaoth ſedẽtem in throno alto & eleuato, & Seraphin ſtabãt circum ipſum, ſex alæ uni: & paulò poſt ait: Et dixit Dominus ad me, uade & dic populo huic: auribus audietis, & non intelligetis, & uidentes uidebitis, & non uidebitis. craſſefactum eſt enim cor populi huius, & cætera. Quãtum igitur ad poſitionẽ ac conſequutionẽ prophetici ſcripti, qui ſuper omnes ſedet, eſt pater, qui uiſus eſt & oraculum præbuit prophetæ. Attamen tonitrui filius ingentia loquutus, & qui tonitruo magis horrenda dixit, cuius proprium eſt, non hoc, non erat: ſed hoc, erat uerbum: filium dixit, eum qui uiſus eſt & qui oraculũ præbuit prophetæ. Dicit enim in proprio libro, propterea non potuerunt Iudæi credere in Ieſum, eo quòd Eſaias dixit de ipſis, excęcati ſunt oculi ipſorum, & induratum eſt cor ipſorum, ut ne uideant oculis, & intelligant corde, & conuertant ſe, & ſanem ipſos. Hæc dixit Eſaias quum uidit gloriam ipſius. Paulus uerò ui-
Act.28 ſionem & oraculum hoc, ſpiritus eſſe dixit, quũ ait: Rectè dixit ſpiritus ſanctus per prophetam Eſaiam ad patres noſtros: auribus audietis, & non intelligetis, & uidentes uidebitis, & nõ uidebitis: craſſefactum eſt enim cor populi huius. Propheta itaq; patris perſonam inducit, in quem credebant Iudæi: euangeliſta, filij: Paulus, ſpiritus: unum Dominum ſabaoth qui uiſus eſſet in cõmuni nominantes. Diuiſus eſt enim ipſis ſermo de perſonarum ſubſtantia, indiuiſa manente in ipſis de uno Deo ſententia.

Quòd participant creatore, ea quæ ſecundum imaginem ipſius facta ſunt. Hoc autem per ſpiritum ſanctum ipſis contingit.

Quòd ſi hæc intellexiſſent, & rectè accepiſſent hi qui contra ſeipſos improbe cauillantur, non ſanè ſpiritum à deitate abalienaſſent, ut ne ſeipſos à deitate reſecarent, & mundũ à Deo ſepararent, & Deum à propria creatura dirimerẽt. Miſera enim eſſent omnia quæ creata ſunt, & ſecundũ creatam naturam gloria creatoris deſtituta, ſi non deitate participarent. Indignus autem Deo ſermo eſt, quòd nudam & uelut à ſeipſo deſertam contemnat creaturam. Sed neq; creatura ita miſera eſt, neq; Deus ita impotens, ut ſanctam participationem in creaturas non tranſmittat. Proinde ſtatim ab initio ſecũdum imaginem facere hominem uoluit. Omnium autem rerum imago quæ manu fit, dum ab exemplari transfertur, ſimilitudinem in materiam accipit, & charactere participat, per artificis ingenioſam cogitationem, & manus impreſſionem. Sic pictor, ſic ſculptor, ſic is qui auream & æream ſtatuam facit, accipit materiã, reſpicit ad exemplar, aſſumit eius cui ſpeculationem intendit figuram, atq; hanc exprimit in materia. Si uerò fieri non poteſt, ut homines ad ſimilitudinem exprimant materias, ſi non idea ipſarum participent: quomodo creatura ad ſimilitudinem Dei aſcenderit, ſi diuini characteris non particeps fieret? Diuinus autem character non qualis humanus eſt, ſed uiuens, & reuera exiſtens imago imaginis effectrix, per quam omnia quæ illa participant, imagines Dei fiunt. Imago quidem Dei
Coloſſ.1 eſt Chriſtus, qui eſt inquit, imago Dei inuiſibilis. Imago aũt filij ſpiritus, & qui hoc participant, filij conformes fiunt, iuxta id quod ſcriptum eſt: Quoniam quos præſciuit, eos e-
Rom.8 tiam præfiniuit conformes imaginis filij ſui, ut ipſe ſit primogenitus inter multos fratres.

Quòd ſpiritus ſanctus non ſit poſſeſſio Dei, nec creatura.

Gal.4 Quomodo igitur ſpiritus teſtimoniũ conferet ſpiritui tuo, uelut Apoſt. ait: quòd filius Dei es, ſi ipſe à gloria filij alienus eſt? Quomodo in te clamabit Abba pater, ſi non reuera eſt participatio ex filio, non poſſeſſio ipſius, quæ ab ipſo emittatur uelut ſpiritus humanus,

humanus,aut ſpiritus uenti,uelut dicere ſolent hi qui ſpiritum ſeparant à deitate:ſed dei
& filij ſpiritus ſempiternus,qui in diuina gloria eſt & cognoſcitur? Non enim ſpiritus ſtu-
us eſt Chriſtus,neq́ʒ ſpiritus uenti dominus,neq́ʒ ſpiritus immundus. Nam & hoc quidã
adducere auſi ſunt. At ſpiritus ſanctus Chriſtus & dominus nominatur,dicente quidem
Apoſtolo,uelut paulò antea mentionem fecimus: Si uerò quis ſpiritum domini non ha-
bet,hic non eſt ipſius. Si autem Chriſtus in uobis: quibus uerbis ſpiritus inhabitationem, Rom.8
Chriſti inhabitationem pronunciat: dicente uerò rurſus, Dominus autem ſpiritus eſt, ubi
uerò ſpiritus domini,ibi libertas. Quare domini ſpiritus,eſt dominus. Nõ ergo poſſeſſio, 2.Cor.3
aut creatura domini.

Quòd imago uera & naturalis dei & Chriſti,ſit ſpiritus.

Sed & imago uera iuſtè appellabitur,non ex imagine diuina ſicut nos.Propterea enim
quum ipſe imaginem exprimat,nõ ab imagine exprimitur, & quum unguentum ipſe ſit,
non ungitur. Vnguẽtum autem in nobis ſpiritus,ut Ioannes dicit. Et quid dixi in nobis?
Iam enim etiam in ipſo domino ſecundum carnem.Ieſum inquit à Nazaret,ut unxerit i- Act.10
pſum deus ſpiritu ſancto & potentia. Chriſtus igitur eſt,id eſt unctus, propter ſpiritum
& unctionem in ſpiritu. Non enim per alienum à deitate eſt domini unctio, & nomen
Chriſtus,& qui ab ipſo Chriſtiani appellantur. Vere enim deplorandum eſſet, ſi nomen
ſalutis noſtræ à creatura initium ſumeret,& à creatura deduceretur,& ſi per ſeruum adop
tionem haberemus.Creatura non ſanctificat creaturam,ſed ab uno ſancto omnia ſancti-
ficantur, qui de ſeipſo dicit , Ego ſanctifico me ipſum. Sanctificat autem per ſpiritum Ioan.17
ſanctum,uelut antea oſtenſum eſt.Non eſt ergo ſpiritus creatura,ſed ſanctitatis dei cha-
racter,& omnibus fons ſanctificationis.In ſanctificatione ſpiritus uocati ſumus,uelut A- 2.Theſſ.2
poſtolus docet.Hic nos renouat.Et rurſus,imagines effecit dei per lauacrum regeneratio Tit.3
nis:& per renouationem ſpiritus ſancti adoptamur domino,noua rurſus creatura partici
pans ſpiritu,quo priuata inueterata fuerat.Imago dei rurſus eſt homo , qui à ſimilitudine
dei exciderat,& comparatus pecoribus inſipientibus & ipſis aſſimilatus erat. Aſſimila-
tus brutis ſecundum mortem.Sicut enim mors huius inquit,ita mors illius. At nunc inqt, 1.Cor.15
qui ſuſcitauit Chriſtum ex mortuis,uiuificabit etiam mortalia corpora ueſtra per ſpiritũ
ſuum inhabitantem in uobis.

Quòd diuina natura eſt ſpiritus,ut quæ perfectrix ſit operum dei.

Qui itaque creaturam renouat,& corruptionem in incorruptibilitatem tranſmutat,&
nouam nos creaturam in æuum permanentem efficit , eum ab opifice deo & filio quis
ſeparabit? Quomodo is qui extra deitatem eſt,deitatis creaturam conſeruat, nouam &
incorruptibilem efficiens? Quo alio opus habebat deus ad hoc,ut creaturam ſuam quæ
diffluxerat recuperaret? Sileatur ſermo impius, qui inueteratam quidem & corruptam
creaturam dei opus eſſe dicit:eam uerò quæ non amplius inueteratur,neq́ʒ corrumpitur,
renouationi per creaturam attribuit.Ne glorificetur creatura ſupra deum. Glorificatur
autem ſupra deum ſi immortalia & incorruptibilia efficiuntur per creaturam ea quæ mor
te & corruptione ſoluta ſunt,& quæ deus creauit per filium.Nam ſpiritus diuinus perfe-
ctor eſt omnium quę à deo per filium facta ſunt,quemadmodũ in noua creatura, de qua
dicitur,ſi qua in Chriſto noua creatura:Sic etiam in ueteri quæ ab initio erat,propter hoc 2.Cor.5
inquit,uerbo domini firmati ſunt cœli,& ſpiritu oris eius omnis potentia ipſorum. Vi Pſal.32
uens eſt uerbum in quo facti ſunt cœli. Hic ipſe eſt deus uerbum , de quo Ioannes cla- Cap.1
mat,omnia per ipſum facta ſunt,& ſine ipſo factum eſt nihil. Vitam eſſe ſpiritum uiuifi-
cantem oſtendit iuxta id quod ſcriptum eſt,uita ſpiritus,qui cœleſtium potentiarum per Gen.6
fector eſt,hic ipſe qui cum patre & filio glorificatur.Neq́ʒ enim uerborum prolatione cre
at deus,etiamſi humano more nominentur dei oracula,uerba prolaticia: neque ſpiritus
aerij profuſione ornantur cœli: Spiritus enim uiuenti uerbo coniunctus ad creandum,
uiua potentia & diuina natura , quæ ineffabilis ex ineffabiliore effulſit, ineffabilis item
per inſufflationem in hominem emiſſa eſt, & ſecundum corporalem figuram à domino
edoctam,rurſus ab ipſo per inſufflationem reſtituta. Concurrere enim oportet cum ea
quę ab initio erat nouitate,eã renouationẽ & cõcurſionẽ quę nũc eſt.Efformauit igiẽ qui
inſufflaſſet,nõ aliud exiſtẽs ab eo q ab initio inſufflauit,ſed ipſe per quẽ dedit deus inſuf- Gen.2
flationem,tũc quidẽ cũ anima,nũc aũt in animã.Sic creat deus, nõ manuũ corporaliũmo

tione,ſed uiuentis uerbi operatione,& ſpiritus uiuifici diſtributione. Si itaq; & ab initio
in ſpiritu omnia facta ſunt,& in ſpiritu rurſus renouãtur,una & eadem operatio Dei per
filium manifeſte apparet,& trinitas ſeparationem nõ ſuſcipit:ſed iuxta uerã Pauli doctri-
nam,diuiſiones donorũ ſunt,idem aũt ſpiritus:& diuiſiones miniſteriorum ſunt,& idem
1.Cor.12 Dominus:& diuiſiones operationũ ſunt,idem autem Deus qui operatur omnia in omni
bus.Et poſtquam omnes diuinas operationes recenſuit: Omnia autẽ hæc inquit,opera-
tur unus & idem ſpiritus,diuidens peculiariter unicuiq; ſicut uult.

Quòd quum glorificetur cum Deo ſpiritus,oſtendit ipſum non eſſe creaturam,ſed diuinæ naturæ.

Profectò creaturarũ Dei poteſtatem non habet creatura,neq; circa ipſas operatur,ſed
Mat.18 alia eſt creatoris,& alia creaturarum actio. Angeli uident faciem patris qui in cœlis eſt,
quemadmodum ait ſaluator,& hæc ipſorũ magna gloria ac beatitudo eſt.Sunt autẽ ope-
Pſal.103 ra Dei,iuxta hoc,Qui facit angelos ſuos ſpiritus,& miniſtros ſuos flammã ignis. Sed &
ipſos ſanctificat,& in ipſis operatur,ſicut in ſanctis hominibus. Ipſi etiam annunciant ea
quę dei ſunt,quemadmodum homines.Quapropter neque angelos cum Deo glorifica-
mus,ſicut neq; homines. Non enim propria ipſorũ reputamus ea quæ per ipſos fiunt,ſed
Ephe.1 Dei in ipſis operantis.Spiritus aũt cum Deo & filio glorificatur, utpote quũ etiam diui-
na operatio per ipſum.Gratia enim Domini noſtri Ieſu Chriſti,inquit Paulus,& dilectio
Dei,& communicatio ſancti ſpiritus,cum omnibus uobis.Et caput ſalutis noſtræ, & per
fecta de deitate traditio,in ſanctificationem eorum qui baptizantur,eſt baptizare in no-
men patris,& filij,& ſpiritus ſancti.Quòd uerò in ijſdem diuinis operibus ſancta trinitas
glorificatur,unius deitatis teſtimonium eſt.Nam neque ſine filio facit pater,neque filius
ſine ſpiritu.

Quòd ſicut filius ad patrem ſe habet,ita ſpiritus ad filium.

Heb.1 Et propterea Dei quidem uerbum eſt filius.Verbum aũt filij eſt ſpiritus. Nam qui fert
Ephe.6 inquit,omnia uerbo potentiæ ſuæ.Et quãdoquidem uerbum eſt filij per Deũ,gladium in
quit,ſpiritus,quod eſt uerbum Dei. Verbum autem Dei uiuens eſt ac efficax. Ne enim
mihi ad humanas delabaris ſimilitudines,ſed ubiq; id quod maius eſt de Deo intelligas,
ad unius operationis demonſtrationem,uerbi exemplum accipiens. Nam & mens tua
per uerbum omnia elaborat.

Cur non etiam ſpiritus filius filij.

Non equidem quòd non ſit ex Deo per filium, ſed ut non trinitas putetur eſſe infinita
multitudo,quæ ſuſpecta ſit filios ex filijs habere,quemadmodũ in hominibus uidere eſt.
At dicis,ſi Dei quidem imago eſt filius, filij autem ſpiritus, cur non filius filij ſpiritus di-
ctus eſt?hoc enim uelut fortiſsimo ad impietatem uſus es. Aut enim filium, aut creaturã
intelligere iubes. Et quia non nominatus eſt filius, propterea creaturam eſſe maledico
ore dicis,eum qui eſt creaturæ cauſa,qui eſt creaturæ ſanctificator ac deificator, qui Do-
mini ac Dei nomine glorificatur,qui diuinarum operationum expletor eſt.Quandoqui-
dem igiť indignus tibi uidetur appellatione filij,uelut qui alienus ſit à filio ac patre,conſi
dera quomodo filios efficit eos qui ſanctificantur.Si tu per ſpiritum filius Dei es,quomo-
do ſpiritus alienus ſit ab eo quod ſit filius?Si tu per ſpiritum Deus, quomodo ſpiritus a-
lienus fuerit à deitate?Interrogabis ſanè uiciſsim,cur igitur filij nomen non ſuſcepit?Nã
his quæ dicta ſunt animum non aduertis, eius uerò quod non eſt dictum cauſam expe-
Matt.22 tis,quemadmodum Sadduceus reſurrectionem non admittens,ſed reſurrectionis modũ
curioſè inueſtigans, & quod dictum eſt,per hoc quod dictum non eſt reprobans. Etſi
ſiluerimus,ut qui ea quę Dei ſunt curioſè inquirere nolimus,diuini ſpiritus gloriam uictã
Rom.8 eſſe arbitraris,eo quod filij appellatio de ipſo poſita non eſt, quaſi non idem ex te quæ-
ri poſsit.Si enim confiteris filios per ſpiritum adoptione fieri infinitos,cur ſpiritus neque
adoptione filius appellatur, quum ſanè præſtantior ſit his qui gratia in filios adoptati
ſunt per ipſum,& propterea magis non deberet minui per appellationem. Nos uerò e-
tiam de hoc pro uiribus nobis ipſis reſpondebimus.Nam ad te etiam ſilere ſatis eſſet,quũ
eadem interrogatio etiam tibi incumbat. Dicimus igitur, quòd dicere filium ex filio,
trinitatẽ deitatis in multitudinis ſuſpicionẽ adduxiſſet apud homines,qui hoc audiuiſ-
ſent.

ſent. In promptu enim erat ſuſpicari, ſi quidem filius ex filio genitus eſt, & ex hoc rurſus alius fuerit genitus, & rurſus alius, & ita conſequenter ad multitudinem progreſſu facto. Propter hoc ſane ſpiritum ex deo eſſe, clare predicauit Apoſtolus dicens, ſpiritum qui ex deo eſt accepimus: & per filium effudiſſe ſe manifeſtũ fecit, dum filij ſpiritum ſicut dei ipſum nominauit. Sed & mentem Chriſti appellauit, quemadmodum etiam ſpiritũ dei, uelut hominis. At filium filij appellare cauit, quo unus quidẽ pater ſit deus, ſemper pater permanens, & quod eſt in ęternum exiſtens: unus autem filius, ęterna generatione genitus, qui ſine principio cum patre filius eſt dei uerus, ſemper exiſtens quod eſt Deus uerbũ & dominus. Vnus item ſpiritus ſanctus, uere ſanctus ſpiritus, iuxta id quod ſcriptum eſt, q́ cum patre & filio conglorificatur: qui ſanè etiam ſpiritus oris nominatur apud prophetam Dauid, quem etiam digitum dei eſſe docemur in Euangelio, domino dicente: Si autẽ in digito dei ego eijcio dæmonia. Hæc dicta ſunt, & bene dicta ſunt, ſicut ſunt his qui nõ curioſè credunt in deum, & uerbum, & ſpiritum, unam deitatem quæ & ſola adoratur. Et ut nuſquam aditus fiat multitudinis, ſed unum quodq; in trinitate unum eſſe cognoſcatur, unus pater, unus filius, unus ſpiritus ſanctus. Pſal. 32 Luc. 11

Quòd etiam abſq; hoc ut ſpiritus uocet̃ filius, manifeſtũ eſt ipſum ex deo eſſe, & quomodo humana exempla deitati ſint adaptanda & non reijcienda.

Neq; enim minus quicq; habituri eramus ad cognoſcendũ quòd ex deo ſit ſpiritus ubi ſpiritum oris dei audiſſemus. Satis enim eſt hoc ipſum nomẽ ad ſubſiſtentiam eius quæ ex deo eſt declarandã. Neq; em̃ filius, neq; generatio, propriũ deitatis eſt, ſed ex humana ſimilitudine adductum. Sed & ſpiritus appellatio ex ſimilitudine eſt. Hac itaq; in diuino ſpiritu diuina ſcriptura uſa eſt, aliter ex deo producens, quum non oporteret per eãdem ſimilitudinem etiam hunc indicare, ueluti dictũ eſt. Tu uerò ſimiliter ut increduli diuinæ doctrinæ te opponis, feſtinans ad maledicendũ. Et quia ſpiritus proceſſio ex deo, non generatio uocata eſt, propterea neq; ſpiritũ ipſum oris dei eſſe credis, ſed manuũ dei opus: & humana exempla contemnens, ſubuertis ea quæ ex ipſis illuſtrantur diuina dogmata: quum oporteret audire diuina uerba cũ timore, & ſuſcipere cũ pietate quicquid dicit̃, & non ſtultiſſime ea quæ pietatis ſunt cauillari. Generat deus, non ut homo. Generat autẽ uere, & genitura ex ipſo eſt uerbũ, non humanũ: edit autem uerbũ uere ex ſeipſo, & emittit per os, non uelut ſpiritũ humano more, quia neq; os dei corporale eſt: ex ipſo tamẽ ſpiritus, non aliunde. Operat̃ deus, manibus nõ corporalibus. Operatur autẽ non ex ſeipſo producens creaturas, ſed per operationem ſufficiens: quemadmodũ manibus operãs homo non ex ſeipſo producit opus, neq; diuinorũ oraculorum terminos tranſmouet. Filius eſt filius, & ſpiritus ſpiritus, non creatura. Neq; de filio quæras cur nõ ſpiritus uocatus eſt, neq; de ſpiritu cur non filius, neq; creaturã filiũ aut ſpiritũ maledico ore dicas. Filius Dei fructus ſanctus ex ſancto, æternus ex æterno, ſpiritus ſancti ſuppeditator ad ſubſtantiam & formationem creaturę. Qui filiũ tollit, principiũ creationis uniuerſorũ ſuſtulit. Principium enim ſubſtantiæ omniũ eſt dei uerbũ, per quod omnia facta ſunt. Qui ſpiritũ aufert, perfectionẽ eorũ quæ facta ſunt reſecuit. Emiſſione enim & participatione ſpiritus fiunt ea quæ fiunt. Nõ in tempore procedit id quod procedit ex deo, etiamſi in tempore creaturas producat. Eſt deus uerbum ſemper, etiam prius q́ à Moſe oſtenderetur, uelut humano more loquente, quo facta per ipſum creatura iuxta humanam formam explicaretur. Eſt & ſpiritus ſemper, etiam antea quàm ſcriberetur à Moſe, ferri ipſum ſupra aquas & ex ſufflatum ipſum eſſe ad uiuificationem. Ioan. 1 Gen. 1

Quod ſi non ſpiritum ex deo eſſe quis dicat, neq; uerbum.

At conſortij quidem ad deũ ſigna, & cõiunctionis diuinæ interpretamẽta, uerbi uidelicet ac ſpũs nomina, reſecat Eunomius. Externa uerò & diuerſam naturam ſignificãtia, ea ſola admittit, manus operationem, & operũ creationẽ. Si em̃ ſpiritũ ex ore dei proceſſiſſe nõ credis, neq; uerbũ credes: nam & Dauid uerbum & ſpiritũ ſimul glorificãs, uerbo dñi dixit cœlos firmatos eſſe, & ſpiritu oris ipſius omnẽ poteſtatẽ ipſorũ. Et Moſes poſtquã uerbo facta opera declaraſſet, etiam ſpiritu uiuificata demonſtrauit, in hominis ſecundum imaginem formatione. Quomodo igitur ſeparari poſſint quæ ſunt inſeparabilia? uerbum Dei, & ſpiritus ex Deo per filium? Si uerò nõ credis de ſpiritu, audi Paulum qui Gen. 1

formatio-

formationem noſtrā ſecundū deum in ſpiritu perfici dicit. Nos autem omnes reuelata fa-
2 Cor.3 cie gloriam domini in ſpeculo repræſentantes, ad eandem imaginem trāſformamur à glo
ria in gloriā, tanquam à domini ſpiritu: per uerbum igitur, & in ſpiritu eſt factura ſecundū ima
Ioan.1 ginem. At facit ſpiritum deus, & facit per filium: & hoc, Omnia per ipſum facta ſunt: com
prehendere tibi uidetur etiam ſpiritum? Igitur dualitas tibi trinitas demonſtratur? Si enim
cum omnibus eſt ſpiritus, quomodo cum patre & filio eſt ſpiritus? Quomodo trinitas eſt
trinitas? & quomodo in trinitate baptiſma totum mundum ſanctificat? Sed & cum aqua
connumerari ipſum dicis, uelut qui creatura ſit, quemadmodum etiam aqua eſt. Dicere
enim dominum, ſi nō regeneratus fuerit quis ex aqua & ſpiritu. Et hoc exiguum eſt. Tu ue-
rò etiā cum igne gehennæ ſpiritū diuinū componis, eo quòd dicit Ioānes, Ipſe uos bapti-
Mat.3 zabit in ſpiritu ſancto & igne. Hæc quem impietatis exceſſum non ſuperant, ſi aquæ di-
gnitatem ſpiritui ſancto attribuis, eo quòd ſpiritus in ipſam deſcenſu aqua ſanctificatur.
Nam tu eam quæ ſanctificatur, ei qui ſanctificat adæquandam duxiſti: & eum qui deo ac
filio cōnumeratur in eandem operationem ac gloriam, nō horreſcis, quo minus ipſi unā
operationem ac gloriam reſeces. Verùm quòd aqua utitur ad corporum purificationē,
propterea æqualis cum aqua dignitatis ſpiritum reputas. Et medicinā quidem materijs
utentem, nō ęqualē cum materijs dignitatē habere dicis, ſed materiarū dominam. Spiri-
tum autem diuinū utentem aqua ad peccati ſordes depurgandas, in aquæ ignobilitatē ac
humilitatem deijcis, aquæ quæ etiam ad cōmunem impiorum uſum cōceſſa eſt, aqua qua
omnia corporum inquinamenta depurgantur. Si uerò etiam ignis dignitatem conſide-
raſti, qualem nam rem mente cogitare auſus es? Admiror dementiam, ſi non reuera ig-
nem extimuit. Baptizat Chriſtus in ſpiritu eos qui digni ſunt ſanctificatione. Indignos
uerò in ignem demittit, alienos à bono tradens malo. Propterea igitur tibi bonum & ma-
lum coniuncta eſſe uidentur, & ſimul creata ac ſocia. Et quum nos demonſtremus eaſ-
dem operationes patris & filij & ſpiritus ſancti, tu non uides unionem, neque quādo per
ſe in dei gloria ſpiritus prædicatur intelligis, quum diuinam gloriam de ipſo prædicent
Act.15 Apoſtoli: Hæc dicit ſpiritus ſanctus: uelut prophetæ, Hæc dicit dominus: & domini tenta-
tationem dicant ſpiritus tentationem, quādo ad eos qui tentaſſent dicit Petrus: Cur con-
Act.5 uenit inter uos ut tentaretis ſpiritum domini? Et ad eoſdem, non mentitus es homini-
bus, ſed Deo. Si uerò Apoſtoli dicunt, uiſum eſt ſpiritui ſancto & nobis, non componen-
tes ſeipſos ad ſpiritus poteſtatem, ſed ſubdentes, uelut qui ab ipſo tunc ducerentur, quaſi
unam cognitionem ac ſententiam & unam poteſtatem ſpiritus & ſuam dicentes: tu in
Exod.14 creaturam ſpiritum deducere uiolenter conaris. Quemadmodnm ſi etiam Moſi deum ad
æquari diceres, quum audis quòd credidit populus domino & Moſi ſeruo eius. At ni-
mirum differentia eſt inter dominum & ſeruum, quam etiam ſcriptor demonſtrauit, dum
dixit: Moſi ſeruo ipſius. Deo enim ut domino & qui Moſem miſit creditur. Moſi uerò ut
ſeruo miſſo. Sic ſanè etiam ſpiritui quidem uiſum eſt uelut domino, ut illa uelut legitima
ab Eccleſia reciperentur: Apoſtolis autem uelut miniſtris placuerunt ea quæ per ipſos e-
nunciata ſunt præcepta. Sed non eſt ſpiritus ſeruus. Dominus enim inquit, ſpiritus eſt: &
Gal.4 ubi ſpiritus domini, ibi libertas. Et Iſrael quidem ut ſeruus, præceptis ſpiritus cum timore
admonitus ducitur. Eccleſia uerò Chriſtianorū per dilectionē ſanctificata adoptatur. Qua-
Rom.8 propter ait Paulus, Nō enim accepiſtis ſpiritū ſeruitutis, rurſus in timorē, ſed accepiſtis ſpi
ritum adoptionis, in quo clamamus Abba pater. Nō enim is qui ſeruū accepit, filius à ſer-
uo conſtituitur: neque propter ſerui participationem, patrem deum liberè appellabit: neque is
qui ſeruus eſt operatur ea quæ dei ſunt ſicut uult: neque ſpiritus præſentiam, ſi ſeruus & cre
Psal.138 atura eſſet in omnia penetrare hymnorū cantor dixiſſet, qui faciem & manū ipſum appel
lat ac dicit: Quo ibo à ſpiritu tuo, & à facie tua quo fugiam? Si aſcendero in cœlum, tu illic
es, ſi deſcendero ad infernum, ades: ſi ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in
extremis maris: etenim illic manus tua deducet me, & continebit me dextera tua. Spi-
Sap.1 ritus enim eſt qui implet uniuerſa, ſicut ſcriptum eſt. Spiritus enim domini repleuit or-
Esa.30 bem terrarum, inquit Solomon. Quapropter quādoquidem etiā per ſeptem operationes
Cap.3 cognoſcitur ſpiritus, quas Eſaias recēſuit, ſeptem oculos ſpiritū dñi dixit Zacharias, ita in-
Hier.23 quiens: Hi oculi dñi aſpicientes terrā. Et id quod dicitur, cœlū & terrā ego replebo dicit dñs: re
pletionem diuini ſpūs ſignificat. Quēadmodū per Zachariā dicit deus, ego ſum inter uos
& ſpi-

& ſpũs meus ſtat in medio ueſtrum. Sed & antea plura alia huiuſmodi dicta ſunt, de eo ꝙ
ſpũs ſit qui creaturam replet. Quis igit̃ nõ ſentit diuinã ſpũs gloriã, quũ hoc audit? Quo
ibo à ſpiritu tuo? Et rurſus, Cœlũ & terram ego impleo dicit Dñs. In unũ & idẽ cõcurren
tẽ uideo, & Dei & ſpũs uniuerſalẽ dictã in omnib. pręſentiã. At tu in huiuſmodi quũ non
poſsis ſpiritũ increatum intelligere aut dicere, ipſum Deũ ſpiritũ uocari dicis. Sed neq; in
habitat per ſeipſum in creatura Deus, neq; pro ſpiritu Dei accipere, quis poſsit Deũ, quũ
clarè audiat Apoſtolũ de eo qui in nobis habitat dicentẽ: Nobis enim reuelabit Deus per
ſpiritũ ſuũ, ſpiritus enim omnia ſcrutat̃, etiam profunditates Dei. Quis em̃ hominũ nouit 1.Cor.2
quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis q in ipſo eſt? Sic etiam ea q̃ Dei ſunt nemo nouit,
niſi ſpiritus Dei. Nos aũt nõ ſpiritum mundi accepimus, ſed ſpiritũ q ex Deo eſt, quo ſcia
mus ea q̃ à Deo nobis donata ſunt. Si itaq; nemo in his poterit ſpiritũ Dei Deũ accipere,
etiamſi ita unitũ ipſum Dei glorię uideat, uelut homini eſt hominis ſpiritus: ne uim faciat,
ut ſpiritũ Dei ipſum Deũ eſſe dicat. Spiritus inquit, meus ſuper te eſt, nõ Deũ, ſed à Deo Pſal.61
ſpiritũ indicauit, ſpiritus Domini ſuper me: unũ diuinũ ſpiritũ, nõ plures uno uocauit. Di
cat aliquis, etiã Deus appellat̃ à Domino ſpiritus. Spiritus nomine patrẽ indicauit, eo ꝙ
incorporeus eſt. Quẽadmodũ em̃ ſpiritus Deus eſt, iuxta hoc, Templũ dei eſtis, & ſpiri-
tus dei habitat in uobis. Sic etiã deus ſpiritus eſt, ita ut trinitas non diſſecetur, neq; ſepare- 1.Cor.3
tur ſecundum naturã, ut etiã nomina non ſeparẽtur. Quapropter quũ unus ſit deus, deus
etiam eſt filius paterna natura, & paterno nomine: & quũ unus ſit dominus filius ipſe, pa-
ter etiam dominus eſt, imaginis nomine appellatus, uelut ipſius primarius typus ac geni-
tor: Sic etiam ſpiritus dominus, à domino nomen habens, à quo etiã datur: & dominus ab Ioan.4
imagine eſt ſpiritus, nam & deus ſpiritus ab ipſo appellatus eſt. Neq; propterea tres de-
os, neq; tres dominos, neq; tres ſpiritus facere conuenit, ſed trinitatis unitatem in nomi-
num cõmunione cognoſcere. Quanq; tu ſanè ad tantam dementiam deueniſti, dum ſepa
ras ac ſeiungis à patre & filio ſpiritum, ut etiam dicas abſq; ſpiritu uitam æternam, in pa-
tre & filio promiſsam eſſe, eo quòd dominus dicit: Hæc autem eſt uita æterna, ut cogno- Ioan.17
ſcant te ſolum uerum deũ, & quem miſiſti Ieſum Chriſtũ. Proinde ſi ſpiritus per hoc tibi
exemptus eſſe uidet̃, baptiza abſq; ſpiritu baptiſma uitæ. Si uerò in ſpiritu uitam in hære-
ditatem accipis: quomodo æternam uitam abſq; ſpiritu ſomnias? Si quis ſpiritum Chriſti Rom.8
inquit, non habet, hic non eſt ipſius. Quomodo igit̃ in æternum uiues, ſi non fueris Chri-
ſti? Non autem poteris eſſe Chriſti, ſi ſpiritum ipſius non habeas. At cur inquit, nõ appo-
ſuit, Vt cognoſcãt te ſolum uerũ deũ, & quẽ miſiſti Ieſum Chriſtũ, & ſpiritũ ſanctum? Nõ
ſeparans ſpiritum à dualitate uelut iſti, duos nominauit, ſed uice uerſa uniens & iudicans
in patre & filio ſpiritũ inſeparabilẽ. Nã & quũ Paulus dixit, Quicunq; in Chriſtũ baptiza
ti eſtis, Chriſtum induiſtis: nõ ſanè abſq; patre ſanctificationẽ induxit, ſed in filio etiam pa Gal.3
trem ſignificauit. Quum uerò dicit, uobis em̃ reuelauit deus per ſpiritũ ſuum, nõ ſubtraxit
filiũ dicẽtem, neq; patrẽ quiſq; cognoſcit niſi filius, & cui filius reuelarit. Si uerò etiam nõ
nominans patrem, ſignificat ipſum in filij nomine, & cum paterno nomine ſignificat etiã
genitum ipſum: Sic etiã ubi ſpiritus nõ nominat̃, in ſuppeditante ipſum & datur & intelli
gitur. Aut etiam ubi Apoſtoli dicunt, Hæc dicit ſpiritus ſanctus, ſolum ſpiritũ putabimus
leges nobis ferre, & futura prædicere, & non ex patre per filium legiſlationẽ & prophe- Act.15
tiam deſcendere? Et quũ dicitur puer ſanctus ex ſpiritu ſancto genitus eſſe: non ſine uer-
bo ſpiritum ad infantis ſubſtantiam acceſsiſſe ſuſpicabimur, & quidem quum Ioannes di Mat.1
cat, quòd uerbum caro factum eſt, & uerbo incarnatio adſcribatur. Verùm per omnia Ioan.1
manifeſtum eſt, quod & in uerbo ſpiritus, ita ut unitas ſecundum deitatem non diui
datur. Nam trinitatem trium nominum aſſumptio enumerat, & trinitatis unionem
habet etiam ſecundum unum nomen ſignificatio. Sicut hoc, Ex ipſo, & per ipſum, & Rom.11
in ipſo omnia: in unum nomen contraxit, & patris proprietatem, & filij, & ſpiritus
ſancti. Vnus enim eſt deus ex quo omnia, & unus dominus Ieſus Chriſtus per quem
omnia, unus item ſpiritus ſanctus in quo omnia, iuxta quod dicitur hoc: Vos non eſtis
in carne, ſed in ſpiritu, ſiquidem ſpiritus dei habitat in uobis. Quare & in hoc: In deo
uiuimus & mouemur, & ſumus: clare proprietas ſpiritus in deo indicatur. Non enim Act.17
creaturæ operatione deus glorificatur, quum ipſe eſſe dicatur, in quo uiuimus, & moue-
mur, & ſumus. Nec per creaturam creatura continetur, & uiuit, quum etiam ipſa opus
habeat,

habeat,ut creatoris potentia fulciatur. Verùm ſpiritus diuinus omnia quæ ex Deo,& per
filium ſunt,ſuſtentat in hoc ut ſint. Quapropter etiã ut in hoc ut ſint durent largit̃ his qui
eius participes fiunt. Et uiuimus in ipſo rurſus,qui prius ꝓpter ſeparationem corrumpe-
bamur. Quum autẽ plura dicere poſsimus,quæ & Deum in creaturã,& creaturã in Deo
ſignificant,quibus ſanè ſpiritus ſignificatur, relatis uelut ſignis plurimũ contenti erimus,
quum oſtenderimus errore ſeductis,quòd aduerſus Deum eſt ipſorum contra ſpiritum
impietas,ſi modò Dei gloriam eſſe ſpiritus gloriam cognoſcere ſtuduerint.

Quòd non ab æquiuocatione identitas,ſed à diuina natura unitas cognoſcitur.

Gen.6 At ſpiritus,inquit,dicitur etiã hominis,ut hoc,Nõ permanebit ſpiritus meus in homi-
nibus iſtis. Et ſpiritus uẽti,ut hoc, Flabit ſpiritus eius,& fluẽt aquæ:& alia multa inuenire
Pſal.147 quis poterit. Verũ rectius repulerit hæc qui diuinas ſententias pie cõiectat, ſi ad aduerſa-
riorum obiectionẽ dicat,quòd ſi quis ex æquiuocis identitatem induci putat, quid faci-
Exod.3 et quum multa etiam dicantur aut uocentur quæ ſunt,unius autem ſit hoc Domini & ue-
re Dei dicentis,Ego ſum qui ſum. Dicuntur etiam patres multi, & dij,& genitores,& ſa-
pientes, & potentes, & creatores, quæ natura ſoli Deo ſemper adſunt, & ingenita ſi-
militer dicuntur quæ nondum genita ſunt, ſed generari aut fieri debent. Sicut etiam
mortuorum reſurrectio nondum facta ingenita dicitur,quum tamen ſit futura. Aut ſicut
annulus ex ferro faciendus,ingenitus eſt in ipſa ferri natura. Aut ſicut ubi ab aqua, aut la-
pide ignis,aut ex alia quadam materia ſimiliter eiuſmodi fit ignis. Rurſus ingenitum in-
telligimus quod non exiſtit,quod nuſquam nequaquam eſt. Dixit aliquis quod non eſt,
is ſubſtantiam ſuſtulit,& eſſentiæ ſubſiſtentiam. Quod non eſt, & quod in ſubſtantia non
eſt,naturam ſignificat non exiſtentem, & quæ omnino non eſt. Verùm ſi quis dicat ſub-
ſtantiale & eſſentiale,is exiſtentem eſſentiam ſignificauit. At dicere ingenitum Deum,
aut cum articulo,hunc ingenitum, ſiue præponat quis nomen Deum,aut poſtponat,is
eſſentiam non ſuſtulit,neq; ipſum eſſe Dei:ſed ipſam genitam non eſſe dicit:imò uerò ne-
que creatam Dei eſſentiam ſignificat. Sed non quia ipſam Dei eſſentiam non ſuſtulit,iam
quid ſit Dei eſſentia ſignificauit:nõ dico qualitatẽ aut quãtitatem,uelut illi uana loquen-
tes demonſtraturos ſe eſſe promittunt:ſed quõ ſit Dei eſſentia, ingeniti uocis appellatio
oſtendit. At uerò quomodo quid ſit,& illud ipſum ꝙd eſt quale ſit,aut quid ſit,multò ma-
Pſal.35 gis mutuò ſe contingunt,ut quæ ex natura imperueſtigabilia ſint omni creaturæ, Si enim
Rom.11 iudicia ipſius abyſſus multa,uelut ait ꝓpheta, & uiæ ipſius imperueſtigabiles omnino &
imperſcrutabiles ſecundum Apoſtolum, quanto magis ipſe, cuius iudicia & uiæ tales
1.Cor.2 ſunt? Et non mirum eſt ſi ipſe Deus talis,ubi ea quæ ipſius ſunt,talia exiſtunt. Si enim quę
præparauit Deus diligentibus ipſum,oculus non uidit,neq; auris audiuit,neq; in cor ho-
minis aſcẽderunt,uelut ſcriptum eſt:quanto magis ipſius qui talia præparauit Dei natu-
turam ineffabilem quis dixerit ex his qui pij ſunt, & minimè curioſè in ipſum credunt.
Ioh.1 Quin & uerba multa appellantur,unum autem eſt Dei uerbum æternum,quod & Deus
Eſa.1 in Euangelio prædicatur, per quod omnia facta ſunt. Et filij Dei dicuntur multi in ſcri-
Exod.4 ptura,iuxta hoc,Filios genui & exaltaui:& rurſus, Filius primogenitus meus Iſrael:ado-
ptione tamen & charactere quodam in filios adoptati à uero Deo, adoptione filij ſunt,
& non ueri. Nam à natura & ueritate res procedunt. Si uerò is qui natura eſſentialiter ex
ipſo genitus eſt,filius non eſt,iuxta eorum qui eſſentiarum inæqualitatem introducunt
Rom.8 reprobationem,ubi qui adoptione ſunt inuenientur? Sed ea quæ humano more dicun-
tur, imperitiſsimi illi impiè deitati attribuunt, & ſcripturas per multas partes, & multos
modos dictas,ex una parte ac modo accipientes cadunt,non ſuſtinentes ut recte ducan-
Eſa.30 tur. Rectæ enim ſunt uiæ Domini, & iuſti ambulabunt in ipſis. At impij in rectis offen-
dunt. Et quod mirum eſt,ex quibus utilitatem capiunt hi qui fide ſani ſunt, ab his læduntur
1.Cor.15 tur ægrotantes circa quæſtiones & ocioſas uerborum pugnas,uelut Apoſtolus ait: Nam
animæ morbus eſt,male & curioſè quærere de Deo, & maximè quidem ea quæ cum in-
credulitate omnibus ſunt manifeſta. Si enim ipſi ſanctiſsimo Deo de ſeipſo non credunt,
quomodo prophetas & Apoſtolos ipſius audient, in diuinis ſcripturis dicentes de ipſo
& his qui in ipſum crediturі ſunt? Credere enim oportet accedẽtem ad Deum quod eſt:
credere,non ſine credulitate curioſè inquirere quod eſt. Non enim quod non eſt. Quod
enim

enim eſt, erat, & eſt, & erit ſemper, & ut ſint omnibus largitur, uelut qui natura ſit Deus, Quid igitur nō credis ô homo? Non credis quòd propriū filium habet Deus, & quæris quomodo genuit Deus. Si uerò quomodo de Deo inſuper interrogas, omnino etiā ubi, uelut in loco: & quando, uelut in tempore ſimul interrogaueris. Si uerò abſurdum eſt de Deo tale inſuper interrogare, abſurdius utiq; fuerit non credere. Fortaſsis nondum erubeſcis, quòd in incredulitate exiſtis? Quæris enim ut inuenias nō fidē, ſed incredulitatē. Hoc uerū eſt iuxta id quod ſcriptū eſt: In malignam animā nō ingredietur ſapientia. Cre- *Sap.1*
didit autem Abrahā Deo, & reputatū eſt ipſi ad iuſticiā, & Dei amicus uocatus eſt. Ami- *Gen.15*
cus Dei B. Abrahā & dictus eſt, & eſt, propter fidem, amicus propter obedientiam Dei. *Rom.4*
Tu uerò inimicus, propter incredulitatē & inobedientiā Dei. Credidit aūt Abrahā Deo *Gal.3*
credidit ut ipſe, & non incredulus fuit ut uos. Propterea ipſe amicus, uos inimici. Inimici *Pſal.8*
domini mentiti ſunt ipſi uelut ſcriptū eſt, quòd natura filium Dei, adoptione & gratia in filium adoptatum dicunt, & creatorem creaturā, & factorem facturā, & eum qui ſemper eſt in patre, aliquando nō fuiſſe, & filium ex Deo qui eſt, ex nihilo factū eſſe dicētes. Non ſolum aūt contra Deū & filiū mentiuntur, Deum impugnantes, ſed etiam ſpiritum impugnātes nō ceſſant, abnegantes ſpiritū dei dominum dicere, dura ceruice & incircunciſo corde, diuinis ſcripturis aduerſantes. Cur uerò aduerſaris rectæ huic fidei, & ſaluanti confeſsioni? Deus, uerbū, ſpiritus: pater, filius, & ſpiritus. Non alienus eſt filius, neq; ſpiritus alienus à Deo & filio. Non locis partiti, non ſeculis comprehenſi, non interuallis menſurati. Nō defuit filius unquam patri, neq; filio ſpiritus, ſed immutabilis & inalterabilis eſt eadem trinitas ſemper. Nō pater eſt filius, ſed pater filij genitor: uelut mens uerbi pater, uelut potentia potentis, ut ſapiens qui ſapientiā genuit, ut ſubſtantia proprium characterem. Filius aūt ſemper eſt filius, uelut forma Dei ſemper exiſtens, uelut imago Dei naturalis filius. Sed & ſpiritus imago filij dictus eſt, & digitus Dei, & Dei ſpiritus, & uerbum, & ſpiritus oris, & bonus ſpiritus, & rectus, & principalis, & ſpiritus potētiæ, & dominus
& Deus dictus eſt dei ſpiritus, uelut etiā uerbū. Si enim cum deo & uerbo firmat ſpiritus *Pſal.32*
uirtutes cœlorū, quomodo ſit alienus? quē qui acceperunt templū dei ſunt, qui ſanè etiā
ſpiritus oris dei appellatur, & creationis cauſa cum uerbo oſtēditur: qui operatur omnia *1.Cor.12*
ſicut Deus quemadmodū uult, uelut ait Apoſtolus, adoptionis ſpiritus, libertatis cauſa: *Ioan.3*
qui ubi uult ſpirat diuinitatē, quē ſanè etiā ſpiritū ueritatis, uniuerſorū dominus clarè no- *Ioan.14*
minat, qui in columbæ ſpecie ſuper ipſum ex cœlo deſcendit: qui ſanctificat dominicam *Mat.3*
carnē cū potentia: qui orbem terrarū replet: qui omnibus adeſt ut deus, & cum deo inſeparabiliter ſemper eſt: qui cognoſcit quæ dei ſunt omnia, uelut ſpiritus qui in nobis eſt
noſtra, humanū ſpiritū dico, qui in nobis eſt. Sic enim dicit, Et quæ dei ſunt nemo nouit, *1.Cor.2*
niſi ſpūs dei. Et rurſus ſaluator dicit, nemo nouit quis eſt filius, niſi pater: neq; patrē quis *Luc.10*
nouit, niſi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Hoc illi ſimile eſt, & illud huic æquiualens. Nobis eñ inquit, reuelauit deus per ſpiritū ipſius. Vide igit quomodo aliquando quidē pater filium reuelat, aliquādo uerò filius patrē, aliquādo autē ſpiritus filium & patrem ſimiliter. Quare uniuerſa deitas quandoq; in patris, quādoq; in filij & ſpiritus appellatione tibi manifeſtatur. Et tibi propheticā quæſtionem manifeſtē ſoluit Apoſtolus, & non ſinit ut una perſona exiſtimetur deitas propter uoces quæ hoc ſignificare putant. Nam & ipſe etiamſi filij perſonam ubiq; clare prædicet uelut creatricē, tamen ad patris perſo-
nam reduxit omnem creationē. Aut nō ipſe eſt qui dicit, unus deus pater, ex quo omnia, *Cap.12*
& nos in ipſum: & unus dominus Ieſus, per quem omnia, & nos per ipſum. Et quū ſimiliter hic unū, & unum clarè dixiſſet, & eum per quē omnia fiunt teſtatus eſſet, unum ad Romanos dixit, & per ipſum omnia fieri appoſuit, nō ex ipſo. Quare dualitas in dualitate ſignificata, aut etiā trinitas in trinitate, eodem modo in eodem Apoſtolo, manifeſtē teſtimonium dabit prophetis, quòd non tollunt dualitatē, aut potius trinitatē, dum unitatem prædicant: ſed unitatē deitatis ſcientes, in una perſona tres prædicant. Et ab initio quidē circa mundi creationē, manifeſtū eſt, quòd deus ad filium loquit & ſpiritū, uelut humana forma Moſes induxit ipſum loquentem ac dicentē: Faciamus hominē ſecundū imaginem noſtrā, & ſecundū ſimilitudinē. Ad quem enim dicit faciamus, quàm ad uerbum &
unigenitū filiū? per quē omnia facta ſunt ſecundū Euangeliſtā, & ad ſpiritum de quo ſcri- *Gen.1*
ptum eſt: Spiritus diuinus, qui fecit me. Si uerò etiam nō expreſsè dicit, de quibus, aut ad *Ioh.*

H quos

quos loquatur, tamen quod nõ de ſeipſo ſolo dicit, manifeſtũ eſt ex eo quod dicit: Ecce
Gen.11 Adam factus eſt ut unus ex nobis: & rurſus, Venite deſcendamus & confundamus ipſo-
rum linguas, ut etiam ſimul numeratos intelligas. Neq; enim angelos audebit quis in æ-
quali honore cũ creatore & domino collocare: neq; rurſus fieri poteſt ut deus una perſo-
na intelligatur, ex eo quod dicitur, ut unus ex nobis: &, uenite deſcendamus & confun-
Gen.19 damus. Clarum eſt & hoc, quod de Sodomorum euerſione dicitur, tunc pluit Dominus
ſulphur & ignem à domino ex cœlo: & hoc quod in prophetis ſimiliter his dictum eſt ex
Hier.49 perſona Dei. Euerti ipſos inquit, uelut euertit Deus Sodoma & Gomorrha. Et alibi cle-
Oſeæ 1 mẽtius dicit Deus, Saluabo ipſos in domino Deo ipſorũ: quod ipſum non diſſonũ eſt ab
Heb.4 Apoſtolica dictione, quæ ait, Dabit ipſi dñs, ut inueniat miſericordiã à domino in die il-
la. Quid uerò Zorobabel & ſapientia ipſius? Num mediocriter & non clarè declarare ti-
3.Eſd.3 bi uidetur ſubſtantiã & uitam ueritatis, quũ ait: Omnis terra ueritatẽ uocat, & cœlum ip-
ſam benedicit, & omnia opera concutiuntur ac tremunt? Quæ uerò eſt ueritas, ꝙ uerbũ
Ioan.14 Dei, & filius, per quem omnia. Ego enim inquit, ſum uia & ueritas & uita. Veritas autem
2.Cor.1 non eſt niſi ex uero, naturaliter & ſempiternè ex ipſo genita. Quapropter infert dicens,
Benedictus Deus ueritatis, qui eſt pater ueritatis Chriſti. Chriſtus ueritas, quem omnis
ſpiratio colit ac tremit. Quare quòd uiuens ſit uerbum, & perſona perfecta: & ſpiritus ſi-
militer: ea quæ nunc relata ſunt abundè docere poſſunt. Sunt autem & multæ aliæ formę
humanæ apud Deum, & non propterea Deum hominem eſſe putamus, uelut ſi faciem
audimus, oculosq; & aures, & manus, & pedes. Neq; ſedere in cœlo uelut throno, & ter-
ram ſcabellum quod pedibus calcet, corporaliter dicere uult de Deo, ſed quod ſubiecta
Pſal.109 ſit diuinæ poteſtati. Sic rurſus ſi uentrem audieris de Deo, ne cõſterneris uelut corpora-
le quid cogitans, ſed ſpirituale quiddam intelligens, aliquid melius ipſo dices, nimirum
quòd uis generatiua Dei manifeſtè tibi ex ipſo reueletur. Sic rurſus ubi manus Dei au-
dis, uim faciendi ipſius clarè cognoſce: aurem uerò uim audiendi: oculos uim uidendi:
alas uim tegendi: & alia omnia ſimiliter, ſingula proprium ſeruant intelligentiã rectiſſi-
mam de Deo, maxime apud eos qui rectè credunt. Nomina igitur in uſu ſunt hominibus
ad cognitionẽ ac diſcretionẽ eſſentiarũ, aut etiam rerum, & eorũ quæ circa eſſentias con-
ſiderata ſunt. Ne igitur cõſternet te uenter de Deo, quoniã neq; manus, aut alia iam rela-
ta. Neq; igitur generatio de Deo cõſternauerit te, aut aliquẽ eorũ qui audiẽt. Si uerò af-
fectionem in Deo generante quis timet, is poteſt etiam creantis motũ & laborẽ timere,
& aſſumptionẽ materiæ, & uſum inſtrumentorũ. Hęc ẽm hominibus operãtibus adſunt.
Si aũt hæc Deo nõ adſunt, neq; affectio adeſt in generando: fieri ẽm non poteſt, ut affe-
ctionis expers natura in affectionem incidat. Cur igit̃ timet quis timorem, ubi timor nõ
eſt? Deus neq; generans ex ſe natura afficitur, abſit: neq; creans de nihilo quid, aut etiam
omnia, laborat, abſit, neq; dicatur. Si uerò unũ fugis, neq; unum: ſi totum, ſimiliter etiam
unũ: ſi unum humano more, etiã totũ: ſi uerò totũ non humano more, neq; unũ. Si enim
ex nihilo facit Deus uoluntate totum abſq; labore, & hoc apud nos non eſt incredibile:
longè credibilius omnib. fuerit, ex ſeipſo natura diuina & uelut deũ decet, genuiſſe eũ
abſq; affectione filiũ genuinum, honore æqualem, æqualẽ gloria, eiuſdem throni, conſi-
liarium & cooperatorẽ, coeſſentialem patri & deo, & non diuerſæ eſſentiæ, neq; alienũ
Exod.20 ab illius ſola deitate. Sin minus, neq; adorandus eſt. Scriptũ eſt enim, non adorabis deum
Deut.6 alienum: neq; recentẽ aliquẽ deum ſuſcipere iubemur. Ne itaq; dicas additionẽ eſſe pie-
tatis: neq; quòd apud ueteres ſilentio inuolutus erat filius, nobis autẽ reuelatus eſt, ſi qui-
dem uerbũ creatorem filiũ confiteris. Nam uerbũ nouerunt patres, uerbũ dei adorarunt,
& cũ uerbo ſpiritũ: neq; ſepares ipſum à dicente, Ego deus ſolus, & non eſt præter me: ut
ne maledicere cogaris filio uelut non ſit deus: neque ſegreges ipſum ab eo qui dicit, Ego
Deut 4 extẽdi cœlum ſolus: ut ne etiã ab eo diſcedas, ut filiũ creatorẽ dicas. Nam à ſolius dei glo-
Iob.9 ria, is qui cœlũ extendit ſeparatus non eſt. Proinde in filio cognoſce patrẽ, in patre glori-
fica filiũ. Ne partiaris ea quæ in partes diuidi nõ poſſunt, neq; ſcindas quæ ſcindi neque-
unt. Nam etiamſi uelis, non ſcindunt̃: Etiamſi rumpant̃ hæretici, non rumpitur Trinitas,
& ueneranda eſt in una & ſempiterna gloria, eandem & unã deitatẽ ubiq; circumferens,
intracta, nõ ſciſſa, indiuiſa, omnia replẽs, omnia cõtinens, in omnibus exiſtẽs, creans, gu-
bernans, ſanctificans & uiuificans. Hic diuinus & maximè admirandus nexus non rum-
pitur

pitur, iuxta id quod ſcriptum eſt, funiculus triplex non rumpetur. Hac ſentẽtia etiam B.
Paulus ſcribens ad rectè credentes dixit: Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas
Dei, & communicatio ſancti ſpiritus cum omnibus uobis. Quũ enim omnia fiant à Deo Eph.1
per Ieſum Chriſtum in ſpiritu, inſeparabilem uideo operationem patris, & filij, et ſpiritus
ſancti. Et propterea templa dei, & filij, & ſancti ſpiritus ſunt omnes ſancti, in quibus habi 1.Cor.3
tat una deitas, & una dominatio, & ſanctitas una patris, & filij, & ſpiritus ſancti, propter
unam baptiſmatis ſanctificationem.

Aduerſus eos qui dicunt, quòd ſæpe ſcriptum eſt de filio & patre, uerùm de ſpiritu in baptiſmate ſolum.

Si uerò dicat pater, in extremis dieb. effundã de ſpiritu meo ſuper omnẽ carnem, quid Iohel 2
dicemus de filio? nõ enĩ hic ſcriptus eſt. Si uerò dicat propheta, illic conuenerunt ceruæ,
& facies inter ſe uiderũt, præterierunt numero, & una ex ipſis nõ relicta eſt, eo quod do-
minus mandauit ipſis, & ſpiritus ipſius congregauit ipſas: ubi filius? Si uerò dicat, ſpiri- Pſal.145
tus à me egredietur, & ſpirationẽ omnem ego feci: ubi filius? Si uerò dicat Dauid, & ſpiri Pſal.50
tum tuũ ſanctum ne auferas à me: ubi filius? Si uerò dicat idem, cor mundum crea in me Pſal.142
deus, & ſpiritũ rectũ innoua in uiſceribus meis: ubi filius? Si uerò idem rurſus, & ſpiritus
tuus bonus deducet me in terra recta: ubi filius? Si uerò dicat, & ſpiritu principali confir
ma me: ubi filius? Si uerò dicat Iob, ſpiritus diuinus qui fecit me: ubi filius? Si idem Iob di Iob.26
cat, ſpiritus eſt in hominibus, ſpiratio uerò omnipotentis eſt quæ docet me: ubi filius? Si Cap.27
uerò dicat Dauid, emittes ſpiritũ tuũ, & creabunt̃, & renouabis faciẽ terræ: ubi filius? Si Pſal.103
uerò dicat, quò ibo à ſpiritu tuo, & à facie tua quò fugiam? ubi filius? Si uerò dicat, uæ filij Pſal.138
rebelles, hęc dicit dominus, feciſtis conſilium non per me, & pacta nõ per ſpiritũ meum: Eſa.41
ubi filius? Si uerò dicat, & egredietur̃ uirga de radice Ieſſæ, & flos ex radice aſcendet, & re-
quieſcet ſuper ipſum ſpiritus ſapiẽtiæ & prudentię, ſpiritus cõſilij & fortitudinis, ſpiritus Eſa.11
cognitionis & pietatis, & replebit ipſum ſpiritus timoris Dei: quomodo ſeparabo ſpiri-
tũ? Si uerò dicat, ſpiritus domini ſuper me, propter quod unxit me, ad euãgelizandũ pau
peribus miſit me, ut prædicem captiuis remiſſionem, & cæcis uiſum: quomodo ſepara- Eſa.61
bo ſpiritũ? Et quæcunq; alia cum ſtudio inuenire datur ex ueteri ſcriptura, & nouo Teſta
mento, de ſpiritu, & filio, & patre. Aue gratioſa dñs tecum: ecce concipies in utero, & pa Luc.1
ries filiũ: & quũ Maria diceret, quomodo cognoſcam hoc, quandoquidẽ uirum non co-
gnoſco: dicit ad ipſam Angelus, ſpiritus ſanctus ſuperueniet in te, & uirtus altiſſimi ob-
umbrabit tibi. Et rurſus idem Angelus dicens ad Ioſeph, ne timeas aſſumere Mariã uxo-
rem tuam: quod enim in ipſa generatũ eſt, ex ſpiritu ſancto eſt. Et rurſus Euãgeliſta inter- Matt.1
pretans ea quæ ſcripta ſunt in propheta dicit, Vt impleatur quod ſcriptum eſt, ecce filius
meus electus, dilectus meus, in quo bene complacitum eſt animæ meæ. Ponam ſpiritum
meum ſuper ipſum. Et in euãgelio ſcriptũ eſt, ſpiritus ubi uult ſpirat, & uocem eius audis, Mat.17
ſed non ſcis unde uenit, & quo uadit. Sic eſt omnis qui generatus eſt ex ſpiritu. Et ſimili- Ioan.3
ter in euangelio, ſi uerò ego in ſpiritu Dei eijcio dæmonia, ergo peruenit ad uos regnum Mar.3
dei. Et rurſus ſcriptũ eſt, omne peccatũ & maledictio remittetur hominib. Verũ maledi
ctio in ſpiritũ remiſſionẽ non habet. Et in baptiſmo deſcendit ſpiritus ſanctus, & manſit Mat.12
ſuper ipſum, angeli autem deſcendebant & miniſtrabant ipſi. Quo cognoſcas quod an- Mat.3
geli quidẽ deſcendunt & miniſtrant, ut ſeruitutem oſtendant. Spiritus autem manſit ſu-
per ipſum, ut ubi manſionem audis, libertatẽ naturæ ipſius intelligas. Scriptum eſt etiam
pater in me manens ipſe facit opera. Et rurſus ſcriptum eſt, Ieſus autem plenus ſpiritu re- Ioan.14
uerſus eſt à Iordane, & ducebat̃ in ſpiritu in deſertum, & diebus quadraginta tẽtabatur Mat.4
à diabolo. Et rurſus, Accipite ſpiritũ ſanctũ, quorumcunq; remiſeritis peccata. Et rurſus,
ueritatem uobis dico, expedit uobis ut ego uadam, ſi enĩ ego non abiero, paracletus nõ Ioan.20
ueniet ad uos, ſpiritus ueritatis, qui à patre procedit. Si dixerint, non loquit̃ à ſeipſo ſpi- Ioan.16
ritus, ſed quæcunq; audierit loquet̃: dicimus ad ipſos, neq; filius à ſeipſo loquitur, ſed qui Ioan.8
miſit me inquit, pater, ille mihi dixit, quid dicã et quid loquar. Omnia enim quę loquitur
ſpiritus & filius, dei ſunt oracula. Et propterea omnis ſcriptura diuinitus inſpirata & uti-
lis eſt, quã ſpũs loquutus eſt. Etenim hoc uerè oſtendit ſpiritum nõ eſſe creaturã, quoniã
omnis rationalis creatura quãdoq; à ſeipſa loquit̃, quãdoq; ea quæ dei ſunt. Velut quum
dicit Paulus, De uirginibus aũt præceptũ domini nõ habeo, conſiliũ autẽ præbeo uelut

miſericordiam conſecutus. His uerò qui matrimonio iuncti ſunt, præcipio non ego, ſed
Hier.4 Dominus. Et propheta, O domine iudicia loquar ad te, quid eſt quòd impij proſpere a-
Hier.15 gunt? Et rurſus, Hei mihi mater, qualē me peperiſti. Quandoq; uerò dicit, hæc dicit Do-
Hier.31 minus. Et aliquando Moſes, gracili uoce & tarda lingua ſum ego: aliquando uerò idem,
Exod.4 Hæc dicit dominus, emitte populum meum, ut mihi ſeruiat. At uerò ſpiritus non ſic. Nō
enim aliquando ſua dicit, aliquando ea quæ Dei ſunt: hoc enim erat creaturæ: ſed omnia
Ioan.8 ſpiritus dicta dei ſunt oracula, ſimiliter etiam filij. Quapropter neq; filius loquitur à ſei-
pſo: nam qui miſit me pater inquit, ille mihi dixit, quid dicam, & quid loquar: non diſcēs:
hoc enim imperfecti eſſet & imperiti: ſed quòd quæcunque loquitur pater, per filium
1.Cor.2 in ſpiritu loquitur. Et rurſus ſcriptum eſt, nemo nouit quæ hominis ſunt, niſi ſpiritus ho-
minis, qui in ipſo eſt: ſic etiam quæ dei ſunt, nemo nouit niſi ſpiritus dei. Et rurſus: ſpiritus
enim ſcrutatur etiam profunda dei. Si uerò dixerint, quod is qui ſcrutatur non nouit, &
Soph.1 propterea ſcrutatur: dicemus quod etiam deus ſcrutatur corda hominū. Et per prophe-
1.Cor.6 tas dicit, ſcrutabor Hieruſalem cum lucerna. Et rurſus ſcriptum eſt, non ſcitis quòd cor-
1.Cor.3 pora ueſtra templum ſpiritus ſancti in uobis ſunt, quē habetis à Deo? Et rurſus, neſcitis
Rom.8 quòd templum dei eſtis, & ſpiritus dei in uobis habitat? Et rurſus, uos non eſtis in carne,
ſed in ſpiritu, ſiquidem ſpiritus Dei habitat in uobis. Et rurſus ſcriptum eſt: & hæc eratis
quidam, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis, in nomine Domini Ieſu
Rom.15 Chriſti, & in ſpiritu Dei noſtri. Et rurſus: non enim audebo quid loqui eorum quæ non
operatus eſt Chriſtus per me uerbo & opere, ad obedientiam gentium in uirtute ſigno-
rum & prodigiorum, in potentia ſpiritus ſancti. Et in principio Epiſtolarū ſanctus Pau-
lus patris meminit, & filij, & ſancti ſpiritus, ſic ſcribens: Paulus ſeruus Ieſu Chriſti uoca-
tus Apoſtolus, ſegregatus in Euangeliū Dei, quod antea promiſerat per prophetas ſuos
in ſcripturis ſanctis de filio ſuo, qui genitus eſt ex ſemine Dauid ſecundum carnem, qui
Eph.2 declaratus fuit filius Dei in potentia, ſecundum ſpiritum ſanctificationis. Et rurſus, gra-
1.Cor.12 tia Domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas Dei patris, & communicatio ſancti ſpiritus. Et
rurſus, diuiſiones autem donorum ſunt, idem uerò ſpiritus: & diuiſiones miniſteriorum
ſunt, idem autem Dominus: & diuiſiones operationum ſunt, idem autem Deus operans
Iob 27 omnia in omnibus. Et Iob: uiuit Dominus qui me ſic iudicauit, & omnipotēs qui exacer
Pſal.42 bauit animam meam, ſpiritus autem diuinus, qui mihi in naribus obuerſatur. Et Dauid,
Pſal.48 emitte lucem tuam, & ueritatem tuam: lucem appellans ſpiritum, & ueritatem filium. Et
alibi, oſtende nobis Domine miſericordiam tuam, & ſalutare tuum da nobis.

DIVI BASILII MAGNI CONTRA SABELLIANOS ET ARIVM, ET EOS QVI inæqualitatem docent, ſermo: Iano Cornario medico phyſico interprete.

PVGNAT Iudaiſmus cum Græciſmo, & ambo cum Chriſtianiſmo, quemad
modum Aegyptij & Aſſyrij, & inter ſe hoſtes erāt, & Iſraeli. Quomodo etiā
in uitio reperimus timiditatē & audaciā, & inter ſe oppoſita, & fortitudini
talis quædā eſt & ad rectā cōfeſſionem utrinq; appoſita pugna, hinc Sabel-
lio, illinc his qui inæqualitatē prædicant. Nos uerò uelut fugimus Gręcos,
& improbum ſimulachrorum cultum auerſati ſumus, & multitudinem deorum ipſorum
impiam eſſe cognouimus: ita fugimus etiam Iudæorum blaſphemiam, qui filium Dei
Matt.10 negant, timentes uidelicet illas minas: Quicunque negauerit me coram hominibus, ab-
negabo ipſum etiam ego coram patre meo, qui in cœlis eſt. Fugiamus igitur uelut par
eſt, eos qui cognata his contra ueritatis doctrinam excogitant. Poſtquam enim uidit ſa-
piens ille ad perpetrandum malum diabolus, Chriſtianorum à Iudæis ac Græcis abalie-
nationem, & quod ſtatim ex ipſis nominibus hoſtili aduerſus ipſos animo affecti ſumus:
noſtro impoſito utriſq; nomine, ita introducere rurſus conatur Iudaicā abnegationem,
& græcam deorum multitudinem. Qui enim opus Dei & creaturam unigenitum eſſe di-
cunt, deinde adorant ac prædicant, ex eo quod colunt creaturā & nō creatorem, palàm
græciſmū introducunt. Qui uerò deū ex deo negant, & nomine quidē filium confitētur,
opere

opere uerò & reuera ſubſtantiam reprobãt, Iudaiſmum rurſus renouant. Nam quũ uerbũ
eſſe confitentur, uerbo in mente concepto ipſum aſſimilant. Et quũ ſapientiam dicunt, ſi-
milem eſſe dicũt habitui, qui in anima eruditorũ cõſiſtit, & ob id unam perſonam patris
& filij. Nam & homo unus dicitur, qui nõ diuiditur à uerbo quod in ipſo eſt, neqꝫ à ſapi-
entia. Atqui Euangeliſta ſtatim ab initio clamat, Et deus erat uerbum: propriam ſubſtan Ioan.1
tiam dans filio. Si eñ in corde erat uerbũ, quomodo intelligebatur deus? quomodo ue-
rò erat apud deũ? nam neqꝫ quod in homine eſt uerbũ, homo eſt, neqꝫ apud ipſum eſſe di
citur, ſed in ipſo. Neqꝫ eñ uiuũ eſt, neqꝫ ſubſiſtens. At dei uerbũ, uita eſt & ueritas. Et no-
ſtrũ quidem uerbum, ſimul & prolatum eſt, & non eſt. De dei uerò uerbo quid dicit pſal-
mus? In æternũ domine uerbũ tuum permanet in cœlo. Atqꝫ hinc quidẽ hoc bellum in- Pſal.118
ſtat, illinc uerò quod & quale eſt contra ueritatem certamẽ? Subſtantiam quidem conce
dunt, & propriam eſſe perſonam filij, & propriam patris confitentur. Verùm inæqualita
tem naturæ inducunt. Et filij nomẽ uſqꝫ ad uocem cõcedunt, reuera aũt ad creaturam ip-
ſum deducunt, nõ uerentes domini uocem, qui ſeipſum oſtendit ei qui patrem uidere cu
piebat. Qui enim me uidit, inquit, uidit patrẽ. Hęc autẽ uox, ſi quis rectè expendit, ambo Ioan.14
rum blaſphemias obturat. Neqꝫ enim ſeipſum patrem eſſe dicit, qui ſanè manifeſtè perſo-
nas diſtinguit, in eo quod dicit, Qui uidit me: indicat eñ ex hoc propriã ſuam perſonam:
uidit patrem, referẽs ad paternã perſonam, & diuidẽs à ſeipſo manifeſtè. Et in eo quod di
cit, ſi cognouiſſetis me, & patrem meũ uticꝫ cognouiſſetis. Nõ eñ perſonarum confuſio
nem hæc oſtendũt, ſed deitatis identitatem declarant. Audiant eadẽ uerba etiam aduer-
ſarij: quòd qui filij ſocietate dignus factus eſt, non priuatus eſt patre. Non enim alienũ ge
nitor genuit, ſed talẽ qualis ipſe eſt. Audi tu qui inæqualitatẽ doces, Ego & pater unum Ioan.10
ſumus. Audi & tu Sabelli, Ego de patre exiui, & ad ipſum uado. Et uterqꝫ proprium uul- Ioan.16
nus ex euangelica doctrina curet. Et tu quidem unitatẽ accipe de naturæ identitate. Tu
uerò illud: A patre exiui, & ad ipſum uado, de perſonarũ diuerſitate. Cõueniamus igitur
deinceps & pacem agamus, ac longum contra pietatem bellũ deponamus, abiectis qui-
dem acutis his impietatis armis, & conflatis haſtis in aratra, & gladijs in falces. Neque tu
dicas ſolũ, ſed ſequere eum qui dicit: Non ſum ſolus, quia qui miſit me pater mecum eſt. Ioan.8
Alius igitur eſt pater qui miſit, & alius qui miſſus eſt filius, Et rurſus, Ego inquit, teſtimo-
nium præbeo de meipſo, & teſtimoniũ præbet de me, qui miſit me pater. Sed & in lege Num.35
ueſtra, inquit, ſcriptũ eſt, quòd duorũ hominũ teſtimoniũ uerũ eſt. Numera ſi ita uis per-
ſonas. Ego, inquit, ſum qui teſtimoniũ præbeo, unus: & teſtimoniũ præbet de me qui mi-
ſit me, duo. Et non ego ita audacter numero, ſed ipſe dominus docuit, dum dixit: In lege
ueſtra ſcriptũ eſt, quòd duorũ hominũ teſtimoniũ uerũ eſt. Quin & tu qui iuxta aliam im
pietatis ſpeciem deum impetis, qui inæqualem eſſe natura filium deo dicis, qui æqualita
tem non concedis, qui uitæ diuerſitatem inducis, reuerere Paulum dicentẽ, Qui eſt ima- Col.1
go dei inuiſibilis: & concede imagini uiuenti, ut identitatem ineuariabilem habeat ad ui
tam primariam & ad exemplar. Confitere patrẽ filij, nõ creaturæ opificem. Et in uera pa-
tris confeſſione, cõcede geniti ad ipſum æqualitatem, recordatus Euangeliſtæ, quod pa Ioan.5
trem ſuum dixit deũ, æqualẽ ſeipſum faciens deo. Aequalẽ autem eſſe genitori ſecũdum
naturam intelligit, nõ iuxta corporalis magnitudinis dimenſionẽ. Quomodo uerò non Phil.2
rapinã arbitratus eſt eſſe ſe parem deo, ſi uelut tu blaſphemas, nunquã æqualis fuit? Quõ
uerò & in forma ſerui fuit, qui uelut tu dicis, nunquam ſimilis fuit? Cæterùm bellum no-
bis utrincꝫ eiuſmodi eſt. Veritas autem quæ? Neqꝫ tu time perſonarum cõfeſſionem, ſed
dic patrem, dic filium, non uni rei duo nomina attribuẽs, ſed ex utraqꝫ appellatione pro-
priam ſignificationem diſcens. Ingens enim eſt improbitas non ſuſcipere dogmata do-
mini, qui diſtinctè diſparat nobis perſonarũ diuerſitatẽ. Si eñ abiero, inquit, rogabo pa-
trem, & aliũ uobis paracletũ mittet. Igit filius quidem eſt qui rogat, pater autem qui roga
tur, paracletus aũt qui mittit. Nónne igitur palàm impudens es quũ audis, ego de filio, il-
le de patre, alius de ſpiritu ſancto, & omnia miſces, & omnia confundis, & uni rei omnes
appellationes attribuis? Nec uerò tu ad impietatẽ rapias perſonarum diuiſionẽ. Etiamſi
eñ duo ſunt numero, tamẽ natura nõ ſunt diſiuncti. Neqꝫ qui duos dicit, alienationẽ in-
ducit. Vnus deus quoniã & pater, unus deus & filius, & non duo dei, quoniam identita-
tem habet filius ad patrem. Non enim aliam in patre cõſidero deitatem, & aliam in filio,

neq; aliam naturam illam,& aliam hanc. Quo igitur inclareſcat tibi perſonarum proprietas,numera ſeorſim patrem, & ſeorſim filium . Quo uerò non in multitudinem deorum ſcindaris,unam confitere in ambobus eſſentiam.Sic & Sabellius cadit, & qui inæqualitatem docet contereretur.Quũ autẽ dixero unam eſſentiam, non duos ex uno diuiſos intellige,ſed ex principio patris filium ſubſiſtentem:non patrem & filium ex una eſſentia ſuperiore.Non enim fratres dicimus,ſed patrẽ & filiũ confitemur. Eſſentiæ autẽ identitas eſt, quoniam ex patre filius,non præcepto factus, ſed ex natura genitus, non diuiſus à patre, ſed manente perfecto,perfectè relucẽs.Et ne mihi circumuagantes dixeritis uos, qui aut non perfectè quæ dico aſſequuti eſtis,aut ad calumniandum nos circumſtatis,non quærentes ut aliquid utilitatis à nobis capiatis,ſed obſeruantes ut aliquid ex his quę dicimus criminari poſſitis,Duos deos prædicat,multitudinem deorum annunciat.Non duo ſunt Dei,neq; enim duo patres. Qui duo principia introducit,duos deos prædicat. Talis eſt Marcion.& ſi quis illi impietate ſimilis eſt.Et rurſus,qui genitum alterius eſſentiæ à genitore eſſe dicit,duos etiam hic deos dicit, propter eſſentiæ inæqualitatem multitudinem deorũ inducens.Si enim una eſt deitas ingenita,& una genita:tu es qui deorum multitudinem prædicas,contrariũ quidem ingenitũ genito eſſe dicens, contrarias nimirũ etiam eſſentias pronuncians,ſiquidẽ eſſentia patris eſt ingenita natura, eſſentia uerò filij generatio.Quare non duos ſolũ deos, ſed etiã inter ſe pugnantes dicis: & quod grauiſſimum eſt,non uoluntati tribuis pugnã,ſed naturali ſeditioni, quæ nunquam ad pacificam concordiam uenire poteſt.At ueritatis doctrina utrinq; contrarietates fugit. Vbi enim unũ eſt principium, & unum quod ex ipſo eſt.Et unũ exemplar, & una item imago, unitatis ratio non corrumpitur.Quapropter genitus exiſtens ex patre filius, & naturaliter exprimens in ſeipſo patrẽ,uelut imago quidẽ,identitatẽ habet: uelut genitura aũt, coeſſentialitatem cõſeruat.Neq; eñ qui in foro imaginẽ regiã intuetur,& regẽ dicit eum qui in tabula eſt,duos reges confitetᷣ,tũ imaginẽ,tum eum cuius eſt imago.Neq; ſi oſtenſo eo qui in tabula pictus eſt dixerit,hic eſt rex,exemplar regis appellatione priuat.Imò potius illius honorẽ,per huius confeſſionẽ cõfirmat. Si enim imago rex eſt,multò profectò uerisimilius eſt regẽ eſſe eum qui imagini cauſam exhibuit.At hic ligna & cera & pictoris ars imaginẽ facit,corruptibilẽ corruptibilis imitamentũ,& artẽ eius qui factus eſt. Illic uerò ubi audieris imaginem,ſplendorẽ gloriæ intellige.Quid uerò ſit ſplendor,& quę gloria,
Heb.1 ipſe ſtatim interpretatus eſt Apoſtolus dicẽs,& ſubſtantiæ character. Idem igitur eſt ſubſtãtia q̃d gloria,& character q̃d ſplẽdor.Quare perfecta manente & nihil imminuta gloria,perfectũ emittit ſplendorẽ.Atq; ſic imaginis ratio prout Deũ decet accepta, unitatẽ deitatis nobis declarat.Hic enim in illo,& ille in hoc.Nam & hic talis eſt qualis ille, & ille qualis hic.Sic uniuntᷣ duo, eo quòd nõ differũt, neq; iuxta aliã ſpeciẽ ac peregrinum characterẽ filius intelligitur.Rurſus igitᷣ dico,unus & unus, ſed natura indiuiſa, & perfectio nõ defectuoſa. Vnus igitᷣ Deus,qm̃ per utroſq; una ſpecies conſideratur, quæ integre in utriſq; oſtenditᷣ. At enim iamdiu uideo uos ſermonis tædio affici, & tantum non audire mihi uideor,quod cõfeſsis immorans uulgatiſſ.quæſtiones nõ attingo. Omniũ enim aures nunc ad audiendã doctrinã de ſancto ſpiritu pruriunt.Ego uerò maximè uellem,uelut ſimpliciter traditũ accepi,& uelut non de induſtria aſſenſus ſum,ita etiã auditorib.tradere:ut nõ ſemper de ijſdem ratio à me exigeretur,ſed ex una cõfeſſione perſuaſos diſcipulos haberem.Quandoquidẽ uerò circũſtatis nos, cẽſores magis ꝗ diſcipuli,probare nos uolẽtes,nõ ut ipſi aliquid accipiatis quærentes:neceſſe eſt nos uelut in iudicio contradictionẽ protendere,& ſemper interrogari,ſemper itẽ dicere quæ tradita accepimus. Vos aũt hortamur ut ne omni modo quod uobis placet à nobis audire quęratis, ſed quod domino cõplacet,& cõſonũ eſt ſcripturis,& nõ cõtrariũ patrib.Quæ itaq; diximus de filio, q̃d propriã ipſius perſonã cõfiteri oportet, eadẽ habemus etiã ut de ſpiritu ſancto dicamus.Nõ eñ idẽ eſt cũ patre ſpiritus,ob id quod ſcriptũ eſt:quòd ſpiritus eſt Deus. Neq; rurſus filij & ſpiritus una perſona eſt,quoniã dictũ eſt: Si uerò quis ſpiritum Chriſti non
Ioan.4 habet,hic non eſt eius:ſi uerò Chriſtus in uobis. Hinc enim aliqui decepti,ſpiritũ & Chriſtum eundem eſſe opinati ſunt.Sed quid dicimus? quod naturæ coniunctio, ac conſortium hinc oſtenditᷣ,non perſonarũ confuſio.Eſt enim pater, perfectum & nõ defectuoſum eſſe habẽs, radix ac fons filij & ſpiritus ſancti. Eſt & filius in plena deitate,uiuũ uer-

bum

bum & genitura patris non defectuoſa. Plenus eſt & ſpiritus, non pars alterius, ſed perfectus & integer in ſeipſo conſideratur. Et coniunctus quidem eſt patri filius citra diſtantiam ac inſeparabiliter, coniunctus uerò filio eſt ſpiritus. Nam quod dirimat non eſt, neq; quod diſſecet coniunctionem ab æterno: ſeculum enim nullum intercurrit, neque ſuſcipit anima noſtra ſeparationis cogitationem, ut aut unigenitus non ſemper adſit patri, aut ſanctus ſpiritus non adſit filio. Quum igitur aliquando coniunxerimus trinitatem, ne uelut unius rei indiuiſibilis, partes tres imagineris: impia eſt enim cogitatio: ſed trium incorporeorum perfectorum inſeparabilem accipe conſuetudinem. Vbi enim eſt ſpiritus ſancti præſentia, illic etiam eſt Chriſti acceſſus: ubi uerò Chriſtus, illic & pater eſt uidelicet. Neſcitis quod corpora ueſtra templum ſancti ſpiritus qui in uobis eſt ſunt, & ſi quis templum Dei corrumpit, corrumpet hunc Deus? Quum igitur per ſpiritum ſanctificamur, ſuſcipimus Chriſtum inhabitantem internum noſtrum hominem, & cum Chriſto patrem communem facientem apud dignos manſionem. Hanc autem coniunctionem declarat & baptiſmatis traditio & fidei confeſſio. Si enim alienus eſſet natura, quomodo connumeraretur ſpiritus? Et ſi poſterioribus temporibus patri ac filio acceſſiſſet, quomodo æternæ naturæ collocaretur? Qui uerò ſeparant à patre & filio, & annumerant creaturæ ſpiritum, imperfectum faciunt baptiſmum, defectuoſam'que fidei cõfeſſionem: neque enim trinitas manet, ſi ſpiritus ſubtrahatur. Et rurſus, ſi unà aliqua creatura adiuncta fuerit, tota creatura ſimul accedet ad patris ac filij connumerationnm. Quid enim prohibet dicere, credimus in patrem & filium, & in totam creaturam? Si enim pium eſt credere in partem creaturæ, multo profectò magis pium fuerit omnem creaturam ad confeſſionem aſſumere: ſi autem credideris in omnem creaturam, non ſolum in angelos & miniſtratorios ſpiritus credes, ſed etiam ſi quæ ſunt oppoſitæ poteſtates: nã & ipſæ pars ſunt creaturæ, & his ſecundum fidem conſenties. Hoc modo blaſphemia contra ſpiritum ad impios ac nefandos ſermones te circũducet. Simul enim ut dixiſti quæ non conuenit dicere de ſpiritu, acceſſit tibi ſpiritus defectus. Sicut enim qui cõcluſit oculos, familiares habet tenebras: ita qui receſſit à ſpiritu, extra illuminantem cõſtitutus, ab animę cæcitate confundit. At uerò ut ne ſepares à patre & filio ſpiritũ ſanctũ, cõpeſcat te traditio: Dñs ſic docuit, Apoſtoli prædicauerunt, patres cõſeruarunt, martyres cõfirmarũt. Sis cõtentus dicere uelut doctus es. Et ne mihi profer hæc ex tua ſapientia. Ingenitus eſt aut genitus: ſi quidem ingenitus, pater. Si uerò genitus, filius: ſi uerò neutrũ horũ, creatura. Ego uerò cũ patre quidem noui, non aũt patrẽ, ſpiritũ, & cum filio traditũ accepi, non aũt filiũ appellatum. Imò cõiunctionem ad patrẽ intelligo, qm̃ ex patre procedit: ad filium uerò, quia audio, ſi quis ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius. Si enim non eſt cõiunctus Chriſto, quõ Chriſto cõiungit? Sed & ſpiritũ ueritatis dici audio: ueritas aũt eſt dominus. Vbi uerò audio ſpiritum adoptionis, cogito de unitate naturę ad filium & patrẽ. Quõ eñ adoptarit peregrinus? quõ enim coniunxerit alienus? Hoc quidem igitur modo neq; nouo uerba, neq; reprobo dignitatẽ. Eos uerò qui creaturã appellare audent deploro, ac lamentor, quod per exiguum ſophiſma & adulterinam fraudem, ſeipſos in barathrũ detrudunt. Quandoquidem enim inquiunt, tria hæc mens noſtra comprehendit, & non eſt in rerum natura aliquid, quod non ſub hanc rerum diuiſionem ueniat. Aut enim ingenitus eſt inquiunt, aut genitus, aut creatus. At neq; primũ, neq; ſecundum, igitur tertiũ. Hoc ueſtrum igitur, igni ac maledictioni æternę obnoxios uos faciet. Omnia perſcrutatus es? omnia cogitationibus tuis ſub diuiſionem duxiſti? nihil inexaminatum reliquiſti? omnia mente comprehendiſti? omnia cõprehenſione tua concluſiſti? nouiſti quę ſub terra ſunt? nouiſti quę in profundo ſunt? dæmonum ſunt hæ arrogantiæ, mihi

Eſt numerus ſabuli notus, menſuraq; ponti.

Si uerò multa ignoras, & infinite plura ſunt quæ ignoras quàm ea quæ noſti, cur non cum omnibus etiam de modo ſubſtantiæ ſancti ſpiritus minimè periculoſam ignorantiam citra ruborem confiteris? Mihi porrò non eſt ocium: ut cogitationum tuarum uanitatem redarguam, neq; ut oſtendam quot ſint res, quæ cogitationum ac mentis tuę comprehẽſionem latent. Illud uerò libenter ipſos corã uobis interrogauerim, & confidenter affirmo, ꝙ pœnitebit te aliquãdo impię huius ſapientiæ, qui creaturã dicis ſpiritũ ſanctũ. Nõ times inconceſſum peccatum? aut quid tandẽ putas te magis impium, ꝗ hoc eſt, poſſe blaſphemare?

mare? Ex una hac uoce, grauiſſima omnia inſtant, alienatio à Deo ſecundũ ipſam naturã, ſeruitutis humilitas, miniſteria ſeruilia, ſanctificationis priuatio, quæ ſecundum naturam non adeſt. Et accedet ſpiritui, ut ſanctificationis particeps fiat ex diſtributione ſecundum gratiam, quomodo etiam reliqua habent quæ ſanctificata ſunt. Et ueluti datur nobis manifeſtatio ſpiritus ad utilitatem, & ſicut unicuiq; menſuratur iuxta fidei proportionẽ: ita erit etiam ſpiritus ſanctificationis particeps, ſiquidẽ reuera creatus eſt, iuxta eorũ qui ſpiritum impugnant, opinionẽ. At enim ne relinquamus dementiã eorũ inconfutatã, qui putant omnia mente ſua ſe cõprehendiſſe: Reſpondeãt itaq; nobis. Quę igiĩ tandem eſt ſenſibilis ſolis eſſentia? num unum aliquod ex quatuor eſt, aut cõpoſitus ex quatuor? Atqui neq; terra eſt, neq; aer, neq; aqua, neq; ignis. Hæc eñ rectũ motum habent, & partim ſurſum ferunĩ, partim deorſum: terra eñ & aqua, deorſum feruntur, propter grauitatẽ. Aer uerò & ignis ſurſum uerſus mouenĩ, ob leuitatem: ſolis aũt circularis eſt motus: nõ igiĩ unum ex quatuor eſt. Sed neq; cõpoſitus eſt ex his, propterea q cõpoſita labore continentur, quum ex contrarijs conſtitutionem habeant, & cõtraria reuulſionẽ inter ſe mutuò faciant, iuxta motum. Laboris aũt expers eſt ſolis motus, & ꝓpterea quoq; non quieſcens. Sed & inter corpora aut ſimplex quoddam eſt, aut compoſitum. Neq; autem ſimplex corpus eſt ſol: non enim in directum mouetur: neq; compoſitum, non enim laborioſe mouetur: non igitur eſt ſol. Tales ſunt ueſtræ ſapientes illæ diuiſiones, quæ ab his qui oculos habent deridentur. Rurſus quomodo uidemus nos homines, utrum formas rerum uiſibilium ſuſcipientes, aut uim ex ipſis emittentes? Atqui neque ſuſcipimus rerum uiſibilium imagines: quomodo enim dimidius cœli circulus, in paruo pupillæ meatu feratur? Neq; uerò emittimus quid à nobis ipſis: quomodo enim rurſus id quod emittitur ſuffecerit, ut per cœlum expandatur? Si uerò neq; ſuſcipimus uiſibilium imagines, neq; uim aliquam ex nobiſipſis emittimus, non igitur uidemus. Quid igitur? redarguam ne ueſtros ſyllogiſmos, aut optabo uobis ueras eſſe concluſiones? Quid differt ab his ſermonibus ueſtra de ſpiritu ſancto uerborum uerſutia? quã inter miſeras mulierculas, aut eunuchos muliercu-
lis uicinos, iactatis? Ne audias ad calumniandum. Si ex Deo eſt Spiritus, quõ ſub creaturã ducis? Non enim profectò illud dices, quod etiam omnia ſunt ex Deo. Quemadmodum
2. Cor. 3 etiam Chriſtus Dei dicitur, non autem etiam creatura, ſicut nos. Nos enim Chriſti, Chriſtus aũt Dei. Sed aliter quidẽ nos Chriſti dicimur, uelut ſerui Domini: aliter aũt Chriſtus
Heb. 1 Dei dicitur, uelut filius patris. Sic etiam ſpiritus, non quia omnia ex Deo, etiam ipſe uelut
1. Cor. 12 omnia. Non enim quia ſunt etiam miniſtratorij ſpiritus, iam etiam ſanctus ſpiritus ſimilis ipſis eſt, propter appellationem: unus enim eſt uere ſpiritus. Sicut enim multi ſunt fi-
Ioan. 16 lij, unus autem uere filius: ita etiamſi omnia dicantur ex Deo, at propriè filius ex Deo eſt, & ſpiritus ex Deo: nam & filius de patre exiuit, & ſpiritus ex patre procedit: uerùm filius quidem ex patre per generationem, ſpiritus autem ex Deo arcano modo. Vide igitur quantum ſit periculum paracleti gloriam imminuere. Non ſuſcipit honorem in ſe filius, ſi ſpiritus reprobatur. Ille enim, inquit, glorificabit me: non uelut ſeruus cum creatura. Si enim cum omnibus glorificaret, non dictum eſſet ille: nunc autem relatio ad unum,
Luc. 2 glorificationem quæ exhibetur iuxta præminentiam ſupra alios, declarat. Non enim ſi-
Ioan. 17 cut qui dicunt, gloria in excelſis Deo, ſed ſicut is qui dixit, Pater glorificaui te, opus quod dediſti perfeci. Et ſicut pater glorificat filium, dicens: Et glorificaui te, & rurſus glorifi-
Mat. 10 cabo: ita etiam filius ſpiritum in ſuam & patris ſocietatem aſſumit. Aut oſtendat mihi aliquis maiorem hac gloriam, & concedam aduerſarios omnia uera dicere. Qui uos reprobat, me reprobat. Cur? propter ſpiritum uidelicet inhabitantem in ipſis. Quare qui non honorat ſpiritum, non honorat filium: qui non honorat filium, non honorat patrem. Sic igitur improbitas ac perfidia circa unum aliquod eorum quæ creduntur, totius deita-
Exod. 13 tis abnegatio eſt. Si creatus eſt ſpiritus, non eſt diuinus. Atqui ſpiritus inquit, diuinus qui fecit me. Et impleuit, inquit, Deus Beſeleel ſpiritu diuino ſapientiæ ac prudentiæ. Vbi itaq; reperis appoſitam diuinitatem ad creaturam, aut ad deitatem? Si enim ad creaturam, etiam patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti creaturã dices. Scriptum eſt enim de ipſo: Et ſempiterna ipſius potentia & deitas. Si uerò ad deitatem, deſine à blaſphemia, agnoſce ſpiritus dignitatem. Adeò ſtultus es, ut neq; ab ipſa uoce adducaris ad dignas ſpiritu notiones? Ipſi gloria in ſecula.

D. BASILII MAGNI DE SPIRITV SANCTO LIBER AD SANCTVM AMPHILOCHIVM, Iconij Epiſcopum, Iano Cornario interprete.

Capita libri de Spiritu ſancto, numero XXX.

Procemium, in quo tractatur quòd neceſſariæ ſunt de minutiſſimis Theologiæ partibus perſcrutationes. Caput I
Quale habuerit initium hæreticorum circa ſyllabas obſeruatio. Cap. II
Ab externa ſapientia ortam eſſe ſophiſticam de ſyllabis diſputationem. Cap. III
Quòd nullius diſcriminis ſit harum ſyllabarum in ſcriptura uſus. Cap. IIII
Et de patre dici per quem, & de filio ex quo, & de ſpiritu ſancto. Cap. V
Reſponſio ad eos qui pronunciant, non cum patre eſſe filium, ſed poſt patrem, ubi etiam de æquali maieſtate. Cap. VI
Aduerſus eos, qui dicunt non conuenire de filio dici, Cum quo, ſed Per quem. Caput VII
Quot modis accipitur uox per quem, & in qua ſententia congruentius ſit, cum quo. Vbi ſimul exponitur quō mandatum accipit filius, & quomodo mittitur. Cap. VIII
Definitiuæ ſententiæ de ſpiritu ad ſcripturarum doctrinam conſequentes, & quòd ſpiritus eſt Dominus. Cap. IX
Aduerſus eos qui dicunt non oportere adiungere patri ac filio ſpiritum ſanctum. Cap. X
Quòd ſint præuaricatores qui negant ſpiritum. Cap. XI
Aduerſus eos qui dicunt, ſufficere etiam in ſolum Dominum baptiſma. Cap. XII
Cur angeli apud Paulum, unà cum patre & filio aſſumuntur. Cap. XIII
Obiectio, quod & in Moſem quidam baptizati ſunt, & crediderunt in ipſum: & reſponſio ad hanc. Vbi etiam de typis ac figuris. Cap. XIIII
Refutatio alterius obiectionis, quòd etiam in aquam baptizamur. Vbi & ea quæ ad baptiſma pertinent. Cap. XV
Quod in omni ſenſu, ſpiritus ſanctus inſeparabilis eſt à patre & filio, & in creatione intelligibilium creaturarum, & in humanarum rerum diſpenſatione, & in iudicio quod expectatur. Cap. XVI
Aduerſus eos qui dicunt, non cōnumerari patri ac filio ſpiritum ſanctum, ſed ſubnumerari: ubi etiam de pia ſubnumeratione, ſummarium fidei fundamentum. Cap. XVII
Quomodo in confeſſione trium ſubſtantiarum ſiue perſonarum pium monarchiæ dogma cōſeruamus: ubi & eorum qui ſpiritū ſubnumerari dicunt cōfutatio. Cap. XVIII
Aduerſus eos qui dicunt, non eſſe glorificandum ſpiritum. Cap. XIX
Aduerſus eos qui dicunt neq; in ſeruili, neq; in herili conditione, ſpiritum eſſe, ſed in ſtatu liberorum. Cap. XX
Teſtimonia ex ſcripturis, ſpiritum appellari Dominum. Cap. XXI
Confirmatio naturalis ſocietatis ſpiritus, ex eo quod æque ac pater & filius, contemplatione incomprehenſibilis ſit. Cap. XXII
Quod ſpiritus glorificatio, eſt eorum quæ ipſi adſunt enumeratio. Cap. XXIII
Redargutio abſurditatis eorum qui non glorificant ſpiritum, ex collatione eorum quæ inter creaturas glorificantur. Cap. XXIIII
Quòd ſcriptura hac ſyllaba In, pro Cum utatur: ubi etiam quòd Et, æquipollet ſyllabæ Cum. Cap. XXV
Quot modis dicitur In, tot modis de ſpiritu accipitur. Cap. XXVI
Vnde initium acceperit ſyllaba Cum, & qualem uim habeat. Vbi etiam de eccleſiæ legibus acritibus, nullo ſcripto conſtantibus. Cap. XXVII
Quod quæ de hominibus dicit ſcriptura, uelut Chriſto conregnantibus, ea non concedunt aduerſarij, de ſpiritu ſancto dici. Cap. XXVIII
Enumeratio illuſtrium in eccleſia, qui uoce Cum in ſcriptis ſuis uſi ſunt. Cap. XXIX
Enumeratio præſentis Eccleſiarum ſtatus. Cap. XXX

Procemi-

PROOEMIVM, IN QVO TRACTATVR QVOD NECESSARIAE ſunt de minutiſſimis theologiæ partibus. perſcrutationes. Caput. 1

COLLAVDO tuum diſcendi ſtudium & morum induſtriam, & ſanè ualde ga-
uiſus ſum inſtantia tua ac mentis ſobrietate, eo quòd nullam uocem citra in-
ueſtigationem relinquere oportere putas, ex his quæ de Deo per omnem
ſcripturæ uſum proferuntur, ô charum caput & præ omnibus mihi ueneran-
dum Amphilochi. Nam quum recte audieris admonitionem Domini, quòd
omnis qui petit accipit, & qui quærit inuenit, per petendi ſedulitatem etiam deſidioſiſſi-
mum mihi excitare poſſe uideris ad impertiendum. Verùm illud in te etiam amplius ad-
miror, quod non tentandi gratia, uelut plerique nunc ſolent, quæſtiones proponis, ſed ut
quæ ſit ipſa ueritas comperias. Etenim exploratorum & percunctantium nos, nunc ma-
gna copia eſt. At animam diſcendi cupidam, & ad ignorantiæ medelam ueritatem inqui-
rentē, difficillimū eſt nanciſci. Nam uelut uenatorū laqueus, & hoſtiū inſidiæ: ita cōpluri-
um interrogationes occultam & arte cōpoſitam orationem habent: qui proponunt quæ-
ſtiones non ut aliquit utilitatis ex ipſis capiant, ſed ut ſi non conuenientes ſuæ cupiditati
reſponſiones inueniant, hanc iuſtam belli cauſam habere uideantur. Si uerò ſtulto de ſapi-
entia percōtanti, pro ſapientia reputatur: prudentem auditorem qui à propheta admirā-
do conſiliario coniunctus eſt, quanti precij putabimus? profectò iuſtum eſt ut ipſum o-
mni laude dignemur, & eum ulterius producamus, & unà cum ipſo ſtudium attingamus,
& omnia unà cum ipſo elaboremus ad perfectionem feſtinante. Nam non oſcitanter au-
dire theologicas uoces, ſed conari ſententiam in ſingulis uocib. ac ſyllabis latentem per-
ſcutari, non eſt ſegnium ad pietatem, ſed eorum qui ſcopū uocationis noſtræ cognoſcūt:
quod propoſitum eſt nobis ſimiles fieri Deo quantum poſſibile eſt humanę naturæ. Simi-
litudo aūt non contingit abſq; cognitione: cognitio aūt ex doctrina eſt: ſermo uerò do-
ctrinæ principium exiſtit. Sermonis aūt partes ſunt ſyllabę & dictiōes: quare nō extra ſco-
pum ſyllabarum expenſio contingit. Nec uerò quia minutę alicui uideri poſſint hæ quæ-
ſtiunculæ, ob id neglectu dignæ iudicandæ ſunt: ſed q̄m difficilis inuentu ueritas eſt, un-
diquaq; nobis inueſtiganda eſt. Si enim uelut reliquæ artes: ſic etiam pietatis adeptio ac-
ceſſionibus paulatim contingentibus augetur, nihil cōtemnendū eſt his qui ad cognitio-
nem introducuntur. Nam ſi quis prima elementa uelut minuta contemnat, quando perfe-
ctorum ſapientiam aſſequetur? Nę, & non, ſyllabę duæ ſunt. Attamen fortiſſima omnium
bonarum rerum ueritas, & extremus prauitatis limes mendacium, paruis his uerbis ſæpe
numero cōprehenduntur. Et quid hęc dico? quum iam quis etiam capite ſolū nutu facto
in teſtimonijs pro Chriſto, omnem pietatē expleuiſſe iudicatus ſit. Si uerò hæc hoc mo-
do ſe habent, quod nam uerbum theologicū adeò paruum eſt, ut aut recte aut ſecus ſe ha-
bens, non magnum habeat in utrāq; partem momentū? Si enim ex lege iota unum, aut u-
nus apex non tranſibit, quō tutum eſt nos etiam minutiſſima tranſilire? Porrò quæ ipſe
à nobis dijudicanda requiſiuiſti, eadem breuia ſunt & magna: compendio quidem pro-
ferendi breuia, & ob id fortaſſis cōtemptibilia: uerùm potentia eorum quæ ſignificantur,
magna, ad ſinapis ſimilitudinē, quod quum minutiſſimū ſit inter ſarmentitia ſemina, ſi iu-
ſtam curam nanciſcatur, ad magnā altitudinem exurgit, facultate quæ in ipſo eſt expanſa.
Quod ſi quis ridet noſtrā uidens circa ſyllabas, ut pſalmi uerbo utar, nugacitatē, ipſe qui-
dem inutilem riſus fructum decerpere ſe ſciat. Nos aūt minimè hominū opprobrijs ce-
dentes, neq; à uituperatione ipſorum ſuperati, neutiquā inueſtigationē relinquamus. Tā-
tum enim abeſt, ut propter hæc parua erubeſcam, ut ſi uel minimam dignitatis ipſorum
partem aſſequar, & mihijpſi uelut magnas res adepto gratulaturus ſim, & fratri hæc unà
nobiſcum perſcrutanti, non paruum hinc lucrū acceſiſſe dicturus ſim. Itaq; quum in par-
uis uerbis maximum uideam certamen, ob ſpem mercedis laborem non detrecto, & mi-
hijpſi frugiferum fore ſermonem arbitratus, & audientibus perpetuam utilitatem allatu-
rum eſſe. Quapropter iam cum ipſo, ut ita dicā, ſancto ſpiritu ad enarrationem procedā.
Et ſi uis ut me in uiam perducam huius diſputationis, paululū ad propoſitæ quæſtionis
initium me conuertam. Nuper oranti mihi coram populo, & glorificationem Deo ac pa-
tri utroq; modo abſoluenti, nunc cum filio & cum ſancto ſpiritu, nūc per filium in ſancto
ſpiritu: irruerunt quidam in nos, peregrinis nos uocibus uſos eſſe dicentes, atq; his ſimul
inter

inter ſe contrarijs. Tu uerò maximè quidem illorum ipſorum utilitatis gratia , aut ſi omnino incurabiles illi eſſent,propter eorū qui illos adire ſolent ſecuritatem , petiuiſti ut diſtincta aliqua de harum ſyllabarum facultate doctrina euulgaretur. Dicendum igitur nobis breuiſſime,quantum eius fieri poterit,ita ut ab initio quodam confeſſo tractationem auſpicemur.

QVALE HABVERIT INITIVM, HAERETICORVM circa ſyllabas obſeruatio. Cap. II

CVrioſitas illa horum uirorum circa ſyllabas ac dictiones , non ſimplex eſt,uelut alicui uideri poſſit,neq; ad paruum malum tendens,ſed profundum habet & tectum aduerſus pietatem conſilium. Contendunt enim inæqualem oſtēdere patris & filij ac ſancti ſpiritus prolationem,uelut ex hoc etiam facilem euariationis ſecundum naturam,demonſtrationem habituri. Habent enim ipſi uetus quoddam cōmentum ab Aetio præfecto huius hæreſis inuentum,qui alicubi in epiſtolis ſuis ſcripſit:Quæ inæqualia ſunt ſecundum naturam,inæqualiter proferri.Et uice uerſa.Quæ inæqualiter proferuntur,inæqualia eſſe ſecundum naturam.Et ad huius dicti cōfirmationem,apoſtolum citauit dicētem:Vnus deus & pater ex quo omnia,& unus dominus Ieſus Chriſtus per quem omnia. Quemadmodum igitur habent ſe uoces inter ſe:ſic habebunt inquit, & naturæ quæ per ipſas ſignificantur. Inæqualis autem eſt uox ex quo,uoci per quem: inæqualis igitur eſt patri filius.Ex hoc itaq; morbo,etiam circa propoſitas dictiones horum uirorum nugacitas dependet. Vnde deo quidem & patri uelut præcipuam quandam ſortem attribuunt uocem,ex quo:filio autem & deo aſſignarunt,per quem:ſpiritui autem ſancto,in quo.Et adſtruunt hunc ſyllabarum uſum nunquam permutari,quo, uelut dixi ,ex euariatione prolationis,ſimul etiam naturæ euariatio compareat.Atqui non obſcurum eſt eos in ſubtilibus nugis,impiæ doctrinæ uires corroborare.Nam uocem ex quo,creatorem ſignificare uolunt:per quem uerò,operis miniſtrum,aut inſtrumentum:in quo autem, tempus indicare uolunt aut locum. Vt opifex uniuerſorum,nihilo honoratior inſtrumento intelligatur:ſpiritus autem ſanctus nihilo plus exhibuiſſe uideatur ad rerum creationem,quàm loci aut temporis collationem. Induxit porrò ipſos ad hunc errorem externorum quoque ſcriptorū obſeruatio,qui uoces ex quo,& per quem,rebus ſecundū naturā ſeparatis attribuerunt.Illi enim putant,ex quo,materiam ſignificare:per quem uerò,inſtrumentū declarare,aut omnino miniſteriū.Sed quid uetat,tota illorū doctrina repetita, paucis coarguere horum uirorum & à ueritate diſſidentiam,& ad illos ipſos quoq; diſcordiam. 1.Cor.8

AB EXTERNA SAPIENTIA ORTAM ESSE ſophiſticam de ſyllabis diſputationem. Cap. III

QVI uanæ philoſophiæ ſtudio addicti ſunt,cauſæ naturam multipliciter exponētes, ipſamq; in propria ſignificata diuidentes,alias primitiuas dicūt eſſe cauſas, alias cooperantes aut concauſas, alias eorū ſine quibus nō,rationē obtinere. Vnicuiq; uerò harū etiam peculiarem appellationem aſſignāt,ut aliter ſignificetur ipſe opifex,& aliter inſtrumentū.Etenim opifici cōgruere putant uocem,à quo:propriè em̄ aiunt dici,à fabro lignario factos eſſe gradus. Inſtrumento uerò,per quod:per aſciam enim aiunt, & terebrum, ac reliqua.eodē modo & Ex quo,uocem materiæ propriā faciunt illi: ex ligno enim eſſe opificium.At uerò uocem iuxta quod,cogitationem ſignificare,aut propoſitū artifici exemplum.Aut enim antea depicta in mente ſtructura,ſic ad opus imaginationē perducit: aut ad iam expoſitū exemplar reſpiciens,ad illius ſimilitudinem operationē dirigit. Cęterùm uocem propter quod,fini conuenire uolunt:nam propter hominū uſum gradus factos eſſe.Porrò uocem In quo,tempus aut locum declarare.Si quis enim quærat,quando facti ſunt gradus,reſpondemus,In hoc tempore:& ubi,in hoc loco.Hæc aūt etiamſi nihil conferant ad id quod paratur,tamen ſine his nihil fieri poteſt : operantibus enim & loco & tempore opus eſt.Has obſeruationes edocti hi atq; admirati,ex uanitate & inani fraude,etiam ad ſimplicem & omni arte carentem doctrinam transferunt,ad imminutionem quidem dei uerbi,ad ignominiam uerò ſpiritus ſancti.Qui ſanè uocem inanimatis inſtrumentis,aut manuario ac humili penitus miniſterio,ab externis ſcriptoribus aſſignatam, per quem dico,ad dominum uniuerſorū transferre ueriti nō ſunt. Nec pudet Chriſtianos ſerræ aut mallei uocabulum,uniuerſæ creaturæ opifici aſſignare.

Quòd

QVOD NVLLIVS DISCRIMINIS SIT HARVM SYLLAbarum in ſcriptura uſus. Cap. IIII

NOs porrò etiam ueritatis ſcripturam in multis locis uſam eſſe his uocibus confitemur: non tamen ſpiritus libertatem penitus ſeruire dicimus inepto externorum ſcriptorum decoro, uerùm prout ſemper res occurrit, congruenter ad uſus neceſsitatem loquutiones alterare. Non enim uox Ex quo, ſemper materiam ſignificat, uelut illis uidetur: ſed familiarius eſt ſcripturæ de ſuprema cauſa hanc uocem uſurpare. Velut in hoc: Vnus deus ex quo omnia. Er rurſus: Omnia autem ex deo. Vtitur tamen ueritatis doctri-
1.Cor.8 na hac dictione etiam ſæpe de materia, uelut quum dicit: Facies arcam ex lignis imputre-
Gen.6 ſcibilibus. Et, Facies candelabrum ex auro puro. Et, primus homo ex terra terrenus. Et
Exod.37 ex luto compoſitus es tu æque ut ego. At hi quo naturæ uelut diximus differentiam de-
1.Cor.15 clarent, ſoli patri hanc uocem conuenire ſanciuerunt, obſeruationis initio ab externis ac-
Iob.33 cepto, non tamen exactè per omnia illis inſeruientes: ſed filio quidem iuxta illorum legem inſtrumenti appellationem impoſuerunt: Spiritui uerò ſancto, loci. Dicunt enim in ſpiritu, & per filium, Deo uero uocem Ex quo attribuerunt: non amplius hic externos ſequentes, ſed ad apoſtolicos uelut dicunt uſus tranſgredientes. Quomodo dictum eſt: Ex ipſo autem uos eſtis in Chriſto Ieſu. Et, omnia autem ex deo. Quid igitur eſt quod ex hac uerſutia colligitur? Alia eſt natura cauſæ, & alia inſtrumenti, & alia loci. Alienus igitur ſecundum naturam eſt filius à patre: nam & inſtrumentum aliud eſt ab artifice. Alienus itē ſpiritus ſanctus, in quantum locus aut tempus ſeparata ſunt ab inſtrumentorum natura, aut eorum natura qui ipſis utuntur.

ET DE PATRE DICI PER QVEM, ET DE FILIO EX quo, & de ſpiritu ſancto. Cap. V

ET talia quidem ſunt quæ illi afferunt: nos autem quod propoſuimus oſtendemus, quòd neq; pater accepta uoce Ex quo, ad filium proiecit uocem Per quem. Neq; filius rurſus ſpiritum ſanctū, iuxta horum legem, ad uocis ex quo, aut per quem, ſocietatem
Ephe.4 non admittit. Id quod noua ac uana horum diſtributio decernit. Vnus Deus & pater ex quo omnia, & unus Dñs Ieſus Chriſtus per quem omnia. Hæ non ſunt uoces legem ſerentis, ſed probe diſtinguentis perſonarum ſubſtantias. Non enim ut naturæ diuerſitatē introduceret, ſed ut incōfuſam patris ac filij notionem declararet. Apoſtolus ita ipſas protulit. Nam ꝙ hæ uoces non ſint inter ſe contrariæ, neq; uelut in bello ad aduerſam aciem ſecretę debellent naturas ad quas acceſſerūt, hinc patet, quod beatus Paulus etiā utraſq;
Rom.11 de uno & eodem ſubiecto cōiunxit, dum ait: Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſum om̄ia. Quod aūt hæc palàm ad dominū referat, quiuis fatebitur qui uel leuiter orationis ſententiam inſpexerit. Quum enim antea poſuiſſet Apoſtolus illud ex Eſaia propheta:
Cap.40 Quis cognouit mentem domini, aut quis conſiliarius eius fuit, induxit quoniā ex ipſo, & per ipſum, & in ipſum omnia. Quod aūt hæc de deo uerbo omnis creaturę opifice dicta ſint à Propheta, ex his quæ præcedunt diſcere potes. Quis menſus eſt manu aquam, & cœlum palmo? & totam terram pugillo? Quis ponderauit montes libra, & ſaltus trutina?
Pſal.33 Quis cognouit mētem domini? & quis cōſiliarius eius fuit? Nam dictio Quis hoc loco, non prorſus id quod haberi nequit ſignificat, ſed quod rarum eſt. Velut in hoc, Quis inſurget mihi aduerſus peruerſe agentes? Et: quis eſt homo qui uult uitam? Et: quis aſcendet in montem domini? Sic ſanè etiam hoc loco dictum eſt: quis cognouit mentem do-
Ioan.3 mini, & conſilij ipſius particeps fuit? Pater enim diligit filium, & omnia oſtendit ipſi. Hic eſt qui continet terram, & pugillo complexus eſt ipſam. Hic qui in ordinem omnia ornatè digeſsit, qui & montibus ęquilibrium, & aquis menſuras, & omnibus in mundo proprium ordinem aſſignauit, qui cœlum uniuerſum modica totius potentiæ ſuæ parte cōprehendit, quam palmum figurate propheticus ſermo nominauit. Vnde congruenter Apoſtolus adiecit, ex ipſo, & per ipſum, & in ipſum om̄ia. Ex ipſo enim rebus quæ ſunt,
Rom.11 cauſa ut ſint manat, iuxta uoluntatem dei & patris. Per ipſum omnibus durabilitas ac conſtitutio contingit, qui creauit omnia, & ſingulis creatis quæ ad ſalutem pertinent dimetitur. Quapropter ſanè & in ipſum conuerſa ſunt uniuerſa, inſedabili quodam deſiderio & arcano dilectionis affectu ad autorem ac ſuppeditatorē uitæ reſpicientia, iuxta id quod ſcriptum eſt, Oculi omnium in te ſperant. Et rurſus: Omnia ad te ſpectant, & aperis tu manum

manum tuam,& imples omne animal bona uoluntate. Si uerò aduerſus hanc noſtrã ex-
poſitionem inſtant, quæ ratio ipſos liberabit,quo minus manifeſtè in ſeipſos incurrant.
Si enim non concedent de dño dictas eſſe has tres uoces,ex ipſo,& per ipſum, & in ipſo
omnia:omnino neceſſe eſt eas Deo & patri appropriare. Atq; ex hoc palàm cõcidet ip-
ſorum obſeruatio:reperitur enim nõ ſolum ex quo,ſed etiã per quem, patri accõmodari.
Quæ uox ſi nihil humile ſignificat,cur tandem uelut inferiorẽ filio attribuunt? Si uerò o-
mnino miniſterij ſignificationem habet,reſpondeant nobis,Deus gloriæ & pater Chri-
ſti cuius principis miniſter eſt? Hoc igitur modo illi à ſeipſis ſubuertuntur. Nobis autem
utrinq; uictoria conſeruatur. Siue enim uicerit de filio eſſe ſermonẽ, reperietur uox ex quo
filio conuenire. Siue contenderit quis ad Deum referre prophetæ uerba,rurſus uocẽ per
quẽ, Deo cõuenire concedet,& parem dignitatẽ utræq; habebunt,eo quòd iuxta æqua-
lem rationem de Deo acceptę ſunt. Atque ſic etiam illo modo æquales hæ uoces inter ſe
apparebunt,quia de una & eadem perſona ſunt uſurpatæ. Cæterùm ad propoſitũ reuer-
tamur. Apoſtolus ſcribens ad Epheſios dicit: Veritatẽ autem loquentes in charitate,cre- Cap. 4
ſcamus in ipſum per omnia,qui eſt caput Chriſtus: ex quo totum corpus dum compingi
tur ac connectitur per omnem iuncturam ſubminiſtrationis, ſecundum operationem in
mẽſura uniuſcuiuſq; membri,augmentũ corporis facit. Et rurſus in epiſtola ad Coloſſen- Cap. 2
ſes,ad nõ habentes unigeniti cognitionẽ dictum eſt: Qui tenet caput, hoc eſt Chriſtum,
ex quo totum corpus per iuncturas & ligamenta ſubminiſtrationẽ accipiens, creſcit au-
gmento Dei. Nam quòd Chriſtus eſt caput Eccleſiæ alibi didicimus, Apoſtolo dicente:
Et ipſum dedit caput ſuper omnia eccleſiæ. Et Ioannes dicit: Ex plenitudine ipſius nos Eph. 2
omnes accepimus. Et ipſe Dominus: De meo accipiet,& annunciabit uobis. Et in ſum- Ioan. 1
ma,ſi quis diligenter perlegat,multiformes uſus uocis ex quo comperiet. Nam & Domi Ioan. 16
nus cognoui inquit,uirtutem ex me exiuiſſe. Eódem modo obſeruauimus etiam de ſpi- Luc. 8
ritu ſancto in multis locis uocem ex quo dictam eſſe. Qui enim ſeminat, inquit, in ſpiri- 1. Cor. 9
tum,ex ſpiritu metet uitam æternam. Et Ioãnes: Ex hoc cognoſcimus quod in nobis eſt, Ioan. 5
ex ſpiritu quem dedit nobis. Et angelus, Quod enim in ipſa generatum eſt,ex ſpiritu ſan- Mat. 1
cto eſt. Et dñs, Quod natũ eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Et de hac quidẽ uoce ſic ſe res habet. Ioan. 3
Quòd uero uocẽ per quem, ſimiliter de patre & filio & ſancto ſpiritu ſcriptura uſurpet,
iam demonſtrãdum eſt. Et de filio quidem ſuperfluum fuerit producere teſtimonia, tum
quia hoc notum eſt,tum quod hoc ipſum ab aduerſarijs affirmetur. Nos autẽ oſtẽdemus
etiam de patre uocem per quem uſurpatã eſſe. Fidelis,inquit, Deus, per quẽ uocati eſtis 1. Cor. 1
ad conſortiũ filij ipſius. Et Paulus apoſt. Ieſu Chriſti,per uoluntatẽ Dei. Et rurſus, Quare 2. Cor. 1
non amplius es ſeruus,ſed filius. Si uerò filius,etiam heres per deum. Et: quemadmodum Rom. 6
ſurrexit Chriſtus ex mortuis per gloriam patris. Et Eſaias, Væ,inquit, qui profunde faci- Gal. 4
tis conſilium,& non per dñm. Multa porrò teſtimonia huius uocis etiam de ſpiritu appo Cap. 30
nere licet. Nobis aũt,inquit, reuelauit Deus per ſpiritum ſuum. Et alibi, Bonum depoſi-
tum ſerua,per ſpiritum ſanctum. Et rurſus, Alij quidem per ſpiritum datur ſermo ſapien-
tię. Eadẽ etiã de ſyllaba In dicere poſſumus,quòd etiam de Deo & patre,uſum ipſius ſcri
ptura ſuſcepit: uelut in ueteri Teſtamẽto. In Deo,inquit,faciamus uirtutem. Et, In te laus Pſal. 59
mea ſemper. Et rurſus, In nomine tuo exultabo. Et apud Paulum, In Deo,inquit,qui crea Pſal. 88
uit omnia. Et, Paulus & Syluanus ac Timotheus Eccleſiæ Theſſalonicẽſium,in Deo pa- 1. Theſ. 1
tre. Et, Iam tãdem proſperabor in uoluntate Dei,ut ueniam ad uos. Et,gloriari,inquit,in
Deo. & multa alia quæ neq; facile ſit enumerare. Verùm nobis non eſt propoſitum mul-
titudinem teſtimoniorum oſtentare, ſed conuincere, obſeruationes ipſorum non ſanas
eſſe. Nam de Domino & ſpiritu ſancto uſum huius particulæ receptum eſſe, tanquã no- Phil. 3
tum oſtenderę ſuperſedebimus. Illud uerò dicere neceſſariũ eſt, quod prudenti auditori
ſufficiens eſt redargutio eorum quæ producta ſunt, ſi à contrario contingat. Si enim di-
uerſitas prolationis naturam diuerſam indicat,uelut illi dicunt, nunc ipſa uocum identi-
tas commoueat ipſos ut eſſentiam minime euariantem confiteantur. Non ſolum autem
in theologia uſus uocum permutantur, ſed etiam ad mutuas ſignificationes frequenter
transferuntur, quum altera alterius ſignificatũ aſſumat, uelut, Poſſedi hominem per De-
um,inquit Adam: idem dicens quaſi dixiſſet,ex Deo. Et alibi: quæcunq; præcepit Moy-
ſes Iſrael,per præceptum Domini. Et rurſus, Nónne per deum manifeſtatio ipſorum eſt?

Ioſeph de inſomnijs in carcere loquens, palàm etiam ipſe per Deum, pro ex Deo dicit. Et
uice uerſa uox ex quo, pro per quem uſurpatur. Velut quum Paulus dicit, Factus ex mu
Gal. 4 liere, pro per mulierem. Hoc enim nobis alibi manifeſtè diſtinxit, mulieri conuenire di-
cens, ex uiro natam eſſe: uiro autem per fœminam, dum ait, Quemadmodum mulier ex
1.Cor.11 uiro, ſic uir per mulierem. Quanquam illic ſimul uſus diuerſitatem oſtendens, ſimulq́ er-
rorem quorundã in tranſcurſu corrigens, qui putant Domini corpus ſpirituale eſſe, quo
oſtenderet quòd ex humana maſſa concreta eſſet caro Dei geſtatrix, ſignificãtiorem uo-
cem potiorem duxit. Nam ſi dixiſſet per mulierem, tranſitorium natiuitatis intellectum
oſtenſurus erat. Quum uerò ex muliere dixerit, abunde declarat communitatem naturæ
geniti ad genitricem. Non quod ſecum pugnet Apoſtolus, ſed ut oſtẽdat has uoces faci-
le uiciſſim inter ſe cedere. Quando igitur & de quibus decretum eſt uocem per quẽ pro-
prie dici, de ijſdem etiam uox ex quo uſurpatur, quam rationem habet ad pietatis calum-
niam, dictiones penitus inter ſe ſegregare.

Reſponſio ad eos qui pronunciant, non cum patre eſſe filium, ſed poſt patrem: ubi etiam de æquali maieſtate. Cap. VI

ATqui neq; ad ignorantię ueniam confugere poſſint, qui adeò artificioſè ac malignè
ſermonẽ noſtrum corripiunt, & palàm nobis indignantur, quòd cum patre, unige-
nito glorificationem abſoluimus, & ſpiritũ ſanctũ à filio non diſparamus. Vnde nouato-
res & nouorum uerborum excogitatores, & quibus non probroſiſſimis nominibus? nos
appellant. Quorum conuitia tantũ abeſt ut ægreferam, ut niſi triſticiam mihi afferret in-
deſinentemq; dolorem, ipſorum calamitas, propemodum dicerẽ me etiam gratiam ipſis
pro maledictis habere, ut qui beatitudinem mihi propinent. Beati enim eſtis, inquit, quũ
Mat.5 opprobrijs impetiuerint uos homines, ac perſequuti fuerint, & omne uerbum malum di
xerint contra uos, mentientes propter me. Sunt autem ob quæ nobis indignantur hæc:
Non cũ patre inquiunt, eſt filius, ſed poſt patrẽ: quapropter cõſequens eſt, per ipſum glo
riam patri exhibere, ſed nõ cũ ipſo. Nam cum ipſo, æqualẽ honorẽ ſignificat: uerum per
quem, miniſterium declarat. Neq; uerò cum patre, inquiunt, & filio, locandus eſt ſanctus
ſpiritus, ſed ſub filium & patrẽ: ita ut nõ coniungať, ſed ſubdatur, neq; cõnumeretur, ſed
ſubnumeretur. Atq; huiuſcemodi uerborũ uerſutijs, fidei ſimplicitatẽ ac ſinceritatẽ per-
uertunt. Quare quam ueniã aſſequantur propter inexperientiã, qui neq; alios imperitos
eſſe permittunt ex iſta ſua curioſa tractatione? Nos uerò illud primũ ipſos interrogabi-
mus, illud poſt patrẽ, quõ dicunt? Num uelut tempore iuniorem, aut ordine, aut dignita
te? At tẽpore quidẽ nemo adeò demens eſt, ut dicat poſteriorẽ creatorẽ ſeculorũ, quum
nullum interuallum inter naturalem filij ad patrem coniunctionem intercedat. Nec uerò
humana cogitatione contingit filium patre iuniorẽ dicere, non ſolum quòd ſimul intel-
ligantur iuxta relationis habitum: ſed quod etiam illa dicunť tempore poſteriora, quę ad
præſens tempus diſtantiam minorẽ habent: & rurſus illa priora, quæ à præſenti tempore
lõgius abſunt. Verbi gratia, priora ſunt quæ tẽporibus Noe facta ſunt, rebus Sodomiti-
cis. Nam à præſenti tẽpore longius diſſita ſunt. Et res Sodomiticæ poſteriores ſunt illis,
quia magis quodammodo uidentur huic tempori uicinæ. At eius uitæ, quæ omne tem-
pus & omnia ſecula excedit, eſſentiã metiri diſtantia ad præſens tempus, quomodo non
ſupra impietatem omnem amplius dementiã excellit? ſiquidem quemadmodũ res gene
rationi ac corruptioni ſubiectæ, aliæ alijs priores eſſe dicuntur, eodem modo deus & pa-
ter, filio & deo, qui eſt ante ſecula collatus præmineat. At enim excellentiam patris ratio-
ne antiquitatis, nemo contẽplari poteſt, eo quod in totũ neq; cogitatio, neq; ulla aliqua
notio, generationẽ Domini antecedat, quũ Ioannes per duas uoces, intra circunſcriptos
Ioan.1 terminos mentẽ ac cogitationẽ noſtram cõcluſerit, dum dicit: In principio erat uerbum.
Imperuia eſt enim menti uox erat: principij uerò uocem imaginatio tranſgredi non po-
teſt. Quantũcunq; enim cogitatione curras ad anteriora, non excedis, erat: & quantum-
uis inſtiteris uidere quæ ſint ultra filium, principiũ tranſgredi non poteris. Pium itaq; eſt
iuxta hunc modum filium ſimul cum patre intelligere. Quod ſi uelut in loco ſubiectio,
ſubdeſcenſum quendam filij ad patrem mente concipiunt, ut in ſupernis quidem ſede-
at pater, conſequenter uerò infra detruſus ſit filius, confiteantur hoc, & nos tacebi
mus, quum res ipſa per ſe id quod minimè conſentaneum eſt habeat. Neque enim quod

compar

compar eſt in cogitationibus conſeruant, qui patrem non per omnia penetrare conce-
dunt, quum eorum qui ſana mente præditi ſunt cogitatio, Deum omnia impleuiſſe cre- Pſal.138
dat. Neque meminerunt prophetæ dicentis: Si aſcendero in cœlum, tu illic es, ſi deſcen-
dero ad inferos, ades: qui ſupernum ac infernum inter patrem ac filium partiuntur. Cæ-
terùm ut de imperitia eorum taceam, qui locum incorporeis decernunt, quid mitiga-
bit pugnam & contrarietatem ipſorum, per quam adeò impudenter ſcripturis aduerſan
tur? Nempe huic, ſede ex dextris meis: & huic, ſedet in dextra maieſtatis Dei. Nam uox
dextrum, non inferiorem locum ſignificat, uelut iſti dicunt, ſed habitum æqualem, non
corporaliter accepta uoce dextri: ſic enim & ſiniſtrum aliquid in Deo fuerit: ſed ex hono
rificis præſidentiæ nominibus, maieſtatem filij ſcriptura nobis producēte. Conſequens
igitur & ipſos dicere, per hanc uocem inferiorem dignitatem ſignificari. Diſcant itaque
quòd Chriſtus eſt Dei potētia & Dei ſapientia, & imago Dei inuiſibilis, & ſplendor glo
riæ, & quòd hunc pater inſigniuit Deus, ſeipſumq́ꝫ totum in ipſo expreſſit. Hæc itaqꝫ &
his ſimilia teſtimonia per totam ſcripturam, utrum humilitatis ſignificationem habere
dicemus, an uelut præconia quædam maieſtatem unigeniti & gloriæ ad patrem æquali-
tatem prædicare? Audiant inſuper & ipſum Dominum, palàm ſuam gloriam patri æqua
lem aſtruentem, dum ait: Qui uidit me, uidit & patrem. Et rurſus, Quum uenerit filius Ioan.14
in gloria patris. Et, ut honorent filium quemadmodum honorant patrem. Et hoc, Vidi- Mat.13
mus gloriam eius, gloriam quaſi unigeniti à patre, plenus gratia & ueritate. Et hoc, Vni- Ioan.5
genitus filius qui eſt in ſinu patris. Quorum quum nihil illi conſiderarent, locum hoſti- Ioan.1
bus decretum filio attribuunt. Sinus enim paternus ſedes eſt digna filio. Scabelli uerò
locus, his quibus conuenit ruina. Nos igitur ad alia properantes, in tranſcurſu teſtimo-
nia attigimus. Tibi uerò per ocium licet demonſtrationes colligere, & gloriæ unigeniti
altitudinem, & potentiæ excellentiā perſpicere: quanquam candido auditori neqꝫ hæc
parua fuerint, niſi quis carnaliter & humiliter accipiat dextri & ſinus uoces, ut & loco
Deum circunſcribat, & fingat figuram ac formam & ſitum corporalē, quæ à notione ſim
plicis & immenſi ac incorporei longe ſeparata ſunt: ut ne dicam quod hæc cogitationis
ipſius humilitas pariter de patre ac filio eſt: quare non euertit filij dignitatem, ſed aſſumit
iudicium blaſphemiæ in Deum quia talia tradit. Quæ enim auſus fuerit contra filium, ea
neceſſe eſt transferre & ad patrem. Nam qui patri ſuperiorem locum ad præſidentiā at-
tribuit, unigenitum uerò filium inferius ſedere dicit, is omnia corporalia accidentia fi-
gmentum ſuum conſequentia habebit. Si uerò hæ imaginationes ſunt ebrioſorum, & ex
phrenitide mente motorum, quomodo pium eſt natura, gloria, dignitate coniunctum,
non cum patre adorare ac glorificare eos qui ab ipſo edocti ſunt, quod qui non honorat
filium, non honorat patrem? Quid enim dicemus? quam habebimus iuſtam excuſatio-
nem, coram communi ac horrendo uniuerſæ creaturæ iudicio? ſi quum Dominus palàm
promiſerit ſe uenturum in gloria patris: & Stephanus uiderit Ieſum ſtantem ex dextris
Dei: & Paulus in ſpiritu teſtatus ſit de Chriſto, quòd eſt in dextra Dei & patris, qui dixit, Act.7
Sede ex dextris meis: & ſpiritus ſanctus teſtetur, quòd ſedet in dextra maieſtatis dei: nos Pſal.109
throni conſortem & honore æqualem, ab æquali habitu infra deducimus? Equidem ar-
bitror ſtationem & conſeſſum, naturæ firmitatem ac ſtabilitatem ſignificare: iuxta quem
modum etiam Baruch immobilem ac immutabilē Deum oſtēdens, dicit, Tu ſedes in æ- Cap.3
ternum, & nos perimus in æternum. Dextrum autem locum ſignificare dignitatis æquali
tatem. Quomodo igitur non audax facinus ſit, filium in glorificatione priuare ſocietate,
uelut dignum qui in inferiori honoris loco locetur? At inquiunt, cum ipſo dicere, pere-
grinum penitus eſt & inconſuetum. Verùm per ipſum, & ſermoni ſcripturæ familiariſſi-
mum eſt, & in fraternitatis uſu tritum.

Aduerſus eos qui dicunt, non conuenire de filio dici, Cum quo, ſed per quem. Caput VII

QVid igitur nos ad hæc? nempe, Beatæ aures quæ nō audiuerunt uos, & beata cor-
da quæ à ueſtris ſermonibus illæſa conſeruata ſunt. Verùm uobis Chriſtū diligen-
tibus dico, quod utrūqꝫ harum uocum uſum eccleſia nouit, & neutrū reprobat, quaſi al-
terū deſtruat. Nam quum maieſtatem naturę unigeniti, & dignitatis eminentiā con
templamur, cum patre eſſe ipſi gloriā teſtamur. Quum uerò ſuppeditationem bonorum

in nos conſideramus, aut noſtrum acceſſum ac cōſortium ad Deum, per ipſum & in ipſo
peragi in nobis hanc gratiam cōfitemur. Quare altera quidem uox cum quo, propria eſt
glorificantium: altera uerò per quem, propria gratias agentium. Quin & illud mentiun-
tur, quòd uox cum quo, ab uſu piorum aliena eſt. Quicunq; enim per morum conſtan-
tiam, antiquitatis autoritatem nouationibus prætulerunt, & patrum traditionem inuio-
latam per regiones ac ciuitates conſeruarunt, hac uoce uſi ſunt. At qui conſueta faſtidiūt,
& contra uetera uelut friuola ſe extollunt, hi ſunt qui innouationes ſuſcipiunt, quemad-
modum elegantiæ in ueſtitu ſtudioſi nouam formam ſemper communi præferunt. Itaq;
uideas etiam nunc ruſticanæ plebis uocem, ueterem morem conſeruantem. Verùm artifi-
cioſorum illorum & in uerborum pugnis detritorū ſunt uerba nouæ ſapientiæ cauterio
inuſta. Quod itaq; patres noſtri dixerunt, etiam nos dicimus, quòd gloria cōmunis eſt
patri ac filio: quapropter etiam cum filio glorificationem patri exhibemus. At non hoc
nobis ſufficit, quòd patrum eſt hæc traditio. Nam & illi ſcripturæ autoritatem ſequuti
ſunt, ex teſtimonijs quæ paulo antè ex Scriptura produximus initio accepto. Splendor
enim cum gloria intelligitur, & imago cum exemplari, & filius omnino cum patre: quū
neq; nominum conſequentia, nedum rerum natura, ſeparationem admittat.

Quot modis accipiatur uox Per quem, & in qua ſententia congruentius ſit Cum quo: ubi ſimul exponitur, quomodo mandatum accipit filius, & quomodo mittitur. Cap. VIII

QVum igitur Apoſtolus gratias agit Deo per Ieſum Chriſtum, & rurſus per ipſum
gratiam accepiſſe ſe dicit, & apoſtolatum ad obedientiā fidei inter omnes gentes,
Rom.1 aut etiam quū ait per ipſum acceſſum nos habuiſſe ad gratiam hanc, in qua ſtamus & glo-
Rom.5 riamur: illius erga nos beneficentias declarat, nunc quidē à patre in nos bonorū gratiam
transferētis, nunc uerò nos per ſeipſum patri offerentis. Nam in eo quod dicit, per quem
accepimus gratiā & apoſtolatū: bonorū illinc ſuppeditationē declarat. In eo uerò quod
ait: Per quē acceſſum habemus, noſtram aſſumptionem ac cōiunctionem per Chriſtum
ad Deum fieri adſtruit. Num igitur confeſsio gratiæ ab ipſo erga nos operantis, ſubtra-
ctio eſt gloriæ? aut potius dictu uerius eſt, quòd enarratio beneficiorū, decens eſt glorifi-
cationis occaſio ac argumentum? Quapropter reperimus ſcripturā non ex uno nomine
Dñm nobis ſignificare, neq; ex his ſolū quæ diuinitatē ac magnitudinē ipſius declarant.
Sed interdū uti nominibus naturā exprimētibus. Nouit eñ nomē filij, quod eſt ſupra o-
mne nomē, & filium uerùm dicere, & unigenitū Deum, & uirtutē Dei, & ſapientiā Dei,
& uerbum. Rurſus uerò ob multiplicē erga nos beneficentiā, quam propter diuitias bo-
nitatis, iuxta uariam ſapientiam ſuam egentibus exhibet, infinitis alijs appellationibus i-
pſum deſignat, aliquando paſtorē uocans, aliquādo regem, & rurſus medicū, & eundem
ſponſum, & uiam, & ianuam ſiue oſtiū, & fontem, & aſciam, & petram. Hæc enim nō na-
turā declarāt, ſed uelut dixi operationis uarietatē, quam ex miſericordia erga proprium
figmentum, iuxta neceſsitatis proprietatē indigentibus præbet. Nam eos qui ad præfe-
cturam ipſius confugerunt, & per malorum tolerantiam, faciles ſe in impertiendo exhi-
buerunt, oues dicit, & paſtorem ſe eſſe talium fatetur, qui uocem ipſius audiunt & non
Ioan.10 attendunt doctrinis peregrinis. Oues enim meæ, inquit, uocem meam audiunt. Rex aūt
appellatur eorum qui tranſcenderūt iam, & legali præfectura opus habent. Oſtium uerò
dicitur, propterea quod ad bonas actiones per rectitudinē præceptorū educit, & rurſus
ſecure habitare facit, eos qui ad cognitionis bonū per fidē in ipſum cōfugiunt. Vnde per
1.Cor.10 me, inquit, ſi quis introierit, & ingredietur & egredietur, & paſcua inueniet. Petra dicitur
propterea quod robuſtum, & incōcuſſum, & omni propugnaculo ſecurius ſit munimen
tum in ipſum credentibus. In his uox per ipſum, aptiſsimū ac ſignificantiſsimū uſum ha-
bet, quum uelut oſtium, & uelut paſtor, & uelut uia dicatur. At uerò uelut Deus & filius,
Phil.2 cum patre glorificationem habet. Quia in nomine Ieſu, omne genu flectetur, cœleſtium,
terreſtrium, & infernorum. Et omnis lingua confitebitur, quòd Dominus ſit Ieſus Chri-
ſtus in gloriam Dei patris. Quapropter utriſq; uocibus utimur, altera propriam ipſius di-
gnitatem, altera gratiam erga nos prædicantes. Per ipſum enim omne auxilium eſt ani-
marum, & iuxta ſingulas auxiliorum ſpecies propria quædam appellatio excogitata eſt.
Quum enim animam inculpatam, non habentē maculam aut rugam, uelut caſtam uirgi-
nem

nem ſibi ipſi adiungat, ſponſus appellatur. Quum uerò à prauis diaboli plagis afflictam deprehenderit, grauiterq́ laborantem è peccatis, ſanare dignatus fuerit, medicus nominatur. Num igitur tales de nobis curæ, cogitationes noſtras ad humiliter de ipſo ſentiendum deducunt? aut uice uerſa, admiratione potētiæ ſimulq́ amoris erga homines ipſius ſeruatoris inducunt? quod & infirmitatibus noſtris cōdolere ſuſtinuit, & ad noſtram infirmitatem deſcendere potuit. Non enim in tantum cœlum & terra, immenſaq́ maria, & in aquis degentia ac terreſtria animantia, & plantæ, & ſtellæ, & aer, & tempora, & uarius ille uniuerſi ornatus, excellentiam potentię ipſius commendant: quantū potuiſſe Deum incomprehenſibilem ſic citra læſionem per carnem morti complicari, ut nobis per propriam paſſionem, ab affectibus puritatem ac immortalitatem largiretur. Et quum Apoſtolus dicat: In his omnibus ſuperamus per eum qui dilexit nos: neutiquā humile quoddam miniſterium ex tali uoce ſuggerit, ſed auxilium in fortitudinis robore operans. Ipſe enim eſt qui ligauit fortem, & diripuit inſtrumenta ipſius, uidelicet nos, quibus ad omnē malam actionem abuſus erat, & fecit inſtrumenta ac uaſa inutilia domino, abſolutos ad omne opus bonum ex promptitudine eius quod erat in nobis. Sic ſanè acceſſum per ipſum habemus ad patrem, trāslati ex poteſtate tenebrarum, ad portionem ſortis ſanctorum in luce. Ne itaq́ ex ſeruili humilitate, coactum miniſterium intelligamus ipſam per filium diſpenſationem, ſed uoluntariam ſolicitudinem ex bonitate ac miſericordia, ſecundum uoluntatem Dei & patris, erga proprium figmentum operantem. Sic enim pietatem ſeruabimus, ſi & perfectam potentiā ipſi teſtimonio noſtro attribuerimus, & nuſquam in omnibus quæ fiunt à paterna uoluntate ipſum diſparauerimus. Quemadmodū ſanè etiam quum uia Dominus dicitur, ad altiorem intelligentiam, & nō ad eam quæ ex promptu ſumitur ſubducimur. Nam profectū ordine & ſeriè per iuſticiæ opera, & illuminationem cognitionis ad perfectionem procedentem, uiam accipiamus, ſemper ad ulteriora feſtinantes, & ad ea quæ reſtant noſipſos extēdentes: donec peruenerimus ad beatum finem, ipſam Dei cognitionē, quam Dominus per ſeipſum his qui in ipſum credunt largiet. Bona enim reuera uia, minimè uaga, nec erronea, eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ad reuera bonum patrem perducens. Nemo enim uenit, inquit, ad patrem niſi per me. Talis igitur eſt noſter ad deum aſcenſus per filium. Qualis autē rurſus à patre in nos per ipſum ſit bonorū ſuppeditatio, conſequens fuerit nos dicere. Omnis naturæ creatæ tum uiſibilis, tum intelligibilis, quæ Dei cura opus habet ad hoc ut cōtineatur, opifex eſt uerbum, unigenitus Deus, iuxta mēſuram neceſſitatis uniuſcuiuſq́ auxilium diſtribuēs, uaria quidem & omnigena auxilia illa, propter uarietatem eorum qui beneficio afficiuntur, congruas tamen unicuiq́ iuxta uſus neceſſitatem dimetitur impenſas. Eos enim qui in ignorantiæ tenebris detinenē, illuminat, & propterea lux uera eſt. Iudicat idem, iuxta operum meritum retributionem remetiens, & propterea eſt iudex iuſtus: pater enim neminem iudicat, ſed omne iudicium dedit filio. Erigit ex caſu eos qui à uitæ altitudine ad peccatum delapſi ſunt. Et ob id uocatur reſurrectio. Omnia aūt facit, contactu potentiæ & bonitatis uoluntate operans. Paſcit, illuminat, nutrit, deducit, medetur, erigit. Ea quæ non ſunt, ad eſſentiam producit, creata cōſeruat. Sic dona ex Deo per filium ad nos perueniunt, qui maiore celeritate ſingula operatur, quàm oratio exequi ualeat. Neq́ enim fulgura, neq́ lucis in aere adeò uelox diſcurſus, non oculorū tam celeres iactus, non ipſius mentis noſtræ tam repentini motus. Sed ſingula hæc amplius à diuinæ operationis celeritate abſunt, quàm pigerrima apud nos animalia, non dixerim à uolucribus, neque uentis, aut rerum cœleſtium impetuoſa latione, ſed ab ipſa noſtra mente, iuxta motum ſuperantur. Nam qua tandem temporali dilatione opus habuerit, qui omnia fert uerbo potentiæ ſuæ, & non corporaliter operatur, neq́ manuum opera ad opificium indiget, ſed ad uoluntatem incoactam, naturam eorum quæ fiunt obſequētem habet. Quomodo Iudith, Cogitaſti, inquit, & præſto fuerunt tibi omnia quæ cogitaſti. Attamē ut ne fortè ex magnitudine fientium diſtrahamur ad imaginādum, principio carere Dominū, quid ait is qui per ſe uita eſt? Ego uiuo propter patrem. Et ipſa dei potentia, nō poteſt filius facere à ſeipſo quicquam: & ipſa per ſe perfecta ſapientia, mādatum accepi, quid dicam, & quid loquar: per hæc omnia ad patris nos deducens cognitionem, & miraculum eorum quæ fiunt ad ipſum referens, ut per ipſum, patrem cognoſcamus. Non enim ex o-

Rom. 8 — *Ioan. 6* — *Ioan. 11* — *Cap 9* — *Ioan. 6* — *Ioan. 14*

perum differentia pater conſideratur, quod propriam & ſeperatam actionem oſtendat.
Quæcunque enim uiderit patrem facere, ea etiam filius ſimiliter facit. Sed ex gloria quæ
ipſi ab unigenito affertur, miraculi eorum quæ fiunt, fructum capit, ſupra operum ma-
gnitudinem, etiam de ipſo opifice gaudens, dum exaltatur ab his qui agnoſcunt ipſum
patrē Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem omnia, & propter quem omnia. Quapropter
Ioan. 17 dicit Dominus, Mea omnia tua ſunt: tanquā ad ipſum principiū opificiorū referendū ſit:
& tua mea: tanquam illinc cauſa creandi ad ipſum deueniat. Non quod auxilijs utatur ad
operationem, neq; quod particularibus permiſſionibus uniuſcuiuſq; operis miniſteriū
ipſi commiſſum ſit: ſeruile enim hoc eſſet, & ualde à diuina dignitate alienum. Sed ple-
num eſt uerbum paternis bonis, & à patre reſplendens omnia facit ad genitoris ſimilitu-
dinem. Si enim iuxta eſſentiam nihil euariat à patre, nihil euariabit etiam iuxta potētiam.
1. Cor. 1 Quorum autem potentia æqualis eſt, eorum ſanè æqualis eſt omnino & operatio. Chri-
Ioan. 1 ſtus enim Dei potentia eſt, & Dei ſapientia. Et ſic omnia per ipſum facta ſunt, & omnia
per ipſum, & in ipſum creata ſunt. Non quòd inſtrumentali ac ſeruili miniſterio funga-
tur, ſed quòd uelut conditor paternam perficiat uoluntatem. Quum igitur dicat, Ego ex
meipſo non ſum loquutus. Et rurſus, Quemadmodum dixit mihi pater, ſic loquor. Et,
Ioan. 14 Sermo quem auditis, non eſt meus, ſed eius qui me miſit. Et alibi, & quemadmodū man-
Ioan. 12 dauit mihi pater, ſic facio: non quod liberum arbitrium non habeat, & uoluntatis motu
careat, neq; quod ex ſignis datis indulgentiam ac permiſſionem expectet, talibus uoci-
bus utitur: ſed ut declaret mentem ſuam unice & inſeparabiliter ex patre hærere. Itaq; id
quod dicitur mandat, non ut ſermonem imperioſum per uocalia inſtrumenta prolatum
accipiamus, qui de faciēdis filio uelut obedienti legem præſcribat: ſed iuxta ſenſum Deo
dignum, intelligamus uoluntatis diſtributionem, uelut formæ cuiuſdam imaginem in
ſpeculo, ex patre in filium ſine tempore tranſeuntem: pater enim diligit filium, & omnia
Ioan. 3 oſtendit ipſi. Quare omnia quæ habet pater, filij ſunt, non paulatim accedentia, ſed acer-
uatim præſentia. Non enim inter homines quidem qui artem edidicit, & firmum ipſius
habitum per diuturnam exercitationem infixum habet, de cætero poteſt iuxta ſitas in
ipſo ſcientiæ rationes per ſeipſum operari. Dei uerò ſapientia, uniuerſæ creaturæ opifex,
ſemper perfectus, citra doctorem ſapiens, Dei potentia, in quo ſunt omnes theſauri ſapi-
entiæ ac ſcientiæ occultati, particulari præfectura opus habet, quæ modum ipſi ac men-
Col. 2 ſuram actionum preſcribat. Profectò tu etiam pædagogeū aperies in uanitate cogitatio-
num tuarum, & illum quidem præſidere facies in doctoris loco: hūc uerò aſtare in diſci-
puli imperitia. Deinde paulatim factis doctrinarum acceſſionibus ediſcere ſapientiam,
& procedere ad perfectionem. Et hoc uerò, ſi modo noueris conſequentiā in cogitatio-
nibus conſeruare, inuenies: filium quidem ſemper diſcere, neq; unquā ad finem perueni-
re poſſe: propterea quòd infinita ſit patris ſapientia, & infinitæ rei finis apprehendi non
poſſit. Quare qui non conceſſerit filium omnia ab initio habere, nunquā concedet ipſum
ad perfectionem peruenturum eſſe. Sed pudet me huius humilis cogitationis. Ad ſubli-
mitatem igitur uerbi reuertamur. Qui uidit me, inquit, uidit & patrem: nō figuram, neq;
formā: pura eſt enim à compoſitione diuina natura: ſed bonitatem uoluntatis, quæ cum
eſſentia concurrens, ſimilis & æqualis, imò potius eadem in patre & filio intelligit. Quid
Phil. 2 igitur ſibi uult illud, factus obediens uſque ad mortem? & hoc, Pro nobis omnibus tra-
Ephe. 5 didit ſeipſum? Quoniam ex patre hoc filius habuit, ut iuxta bonitatem ſuam pro homi-
nibus operaretur. Tu uerò etiam illa audito: Chriſtus nos exemit è maledictione legis.
Rom. 5 Et, Quum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Attende autem di-
ligenter ipſis domini uerbis, quod quum nos de patre erudit, authenticis & herilibus uo-
Mar. 1 cibus uti ſolet, dicens: Volo, mundus eſto. Et, tace, obmuteſce. Et, ego autem dico uo-
Mar. 4 bis. Et hoc, mutum & ſurdum dæmonium ego tibi præcipio. Et quæcunq; huiuſcemodi.
Luc. 4 Quo per hæc quidem, Dominum & creatorem noſtrum cognoſcamus: per illa uerò, pa-
Mar. 9 trem domini ac creatoris noſtri diſcamus. Itaq; ſermo undiquaq; uerus oſtenditur. Nam
patrem creare per filium, neque imperfectum patris opificium ac creationem declarat,
neque infirmam filij operationem oſtendit, ſed unitatem uoluntatis explicat. Quare
uox per quem, principalis cauſæ confeſſionem habet, & non ad efficientis cauſæ prædi-
cationem aſſumitur.

Definitiuæ

Definitiuæ ſententię de ſpiritu, ad ſcripturarum doctrinam conſequentes, & quòd ſpiritus eſt Dominus. Cap. IX

IAm uerò etiam de ſpiritu ſancto communes noſtras ſententias quales ſint, expendamus, tum eas quæ ex ſcripturis de ipſo nobis collectæ ſunt, tum quas ex nõ ſcripta patrum traditione quaſi per manus ſuſcepimus. Primùm igit̃ ubi quis ſpiritus appellationes audiuit, erigit animum, & ad ſupremã naturã mentẽ attollit. Spiritus enĩ Dei dictus eſt, & ſpiritus ueritatis qui à patre procedit. *Ioan. 14* Spiritus rectus, principalis, ſpiritus ſanctus: quæ propria ipſius ac peculiaris appellatio eſt, & maximè omnium, incorporei & pure immaterialis ac indiuiſibilis nomẽ eſt. Quapropter etiã Dñs animã putantẽ Deũ in loco adorari docens quod incomprehenſibile eſt incorporeũ, ſpũs, inquit, eſt Deus. *Ioan. 4* Itaq; fieri nequit, ut is qui ſpiritum audiuit, cir cumſcriptã naturã, aut mutationib. & alterationib. ſubiacẽtem, aut omnino creaturę ſimilem, menti imprimat. Sed neceſſe eſt ut cogitatione ad ſummũ procedat, & intellectualem eſſentiã cogitet, potentia infinitã, magnitudine incircumſcriptam, temporum aut ſeculorũ dimenſiones nõ admittentẽ, nemini bona q̃ habet inuidentem. Ad quem omnia conuertuntur, quę ſanctificatione opus habent. Quem omnia deſiderant iuxta uirtutem uiuentia, uelut quę rigant̃ & adiuuant̃ eius aſpiratione, ut ad proprium ſuũ ac naturalem finem perueniant. Qui perficit alia, ipſe uerò nuſq; defectuoſus eſt. Qui non rediuiuo more uiuit, ſed uitam ſuppeditat: non acceſſionib. augeſcens, ſed plenus, rectus, in ſeipſo firmatus, & ubiq; exiſtens, ſanctificationis generatio, lumen intelligibile, uniuerſę potentię rationali ad ueritatis inuentionem, uelut perſpicuitatem quandã per ſeipſum exhibens. Inacceſſibilis natura, ſed qui capi poſſit propter bonitatem: omnia quidem exhibens uirtute, ſed eius ſoli digni participes fiunt: & participes fiunt non una menſura, ſed iuxta fidei portionem diuidit uim ſuam: ſimplex eſſentia, uarius potentijs, totus unicuiq; pręſens, & totus ubiq; exiſtens. Qui citra lęſionem diuiditur, & integre diſtribuitur, ad radij ſolaris ſimilitudinem, cuius beneficium quũ fruenti uelut ſoli adſit, & terram illuſtrat & mare, & aeri permixtũ eſt. Sic ſanè & ſpũs ſanctus, quũ unicuiq; eius capaci uelut ſoli adſit, ſufficiens ac integrũ beneficiũ omnib. immittit, quo fruunt̃ quęcunq; de illo participant, quantum ipſa ex natura poſſunt, non quantum ille poteſt. Cõſortium aũt ſpiritus ad animam, non eſt appropinquatio per locum: quomodo enĩ fiat ut corporaliter ad incorporeum accedas? ſed diſceſſus à uitijs, quæ ab amore erga carnem poſterius animæ acceſſerunt, & à conſortio Dei abalienauerũt. Purgatum igitur à turpitudine quã per maliciam affricuit, & ad naturalẽ pulchritudinẽ reuerſum, & qui uelut regiæ imagini ueterem formã per puritatem reddidit, ſic ſolũ accedere paracletũ licet. Ille uerò uelut ſol purgatũ oculum adeptus, oſtendit tibi in ſeipſo imaginem inuiſibilis. In beata aũt imaginis cõtemplatione, inenarrabilem uidebis archetypi ac exemplaris pulchritudinem. *Col. 1* Per hunc cõtingunt, cordium aſcenſus, manuductio infirmorum, proficientiũ perfectio. Hic purgatos ab omni macula illuſtrans, per ſocietatem ad ſeipſum ſpirituales efficit. Et quẽadmodum illuſtria ac pellucida corpora, radio ipſis illabente, tum ipſa ſplendida fiunt, tũ alium ſplendorem à ſeipſis diffundunt: ſic ſpiritum ferentes animę à ſpiritu illuſtratæ, tũ ipſæ ſpirituales efficiuntur, tum in alios gratiam emittunt. Hinc futurorũ præſcientia, myſteriorum intelligentia, occultorum comprehenſio, donorum diſtributiones, cœleſtis cõuerſatio, cum angelis tripudium, indeſinens læticia, in Deo perſeuerantia, ad Deum ſimilitudo, & quod omnium rerum appetibilium ſummum eſt, ut Deus fias. Tales quidẽ igit̃ ſunt ſententiæ noſtrę de ſancto ſpiritu, quas de magnitudine ipſius, & dignitate & actionibus, ab ipſis ſpiritus oraculis ſentire didicimus, ita tamen ut pauca de multis appoſuerimus. Iam uerò ad contradicentes procedendum eſt, conabimurq; illorum obiectiones refellere, quas ex falſi nominis ſcientia nobis proponunt.

Aduerſus eos qui dicunt non oportere adiungere patri ac filio ſpiritum ſanctum. Cap. X

NOn conuenit, inquiunt, patri & filio adiungere ſpiritum ſanctũ, tum propter naturæ alienitatem, tum propter dignitatem inferiorem. Ad quos iuſtum eſt apoſtolorum uocem reſpõdere, quod obedire oportet Deo magis quàm hominibus. Si enim Dominus palàm in ſalutaris baptiſmatis traditione diſcipulis præcepit, baptizare oẽs gentes in nomen patris & filij & ſpiritus ſancti, non dedignatus ſocietatem ad ipſum: hi ue-

rò non cõuenire dicunt, ipſum patri ac filio adiungere: quomodo nõ ordinationi Dei pa-
làm reſiſtũt? Si quidem enim non eſſe aiunt talem coniunctionem, ſocietatis alicuius &
conſortij ſignificatiuam dicant, quid nam hoc putare conuenit, & quem alium conſortij
modum familiariorem ac magis genuinum habent. Alioqui ſi non coniunxit Dominus
ſibijpſi & patri ſpiritum ſanctum in baptiſmo, neq; nobis coniunctionem uitio uertant:
nihil enim nos diuerſum neq; ſentimus, neq; loquimur. Si uerò coniunctus eſt illic patri
& filio, & nemo adeò impudens eſt, ut aliud quid dicat: neq; ſic nobis uitio uertant, ſi quæ
ſcripta ſunt, ſequimur. At belli quidem apparatus contra nos inſtructus eſt, & omnis co-
gitatio aduerſus nos intenta eſt, & linguæ maledicorum hic iaculantur, uehementius ſeri-
Act. 7 entes quàm Iudæi, qui Chriſtum occiderant, lapidibus tunc Stephanum impetierunt. Ve-
rùm ne lateat ipſos, quod nos quidem bellum hoc prętextum habet, ſed ueritas rei ad ex-
celſum ſpectat. Quare in nos quidem machinas ac inſidias conſtruunt, ſeq; mutuò adhor-
tantur ad ferendum auxilium, pro ut quiſq; aut experientia aut robore præſtat. Fides eſt
autem quæ oppugnatur, & communis omnibus ſcopus, ut firmamentum fidei in Chri-
ſtum concutiant, ex eo ut apoſtolica traditio ſolo adæquata diſſipetur. Quapropter uelut
æris alieni debitores probationes ex ſcriptura implorant, non ſcriptum patrũ teſtimoniũ
uelut nullius ponderis reijcientes. At non deſeremus ueritatem, neq; ob timiditatem bel-
li ſocios prodemus. Si enim Dominus ut neceſſarium & ſalutare dogma tradidit, ſpiritus
ſancti cum patre coniunctionem, his autem non ita uidetur, ſed diſparare ac diſtrahere,
& ad ſeruilem naturam transferre tentant: quomodo non uerum eſt, quod ſuæ ipſorum
blaſphemiæ maiorem autoritatem tribuunt, quàm Domini præcepto? Age igitur omni
contentione abiecta, ita de his quæ inter nos uerſantur, conſideremus. Chriſtiani unde
nos? per fidem utiq; quilibet dicet. Saluamur autem quõ? regenerati nimirum per grati-
am in baptiſmate. Nam unde alioqui? Deinde quum ſalutem hãc per patrem & filium &
ſpiritum ſanctum confirmatam ſciamus, formam doctrinę quam accepimus, abijciemus?
Profectò magnis ſuſpirijs digna res fuerit, ſi quidem reperimur nunc longius abeſſe à ſa-
lute noſtra, quàm quum credidimus. Si enim quæ tunc recepimus, nunc abnegamus, æ-
quale damnum eſt, aut exortem aliquem baptiſmatis diſcedere, aut id defectuoſum in
una aliqua re à Chriſti traditione ſuſcipere. Et qui non profeſsionem, quam in prima in-
troductione teſtificati ſumus, quomodo à ſimulacris liberati Deum uiuentem acceſſi-
mus, per omne tempus conſeruat, & per omnem uitam uelut ſecurum propugnaculum
amplectitur: is alienum ſe facit à promiſsionibus Dei, proprium chirographum impu-
gnans, à ſe in fidei confeſſione teſtimonij loco productum. Si enim principium uitæ mi-
hi eſt baptiſmus, & prima dies illa regenerationis dies: perſpicuum eſt quòd etiam uox
omnium præſtantiſſima mihi eſt, quę ob gratiam adoptionis à me prolata eſt. Itaq; tradi-
tionem quę me perduxit ad lucem, & quę mihi largita eſt Dei cognitionem, per quam fa-
ctus ſum filius Dei, qui paulò ante ob peccatum hoſtis eram, hanc ipſam, inquam, amittã
probabilibus iſtorum perſuaſionibus ſeductus? Imò & mihijpſi comprecor, ut cum hac
confeſſione abeam ad Dominũ: & ipſos hortor, ut inuiolatam conſeruent fidem in diem
Chriſti, & indiuulſum à patre & filio cuſtodiant ſpiritũ ſanctũ: ipſam uidelicet baptiſma-
tis doctrinam, tum in fidei confeſſione, tum in gloriæ perſolutione conſeruantes.

Quod ſint pręuaricatores, qui negant ſpiritum. Cap. XI

CVi uæ? cui afflictio? cui anguſtię ac tenebræ? cui æterna condemnatio? non præua-
ricatoribus? non his qui fidem abnegarunt? Quæ uerò eſt abnegationis compro-
batio? Nónne quod proprias profeſsiones reprobarunt? Quid autem profeſſi ſunt, aut
quando? profeſſi ſunt ſe credere in patrem & filium & ſpiritum ſanctum, quum renun-
ciantes diabolo & angelis ipſius ſalutarem illam uocem ediderunt. Quæ igitur decens
hos appellatio à filijs lucis excogitata eſt? Nónne præuaricatores appellantur, ut qui ſa-
lutaria pacta ſua uiolarunt? Quo igitur nomine appellabo eum qui Deum abnegauit,
q Chriſtum abnegauit? quo alio quàm præuaricatoris? Ei uerò qui ſpiritum abnegauit,
quam appellationem imponere me uoles? non eandem ipſam, ut qui pactum erga Deũ
transgreſſus eſt? Ergo quum & confeſſio fidei in Deum pietatis beatitudinem nobis pro-
pinet, & abnegatio condemnationi impietatis nos ſubijciat, quomodo non horrendum
eſt hanc nunc reprobare, non ignem, non gladium, non crucem, non flagra, non rotam,
non

non tormenta metuentes, ſed ſolis ſophiſmatis ac deceptionibus eorum qui ſpiritum impugnant ad errorem impulſos. Teſtificor omni homini Chriſtum confitenti, & Deum Gal.3
abneganti, quod Chriſtus ipſi nihil proderit: aut Deũ inuocanti, & Chriſtum reprobanti, quod uana eſt ipſius fides: & ſpiritum reprobanti, quod fides in patrem & filium ipſi in uanum euadet, quam neq; habere poteſt, ſpiritu non ſimul præſente. Non enim credit in Ioan.3
filium, qui non credit ſpiritui. Non credit autem in patrem, qui non credit filio. Neque enim 1.Cor.12
poteſt dicere Dominus Ieſus, niſi in ſpiritu ſancto. Et, Deum nemo uidit unquam Ioan.1
ſed unigenitus filius qui eſt in ſinu patris, ipſe nobis enarrauit. Talis uerò etiam ueræ adorationis exors eſt, neq; enim fieri poteſt ut quis adoret filium, niſi in ſpiritu ſancto: neq; ut patrem inuocet, niſi in ſpiritu adoptionis.

Aduerſus eos qui dicunt ſufficere etiam in ſolum Dominum baptiſma. Cap. XII

ET neminem ad errorem impellat illud Apoſtoli, quod nomen patris ac ſancti ſpiritus in baptiſmatis mentione ſępe omittit: neq; ob id putet nominum nomenclaturã non neceſſe eſſe obſeruari. Quicunq;, inquit, in Chriſtum baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Gal.3
Et rurſus, Quicunq; in Chriſtum bapptizati eſtis, in mortem ipſius baptizati eſtis: Rom.6
nam Chriſti appellatio, totius eſt confeſſio. Declarat enim & Deum qui unxit, & filium Act.4
qui unctus eſt, & ſpiritum ſanctum qui eſt ungentum: uelut à Petro in Actis didicimus, Eſa.61
Ieſum Nazarenum, quomodo unxit ipſum Deus ſpiritu ſancto. Et in Eſaia, Spiritus Do- Pſal.44
mini ſuper me, cuius gratia unxit me. Et pſalmorum cantor, Propterea unxit te Deus, Deus Act.1
tuus oleo lęticiæ præ conſortibus tuis. Porrò uidetur aliquando etiam ſolius ſpiritus in baptiſmate mentionem feciſſe. Omnes enim, inquit, in uno corpore, in unum ſpiritum baptizati ſumus. Huic conſonum eſt & illud, Vos autem baptizabimini in ſpiritu ſancto. Et, Ipſe uos baptizabit in ſpiritu ſancto. At non ob id perfectum quis dixerit baptiſma, in quo ſolũ ſpiritus nomen inuocatum eſt. Oportet enim immobilem manere traditionem in uiuifica gratia datam. Qui enim liberauit uitam noſtram ex corruptione, poteſtatem renouationis nobis dedit, quæ poteſtas inexplicabilem cauſam habet & in myſterio abſtruſam, uerùm magnam animis ſalutem afferentem. Quare addere quid aut detrahere, palàm eſt elapſus à uita æterna. Si igitur ſeparatio ſpiritus in baptiſmate à patre & filio, periculoſa eſt baptizanti, & inutilis baptiſmum ſuſcipienti: quomodo nobis tutum eſt à patre & filio diuellere ſpiritum ſanctum? Fides & baptiſma duo ſalutis modi ſunt, inter ſe cohærentes & inſeparabiles: fides enim perficitur per baptiſmum. Baptiſmus uerò fundatur per fidem: & per eadem nomina utraq; res impletur. Sicut enim credimus in patrem & filium & ſpiritum ſanctum: ſic etiam baptizamur in nomen patris & filij & ſpiritus ſancti. Et præcedit quidem confeſſio ad ſalutem inducens: conſequitur autem baptiſma, obſignans noſtram confeſſionem ac pactum.

Cur angeli apud Paulum, unà cum patre & filio aſſumuntur. Cap. XIII

SEd & alia ſunt, inquiunt, quæ patri ac filio connumerantur, & omnino non ſimul cõglorificantur. Velut Apoſtolus ſimul angelos aſſumpſit in teſtimonium, coram Ti- 1.Tim.5
motheo dicens: Obteſtor te in conſpectu Dei, & Chriſti Ieſu, & electorum ipſius angelorum: hos tamen neque ſeparamus à reliqua creatura, neque patri ac filio connumerari ſuſtinemus. Ego uerò etiamſi hic ſermo nulla reprehenſione dignus eſt, ut qui manifeſtã habeat abſurditatem: tamen illud dico, quod etiam conſeruum quis teſtem producere poſſit, apud mitem ac manſuetum iudicem, & maximè in ęquabilitate erga litigantes, autoritatem iuſticiæ iudiciorum declarantem. At uerò liber eſſe è ſeruo, & filius uocari Dei, & uiuificari à morte, à nullo alio poteſt, quàm ab eo qui naturalem coniunctionem poſſidet, & à ſeruili conditione alienus eſt. Quomodo enim coniunget Deo qui eſt alienus? Quomodo uerò liberabit, qui ipſe obnoxius eſt iugo ſeruitutis? Quare nõ ob ſimilia ſpũs & angelorum fit mentio. Sed ſpiritus uelut uitæ Dominus, angeli uelut conſeruorum adiutores, & fidi ueritatis teſtes aſſumuntur. Mos enim hic ſanctis eſt, ut mandata Dei adhibitis teſtibus tradant. Sicut etiam idem ipſe ad Timotheum dicit: Quæ accepiſti à me 2.Tim.2
coram multis teſtibus, ea depone apud fideles homines. Et nũc angelos in teſtimonium producit: nouit enim quòd ſimul aderunt angeli iudici, quum uenerit in gloria patris, ad iudicandum orbem terrarum in iuſticia: Qui enim confitebitur me, inquit, coram hominibus,

nibus,& filius hominis confitebitur ipſum coram angelis ſuis. Qui uerò abnegauerit me
2.Theſſ.1 coram hominibus,abnegabit coram angelis Dei.Et Paulus alibi dicit,in reuelatione Do
mini Ieſu à cœlis cum angelis. Huius rei gratia hic iam atteſtatur coram angelis, ad ma-
gnum illud tribunal paratas ſibiipſi cōſtruens probationes.Et non hic ſolum,uerùm ſim-
pliciter omnes,quibus uerbi miniſterium cōmiſſum eſt,nullo tempore teſtificari ceſſant.
Imò & cœlum & terram implorant,tanquam intra quorum ambitum nunc omnia geran
tur,& qui ſimul affuturi ſint in examinatione eorum quæ geſta ſunt in hac uita.Aduoca-
bit enim,inquit,cœlum ſurſum,& terram ad diiudicandum populum ſuum. Vnde Mo-
Pro.25 ſes traditurus eloquia Dei populo,Teſtor,inquit,hodie cœlum & terram. Et rurſus canti-
Deut.4 cum dicens:Attende cœlum & loquar,& audiat terra uerba ex ore meo.Et Eſaias, Audi
Cap.1 cœlum,& auribus percipe terra. Hieremias autem, etiam ſtuporem quendam cœli nar-
Cap.1 rat,ob audita impia populi facta.Obſtupuit cœlū ob hoc, & inhorruit amplius uehemen
ter terra,dicit Dominus,quoniam duo mala fecit populus meus.Itaque & Apoſtolus ſci
ens angelos præfectos hominibus uelut pædagogos quoſdam aut gubernatores,in te-
Ioſ.4 ſtimonium ipſos uocauit.Ieſus aūt Naue etiam lapidem teſtem ſermonum ſtatuit.Iam ue
Gen.31 rò & collis alicubi teſtis appellatus eſt à Iacob.Erit,inquit,lapis hic hodie in teſtimonium
uobis in extremis diebus,quando mentiti fueritis Domino ueſtro: fortaſſis credens per
potentiam Dei etiam lapides uocem emiſſuros eſſe,ad redarguendos tranſgreſſores: ſin
minus,attamen fore ut uniuſcuiuſq; conſcientia omnino efficacia recordationis uulnere
tur.Hoc igitur modo hi quibus animarum cura concredita eſt,teſtes quoſcunq; & quan-
docunq; tandem præparant, ut in poſterum ipſos producant. At uerò ſpiritus non ad
uſum occaſionis,ſed propter naturæ ſocietatem Deo adiunctus eſt, non à nobis attra-
ctus,ſed à Domino aſſumptus.

Obiectio,quòd & in Moſen quidam baptizati ſunt, & crediderunt in ipſum: & reſponſio ad hanc:ubi etiam de typis ac figuris. Cap. XIIII

AT etiamſi baptizamur,inquiunt,in ſpiritum ipſum, neq; ſic iuſtum eſt ut cum Deo
1.Cor.10 locetur.Nam & in Moſen nonnulli baptizati ſunt,in nube & in mari. Similiter au-
Exod.14 tem in confeſſo eſt,etiam fidem in homines habitam eſſe:credidit enim populus Deo &
Moſi famulo eius.Quid igitur,inquiunt,ex fide & baptiſmate ſpiritum ſanctum adeò ex-
tollis & magnificas ſupra reliquam creaturam, quum eadem iam & in hominibus fuiſ-
ſe,ſcripturæ teſtimonijs demonſtratum ſit? Quid dicemus? quod in ſpiritum quidem fi-
des eſt,uelut in patrem & filium.Similiter etiam baptiſma. At fides in Moſen, & in nu-
bem,uelut in umbram & figuram.Nec uerò quia paruis & humanis præfigurata ſunt di-
uina,ideo parua eſt diuinorum natura,quam figurarum adumbratio ſæpe præſignifica-
uit.Eſt enim figura eorum quæ expectantur declaratio,per imitationem quod futurum
eſt præmonſtrans.Velut Adam ſignum erat futuri, & petra figuratè Chriſtus, & petræ
Ioan.7 aqua figura erat uiuificæ potentiæ uerbi.Si quis enim,inquit,ſitit, ueniat ad me & bibat.
Ioan.6 Et manna figura erat uiui panis qui de cœlo deſcendit. Et ſerpens pro ſigno erectus,ſa-
Ioan.3 lutaris paſſionis per crucem conſummatę.Quapropter & reſpiciētes in ipſum ſeruaban-
Exod.12 tur.Sic ſanè & quæ de eductis Iſraelitis ſcripta ſunt, ad indicationem eorum qui per ba-
ptiſmum ſeruantur,narrata ſunt. Seruata enim ſunt Iſraelitarum primogenita,quemad-
modum & baptizatorum corpora,quū gratia daretur his qui ſanguine ſignati erant.San-
guis eñ pecudis,figura erat ſanguinis Chriſti:primogenita uerò figura ſunt hominis pri-
mum creati,qui quoniam neceſſariò in nobis eſt,ut qui per ſucceſsionis conſequentiam
uſq; ad finem perducitur,ideo in Adam omnes morimur,& regnauit mors ab Adam uſ-
que ad legis conſummationem & Chriſti aduentum:cōſeruata uerò ſunt à Deo primoge
nita,ut ea non attingeret exterminator,ad indicationem quòd nō amplius nos in Adam
morimur,qui in Chriſto uiuificati ſumus. At uerò mare & nebula,in præſens quidem ad
fidem perduxit per ſtuporem:uerùm ad futurum uelut figura,futuram gratiam præſigni-
cabat. Quis ſapiens & intelliget hęc? quomodo mare figuratè baptiſmus ſeparat à Pha-
raone,uelut etiam lauacrum hoc à diaboli tyrānide.Occidit illud in ſeipſo hoſtem. Mori-
tur etiam hic inimicitia noſtra in Deū.Egreſſus eſt ab illo populus illęſus, aſcendimus &
nos uelut ex mortuis uiuentes ab aqua,ſeruati per gratiam eius qui uocauit nos. At um-
Exod.14 bra ex nube,figura eſt doni ex ſpiritu ſancto,qui flammam cupiditatum per mortificatio
nem

nem membrorũ frigefacit. Quid igitur? Num quia per figuram in Moſen baptizati ſunt,
propterea parua eſt baptiſmatis gratia? Sic equidem neqꝫ aliud quicqꝫ rerum noſtrarum
magnum fuerit, ſi quod in unaquaqꝫ uenerandum eſt, figuris comparauerimus: & ne Dei
quidem erga homines charitas, magnum ac eximium quid fuerit, qui unigenitũ filiũ ſuũ
tradidit pro peccatis noſtris: quoniam etiam Abraham proprio filio non pepercit. Nec Ioan. 3
Chriſti mors glorioſa erit, quoniam aries pro Iſaac figuram oblationis impleuit. Neqꝫ de- Gen. 22
ſcenſus ad inferos horrendus erit, quoniam Ionas tribus diebus ac totidẽ noctibus mor- Ioan. 1
tis figuram antea impleuit. Idem itaqꝫ facit & in baptiſmate, qui umbræ comparat uerita-
tem, & figuris confert ea quę per ipſas ſignificantur, ac per Moſen ac mare uniuerſam ſi-
mul euangelicam diſpenſationẽ diſtrahere conatur. Qualis enim remiſſio peccatorum?
qualis renouatio uitę in mari? quod donum ſpirituale per Moſen? qualis mortificatio pec
cati illic? Non commortui ſunt illi Chriſto, quapropter neqꝫ conſurrexerunt. Non porta
uerunt imaginem cœleſtis illius, non circumferebant mortificationem in corpore: nõ ex-
uerunt ueterem hominem unà cum factis: non induerunt nouum, qui renouatur ad agni-
tionem ſecundum imaginem conditoris. Quid igitur comparas baptiſmata, quorum ſo-
li appellatio communis eſt, uerùm rerum differentia tanta quanta fuerit ſomniorum ad
ueritatem & umbræ ac imaginum ad ea quæ ſecundum eſſentiam ſubſiſtunt? Sed & ipſa
in Moſen fides, non fidem in ſpiritum modicę dignitatis eſſe oſtendit, uerùm iuxta ipſo-
rum rationem, magis confeſſionem in Deũ uniuerſorũ extenuat. Credidit enim, inquit,
populus Deo, & Moſi famulo eius. Deo itaque coniunctus eſt Moſes, non ſpiritui: & fi- Exod. 14
gura erat non ſpiritus, ſed Chriſti. Mediatorem enim Dei & hominum per ſeipſum tunc
præfigurabat, in miniſterio legis. Non enim ſpiritus figura erat Moſes, inter Deum & po
pulum intercedens. Data enim eſt lex diſpoſita per angelos in manu mediatoris, uideli-
cet Moſis, iuxta prouocationem populi dicentis: Loquere tu ad nos, & ne loquatur ad
nos Deus. Quare fides in ipſum ad Dominum refertur, mediatorem Dei ac hominum, Exod.
qui dixit, Si crederetis Moſi, crederetis utiqꝫ & mihi. Num igitur parua res eſt fides in do Ioan. 5
minum, quia per Moſen præſignificata eſt? Sic neqꝫ ſi quis in Moſen baptizatus eſt, par-
ua eſt à ſpiritu in baptiſma gratia. Quanquam alioqui dicere poſſum, ſcripturę familiare
eſſe ut legem Moſen dicat: ut lui hic, Moſen habent & prophetas. Itaqꝫ legale baptiſma
dicens, baptizati ſunt dixit in Moſen. Quid igitur gloriationem ſpei noſtræ, & opulen-
tum Dei ac ſaluatoris noſtri donum, qui per regenerationem renouat nos uelut aquilæ
iuuentutem, contemptibile oſtenditis, ab umbra & figuris ueritatem calumniantes? Pro
fectò pueriiis omnino mentis, & pueri reuera lacte indigentis eſt, ignorare magnum ſalu
tis noſtræ myſterium. Quod iuxta introductorium docendi modum, in exercitatione
pietatis ad perfectionem inducimur, & perceptu facilioribus primùm ac nobis congru-
entibus, ad incomprehenſibilem cognitionem inſtituti ſumus, Deo res noſtras guber-
nante, uelut oculos in tenebris nutritos, paulatim facta aſſuetudine, ad magnum illud ue-
ritatis lumen ſubuehente. In indulgentia enim infirmitatis noſtræ, in profunditate opu-
lentię ſapientiæ ſuæ, & in imperſcrutabilibus ſcientiæ iudicijs, placidam hanc conueni-
entem nobis oſtendit inſtitutionem, umbras corporum prius uidere, & in aquis ſolem a-
ſpicere præadſuefaciens, ut ne ſtatim puræ ac intemperatæ lucis intuitu offenſi, oculi no-
ſtri caligarent. Nam ad ſimilem rationem, tum lex umbram habens futurorum, tum figu-
ratio per prophetas, quæ ænigma eſt ueritatis, exercitamenta oculorum cordis noſtri ex-
cogitata ſunt, uelut ab his facili tranſitu nobis ad occultatam in myſterio ſapientiam fu-
turo. De figuris itaque hactenus. Nam neque licet huic loco diutius immorari, alioqui
quod obiter incidit, longius fuerit argumento principali. Quid igitur ad hęc amplius ad
diderimus, quum in his multa ad diſſoluendas obiectiones copia habeatur?

Refutatio alterius obiectionis, quod etiam in aquam baptizamur, ubi & ea
quæ ab baptiſma pertinent. Cap. XV

ET in aquam baptizamur, inquiũt, & nũquid aquã omni ſimul creaturæ præferemus,
aut etiam ipſi patris & filij honorẽ attribuemus? Atqꝫ illorũ quidem uerba talia, qua
lia fuerint hominum ira percitorum, & propter inductas rationi ex affectu tenebras
nemini parcentium, quo eum qui offendit, ulciſcantur. Nos autem neque de his uerba
facere

facere pigebit. Aut enim ignorantes docebimus, aut maleficis non concedemus. Verùm
re paulò altius repetita dicamus, Dei & ſeruatoris noſtri circa hominem diſpenſatio, re-
uocatio eſt à lapſu, & reditus ad conſortium Dei, ab abalienatione per inobedientiam fa-
cta. Quapropter factus eſt aduentus Chriſti in carne, & euãgelicæ conuerſationis forma,
afflictiones, crux, ſepultura, reſurrectio: ut homo qui ſaluatur per imitationem Chriſti, ue-
terem illam adoptionem recipiat. Neceſſaria itaq; eſt ad uitæ perfectionem Chriſti imita-
tio: non ſolum in uitæ exemplis, lenitatis, humilitatis ac patientiæ, ſed & ipſius mortis, ue-
Rom.6 lut Paulus Chriſti imitator ait: Conformor morti ipſius, ſi quo modo perueniam ad reſur-
rectionem ex mortuis. Quomodo igitur ſumus in ſimilitudine mortis ipſius? conſepul-
ti cum ipſo per baptiſma. Quis igitur eſt ſepulturæ modus? & quæ ex imitatione utili-
tas? Primùm quidem neceſſarium eſt ſeriem prioris uitæ interrumpi. Id autem fieri non
Ioan.3 poteſt, niſi quis ex ſupernis ſit natus, iuxta ipſam Domini uocem. Regeneratio enim ue-
lut ipſa quoque uox indicat, alterius uitæ initium eſt. Quare qui auſpicaturus eſt alteram
uitam, is finem prægreſſæ imponat neceſſe eſt. Quemadmodum enim in his qui retrogra-
dum curſum faciunt, ſtatio quædam ac quies contrarios motus intercipit: ſic in uitæ muta-
tione neceſſarium uiſum eſt, mortem inter utraſque uitas intercedere, quæ præcedentia
finiat, & ſequentibus initium præbeat. Quomodo igitur facimus deſcenſum ad inferos?
imitantes ſepulturam Chriſti per baptiſma. Nam uelut aquæ inſepeliuntur corpora eo-
rum qui baptizantur. Itaque depoſitionem operum carnis figurate ſignificat baptiſmus,
Col.2 iuxta Apoſtolum dicentem: Circumciſi eſtis circumciſione per manum non fiente, in
exuendo corpus carnis, in circumciſione Chriſti, conſepulti ipſi in baptiſmate: & eſt ue-
lut purgatio animæ à ſordibus, quæ ex carnali ſapientia ipſi accedunt, iuxta id quod ſcri-
Pſal.50 ptum eſt: Lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. Quapropter non Iudaico more ob ſin-
gula inquinamenta abluimur, ſed unum nouimus ſalutare baptiſma: quoniam una eſt pro
mundo mors, & una ex mortuis reſurrectio: quarum figura eſt baptiſma. Huius rei gra-
tia qui uitam noſtrã gubernat Dominus, baptiſmatis nobis pactum cõſtituit, quod mor-
tis & uitæ figuram habet, mortis quidem imaginem aqua implente, uitę uerò arrabonem
ſpiritu exhibente. Quare hinc nobis manifeſtum factum eſt quæſitum, Cur aqua unà cũ
ſpiritu aſſumpta eſt. Nam quum duo ſcopi in baptiſmo propoſiti ſint, abolere uidelicet
corpus peccati, ut ne amplius morti fructum ferat: & uiuere ſpiritu, & fructum habere in
ſanctificatione: aqua equidem mortis imaginem exhibet, uelut in ſepulchro corpus ex-
cipiens: Spiritus autem uiuificam uim immittit, à morte peccati, ad uitam ab initio ani-
mas noſtras renouans. Hoc igitur eſt ex ſupernis natum eſſe, ex aqua & ſpiritu: nimirum
dum mortificatio perficitur in aqua, & uitam noſtram operatur ſpiritus. In tribus igitur
immerſionibus ac totidem nomenclaturis ſiue inuocationibus, magnum baptiſmatis
myſterium perficitur: ut & mortis figura exprimatur, & per traditionem diuinæ cogniti-
onis, animæ eorum qui baptizantur, illuminentur. Proinde ſi qua eſt in aqua gratia, non
ex aquæ natura eſt, ſed ex præſentia ſpiritus. Non enim eſt baptiſma ſordium carnis depo-
ſitio, ſed conſcientiæ bonæ ſtipulatio ad Deum. Itaque ad uitam ex reſurrectione compo-
nens nos Dominus, totam euangelicam conuerſationem proponit, ſanciens ut non ira-
ſcamur, ut malorum tolerantes ſimus, & uoluptatum amore non inquinati, & moribus
à pecuniæ ſtudio alieni: ut quæ ſeculum illud ſecundum naturam habet, ea nos præoccu-
pantes ex propoſito peragamus. Itaque ſi quis definiens dicat, Euangelium eſſe præex-
preſſionem uitæ ex reſurrectione: nequaquam mihi uidetur à decoro aberrare. Ad
ſcopum itaque reuertamur. Per ſpiritum ſanctum contingit reſtitutio in paradiſum, aſcen-
ſus ad regnum cœlorum, reditus in adoptionem filiorum, fiducia uocandi Deum patrem
ſuum, participẽ fieri gratiæ Chriſti, filiũ lucis appellari, gloriæ æternæ cõſortem eſſe, & in
ſumma, in omni plenitudine benedictionis eſſe, tum in hoc ſeculo tũ in futuro, bonorũ in
promiſſionibus nobis repoſitorum: quorũ fructũ per fidem capimus, uelut iam pręſentiũ,
gratiam uelut in ſpeculo contemplantes. Si enim talis eſt arrabo, quantum fuerit id quod
perfectum eſt? Et ſi primitiæ tales ſunt, qualis erit doctrinæ conſummatio? Quin & il-
linc differentia gratiæ ſpiritus, ad baptiſmum in aqua, nota redditur. Quod Ioannes qui-
dem baptizauit aqua, Dominus autem noſter Ieſus Chriſtus in ſpiritu ſancto. Ego enim
Mat.3 uos baptizo, inquit, in aqua ad pœnitentiam. Qui uerò poſt me uenit, fortior me eſt, cu-

ius non

ius non ſum dignus geſtare calciamenta, ipſe uos baptizabit in ſpiritu ſancto & igne. Ignis baptiſmum probationẽ in iudicio dicens, quemadmodum Apoſtolus ait: Vniuſcuiuſq; opus quale eſt, ignis ipſe probabit. Et rurſus, Dies enim declarabit, quia in igne reuelatur. Iam uerò aliqui in certaminib. pro pietate, reuera & non per imitationẽ, mortem pro Chriſto perpeſſi, nihil opus habuerunt ad ſalutẽ ſignis ex aqua, in proprio ſanguine baptizati. Atq; hæc dico, non quod ſpernam baptiſma in aqua, ſed ut conſilia eorum deſtruam qui eriguntur aduerſus ſpiritum, & miſcent non miſcenda, & comparant quæ comparationem non admittunt. Ad inſtitutum igitur ab initio redeamus. 1. Cor.3

Quòd in omni ſenſu, ſpiritus ſanctus inſeparabilis eſt à patre & filio, & creatione intelligibilium creaturarum, & in humanarum rerum diſpenſatione, & in iudicio quod expectatur.

Cap. XVI

QVod in omnibus inſeparabilis ſit, ac penitus diſparari nõ poſsit à patre & filio ſpiritus ſanctus, in loco de linguarum dono Corinthijs ſcribens Paulus declarat. Si omnes, inquit, prophetetis, ingrediatur autem incredulus aut idiota, arguitur ab omnibus, interrogatur ab omnibus, & occulta cordis ipſius manifeſta fiunt: atq; ita procidẽs in faciem adorabit Deum, pronuncians quod Deus reuera eſt in uobis. Si itaq; ex prophetia, quæ iuxta diuiſionem donorum ſpiritus efficitur, Deus in prophetis eſſe cognoſcitur, conſultent hi qualem locum dabunt ſpiritui ſancto. Vtrum iuſtius ſit cum Deo locare, aut ad creaturam protrudere. Et illud Petri ad Sapphiram, Quid eſt quod conuenit inter uos, tentare ſpiritũ ſanctum? non mentiti eſtis hominib. ſed Deo: oſtendit quòd eadem ſunt in ſpiritum ſanctum & in Deum peccata. Sic ſanè coniunctionem inſeparabilem per omnem actionem, ſpiritus à patre ac filio didiceris. Operante enim Deo diuiſiones operationum, & domino diuiſiones miniſteriorum, ſimul adeſt ſpiritus ſanctus, diſtributionem donorum pro cuiuſq; dignitate proprio arbitrio diſpẽſans. Diuiſiones enim, inquit, donorum ſunt, idem autem ſpiritus: & diuiſiones miniſteriorũ ſunt, idem autem dominus. Et diuiſiones operationum ſunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus. Hæc autem omnia, inquit, operatur unus & idem ſpiritus, diuidẽs ſeorſim cuiq; prout uult. Nec uerò quia primùm hic Apoſtolus mẽtionem ſpiritus fecit, & deinde filij, & tertiò Dei & patris: iam in totum peruerſum eſſe ordinem putare oportet. A noſtro enim habitu initium fecit. Nam dona ſuſcipientes primũ diſtribuẽti occurrimus: deinde cogitamus de eo qui miſit: poſtea ſubducimus cogitationẽ ad fontem ac cauſam bonorũ. Didiceris aũt ſpiritus ad patrem ac filiũ ſocietatem, etiã ex his quæ ab initio creata ſunt: puræ enim & intelligibiles ac ſupermundanæ uirtutes, ſanctæ ſunt & nominantur, ex gratia per ſpiritum ſanctum immiſſa, ſanctificationem adeptæ. Quare ſilentio præteritus eſt modus creationis cœleſtium uirtutum: & à ſenſibilib. ſolũ opificẽ ac conditorẽ reuelauit nobis qui mundi creationẽ conſcripſit. Tu uerò qui facultatẽ habes ex uiſibilibus conſiderare inuiſibilia, glorifica conditorẽ, in quo creata ſunt omnia, ſiue uiſibilia, ſiue inuiſibilia, ſiue principatus, ſiue poteſtates, ſiue uirtutes, ſiue throni, ſiue dominationes, & ſi quæ aliæ ſunt rationales naturæ, quæ nominari non poſſunt. In horum aũt creatione, cogita mihi principalem rerum cauſam, ipſum patrem: opificem ſiue efficientem, filium: perfectricem, ſpiritum ſanctum. Quare uolũtate quidem patris, miniſtratorij ſpiritus exiſtunt: operatione uerò filij, ad eſſe perducuntur: Spiritus autem præſentia, perficiuntur. Perfectio porrò angelorũ eſt ſanctificatio, & in hac perſeuerantia. Et nemo putet me tres dicere principales ſubſtantias, aut imperfectam filij operationem. Principium enim rerũ unum eſt, per filium condens, & perficiens in ſpiritu. Et neque pater qui omnia in omnib. operatur, imperfectam habet actionem, neq; filius defectuoſum opificiũ, ſi nõ à ſpiritu perficiat. Sic enim neq; pater opus habuiſſet filio, ſola uoluntate creans, attamẽ uult & ſolet creare per filium. Neq; filius opus habuiſſet auxilio, iuxta ſimilitudinem patris operans, ſed & filius uult & ſolet perficere per ſpiritum ſanctum. Verbo enim domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis uirtus eorũ. Neque igitur uerbum impreſsio in aerem eſt, ſignificatiua, per uocalia inſtrumẽta prolata: neq; ſpiritus, oris halitus eſt, ex reſpiratorijs partibus expulſus: ſed uerbum quidẽ eſt, quod apud Deum erat in principio, & Deus erat. Spiritus autẽ oris Dei, eſt, ſpiritus ueritatis,

1. Cor.12 — Act.5 — Pſal.32

tatis, qui à patre procedit. Tria itaque intelligis, mandantem Dominum, creans uerbum, confirmantem ſpiritum ſanctum. Quid autem aliud fuerit confirmatio, quàm in ſanctificatione perfectio? confirmationis uoce, conſtantiam, ac immutabilitatem, & in bono firmitatem ſignificante. Sanctificatio autem non eſt abſque ſpiritu. Non enim natura ſanctæ ſunt cœlorum uirtutes, aut ſic ſanè nullam differentiam ad ſpiritum ſanctum haberent. Sed iuxta proportionem eminentiæ inter ſeipſas, ſanctificationis menſuram à ſpiritu habent. Quemadmodum enim cauterium cum igne intelligitur, aliud tamen eſt ſubiecta materia, & aliud ignis: ſic etiam in cœleſtibus uirtutibus, eſſentia quidem ipſarum aerius eſt ſpiritus, aut ignis immaterialis, iuxta id quod ſcriptum eſt: Qui facit angelos
Heb.1 ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos ignem ardentem: quapropter etiam in loco ſunt, & uiſibiles fiunt, in ſpecie propriorum ſuorum corporum his qui digni ſunt apparentes. Sanctificatio uerò extra eſſentiam ipſarum exiſtens, perfectionem ipſis inducit per ſpiritus communionem. Conſeruant autem dignitatem per perſeuerantiam in bono, habentes quidem in propoſito liberum arbitrium, nunquam autem à uere boni cõſortio excidentes. Quare ſi ſubtraxeris rationi ſpiritum, ſolutæ ſunt angelorum choreæ ac ſanctificatio, ſublatæ ſunt archangelorum præfecturæ & ſanctificationes ac prophetiæ, confuſa autem ſunt omnia. Igitur & ſine legibus inordinataq; & indefinita ipſorum uita. Quo-
Luc.2 modo enim dixerint angeli, gloria in excelſis Deo, non accepta à ſpiritu poteſtate? Nemo enim poteſt dicere Dominum Ieſum, niſi in ſpiritu ſancto: & nemo in ſpiritu Dei loquens dicit anathema Ieſum: id quod ſanè dixerint praui & aduerſarij ſpiritus, quorum defectio confirmat ſermonem meum, quo dixi, liberi arbitrij eſſe uirtutes inuiſibiles, & æquale momentum habere ad uirtutem & uitium: & propterea ſpiritus auxilio opus habere. Ego etiam Gabrielem futura prædicere haud quopiam alio arbitror modo, quàm præſcientia ſpiritus. Nam unum de donis quæ diuidit ſpiritus, eſt ipſa prophetia. Qui ue-
Dan.9 rò myſteria uiſionis uiro deſideriorum annunciare iuſſus eſt, unde adeptus eſt ſapientiã, ut docere poſſet occulta, niſi per ſpiritum ſanctum? quum myſteriorum reuelatio peculiariter ad ſpiritum pertineat, iuxta id quod ſcriptum eſt: Nobis reuelauit Deus per ſpiritum. Throni autem & dominationes, & principatus, & poteſtates, quomodo beatam illam degerent uitam, ſi non ſemper uiderent faciem patris qui in cœlis eſt? Videre autem, non contingit ſine ſpiritu. Quemadmodum enim in nocte, ſi tollas lumen è domo, cæci ſunt oculi, & facultates relinquuntur inefficaces, & dignitates rerum cognoſci non poſſunt, auro ac ferro æqualiter conculcatis per ignorantiam: ſic in intelligibili gubernatione fieri non poteſt, ut uita illa legitima permaneat, abſq; ſpiritu: non profectò magis quã exercitus militaris diſciplina, abſente imperatore: aut chori concentus, ſi chori
Eſa.6 præfectus harmonias non concinnet. Quomodo dixerint Seraphim, ſanctus, ſanctus, ſanctus Dominus? ſi non docta fuerint à ſpiritu, quoties pium eſt hunc glorificationis hymnum proclamare. Siue igitur laudant Deum omnes angeli eius, collaudantq; ipſum omnes uirtutes eius, per ſpiritus actionem id contingit. Siue aſtant mille milia angelorum, ſiue centies centena milia archangelorum, miniſtrantium ipſi, in ſpiritus uirtute officium ſuum inculpatè perficiunt. Totam igitur illam ſupercœleſtem & inenarrabilẽ harmoniam, tum in miniſterijs ac cultu Dei, tum in mutua inter ſe ſupermundanarum uirtutum conſonantia, impoſſibile eſſet conſeruari, ſi non ſpiritus præeſſet. Sic equidem in creationibus adeſt ſpiritus ſanctus his quæ non ex profectu perficiuntur, ſed ab ipſa ſtatim creatione perfecta ſunt, ad abſolutionem ac complementum ſubſtantiæ ipſorũ gratiam ſuam conferens. Porrò diſpenſationes circa hominẽ à magno Deo & ſeruatore noſtro Ieſu Chriſto, ſecundum bonitatem Dei & patris factas, quis negabit per ſpiritus gratiam eſſe peractas? Siue igitur uoles uetera ſpectare, patriarcharum benedictiones, auxilium per legislationem collatum, figuras, prophetias, fortia bellorum facta, miracula ac ſigna per iuſtos facta, ſiue ea quæ circa Chriſti in carne aduentum diſpenſata ſunt, per ſpiritum omnia facta comperies. Primùm etenim ipſi carni Domini aderat unguentum ſiens, & inſeparabiliter præſens, iuxta id quod ſcriptum eſt: Super quem uideris ſpiri-
Mar.1 tum deſcendentem, & manentem ſuper ipſum, hic eſt filius meus dilectus. Et, Ieſum Na-
Act.4 zarenum, quem unxit Deus ſpiritu ſancto. Deinde omnis operatio præſente ſpiritu peragebatur. Hic etiã aderat ipſi dum à diabolo tentaretur: Perductus enim eſt, inquit, Ieſus

à ſpiri-

à ſpiritu in deſertũ, ut tentaretur. Et operanti uirtutum miracula inſeparabiliter aderat: ſi enim ego, inquit, in ſpiritu Dei eijcio dæmonia: & ab excitato à mortuis non aberat. Renouans enim Dominus hominem, & gratiam quam ex afflatu Dei amiſerat, rurſus contribuens, ubi in faciem diſcipulorum inſufflaſſet, quid ait? Accipite ſpiritũ ſanctum, quorũ remiſeritis peccata, remittentur: & quorum retinueritis, retẽta ſunt. Cæterùm eccleſiæ gubernationes nõne manifeſte & citra contradictionẽ per ſpiritũ ſanctum peraguntᷣ? Ipſe enim dedit, inquit, eccleſiæ primùm apoſtolos, deinde prophetas, tertiò doctores, poſtea uirtutes, deinde dona ſanationũ, defenſiones, gubernationes, genera linguarum. Hic em̃ ordo iuxta diſtributionem donorum ſpiritus digeſtus eſt. Quod ſi quis diligenter rem expendat, comperiet etiam in tempore apparitionis Domini quæ expectatur ex cœlis, ſpiritum ſanctum non ocioſum fore, uelut quidam putant: ſed ſimul affuturũ eſſe in die reuelationis, in qua iudicabit orbem terrarum in iuſticia beatus ille & ſolus potens Dominus. Quis enim adeò ignarus eſt bonorum à Deo dignis paratorũ, ut non audierit quod etiã iuſtorũ corona eſt beneficiũ ſpiritus, quod largius tũc ac perfectius exhibebitᷣ, cum iuxta proportionem recte factorũ, ſpiritualis gloria unicuiq; diſtribueturᷣ? In ſplendorib, enim ſanctorum multæ ſunt apud patrem manſiones, hoc eſt dignitatũ diuerſitates. Sicut enim ſtella à ſtella differt in gloria, ſic etiam reſurrectio mortuorum. Qui itaq; ſignati ſunt ſpiritu ſancto in diem redemptionis, & quas acceperunt primitias ſancti ſpiritus, integras & non imminutas conſeruarunt, hi ſunt qui audient: Euge ſerue bone & fidelis, ſi per pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam. Similiter & qui contriſtauerunt ſpiritum ſanctum per maliciam ſtudiorum ſuorum, aut qui lucrum non fecerunt per hoc quod ipſis datum fuit, ab his auferetur id quod acceperunt, beneficio ad alios tranſlato: aut iuxta quendam ex Euangeliſtis, penitus diſſcindentur: ita ut diſſectio accipiatur de perfecta abalienatione à ſpiritu. Neq; enim corpus diuiditur, ut altera pars tradatur ſupplicio, altera dimittatur: fabuloſum enim hoc eſt, & non iuſti iudicis, ut cum totum peccauerit, ex dimidio contingat ſupplicium: neq; anima in duas partes ſecatur, cum tota per totum peccandi affectum poſſideat, & unà cum corpore malũ opereťᷣ. Sed diſſectio, uelut dixi, eſt animæ à ſpiritu perpetua abalienatio: nunc etenim tametſi indignis admixtus non eſt, attamẽ adeſſe quodã modo uidetur ſemen conſignatis, ſalutem ipſorũ ex conuerſione expectans: tunc uerò in totum ab anima quæ gratiam ipſius prophanauit, abſcindetur. Et ob id non eſt in inferno qui confiteatur, neq; in morte qui memor ſit Dei: cum non amplius ſpiritus auxilium adſit. Quomodo igitur fieri poteſt, ut cogitemus abſq; ſancto ſpiritu perfici iudiciũ? quando ſanè uerbi doctrina oſtendit, quod ipſe eſt brauium iuſtoru m, cum pro arrabone exhibitum fuerit id quod perfectum eſt: & prima condemnatio peccatorum, ubi etiam id quod ſibi uidentur, ab ipſis ablatum fuerit. Maximũ uelut porrò ſignum cõiunctionis ad patrem & filiũ, quod ſic habere dicitur ad Deũ, uelut ſe habet ſpiritus qui in nobis eſt ad unumquenq;. Quis enim hominum, inquit, nouit ea quę ſunt hominis, niſi ſpiritus qui eſt in ipſo? Sic & quæ Dei ſunt, nemo nouit, niſi ſpiritus qui ex Deo eſt.

Mat.12 | Ioan.20 | 1.Cor.12. | Ioan.14 | 1.Cor.15 | Mat.25 | Pſal.6 | 1.Cor.2

Aduerſus eos qui dicunt, non connumerari patri ac filio ſanctum ſpiritum, ſed ſubnumerari: ubi & de pia ſubnumeratione ſummarium fidei fundamentum. Caput XVII

Atq; de his quidem hactenus. At uerò ſubnumerationem quid dicãt, & in qua ſignificatione uocem hanc accipiant, ne cogitare quidem facile eſt: nam quod & hæc ex mundi ſapientia introducta eſt, omnibus notum eſt. An uerò habeat propriam quandam rationem ad propoſita, hoc conſiderabimus. Aiunt itaq; hi qui circa res uanas excellentes ſunt, quædam nomina eſſe communia, & ſignificationes multum extẽdere. Quædam uerò ſpecialiora, & alia alijs particulariorẽ uim habere. Verbi cauſa, commune nomẽ eſt eſſentia, quæ de omnibus dicitur æqualiter & inanimis & animatis. Specialius uerò nomen eſt animal, quod de paucioribus prædicatur quàm prius illud, amplius autem conſideratur quàm ea quæ ſub ipſo ſunt: nam & rationalium & brutorum natura in ipſo comprehenditur. Rurſus ſpecialius nomen eſt homo quàm animal, & uir quam homo, & unuſquiſq; ſingulatim quàm uir, puta Petrus, aut Ioannes. Num igitur hoc ſubnumerationem eſſe ſentiunt, nimirum communis nominis in ſubiecta diuiſionem? At non crediderim ad tantam ſtupiditatem ipſos deueniſſe, ut dicant Deum uniuerſorũ

uelut communitatem quandam ratione ſola intelligibilem, in nulla uerò ſubſtãtia ipſum eſſe habentem, in ſubiecta diuidi. Deinde hanc ſubdiuiſionem etiam ſubnumerationem dici. Aut hoc neque atra bile perciti dixerint. Nam ſupra impietatem, etiam contrarium proprio ſuo propoſito ſermonem adſtruunt. Quæ enim ſubdiuiduntur, eiuſdem illius eſſentiæ ſunt, cuius ſunt ea à quibus diuiduntur. Cæterùm ob magnam iſtorum abſurditatem oratione deſtitui uidemur, & non habere quomodo abſurditatem redarguamus, quare propter amentiam etiam aliquid lucrifacere mihi uidẽtur. Quemadmodum enim in mollia accedentia corpora ſtrenuam plagam incutere nõ poſſis, propterea quod minimè renituntur: ſic neq; eos qui manifeſtè dementes ſunt, forti reprehenſione impetere poſſis. Reliquum eſt igitur ut abominandam ipſorum impietatem ſilentio prætereamus. Sed non ſinit me ſilere fratrum charitas, & aduerſariorum improbitas. Quid enim dicunt? uidete arrogantiæ ipſorum uerba. Nos equidem æqualibus conuenire connumeratiõe dicimus, his uerò qui inferioris ſunt conditionis ſubnumerationem. Et hoc cur tandem dicitis? Non enim intelligo ueſtram peregrinam ſapientiam. Num quod aurum quidem auro connumeratur, plumbum uerò non ita dignum eſt connumeratione, ſed propter materię uilitatem auro ſubnumerabitur? & tantam uim numero attribuitis, ut aut uilium rerum dignitatem extollere, aut precioſarum pra ſtantiam deijcere poſſit? Igitur rurſus etiam aurum precioſis lapidibus ſubnumerabis, atq; inter hos ipſos floridioribus & maioribus, minus lucidos & minores ſubnumerabis? Sed quid non dixerint qui nulli alij rei uacant, quàm ut noui aliquid dicant & audiant? Nominentur de cætero cum Stoicis & Epicureis ſuffragatores illi impietatis. Nam quæ etiam fieri poſſit rerum uiliorum ad precioſa ſubnumeratio? Aereus obolus, aureo ſtateri quomodo ſubnumerabitur? Quoniam non dicimus, inquiunt, duo numiſmata poſſideri, ſed unum & unum. Vtrum igitur horum alteri ſubnumeratur? Vtrunq; enim ęqualiter profertur. At ſiquidem unumquodq; per ſe numeraueris, æqualitatem facis in ſimili numerandi modo. Si uerò coniunxeris ipſa, rurſus unis dignitatem, dum utraq; ſimul inter ſe connumeras. Si uerò id quod ſecundo loco numeratum fuerit, ſubnumerationem habebit, in numerãte ſitum eſt ab æreo numiſmate numerationem auſpicari. Sed imperitiæ reprehenſionẽ differentes, ad cohærentia orationem uertamus. Etiam filium ſubnumerari patri dicitis, & ſpiritum filio? aut ſoli ſpiritui ſubnumerationem decernitis? Si enim etiam filium ſubnumeratis, rurſus eandem impietatis doctrinam renouatis, inæqualitatem uidelicet eſſentiæ, dignitatis humilitatem, natiuitatem tempore poſteriorẽ, & in ſumma, omnes ſimul in unigenitum blaſphemias, per unum hoc uerbum repetere declarabimini. Quibus contradicere, longius fuerit quàm pro præſenti inſtituto, cum etiam aliàs in alijs locis impietas iſta à nobis pro uiribus ſit refutata. Si uerò ſoli ſpiritui conuenire putant ſubnumerationem, diſcant quod iuxta eundem modum unà cum Domino profertur ſpiritus, iuxta quem etiam filius cum patre: nam nomen patris & filij & ſpiritus ſancti ſimiliter editum eſt. Itaq; uelut ſe habet filius ad patrem, ita ad filium ſe habet ſpiritus, iuxta uerbi Dei ordinem in baptiſmo traditum. Si uerò ſpiritus filio coniunctus eſt, filius uerò patri, manifeſtũ eſt quod & ſpiritus patri. Quem igit̃ locum habet, alterũ cõnumerari, alterum ſubnumerari dicere, in uno & eodem ordine nominibus collocatis? In ſumma, quæ res unquam ex ſua natura diſceſſit dum numeratur? Imò nonne numerata permanent qualia ſunt ab initio? Numerus uerò ſignum notorium multitudinis propoſitorum, à nobis adaptatur? Nam corpora quædam numeramus, quædam metimur, quædam ponderamus. Et quorum quidem continua eſt natura, ea menſura comprehẽdimus: quorum uerò diſcreta, ea numero ſubijcimus: exceptis his quæ ob tenuitatem etiam ipſa rurſus menſurabilia fiunt. At uerò grauitates, libræ momentis diſcernimus. Non itaq; quoniam nobiſipſis ſigna ad quantitatis cognitionem excogitauimus, iam etiam naturam ſignatorum immutauimus. Quemadmodum igitur non ſubponderamus inter ſe quæ ſunt ponderabilia, etiam ſi alterum ſit aurum, alterum ſtannum: neque ſubmenſuramus menſurabilia, ſic neq; numerabilia omnino ſubnumerabimus. Quod ſi nulla alia res ſubnumerationẽ admittit, quomodo ſpiritui conuenire aiunt, ut ſubnumeretur? At hi ex Græcorum ac ethnicorum morbo ægrotantes, putant dignitates ſecundum gradus, aut poteſtatis ſubmiſſionem, tales eſſe ut ipſis ſubnumeratio conueniat.

Quomodo

Quomodo in confeſſione trium ſubſtantiarum ſiue perſonarum, pium monarchiæ dogma conſeruamus. Vbi & eorum qui ſpiritum ſubnumerari dicunt, confutatio. Cap. XVIII

PAtrem & filiũ & ſanctum ſpiritũ tradens Dominus, non ſimul cum numero tradidit. Non eñ dixit, In primum & ſecundum & tertiũ, neq; in unum & duo & tria: ſed per nomina ſancta, cognitionem fidei ad ſalutem ducentis largitus eſt. Quare quod nos ſaluos facit, fides eſt. Numerus uerò ſignũ notorium multitudinis propoſitorum excogitatus eſt. Verùm qui undiquaque ſibi pſis detrimenta colligunt, & numerandi facultate contra fidem utuntur, hi ſanè quum nulla alia res ex numeri additamento alteretur, in diuina natura numerum uerentur, ne per ipſum honoris qui paracleto debetur, menſuram excedant. At ô ſapientiſſimi, maxime quidem ſupra numerum ſint ea quę aſſequi non datur, quemadmodum priſca Hebræorum pietas proprijs notis ineffabile Dei nomen effigurabat, etiam ex hoc ſupra omnia eminentiam declarans. Si uerò etiam numerare oportet, nequaquam in hoc deprauare oportet ueritatem. Aut enim ſilentio colantur arcana, aut pie numerentur ſancta. Vnus Deus & pater, unus unigenitus filius, & unus ſpiritus ſanctus. Vnamquamq; perſonam ſingulariter efferimus. Quum autẽ connumerare opus fuerit, non inerudita numeratione ad multitudinis deorum intelligentiam efferimur. Nõ enim iuxta compoſitionẽ numeramus, ab uno ad multitudinem facientes incremẽtum, unum duo & tria dicentes: neq; primum & ſecundũ & tertium. Ego enim Deus primus, & ego poſtea. Secundum uerò Deum nunquã uſq; in hodiernum diem audiuimus. Deũ enim ex Deo adorantes, etiam proprietatem perſonarum confitemur, & manemus in uno monarchiæ principatu, non diſſipantes theologiam in multitudinem ſubdiuiſam: propterea quod unam in Deo patre, & Deo unigenito uelut formam cõtemplamur, impermutabili deitati inſidẽtem: filius enim in patre, & pater in filio. Nam & hic talis, qualis ille, & ille qualis hic: atq; in hoc unum. Vt iuxta proprietatẽ perſonarũ, unus & unus: iuxta naturæ uerò cõmunitatem, unum ambo. Quomodo igitur ſi unus & unus, nõ duo Dei? Quia rex dicitur etiã regis imago, & nõ duo reges. Neq; enim imperium ſcinditur, neq; gloria diuiditur. Quemadmodum enim principatus & poteſtas una eſt quæ nobis dominatur, ſic etiam glorificatio nobis una eſt, non multæ: propterea quòd imaginis honor ad exemplar tranſit. Quod igitur hic eſt imitatiuè imago, hoc illic naturaliter filius. Et quemadmodum inter artifices ſimilitudo eſt ſecundum formam, ſic in diuina & incompoſita natura, in communitate deitatis eſt ipſa unio. Vnus eſt autem & ſpiritus ſanctus, qui & ipſe ſingulariter profertur, & per ſeipſum glorificandam ac beatam trinitatẽ complet. Cuius ad patrẽ & filium conſortium ſatis hoc declarat, quod non in turba creaturæ locatus eſt, ſed ſolitarie pronunciatur. Non enim unus ex multis eſt, ſed unus eſt, uelut unus pater & unus filius, ſic etiam unus ſpiritus ſanctus. Et à creatura quidem natura tantum abeſt, quantũ ueriſimile eſt ſolitariũ à congregatis & multitudinẽ habẽtibus abeſſe: patri uerò & filio in tantum unitus eſt, quantũ conſortij ac cognationis habet unitas ad unitatẽ. Et non hinc ſolum ſocietatis ſecundum naturam demonſtratio contingit, ſed quod etiam ex Deo eſſe dicitur, non uelut omnia ex Deo progreſſus, neque per generationem uelut filius, ſed uelut ſpiritus oris eius. Omnino autem neq; os membrum eſt, neque ſpiritus flatus qui diſſoluitur. Sed & os prout Deo conuenit dicitur, & ſpiritus eſſentia uiua ſanctificationis domina: ita ut conſortium hinc declaretur, modus uerò ſubſtantiæ arcanus ſeruetur. Sed & ſpiritus Chriſti dicitur, uelut natura ipſi coniunctus. Ob id ſi quis ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt ipſius. Vnde ſolus ſpiritus digne glorificat Dominum. Ille enim me glorificat, inquit, non ut genita natura, ſed ut ſpiritus ueritatis, clarè in ſeipſo detegens ueritatem, & ut ſpiritus ſapientię, Chriſtum Dei uirtutem & Dei ſapientiam, in magnitudine ſua reuelans: & ut paracletus, in ſeipſo exprimit paracleti ac conſolatoris qui ipſum miſit bonitatem, & in ſua dignitate, maieſtatem eius unde proceſſit oſtendit. Eſt igitur gloria alia naturalis, uelut gloria ſolis eſt lumen: alia externa, quæ ex propoſito cum iudicio dignis defertur. Duplex autem & hæc eſt. Filius enim, inquit glorificat patrem, & ſeruus Dominum ſuum. Harum itaq; altera ſeruilis, à creatura defertur: altera uerò, ut ita dicam, domeſtica, à ſpiritu expletur. Quemadmodũ enim de

Apoc. 1

Pſal. 32

Rom. 8

Ioan. 16

Ioan.17 ſeipſo dixit, Ego te glorificaui in terra, opus perfeci quod dediſti ut facerem: ſic etiam de
Ioan.16 ſpiritu ſancto, Ille me glorificabit, quia de meo ſumet, & annunciabit uobis. Et quemad-
modum glorificatur filius à patre, dicente: Et glorificaui, & rurſus glorificabo: ſic glorifi-
catur ſpiritus per ſocietatem ad patrem & filiũ, & per unigeniti teſtimonium, dicẽtis: O-
Mat.12 mnis blaſphemia remittetur uobis hominibus, ſpiritus autẽ blaſphemia non remittetur.
Quãdoquidem uerò per uirtutem illuminatricem, oculos intendimus in pulchritudinẽ
imaginis Dei inuiſibilis, & per ipſam ad ſpectaculum archetypi ac exemplaris omnem
pulchritudinem excedens perducimur, hic nimirũ adeſt inſeparabiliter cognitionis ſpi-
ritus, inſpectiuam imaginis uim in ſeipſo exhibens his, qui ueritatis ſpectandę amore te-
nentur: non forinſecus demonſtrationem faciens, ſed in ſeipſo ad agnitionem inducens.
Sicut enim nemo nouit patrem, niſi filius: ſic nemo poteſt dicere Dominum Ieſum, niſi
1.Cor.12 in ſpiritu ſancto. Non enim per ſpiritum dictum eſt, ſed in ſpiritu. Et ſpiritus eſt Deus, &
Ioan.4 adorantes ipſum, in ſpiritu & ueritate adorare oportet, quemadmodum ſcriptum eſt, In
Pſal.35 lumine tuo uidebimus lumen: hoc eſt, in illuminatione ſpiritus lumen uerum, quod illu-
minat omnem hominem uenientem in mundum. Quare in ſeipſo oſtendit gloriam uni-
geniti, & ueris adoratoribus in ſeipſo Dei cognitionem exhibet. Via itaque cognitionis
Dei, eſt ab uno ſpiritu, per unum filium, ad unum patrẽ. Et uice uerſa, naturalis bonitas,
& naturalis ſanctificatio, & regia dignitas, ex patre per filium unigenitum ad ſpiritũ tran
ſit. Sic & perſonas confitemur, & pium monarchiæ dogma non labefactatur. Qui uerò
ſubnumerationem in eo quod primum & ſecundum & tertium dicunt, ponunt, hi ſciant
ſe multitudinem deorum, ex Græcorum ac gentium errore, impollutæ Chriſtianorum
theologię ſuperinducere. Ad nihil enim aliud tendit ſubnumerationis malignitas, quàm
ut primum & ſecundũ & tertium Deum confiteamur. Verùm nobis ſufficit præſcriptus
à Domino ordo, quem qui confundit non minus quàm iſtorũ impietas peccabit. Quod
quidem igitur naturæ ſocietas minimè per ſubnumerationis modum diſſoluatur, uelut
iſti errore ſeducti putant, abunde dictum eſt. Sed concedamus contentioſo & inaniter
1.Cor.15 ſapienti, ac demus id quod aliquo poſterius eſt, iuxta ſubnumerationẽ illius dici. Videa-
mus itaq; quid ex hoc ſermone conſequatur. Primus, inquit, homo, ex terra terrenus: ſe-
cundus homo ex cœlo. Et alibi, Non primum, inquit, quod ſpirituale eſt, ſed quod anima
le: deinde ſpirituale. Si itaq; ſubnumeratur primo ſecundum, id quod ſubnumeratur ui-
lius eſt eo ad quod habet ſubnumerationem. Vilior igitur iuxta ueſtram ſententiam eſt
ſpiritualis animali, & homine terreno cœleſtis.

Aduerſus eos qui dicunt, non eſſe glorificandum ſpiritum. Cap. XIX

SInt hæc ita, inquiunt, at non & gloria omnino ſpiritui debetur, ut glorificationibus
à nobis extollatur. Vnde igitur dignitatis ſpiritus, omnem intellectum excedentis
demonſtrationem acceperunt, ſi patris & filij ſocietas, non ſatis fide digna eſt ipſis ad di
gnitatem teſtificandam? poſſumus tamen & ad nominum ſignificata reſpectu facto, &
ad actionum ipſius magnitudines, & ad operationes quas nobis, imò omni creaturæ
ſuppeditat, de maieſtate ipſius & incomprehenſibili potentia aliquatenus cogitare. Spi-
ritus nominatus eſt, uelut ſpiritus Deus, & ſpiritus uultus noſtri Chriſtus Dominus. San
ctus, uelut ſanctus pater, & ſanctus filius. Nam creaturæ aliunde ſuperinducta eſt ſancti-
ficatio. Spiritui uerò ſanctitas eſt naturæ completiua, quapropter non ſanctificatur, ſed
ſanctificat. Bonus appellatur, uelut bonus pater, & bonus ex bono natus, eſſentiam ha-
bens ipſam bonitatem. Rectus, uelut rectus dominus deus noſter, eò quòd ſit per ſe ipſa
ueritas & ipſa iuſticia, emotiones ac declinationes ad neutram partem habens propter
Ioan.14 eſſentiæ immutabilitatem. Paracletus, uelut unigenitus, quemadmodũ ipſe inquit: Ego
rogabo patrem meum, & dabit uobis alium paracletum. Sic communia ſunt nomina ſpi
ritui ad patrem & filium, ex naturæ conſortio has appellationes habenti. Vnde enim ali-
unde? Rurſus ſpiritus principalis, & ſpiritus ueritatis, & ſpiritus ſapiẽtiæ nominatus eſt,
Exod.31 ſpiritus diuinus qui fecit me. Et Beſeleel inquit, impleuit Deus ſpiritu ſapientię, & pru-
dentiæ ac ſcientiæ. Nomina quidẽ igitur talia ſunt, & magna & immenſa, non tamen ali-
quem exceſſum habentia ad gloriã. At operationes quales ſunt? Inenarrabiles ob magni
tudinem, innumerabiles ob multitudinem. Quomodo enim mente concipiemus quæ
fuerunt ante ſecula? quæ erant ipſius operationes ante intelligibilem creaturam? quanta
ab ipſo

ab ipſo in creaturam beneficia? quæ ad ſecula ſuccedentia poteſtas? Erat enim & ante e-
rat, & ſimul aderat patri & filio ante ſecula. Quare etiamſi quid cogitaueris ultra ſecula,
hoc ipſum comperies ſpiritu poſterius. Quod ſi creaturam cōſideraueris, firmatæ ſunt cœ
lorum uirtutes à ſpiritu, ita ut per firmationem accipiatur habitus qui ægre à bonis diſce-
dat. Nam coniunctio ad Deum, & immutabilitas ad uitium ac maliciam, & perſeueran-
tia in beatitudine, à ſpiritu uirtutibus acceſſerunt. Chriſti aduentus fit, & ſpiritus præcur-
rit. In carne eſt præſentia, & ſpiritus inſeparabilis. Operationes uirtutum, dona ſanatio-
num, per ſpiritum ſanctum. Dæmones fugabantur, in ſpiritu Dei. Diabolus abolebatur,
præſente ſpiritu. Peccatorum fit remiſſio, in gratia ſpiritus, Abluti enim eſtis & ſanctifi- *Rom.8*
cati in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpiritu ſancto. Coniunctio ad Deum per
ſpiritum, Emiſit enim Deus ſpiritum filij ſui, in cordibus noſtris clamantem Abba, pater.
Reſurrectio à mortuis, per operationem ſpiritus eſt, Emittes enim ſpiritum tuum & cre- *Pſal.103*
abuntur, & renouabis faciem terræ. Iam ſiue quis creaturam accipiat de diſſolutorum re-
ſuſcitatione, quomodo non magna eſt ſpiritus operatio, qui nobis uitam ex reſurrectio-
ne procurat, & ad ſpiritualem illam uitam animas noſtras adaptat? Siue creatura dicatur
tranſmutatio eorum qui hic ex peccato lapſi ſunt in meliorem ſtatum. Nam & ſic ſcriptu-
ra appellare ſolet, uelut quum Paulus dicit: Si qua in Chriſto noua creatura: etiam quæ *2.Cor.5*
hic fit renouatio, & quæ à terrena & affectibus obnoxia uita ad cœleſtem conuerſatio-
nem contingit mutatio, per ſpiritum nobis contingens, ad omnem miraculi excellenti-
am animas noſtras perducit. Propter hæc num timuerimus, ne dignitatem per honorum
acceſſum excedamus? aut è contra, ne ad humilitatem cogitationes noſtras de ipſo de-
mittamus, etiamſi maxima de ipſo loqui uideamur, quæ humana mente cogitari ac lin-
gua proferri poſſunt? Hæc dicit ſpiritus ſanctus, uelut hæc dicit Dominus, deſcende & *Act.7*
ambula inter ipſos, nihil dijudicans, quia ego miſi ipſos. Num humilis & conſternati hæc
ſunt uerba? Separate mihi Barnabam & Paulum ad opus, ad quod accerſiui ipſos. Num *Act.13*
ſeruus ſic loquitur? Et Eſaias, Dominus miſit me & ſpiritus eius. Et, Deſcendit ſpiritus à *Eſa.48*
Domino, & deduxit eos. Et, ne mihi deductionem rurſus ad uile miniſterium accipias,
hoc enim & Dei opus eſſe ſcriptura teſtatur. Deduxiſti, inquit, uelut oues populum me-
um. Et deducēs uelut ouem Ioſeph. Et deduxit ipſos in ſpe, & non timuerunt. Quare quū *Pſal.79*
audieris, Quum uenerit paracletus, ille uos commonefaciet ad omnem ueritatem: dedu- *Ioan.14*
ctionem uelut ductus es accipe, & ne calumnieris ſententiam. Sed & interpellat, inqui-
unt, pro nobis, quare quantum ſupplex abeſt à benefactore, tantum ſpiritus dignitate de
cidit à Deo. Tu uerò nondum audiuiſti de unigenito, quòd eſt in dextra Dei, & interpel-
lat pro nobis? Ne igitur quia ſpiritus in te eſt, ſi tamen omnino in te eſt, neque quia excæ-
catos nos ad electionem eius quod expedit docet ac deducit, eius rei gratia piæ ac diuinę
de ipſo opinionis damnum patiaris. Extremæ enim ingratitudinis hoc fuerit, benignita-
tem benefactoris occaſionem facere ingratitudinis. Nolite igitur contriſtare ſpiritum
ſanctum. Audite quid dicat primitiæ martyrum Stephanus, populo inobedientiam ac re- *Act.7*
bellionem exprobans: Vos inquit, ſemper ſpiritui ſancto reſiſtitis. Et rurſus Eſaias, Irrita- *Eſa.63*
uerunt ſpiritum ſanctum, & conuerſus eſt ipſis in inimicitiam. Et alibi, domus Iacob ir-
ritauit ſpiritum Domini. An non hæc autenticam poteſtatem declarent, legentium iudi-
cio permitto. Eos qui hæc audiunt, quales opiniones habere conuenit? uelut de inſtru-
mento, & ſubdito, & ęquali creaturæ, & nobis conſeruo? aut grauiſſimum eſt uel uerbo
ſolo hanc blaſphemiam piorum animos ſubire? Seruum dicis ſpiritum? At ſeruus, inquit, *Ioan.15*
non nouit quid faciat Dominus ipſius, Spiritus autem ſic nouit quæ Dei ſunt: uelut ſpi-
ritus hominis nouit quæ in ipſo ſunt.

Aduerſus eos qui dicunt, neq; in ſeruili, neq; in herili conditione, ſpiritum eſſe, ſed in ſtatu liberorum. Cap. XX

NEq; ſeruum dicunt eſſe, neque dominum, ſed liberum. O horrēdam ſtupiditatem,
ô miſerabilem audaciam eorum qui hæc dicunt. Vtrum amplius deplorem? igno-
rantiam aut blaſphemiam? eorum qui Theologię dogmata humanis exemplis conſpur-
cant, & huius uitæ conſuetudinem, quæ uarias dignitatum differentias habet, diuinæ &
inenarrabili naturæ adaptare conantur: ne illud quidem cogitantes quod apud homines
nemo natura ſeruus eſt. Aut enim potentia oppreſſi ſub ſeruitutis iugum ducuntur, uelut

in captiuitatibus. Aut propter paupertatem in ſeruitutē adigunt, uelut Aegyptij Pharaoni. Aut iuxta ſapientem quandam & arcanam diſpenſationē, deteriores filij parentū uoce prudentiorib. ac melioribus in ſeruitutem addicti ſunt: quam ſanè addictionē beneficentiam potius quàm condemnationem æquus rerum æſtimator dixerit. Qui enim propter prudentiæ inopiam, naturale imperiū in ſeipſo non habet, huic conducibilius eſt ut alterius poſſeſsio fiat, ut dum dominantis prudentia dirigitur ſimilis ſit currui, qui aurigam accepit: & naui quæ gubernatorem clauo aſſidentē habet. Hac de cauſa Iacob dominus Eſau ex benedictione patris factus eſt, ut etiam nolens & inuitus à prudente inſipiens beneficio afficeret, propriū curatorem ipſam uidelicet mentem nō habens. Et Chanaan filius famulus eſt fratrum ſuorū, quoniā indocilis ad uirtutem erat, quum imprudentē patrē haberet Cham. Atque ſic quidem hic fiunt ſerui. Liberi aūt ſunt, qui paupertatem aut bellū effugerunt, aut aliorum cura non egent. Quare etiamſi hic dominus, ille ſeruus dicatur, attamen omnes tum iuxta æqualitatem inter nos, tum uelut poſſeſsio eius qui fecit nos, conſerui ſumus. Illic uerò quid potes è ſeruitute eximere? Simul enim ut creata ſunt, factū eſt ut ſerua eſſent. Et inter ſe quidem mutuum imperium non exercent. Nam prærogatiuæ expertia ſunt cœleſtia. Deo uerò omnia ſubiecta ſunt, & uelut Domino debitum timorē, & uelut creatori debitam gloriam tribuunt. Filius enim glorificat patrem, & ſeruus Dominum ſuum. Et exigit omnino ex duobus alterum Deus. Si enim pater ſum ego, ubi eſt, inquit gloria mea? Etſi Dominus ſum ego, ubi eſt timor meus? Alioqui miſerrima omnium fuerit hæc uita, ſi non ſub Domini prouidentia poſita eſſet. Cuiuſmodi ſunt uirtutes quæ à Deo defecerunt, quæ propterea quòd contra Deum omnipotentem ceruicem erexerunt, à ſeruitute liberæ uagantur: non quod aliter productæ ſint, ſed quod non uelut ſubditi ſe erga creatorem gerunt. Quem igitur appellas liberum? eum qui regi ſubditus non eſt? qui neque imperandi alij poteſtatem habet, neque imperium alterius admittit? At neque eſt aliqua talis in rebus natura, & hoc cogitare contra ſpiritum manifeſta impietas eſt. Quare ſiquidem creatus eſt, ſeruit nimirum cum omnibus. Vniuerſa enim, inquit, ſeruiunt tibi: ſi uerò ſupra creaturam eſt, regni ſocius eſt.

Gen. 27; Gen. 9; Pſal. 118

Teſtimonia ex ſcripturis, ſpiritum appellari Dominum. Caput XXI

ET quid opus eſt ex humilibus pugnantes, turpiter uictoriam uerbis parare, quum liceat grauioribus teſtimonijs productis excellentiam gloriæ demonſtrare, ita ut nemo contradicere poſsit? Si uerò dixerimus quæ è ſcriptura didicimus, fortaſſis ingentem ac uehementē clamorem edent, & obturatis auribus ac ſublatis lapidibus, aut quacunque re forte oblata teli uice utentes, ſinguli ſpiritus hoſtes in nos irruent. Non tamen ueritati præferenda eſt à nobis ſecuritas. Inuenimus itaque apud Apoſtolum in ſecunda ad Theſſalonicenſes: Dominus autem dirigat corda ueſtra, in dilectionē Dei, & in patientiam Chriſti. Quis eſt Dominus qui dirigit in dilectionem Dei, & in patientiam pro afflictionibus Chriſti? reſpondeant nobis, qui ſpiritum in ſeruitutem adigunt. Siue enim de patre erat ſermo, omnino dixiſſet, Dominus uos dirigat in ſui dilectionem. Siue de filio, addidiſſet ſanè in ſuam ipſius patientiam. Quærant igitur quæ ſit alia perſona, quam Domini appellatione honorare deceat. Conſimile huic eſt quod alibi poſitum eſt: Dominus uos impleat & abundare faciat charitate inter uos mutua, & erga omnes, quemadmodum etiam nos erga uos, ut confirmet corda ueſtra irreprehenſibilia in ſanctitate, coram Deo & patre noſtro, in aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus ſanctis ſuis. Quem Dominū optat corā Deo & patre noſtro, in aduētu Domini noſtri Ieſu Chriſti, confirmare corda fidelium Theſſalonicenſium in ſanctitate citra reprehenſionem firmata? Reſpondeant nobis qui inter miniſtratorios ſpiritus, qui ad miniſterium emittuntur, collocant ſpiritum ſanctum. Verùm non habent quod reſpōdeant, itaque audiant etiam alia teſtimonia, quæ palàm ſpiritum dominum appellant: Dominus, inquit, ipſe ſpiritus eſt. Et rurſus, quemadmodum à Domino ſpiritu. Quo uerò nulla contradicendi occaſio relinquatur, ipſa apponam Apoſtoli uerba: Vſque in hodiernum diem idem uelamen in lectione ueteris Teſtamēti manet, nec reuelatur, quia in Chriſto aboletur. Qui autem conuertet ſe ad Dominum, tollitur uelamen: Dominus autem ipſe ſpiritus eſt. Cur hoc dicit? Quoniam qui nudæ ſententiæ ipſius literæ aſſidet, & illic circa legales obſeruationes uerſatur,

1. Theſſ. 3; 2. Cor. 3

uerſatur, is per Iudaicam literæ ſententiam, ueluti per uelum quoddã cor conteᶜtũ habet:
atq; hoc patitur propterea quòd ignorat, ꝙ corporalis legis obſeruatio in aduentu Chri-
ſti abolita eſt, figuris de cætero translatis ad ueritatem. Abolentur enim lucernæ ſolis ad-
uentu, & ceſſat lex, & prophetę ſilent, ubi ueritas illuxit. At uerò qui potuit in profundũ
legalis intellectus introſpicere, & literę obſcuritate uelut uelamento dirupta, ad arcana
penetrare: hic imitatus eſt Moſen: qui quum loqueretur cum Deo ademit uelamen, con-
uertens etiam ipſe ſe à litera ad ſpiritum. Quare uelamini in facie Moſis, legalium doctri-
narum obſcuritas correſpondet. Conuerſioni uerò ad Dñm, ſpiritualis intelligentia. Qui
igitur in lectione legis aufert literam, conuertit ſe ad Dominum: Dñs aũt nunc ſpiritus di
citur, & ſimilis fit Moſi, ex apparitione Dei faciem glorificatam habenti. Quemadmodũ
enim ea quę floridis coloribus appoſita ſunt, ex diffluente ſplendore etiam ipſa coloran-
tur: ſic qui euidenter oculos in ſpiritum extendit, ex illius gloria transformatur quodam-
modo, ut fiat illuſtrior, dum ueritate ex ſpiritu uelut luce quadam, corde illuminatur. Atq;
hoc eſt transformari à gloria ſpiritus ad propriam gloriam, non parce neq; obſcure, ſed in
tantum quantum par eſt eum qui à ſpiritu illuminatur. Non reuereris Apoſtolum dicen-
tem: Templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in uobis? Num unquam admiſiſſet, ut ſer 1. Cor. 3
uile domicilium, templi appellatione honoraſſet? Quid uerò ille qui ſcripturam diuini-
tus inſpiratam nominat, per inſpirationem ſancti ſpiritus conſcriptam, num contumelio-
ſis & ſpiritum uilipendentibus uerbis utitur?

Confirmatio naturalis ſocietatis ſpiritus, ex eo quod ęque ac pater & filius
contemplatione incomprehenſibilis ſit. Cap. XXII

NOn ſolum autem ex eo quod eaſdem appellationes habet, & in operationibus con
ſors eſt patri & filio, naturæ ſpiritus eminentia nota eſt, ſed etiam ex eo quod æqua-
liter contemplatione ac intelligentia incomprehenſibilis eſt. Nam quæ de patre dicit, ꝙ
ſit ſupra humanam intelligentiam, & quę de filio, eadem Dominus etiam de ſpiritu ſan-
cto dicit: Pater iuſte, & mundus te non cognouit: mundum appellans nunc filius non glo
bum ex cœlo & terra conſtitutum, ſed uitam miſerrimam infinitisq; mutationibus expo- Ioan. 17
ſitam. Et de ſeipſo loquens, Adhuc modicum inquit, & mundus me non amplius uidet,
uos autem uidetis me. Rurſus etiam hic materiali ac carnali uitæ alligatos, & ſolis oculis
ueritatem permittentes, mundum appellans: qui quòd non crederent reſurrectionem, Ioan 14
non amplius oculis cordis Dominum noſtrum uiſuri erant. Eadem uerò etiam de ſpiritu
dixit: Spiritum, inquit, ueritatis, quem mundus non poteſt capere, quia non uidet ipſum,
neque cognoſcit ipſum. Vos autem nouiſtis ipſum, quia apud uos manet. Etenim carna-
lis homo, qui mentem inexercitatam ad ſpeculationem habet, imò potius in ſapientia car
nis uelut in cœno defoſſam geſtat, ad ſpirituale lumen ueritatis oculos attollere non po-
teſt. Quapropter mundus, hoc eſt, uita carnis affectibus mancipata, uelut oculus debi-
lis radij ſolaris lumen, ſpiritus gratiam non admittit. At uerò diſcipulis ſuis puritatis ui-
tæ ex doctrinis ſuis teſtimonium præbens Dominus, iiſdem etiam tribuit quòd iam ſpi-
ritum contemplari ac ſpeculari poſſint. Iam enim, inquit, uos mundi eſtis, propter ſermo-
nem quem dixi uobis, Vnde mundus quidem non poteſt capere, non enim uidet ip- Ioan. 15
ſum: uos autem nouiſtis ipſum, quia apud uos manet. Eadem porrò dicit & Eſaias, Qui
firmauit terram, & quæ in ipſa ſunt, & dedit ſpiritum populo qui eſt ſuper ipſam, & ſpiri- Cap. 56
tum calcantibus ipſam. Qui enim conculcant terrena, ipſisq; ſuperiores euaſerunt, his
teſtimonium datum eſt quòd digni ſint dono ſancti ſpiritus. Quem igitur mundus ca-
pere non poteſt, & quem ſoli ſancti propter cordis puritatem contemplantur, ei quid
aliud putare conuenit, quàm omnis generis honores cõpetere? Et reliquæ quidem uir-
tutes ſingulę in circumſcripto loco eſſe creduntur. Nam angelus qui aſtitit Cornelio, non
erat in eodem loco etiam apud Philippum. Neq; qui ab altari Zachariam alloquebatur, Act. 10
eodem tempore etiam in cœlo propriam ſedem ac ſtationem implebat. At uerò ſpiritus Luc. 1
ſimul & in Abbacuch, & in Daniele in Babylonia operari creditus eſt, & in Catarrha-
cta cum Hieremia eſſe dictus eſt, & cum Ezechiele in Chobar. Spiritus enim Domini Dan. 6
repleuit orbem terrarum. Et, Quò ibo à ſpiritu tuo, & à facie tua quò fugiam? Et prophe-
ta: quoniam ego, inquit, uobiſcum ſum dicit Dominus. Et, ſpiritus meus ſtat in medio ue Pſal. 138
ſtrum. Qui uerò ubique eſt, & Deo adeſt cum qualis naturæ putare conuenit? eius'ne

quæ

quæ omnia complectitur? aut eius quæ particularibus locis includitur? qualem eſſe ange
lorum naturam ſcriptura ipſa oſtendit. Verùm nequaquam hoc quis dixerit. Qui igitur
diuinus eſt natura, incomprenſibilis magnitudine, potens in operationibus, bonus in be
neficijs, eum non ſuperexaltabimus? non glorificabimus?

Quòd ſpiritus glorificatio, eſt eorum quæ ipſi adſunt enumeratio. Cap. XXIII

EGo uerò neq; aliud quid gloriam puto, quàm miraculorum quæ adſunt ipſi enumeratio
nem. Quare aut neq; meminiſſe nos bonorum ab ipſo, præcipient nobis iſti: aut o
mnino enumeratio eorum quę ipſi adſunt, maximè glorificationis eſt perfectio. Neq; enim
Deum & patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & unigenitum ipſius filium aliter glorificare
poſſumus, quàm pro uiribus noſtris miracula recenſendo.

Redargutio abſurditatis eorũ qui nõ glorificant ſpiritũ, ex collatione eorum quæ inter creaturas glorificantur. Cap. XXIIII

DEinde gloria quidem & honore coronatus eſt cõmunis homo. Et gloria ac honor
& pax, omni homini facienti bonum in promiſſis repoſita eſt. Eſt autem & quædã
peculiaris Iſraelitici populi gloria, quorum eſt adoptio inquit, & gloria & diuinus cultus.
Pſal.56 Et ſuam quandam gloriam Pſalmiſta dicit: Exurge gloria mea. Eſt aũt & gloria ſolis, & lu
næ, & ſtellarum. Iuxta Apoſtolum uerò, etiam executio iudicij fiet cum gloria. Quum igi
tur tot ſint quæ glorificantur, ſpiritum ſolum omniũ glorificatione priuare uis? & quidẽ
quum miniſterium ſpiritus in gloria eſſe dicat. Quomodo igitur ipſum indignum glorifi
Pſal.157 catione ducitis? Et magna quidem eſt gloria iuſti, iuxta Pſalmodum, magna gloria ipſi
Pſal.14 us in ſalutari tuo. Et rurſus, Timentes autem Dominum glorificat. At ſpiritus gloria ſe
cundum tuam opinionem nulla eſt. Quomodo igitur non manifeſtum eſt periculum,
ex talibus ſermonibus ineuitabile peccatum ſibijpſis accerſere? Nam homo qui ex iuſti
ciæ operibus ſaluatur, multum abfuerit ab eo ut ſpiritum debita gloria ſpoliet. Sit inqui
unt, glorificandus, ſed non cum patre & filio. Et quàm nam rationem habet, alium locum
ſpiritui excogitare, relicto eo qui à Domino deſignatus eſt? & gloriæ ſocietate ſpoliare
eum, qui ubique cum deitate aſſumptus eſt? in fidei confeſſione, in baptiſmate redemptio
nis, in operatione uirtutum, in inhabitatione ſanctorum, in beneficijs erga ſubditos. Neq;
enim omnino ullum aliquod donum eſt abſque ſpiritu ſancto, quod ad creaturam perue
niat: quando ſanè neque nudum uerbum in defenſionibus pro Chriſto loqui quis poſſit,
Mat.10 ſpiritu nõ cooperante, uelut in euangelijs à Domino & ſeruatore noſtro didicimus. Qua
re ut his omnibus neglectis, & ſocietatis in omnibus obliti, à patre & filio ſpiritum auella
mus, haud ſcio an quiſpiam ſancti ſpiritus particeps aſſenſurus ſit. Vbi igitur ipſum tranſ
latum locabimus? Inter creaturas? At omnis creatura ſeruit: Spiritus autem liberos fa
cit: ubi enim ſpiritus Domini, illic libertas. Et quum multa ſint quæ poſſim hic dicere,
2.Cor.3 quòd non conueniat ſpiritum ſanctum creatæ naturæ annumerare, de his dicere ſuper
ſedebo. Si enim pro argumenti dignitate probationes noſtras afferre uelimus, & ea
quæ ab aduerſarijs obijciuntur diluere, longa oratione nobis fuerit opus, & periculum
eſt, ne libri magnitudine auertam lectores. Quapropter ad proprium tractatum illa re
ſeruantes, propoſitis inhæreamus. Conſideremus igitur ſingulatim. Natura bonus eſt,
uelut bonus eſt pater, & bonus filius. At creatura in electione boni particeps eſt bonita
tis. Nouit profunda Dei: at creatura accipit arcanorum reuelationem per ſpiritum. Viuifi
Rom.7 cat cum Deo omnia uiuificante, & cum filio uitam dante. Qui enim excitauit Chriſtum
Ieſum ex mortuis, uiuificabit inquit, & mortalia corpora ueſtra per ſpiritum ſuum inhabi
Ioan.10 tantem in uobis. Et rurſus: Oues meæ uocem meam audiunt, & ego uitam æternam do
ipſis. Sed & ſpiritus uiuificat, ſpiritus aũt inquit, uita propter iuſticiam. Et Dominus teſta
Ioan.6 tur, ſpiritum eſſe qui uiuificat, carnem non prodeſſe quicquã. Quomodo igitur ipſum à ui
uifica potentia abalienatum, naturæ uitæ indigæ aſſociabimus? Quis adeò contentioſus,
quis adeò cœleſtis doni exors, & à guſtu bonorum Dei uerborũ alienus? Quis adeò ſpei
cœleſtis expers, ut ſpiritum à deitate ſemotum creaturæ coniungat? In nobis inquiunt,
ſpiritus eſt uelut donum à Deo: at donum nequaquam ijſdem honoribus afficitur, quibus
is qui dedit. Donum equidem Dei eſt ſpiritus, ſed donum uitæ. Lex enim, inquit, ſpiritus
Act.1 uitæ liberauit te: & donum uirtutis. Accipietis enim, inquit, uirtutẽ ſpiritus ſancti qui ue
niet

niet in uos. Nam igitur ob id contemnendus eſt: aut non etiam filium largitus eſt hominibus: qui ſanè inquit, proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit ipſum, quomodo non etiam cum ipſo omnia nobis largietur: Et alibi, ut ſciamus quæ à Deo nobis donata ſunt: de incarnationis myſterio loquens. Quare quomodo qui hæc dicunt, non Iudaicam ingratitudinem tranſcendunt, excellentiam benignitatis pro uiatico ad blaſphemiam accipientes: Nam uitio uertunt ſpiritui, quod fiduciam nobis dat, Deum appellandi patrem noſtrum. Emiſit enim Deus ſpiritum filij ſui in corda noſtra clamantem, Abba pater: ut illius uox fiat propria eorum qui ipſum ſuſceperunt. Ro.

Quòd ſcriptura hac ſyllaba In, pro Cum utatur: ubi etiam quòd Et æquipollet ſyllabæ Cum. Cap. XXV

QVomodo igitur, inquiunt, ſcriptura nuſquā tradidit ſpiritū cum patre & filio glorificatū: ſed ſtudioſè uitauit, ne cum ſpiritu diceret, ubiq; uerò in ipſo glorificare, uelut cōuenientius prætulit: Ego uerò dixerim neq; ſyllabam In, ignobiliorem ſententiam afferre: ſed ſi ſano modo accipiatur, ad maximam ſublimitatem mentem euehere, quando ſanè etiā pro Cum, in multis locis poſitā ipſam obſeruauimus. Velut hoc loco, Ingrediar domū tuam in holocauſtis, pro cum holocauſtis. Et, Eduxit ipſos in argēto & auro. Et hoc, Nō egredietur Deus in uirtutibus noſtris. itemq; alijs innumeris locis. Omnino autem libenter didicerim à noua iſta ſapientia, qualem glorificationē apoſtolus per uerbum In abſoluerit, iuxta figuram quam hi nunc ex ſcriptura producunt. Nuſquam enim reperi hoc dictū, Tibi patri honor & gloria, per unigenitū tuum, in ſancto ſpiritu: quod tamen his nunc etiam ipſa, ut ita dicam, reſpiratione magis familiare exiſtit. Separatim equidem ſingula hæc inuenire licet, coniunctim uerò in hoc ordine nuſquam oſtendere poterunt. Quare ſi quidem exactam rationem habent eorum quæ ſcripta ſunt, oſtendāt unde dicant. Si uerò concedunt conſuetudini, neq; nos prohibeant. Nos utraſq; dictiones in fidelium uſu deprehendimus, & utriſq; utimur: gloriam quidem ſpiritui æqualiter in utraque perſolui credentes: his uerò qui ueritatem deprauant, os magis obturari per propoſitam dictionem perſuaſi, quæ quum uim habeat ſcripturis conſimilem, non ita eſt ſimiliter aduerſarijs expoſita. Eſt aūt hæc cui nunc contradicitur ab his, quæ pro Et coniunctione accipitur. Nihil enim intereſt utrum dicas, Paulus & Syluanus & Timotheus: aut Paulus cum Timotheo & Syluano. Nominum enim connexio per utranque prolationem æqualiter conſeruatur. Si itaq; quum Dn̄s dixerit, patrem & filium & ſanctum ſpiritum, ipſe dixerim, patrem & filium cum ſancto ſpiritu, nihil aliud dixero, quod ad ſententiam attinet. At uerò per coniunctionem Et complicari nomina, multa habemus teſtimonia. Gratia enim, inquit, domini noſtri Ieſu Chriſti, & dilectio Dei, & ſocietas ſpiritus ſancti. Et rurſus, obſecro uos fratres per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & per dilectionem ſpiritus. Si itaque pro Et, uti uoluerimus uoce Cum, quid diuerſum fecerimus: Ego quidem non uideo, niſi forte quis frigidus grammaticus, coniunctionem uelut copulatiuam, & maiorem unionem facientem præferat, & præpoſitionē, uelut æqualem uim nō habentem reijciat. Etenim ſi de his hactenus controuerſias ſuſtinuiſſemus, non longa oratione ac reſpondendum opus habuiſſemus. Nunc uerò neque de ſyllabis, aut de huius aut huius uocis ſono, ipſis diſputatio eſt, ſed de rebus in uirtute ac ueritate maximam differentiam habentibus. Quarum gratia quum nihil referat ſyllabarum uſum obſeruari, iſti alias quidem eccleſiæ adſcribere, alias uerò ab ipſa ſubmouere conantur. Ego uerò etiamſi ex primo auditu euidens ſit utilitas, attamen etiam rationem afferam, iuxta quam patres noſtri non ocioſe huius præpoſitionis uſum aſſumpſerunt. Nam præter hoc quod Sabellij maliciam æque ualide uelut Et ſyllaba coarguit, & conſimiliter uelut illa perſonarum proprietatē declarat, uelut in hoc, Ego & pater ueniemus: & in hoc, Ego & pater unum ſumus: eximium perpetuæ ſocietatis & ab ipſa coniunctionis teſtimonium habet. Qui enim dixit cum patre filium eſſe, ſimul & perſonarum proprietatem, & inſeparabilem ſocietatem oſtendit. Id quod etiam in humanis rebus contingit. Coniunctio enim Et ſocietatē operationis declarat: Præpoſitio uerò Cum, ipſam quodammodo ſocietatem commonſtrat. Velut uerbi gratia, Nauigauerunt in Macedoniam Paulus & Timotheus. Sed & Tychicus & Oneſimus miſſi ſunt ad Coloſſenſes. Ex his uerbis quod idē operati ſunt diſcimus. Si uerò audiuerimus, quòd connauigauerunt & ſimul miſſi ſunt, inſuper etiam

Pſal. 14

1. Theſ. 1

1. Pet. 1

Act. 16

etiam illud diſcimus, quod etiam mutuò inter ſe actionem abſoluerunt. Sic Sabellij mali-
ciam uelut nulla alia uox deſtruens, addit illi etiam ex diametro impios, hos dico, qui tem-
poralibus interuallis à patre filium, à filio ſpiritum ſanctum diſparant. Cæterùm ad ſylla-
bam In, illam maximè differentiam habet, quod Cum, mutuam coniunctionem eorum
qui communiter aliquid agunt declarat, uelut connauigantium, aut cohabitantium aut
quiduis aliud communiter perficientium. At uerò In, habitum ad id in quo ſunt operan-
tes oſtendit. Quum enim audiuimus innatant & inhabitant, ſcapham aut domum ſtatim
intelligimus. Iuxta communem igitur uſum talis eſt inter ipſas differentia, & ſi quid am-
plius à ſtudioſis inueniri poſſit: neque enim mihi ocium eſt ſyllabas expendere. Quando-
quidem igitur oſtenſum eſt præpoſitionem cum, ſignificantiſſime exprimere coniunctio-
nis ſignificationem, ſit uobis ſi ita uidetur confœderata, & deſiſtite atrox & indenuncia-
tum bellum aduerſus ipſam gerere. Attamen quanquam adeò gratioſa hęc uox ſit, ſi cui
libuerit glorificare per ſyllabam Et, nominaque coniungere ac glorificare, uelut in Euan-
Mat.28 gelijs de baptiſmate didicimus, patrem & filium & ſpiritum ſanctum: etiam ſic fiat, ne-
mo contradicet, in his ſi uidetur conſentiamus. At linguas iſti potius abiecerint, quàm hanc
uocem recipiant. Hoc igitur eſt quod indenunciatum & irreconciliabile bellum nobis
excitat. In ſpiritu, inquiunt, ſancto glorificatio danda eſt Deo, nō uerò ſpiritui: & prom-
ptiſſime hanc uocem uelut humilem ſpiritus amplectunt. De qua nō inutile fuerit longi-
us dicere. Quæ ubi audierint hi, demirabor ſanè, ſi non ipſam uelut proditricem, & ad ſpi-
ritus gloriam transfugam clamabunt.

Quot modis dicitur In, tot modis de ſpiritu accipitur.

Caput XXVI

Mihi itaque conſideranti, quum ſimplex ac breuis ſit huius ſyllabæ prolatio, multa ta-
men & uaria eſſe uidentur quæ per ipſam ſignificantur. Quot enim modis dicitur
In, tot modis reperimus ipſum ſignificationibus de ſpiritu inſeruire. Dicitur equidem for-
ma in materia eſſe, & potentia in eo quod eius capax eſt, & habitus in eo qui ſecundum
ipſum affectus eſt, & multa talia. Itaque in quantum ſpiritus ſanctus perficit rationalia, ab-
ſoluens ipſorum conſummationem, formæ rationem obtinet. Qui enim non amplius ſe-
cundum carnem uiuit ſed ſpiritu Dei fertur, & filius Dei nominatur, & conformis imagi-
ni filij Dei factus eſt, is ſpiritualis appellatur. Et ſicut potentia uidendi eſt in ſano oculo:
ſic operatio ſpiritus eſt in anima purgata. Quapropter etiam Paulus optat Epheſiis, ut
Ephe.1 oculi ipſorum ſint illuminati in ſpiritu ſapientiæ. Et quemadmodum ars eſt in eo qui ip-
ſam adeptus eſt: ſic gratia ſpiritus eſt in eo qui recepit, ſemper quidem præſens, non autē
perpetuò item operans. Nam & ars potentia quidem in artifice eſt, actu uerò tunc, quum
ſecundum ipſam operatur: ſic etiam ſpiritus, ſemper quidem adeſt dignis, operatur autē
iuxta utilitatem ac neceſsitatem, aut in prophetijs aut in ſanationibus, aut in alijs quibuſ-
dam uirtutum operationibus. Amplius, quēadmodum in corporibus eſt ſanitas, aut cali-
ditas, aut omnino affectiones facile mobiles: ſic etiam in anima ſæpe eſt ſpiritus, his qui
propter mentis inconſtantiam facile excutiunt gratiam, quam ſuſceperunt. Qualis erat
Saul, & ſeptuaginta ſeniores filiorum Iſrael, excepto Eldad & Modad: apud hos enim ſo-
los ex omnibus ſpiritum manſiſſe apparet, & in ſumma ſi quis his propoſito cōſimilis eſt.
Sed & quemadmodū uerbum eſt in anima, aliquando uelut cogitatio in corde, aliquan-
do uelut quod per linguam profertur: ſic ſpiritus ſanctus, nunc quum ſpiritui noſtro te-
ſtimonium præbet, & clamat in cordibus noſtris Abba pater. Nunc quum loquitur pro
nobis, iuxta id quod dictum eſt: Non uos eſtis qui loquimini ſed ſpiritus patris qui loqui-
Ioan.10 tur in uobis. Iam ſicut totum in partibus intelligitur eſſe ſpiritus, iuxta donorum diſtribu-
tionem. Omnes enim inter nos membra ſumus, dona uerò iuxta gratiam Dei datam no-
bis diuerſa habemus. Quapropter non poteſt dicere oculus manui, non opus habeo te:
aut rurſus caput pedibus, non eſt mihi uobis opus. Sed omnia quidem ſimul complent
corpus Chriſti in unitate ſpiritus: neceſſariam uerò utilitatem ex donis mutuò inter ſe ex-
hibent. Deus etenim locauit membra in corpore, ſingula prout uoluit: mēbra uerò ean-
dem habent inter ſe mutuò ſolicitudinem, quum conſenſus ac condolentia ſecundū ſpi-
ritualem ſocietatem ipſis adſit. Quapropter ſiue patitur unum membrum, condolent om-
nia membra: ſiue gloriatur unum membrum, congaudent omnia mēbra. Rurſus quēad-
modum

modum partes in toto ſunt: ita ſinguli ſumus in ſpiritu, quia omnes in uno corpore, in unum ſpiritum baptizati ſumus. Cæterùm quod dictu mirum eſt, nihilominus tamen uerum, etiam uelut regio ac locus eorum qui ſanctificantur ſæpenumero ſpiritus dicitur. Et apparebit neq; hunc ſermonem ſpiritum imminuere, ſed magis glorificare. Equidem corporalia nomina etiam ad ſpirituales intelligētias ſcriptura ſæpe transfert, maioris euidētiæ gratia. Obſeruabimus igitur etiam de Deo pſalmographū loqui: Eſto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum, ut ſaluum me facias. *Pſal.3* De ſpiritu uerò, Ecce locus inquit, apud me, & ſta ſuper petram. Quid aliud dicens locum, quàm ſpeculationem in ſpiritu, in qua quum eſſet Moſes, Deum euidenter ipſi apparētem uidere potuit? Hic eſt locus ueri diuini cultus ſempiternus. Attende enim, inquit, ne offeras holocauſtū tuum *Exod.33* in omni loco, ſed in loco quem elegerit dominus Deus tuus. Quod igitur eſt holocauſtū ſpirituale? ſacrificium laudis. In quo loco hoc offerimus? in ſpiritu ſancto? Vbi hoc didicimus? ab ipſo Domino dicēte: Veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & ueritate. Hunc locum conſpicatus Iacob dixit, Dominus in loco hoc. Quare ſpiritus uere eſt locus ſanctorum, & ſanctus domus eſt, qui ſeipſum exhibet ſpiritui ad inhabitandum cum Deo, & templum ipſius appellatur. Sicut enim in Chriſto loquitur Paulus: Coram Deo, *2.Cor.2* inquit, in Chriſto loquimur. Sic Chriſtus in Paulo, uelut ipſe dicit: An experimētū quæ- *2.Cor.13* ritis eius qui in me loquitur Chriſti: ſic etiam in ſpiritu loquitur myſteria, & ſpiritus rurſus loquitur in ipſo. Hoc quidem igitur modo in creatis multipliciter ac multiformiter ſpiritus ineſſe dicitur. Verùm magis pium eſt dicere, ipſum cum patre & filio eſſe, quàm ineſſe. Gratia equidem ab ipſo habitante indignis, & quæ ſua ſunt operante, rectè in his ineſſe dicit qui ipſius capaces ſunt. At ipſius ſubſiſtentia ante ſecula, & perpetuitas nunquam deſitura, quæ cum patre ac filio conſideratur, ſempiternæ potentiæ ac coniunctionis appellationes requirit. Nam propriè ac uerè coexiſtere de his dicitur, quæ inſeparabiliter inter ſe conuerſantur. Etenim caliditatem ignito ferro ineſſe dicimus, ipſi uerò igni coeſſe. Et ſanitatē corpori ineſſe dicimus, uitam uerò animæ coeſſe. Quare ubi peculiaris & eiuſdem naturæ ac inſeparabilis ſocietas eſt, ſignificantior uox eſt, quæ inſeparabilis ſocietatis ſignificationem exprimit. Vbi uerò gratia ab ipſo accedere & rurſus diſcedere ſolet, propriè & uerè ineſſe dicit, etiāſi ſæpenumero gratia ab ipſo perpetua permaneat in his qui eam ſuſceperunt, propter affectus erga bonum cōſtantiā. Proinde quum propriam ſpiritus dignitatem conſideramus, cum patre & filio ipſum cōtemplamur. Vbi uerò gratiam in participes ipſius operantem mente recolimus, in nobis ſpiritum eſſe dicimus. Et quę ſanè à nobis exhibetur glorificatio in ſpiritu, non dignitatis illius confeſſionem habet, ſed noſtræ ipſorum debilitatis proteſtationem, dum oſtēdimus quòd neque glorificare à nobiſipſis ſufficientes ſumus, ſed ſufficientia noſtra in ſpiritu ſancto eſt: in quo corroborati pro beneficijs acceptis Deo noſtro gratiarū actionem perſoluimus, iuxta menſuram puritatis à malicia. Alius enim alio plus aut minus auxilij ſpiritus particeps fit, ad offerendum ſacrificia laudis Deo. Iuxta unum igitur modum ſic pie in ſpiritu gratiarum actionem perſoluimus. Quanquam & hoc non leue ſit, ut quis ſibiipſi teſtimonium præbeat, nempe, Spiritus Dei in me eſt, & per gratiam ab ipſo edoctus refero gloriam. Paulum enim decet hæc uox: Videor mihi & ego ſpiritū Dei habere. *1.Cor.7* Et rurſus, Bonum depoſitum ſerua per ſpiritum ſanctum, qui habitat in nobis. *2.Tim.1* Et de Daniele. Spiritus Dei ſanctus in ipſo: *Dan.5* & ſi quis illis uirtute eſt cognatus. Alter porrò intellectus eſt, & neq; ipſe reijciendus: Quod quemadmodum in filio uidetur pater, ſic filius in ſpiritu. Adoratio itaque in ſpiritu, operationem mentis noſtræ uelut in luce fientem exprimit, uelut ex his quæ ad Samaritin dicta ſunt diſcere poteris. In loco enim eſſe adorationem ex uernacula conſuetudine falſam, Dominus ipſe docens, in ſpiritu & ueritate adorare oportere dixit, ſeipſum uidelicet ueritatem appellans. Quemadmodum igitur in filio adorationem dicimus, uelut in imagine Dei & patris, ſic etiam in ſpiritu, uelut in ſeipſo oſtendente Domini deitatem. Quapropter etiam in adoratione inſeparabilis eſt à patre & filio ſpiritus ſanctus. Nam ſi extra ipſum exiſtis, neque omnino adorabis. Si uerò in ipſo es, nullo loco à Deo ſeparabis, non profectò magis quàm lumen à rebus uiſibilibus ſeparaueris. Impoſſibilę enim eſt uidere imaginem Dei inuiſibilis, non in ſpiritus illuminatione. Et qui imaginem intuetur, cum impoſſibile eſt lumen ab imagine ſepa-

rare. Videndi enim cauſa neceſſariò ſimul cum his quæ uidentur conſpicitur. Quapropter proprie & conſequenter per ſpiritus illuminationem, gloriæ Dei ſplendorem conſpicimus. Per charitatem uerò, ad eum cuius eſt character & eiuſdem figuræ ſigillum ſubuehimur.

Vnde initium acceperit ſyllaba Cum, & qualem uim habeat: ubi etiam de Eccleſiæ legibus ac ritibus nullo ſcripto conſtantibus.

Caput XXVII.

QVam igitur ob cauſam, inquiunt, quum proprie conueniat ſpiritui ſyllaba In, & ad omnem de ipſo intelligentiam ſufficiat, uos nouam ipſam ſyllabam ſuperinduxiſtis, qui Cum ſpiritu dicitis, & non In ſpiritu ſancto, neque aliàs neceſſaria, neq; ab Eccleſiis recepta loquentes? Quod igitur non iuxta ſortem proprie obtigit ſpiritui ſancto ſyllaba In, ſed cōmmunis eſt patris & filij, in ſuperioribus dictum eſt. Arbitror autem & illud ſufficienter dictum eſſe, quod non ſolum non detrahit aliquid de ſpiritus dignitate, ſed etiam ad maximam altitudinem cogitationes erigit, ſi modò quis non omnino mente peruerſus ſit. Supereſt autem etiam de ſyllaba Cum recenſere, unde initium acceperit, & quam uim habet, & quomodo conſona eſt ſcripturæ. Dogmata quæ in Eccleſia ſeruantur ac prædicantur, partim ex conſcripta doctrina habemus, partim ex Apoſtolorum traditione ad nos delata in myſterio recepimus. Quæ utraq; eandem ad pietatem uim habent, & nemo his contradicit qui uel modicam ſaltem Eccleſiaſticorum iurium experientiam habet. Si enim aggrederemur non ſcripto proditas conſuetudines, uelut non magnam uim habentes, reijcere, imprudentes etiam ipſis principalibus Euangelij partibus damnum inferremus, imò potius ipſam Euangelij prædicationem ad nudum nomen contraheremus; uelut uerbi gratia, ut eius quod primum ac communiſſimum eſt primam mentionem faciam, figura crucis ſignare eos qui in nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti ſpem habent, quis ſcripto docuit? Ad orientes cōuerſos eſſe nos dum oramus, quæ ſcriptura nos docuit? Inuocationis uerba dum oſtenditur panis Euchariſtiæ, & poculum benedictionis, quis ſanctorum ſcripto nobis reliquit? Non enim his contenti ſumus, quorum Apoſtolus aut Euangelium mentionem fecit, ſed & ante & poſtea alia quædam dicimus, uelut magnum robur ad myſteria habētia, ex doctrina ſcripto nō prodita aſſumpta. Benedicimus aquam baptiſmatis, & oleū unctionis, inſuper & ipſum qui baptizatur, ex quibus ſcriptis? non'ne à tacita & arcana traditione? Ipſam uerò olei illitionem, quæ doctrina ſcripta docuit? At ter immergi hominem unde eſt? Reliqua item quæ circa baptiſma fiunt, renunciare Satanæ & angelis eius, ex qua ſunt ſcriptura? non'ne ex hac non publicata & arcana doctrina? quam in minimè curioſo ac ſollicito ſilentio patres noſtri conſeruarunt, rectè illi, utpote docti myſteriorum reuerentiam ac autoritatem ſilentio cuſtodiri. Quæ enim ne inſpicere quidem fas erat non initiatis, horum doctrinam quomodo par erat in literis uelut in triumpho oſtentare? Aut quid tandem uolens magnus ille Moyſes, non omnibus omnia templi loca peruia eſſe ſtatuit, uerùm extra ſacra ſepta prophanos locauit, prima uerò atria purioribus permittens, ſolos Leuitas dignos Dei miniſtros iudicauit: uictimas uerò & holocauſta ac reliquam ſacrorum celebritatem ſacerdotibus aſſignauit, unumq; ex omnibus delectum in adyta admiſit, & neque hunc ſemper, ſed una ſolum anni die, atq; huius hora certa ad ingrediendum ipſi conſtituta quo propter nouitatem & inſuetudinem, cum maiore admiratione inſpiceret ſancta ſanctorum: probè gnarus ex ſapientia ſua, ei quod cōculcatum eſt & per ſe apprehendi poteſt, imminere contemptum: quod uerò remotum eſt ac rarum, ei naturaliter quodammodo eſſe coniunctam admirationem. Ad eundem modum etiam hi qui ab initio res eccleſiaſticas ſanciuerunt Apoſtoli & patres, in occulto ac ſilentio myſterijs autoritatem conſeruarunt. Neq; enim omnino myſterium eſt, quod ad populares ac uulgares aures effertur. Hæc eſt ratio cur aliqua tradita ſint citra ſcriptū, ut ne dogmatum cognitio neglecta fieret & in contemptum ueniret apud uulgus propter conſuetudinem. Aliud enim eſt dogma, & aliud prædicatio: dogmata enim ſilentur, prædicationes uerò publicantur. Silentij autem ſpecies eſt & obſcuritas, qua utitur ſcriptura, ita dogmatum ſententiam conſtruens ut ægrè aſſequi poſſis, atq; hoc ad legentium utilitatem. Huius rei gratia, omnes reſpicimus ad orientes quum oramus: pauci tamen

locus citatur à Gratiano tanq̃. Aug. ſed tu ſatis. et ita corrumpitur intelligi poſſit

men nouimus, quòd ueterem patriam requirimus ipſum paradiſum, quē plantauit Deus in Edem ad orientes. Et erecti perficimus preces in una ſabbati, rationem autem non omnes nouimus. Nō enim ſolum ut qui reſurreximus cum Chriſto, & qui ſuperna quærere debeamus, in reſurrectionis die datæ nobis gratiæ, per hoc quòd ſtamus in precando, nos ipſos commonefaciamus: ſed quod etiam uenturi ſeculi is dies quodāmodo imago eſſe uideatur. Quapropter etiam quum principium ſit dierum, nō prima à Moſe, ſed una appellata eſt. Factum eſt enim, inquit, ueſpere & mane dies una, uelut eadem ſæpe Gen.1
reuoluatur. Vna itaq; eadem & octaua, unam illam reuera ac ueram octauam, cuius Pſalmographus in quibuſdam pſalmorū inſcriptionibus meminit, per ſeipſam demonſtrans, ſtatum uidelicet poſt hoc tempus, diem non deſituram, ueſperam non habentem, & ſucceſſionem non admittentem, æuum illud nunquam finiendum ac ſenij expers. Neceſſariò igitur eccleſia erudit alumnos ſuos, ut ſtantes preces abſoluant, quo per aſſiduam cōmonefactionem uitæ non deſituræ, uiaticorum ad illam tranſmigrationem parandorum non negligentes ſimus. Sed & totus quinquaginta dierum numerus, Pentecoſte appellata, reſurrectionis quā in illo ſeculo expectamus monumentum eſt. Vna enim illa & prima dies ſepties ſeptemplicata, ſeptem ſacræ pentecoſtes hebdomadas efficit. Ex prima enim initium ſumens, in principium deſinit, per ſimiles intermedios quinquagies euoluta. Vnde & æuum ſimilitudine refert, uelut in circulari motu, ab ijſdem ſignis initium ſumens, & in eadem deſinens. In qua erectam figuram in adoratione præferre, eccleſiæ leges nos erudierunt, ex manifeſta cōmonefactione uelut transferentes mentē noſtram à præſentibus ad futura. Quin & quoties genua flectimus, & rurſus erigimur, re ipſa oſtendimus, quod propter peccatum in terram delapſi ſumus, & per benignitatē eius qui condidit nos, ad cœlum reuocati ſumus. Deficiet me dies, ſi eccleſiæ myſteria ſcripto nō prodita recenſere uelim. Omitto reliqua, ipſam fidei confeſſionem, quòd credimus in patrem & filium ac ſpiritum ſanctum, ex quibus ſcriptis habemus? Si enim ex baptiſmatis traditione, iuxta pietatis congruentiam, uelut baptizamur, ita etiam credere debentes, ſimilem baptiſmati confeſſionem teſtificamur: concedant nobis iuxta eandem congruentiam, ut ſimilem fidei glorificationem reddamus. Si uerò glorificationis modum uelut ſcripto non proditum reijciunt, producant nobis & confeſſionis fidei, & reliquorum quæ commemorauimus conſcriptas demonſtrationes. Deinde quum tot ſint quæ ſcripto non conſtent, & tantam uim ad pietatis myſterium habeant: unam dictionē quæ ex patribus ad nos deuenit, non concedent, quam nos ex non affectata conſuetudine, inter incommutabiles eccleſiarum ritus permanſiſſe comperimus, nō paruam rationem habentem, neq; modicam utilitatem ad myſterij uim afferentem? Dictum igitur eſt quæ ſituis utriuſq; prolationis. Dicetur autem & rurſus, quatenus inter ſe cōcordant, & quatenus differunt: non quòd inter ſe pugnent ad contrarietatē, ſed quòd utraq; peculiarem ſententiā afferat ad pietatem. Nam uox In, ea quæ ad nos pertinent magis declarat: Cum uerò, ſocietatē ſpiritus ad Deum exprimit. Quapropter utriſq; uocibus utimur, per hanc quidem ſpiritus dignitatem declarantes: per hanc uerò, gratiam quæ apud nos eſt exprimentes: ſic & in ſpiritu gloriam Deo offerimus, & cum ſpiritu: nihil noſtrum in hoc dicentes, ſed uelut ex regula, à Domini doctrina, ad cōiuncta & inter ſe cohærentia, & myſterijs neceſſariam coniunctionem habentia, uocem transferentes. Eum enim qui in baptiſmate connumeratus eſt, neceſſariò putauimus & in fide coaptare oportere. Confeſſionem autem fidei, uelut principium quoddam ac matrem glorificationis fecimus. Sed quid facere oportet? Nunc enim nos doceant, ut ne baptizemus uelut traditum accepimus, aut ut ne credamus uelut baptizati ſumus, aut ut ne glorificemus uelut credidimus. Oſtendat enim aliquis, aut quòd non neceſſaria & indiuulſa eſt horum inter ſe conſequentia: aut quòd nouatio in his, non eſt totius deſtructio. At non ceſſant iſti ſurſum ac deorſum diuulgare, glorificationem cum ſancto ſpiritu, teſtimonio carere, ſcripto nō conſtare, & ſimilia alia iactare. Dictum igitur eſt idem eſſe quod ad ſententiam attinet, ſiue dicas, Gloria patri & filio cum ſancto ſpiritu: ſiue dicas, Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto. Non igitur ſyllabam Et, ex ipſo Domini ore progreſſam, reijcere aut expungere cuiquam fas eſt, & æquipollentem ipſi aſſumi nihil uetat: quæ quantum habeat ad illam differentiæ & ſimilitudinis, in ſuperioribus oſtendimus. Confirmat ſermonem no-

 ſtrum

1.Cor.5 ſtrum Apoſtolus, indifferenter utraq; uoce uſus, nunc quidem dicens: In nomine Domi
ni Ieſu Chriſti, & in ſpiritu Dei noſtri. Rurſus uerò: Congregatis uobis & meo ſpiritu cū
uirtute Domini Ieſu: nihil intereſſe arbitratus, ſiue coniunctione, ſiue præpoſitione ad
nomina coniungenda uteretur.

Quòd quæ de hominibus dicit ſcriptura, uelut Chriſto conregnantibus, ea non concedunt aduerſarij de ſpiritu ſancto dici.

Caput XXVIII.

Videamus porrò an etiam excuſationem aliquam huius uſus patribus noſtris exco-
gitare queamus. Nam qui nobis ita loquendi fuerunt autores, magis quàm nos in
Col.2 crimine hærent. Paulus itaq; ſcribens ad Coloſſenſes: Et uos, inquit, quum eſſetis mor-
tui delictis ac præputio, uiuificauit ſimul cum Chriſto. Num igitur populo quidem toti
& eccleſiæ largitus eſt Deus uitam cum Chriſto, ſancto uerò ſpiritui non eſt uita cum
Chriſto? Si uerò hoc uel animo concipere impium eſt, quomodo non pium fuerit, pro-
ut natura habet, ſic etiam confeſſionem coniunctim perſoluere? Deinde quomodo non
extremæ ſtupiditatis fuerit, ſanctos quidem cum Chriſto eſſe confiteri (ſiquidem ſanè
Paulus de corpore profectus præſens eſt apud Dominum, ac reſolutus iam eſt cum Chri
ſto) ſpiritui uerò ipſos ne hoc quidem contribuere quantum in ipſis ſitum eſt, ut æquè
1.Cor.9 uelut homines ſit cum Chriſto? Et Paulus quidem cooperatorem Dei in diſpenſatione
euangelij ſeipſum uocat. Spiritus autem ſanctus, per quem in omni creatura quæ ſub cœ
lo eſt fructificat Euangelium, ſi cooperator à nobis dicatur, impietatis criminis reos nos
peregerint? Et uelut par eſt, uita quidem eorū qui ſperant in Dominū, occultata eſt cum
Chriſto in Deo. Et quum Chriſtus manifeſtatus fuerit uita noſtra, tunc etiam ipſi cum i-
pſo manifeſtabuntur in gloria. Ipſe autem ſpiritus uitæ, qui liberauit nos à lege peccati,
nequaquam eſt cum Chriſto, neq; in latente & occultata cum ipſo uita, neq; in gloriæ ma
Gal.3 nifeſtatione, quam nos ob ſanctos manifeſtandam eſſe expectamus. Hęredes Dei, & co
Rom.8 hæredes Chriſti nos ſumus. At ſpiritus exhæres eſt & exors ſocietatis dei & Chriſti eius.
Et ipſe quidem ſpiritus teſtimonium perhibet ſpiritui noſtro, quòd ſumus filij Dei. Nos
uerò ſpiritui, neq; eam quàm à domino didicimus, ſocietatē ipſius ad Deum, teſtimonio
noſtro ipſi attribuimus. Quod porrò dementiæ caput eſt, nos quidem per fidem in Chri
ſtum quæ eſt in ſpiritu, unà cū ipſo reſurrecturos & ipſi in cœleſtibus aſſeſſuros eſſe ſpe-
1.Cor.3 ramus, quum transformauerit corpus humilitatis noſtræ, ab animali ad ſpirituale. At ſpi-
ritui non conſeſſum, non gloriam, non aliud quicquam eorum quæ ab ipſo habemus
impertimus: ſed quibus nos ipſos dignos eſſe, iuxta minimè uanum eius qui promiſit
donum credimus, horum nihil ſpiritui ſancto, uelut ſuperent ipſius dignitatem, conce-
1.Cor.15 dimus. Et ex tua quidem dignitate eſt, ſemper eſſe cum Domino, & expectas raptus in
nubibus in aerem ſemper fore cum Domino. At ſpiritum nunc eſſe cum Chriſto contra-
dicis, ut eum qui connumeret ipſum ac collocet patri & filio, in exilium agas, uelut qui
intolerandam impietatē admiſit. Pudet me reliqua addere: quod tu quidem expectas ſo
re ut unà cum Chriſto glorificeris: ſi quidem ſanè coaffligimur, ut etiam cōglorificemur.
At ſpiritum ſanctitatis non glorificas cum Chriſto, tanquam ne dignatus quidem ut æ-
quales tecum honores aſſequatur. Et tu quidem ſperas te conregnaturum eſſe: ſpiritum
uerò gratiæ cōtumelia afficis, ſerui ac miniſtri locum ipſi aſſignans. Atq; hæc dico, nō ut
oſtendam tantum deberi glorificationē ſpiritui, ſed ut ingratitudinem redarguam eorū,
qui ne tantum quidem tribuunt, ſed uelut impietatem fugiunt, ſpiritus in gloria ad pa-
trem & filium ſocietatem. Quis poteſt hæc citra gemitum prætenire? An non adeò ma-
nifeſtum eſt, ut uel puero notum eſſe poſsit, ea quæ in præſens fiunt procœmia eſſe defe-
cturæ fidei, quas minas Dominus nobis intentauit? Ambigua facta ſunt ea quibus con-
tradicere nemo poteſt. Credimus in ſpiritum, & noſtris ipſorum confeſſionibus repu-
gnamus. Baptizamur, & rurſus pugnamus. Velut uitæ ducem inuocamus, & ut conſer-
uum contemnimus. Cum patre & filio aſſumpſimus, & uelut partem creaturæ ignomi-
nia afficimus. Iſti uerò quid orabunt, quum non ſciant? Quod ſi etiam ut loquantur ali-
quid dignum ac ſanctum, à ſpiritu perducti fuerint, uelut dignitatem aſſequentes, caſti-
gant ſermonem tanquam modum excedentem, quos deplorare oportebat ſuam infir-
mitatem: quoniam pro his quæ re ipſa accipimus, uerbis gratiam rependere non ſuffici-
mus.

mus. Excedit enim omnem intellectum, & ſermonis naturam redarguit, quum ne minimam quidem partē dignitatis adæquet, iuxta uerba libri ſapientiæ Sirach inſcriptæ: Exaltate enim, inquit, quantum potueritis, ſupereminet enim adhuc: & exaltantes ipſum multiplicate, ne delaſſemini, non enim aſſequemini. Profectò horrendę uobis imminent propter huiuſmodi ſermones pœnę, qui à Deo minimè uano ac mendaci audiuiſtis, irremiſſibilem eſſe blaſphemiam in ſpiritum ſanctum. Eccl.43

Enumeratio illuſtrium in eccleſia, qui uoce Cum, in ſcriptis ſuis uſi ſunt. Cap. XXIX

CAeterùm ad hoc quod teſtimonio caret, & ſcripto non conſtat, glorificatio cum ſpiritu, illud dicimus: Si nihil aliud ex non ſcriptis receptum eſt, neque hoc recipiatur. Si uerò plurima myſtica citra ſcripturam inter nos uerſantur, cum plurimis alijs etiam hoc recipiamus. Apoſtolicum autem arbitror eſſe, etiam in non ſcriptis traditionibus perſeuerare. Laudo enim, inquit, uos, quòd omnia mea meminiſtis, & quemadmodum tradidi uobis traditiones continetis. Et, obtinetis traditiones quas accepiſtis, ſiue per ſermonē, ſiue per epiſtolam: quarum maxime una eſt & præſens hæc, quam qui ab initio compoſuerunt, poſteriſq; tradiderunt, uſu ſemper ſimul cum tempore progrediente, per longam conſuetudinem eccleſiis irradicarunt. Num igitur ſi uelut in iudicio probatione perſcripta deſtituti, teſtium multitudinem uobis produceremus, ſuffragium ueſtrum conſequeremur? Ego quidem arbitror. Nam in ore duorum aut trium teſtium ſtabit omne uerbum. Quod ſi etiam temporis diuturnitatem à noſtris ſtare, uobis palàm demonſtrauerimus, num uobis probabilia dicere uidebimur, non poſſe uidelicet litem hanc iure cōtra nos intendi? Perſuaſiua enim quodammodo ſunt uetera dogmata, in antiquitate uelut canicie quadam reuerendum quiddam habentia. Enumerabo igitur uobis huius ſermonis autores, ſimul autem omnino etiam tacite æſtimatur tempus. Non enim ex nobis primum progreſſus eſt: qui enim potuit? Reuera enim nos heſterni ſumus, uelut Iob dixit, tanti ſanè temporis reſpectu, quod ætatem huic conſuetudini parem habet. Ego quidem igitur ipſe, ſi modò conuenit me quod mihi proprium eſt dicere, hanc uocem uelut paternam quandam hæreditatē conſeruo, acceptam à uiro qui longo tempore in miniſterio Dei uitam tranſegit, per quem & baptizatus ſum, & ad eccleſiæ adminiſtrationem perductus. Vbi uerò apud meipſum perpendo, num quis ex ueteribus illis ac beatis uiris uſus ſit his uocibus quibus nunc contradicitur, multos reperio, & antiquitate fidei autoritatē habentes, & ſcientiæ ſinceritate non cum horum temporum hominibus comparandos: quorum alij præpoſitione, alij coniunctione, glorificationis ſermonem unientes, nihil diuerſum facere ſtatuerunt, quantum ad rectam pietatis intelligentiam attinet. Irenæus ille, & Clemens Romanus, & Dionyſius Romanus, & Dionyſius Alexandrinus, qui quod etiam mirum dictu eſt, in ſecunda ad cognominem ſibi epiſtola de redargutione ac defenſione, ſic ſermonem finiuit. Scribam autem uobis ipſa uiri uerba: His inquit, omnibus conſequenter & nos, forma ſanè ac regula à presbyteris qui antenos fuerunt tranſſumpta, & concordibus cum ipſis uocibus gratias agere, & nunc etiam uobis ſcribere deſinemus, Deo patri & filio Domino noſtro Ieſu Chriſto, cum ſancto ſpiritu, gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen. Atq; hæc non dicere poterit quis poſtea ſcripto mutata eſſe: non enim ſic affirmaſſet, formā ac regulam ſe accepiſſe dicens, ſi in ſpiritu dixiſſet, Huius enim uſus frequens eſt, uerùm illud erat quod defenſione opus habebat. Idem etiam in medio alicubi eius ſcripti, ſic dixit aduerſus Sabellianos: Si eo quòd tres ſunt perſonæ, diuiſas eſſe dicunt, tres ſunt, etiamſi nolint, aut diuinā trinitatem penitus tollant. Et rurſus, diuiniſſima enim ob id poſt unitatē eſt trinitas. Sed & Clemēs antiquior, uiuit, inquit, Deus, & Dominus Ieſus Chriſtus, & ſpiritus ſanctus. Irenæus aūt ille, qui proximus fuit temporibus apoſtolorum, quomodo ſpiritus mentionem fecit, in ſermone aduerſus hæreſes audiamus. Eos uerò, inquit, qui effrenes ſunt, & ad cupiditates ſuas feruntur, nullum habentes diuini ſpiritus deſiderium, meritò Apoſtolus carnales uocat. Et alibi idem dicit: Vt ne exortes diuini ſpiritus facti, non aſſequamur regnum cœlorum, exclamauit Apoſtolus nō poſſe carnem regnum cœlorum poſſidere. Quod ſi cui etiam Palæſtinus Euſebius fide dignus uidetur propter multiplicem experientiā, eaſdem etiā illius uoces oſtendemus in dubitationibus de priſcorum multi-

[Margin notes: 2.Theſſ.2 (beside "quemadmodum"); Deut.17 (beside "in ore duorum"); Cap.8 (beside "heſterni ſumus"); 1.Cor.15 (beside "Apoſtolus carnales")]

plici coniugio. Dicit autem ſic, exhortans ſeipſum ad uerba prophetarum: Sanctum Deum lucis ductorem, per ſeruatorem noſtrum Ieſum, cum ſancto ſpiritu inuocantes. Iam uerò & Origenem in multis pſalmorum expoſitionibus reperimus, gloriam cum ſancto ſpiritu perſoluentem, uirum neque ualde ſanas de ſpiritu opiniones in omnibus habentem. Veruntamen & ipſe multis in locis conſuetudinis uim reueritus, pias de ſpiritu uoces emiſit, ut qui in ſexto libro, niſi fallor, Enarrationum in euangelium Ioannis, etiam adorandum ipſum palàm pronunciauit, ita ſcribens ad uerbum: Aquæ lauacrum ſignum eſt purgationis animæ, ab omnibus maliciæ ſordibus ablutæ. Nihilominus autem & per ſeipſum, ei qui exhibet ſeipſum deitati adorandæ trinitatis, per uirtutem inuocationum, principium ac fontem donorum habet. Et rurſus in Expoſitionibus in epiſtolam ad Romanos, Sacræ, inquit, uirtutes capaces ſunt unigeniti & ſancti ſpiritus deitatis. Ad hunc modum opinor, traditionis uis induxit ſæpe uiros, ut etiam proprijs ſuis dogmatibus cõtradixerint. Sed neq; Africanum hiſtoriographum talis glorificationis ſpecies latuit. Sic enim & ipſe in quinto libro Epitomes temporum palàm dicit: Nos enim qui & illorum uerborum menſuram nouimus, & fidei gratiam non ignoramus, gratias agimus ei qui exhibuit proprijs patribus noſtris, uniuerſorum ſeruatorem & Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum, cui gloria, maieſtas cum ſancto ſpiritu in ſecula. Reliquis quidem igitur fortaſſis fides derogari poſſit, aut etiam mutata à ſcribis putari, ut malignitas ægre deprehendi ualeat, cum in una ſyllaba differentia exiſtat. Quæ uerò per longiorem orationem appoſuimus, ea nec inſidias admittũt, & teſtimoniũ ex ipſis libris euidens habent. Quod uerò aliàs fortaſſis humile eſſet ut in medium produceretur, neceſſarium eſt autem ei cui nouatio uitio uertitur ad teſtimonium, propter temporis uetuſtatem, hoc ipſum ſanè apponam. Viſum eſt patribus noſtris, beneficium ueſpertini luminis nõ ſilentio ſuſcipere, ſed ſtatim ut apparuit, gratias agere. Et qui'nam fuerit pater illorum uerborum lucernariæ gratiarum actionis, dicere non poſſumus: populus tamẽ antiquam edit uocem, & nemini unquam impij eſſe putati ſunt, qui dicunt: Laudamus patrem & filiũ & ſpiritum ſanctum Dei Si uerò quis etiam Athenogenis hymnum nouit, quem uelut aliud quoddã ualedictionis munus ſuis reliquit, procedens iam ad perfectionem per ignem: is etiam martyrum ſententiam nouit, quomodo ſentiant de ſpiritu ſancto. Et hæc quidem hactenus. At uerò Gregorium illum magnum, & illius uoces quo loco ponemus? Num cum apoſtolis & prophetis, uirũ qui eodẽ ſpiritu quo illi ambulauit, & qui ſanctorũ ueſtigijs per omnem uitam inhæſit, & euangelicæ conuerſationis ſinceritatẽ per omnem uitam ſuam expreſsit? Ego quidẽ hoc ſentio, profectò iniuria afficiemus ueritatẽ, ſi non animã illam his qui Deo iuncti ſint, annumeremus: qui uelut illuſtris ac magna fax in eccleſia Dei reſplenduit. Qui horrendũ habebat ex ſpiritus cooperatione cõtra dæmones robur. Tantam uerò habebat in uerbi doctrina gratiã, ad obedientiã fidei inter gentes, ut ſolis ſeptẽ ac decem aſſumptis Chriſtianis, uniuerſum populũ urbanũ ac ruralem, per agnitionẽ adduxerit Deo. Ille & fluuiorũ curſus trãſtulit, præcipiẽs ipſis in magno nomine Chriſti: & paludẽ reſiccauit, quæ auaris fratrib. belli cauſam præbebat: futurorũ porrò prædictiões tales ſunt, ut nihilo inferior ſit alijs prophetis. Et in ſumma longũ fuerit uiri miracula recenſere, qui ob excellentiã donorum in ipſo, quę ſpiritus operabat̃, in omni uirtute, & ſignis ac miraculis, alter Moſes ab ipſis etiã ueritatis hoſtibus appellatus eſt. Adeò in ipſo, in omnibus dictis ac factis, quæ per gratiã fiebant, uelut lux quædã refulgebat, indicium cœleſtis uirtutis præbẽs, quæ in occulto ipſum ſequebat̃. Huius adhuc hodie magna eſt apud eius loci homines admiratio: & noua ac ſemper recẽs memoria eccleſiis infixa eſt, nullo tempore obſoleſcens. Proinde non factum aliquod, non uerbum, non formam aliquam myſticam, præter ea quæ illis reliquit, eccleſiæ adiecerunt. Quapropter etiam multa ex his quæ apud ipſos fiunt, imperfecta eſſe uidentur, propter conſtitutionis antiquitatem. Nihil enim paſsi ſunt qui per ſucceſsiones eccleſias adminiſtrarũt, ex his quæ poſt illum excogitata ſunt, aſſumere in additamentum. Vnum itaq; ex Gregorij inſtitutis, eſt etiam hic glorificationis modus, qui nunc contradictionem ſuſtinet, ex illius traditione in eccleſia cuſtoditus: & haud multum fuerit negocij, ſi quis paululum ſe mouere uelis, de his omnibus certitudinem aſſequi. Hanc fidem etiam Phirmiliano noſtro fuiſſe, teſtantur libri quos reliquit. Sed & Meletium illum inſignem in hac ſententia eſſe, narrant qui

qui cum illo uixerunt. Et quid opus eſt uetera recenſere? Imò nunc Orie͂tales nónne hoc uno maximè pie ſentientes agnoſcunt, per hanc uocem uelut ſignum quoddam eos qui ſuæ tribus ſunt diiudicantes? Quemadmodum autem ego ex Meſopotamio quodam audiui, uiro & linguæ perito, & mentis minimè peruerſæ, ne poſſibile quidem eſt ipſos aliter loqui uernacula lingua, etiamſi uelint, quàm per ſyllabam Et: imò potius per æquipollentes ipſi Et ſyllabæ uoces, neceſſe eſt ipſos glorificationem proferre. Sed & nos Cappadoces ſic uernaculo more dicimus, iam tum in linguarum diuiſione, ſpiritu ſancto utilitatem ex dictione prouidente. Quid uerò uniuerſus Occidens, ferè ab Illyrico uſq; ad noſtri orbis terminos? nónne hanc uocem præfert? Quomodo igitur ego ſum nouator, & recentiorum uerborum opifex, qui totas gentes & urbes, & conſuetudinem omni humana memoria antiquiorem, & uiros eccleſiæ columnas, in omni ſcientia ac uirtute ſpiritus præſtãtes, autores ac duces huius uocis exhibeo? Ob hæc hoſtilis illa acies contra nos cõmota eſt. Omnes uerò urbes ac uici, omnesq; fines referti ſunt noſtris calumnijs. Moleſta igitur hęc & doloroſa cordibus eorum qui quærunt pacem. At quoniam magna eſt merces patientiæ afflictionum pro fide, præter hæc & gladius uibretur, & ſecuris acuatur, & ignis ardeat Babylonico illo uehementior, & omnis inſtrumentorum ſupplicijs deſtinatorum apparatus in nos commoueatur, quantum ſane ad me attinet, nihil mihi horrendũ magis, quàm non timere minas quas Dominus ſpiritum blaſphemantibus intentauit. Apud candidos quidẽ igitur homines hęc quæ dicta ſunt, ad mei defenſionem ſufficiũt: quòd ſuſcipimus uocem ſic gratam ac ſanctis uſurpatam, & tam longa conſuetudine cõfirmatam. Nam ex quo tempore annunciatum eſt euangelium uſque in præſens, in Eccleſijs uſitata fuiſſe oſtenditur: & quod maximum eſt, piam ac ſanctam intelligentiam habere demonſtratur. Porrò ad magnum illud tribunal quam defenſionem nobis ipſis parauerimus? Nimirum quod induxit nos ad ſpiritus gloriam, primùm honor à Domino ipſi delatus, qui ipſum ſibijpſi & patri ad baptiſmum coniungit. Deinde introductio uniuſcuiuſque noſtrum per talem myſticum ductum ad Dei cognitionem. Poſtremùm terror minarum, qui mentem ab omni dignitate ac humili opinione arcet. Aduerſarij uerò quidnam dicent? Qualem defenſionem blaſphemiæ habebunt, neque honores à Domino delatos reueriti, neque minis ipſius deterriti? Ipſis equidem liberum eſt de rebus ſuis conſultare, aut etiam conſilium mutare. Ego uerò optarim, maximè quidem ut bonus Deus det pacem ſuam gubernantem in cordibus omnium, quo hi qui fremunt contra nos, & uehementer inſurrexerunt, in ſpiritum manſuetudinis ac dilectionis ſedentur. Si uerò penitus efferati ſunt, & manſuefieri non poſſunt, nobis ſaltem det ut magnanimiter ea quæ ab ipſis nobis inferuntur, feramus. In ſumma, qui mortis ſententiam in ſeipſis habent, his moleſtum non eſt pati pro fide, ſed maximè intolerabile eſt pro ipſa non decertaſſe. Nam & athletis non adeò graue eſt plagas in decertando accepiſſe, quantum graue eſt omnino non in ſtadium admiſſos eſſe. Aut fortaſſis hoc erat ſilentij tempus, iuxta ſapientem Solomonem. Quæ enim utilitas eſt reuera uociferari aduerſus uentum? quum adeò uiolenta tempeſtas uitam occupet, à qua omnis mens eorum qui uerbi doctrina iuſtructi ſunt, ex ſeductionum fraude, uelut oculus puluere quodam, repleta, confuſa eſt: & omnium aures grauiſſimis ac inſuetis ſonitibus obtunduntur: omnia uerò circumaguntur, & in ruinæ periculo uerſantur.

Enarratio præſentis eccleſiarum ſtatus.

Cap. XXX

CVi igitur comparabimus pręſentem ſtatum? Profectò ſimilis eſt bello nauali, quod quidam nauali prælio aſſueti, ac bello dediti, ex ueteribus offenſis multo odio inter ipſos nutritum excitarunt. Vide igitur mihi in hac ſimilitudine, claſſem utrinque horribiliter ingruentem, deinde ira eò erumpente, ut medelã nõ recipiat, eos pũgnare qui ſimul poſternunt. Pone ſi ita uis, etiam uiolento turbine agitari claſſem, & caliginẽ aceruatim ex nubibus incumbentem obſcurare quodammodo rerum uiſibilium ſpecies, ut nullum amplius ſit amicorum & hoſtium diſcrimen, dum ſymbola propter confuſionem ab ipſis non agnoſcuntur. Addamus inſuper ad hanc imaginem euidentiæ gratia, etiam mare intumeſcere, & ex imo euerti, & ingentes aquas è nubibus erumpere, & horrendam inſurgere ex triplicata maris turbatione inundationem. Deinde uentis undiquaq; cõcur-

ſantibus, omnem claſſem inter ſe committi ac collidi: ex his qui in acie ſtant, alios quidem ſeipſos prodere, & circa ipſam anxietatem transfugere; alios uerò ad id neceſſitatis adigi, ut & ſimul impellant ſcaphas quæ à uentis feruntur, ſimulq; irruentibus occurrant, & ſe mutuo præ ſeditione trucident, quam inuidia contra præminentes, & cupiditas dominandi in ſingulis inuexit. Ad hæc cogita, permixtum quendam & indiſcretum ſonitū per uniuerſum illud mare reſonare, ex circumſonantibus uentis, ex colliſione nauium, ex undarum feruore, ex clamore belligerantium omnigenas uoces pro affectionibus edentium, ut neque principis nauis, neque gubernatoris uox exaudiatur, ſed ingens quidam tumultus ac confuſio: malorum exceſſu propter uitæ deſperationem, omnem ipſis peccandi licentiam inuehente. Adde his ingentem quendam morbum, ex gloriæ cupiditate inſaniam, adeò ut dum nauis iam ad fundum fertur, hi tamen qui nauem inſcenderunt, nihil de contentione aſſequendi primatus remittant. Tranſi iam mihi ab imagine, ad ipſius mali exemplar. Nónne olim quodammodo uidebatur Ariana ſecta in aduerſam eccleſiæ Dei partem ſeparata, in hoſtium loco ipſa per ſeipſam ſola reſiſtere? Quando uerò ex lōga ac graui contentione, ad manifeſtum contra nos certamen deuenerunt, tunc iam in multas partes innumeris modis bellum diſſectum eſt, ut & propter commune odium, & propter priuatam ſuſpicionem, omnibus irreconciliabilis inimicitia eſſet. Hæc uerò tempeſtas eccleſiarum, qua tandem marina procella non eſt efferatior? in qua & omnes patrum termini commoti ſunt, & omne fundamentum: & ſi quod eſt dogmatum munimentum, id ipſum concuſſum eſt. Circumaguntur autem omnia ac conquaſſantur, putri fundamento incumbentia. Nos uerò uiciſſim alijs in alios irruentibus, mutuò inter nos ſubuertimur. Et ſi te non prior impetierit hoſtis, auxiliarius ac ſocius te uulnerat. Et ſi ille percuſſus ceciderit, comprotector inſurgit. Tantum inter nos habemus ſocietatis, quantum in communi aduerſarios odio habemus. Vbi autem præterierint hoſtes, iam nos inter nos hoſtes eſſe uidemus. Poſtea uerò naufragiorum multitudinem quis enumerare poſſit? dum alij ex hoſtium incurſu ſubmerguntur, alij ex occultis auxiliariorum inſidijs pereunt, alij ex imperitia ducum, quando ſanè ipſæ eccleſiæ unà cum ipſis hominibus hæreticorum dolis uelut ſcopulis marinis illiſæ, peſſundatæ ſunt. Alij uerò ex hoſtibus ſalutaris ſpiritus, acceptis gubernaculis, circa fidem naufragium fecerunt. At uerò turbationes quæ ex huius mundi principibus inducuntur, qua non procella, ac turbine quouis horribilius populos ſubuertunt? Nox uerò quædam caliginoſa triſtis ac mœſta eccleſias occupat, facibus mundi, quas Deus ad illuminandas populorum animas poſuerat, ſublatis. Porrò immodica inter ipſos contentio, quum impendeat iam timor diſſolutionis uniuerſi, adimit ipſis mali ſenſum. Nam commune ac publicum bellum ſuperatur à priuata offenſa, dum gloria ex aduerſariorum uictoria, communi omnium utilitati præfertur, ab his quibus præſens ac temporaria gloriȩ iucunditas, potior eſt præmijs in poſterum repoſitis. Quapropter omnes æqualiter quocunq; quis potuerit modo, parricidiales manus ſibi inuicem inferunt. Aſper autem quidā clamor eorum qui ſe mutuis contradictionibus atterunt, & uociferatio confuſa, & ſonitus indiſcretus, ex nunquam deſinentibus tumultibus, totam iam ferȩ eccleſiam impleuit, qui tumultus rectam pietatis doctrinam ad exceſſus ac defectus peruertunt. Alij eñ ad Iudaiſmū, per perſonarū confuſionē, alij ad græciſmum ſeu gentiliſmū, per naturarū contrarietatem deferūtur: adeò ut neq; diuinitus inſpirata ſcriptura ſe inter ipſos interponere poſſit, neque apoſtolicæ traditiones inter ipſos reconciliationes procurare. Vnus autem amicitiæ finis eſt, ad gratiam loqui, & ſufficiens inimicitiæ cauſa eſt, opinionib. diſſentire. At erroris ſimilitudo omni coniuratione firmior eſt, ad ſeditionis ſocietatem. Theologus uerò quilibet eſt, qui uel innumeris maculis animam notatā habet. Hinc nouatorib. rerū multa ſeditioſorū copia accedit. Proinde per ſe electi & principatus affectatores, eccleſiarum gubernationes ſortiuntur, adminiſtratione ſpiritus ſancti propulſata. Et quum euangelici ritus iam penitus ſublato rerū ordine ſint confuſi, inexplicabilis irruptio eſt ad præfecturas, dum ſinguli qui ſeipſos deſignant ac ingerunt, inſuper cogunt ut ad præfecturas aſſumantur. Ab hac porrò principatus affectatione, ingens quȩdam cōtumacia populos inuaſit, unde inualidȩ penitus & inanes ſunt præfectorum exhortationes, dum unuſquiſq; nō magis ſe alteri parere, quàm alijs dominari debere, ob ſuperbiam ex ignorantia ortā putat. Quapropter ſilentium utilius

lius ſermone duxi, uelut non poſſit hominis uox per tantos tumultus exaudiri. Si enim
uera ſunt Eccleſiaſtę uerba, quod ſermones ſapientum in quiete audiuntur: multũ abeſt Sap.18
ut conueniat præſenti rerum ſtatui de his uerba facere. Me uerò etiam propheticum illud
oraculum remoratur, Prudens in tempore illo tacebit, eo quòd tempus malignum eſt. In Pro.11
quo alij quidem ſupplantant, alij uerò lapſo inſultant, alij autem applaudunt: qui uerò la-
pſo manum ex condolentia porrigat, non eſt: & quidem quum iuxta ueterem legem, ne-
que is qui inimici iumentum ſub onere lapſum præterijt, condemnatione careat. At talia
non hoc tempore fiunt, nam qui fierent, quando refrigerata per omnes charitate ſubla-
ta eſt fratrum conſpiratio, concordiæ uerò etiam nomen ignoratur. Sublatæ ſunt autẽ &
amicæ admonitiones, nuſquã ſunt uiſcera benigna, nuſquã lachrymę condolentes. Nõ eſt
qui infirmũ in fide ſuſcipiat: ſed tantũ odiũ inter cõtribules exarſit, ut quiſq; magis proxi-
mi ruina, quàm proprijs rectè factis exultet. Quemadmodũ aũt in peſtilentib. contagijs,
etiã hi qui exactã uictus rationem ſeruãt, ęqualiter cũ alijs laborãt, dum ex conſuetudine
cum infectis morbũ cõtrahunt: ſic etiam nũc omnes inter nos ſimiles facti ſumus, à contẽ-
tione animas noſtras detinente, ad malorũ ęmulationẽ perducti. Hinc immiſericordes ac
amarulenti ſedent erratorũ examinatores, ingrati uerò ac maleuoli rectè factorũ iudices.
Et tantũ mali nobis, ut uidetur, inſidet, ut etiã brutis facti ſimus à ratione alieniores. Nam
illa quidẽ in eodem genere gregatim inter ſe paſcuntur: at nobis grauiſſimum bellum ad-
uerſus conſortes & domeſticos eſt. Horum igitur omnium gratia, ſilere oportebat, Verũ
retraxit illinc charitas, non quod ſuum eſt quærens, & ſuperare cupiens omnem tempo-
rum ac rerum difficultatem. Docuerunt autem nos & pueri in Babylonia, etiamſi nemo Dan.3
ſit qui ſuffragetur, tamen per noſipſos quod ad nos pertinet facere: qui ſanè ex media flã-
ma Deum collaudarunt, non conſiderantes multitudinem reprobãtium ueritatem, ſed ſe
ipſis contenti, quum tres eſſent. Quapropter neq; nos deterruit denſiſſima hoſtium nu-
bes, ſed ſpe in præſidium ſpiritus poſita, cum omni fiducia annunciamus ueritatem. Aut
miſerrimum omnium eſſet, eos quidem qui blaſphemant ſpiritum, adeò facilẽ ad impium
ſermonem audaciam ſumere, nos uerò qui talem habemus protectorem ac patronum, ſe-
gnes eſſe ad exequendum ſermonem, ex patrum traditione per memoriæ ſucceſſionem
ad nos conſeruatum. Amplius autem impetum noſtrum excitauit charitatis tuæ non fi-
ctæ feruor, & morum grauitas ac taciturnitas, quæ promittebat dicenda in uulgus non
eſſe proditura: non uelut digna eſſent quæ occultentur, ſed ne proijciantur porcis unio-
nes. Et hæc quidem hactenus. Quod ſi tibi ſufficienter de his dictum uidetur, ſit hic ſer-
monis de his finis. Si uerò defectuoſe habere uidẽtur, nulla inuidia eſt, quo minus ſtudio
ſe huic quæſtioni aſſideamus, & per interrogationem minime contentioſam aliquid in
eius cognitionem addamus. Dabit enim Dominus per nos, aut etiam per alios, ut quæ
reſtant, ſuppleantur, prout ſcientia dignis à ſpiritu ſuppeditatur.

DIVI BASILII MAGNI DE LIBERO ARBITRIO SERMO, IANO CORNARIO medico phyſico interprete.

QVIBVS diuina lex ineſt, non in atramẽto & literis expreſſa, ſed in ſpiritu Dei 2.Cor.3
uiuẽtis, & nõ in laminis lapideis inciſa, ſed in laminis cordis carneis implãta
ta: hi mẽtis oculis illuminati, & ſemper nõ ſenſibilẽ & eam quæ uidetur ſpem
appetentes, ſed intelligibilem, ſciunt exactè, quod nõ ex propria ipſorum
fortitudine poſſibile eſt ſcãdala & offenſiones praui illius aduerſarij ſupera-
re, ſed ex inuicta potentia Dei. Qui uerò uerbo Dei non ſunt exculti, ac fruſtra inflati, hi
per propriũ liberũ arbitriũ occaſiones ac impetus peccati ſe abolere putãt, quũ per ſolum
crucis myſteriũ peccatũ aboleat. Nam quod in hominis poteſtate ſitũ eſt liberũ arbitriũ,
in eligẽdo aut nõ eligẽdo, ut diabolo reſiſtat, ſitũ eſt: nõ in eo, quod poſſit penitus robur
habere cõtra affectus. Niſi eñ Dominus cuſtodierit ciuitatẽ, aut ædificauerit domũ, fru- Pſal.126
ſtra uigilat qui cuſtodit, & laborat qui ædificat. Impoſſibile eſt eñ ambulare ſuper aſpidẽ Pſal.90
& baſiliſcum, & conculcare leonem & draconem, niſi prius quis expurget ſeipſum, quan-
tum eius per hominem fieri poteſt, & uim accipiat ab eo qui apoſtolis dixit: Ecce dedi uo-
bis po-

bis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem uirtutem inimi-
ci. Siquidem enim humana natura ſtare poſſet, extra ſancti ſpiritus armaturam, aduerſus
Rom.16 diaboli inſidias, non utiq; dictum eſſet ab Apoſtolo: Deus autem pacis conteret ſatanam
2. Theſſ.2 ſub pedes ueſtros breui. Et rurſus, quem Dominus Ieſus tollet ſpiritu oris ſui. Quapropter
etiam præceptum eſt nobis rogare Dominum, ut ne deueniamus in tentationem, ſed li-
beret nos à malo. Niſi enim per potentius auxilium ab ignitis aduerſarij iaculis liberati,
digni facti fuerimus adoptione in filios, fruſtra omnia molimur, uelut procul à potentia
crucis exiſtentes. Qui itaque diuinę glorię particeps fieri uult, & uelut in puro ſpeculo,
Chriſti formam uidere in principali animę parte, is inſatiabili dilectione & inexplebili af-
fectione, ex toto corde ac facultate, noctu & interdiu, defenſionem in potentia ex Deo
querere debet. Cuius participem eſſe impoſſibile eſt, niſi quis prius à mundi uoluptatib.
uelut prædiximus abſtineat, & à cupiditatib. contrariæ poteſtatis, quæ à luce aliena eſt, &
nullum cum bona actione conſortium habet, & penitus abalienata exiſtit. Itaq; ſi diſcere
uis qua de cauſa creati, & in paradiſo poſiti, poſtremum comparati ſumus pecoribus ſto-
lidis, & aſſimilati ſumus ipſis, ab impolluta gloria delapſi: noſce quòd poſtquam per in-
obedientiam ſerui affectuum carnis facti, noſipſos à beata uiuentium regione excluſi-
Pſal.136 mus: & in captiuitate exiſtentes, adhuc ad flumina Babylonis deſidemus, & propterea
quòd adhuc in Aegypto detinemur, nondum terram promiſſionis melle ac lacte fluentē
adepti ſumus: nondum cum fermento ſinceritatis ſubacti ſumus, ſed adhuc ſumus in fer-
mento prauitatis: nondum reſperſum eſt cor noſtrum ſanguine agni Dei, nam laqueus in-
ferni & hamus maliciæ adhuc ipſi infixus eſt: nondum recuperauimus exultationem ſa-
lutaris ipſius Chriſti, adhuc enim ſtimulus mortis nobis infixus eſt: nondum induimus
nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in ſanctitate & iuſticia, nam nondum
exuimus ueterem hominem, qui corrumpitur ſecundum cupiditatem fraudis: nondum
geſtata imagine cœleſtis, conformes gloriæ ipſius facti ſumus, adhuc enim imaginem
terreſtris geſtamus: nondum adorauimus in ſpiritu & ueritate Dei, propterea quòd pec-
catum adhuc in mortali corpore noſtro regnet: nondum uidimus gloriam incorruptibi-
lis Dei, adhuc enim ſub illuni nocte operamur. Nondum induimus arma lucis, quia
nondum exuimus arma & opera tenebrarum: nondum transformati ſumus per renoua-
tionem mentis, adhuc enim huic ſeculo in mentis uanitate conformes ſumus. Nondum
conglorificati ſumus Chriſto, quia nondum condoluimus cum ipſo. Nondum ſtig-
mata ipſius in corpore noſtro portauimus in myſterio crucis Chriſti conſtituti, adhuc e-
nim in carnalibus affectionibus ac cupiditatibus ſumus. Nondum hæredes Dei, & co-
hæredes Chriſti facti ſumus: adhuc enim ſpiritus ſeruitutis in nobis eſt, & non adoptio-
nis in filios. Nondum facti ſumus templum Dei, & habitaculum ſpiritus ſancti: adhuc e-
nim ſumus templū ſimulachrorum, & habitaculum ſpirituum prauitatis, propter concita-
tionem ad affectus. Reuera enim nondum integritatē morū & mentis claritatē adepti ſu-
mus. Nondum ſincero & rationali lacte digni facti ſumus, & ſpirituali incremento. Non-
dum nobis dies illuxit, neque lucifer in cordibus noſtris exortus eſt: nondum contem-
perati ſumus ſoli iuſticiæ, neq; ſplendorib. ipſius illuſtrati ſumus: nōdum recepimus Dñi
ſimilitudinē, neq; diuinę naturę participes facti ſumus: nondū facti ſumus purpura regia
nō adulterata, neq; imago diuina nō notha: nondū ſauciati ſumus ab amore Dei, neq; uer
berati ſumus à ſpirituali dilectione ſponſi. Nondum inuiſibilem & myſticam ſocietatem
cognouimus: nondum poteſtatem in ſanctificatiōe ac pacem agnouimus. Et ut omnia in
ſumma dicam, nondum ſumus genus electum, regium ſacerdotium, gēs ſancta, populus
in adoptionem, nam adhuc ſumus ſerpentes progenies uiperarum. Quomodo enim non
ſerpentes, qui in terra trahimur, & quæ terræ ſunt, ſapimus, & non in cœlis conuerſatio-
nem habemus? Quomodo uerò non progenies uiperarum, qui non in obedientia Dei
reperimur, ſed in inobedientia per ſerpentem? Quādoquidem igit̃ & quomodo pro me-
rito deplorem hanc calamitatem, non inuenio, & quomodo edita uociferatione lachry-
mas effundam ad eum qui habitantē in me errorē expellere poteſt, ignoro: & quomodo
canam cantilenā Domini in terra aliena: quomodo lamenter ob Hieruſalem: quomodo
effugiam grauem Pharaonis ſeruitutem: quomodo relinquam turpem cohabitationem:
quomodo abnegem amarā tyrannidē: quomodo egrediar ex Aegypto: quomodo tranſi
boru-

bo rubrum mare: quomodo præteribo horrendum deſertum: quomodo non pereã morſus à ſerpentib. quomodo uincam alienigenas: quõ diſperdã gentes: quomodo ſuſcipiam in tabulis meis oracula diuinæ legis: quomodo uidebo columnam ueræ lucis, & nubis quæ ex ſpiritu ſancto eſt: quõ fruar manna æterni alimenti: quomodo bibam aquã ex uiuifica petra: quomodo tranſgrediar Iordanem, ut ingrediar in bonam terram promiſſionis: quõ uideam principem exercitus ducẽ, quo conſpecto Ieſus Nauæ confeſtim prolapſus adorauit. Niſi enĩ per omnia hæc pergreſſus, gentes in me exterminauero, non ingreſſus requieſcam in ſanctuario Dei, non particeps fuero gloriæ Dei. Itaq; conare ut irreprehenſibilis filius Dei fias, & ad illam requiem ingrediaris, ubi præcurſor pro nobis ingreſſus eſt Ieſus: conare ut inſcribaris in cœleſti cœtu cum primogenitis, ut reperiaris in dextra maieſtatis altiſſimi: conare ut ingrediaris in ciuitatẽ ſanctam supernã Hieruſalem, & ad paradiſi delicias. His enim mirabilibus & beatis exemplis alio modo dignus fieri non poteris, niſi dimiſeris lachrymas uelut torrentes diu ac noctu, iuxta eum qui dicit: Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, in lachrymis meis ſtratum meum rigabo. Non enim ignoras, quod qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent. Quapropter cum fiducia dicit Propheta, lachrymas meas non compeſces. Et rurſus, Poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo, ſicut & in promiſſione tua. Et, Fuerũt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Et in alio pſalmo dicit, & potum meum cum fletu miſcebam. Nam reuera lachrymæ quæ in ueritatis cognitione, ex multa tribulatione & occupatione cordis profunduntur, cibus ſunt animæ, qui ex cœleſti pane ſuppeditatur, quo præcipue particeps facta eſt Maria, ſedens ad pedes Domini ac lachrymas fundens, iuxta ipſius adeo ſaluatoris teſtimonium. inquit enĩ: Maria bonam partem elegit, quæ non auferet ab ipſa. O precioſas illas lachrymas inſtar margaritarum de beatis illius oculis defluentes: ô diuinas & obedientes illius aures: ô uirilem & ſapientem mentem: ô celeritatem ſpiritualis amoris, uehemẽter ad impollutum ſponſum feſtinãtis: ô ſtimulum deſiderij animæ ad Deum uerbũ: ô pertinacem ſponſæ ad ſponſum ſocietatem. Imitare hanc ô fili, imitare, ad nihil aliud reſpiciẽs ꝙ ad eũ qui dixit, Ignem ueni ut mitterem, & quid uolo, ſi iam accẽſus eſt: eſt enĩ ardor ſpũs exſuſcitans corda. Quapropter immaterialis & diuinus ignis illuminat quidẽ animas, & probat intrinſecus, uelut aurũ nõ adulteratũ in camino: maliciã aũt conſumit uelut ſtipulam & ſpinas. Deus enim noſter ignis cõſumens eſt, qui facit ultionẽ in flãma ignis de his qui non nouerunt ipſum, & de his qui non obediunt euangelio ipſius. Hic ignis operatus eſt in apoſtolis, quando igneis linguis loquebant̃. Hic eſt ignis qui per gloriã Paulum circunfulſit, & mentem quidem ipſius illuminauit, ſenſum uerò uiſus obſcurauit. Neq; enim carnis uiſus illius lucis uim capit. Hic ignis uiſus eſt Moſi in rubo. Hic ignis in uehiculi ſpecie rapuit Heliam. Huius ignis actionem quærens B. Dauid dicebat: Proba me Domine, & examina me, ure renes meos & cor meum. Hic ignis Cleopæ & eius qui cum ipſo peregrinabatur corda calfecit, cum loqueretur cum ipſis ſeruator poſt reſurrectionem. Vnde angeli & miniſtratorij ſpiritus ignis ardens ſunt. Hic ignis trabem in interno oculo comburens, puram mentem reſtituit, ut recepta naturali ui uiſiua, miracula Dei perpetuò uideat, iuxta eum qui dicit: Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia ex lege tua. Hic itaq; ignis dæmones fugat, malicias exurit, reſurrectionis uis eſt, & immortalitatis operatio, animarum ſanctarum illuminatio, & rationalium potentiarum cõfirmatio. Hũc ignem precemur & in nos uenire, ut ſemper in luce ambulantes, ne paululum quidem unquam offendamus: ſed uelut luminaria in mundo apparẽtia, doctrinã uitæ perpetuò cõſeruemus: ut fruentes Deo cum Domino noſtro Ieſu Chriſto in uita requieſcamus, in ſecula ſeculorũ. Amen.

Ioſ.5 *Gal.4* *Pſal.6* *Pſal.125* *Pſal.41* *Pſal.79* *Deut.4* *Act.2* *Act.9* *Exod.3* *4.Reg.2* *Luc.24* *Pſal.118*

FINIS.

DIVI

DIVI BASILII MAGNI DE BAPTISMATE LIBER I. IANO CORNARIO medico phyſico interprete.

Quòd primùm diſcipulum Domini eſſe oportet, & deinde ſancto baptiſmate dignum fieri. Cap. I

DOMINVS noſter Ieſus Chriſtus filius Dei uiuentis unigenitus, quum
poſt reſurrectionem ex mortuis accepiſſet promiſſionem Dei & pa-
Pſal.2 tris ſui, iuxta dictum Dauidis prophetæ: Filius meus es tu, ego hodie
genui te, pete à me, & tabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſsio
Mat.28 nem tuam terminos terræ: aſſumptis diſcipulis ſuis, manifeſtat ipſis pri
mùm poteſtatem ſibi datam à patre, dicens: Data eſt mihi omnis po-
teſtas in cœlo & in terra: & tunc mittit ipſos dicens, Euntes docete
omnes gentes, baptizantes ipſos in nomen patris & filij & ſpiritus ſancti, docentes ipſos
ſeruare omnia quæ præcepi uobis. Quandoquidẽ igitur præcipiente Domino, primùm
docete omnes gentes, deinde inducẽte, baptizantes ipſos, & quæ ſequunt̃: uos quidem
primo omiſſo, ſecũdi doctrinã à nobis exegiſtis. Nos aũt arbitrati præter mandatũ Apo-
1.Pet.3 ſtoli nos facere, ſi non ſtatim reſpoderemus, Parati eſtote, inquiẽtis ad reſponſionẽ omni
interrogãti uos rationẽ: tradidimus doctrinã baptiſmatis ſecundum euangeliũ Domini,
quod gloriã ſuper B. Ioannis baptiſma habet, paucis de multis cõmemoratis, quę de ipſo
in diuinitus inſpiratis ſcripturis dicta ſunt: neceſſariũ tamẽ eſſe putauimus ad traditum à
Domino ordinem recurrere: quo ſic etiã uos primũ uocis Docete uim edocti, deinde cõ
ſequenter doctrina de glorioſiſſimo baptiſmate aſſumpta, ad perfectionem proſpere pro
cedatis, diſcentes ſeruare omnia quæ Dñs proprijs diſcipulis pręcepit, uelut ſcriptum eſt.
Hic quidem igitur audiuimus dicentem, Docete. Igitur opus eſt eorum quæ alibi de hoc
præcepto dicta ſunt, recordari, quo primùm dogma Deo complacens adepti: deinde de
centem & neceſſarium ordinem conſeruantes, ſic à potentia iuxta ſcopum complacentię
ad Deum non excidamus. Familiare eſt enim Domino, ea quæ alicubi ſtrictim præcepta
Mat.6 ſunt, per ea quę in alijs locis dicta ſunt, manifeſte tradere ac declarare. Quale eſt hoc, The
Luc.12 ſauros uobis reponite in cœlo. Simpliciter enim hic loquutus, quõ id facere oporteat, in
alio loco declarat, dicens: Vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſynam, facite uobis ſac-
culos qui non ueteraſcunt, theſaurum non deficientem in cœlis: & multa alia ſimiliter.
Diſcipulus igitur eſt uelut ab ipſo Domino diſcimus, omnis qui Dominum accedit, ut i-
pſum ſequatur, hoc eſt ſermones ipſius audiat, credatq́ & obediat ipſi, uelut Domino, &
Ioan.8 regi, & medico, & ueritatis doctori, ob ſpem uitæ æternæ: & hoc ſi permanſerit in ipſis,
quemadmodum ſcriptum eſt. Dicebat igitur ad credentes ipſi Iudæos: Si uos permanſe-
ritis in ſermone meo, uere diſcipuli mei eſtis, & cognoſcetis ueritatem, & ueritas libera-
bit uos: libertate nimirum animæ, ab amarulenta diaboli tyrannide, dum liberati ſumus à
2.Cor.5 domino peccatorum. Qui enim facit peccatum, inquit, ſeruus eſt peccati, & condemna-
tionis mortis. Quemadmodum etiam tradidit nobis Paulus apoſtolus dum ait, Eum eñ
Rom.5 qui peccatum non nouit, peccatum pro nobis fecit, quo nos fieremus iuſticia Dei in ip-
ſo. Et rurſus, Quemadmodum per inobedientiam unius hominis, peccatores conſtitu-
ti ſunt multi, ſic per obedientiam unius, iuſti conſtituentur multi. Porrò credentem Do-
mino, & adducentem ſeipſum aptum ad diſciplinam, diſcere oportet primùm quidem
deſiſtere ab omni peccato: deinde uerò etiam ab omni abſtrahente à debita Domino
iuxta multas rationes obedientia, etiamſi honeſtam ſpeciem habere uideatur. Impoſſi-
bile eſt enim facientem peccatum, aut uitæ negocijs implicatum, aut curam rerum ad ui-
Luc.18 tam neceſſariarum gerentem ſeruire, nedum diſcipulum eſſe Domino, qui non antea di-
xit ad adoleſcentem, Ades huc ſequere me, priusquã pręcepiſſet uendere poſſeſſiones, &
dare pauperibus: ſed neque hoc præcepit priuſquam confeſſus eſſet ipſe, quod hæc om-
nia ſeruaſſet. Qui enim non accepit remiſſionem peccatorum, & purgatus eſt ab his in
ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti, uerùm ſeruit diabolo, & ab inhabitante ipſi peccato
detinetur

detinetur, huic impoſſibile eſt ſeruire Dño, qui conſtantẽ ſentẽtiam protulit, dum dixit: Qui facit peccatũ, ſeruus eſt peccati. Seruus autem peccati nõ manet in domo. Atteſtatur & in Chriſto loquens Paulus, dum ſcribit, Seruus uerò peccati liber eſt à iuſticia. Et rurſus Chriſtus ait, Nemo poteſt duobus dominis ſeruire, & quæ ſequuntur: & oſtendit per ea quæ docuit definite ac multifariã, quòd neq; qui de rebus ad uitã neceſſarijs ſolliciti ſunt, ſeruire Deo poſſunt, nedũ diſcipuli eſſe. Vnde didicit Apoſtolus latius facta ſpeculatione dicere, quod conſortium iuſticiæ cum iniuſticia? aut quæ ſocietas luci cum tenebris? aut quæ concordia Chriſto cum Belial? aut quæ ſors fideli cum infideli? Quis uerò conſenſus templo Dei cum idolis? Et rurſus definite, Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus uerò contra carnem. Hæc autem inter ſe oppoſita ſunt, ut ne quæcunq; uolueritis, ea faciatis. Alibi uerò obiurgatorio magis modo idem nobis tradens, quid dixerit, adducemus. Scimus enim quod lex ſpiritualis eſt, ego uerò carnalis ſum, uẽditus ſub peccatum: quod enim facio, non probo. Non enim quod uolo bonũ, hoc facio, ſed quod odi malũ hoc ago. Si uerò quod non uolo, hoc facio, conſentio legi quod bona eſt. Nunc autem non amplius ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum. Et hanc ipſam ſpeculationem pluribus perſequens, quod impoſſibile eſt ſeruire Domino eum qui detinetur à peccato, manifeſtè oſtendit nobis liberatorẽ noſtrum ex hac tyrannide, dum dicit: Miſer ego homo, quis me liberabit de corpore hoc mortis? Gratias ago Deo per Ieſum Chriſtũ Dominũ noſtrum. Et paulò poſt inducit, nulla igitur nunc cõdemnatio his qui in Chriſto Ieſu non ſecundũ carnem ambulant. Et per ea quæ in alio loco relata ſunt, magnum benignitatis Dei erga homines beneficiũ, per incarnationẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti palàm producit, dicens: Quemadmodũ per inobedientiã unius hominis, peccatores conſtituti ſunt multi, ſic per obedientiã unius, iuſti cõſtituentur multi. In alio autem loco magis admirabilẽ Dei erga homines in Chriſto benignitatẽ cõſiderans, ait: Eũ qui peccatũ non nouit, pro nobis peccatũ fecit, quo nos efficeremur iuſticia Dei in ipſo. Neceſſe eſt igitur omnino tum ex relatis, tum ex ſimilibus, ſi modò non in uanum beneficium Dei ſuſcepimus, ut primùm à dominio diaboli liberemur, qui eum qui à peccato detinetur, ad mala quæ non uult, perducit: & tunc abnegatis omnibus præſentibus & ſeipſo coaffectione ad hanc uitam relicta, diſcipuli Domini fiamus, quemadmodũ ipſe dixit: Si quis uenit ad me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me, hoc eſt, diſcipulus meus fiat. Idem aũt hoc latius & clarius ac magis enucleate in euangelio Lucæ tradit, quod paulò poſt recitabimus. Liberamur porrò omnes à tali peccatorũ condemnatione, credentes beneficio Dei per unigenitum ipſius filium Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui dixit: Hic eſt ſanguis meus noui Teſtamẽti, qui pro multis effunditur in remiſſionem peccatorũ. Atteſtatur & Apoſtolus, dum ſcribit, nunc quidem, Diligite uos mutuo, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationẽ ac uictimã Deo: nũc uerò, Chriſtus nos redemit ex maledictione legis: & multa talia. Quum igitur data fuerit remiſſio peccatorum, tunc accipit homo libertatem à peccato de redemptore noſtro Ieſu Chriſto Domino noſtro, ut uerbi doctrinã accedere poſſit: & tunc nõdum quis dignus eſt ſequi Dominũ, qui nõ prius dixit ad adoleſcentẽ (repeto ſuprà à me dictum) ades huc ſequere me, ꝙ præcepiſſet, uende bona tua, & da pauperibus. Sed neq; hoc præcepit prius ꝙ cõfeſſus eſſet ipſe, ſe mundũ eſſe ab omni tranſgreſſione, per hoc quod dixit ſe feciſſe omnia à Domino dicta, ut etiam in hoc ordinem ſeruare neceſſarium ſit. Nõ ſolum autem bona & neceſſaria ad uitam contemnere docemur, ſed etiam ea quæ lege & natura inter ſe iuſtè coniuncta eſſe receptum eſt, negligere iubemur, Domino noſtro Ieſu Chriſto dicente: Qui diligit patrem aut matrẽ ſuper me, non eſt me dignus. Similiter & de reliquis proximis illis. Manifeſtũ eſt autẽ quod multò prius de procul diſſitis & peregrinis à fide, hoc accipiẽdum eſt, de quib. ſubdit: Qui non tollit crucẽ ſuam, & ſequitur me, nõ eſt me dignus: quod ipſum Apoſtolus ſe perpetraſſe, ad noſtram doctrinã ſcribit: Ego mundo crucifixus ſum, & mundus mihi. Viuo autem non amplius ego, uerùm uiuit in me Chriſtus. Rurſus autem Domini mentionem facere oportet, qui in faciẽ unicuiq; dixit, ubi quidã dixiſſet, Permitte mihi primũ ut abeam, & ſepeliam patrem meum: dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos, tu uerò abi & annuncia uerbum Dei: & rurſus ubi alius dixiſſet, Permitte mihi prius ut abeam, & res domi

Ioan.8 Rom.6 Mat.6 2.Cor.6 Gal.5 Rom.7 Mat.16 Luc.14 Mat.26 Gal.1 Mat.10

Luc.9 meæ diſponam: cum maiore obiurgatione & uehementioribus minis, dixit enim: Ne-
mo admota ad aratrum manu, & cōuerſus retrorſum, aptus eſt ad regnum Dei. Adeò o-
mne officium humanũ quod uel modicam dilationẽ obedientiæ, quæ Domino citra ab
alienatam intentionem debetur, inducit, etiamſi honeſtũ eſſe uideatur, alienum eſt ab eo
Mat.10 qui Domini diſcipulus eſſe uoluerit, & grauioribus minis dignum. Vniuerſalius autem
de hoc legem fert dicens: Si quis uenit ad me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſu-
am, & ſequatur me. Si uerò reuocemus in memoriam uerba Domini ad eum qui dixit,
Beatus qui comedit prandium in regno Dei: magis horrendum iudicium iræ & ſeuerita
Matt.22 tis diſcimus, & quod tales ab omni bona ſpe abalienat. Dicit autem hoc modo: Homo
quidam fecit cœnam magnam, & uocauit multos, & miſit ſeruũ ſuũ hora cœnæ, ut dice-
ret inuitatis: Venite, quia iam parata ſunt omnia: & cœperunt ſimul omnes excuſare. Pri
mus dixit, Agrum emi, & neceſſe eſt mihi exire & uidere illum, rogo te habe me excuſa-
tum. Et alter dixit, Iuga boum emi quinque, & eo ad probandum illa, rogo te habe me
excuſatum. Et alius dixit, Vxorem duxi, & ideo nō poſſum uenire. Et reuerſus ſeruus re-
nunciauit hæc domino ſuo. Tunc iratus paterfamiliâs, dixit ſeruo ſuo: Exi citò in plateas
& uicos ciuitatis, & pauperes ac mutilatos, cæcosq; ac claudos introduc huc. Et ait ſer-
uus, domine factum eſt ut imperaſti, & adhuc locus eſt. Et ait dominus ſeruo, Exi in uias
& ſepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea. Dico enim uobis, quod nemo ui-
rorum illorum qui uocati ſunt, guſtabit cœnam meam. Rurſus autem ipſe unigenitus fi-
lius Dei uiuentis, qui miſſus eſt à patre, non ut iudicet mundum, ſed ut ſeruet mundum,
in ſeipſo manens, & uoluntatem boni Dei & patris ſui implens, per ſententiam ſeueri-
tatis doctrinam inducit, quæ dignos nos facit, ut diſcipuli ipſius fiamus, & ait: Si quis ue-
nit ad me, & nō odit patrem ſuum & matrem, & uxorem ſuam & liberos, & fratres & ſo-
rores, inſuperq; ſuam ipſius animam, nō poteſt eſſe meus diſcipulus. Odio uidelicet, non
quod ſtudium ad ſtruendas inſidias inducit, ſed uirtutem pietatis, in neglectu ac contem
ptu eorum qui ab illa abſtrahunt. Et, Quiſquis, inquit, non portat crucem ſuam, & ſequi-
tur me, non poteſt eſſe meus diſcipulus: in quod ſanè cōſenſiſſe uidemur per baptiſmum
in aqua, cōfitentes nos ſimul crucifixos eſſe, ſimul mortuos eſſe, conſepultos eſſe, & quæ
ſequuntur, quemadmodum ſcriptum eſt. At uerò coniectans noſtram debilitatẽ, etiam
per exempla uoluit corda noſtra in ueritatis certitudine confirmare, & paratiores ado-
bedientiam facere, dum ait: Quis enim ex uobis uolens turrim ædificare, non prius con
ſiderat & ſupputat ſumptum, an habeat quibus opus eſt ad perficiendũ: ut ne poſtquam
poſuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui uiderunt, incipiant illude-
re ipſi, dicentes: hic homo cœpit ædificare, & non potuit cōſummare. Aut quis rex pro-
ficiſcens ad committendum prælium cum altero rege, non conſidens prius cogitat, an
poſſit cum decem millibus occurrere ei, qui cum uiginti milibus contra ipſum uenit. a-
lioqui adhuc illo longe agente, legatione miſſa petit ea quæ ad pacem pertinent. Sic igi-
tur omnis ex uobis qui non renunciat omnibus quæ poſſidet, non poteſt eſſe meus di-
Mat.5 ſcipulus. Bonus eſt ſal, ſi uerò ſal infatuatus fuerit, cum quo condietur? Neq; in terram,
neq; in ſterquilinium utilis eſt, foras eijciunt ipſum. Qui habet aures ad audiendum au-
diat. Si his credimus liberati primùm à poteſtate diaboli, in eo quod ab omni re diabolo
grata abſtinemus, beneficio Dei per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſi modò non
in uanum beneficium tale ſuſcepimus: deinde renunciatione facta, non ſolum mun-
do, & cupiditatibus ipſius, ſed etiam his qui iuſtam erga nos mutuam coniunctionem
habent, inſuperq; noſtræ ipſorum uitæ, ubi quid horum abſtraxerit nos à debita Deo in-
tenta ac ueloci obedientia: ſic tandem digni erimus, ut diſcipuli Domini fiamus, & eru-
diendi deinceps à Moſe & prophetis, euangeliſtisq; & apoſtolis, creationem Dei in prin
cipio per unigenitum filium ſuum dominum & Deum noſtrum Ieſum Chriſtũ, omnium
uiſibilium ac inuiſibilium. Deinde quæ narrantur in diuinitus inſpiratis ſcripturis, de
Dei bonitate & ſeueritate in multa longanimitate, ad iuſticię ipſius indicationem, & no-
ſtram eruditionem. Item prophetias incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & rerum
inter ſe contrariarum quæ tunc coinciderunt: & de glorioſa ex mortuis reſurrectione &
aſſumptione, & de glorioſiſſimo aduentu in conſummatione ſeculi. Item dogmata in-
tegræ & acceptæ Deo ſecundum euangelium pietatis, in dilectione Chriſti Ieſu Domi-
nino-

ni noſtri, ob ſpem uitæ æternæ & regni cœleſtis. Ampliusq́ iudicia iuſtæ retributionis, tum eorum qui faciunt interdicta, aut reprobant approbata, ad æternum ſuppliciū: tum eorum qui pro dignitate euangelij Chriſti in ſana fide uitam tranſegerunt, quæ per dilectionem Chriſti operata eſt, ob ſpem uitæ æternæ, & regni cœleſtis, quod eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

Quomodo baptizetur aliquis, ſecundum baptiſma in euangelio Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Caput II

QVum Dominus noſter Ieſus Chriſtus præceptum nobis dederit, diligendi nos mutuò, ſicut ipſe dilexit nos: & per Paulum apoſtolū doceat nos, ut nos mutuò in dilectione toleremus: iuſſionem ueſtræ in Chriſto pietatis, de baptiſmate ſecundum euangelium glorioſiſſimi Domini noſtri Ieſu Chriſti, promptè ſuſcepi, non uelut qui pro dignitate quid dicere poſſim, ſed uelut uidua quæ duo minuta coniecit, hæc in medium afferens, & in hoc quoq; precibus diligentium Dominum mihi opus eſt, quo boni Dei ac Chriſti ipſius gratia, ſanctus & bonus ſpiritus cōmonefaciens ac docens nos quæ de Domino audierit, dirigat mentem noſtram in uiam pacis, & ſanam doctrinā ad fidei ædificationem, ut & in nobis, & in uobis illud impleatur, Da ſapienti occaſionem, & ſapientior euadet. Veruntamen noſſe conuenit, quod primùm doceri oportet, atq; ita admirando baptiſmate dignum fieri. Sic enim ipſe Dominus & Deus noſter Ieſus Chriſtus unigenitus filius Dei uiui diſcipulis ſuis præcepit. Tradidimus igitur uobis neceſſariò ſeorſim, etiā ea quæ ab ipſo Domino tradita ſunt, de his qui Chriſti diſcipuli eſſe uolunt, paucis ſaltem de multis commemoratis. Quandoquidem autem ex ſupernis quidem natum eſſe, regnum Dei uidere promittit, uerùm ex aqua & ſpiritu natum eſſe, in regnum Dei introire, arbitror neceſſarium eſſe pauca de multis ex his quæ de regno cœlorum dicta ſunt, apponere, ut nullo modo ipſo deſtituamur. Non enim exiguum putandū eſt in uita, id quod propè fit, & exiguò abeſt, uelut quidam ex noſtris ſapientibus dixit, & pleniſq; ex ipſis rebus manifeſtum eſt: ſed etiam ſtabilius, ex ſacerdotū & animaliū quæ pro uictimis offerebantur, conſideratione certiorem fieri ac perfici datur: in quibus ſi modica aliqua macula reperta fuiſſet, aut mutilatio non totius membri, ſed alicuius partis, uelut proditum eſt, ſummitatis auriculæ: neq; homo admittebatur ad ſacerdotiū, neq; animal acceptabile erat ad uictimam: apoſtolo quidem dicente, Hæc figuratè cōtingebant illis, ſcripta autem ſunt propter admonitionem noſtri, in quos fines ſeculorum deuenerunt: Domino uerò manifeſtè excellentiam indicante dum dicit, Maius ac plus templo hic eſt: & abundantius animæ curam exactiorem faciendam nobis eſſe oſtendente, per hoc quod ait, Cui cōmiſerunt multum, ab eo amplius exigetur. Itaq; in memoriam reuocabimus quæ ſcripta ſunt de regno cœlorum. Dominus noſter Ieſus Chriſtus, quum aſcendiſſet in montem, & initium doctrinæ per beatitudines faceret, primam beatitudinem prædicauit, quæ promiſsionem habet regni cœlorum. Dixit enim, Beati pauperes ſpiritu, quia ipſorum eſt regnum cœlorū. In octaua uerò beatitudine ait, Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſticiam, quia ipſorū eſt regnum cœlorum. Et rurſus benedictionem in tempore retributionis, per parabolam ac ſimilitudinem paſtoris prophetans dicit: Venite benedicti patris mei, poſsidete paratum uobis regnum à iactis mundi fundamentis. Eſuriui enim, & dediſtis mihi edere. & quæ ſequuntur. At in euangelio ſecundum Lucam, in alio tempore & loco, uelut ipſa ſcripta indicant, rurſus beatitudines exponens dicit: Beati pauperes ſpiritu, quia ipſorum eſt regnum cœlorum. Et rurſus, Noli timere puſille grex, quia cōplacitum eſt patri ueſtro cœleſti dare uobis regnū. Vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſynam; facite uobis ſacculos qui non ueteraſcunt, theſaurum non deficientem in cœlis. Hæc quidem igitur & talia ſunt, propter quę regno cœlorum dignus quis fit: citra quæ impoſsibile eſt ingredi in regnum cœlorum. Cæterùm in euangelio ſecundum Matthæum pronunciat Dominus & dicit: Niſi abundauerit iuſticia ueſtra plus quàm ſcribarum & phariſæorū, non intrabitis in regnū cœlorum. Et rurſus, Niſi conuerſi fueritis, & efficiemini ſicut pueri, non ingrediemini in regnum cœlorum. Et rurſus, Qui non ſuſceperit regnum Dei uelut puer, non ingredietur in ipſum. At in euangelio ſecundum Ioannem ad Nicodemum dicit: Niſi quis natus

Ioan.13 *Eph.5* *Mar.12* *Prou.16* *1.Cor.10* *Luc.12* *Mat.5* *Mat.18*

fuerit ex ſupernis,nõ poteſt uidere regnum Dei.Et rurſus, Niſi quis natus fuerit ex aqua & ſpiritu,non poteſt intrare in regnum Dei.De quibus itaque una ſententia prolata eſt, nimirum æquale eſt etiam omnibus periculũ uno deficiente.Si enim dicit Dominus, Io-
Mat.5 ta unum, aut apex unus non præterierit ex lege, donec omnia facta fuerint: quanto ma-
Mat.24 gis ab euangelio, quũ ipſe dominus dicat,Cœlũ & terra tranſibunt,uerba autẽ mea non tranſierint. Vnde confiſus Apoſtolus Iacobus,pronunciauit dicens: Quicunque autem
Cap.2 totam legem ſeruauerit,offenderit uerò in uno,reus erit omnium. Didicit autem hoc dicere,ex his quę Dominus poſt beatitudines,& teſtimonia pro hominibus,& promiſſio-
Ioan.13 nibus Petro datis,minatus eſt,Niſi lauero te,non habebis partem. Paulus porrò apoſtolus explens defectus tribulationũ Chriſti pro corpore ipſius, quod eſt eccleſia, in Chriſto loquens conteſtatur ea per quæ maximè quis regno cœlorum dignus non fit,& mor-
Ephe.5 tis iudicio ſuccumbit. Aliquando quidem ſtrictè dicens, quod qui talia faciunt, morte digni ſunt.Cur uerò non dixit,hæc,ſed qui talia faciunt, regnum cœlorum nõ hæreditabunt? & rurſus uniuerſalius,Iniuſti regnum Dei non hæreditabunt:& alibi ſimiliter. Ipſe uerò Dominus noſter Ieſus Chriſtus in euangelio ſecundũ Lucam pronũciauit, dicens:
Luc.9 Nemo admota ad aratrum manu,& conuerſus retrorſum,aptus eſt ad regnum Dei. Obſeruandũ eſt hic neceſſariò,quod non in peccata multa, ſed in unum eſt adeò horrẽdum & ineuitabile iudicium:atq; hæc ex cõceſſis,etiamſi ſolam unam, & ad breue ſaltem tempus dilationem inducat obedientiæ inexcuſabili celerrimæq; & abalienatam intentionem non admittenti, quæ iuxta multas rationes neceſſariò Domino debetur. Ex his igitur omnibus & ſimilibus erudimur, quod oportet omnia integrè ac legitimè implere, quibus promiſſio regni cœlorũ promittitur, & ſine quibus gratia regni renunciatur:& uitare omnia,per quæ nemo regni cœlorũ hæres euadit, atq; ita expectare ut promiſſione digni fiamus. Oportet enim certamen complacentiæ erga Deum, nõ ſolum ab omni malicia remotum eſſe,ſed etiam immutilatũ & irreprehẽſibile in omni uerbo Dei: quum Paulus apoſtolus poſt contemplationem magnæ & inenarrabilis erga nos dilectionis
1.Cor.6 Dei & Chriſti ipſius,pro iuſticia & ſalute noſtra inducat, Nemini dantes ullam offenſionem,ut ne reprehendatur miniſterium noſtrum,ſed in omnibus componentes nos ipſos,
Ioan.3 uelut miniſtri Dei.Quemadmodum enim pauper ſpiritu,niſi natus fuerit ex aqua & ſpiritu, non poteſt ingredi in regnum cœlorum, propter ſententiam latam. Sic rurſus, Niſi abundauerit iuſticia ueſtra plus q̃ ſcribarũ & phariſæorũ, aut aliud quid eiuſmodi defecerit.propter ſimilem latam ſententiam,nõ fit dignus regno.Scriptũ eſt enim,ut cõciliet ipſe ſibijpſi eccleſiam glorioſam,non habentem maculam,aut rugam, aut tale quiddam: ſed ut ſit ſancta & irreprehẽſibilis:& multa talia,quæ ſi quis diligentius legerit,uehementius confirmatur,quod omnia implere oportet,ut regno cœlorum dignus fiat. Quod autem is qui iuſticia abundat,aut ex ſupernis natus eſt,omnium ſimul rectè factorũ, in quibus beatitudines ſitæ ſunt, itemq; reliquorum perfectionem impleuit, & in confeſſo eſt eum horum & talium operatorem eſſe, ipſe ſermo de eo quod ex ſupernis naſci oportet, paulò poſt per Dei gratiam demonſtrabit. Quandoquidem uerò iuſſio ueſtræ pietatis, doctrinam admirandi baptiſmatis ſecundum euangeliũ requiſiuit à nobis: ad ea quæ de regno cœlorum dicta ſunt conſequens eſſe puto, ut diſcatis breui differẽtiam baptiſmatis ſecundum Moſen ad baptiſma Ioannis,& tunc per gratiã Dei digni fiatis conſiderare miraculũ excellens in baptiſmate Domini noſtri Ieſu Chriſti, in incomparabili maieſta-
Luc.11 tis exceſſu. Plus enim tẽplo hic eſſe,unigenitus Dei uiuentis filius pronunciauit: Et plus
Mat.12 hic Solomone,& plus hic Iona.Et Apoſtolus enarrata inacceſsibili Iudæis gloria Moſis
Hier.3 in miniſterio legis,atteſtatur dum inducit:Nam nec glorificatum eſt, quod glorificatum eſt in hac parte, propter excellentem gloriam. Et Ioannes Baptiſta,quo non fuit maior inter natos mulierũ teſtatur,dicens aliquando,Illum oportet creſcere,me uerò imminui: aliquãdo uerò, Ego quidẽ baptizo uos in aqua ad pœnitẽtiam, ille uerò uos baptizat in ſpiritu ſancto & igne:& multa talia.Quanto autem pręſtantior eſt ſpiritus ſanctus aqua, tantò excedit uidelicet & qui baptizat in ſpiritu ſancto,eũ qui baptizat in aqua, & ipſum adeò baptiſma:ut ipſe Ioannes tantus & talis & ſic à Domino prædicatus citra pudorem prædixerit,Non ſum dignus ut ſoluã corrigiã calciamẽti. Quare ex omnibus manifeſta eſt excellentia baptiſmatis ſecundũ euãgelium Chriſti:quã etiamſi pro dignitate cõſide-

rare

rare impoſsibile eſt, attamē pro uiribus, & prout dederit Deus, etiā hanc ex ipſis ſcripturis declarare pium & utile eſt. Quod itaq; per Moſen traditū eſt baptiſma, primū quidē ſtatuit differentiā peccatorū. Non enim omnia peccata habebāt gratiā remiſsionis. Deinde uerò etiam ſacrificia diuerſa requirebat, perſcrutabatͬ de ſanctificatione, ſeparabat ad tempus impurū & inquinatum, obſeruationē faciebat dierū & horarū, & tunc baptiſma aſſumebat uelut ſigillū purificationis. At uerò Ioannis baptiſma multipliciter amplius habebat: nullā enim differentiā faciebat peccatorum, non requirebat diuerſitatē ſacrificiorum, non perſcrutabatͬ ſanctificationē, non habebat obſeruationē dierū aut horarū, & in nulla re dilatione fiente, per gratiā Dei & Chriſti ipſius, ſimulq; accedebat quis confitens peccata quæcunq; ſanè & qualiacunq;, & ſimul baptizabatur in Iordane fluuio, & ſtatim accipiebat remiſsionē peccatorū. Porrò Chriſti baptiſma rationem habet omnem humanā excedentē, & gloriā altiorem omni concupiſcentia ac uoto humano: excellentiam autē gratiæ & uirtutis ampliorē, q; quantū ſol ſtellas excedit. Magis aūt ſanctorum dicta in memoriā reuocata, incōparabilem excellentiam declarāt: uerū ob id ſilere nō oportet, ſed uerbis ipſis Dñi noſtri Ieſu Chriſti ducibus uti, & uelut per ſpeculū & in ænigmate duci ac dicere neceſſariū eſt: non ut per noſtrā interpretationē, in corporis debilitate & eloquentia abiecta, minuatͬ gloria ipſa, ſed ut etiam in hoc admirationi ſit magnitudo longanimitatis & benignitatis boni Dei, quòd tolerat balbutientes maieſtatē dilectionis in Chriſto Ieſu & gratiæ ipſius. Quū igitur dixerit Dñs noſter Ieſus Chriſtus, Niſi quis natus fuerit ex ſupernis, non poteſt uidere regnū Dei. Et rurſus: niſi quis natus fuerit ex aqua & ſpiritu, nō poteſt ingredi in regnū Dei: poſt reſurrectionē ex mortuis, completa in ipſum prophetia Dauidis, qui ex perſona dei & patris dixit: Filius meus es tu, ego hodie genui te: pete à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſsionē tuam terminos terræ: id quod etiā factū eſt, & oculis omniū apparet. Deinceps diſcipulis ſuis uelut opponens ſe cōtra prius præceptū, in uiam gentium abire prohibens, præcipit dicens: Euntes docete omnes gentes, baptizantes ipſos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Neceſſarium autē eſſe arbitror, uniuſcuiuſq; dicti uim per fidē intelligere ac conſiderare, & dicere, prout iuxta cōmunes preces dabitur nobis ſermo in apertione oris noſtri. Scriptū eſt ēm: Si non credideritis, non intelligetis. Et rurſus, Credidi, propter quod loquutus ſum. Quandoquidē uerū nominū & uerborum & rerum in cōſuetudine uſum, nō ſimpliciter & prout fortuitò cōtigit accipi uideo in diuina ſcriptura, & à Deo & Chriſto ipſius, & à ſanctis prophetis, euangeliſtisq; ac apoſtolis: ſed iuxta examinationem in ſancto ſpiritu, ad ſcopum piæ intelligentiæ, atq; hoc non ex toto, ſed in parte, & quantū ſingula contulerint ad propoſitam ſanam doctrinā, ut & pie ſentiamus, & mentē ad conſiderationem iudiciorū & dogmatum pietatis deducamus: neceſſe eſt etiam nos expenſe & obſeruanter ſingulis dictis attendere, & iuxta ſcopum ſupernæ uocationis ſententiā eligere. Et hoc faciemus, ſi iuxta cōmunes preces confirmauerit nos Ieſus Chriſtus unigenitus Dei uiui filius, quo etiā in nobis contingat, ſicut Apoſtolus dixit, Omnia poſſum in eo qui potentem me facit Chriſto. Itaque quod ex ſupernis dixit, ſignificare puto correctionē prægreſſæ in ſordibus peccatorum generationis: quum Iob dicat, quòd nemo purus ſit à ſordibus, ne ſi una quidem dies ſit uitæ ipſius: & Dauid lugeat ac dicat, In iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea: Apoſtolus uerò atteſtetur, Omnes enim peccauerunt, & indigent gloria Dei, iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionē, quæ eſt in Chriſto Ieſu, quē propoſuit Deus reconciliatorē, per fidem in ſanguine ipſius. Quapropter etiam remiſsio peccatorū datur credentibus uelut ipſe Dñs dixit, Hic eſt ſanguis meus noui Teſtamēti, qui pro multis effunditͬ in remiſsionem peccatorū. Idipſum teſtatur etiā Apoſtolus dicens, iuxta beneplacitum uoluntatis ſuæ, in laudē gloriæ gratiæ ipſius, in qua gratia affecit nos in dilecto filio ſuo, in quo habemus redemptionē per ſanguinem ipſius, remiſsionē peccatorum, iuxta diuitias gratię ipſius, quę ſuperabundauit in nos: ut quemadmodū ſtatua cōtrita ac cōfracta, & quę glorioſam formā regis diſsipauit, ex integro formatͬ à ſapiente artifice ac bono opificē, gloriam proprij figmenti reparāte ac aſſerēte, & ad ueterē gloriā reſtituitͬ: ſic etiā nos afflicti propter inobedientiam mandati, iuxta id quod ſcriptū eſt: Homo in honore exiſtēs non intellexit, cōparatus eſt pecorib. brutis, & aſsimilatus eſt ipſis: reuocemur ad primā glo-

Mat. 5

Ioan. 3

Pſal. 2

Mat. 28

Eſa. 7

Pſal. 116

Phil. 4

Rom. 4

riã imaginis dei: Iuxta imaginẽ enim, inquit, & ſimilitudinẽ dei fecit deus hominẽ. Quõ
Rom.6 uerò hoc factũ eſt, Paulus apoſtolus docuit dũ ait: Gratia deo, quòd fuiſtis ſerui peccati,
obediſtis aũt ex corde in eam formã doctrinæ in quã traditi eſtis. Vt uelut cera tradita ty
po ſculpturæ, exactè format̃ ad inſitã ſculpturæ formã: ſic etiã nos ubi tradidimus noſi-
pſos typo doctrinæ euangelicæ, formemur ſecundũ internũ hominẽ, explentes id quod
ab eodẽ dictũ eſt, ita præcipiente: Poſtquã exuiſtis ueterẽ hominẽ cũ actibus ſuis, & in-
duiſtis nouũ, qui renouat̃ ad agnitionẽ ſecũdum imaginẽ eius qui creauit ipſum. & mul-
ta huiuſcemodi. Rationẽ equidem generationis ex aqua, Paulus in Chriſto loquens do-
cet, An ignoratis inquit, fratres, quod qui baptizati ſumus in Chriſtũ Ieſum, in mortem
ipſius baptizati ſumus? Cõſepulti igit̃ ſumus ipſi per baptiſma in mortẽ, ut queadmodũ
excitatus eſt Chriſtus ex mortuis per gloriam patris: ita & nos in nouitate uitæ ambule-
mus. Si em̃ cõplantati facti ſumus per ſimilitudinẽ mortis, nimirũ & reſurrectionis par-
ticipes erimus, hoc ſcientes, quòd uetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, ut aboleretur
corpus peccati, ut non amplius ſeruiamus peccato. Qui em̃ mortuus eſt, iuſtificatus eſt à
peccato: ſi aũt mortui ſumus cũ Chriſto, credimus quòd & uiuemus cũ ipſo, ſciẽtes quòd
Chriſtus excitatus ex mortuis, nõ amplius morit̃, mors illi non amplius dominat̃. Quod
em̃ mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel: quòd uerò uiuit, uiuit Deo: ita & uos reputa
te uoſipſos mortuos quidẽ eſſe peccato, uiuentes autem Deo in Chriſto Ieſu. Ex quibus
omnibus etiã ratio generationis ex ſupernis iuxta ſimilitudinẽ conſideratur. Impoſsibile
aũt erat ex ſupernis generari, nõ prægreſſa gratia Dei, uelut ex præcedentibus ac ſubſe-
quentibus capitibus de baptiſmate, idem Apoſtolus indicat. Initio em̃ hinc facto, Com-
mendat autem charitatẽ ſuam erga nos deus, quod quũ adhuc eſſemus peccatores, Chri-
ſtus pro nobis mortuus eſt. Multò igit̃ magis nunc iuſtificati in ſanguine ipſius, ſeruabi-
mur per ipſum ab ira. Si enim quũ inimici eſſemus, reconciliati ſumus deo per mortẽ filij
eius, multò magis reconciliati ſeruabimur in uita ipſius. Et multa talia manifeſtè & ma-
gnificè declarãtia magnã & inenarrabilẽ benignitatẽ dei erga homines, ob donũ remiſ-
ſionis peccatorũ, & facultatis ac potentiæ eorũ quæ in gloriã Dei & Chriſti ipſius rectè
fiunt, ob ſpem uitæ æternæ per Ieſum Chriſtũ dominũ noſtrum: per quẽ, uelut per unius
delictũ inquit, propagatũ eſt malũ in omnes homines ad cõdemnationem: ſic per unius
iuſtificationẽ propagatur bonũ in omnes homines ad iuſtificationẽ uitæ. & cõſequenter
eodẽ modo docẽs, dũ inquit: An ignoratis fratres, quòd quicũq; baptiſati ſumus in Chri
ſto Ieſu, in mortẽ ipſius baptizati ſumus? cur? ut pręgreſſa gratia, ea quæ fiunt ac debent
à nobis ſecundũ fidẽ per dilectionẽ coinferamus, & ſic perficiat̃ in nos bona uolũtas dei
dilectiõis in Chriſto, certamine opus eſt magno eoq; legitimo, q̃ talẽ ac tantã gratiã dile
2.Cor.5 ctiõis dei in Chriſto nõ in uanũ ſuſcipiamus, uelut idẽ Apoſtolus dicit: Eũ q pctm̃ nõ no
uit, peccatũ ꝑ nobis fecit, ut nos fieremus iuſticia dei in ipſo. Nos porrò cooperãtes etiã
Luc.12 adhortamur uos, ne in uanũ gratiã dei ſuſcipiatis: nã cui cõmiſerũt multũ, ab eo amplius
exigẽt, firmiter dñs pronũciauit. Idipſum uerò inculpate fiet, ſi & ſequẽtia poſt prędicta,
& ea quæ in idẽ argumentũ de baptiſmate cõiunctè relata ſunt, diligẽter ſeruaueritis, &
quę his cõiũcta ſunt, in uirtute eiuſdẽ gratię dei per Ieſum Chrm̃ dñm noſtrũ in ſpũ ſãcto
fideliter ſuſceperimus, q̃ credẽtes intelligamus per gratiã dei, & q̃ intelligere digni facti
Ioan.13 ſumus, in dilectiõe Chriſti faciamus, q dixit: Si hæc nouiſtis, beati eſtis ſi ipſa feceritis. In-
tellectus.n. bonus eſt omnib. facientib. eũ, teſtat̃ propheta: quũ ipſe unigenitus dei uiui
filius horrendũ & ineuitabile iudiciũ ac cõdemnationẽ proferat, dũ dicit: Qui nouit uo-
luntatẽ dñi ſui, & nõ fecit, plagis multis uapulabit: imò neq; eum qui per ignorantiã deli-
quit, impunitũ dimittat. Et quo uelut pędictũ eſt per notiora dicta ac res, ad cõſideratio
nẽ ſalutaris in baptiſmate dogmatis deducamur, in certitudine ueritatis diligenter ad ſi-
gnificata attẽti ſimus, & ad ſcopũ pietatis oẽm intelligẽtiã accipiamus, Baptizati ſumus,
inquit: ut ex hoc illud diſcamus, quod queadmodũ lana tincta in coloris tinctura trãſmu
Mat.3 tat colorẽ: imò potius ut baptiſta Ioãne prædicẽte de dño. Ipſe uos baptizabit in ſpiritu
ſancto & igne, duce uſi, cognitiõis lumine illuminemur, ad magnę lucis cõſiderationem
hoc dixerimus. Quod queadmodũ ferrũ dum tingitur in igne à ſpiritu ſuſcitato, cogno-
bilius quidẽ fit, an aliquã in ſeipſo maliciã habeat, paratius aũt ad id ut purget̃. Alteratur
autẽ non ſolũ iuxta colorẽ, ſed etiã duritiam & renitentiã trãſmutans ad teneritudinẽ, &
magis

magis commodum ac idoneum euadit per manuum artificis actionem, & memorabili-
ter adaptatur ad uoluntatem Domini. A nigritia uerò ſplendidius ſeipſo fiens, nõ ſolum
ipſum igneſcit, & coruſcum redditur, ſed etiam propinqua illuminat ac calfacit: Sic con-
ſequens eſt & neceſſarium baptizatum in igne, hoc eſt in uerbo doctrinæ, redarguenti
quidem peccatorum maliciam, manifeſtanti uerò iuſtificationum gratiam, ut odio ha-
beat & abominetur iniuſticiam uelut ſcriptum eſt, ueniat autem in concupiſcentiam ut
purgetur per fidem in uirtute ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti, uelut ipſe dixit, Hic *Mat.26*
eſt ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effunditur in remiſſionem peccatorum.
& Apoſtolus teſtatur, In quo habemus redemptionem per ſanguinem ipſius, remiſſionẽ *Ephe.1*
peccatorum: & non ſolum ut purgetur ab omni iniquitate & peccato, ſed etiam ab om-
ni inquinatione carnis & ſpiritus, & tunc baptizatus in mortem Domini, mortis affectio
nem induat, hoc eſt ut mortificetur peccato, ſibĳpſiq; ac mundo, ut iuxta incarnatio-
nem uiuens, & corde & uerbo & actione, doctrinæ Domini noſtri Ieſu Chriſti, uelut ce-
ra typo impreſſus & efformatus, id quod ſcriptum eſt impleat, Gratia Deo, quòd fuiſtis *Rom.6*
ſerui peccati, obediſtis aũt ex corde in eam formã doctrinæ, in quam traditi eſtis: atq; ſic
id quod coniuncte illatũ eſt ſeruare dignus fiat, nempe: conſepulti igitur ſumus ipſi per
baptiſma in mortem. Cur? ut quemadmodũ excitatus eſt Chriſtus ex mortuis per gloriã
patris: ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Neceſſe eſt enim mortuum ſepeliri, & ſe-
pultũ in ſimilitudine mortis, reſurgere per gratiam Dei in Chriſto, & nõ amplius pro-
pter peccata, interni hominis faciem uelut ollæ aduſtionem habere: ſed peccatis in igne
manifeſtatis, & accepta per ſanguinem Chriſti remiſſione, de cætero per uitam in nouita
te coruſcare ex iuſtificationib. in Chriſto, ſuper omnẽ lapidem pretioſum multum. Itaq;
depoſita inobedientiæ duritia, oſtendamus obedientiam in præceptis, & ſpiritu feruen-
tes reſplendeamus, & à poteſtate tenebrarum detrahentium in mortẽ liberemur. Obſo-
nia enim & ſtipendia peccati mors: ut & in nobis contingat quod dictum eſt ab Apoſto- *Rom.6*
lo, Abſorpta eſt mors in uictoriam, ubi tuus mors ſtimulus? ubi tua inferne uictoria? Et ſo
li iuſticiæ obedientes illuminemnr ab ipſo, & digni fiamus intelligentia & uirtute, ut in
ipſo iuſtificemur, & non ſolum ipſi illuſtremur ſuper niuem: uerax eſt enim Deus qui pro
miſit, Si fuerint peccata ueſtra uelut pannus puniceus, ut niuem dealbabo: ſed etiam ap-
propinquantes nobis illuminemus: interim quidem illud Domini audientes: Vos eſtis *Mat.5*
lux mundi: interim uerò hoc & audientes & facientes: Sic luceat lux ueſtra coram homi-
nibus, ut uideant ueſtra bona opera, & glorificent patrem ueſtrũ qui in cœlis eſt. Et tunc
omnino etiam Apoſtolus nobis atteſtabitur dicens: Inter quos lucetis uelut luminaria in *Phil.2*
mundo, ſermonẽ uitæ cõtinentes ad gloriã meã in diem Chriſti. Quõ uerò nõ abundan-
tius lucida ſit uitæ nouitas, nõ ſolum in cõparatione Græcorum & mundanorũ hominũ,
ſed etiam in cõparatione iuxta excellentiã eorũ qui ſecundũ legẽ iuſtificant̃? quum non
ſolum additamentũ & amplius quiddã non appetamus, uelut mundani homines ſolent,
ſed neq; ea quæ adſunt & propria uendicemus? & in beneficentiã indigentium ſuper le-
gem quid conemur? Non ſolum enim in propinquos ferimus bonũ, ſed etiam ad inimi-
cos & malos extendimus bonitatẽ, iuxta Dñi noſtri Ieſu Chriſti præceptũ facientes, nem-
pe: Eſtote miſericordes, ſicut & pater ueſter cœleſtis miſericors eſt. Quõ uerò non in no- *Mat.5*
uitate uitæ ambulamus, & ſuper ſcribas ac phariſæos iuſticiam perficimus, quum Dñm
dicentem ſuſtineamus, Dictum eſt antiquis, oculũ pro oculo, & dentem pro dente. ego
autem dico uobis, Ne reſiſtatis malo, ſed ſi quis te percuſſerit in dextrã maxillã, obuerte
illi etiã alterã: & ei qui uult tecũ in iudicio cõtendere, & tunicã tuã accipere, dimittes etiã
palliũ: & qui te adegerit ad miliariũ unũ, uade cum ipſo duo. Nõ ſolũ eñi non ulciſcimur
priora in nos facta peccata, uelut iubent ſcribæ & phariſæi, præcipiente lege Moſis, ſed
etiã maiorẽ malorũ tolerantiã oſtendimus, prõptitudinẽ patientię æqualiũ aut etiã gra-
uiorum proponentes. Atq; ſic ambo à nobis ſimul recte perpetrãtur. Mors quidem in eo
quòd non cõmouemur ad indignationẽ aduerſus eum qui primã plagam nobis inflixit:
nouitas aũt uitæ in Dño, in eo quod apponimus etiã aliam. Quõ autem non eſt quis mor
tuus legi, qui non uendicat quod aufertur, uiuit autem in Chriſto, qui inſuper dimittit
etiam pallium? Sed & omnis ſecundum legem iuſticię ſuperfluitatem ſeruare ſimiliter do
cemur. Quòd uerò non ſolum mundo crucifixos eſſe, ſed etiam legi mori nos oportet, ex

eodem Apoſtolo diſcere licet. Aliquando enim dicit: Ego mundo crucifixus ſum, & mundus mihi: uiuo autem non amplius ego, uerùm uiuit in me Chriſtus. Aliquando uerò: Ego per legem legi mortuus ſum, ut uiuam Deo, unà cum Chriſto crucifixus ſum: uiuo autem non iam ego, uerùm uiuit in me Chriſtus. Alio porrò loco poſt multam iactantiam ſupremæ in lege claritudinis, dicit: Atqui uniuerſa pro reiectamentis habeo, ut Chriſtum lucrifaciam, & inueniar in ipſo, non habens iuſticiam meam ex lege, ſed eam quę ex fide eſt Ieſu Chriſti, iuſticiam ex Deo in fide, ad cognoſcendum ipſum, & uirtutem reſurrectionis ipſius & ſocietatem afflictionum ipſius, conformis fiens morti eius, ſi quo modo pertingam ad reſurrectionem mortuorum. Et paulo pòſt docens nos idem cum ipſo ſentire, clarius dicit: Quicunque igitur perfecti ſumus, hoc ſentiamus. Et alibi uehementius uelut dogma neceſſarium exponens dicit: Itaque & uos mortificati eſtis legi per corpus Chriſti, ut eſſetis alterius qui ex mortuis ſurrexit, ut fructificemus Deo. Quũ enĩ eſſemus in carne, affectus peccatorũ qui ſunt per legẽ, uigebãt in mẽbris noſtris ad fructificandũ morti. Nunc aũt exoluti ſumus à lege, mortui ei in qua detinebamur, ut ſeruiamus in nouitate ſpũs, & non in uetuſtate literę. Litera enĩ, hoc eſt lex occidit: ſpũs aũt, hoc eſt uerba Dñi, uiuificant. Quemadmodũ etiam ipſe dicit: Caro non prodeſt quicquam, ſpiritus eſt qui uiuificat: uerba mea ſpiritus ſunt & uita. Teſtatẽ & electus apoſtolus, Ad quem abibimus inquit, uerba uitæ æternæ habes, & nos credimus & ſcimus, quod tu es Chriſtus filius Dei uiuentis. Id quod in certitudine ueritatis maiore diligentia obſeruantes, effugere poſſumus horrendam illam condemnationem à Moſe quidem cum minis prophetice ſcriptam: Prophetã uobis ſuſcitabit Dominus Deus ueſter ſicut me, ipſum audietis per omnia quę præceperit uobis. Erit aũt ita, omnis anima quæ non audierit illum prophetam exterminabitur è populo: à Ioanne uerò baptiſta, quo non ſurrexit maior inter natos mulierum, magis horrenda lata ſententia dictum: Qui credit in filium, habet uitam æternã: qui uerò non obedit filio, non uidebit uitam, ſed ira Dei manet ſuper ipſum. Qui uerò eiuſmodi in baptiſmate mors, & talis in eodem ſepultura non exhibeat triſticiam, ob timorem corruptionis & interitus: nouitas uerò uitæ, ſeminis deiectionem excedat, glorioſæ reſurrectionis ſpem confirmans infert dicens: Si enim complantati facti ſumus per ſimilitudinem mortis ipſius, nimirũ & reſurrectionis participes erimus. Si enim in tali ſimilitudine mortis mortui & conſepulti cum Chriſto in nouitate uitæ ambulauerimus, non mortificationis corruptionem expectamus, uerùm ſepulturam & uelut plantationem ſeminum imitamur: mortificãtes quidẽ noſipſos per ea quæ interdicta ſunt, & fidẽ per dilectionem operantem oſtẽdentes, digni euadimus ut eadẽ cum apoſtolo poſt ſpem eorundẽ dicamus, Noſtra cõuerſatio in cœlis eſt, unde etiam ſaluatorẽ expectamus Dñm Ieſum Chriſtum, qui trãsformabit corpus humilitatis noſtræ, ut conforme fiat corpori gloriæ ipſius, ſecundum efficaciam qua poteſt ipſe etiam ſubijcere ſibijpſi omnia. Atque ſic ſemper cũ Chriſto erimus, quũ ipſe Dñs noſter Ieſus Chriſtus petat à patre ac dicat: Da pater ut ubi ego ſum etiam hi mecũ ſint: denunciet aũt & promittat nobis dum ait: Qui miniſter meus eſt, me ſequatur. Et, ubi ego ſum, ibi & miniſter meus erit. Teſtetur autem Paulus apoſtolus & in Chriſto uaticinetur, per hoc quòd hæc ſcripſit, Hoc enim uobis dicimus in uerbo Domini, quòd nos qui uiuimus, qui reſidui ſumus in aduentu Domini, non præueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipſe Dominus in iuſſione & uoce archangeli & in tuba Dei, deſcendet de cœlo, & mortui in Chriſto reſurgent primi: deindè nos qui uiuimus, qui reſidui ſumus, ſimul cũ ipſis rapiemur in nubibus in occurſum Domini in aerem, & ſic ſemper cum Dño erimus. Et ſic in eos qui nunc ſeruarunt illud, Si enim cõplantati ſumus per ſimilitudinẽ mortis ipſius, tunc impletur promiſſio, nimirum & reſurrectionis participes erimus. Quemadmodũ etiã alibi dicit: Si enim ſimul mortui ſumus, etiã ſimul uiuemus, ſi ſuſtinemus, etiã cõregnabimus. Porrò apoſtolus gnarus quod tautologia & idẽ ſermo repetitus utilior eſt audientib, ad ipſam ſecuritatem, & firmiorem facit per eorundem repetitionem, ueritatis certitudinẽ. Ab ipſo enim audiuimus, Eadem ſcribere uobis, mih quidẽ non eſt oneroſum, uobis autem ſecurum. Quo modo etiam de Ioſeph didicimus, bis interpretante ſomniũ regi Pharaoni: ita etiam ſomnij hiſtoriam imitans, idem baptiſmatis dogma ſimiliter uelut priores ſpeculationes tradit dicens: Hoc ſcientes, quòd uetus noſter homo ſimul crucifixus eſt, ut aboleretur corpus peccati, ut non amplius ſeruiamus peccato.

Phil. 3 · Rom. 7 · Ioan. 6 · Deut. 18 · Mat. 11 · Rom. 6 · Phil. 3 · Ioan. 17 · Ioan. 12 · 1. Cor. 15 · Rom. 6 · Rom. 7

peccato Itaq; etiam per hæc uerba docemur, quòd baptizatus in Christo, in mortem ipſius baptizatur, & non ſolum cum Christo ſepelitur & complantatur, ſed primum ſimul crucifigitur, ut & in hoc erudiamur, quod quemadmodum qui crucifigitur abalienatur à uiuentibus: ſic etiam qui in ſimilitudine mortis ſimul cum Christo crucifixus eſt, abalienatur omnino ab his qui ſecundum ueterem hominem uiuunt, quum Dominus præcipiat ut attendamus à falſis prophetis, & Apoſtolus dicat, ut ſubducatis uos ab omni fratre inordinate ambulante, & non ſecundum traditionem quam accepit à nobis. Nam qui uetus homo nominatus eſt, omnia ſimul particulatim peccata & inquinamenta, uelut partes ſuas ſignificat. Et quemadmodum crucifixus condemnatione mortis ſuſcepta, ab his qui olim conuixerunt ipſi diſceſsit, altior his qui in terra repunt factus: ſic etiam qui cum Christo crucifixus eſt per baptiſma, ab omnibus ſimul in hoc ſeculo uiuentibus liberatus eſt, exaltata ſapientia ſua ad cœleſtem conuerſationem, ut dicere poſſit cum ueritate & libertate in Christo: Noſtra conuerſatio in cœlis eſt. Et rurſus, infert: Qui enim mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato, hoc eſt, receſſit, liberatus eſt, mundatus eſt ab omni peccato, non in operibus & ſermonibus ſolum, ſed etiam ab affectuoſa cogitatione. Et in alio loco pronunciauit dicens: Qui uerò ſunt Christi, carnem ſuam crucifixerunt cum affectibus & concupiſcentijs. Crucifigimur autem nimirum qui in aqua baptizamur, quæ eſt ſimilitudo crucis, & mortis, ſepulturæq; ac reſurrectionis, uelut ſcriptum eſt. Et rurſus, Mortificate, inquit, membra ueſtra quæ ſuper terram ſunt (hoc eſt, omnia in baptiſmate pacta poſtea ſeruantes) ſcortationem, immundiciam, libidinem, cõcupiſcentiam malam, & auaritiam quæ eſt idololatria, propter quæ uenit ira Dei (non ſolum autem, ſed etiam uniuerſalius induxit) in filios incredulitatis. Tanquam neque breuis uoluptas mentem inquinans infeſtet eum qui cum Christo complantatus eſt in ſimilitudinem mortis. Verùm per hoc quod odio habeat & abominetur omnem maliciam uſque ad affectuoſam cogitationem, puritatem cordis oſtendat, quemadmodum dicit Dauid: Non adhæſit mihi cor prauum, declinantem à me malignum non cognoſcebam: nam neque omnino ad accedentem ipſum conuerſus eſt. Conplantati autem in ſimilitudine mortis, omnino ſimul excitamur cum Christo. Plantationis enim conſequens ſignificatum tale eſt. Nunc quidem iuxta menſuram incarnationis ſecundum internum hominem conformes fientes in nouitate uitæ, & in obedientia uſque ad mortem, in certitudine ueritatis uerborum ipſius, ut digni fiamus cum ueritate dicere: Viuo autem non amplius ego, uerùm uiuit in me Christus. In futurum uerò, uelut idẽ apoſtolus confirmauit: Si eñ cõmortui ſumus, etiam conuiuemus: ſi ſuſtinemus, etiã conregnabimus. Aequaliter aũt nos certiores facit dũ ait: Si eñ cõplantati facti ſumus per ſimilitudinẽ mortis ipſius, nimirũ etiã reſurrectiõis participes erimus. Et rurſus idem dogma talis baptiſmatis maiore cõcitatione ac neceſſitate erudiens nos infert dicens: Chriſtus excitatus ex mortuis nõ amplius morit̃, mors ipſi nõ ultra dominat̃. Quod eñ mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel: ꝙ uerò uiuit, uiuit Deo. Sic & uos reputate uoſipſos mortuos eſſe peccato, uiuẽtes aũt Deo in Christo Ieſu. Itaq; ipſius Domini noſtri Ieſu Christi de remiſsione peccatorum noſtrorum diſpenſationem, per incarnationem uſq; ad mortem apponens Apoſtolus, durius ac coactius nos erudit, atq; hoc diſcriminatim, mortuos quidem eſſe peccato, uiuentes autem Deo in Christo Ieſu: ut quemadmodum Chriſtus mortuus propter nos, & excitatus ex mortuis pro nobis, non amplius moritur: ſic etiam nos baptizati in mortem in ſimilitudine, moriamur peccato, & per reditum ex baptiſmate, uelut ex mortuis excitati uiuamus Deo in Christo Ieſu, & non amplius moriamur, hoc eſt, non amplius peccemus: nam anima peccans, ipſa moritur. Et quemadmodum mors ipſi non amplius dominatur, ita & nobis non ultra dominetur peccatum, hoc eſt, non amplius ipſum perpetremus. Et quia qui peccatum facit, ſeruus eſt peccati, ab eiuſmodi ſeruitute omnibus modis abalienati, ut Paulus dixit: Qui uerò ſunt Christi, carnem ſuam crucifixerũt cũ affectib. & cõcupiſcẽtijs: uiuamus Deo in Christo Ieſu qui liberauit nos uelut ſcriptum eſt: Christus liberauit nos ex maledictione legis, factus ꝓ nobis maledictio. Palàm eſt autẽ quod multò prius à peccato per gratiam Domini noſtri Ieſu Christi, uelut ſcriptum eſt: Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores conſtituti ſunt multi: ſic per unius obedientiam, iuſti cõſtituent̃ multi. State igitur, inquit, & ne rurſus iugo ſeruitutis implicemini. Et quemadmodum ipſe peccato mortuus

Rom. 6 — Gal. 5 — Col. 3 — Pſal. 110 — Gal. 2 — Rom. 6 — Gal. 5

mortuus eſt ſemel, quod uerò uiuit, uiuit Deo: ſic & nos in aquæ baptiſmate, quod eſt ſimilitudo crucis & mortis, ſemel mortui peccato, cuſtodiamus noſipſos, & non amplius reuertamur ad peccatum. Permaneamus autem uiuentes Deo in Chriſto Ieſu qui dixit,
Ioan.12 Qui meus miniſter eſt, me ſequatur: in cuſtodiendo primum quidem ipſius Domini præ-
Mat.5 ceptum, dicentis: Sic luceat lux ueſtra coram hominibus ut uideant ueſtra bona opera, & glorificent patrem ueſtrum qui in cœlis eſt. Deinde uerò etiam Apoſtoli mandatum, ſcri-
1.Cor.10 bentis: Siue editis ſiue bibitis, ſiue quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Peraguntur autem hæc ſingula, ſi digna cœleſti uocatione ſentientes, digne euangelio Chriſti conuerſemur, & hoc uere dicere poſſimus, Charitas enim Chriſti conſtringit nos iudicantes illud, quod ſi unus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui fuerunt: & pro omnibus mortuus eſt, ut qui uiuunt non amplius ſibijpſis uiuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt & reſurrexit. Atque ſic peragitur hoc, manete in dilectione mea: ſi mandata mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea, quemadmodum ego mandata patris mei ſeruaui, & maneo in ipſius dilectione. Et nullam in ulla re dantes offenſionem, ut ne reprehendatur miniſterium: & in omnibus componentes nos ipſos uelut Dei miniſtros, non mentitam ſed ueram oſtendamus in baptiſmate promiſſionem, in conſeruando ea quæ ab Apoſtolo exhortatorio modo ad complantatos cum Chriſto, & excitatos cum ipſo dicta ſunt,
Rom.6 nempe: Ne igitur regnet peccatum in mortali corpore ueſtro, ut obediatis ipſi in concupiſcentijs ipſius: neq; exhibeatis mēbra ueſtra arma iniuſticiæ peccato, ſed exhibete uos
Col.3 Deo uelut ex mortuis uiuentes, & membra ueſtra arma iuſticię Deo. Et rurſus, Si igitur conſurrexiſtis cum Chriſto, ſuperna quærite, ubi Chriſtus eſt ad dextram Dei ſedens, ſuperna curate non terreſtria. Oſtendēte hoc modo uelut opinor ipſo Apoſtolo, per modica ſaltem commemorata, incomparabiliter magnam prægreſſam immenſę benignitatis Dei gratiam, in dilectiōe Chriſti Ieſu Dn̄i noſtri: cuius obedientia uſq; ad mortem nobis contigit, uelut ſcriptū eſt, redemptio peccatorū, libertas in mūdi peccato regnantis mortis conciliatio Deo, potentia cōplacentię ad Deū, iuſticię donū, ſocietas ſanctorū in æterna uita, regni cœlorū hæreditas, & infinitorū aliorū bonorū brauiū: ſapienter item ac fortiter tradente nobis per ea quæ coniuncte illata ſunt, rationē baptiſmatis in aqua in mortem Dn̄i noſtri Ieſu Chriſti: per quæ etiā erudiuit nos ut noſipſos muniamus, ne in uanū tantā ac talem gratiā ſuſcipiamus, dicēs ea quæ etiā prius adduxi: Ne igitur regnet peccatum in mortali corpore ueſtro, ut obediatis ipſi in cōcupiſcentijs ipſius, neq; exhibeatis mēbra ueſtra arma iniuſticiæ peccato, ſed exhibete uos Deo, uelut ex mortuis uiuētes, & mbēra ueſtra arma iuſticię corā Deo: & quæ ſequunt̃. Per quę omnino remouēs nos ab omni peccato, & iuſticia ſecundū legē, & iuſticię ſecundū Deū uehemētius adducēs, per
Rom.6 horrendas minas, & per bonā ac deſiderabilē promiſſionē, dum dicit: Stipēdia eñi peccati mors, donū aūt Dei uita æterna in Chriſto Ieſu Dño noſtro: imitari rurſus Dn̄m, & iuſti-
Rom.7 cia ſecundū legē meliores nos fieri erudit, ſubdens: An ignoratis fratres? ſcientibus enim legem loquor, q; lex tantiſper dominetur homini quoad uixerit. Nam quæ ſub uiro eſt mulier, uiuenti uiro alligata eſt per legem: ſi uerò mortuus fuerit uir, ſoluta eſt à lege uiri. Igitur uiuente uiro adultera uocabitur, ſi iunxerit ſe alteri uiro: ſi uerò mortuus fuerit uir, libera eſt à lege, ut nō ſit adultera, ſi iuncta fuerit alteri uiro. Itaq; fratres mei etiā uos mortificati eſtis legi per corpus Chriſti, ut iungeremini alteri, qui ex mortuis reſurrexit, ut fructificemus Deo. Quū enim eſſemus in carne, affectus peccatorū qui ſunt per legem, uigebant in membris noſtris ad fructificandū morti: nunc aūt ſoluti ſumus à lege, mortui ei in qua detinebamur, ut ſeruiamus in nouitate ſpiritus, & non in uetuſtate literæ. & quæ ſequuntur. Per quæ erudimur admirari inenarrabilem benignitatē Dei in Chriſto Ieſu, & propter horrendas minas puri eſſe ab om̄i inquinamēto carnis ac ſpūs. Cęterū differentiā ſpiritus ad literam, in alio loco ubi cōparationē legis & euangelij facit, lata ſententia oſtēdit,
2.Cor.3 dicens: Litera occidit, ſpiritus aūt uiuificat. Literā dicens legē, uelut per ſequentia decla-
Ioan.6 tur: ſpiritū aūt, Domini doctrinam, quū ipſe Dominus dicat, uerba mea ſpūs ſunt & uita. Si uerò iuſticia ſecundum legem, cuius ſtudio tenentur quidam qui confeſſi ſunt Deo, ſe ipſos non amplius ſibijpſis uiuere, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt & reſurrexit, adulterij condemnationē inducit, uelut ex prædictis palā demonſtratū eſt, quidnā dixerit quis de traditionibus humanis? At de iuſticia ſecundum legem idem Apoſtolus uehementius pronunciat

pronunciat dicens: Veruntamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe, propter excellenti- Phil.3
am cognitionis Ieſu Chriſti Domini mei, propter quem omnium detrimentum feci, &
omnia pro reiectamentis reputo, ut Chriſtum lucrifaciam, & inueniar in ipſo, non habens
meam iuſticiam ex lege, ſed eam quæ per fidem eſt Ieſu Chriſti, iuſticiam ex Deo. De tra-
ditionibus porrò humanis condemnatio manifeſta eſt ex Domini uerbis: uerùm de pro-
prijs cogitationibus ac conſilijs in humana ſapientia, contentioſius abolitionem facere
Apoſtolus docuit, dicens: Nam arma militię noſtrę non carnalia ſunt, ſed potentia Deo Ephe.5
ad deſtructionem munitionum, conſilia deſtruentes & omnem altitudinem extollentē
ſe aduerſus cognitionem Dei. Item omnino de iuſticia quę unicuiq; uidetur, etiamſi pro-
pter Deum ſtudioſe fiat, idem rurſus dicit: Teſtimonium enim perhibeo ipſis, quòd æmu Rom.9
lationem Dei habent, ſed non ſecundū ſcientiā. Ignorantes enim Dei iuſticiam, & ſuam
quęrentes ſtatuere, iuſticiæ Dei non ſunt ſubiecti. Quare ex his & talib. manifeſta eſt cō-
demnatio eorum qui uolunt fucare iudicia Dei. Scriptū eſt enim: Væ qui prudentes ſunt Rom.12
in ſeipſis, & coram ſeipſis ſcientes: quum etiam Dn̄s manifeſtius pronunciarit: Qui non Mat.18
ſuſceperit regnū Dei uelut puer, non introibit in ipſum. Quapropter ab omnibus ſimul
mundum eſſe neceſſe eſt, tum diaboli concupiſcentijs, tum mundi ſubleuationibus, & hu
manis traditionibus, ac proprijs uoluntatibus, etiamſi bona ſpecie prædita eſſe uideātur,
& cum lege conſentiant, & quamuis ad modicum tempus dilationem inducant ſtudio,
quod repentinum uoluntatibus Dei debetur: quo hi qui in tali baptiſmate confeſſi ſunt
ſe crucifixos eſſe cum Chriſto, cōmortuos eſſe, conſepultos eſſe, complantatos eſſe, con-
ſurrexiſſe, fiduciam habeant cum ueritate dicēdi: Ego mundo crucifixus ſum (multo aūt Gal.6
prius diabolo) & mundus mihi. Viuo autem non amplius ego, uerùm uiuit in me Chri-
ſtus, abundantiam iuſticię ſecundum legem docens, ut regno cœlorum digni fiamus. Por
rò tempeſtiuum fuerit deinceps nos ad conſiderationem procedere, & per fidem in Chri
ſtum intelligentiam nos ſumere, & cognoſcere quid eſt in nomine patris & filij & ſancti
ſpiritus baptizari. Primùm quidem igitur uniuſcuiuſq; nominis priuatim nominati glo-
riam cognoſcere neceſſarium eſt. Deinde ſcire, quòd in nomine ſancti ſpiritus baptizari,
ipſe Dominus declarat dicens: Quod natum eſt ex carne caro eſt, & quod natum eſt ex Ioan.3
ſpiritu ſpiritus eſt: ut natiuitatis ſecundum carnem conſequentiam pro exemplo accipi-
entes, ex notiori re pietatis dogma manifeſte & uere diſcamus, ſcientes & perſuaſi exa-
ctè, quemadmodum id quod ſecundum carnem ex aliquo generatum eſt, tale eſt, qua-
le eſt id ex quo generatum eſt: ſic etiam nos neceſſariò dum ex ſpiritu generamur, ſpi-
ritum fieri. Spiritum autem non ſecundum magnam & humanæ menti incomprehen-
ſibilem maieſtatem ſancti ſpiritus, ſed eam quæ in diuiſione donorum Dei per Chriſtum
ipſius, unicuiq; ad id quod utile eſt, & in horum omnium actione ænigmatice conſidera
tur, & in alijs dictis ſimiliter: ſed & iuxta præceptorum Dei per Dominum noſtrum Ie-
ſum Chriſtum annunciatorum commonefactionem ac doctrinam, quum ipſe Domi-
nus noſter Ieſus Chriſtus dicat: Ipſe uos docebit, & commonefaciet uos de omnibus quę Ioan.14
dixi uobis. Poſtea uerò Apoſtolus ipſe latius tradit, per quæ ſtudia quis ſpiritus euadit,
dum ſcribit nunc quidem: Fructus autem ſpiritus eſt dilectio, gaudium, pax, longanimi- Gal.5
tas. & quæ ſequuntur. ubi antea dixiſſet: Si uerò ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege: &
alibi, Si ſpiritu uiuimus, ſpiritu etiam ambulemus. Nunc uerò, Habentes autem dona Rom.8
ſecundum gratiam Dei nobis datam diuerſa, ſiue prophetiam iuxta fidei proporti-
onem, ſiue miniſterium in miniſtrando. & quæ ſequuntur. Per hæc itaque & talia Domi-
nus ipſe generatos ex ſpiritu, ſpiritum fieri dicit. Atteſtatur autem & Apoſtolus dicens:
Huius rei gratia flecto genua mea ad partem Domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis Phil.3
paternitas in cœlo & in terra nominatur, ut det uobis ſecundum diuitias gloriæ ſuæ,
uirtute corroborari, per ſpiritum ſuum in internum hominem, ut inhabitet Chriſtus.
Si uerò uiuentes ſpiritu, ſpiritu etiam ambulemus, & ſic ſpiritus ſancti capaces fientes,
Chriſtum confiteri poterimus. Nam nemo poteſt dicere Dominum Ieſum, niſi in ſpiritu
ſancto. Atque ſic quidem Dominus & per ipſum, & per apoſtolum docet, generatos ex
ſpiritu, ſpiritum fieri. Et in hoc rurſus imitabimur generationem ſecundum carnem. Pri-
mùm quidem locum tranſmutantes, & mores transformantes, per hoc quod interius
homo ſpiritu eſt confirmatus, ut dicere poſſimus: Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt:
corpus

corpus quidem uelut umbram circumtrahentes in terra, animam uerò conuerſantem cœ
leſtibus cuſtodientes. Deinde uerò eos quoq; qui in terra conuixerunt permutantes, ue-
Pſal.110 lut Dauid dicit: detrahentem clanculum proximo ſuo, hunc perſequar: ſuperbo oculo &
inſatiabili corde, cum hoc non edebam. Oculi mei ad fideles terræ, ut ſedeant mecum.
Ambulans in uia irreprehenſibili, hic mihi miniſtrabat. Non habitabat in medio domus
meæ, qui facit ſuperbiam. Qui loquitur iniqua, non direxit in conſpectu oculorum meo-
rum. Et in aliјs ſimiliter. Apoſtolus autem grauius admonet: Si quis qui frater nomina-
1.Cor.5 tur, aut ſcortator, aut auarus, aut idolorum cultor, aut conuiciator, aut ebrius, aut rapax
fuerit, cum tali ne cibum quidem capiatis. Et ſæpe idem ſimilia contra ſimiles docens,
tradit manifeſte & ſecure, proexponens magnam & glorioſam benignitatis Chriſti gra-
Ephe.2 tiam, cum quibus & qualibus nos conuerſari oportet, dum dicit: Ipſe enim eſt pax noſtra,
qui fecit utraque unum, & intermedium ſepti parietem diruit, inimicitiam in carne ſua,
legem mandatorum ſuorum in dogmatibus aboleuit, ut duos conderet in ſemetipſo, in
unum nouum hominem, faciens pacem: & ut reconciliaret ambos in uno corpore Deo
per crucem, occiſa inimicitia per ipſam, & ueniens annunciauit pacem uobis qui procul
aberatis, & qui prope. Quoniam per ipſum habemus acceſſum utrique in uno ſpiritu ad
patrem. Ergo iam non eſtis hoſpites & aduenę, ſed eſtis conciues ſanctorum & domeſti-
ci Dei, ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum, exiſtente ſum
mo angulari lapide Chriſto Ieſu, in quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum
ſanctum in Domino. Quo ſic quidem in ſimilitudine mortis complantati Chriſto, & in
nomine ſancti ſpiritus baptizati, & nati ex ſupernis internum hominem in renouatione
mentis ſuperædificatiq; ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum, hoc modo
digni fiamus baptizari in nomine unigeniti filiј Dei, & digni euadamus magno dono,
Gal.3 quod Apoſtolus tradidit, dicens: Quicunque in Chriſtum baptizati eſtis, Chriſtum indu
iſtis. Non eſt Græcus & Iudæus, circumciſio & præputium, Barbarus, Scytha, ſeruus & li
ber, ſed omnia & in omnibus Chriſtus. Neceſſarium enim eſt & conſequens, natum etiã
indui, ſi modo uelut tabula ex quacunque tandem materia exiſtens, deponens inæquali-
tatem, & deraſa aſperitate, ſic induit picturam imaginis regis. Et tunc non in ligni aut
auri aut argenti differentia, cognoſcitur aliqua imaginis differentia, uerùm in ſinceritate
ſimilitudinis ad exemplar, cum multa diligentia iuxta ſcientiam memorabiliter perfecta,
occultat quidem materiæ differentiam, etiamſi multo medio interiecto diſtet: inſpicien-
tes autem ad gloriam ſui inducit, & præſtantior fit omni principatu & poteſtate: ſic etiam
qui baptizatur, ſiue Iudæus, ſiue Græcus, ſiue maſculus, ſiue fœmina, ſiue ſeruus, ſiue li-
ber, ſiue Scytha, ſiue Barbarus, ſiue alius in quacunque generis differentia nominatus,
qui in ſanguine Chriſti ueterem hominem cum actionibus ſuis exuit, per doctrinam ue-
rò ipſius in ſancto ſpiritu nouum induit, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſticia & ſan
ctitate ueritatis, qui renouatur ad agnitionem ſecundum imaginem eius qui creauit i-
pſum, dignus fit obuiam uenire in bonam uoluntatem Dei, quam Apoſtolus tradidit, di
Rom.8 cens: Scimus quod diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, his qui ſecundum
propoſitum uocati ſunt. Nam quos pręſciuit, eos etiam prædeſtinauit conformes imagi-
nis filiј ſui, ut ſit ipſe primogenitus inter multos fratres. Tunc enim filium Dei induens,
dignus fit perfecto gradu, & baptizatur in nomen patris ipſius Domini noſtri Ieſu Chri-
Hier.51 ſti, qui iuxta Ioannis teſtimonium dedit poteſtatem filios Dei fieri, Dei q̃ dicit: Egredimi-
ni è medio ipſorum, & ſeparamini & immundum ne attigeritis, & ego ſuſcipiã uos, & ero
uobis in patrem, & uos eritis mihi in filios & filias, dicit Dominus omnipotens: per grati
am ipſius Domini noſtri Ieſu Chriſti unigeniti filiј Dei uiui, in quo neq; circuncíſio quic
quam ualet, neque præputium, ſed fides per dilectionem operans, uelut ſcriptum eſt. per
quam proſpere nobis perficitur id quod coniuncte illatum eſt ad præceptum baptiſma-
Matt.28 tis, ab ipſo Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui dixit: Docentes ipſos ſeruare omnia quæ prę
cepi uobis. Quorum obſeruationem dilectionis erga ipſum demonſtrationem eſſe, idem
Ioan.14 Dominus pronunciauit dicens: Si diligitis me, pręcepta mea ſeruabitis. Et rurſus: Qui ha
bet præcepta mea, & ſeruat ipſa, ille eſt qui me diligit. Et rurſus: Si quis me diligit, ſermo-
nem meum ſeruabit, & pater meus diliget ipſum. Et uehementius ac concitatius dicit:
Manete in dilectione mea. Si mandata mea ſeruabitis, manebitis in dilectione mea, quẽ-
admodum

admodum etiam ego mandata patris mei ſeruaui, & in ipſius dilectionē maneo. Si uerò dilectionis neceſſaria demonſtratio, eſt obſeruatio mandatorum: timor autē uehemens eſt, quod ſine dilectione, etiam glorioſorum donorum ſupremarū poteſtatum, & ipſius fidei ſumma operatio, & mandatum perfectum efficiens, inutilia ſunt, uelut ipſe in Christo loquens Paulus Apoſtolus dicit: Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatē autem non habeam, factus ſum æs ſonans, aut cymbalum tinniens. Et ſi habeam prophetiam, & ſciam myſteria omnia & omnem ſcientiam: & ſi habeam omnē fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil ſum. Et ſi diſtribuam in alimoniam pauperum omnes facultates meas, & ſi radam corpus meum ut comburar, charitatem autem non habeam, nihil utilitatis capio. Quæ omnia arbitror ipſum ſtrictè dixiſſe, cogitantem quod Dominus dixit: Multi uenient in illa die dicentes, Domine Domine, nō in nomine tuo prophetauimus? & in nomine tuo dæmonia eiecimus? & in nomine tuo uirtutes multas fecimus? & comedimus in cōſpectu tuo ac bibimus? & in plateis noſtris docuiſti? & reſpōdet ipſis: Nunquam noui uos, ſecedite à me operatores iniquitatis: ut manifeſtum ſit & contradictionem non habeat, quod citra charitatem, etiamſi fiant præcepta ac iuſtificationes, & ſeruentur mandata Domini, & magna dona perpetrētur, iniquitatis opera reputabuntur. Non iuxta propriam rationem donorum & iuſtificationum, ſed iuxta ſcopum eorum qui his utuntur ad proprias uoluntates, putātes, uelut Apoſtolus dicit, quæſtum eſſe pietatem. De quibus etiam alibi ait: Quidam propter inuidiam & contentionem, quidam uerò propter bonam uoluntatem Chriſtū prædicant: alij uerò ex rixa annunciant, non purè, putantes ſe tribulationem addere uinculis meis. Et alibi: Nō enim ſumus, inquit, uelut plerique cauponantes uerbum Dei. Et rurſus negatiuē dicit: Neque enim unquam in ſermone adulationis fuimus erga uos uelut nouiſtis, neque in occaſione auariciæ, Deus eſt teſtis, neq; quærentes ex hominibus gloriam, neq; à uobis, neq; ab alijs, quum poſſemus in autoritate eſſe, uelut apoſtoli Chriſti. Per hæc & huiuſmodi manifeſtè oſtendit iuſticiam reſponſionis Chriſti, qui dixit: Secedite à me operatores iniquitatis, propterea quòd per dona Dei proprias uoluntates curaſtis, uelut ſi quis medicinalibus inſtrumentis, & compoſitionibus proprijs ad affectionum curam confectis, & ad conſeruationem ſanitatis ac ſalutis, utatur ad cædem, & illud Apoſtoli præceptum non ſeruet, qui dicit: Siue editis, ſiue bibitis, ſiue aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Omni igitur ratione neceſſaria eſt cura interni hominis, ut intēta ſit mēs, & uelut adunita ad ſcopum gloriæ Dei, ut conſeruātes præceptum Domini, qui dixit: Facite arborem bonam, & fructum ipſius bonum. Et rurſus: Phariſæe cæce, purga prius internam poculi patrem, & tunc externa ipſius pars tota munda erit: ex abundantia boni cordis fructū feramus: alius centuplum, alius ſexagecuplum, alius trigecuplum, ſiue per opera, ſiue per ſermones, in gloriam Dei & Chriſti ipſius, cuſtodientes ubiq; iucunditatem ſancto ſpiritui. Atq; ſic cōdemnationem ipſius Domini effugiamus qui dicit, Væ uobis quia ſimiles eſtis ſepulchris inalbatis, quæ foris quidem apparent pulchra, intrinſecus uerò plena ſunt oſſibus mortuorum ac omni immundicia. Sic etiam uos, foris quidem apparetis hominibus iuſti, intrinſecus uerò pleni eſtis ſimulatione ac iniquitate. Quapropter ante baptiſma diſcere oportet, his quæ impediunt prius remotis, & ſic ad diſciplinam aptos ſeipſos præparare quum ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus per exempla prægreſſam ſententiam confirmet, & rurſus docentis modo inferat: Sic omnis ex uobis qui non renunciat omnibus bonis ſuis, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et rurſus imperantis modo, Si quis uenit ad me, abneget ſeipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Et rurſus affirmatiuè ac ſtrictè, Qui non ſumit crucem ſuam quotidie, & ſequitur me, non eſt me dignus. Ex his & ſimilibus ignitis ſermonibus, uelut quum dominus noſter Ieſus Chriſtus dicit, Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo ſi iam accēſus eſt? manifeſta fiente peccatorum malicia, & declarata uirtute eorum quæ in gloriam dei & Chriſti ipſius rectè perpetrantur, uenimus omnino ad concupiſcentiam ac confeſſionem, eorum quæ ab Apoſtolo dicta ſunt, Miſer ego homo, quis me liberabit ex corpore mortis huius? Gratias ago Deo per Ieſum Chriſtum dominū noſtrum qui dixit, Hic eſt ſanguis meus noui Teſtamenti, qui pro multis effunditur in remiſſionem peccatorum. Cui atteſtatur etiam Apoſtolus dum ait, In quo habemus redemptionem per ſanguinem ipſius,

[Margin notes: 1.Cor.13; Mat.7; 2.Tim.6; Phil.1; 2.Cor.2; Mat.7; 1.Cor.10; Mat.12; Mat.23; Luc.18; Mat.10; Luc.12; Rom.7; Mat.26]

remiſſionē peccatorū.Et nunc uenimus ad baptiſma in aqua, quod eſt ſimilitudo crucis,
mortis,ſepulturæ,reſurrectionis ex mortuis:pacta faciētes & ſeruantes quæ ab ipſo Apo
Rom.6 ſtolo in ratione huius de baptiſmate tractatus obſignata ſunt, dū dicit:Scientes ꝙ Chri-
ſtus qui ſurrexit ex mortuis nō amplius morit̄,mors ipſi ultra nō dominat̄:quòd eñ mor
tuus eſt,peccato mortuus eſt ſemel,quod autē uiuit,uiuit Deo. Sic & uos reputate uoſi-
pſos mortuos quidē eſſe peccato,uiuentes aūt Deo in Chriſto Ieſu.Ne igitur regnet pec
catum in mortali corpore ueſtro,ut obediatis ipſi in cōcupiſcentijs ipſius. Neq; exhibe-
te mēbra ueſtra arma iniuſticiæ peccato, ſed exhibite uos ipſos deo uelut ex mortuis ui-
uētes,& mēbra ueſtra arma iuſticię deo.& quę ſequūt̄.Tūc dignus ſit aliqs in nomine ſā-
cti ſpiritus baptizari,& ex ſupernis natus,& locū & mores & cōuictores mutare, ut ſpi-
ritu ambulantes digni euadamus in nomine filij baptizari, & induere Chriſtū. Oportet
Gal.3 enim natum etiā indumento dignum fieri,uelut Apoſtolus dixit: Quicūq; in Chriſtū ba
Col.3 ptizati eſtis,Chriſtū induiſtis.Et rurſus,Exuētes ueterē hominē cum actibus ſuis, & in-
duentes nouū,qui renouatur ad agnitionē ſecūdum imaginē eius qui creauit ipſum, ubi
nō eſt Græcus & Iudæus:filiū uerò Dei induētes,qui dedit poteſtatē filios dei fieri, in no
mine patris baptizamur, & filij dei prædicamur, eius qui præcepit ac promiſit, uelut ait
Hier.51 Propheta:Quapropter egredimini è medio ipſorū,& ſeparamini dicit dn̄s, & immundū
ne attigeritis,& ego ſuſcipiā uos,& ero uobis in patrē, & uos eritis mihi in filios & filias,
2.Cor.7 dicit dn̄s omnipotēs.Has igitur habētes,inquit Apoſtolus, promiſſiones dilecti, purge-
mus nos ab omni inquinamēto carnis & ſpūs,perficientes ſanctitatē in timore dei. Idem
Phil.2 etiā rurſus præcepit: Omnia facite ſine murmuratione ac diſceptationibus, ut fiatis irre-
prehēſibiles & integri,filij dei impolluti,in medio nationis prauę ac peruerſę:inter quos
lucete uelut luminaria in mūdo,uerbū uitæ cōtinentes ad gloriā meā in diem Chriſti. Et
Coloſſ.3 rurſus,Si igit̄ cōſurrexiſtis cum Chriſto, ſuperna quærite, ubi Chriſtus eſt ad dextrā Dei
ſedēs,ſuperna curate,nō terreſtria:mortui enim eſtis,& uita ueſtra abſcōdita eſt cū Chri-
ſto in deo.Quum aūt Chriſtus apparuerit uita ueſtra, tunc etiā uos cum ipſo apparebitis
Mat.13 in gloria,quę ab ipſo domino promiſſa eſt,ubi dixit,Tunc fulgebunt iuſti uelut ſol.

Quòd oportet regeneratum per baptiſma,de cætero diuinorum myſteriorum participatione nutriri. Caput III

QVandoquidē igitur per gratiā boni dei, ex relatione uerborū unigeniti filij dei ui-
uentis,& ſanctorū ipſius Euangeliſtarū ac prophetarū,& ipſius Apoſtoli, quæ no-
bis ſufficientē declarationē fecerunt, doctrinā baptiſmatis dn̄i noſtri Ieſu Chriſti didici-
mus:ꝙ baptiſma in igne omnē maliciā redarguit,& iuſticiā ſecūdū Chriſtū ſuſcipit, odiū
uitij inducens,& uirtutis cōcupiſcentiā.Per fidem aūt à ſanguine Chriſti purgati ſumus
ab omni peccato:in aqua uerò baptizati in mortē domini, uelut conſcriptā cōfeſſionem
fecimus,mortuos nos eſſe peccato & mundo,uiuificatos uerò iuſticiæ. Atq; ſic in nomi-
ne ſancti ſpūs baptizati ex ſupernis generati ſumus:generati aūt & in nomine filij bapti-
zati,Chriſtum induimus. Induti aūt nouum hominē ſecundū deum creatum, in nomine
patris baptizati ſumus,& filij dei appellati: neceſſe eſt deinceps nutriri nos alimento ui-
tæ æternæ,quod ipſum rurſus idem unigenitus dei uiui filius nobis tradidit.Nunc quidē
Mat.4 dicens: Non in ſolo pane uiuet homo, ſed in omni uerbo procedente ab ore dei. Et quō
hoc fiat docuit, ubi dixit: Meus cibus eſt ut faciam uoluntatem patris qui miſit me.Et rur
ſus bis expreſſa uoce Amen,ad cōfirmationē eorum quæ infert,ac certitudinem audien-
Ioan.6 tium,dicit: Amen amen dico uobis, niſi mãducaueritis carnem filij hominis, & biberitis
eius ſanguinem,non habetis uitam in uobis.Qui manducat meam carnē, & bibit meum
ſanguinem, habet uitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die: caro enim
mea uere eſt cibus, & ſanguis meus uere eſt potus. Qui manducat meam carnem & bi-
bit meum ſanguinem,in me manet,& ego in ipſo. Et paulò poſt ſcriptum eſt, Multi igit̄
ex diſcipulis ipſius hoc ſermone audito,dixerūt: Durus eſt hic ſermo, quis poteſt ipſum
audire? Sciens autem Ieſus in ſeipſo,quòd murmurarent de hoc diſcipuli eius, dixit ipſis,
Hoc uos offendit? Si igitur uideritis filium hominis aſcendētem ubi erat prius? Spiritus
eſt qui uiuificat,caro nō prodeſt quicquā,uerba mea ſpiritus ſunt & uita. Sed ſunt quidā
ex uobis qui non credūt. Sciebat enim Ieſus ab initio qui eſſent credentes, & quis prodi-
turus eſſet ipſum,& dicebat, Propterea dixi uobis, quòd nemo poteſt uenire ad me,niſi
fuerit

fuerit ipſi datum à patre meo. Ex hoc multi diſcipulorum eius abierunt retro, & non amplius cum ipſo ambulabant. Dixit ergo Ieſus ad duodecim: Num & uos uultis abire? Reſpondit & Simon Petrus, Domine ad quem abibimus? uerba uitæ æternæ habes, & nos credimus & cognouimus, quod tu es Chriſtus filius Dei uiui. Et ad finem euangeliorum ſcriptum eſt, Accepit igitur Ieſus panem, & gratijs actis fregit, & dedit diſcipulis ac dixit: Accipite, comedite, hoc eſt, corpus meum, quod pro uobis frãgitur, hoc facite in meam cõmemorationem. Et accepto poculo, & gratijs actis, dedit ipſis, dicens: Bibite ex ipſo omnes. Hic enim eſt meus ſanguis noui Teſtamenti, qui pro multis effunditur ad remiſſionem peccatorum, hoc facite in meam commemorationem. Atteſtatur autẽ his etiam Apoſtolus dicens: Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi uobis. Quòd Dominus Ieſus in nocte qua tradebatur, accepit panẽ, & ubi gratias egiſſet, fregit & dixit: Hoc eſt, corpus meum, quod pro uobis frangitur, hoc facite in meam cõmemorationẽ. Similiter & poculum poſtquã cœnauit, dicens: Hoc poculum nouum Teſtamentũ eſt in meo ſanguine, hoc facite in mei cõmemorationẽ. Quotieſcunque enim comederitis panem hunc, & poculũ hoc biberitis, mortẽ Domini annũciabitis, donec uenerit. Quid igit̃ proſunt uerba hæc? ut edentes & bibentes ſemper memores ſimus eius qui pro nobis mortuus eſt & reſurrexit: atque ſic erudiamur neceſſariò ſeruare coram Deo & Chriſto ipſius, dogma ab Apoſtolo traditũ, dum dicit: Charitas enim Chriſti conſtringit nos iudicantes illud, quòd ſi unus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui fuerunt, & pro omnibus mortuus eſt, ut qui uiuunt, non amplius ſibijpſis uiuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt & reſurrexit. Qui enim edit & bibit, nimirum ad indelebilem memoriam Ieſu Chriſti Domini noſtri, qui pro nobis mortuus eſt & reſurrexit: rationem autem memoriæ, obedientiæ uidelicet Domini uſque ad mortẽ, non complet iuxta Apoſtoli doctrinam, uelut prædictum eſt: Charitas enim Chriſti conſtringit nos iudicantes illud, quod ſi unus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui fuerunt (id quod confeſſi ſumus in baptiſmo) & pro omnibus mortuus eſt, ut qui uiuunt, non amplius ſibijpſis uiuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt & reſurrexit: is nullam habet utilitatẽ, iuxta latam à Domino ſentẽtiam qui dixit: caro non prodeſt quicquam. Imò talis adponit contra ſeipſum condemnationem Apoſtoli dicentis: Qui edit & bibit indigne, iudicium ſibijpſi edit & bibit, nõ dijudicans corpus Domini. Non ſolum enim horrendam condemnationẽ habet is qui in inquinamento carnis & ſpiritus indigne ad ſancta accedit: accedens autem, reus fit corporis & ſanguinis Domini: ſed etiam qui ocioſe & inutiliter edit ac bibit, propterea quòd nõ per memoriam Ieſu Chriſti Domini noſtri, qui pro nobis mortuus eſt & reſurrexit, id quod relatum eſt ſeruat, nempe: Charitas Chriſti conſtringit nos. & quæ ſequũtur. Nam uelut citra conſcientiam & inutiliter tantum ac tale bonum irritum faciens, & tanquam ingrate ad huiuſmodi myſterium accedens, cõdemnationẽ ac iudicium habet negligentiæ ac ſegniciei: quum Dominus etiam eos qui ocioſum uerbum emittunt, incondemnatos eſſe non ſinat, imò condemnationem ocij uehementius declaret, per eum qui talentum in ocio integrum ſeruauit. Et Apoſtolus nobis tradiderit, Quod etiam qui bonum uerbum profert, non autem ad fidei ædificationem diſpẽſat, offendit ſpiritum ſanctum. Atque hoc modo conſiderare debemus iudicium eius qui indigne edit ac bibit. Si uerò etiam is qui fratrem propter cibum offendit, à charitate excidit, ſine qua & magnorũ donorum & iuſtificationum operationes nihil proſunt: quid'nam dixerit quis de eo qui ocioſe & inutiliter edere audet corpus, & bibere ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti? & propter hoc abundantius ſpiritum ſanctum offendit: atque audet citra conſtringentem charitatem, ut iudicet non ſibijpſi uiuere, ſed ei qui pro nobis mortuus eſt & reſurrexit Ieſu Chriſto Domino noſtro, edere ac bibere? oportet igitur accedentem ad corpus & ſanguinem Chriſti, in commemorationem ipſius qui pro nobis mortuus eſt & reſurrexit, non ſolum purum eſſe ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, ut ne in iudiciũ edat & bibat: ſed etiam euidenter oſtendere memoriam eius qui pro nobis mortuus eſt & reſurrexit, in eo quòd mortificatus ſit peccato, & mundo & ſibijpſi: uiuat autem Deo in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

Mat. 26 — 1. Cor. 11 — 2. Cor. 5 — Ioan. 6 — 1. Cor. 11 — Eph. 4.

DIVI BASILII MAGNI DE BAPTISMATE LIBER II. IANO Cornario interprete.

Quæſtio prima.

AN omnis baptizatus baptiſmate in euangelio Domini noſtri Ieſu Chriſti, debitor ſit, ut mortuus ſit peccato, uiuat autem Deo in Chriſto Ieſu?

Reſponſio.

Si omnes qui regnū Dei concupiſcimus, gratiā baptiſmatis æqualiter & neceſſariò no
bis paramus, eaq; opus habemus, iuxta prolatā à Domino ſententiā, dū ait: Niſi quis na
Ioan.3 tus fuerit ex aqua & ſpiritu, nō poteſt ingredi in regnum Dei: omnes ſanè æqualiter ſu
mus debitores, ut eandē baptiſmatis rationē ſequamur, quū Apoſtolus in cōmuni omni
Rom.6 bus baptizatis dicat: An ignoratis fratres, quòd quicunq; baptizati ſumus in Chriſtū Ie
ſum, in mortē ipſius baptizati ſumus? Conſepulti igit' ſumus ipſi per baptiſma in mortē,
ut quemadmodū ſurrexit Chriſtus à mortuis per gloriā patris: ita & nos in nouitate uitæ
ambulemus, & quæ ſequuntur. Et in alio loco maiore cura & manifeſtius tradit tale do
Gal.3 gma, dicens: Quicunq; in Chriſtū baptizati eſtis, Chriſtū induiſtis. Non eſt Iudæus neq;
Græcus, non eſt ſeruus neque liber, non eſt maſculus ac fœmina. Omnes enim uos unus
Col.3 eſtis in Chriſto Ieſu. Quomodo etiā rurſus ad omnes dicit: In quo & circumciſi eſtis, cir
cumciſione non fiente per manū, dum exuiſtis corpus peccatorū carnis, in circumciſio
ne Chriſti, conſepulti ipſi per baptiſmū, in quo etiam conſurrexiſtis cum illo per fidē. Igi
tur omnis baptizatus baptiſmate euāgelij debitor eſt, ut ſecundū euangeliū uiuat, etiam
Gal.5 propter ea quæ alibi dixit: Teſtimoniū rurſus præbeo omni homini qui circumciditur,
quod debitor eſt totius legis ſeruandæ. Manifeſtè igitur confirmat, quòd omnis baptiza
tus ſecundū baptiſma in euāgelio, uelut ſcriptū eſt, ex æquo debitor eſt, ut impleat iuxta
rationē eius qui pro nobis mortuus eſt & reſurrexit, id quod ſcriptū eſt ab ipſo Apoſto
2.Cor.5 lo: Nam charitas Chriſti conſtringit nos iudicantes illud, quod ſi unus pro omnibus mor
tuus eſt, ergo oēs mortui fuerunt, & pro omnibus mortuus eſt: ut qui uiuunt, nō amplius
ſibiipſis uiuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt & reſurrexit. Si enim qui circumciſus eſt
parte aliqua corporis, iuxta Moſis circumciſionē, debitor eſt totius legis ſeruandæ: quan
to magis qui ſecundum Chriſti circumciſionē circumciſus eſt, dum exuit totum corpus
peccatorū carnis, uelut ſcriptū eſt: debitor eſt ut impleat quod ab Apoſtolo dictum eſt:
Gal.6 Ego mūdo crucifixus ſum, & mūdus mihi: uiuo autē non amplius ego, uerùm uiuit in me
Chriſtus. Quare q uere iuxta uerba Apoſtoli baptizatus eſt in mortē Chriſti, mortifica
uit quidē ſeipſum etiā mūdo, multo uerò prius peccato, iuxta id quod ab ipſo Apoſtolo
Rom.6 dictū eſt, in tractatu de baptiſmate: Vetus noſter homo ſimul crucifixus eſt ut abolere
tur corpus peccati, ut poſthac non amplius ſeruiamus peccato: inuiolabile uerò pactum
fecit, ut ſequatur in omnibus Dominū, hoc eſt, ut uiuat Deo integre ex toto, per omnia
Rom.12 implens quæ dicta ſunt ab Apoſtolo: Nunc quidem, obſecro uos fratres per miſericor
diam Dei, ut exhibeatis corpora ueſtra, hoſtiam uiuentē, ſanctā, complacentē Deo, ratio
Rom.6 nale miniſterium ueſtrū. & quæ ſequunt'. Nūc uerò: Ne igitur regnet peccatū in mortali
corpore ueſtro, ſed exhibete uoſipſos deo uelut ex mortuis uiuētes, & membra ueſtra ar
Gal.3 ma iuſticiæ deo. In his aūt & talibus dogmatib. rurſus dicens, Non eſt Iudæus neq; Græ
cus, nō eſt ſeruus neq; liber, non eſt maſculus neq; fœmina, omnes enim uos unus eſtis in
Mat.25 Chriſto Ieſu, quo digni ſiamus oēs uelut unus uocari, Ades huc ſerue bone, ſuper pauca
fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudiū Domini tui: quo profectò digni
ſiemus, ſi unuſquiſq; noſtrum in eo quo uocatus eſt & electus, per abundantiorem dili
gentiam & impigrum ſtudium, multiplicarit impertitam ſibi gratiam, ſicut ſcriptum eſt.

Quæſtio II.

An extra periculum ſit, ut is qui non purus eſt corde, à conſcientia praua, aut immundicia, aut inquinamento, ſacerdotio fungatur?

Reſponſio.

Moſes equidem formam dans his qui tunc erant ad noſtrā cōmonefactionem, in lege
Leuit.21 à deo data ſcribit: Et dixit dñs ad Moſem dicens, Dic ad Aaron, homo ex genere tuo in familia

familia ueſtra, qui habet in ſeipſo maculam, non accedet ad offerendum dona Deo ſuo. Nam omnis homo in quo eſt macula, nõ accedet. Et in ſequentib. interpretat̃ maculam, non in ammixtione alienorũ mẽbrorum, neq; in cõtritione unius alicuius, etiamſi in parte propriorũ membrorum non adeò impediat actionẽ oblationis boni odoris, ſed lædat decorum aut integritatem. At uerò dñs dicens, Plus templo hic eſt: erudit nos quòd tanto magis impius eſt qui audet tractare corpus Dñi, qui dedit ſeipſum pro nobis oblationem & hoſtiam in odorẽ ſuauitatis, quantũ corpus unigeniti filij Dei excedit arietes & tauros: non in cõparationis ratione: incõparabilis enim eſt excellentia. Sed & macula & mutilatio nunc, non in membris corporis conſideratur, uerùm in iuſtificationibus pietatis ſecundum euãgelium cognoſcitur, quum aut penè aut defectuoſe factum fuerit mandatum, aut non ſic ut cõplaceat Deo: ſi humana ſententia uelut cicatrix quædã aut lepra, mandato ſuperinferatur. Neceſſarium igitur eſt ſemper quidẽ, maxime uerò in tempore tanti ac talis myſterij, ſeruare præceptum Apoſtoli dicentis: Has igitur habẽtes promiſſiones chariſſimi, mundemus noſipſos ab omni inquinamẽto carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificationẽ in timore Dei, nemini dantes ullam offenſionem, ut non reprehendatur miniſterium, ſed in omnibus exhibentes noſipſos ſicut Dei miniſtros. Hoc ſanè modo quis dignus fiat tractare myſterium Domini, iuxta euangelium Dei. 2.Cor.7

Quæſtio III.

An periculo uacet, ut quis non purus ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, edat corpus Domini, & bibat ſanguinem?

Reſponſio.

Quum Deus in lege ſupremam pœnam conſtituerit contra eum qui in immundicia audet contingere ſancta: ſcriptum eſt enim Figuratè quidem illis, ad noſtram uerò commonefactionem: & loquutus eſt Dominus ad Moſen, dic Aaron & filijs eius, & attendant à ſanctis filiorum Iſrael, & non contaminabunt nomen meum ſanctum quæcunque ipſi ſanctificant mihi, ego Dominus. Dic ipſis in familias ipſorum: Omnis homo qui acceſſerit ab omni ſemine ueſtro ad ſancta, quæcunq; ſanctificauerint filij Iſrael Domino, & immundicia ipſius in ipſo, anima illa exterminabitur à facie mea, ego Dominus. Tales minæ propoſitæ ſunt contra eos qui ſimpliciter accedunt ad ea quæ ab hominibus ſanctificata ſunt. Quid uerò quis dixerit contra eum qui in tantum ac tale myſterium audet? Quanto enim plus templo hic eſt, iuxta ipſam Domini uocem, tanto grauius & horribilius in inquinamento animæ audere contingere corpus Chriſti, quàm attingere arietes aut tauros. Sic enim Apoſtolus dixit: Quare qui ederit panem, & biberit poculum Domini indigne, reus erit corporis & ſanguinis Domini. Vehementius autem ſimulq; horribilius proponit ac declarat condemnationem per repetitionẽ, dum ait: Probet autem unuſquiſq; ſeipſum, & ſic ex pane hoc edat & ex poculo bibat: qui enim edit & bibit indigne, iudicium ſibijpſi edit ac bibit, non dijudicans corpus Domini. Si uerò qui in ſola immundicia eſt (immundiciæ aũt proprietatẽ figuratè ex lege diſcimus) adeò horrendum habet iudicium: quanto magis qui in peccato eſt, & cõtra corpus Chriſti audet, horrendum attrahet iudicium? Itaq; puri ſimus ab omni inquinamento (differentia autem inquinamenti ad immundiciam manifeſta eſt rectẽ ſentiẽtibus) & ſic accedamus ſancta, ut effugiamus condemnationem eorum qui Dominum occiderunt. Nam quicunq; ederit panem, aut biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & ſanguinis Domini: habeamus autem uitam æternã, ſicut promiſit uerax Dominus & Deus noſter Ieſus Chriſtus, ſi edentes & bibentes memores erimus ipſius pro nobis mortui: & ſeruauerimus iudicium Apoſtoli, qui dicit: Charitas enim Domini conſtringit nos iudicãtes illud, quòd ſi unus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui fuerunt: & pro omnibus mortuus eſt, ut qui uiuunt, non amplius ſibijpſis uiuant, ſed ei qui pro nobis mortuus eſt & reſurrexit: id quod profeſſi ſumus in ipſo baptiſmo.

1.Cor.10
Exod.19
Leuit.21
1.Cor.11
2.Cor.5

Quæſtio IIII.

An omni uerbo Dei oporteat credere, & obedire in certitudinem ueritatis eius quod dictum eſt, etiamſi inueniatur aut uerbum aut factum aliquod, ipſius Domini aut ſanctorum ipſorum, quod contrario modo ſe habere uideatur?

Reſponſio.

Hæc quæſtio etiamſi omnino indigna eſt omni qui conſenſit confiteri Dominum no-
ſtrum Ieſum Chriſtum unigenitum filium Dei uiui per quem omnia facta ſunt uiſibilia &
inuiſibilia, & certe uerba ipſius ſunt quæ audiuit à patre: attamen neceſſarium eſt reſpon-
1.Pet.3 dere obedientes Apoſtolo qui ſcripſit: Parati eſte ad reſpondendum omni interroganti
uos rationem de fide ueſtra: & ut ne ex nobis ipſis quid dicẽtes, ambiguitatem auditori-
Mat.5 bus inducamus, mentionem faciemus ipſius Domini, qui dicit: Amen amen dico uobis,
Mar.13 iota unum, aut unus apex non præteribit de lege, donec omnia facta fuerint. Et rurſus: fa
Mat.12 cilius eſt cœlum & terram tranſire, quàm legis unum apicem cadere. Si uerò plus Solo-
mone hic eſt, & plus Iona hic eſt, conſequens eſt dicere, ꝙ etiam plus Moſe hic eſt: quum
Apoſtolus poſtquam inacceſſibilem Iſraelitis Moſis maieſtatem & gloriam recenſuit, in
comparatione maieſtatis Domini noſtri Ieſu Chriſti inferat: Non glorificatum eſt, quod
glorificatum eſt in hac parte, propter excellẽtem maieſtatem. Si enim quod abolitum eſt
per gloriam, multo magis quod manet in gloria: ſic etiamſi ex relatis didicimus, ea quæ
in euangelio dicta ſunt in fide indiſcreta firmiora cognoſcere ac confiteri: tamen rurſus i-
Mat.24 pſius Domini mentionem faciemus dicentis: Cœlum & terra tranſibunt, uerba autẽ mea
non tranſibunt. Sufficiunt itaque uerba Domini plus omnibus in ſpiritu ſancto ac princi
pali confirmare corda noſtra, ut non hæſitanter & firmiter ſentiamus de omni uerbo pro-
cedente ex ore Dei. Quo uerò etiam quorundam debilitati opitulemur, conſentaneum
Pſal.110 fuerit etiam teſtimonium unius atq; alterius ex multis apponere. Itaq; Dauid dicit: Firma
Pſal.144 omnia mandata eius, confirmata in ſeculum ſeculi, facta in ueritate & ęquitate. Et rurſus:
fidelis Dominus in omnibus uerbis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis. & multa ta
4.Reg.10 lia. Iehu aũt in Regnorum libris dixit: Scitis ꝙ non cadet uerbum Domini in terram. Cæ-
terùm de his quę uidentur contrarietatem aliquam habere, melius eſt ſeipſum condemna
re, uelut qui nondum peruenit ad conſiderationem diuitiarũ ſapiẽtię, & quod difficile eſt
& graue imperſcrutabilia Dei aſſequi, ꝙ obnoxium fieri iudicio audaciæ temeritatiſq;
ac pertinaciæ, & audire, Impius qui dicit regi, inique facis. Et quis accuſabit electos Dei?
Etiamſi autem multa multis manifeſtam uidentur ſolutionem habere, tamen in his quæ
uidentur contrarietatem habere, obſeruare debemus, quòd quum præcepto uidetur uer
bum quoddam aut factum contrarium eſſe, neceſſarium eſt unumquenq; præcepto obe
dire, & non profunditatem diuitiarum & ſapientiæ impetere, aut prætexere prætextus
in peccatis. Hoc enim complacet Deo, & periculo uacare didicimus ex diuinitus inſpira
tis ſcripturis. Quum uerò præceptum pręcepto contrariũ eſſe uidetur, ut argumenta cõ-
ſiderantes & totũ tractatũ legentes, ſic nihil pugnãs eſſe cognoſcamus, & quod unicuiq;
conueniens eſt, ad ſcopum ſupernæ uocationis ſeruemus, ad quem ambo præcepta ten-
dunt, partim morbum curantia, partim profectum inducentia, qui ad perfectionẽ cõpla-
Mat.5 centiæ erga Deum ducit. Quemadmodum Dñs dicit, nunc quidem: Nemo lucernam ac
cenſam occultat ſub modium, ſed ſuper candelabrũ ponit, & lucet omnib. qui ſunt in do-
mo. Sic luceat lux ueſtra corã hominibus, ut uideãt ueſtra bona opera, & glorificẽt patrẽ
ueſtrũ qui in cœlis eſt. Nunc uerò: ubi uerò tu facis eleemoſynã, neſciat ſiniſtra quid facit
dextra tua. Et multa alia inuenias & apud Euangeliſtas & Apoſtolũ Si uerò præceptum
Ioan.5 nobis datũ fuerit, quõ aũt fiat non additũ fuerit, aſſumamus Dñm dicentẽ, Perſcrutamini
ſcripturas: & imitemur apoſtolos, qui ipſum Dñm interrogauerũt de inte: pretatione eo-
rum quæ ab ipſo dicta fuerunt: & eorũ quæ ab ipſo dicta ſunt, ex his quæ in alio loco di-
cta ſunt, ueritatem ac ſalutare diſcamus. Velut de hoc: theſaurizate uobis theſauros in cœ
Luc.18 lo. Tum ex his quæ adoleſcẽti mandata ſunt erudimur, quum ipſe Dñs dicat: Vende tuas
poſſeſſiones, & da pauperibus, & habebis theſaurũ in cœlo. Tũ ex his quæ dicta ſunt ad
Luc.12 eos qui cõcupiſcebãt regnũ cœlorũ hæreditare: Ne timeas puſille grex, quia cõplacitum
eſt patri ueſtro cœleſti dare uobis regnũ: uendite poſſeſſiones ueſtras, & date eleemoſy-
nam, facite uobiſipſis ſacculos non ueteraſcẽtes, theſaurũ non deficientem in cœlis. Si ue
rò etiam periculum cõſequat̃ ad mandati obſeruationem: quę eſt gloriatio noſtra: memo
1.Cor.9 res ſimus Apoſtoli dicentis: Bonum eſt mihi magis mori, ꝙ ut gloriationem meam quis
Rom.8 euacuet. Et alibi latius: Quis nos ſeparabit à dilectione Chriſti? tribulatio, aut anguſtia,
aut perſequutio, aut fames, aut nuditas, aut periculum, aut gladius? & quæ ſequunt̃. Per
quæ

quæ uehementius erudimur ſeruare mandata, & abundantiorẽ dare demonſtrationem dilectionis erga Dominũ, qui dixit: Qui diligit me, mandata mea ſeruabit. & ſæpe ſimiliter. In reliquis uerò Apoſtolum imitari ac dicere: O altitudo diuitiarũ & ſapientiæ & cognitionis Dei, quàm imperſcrutabilia ſunt iudicia ipſius, & imperueſtigabiles uiæ ipſius. Quis enim nouit mẽtem Domini, qui ex cœlis deſcẽdit? & patris uerba nobis annũciauit? cui credere neceſſarium eſt & ſalutare, uelut liberos parentibus, & pueros prçceptoribus, iuxta eandem Domini noſtri Ieſu Chriſti uocem, qui dixit: Niſi quis ſuſceperit regnum Dei uelut puer, non introibit in ipſum. Ioan. 14 Rom. 11 Mat. 18

Quæſtio V.

An omnis uerbi inobedientia digna ſit ira & morte, etiamſi priuatim ſingulis non ſint coniunctæ minæ?

Reſponſio.

De eo quod omnis uerbi inobedientia digna ſit ira & morte, dictũ quidem eſt latius in Epiſtola de concordia. Quo uerò etiam nunc unius aut alterius teſtimonij mẽtionem ex multis faciamus, audiamus Ioannem baptiſtam dicentem: Qui credit in filium, habet uitam ęternã: qui uerò non credit filio (indefinitum aũt comprehẽdit omnia) non uidebit uitam, ſed ira Dei manet ſuper ipſum. Audiamus etiam ipſum Dominũ ſtricte pronũciantem: Iota unum aut unus apex, nõ peribit à lege, donec omnia facta fuerint. Si uerò legis dogmata ſic ſe habent, quanto magis euangelij, ſicut ipſe Dñs ſæpe confirmauit. Cęterùm de eo, etiamſi priuatim ſingulis nõ ſint coniunctæ minæ: ſufficere arbitror credentibus, ut memores ſint ipſius Domini, & eorum quæ in tractatu doctrinę poſt beatitudines dixit, in quo multorũ interdictorũ mentionẽ fecit, & aliquibus quidem etiam minas appoſuit dicens: Omnis qui iraſcitur fratri ſuo, obnoxius erit iudicio. Qui uerò dixerit Racha, obnoxius erit concilio. Qui autẽ dixerit fatue, obnoxius erit igni in gehennam. & multa talia. Aliquibus uerò non appoſuit, uelut quum dicit: Omnis qui uiderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam adulterium commiſit cum ipſa in corde ſuo. Et hoc: Ego autem dico uobis, ne iuretis omnino. Et paulò poſt: Erit autem ſermo ueſter eſt eſt, & non non: quod uero ultra hæc abundat, ex malo eſt. Et multa talia loquutus, citra propriæ pœnæ inductionem, generalius contra omnes pronunciauit, præfatus quidem: Niſi abundauerit iuſticia ueſtra plus quàm ſcribarum & phariſæorum, non intrabitis regnũ cœlorum. In fine uerò inferens, Omnis qui audit hos meos ſermones, & non facit eos, aſſimilabitur uiro fatuo, qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam, & deſcendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina eius magna. Et in multis locis multorum peccatorum mentione facta, non appoſuit etiam repoſitam unicuiq; pœnam, ſufficere arbitratus ea quæ in ſumma ſæpe dicta ſunt contra omnia. Quandoquidem uerò opus habent debiliores auxilio, mentionem faciemus etiam Apoſtoli. N m & ipſe Dominum imitans aliquãdo quidem dixit: Si quis quum frater appellatur fuerit ſcortator, aut auarus, aut idololatra, aut conuiciator, aut ebrioſus, aut rapax, cum tali neq; cibum ſumatis. Aliquando uerò: Nolite mentiri inter uos. Et alibi: Omnis ira & indignatio & clamor, & blaſphemia tollatur à uobis cum omni malicia. Et multa talia ſæpe loquutus citra minarum additionem, alibi generalius pœnam apponit dicẽs: Ne erretis, neq; ſcortatores, neq; idolorum cultores, neq; adulteri, neq; molles, neq; maſculis concumbentes, neq; fures, neq; auari, neq; ebrioſi, neq; conuiciatores, neq; rapaces, regnum Dei poſſidebunt. Alibi uerò rurſus latius ſcribit: Et ſicut non probauerunt, Deum habere in cognitione, tradidit ipſos Deus in reprobã mentem, ut faciant ea quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, ſcortatione, malicia, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidijs, contentione, dolo, malignitate, ſuſurrones, obtrectatores, Dei oſores, contumelioſos, elatos, arrogantes, inuentores malorum: parentibus inobedientes, inſipientes, incõpoſitos, ſine dilectione, abſq; fœdere, immiſericordes. Qui quum iuſticiam Dei nouerunt, quod qui talia faciunt, digni ſunt morte, nõ ſolum ea faciunt, uerùm etiam aſſentiuntur his qui ea faciunt. Quapropter inexcuſabilis es ô homo, quiſquis es qui iudicas: in quo enim iudicas alterũ, teipſum cõdemnas, eadẽ enim facis qui iudicas. Et multis locis ſimiliter. Ex quibus oſtenditur, quòd etiamſi particulatim non ſint adiectæ minæ ſingulis ſpeciebus, neceſſariò cognoſcere debemus,

Ioan. 3 Mat. 5 Mat. 5 Mat. 7 1. Cor. 5 Ephe. 4 1. Cor. 6 Rom. 1

quòd ineuitabili neceſſitate generali ſubiacet ſententiæ qui unum mandatum transgre-
Ioan. 12 ditur, quum Dominus noſter Ieſus Chriſtus pronunciarit: Qui reprobat me, & non accipit uerba mea, habet iudicantẽ ipſum: ſermo quem loquutus ſum, ille iudicat ipſum in extrema die. & quę ſequunť magis horrenda. Et Ioannes baptiſta, quo nemo maior, definite te-
Ioan. 3 ſtetur: Qui nõ credit filio, non uidebit uitam, ſed ira Dei manet ſuper ipſum. Hoc enim familiare eſt diuinę ſcripturę etiam in ueteri Teſtamento. Nam per Moſem, qui multa in lege ſcripſit, citra additionẽ minarum contra tranſgredientẽ, aut negligentẽ, generalem contra omnes maledictionẽ induxit, quæ grauiſſimũ ſuppliciũ auſpicatur, dum inquit:
Deut. 27 Maledictus omnis qui non permanet in omnibus ſcriptis in libro legis huius. Et alibi,
Hier. 48 Maledictus, inquit, qui facit opera Domini negligenter. Si uerò is qui negligenter facit maledictus eſt: ergo qui non facit qua re dignus eſt?

Quæſtio VI.

An inobedientia in faciendo quod uetitum ſit, aut etiam in relinquendo aliquid eorum quæ approbata ſunt?

Reſponſio.

Hoc iudicium uehementius confirmans Dominus noſter Ieſus Chriſtus, in reprobationem prægreſſi erroris, & confirmationem cordium noſtrorũ in ſana fide, uoluit nos docere timorem iudiciorum, nõ ſolum per uerba, ſed etiam exempla, tanquam res ipſæ
Mat. 5 magis inducant certitudinem ueritatis. Et primum quidẽ ait: Niſi abundauerit iuſticia ueſtra plus quàm ſcribarum & phariſęorum, non ingrediemini in regnũ cœlorum. Et poſt totum tractatum eius doctrinæ, induxit ſententiam cum exemplo dicẽs: Omnis qui au-
Mat. 7 dit hos meos ſermones, & non facit ipſos, aſſimilabitur uiro ſtulto qui ædificauit domũ ſuam ſuper arenam, & deſcendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & irruerunt in domũ illam, & cecidit, & fuit ruina eius magna. Et rurſus, Arborẽ fici habebat
Luc. 13 quidam plantatã in uinea ſua, & uenit quærens fructũ in ipſa, & nõ inuenit. Dixit aũt ad cultorẽ uineæ, Ecce anni tres ſunt, ex quo uenio quærens fructũ in ipſa, & nõ inuenio: excinde ipſam, ad quid etiã terrã occupat? Et alibi manifeſtius exponit iudiciũ hoc, dicẽs: Abite à me maledicti in ignẽ æternũ, qui paratus eſt diabolo & angelis ipſius. Et infert,
Mat. 25 non operationem alicuius ueriti, ſed defectum approbatorũ operũ recenſens: Eſuriui enim, & non dediſtis mihi edere, ſitiui, & non potaſtis me. Et quę ſequuntur. Et multa talia repererit quis ad demonſtrandũ, quod nõ ſolum qui mala operantur, digni ſunt morte, quibus etiam ignis inextinguibilis præparatus eſt, cum quibus condemnantur etiam: qui per ſegniciẽ ceſſant à bonis, ſed etiam qui bona negligenter faciũt. Scriptũ eſt enim: Maledictus omnis qui facit opera Domini negligẽter. Tempeſtiuũ aũt fuerit meminiſſe etiam Ioannis, ad eos qui acceperunt remiſſionem peccatorum per baptiſmum, dicentis: Progenies uiperarum, quis cõmonſtrauit uobis ut fugeretis à uẽtura ira? facite igitur
Mat. 3 fructus dignos pœnitentia, & ne uideamini dicere in uobiſipſis, patrem habemus Abraham. Dico enim uobis, quòd poteſt Deus ex lapidibus his excitare filios Abrahæ. Iam uerò ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis igitur arbor nõ faciens fructũ bonum, exſcinditur, & in ignem mittitur. Quæ ſingula non operationem mali alicuius indicant, ſed ſegniciem iuſtificationis diuini cultus. Si enim maledictus eſt omnis qui facit opera Domini negligenter, quod non cum decente promptitudine fecit: quanto magis maledicti, qui non quomodocunq; bonum ſuſtinent? Et meritò audiunt, Abite à me maledicti in ignem æternũ, paratum diabolo & angelis eius. Quare ex his manifeſtum eſt, q̃ neceſſariò multa celeritate & impigro ſtudio opus eſt, cum bona cõcupiſcentia, eaq; intenta in præceptis Dñi noſtri Ieſu Chriſti, ut digni etiam ipſi beatificatione euadamus, ſicut
Mat. 5 ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus unigenitus Dei uiui filius dixit: Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſticiam, quia ipſi ſaturabuntur.

Quæſtio VII.

An poſſibile ſit, aut complacens, aut gratum Deo, eum qui peccato ſeruit facere iuſtificationem, iuxta diuini cultus ſanctorum regulam?

Reſponſio.

Quum in ueteri quidẽ Teſtamento Deus dicat, Peccator ſacrificans mihi uitulum, eſt uelut qui occidit canem: & offerens ſimilaginẽ, uelut qui offert ſanguinẽ ſuillum: & tantam

tam de his quæ offeruntur in ſacrificium, diligentiam ac ſinceritatem ſanciuerit, & hor-
rendum iudiciũ contra peccatorẽ poſuerit. In nouo autem Teſtamento Dominus noſter
Ieſus Chriſtus per ſe ipſum in euangelijs dixerit, Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati.
Et, nemo poteſt duobus Dominis ſeruire. Et, nõ poteſtis Deo ſeruire & mãmonæ. Et ma- Mat. 6
nifeſtiſſime decreuerit, ſic omnis ex uobis qui nõ renũciat omnib. bonis ſuis, nõ poteſt
meus eſſe diſcipulus. Si uerò de medijs talis ſentẽtia lata eſt, quid nã quis dixerit de in-
terdictis? Et quum per Apoſtolũ dixerit, Nolite iugum ducere cũ incredulis, quod eſt 2. Cor. 6
eñ cõſortium iuſticiæ cum iniuſticia? aut quæ ſocietas luci cum tenebris? aut quæ con-
cordia Chriſto cum Belial? aut quæ ſors credenti cũ incredulo? quis uerò cõſenſus tem
plo Dei cum ſimulachris? impoſſibilitas omnino & diſplicentia apud Deum, & periculo
ſitas audenti declarata eſt. Quapropter adhortor, uelut docet Dñs, faciamus arborẽ bo Mat. 23
nam, & fructum ipſius bonũ, & purgemus primum internam poculi ac patinæ partem,
& tunc externa ipſius erit munda tota. Et per Apoſtolũ eruditi, purgemus noſipſos ab
omni inquinamẽto carnis & ſpiritus, & perficiamus ſanctificationẽ in dilectione Chri-
ſti, ut complacentes Deo, & acceptabiles Domino fiamus in regno cœlorum.

Quæſtio VIII.

An acceptabile ſit Deo opus mandati, non conſequenter ſecundum mandatum Dei fiens?

Reſponſio.

Huius quæſtionis claritatẽ & uelut regulam quandã in omni tali negocio erudimur
ex ueteri Teſtamento, uelut ex Dei perſona dicente: Si recte quidem obtuleris, recte ue
rò non diuiſeris, peccaſti, quieſce, ad te conuerſio ipſius: ut non ſolum non acceptabile
ſit, quod nõ legitime oblatũ eſt, ſed etiam ad peccatũ reputetur ei qui ſic obtulit. Verũ
iuxta ſimilitudinẽ Apoſtoli, uelut per exemplum humanũ, inuiolabilem diuini cultus
regulam, uniuerſaliter in omnibus diſcere licet, dum ait: Etiamſi certet quis, non coro- 2. Tim. 2
natur, niſi legitime certauerit. Cum maiore uerò timore ipſius Domini noſtri Ieſu Chri-
ſti mentionem facere poſſumus, qui terminum expreſſit: dum inquit: Beatus ſeruus ille
quem reuerſus dominus inueniet ſic facientem. Nam quũ ſic dixit, demonſtrauit quòd
qui nõ ſic facit, beatitudine excidit: uelut ex multis in ueteri ac nouo Teſtamento hiſto
rijs ac dictis exacte diſcere ac certificare poſſumus. At uerò nõ ſic, fit aut præter locum,
aut præter tempus, aut præter perſonam, aut præter rem, aut præter menſuram, aut pre
ter ordinem, aut præter affectionem. Videamus autem primũ rationem eius quòd fit
præter locũ. Quum itaque Apoſtolus his quæ in cõſuetudine obtinuerunt, uſus ſit, ad ma
nifeſtiorem cõteſtationem ac opem eorum quæ in pietate decent apud audientes, dum
dicit: Aut neque ipſa natura docet uos, quod uir quidem ſi comam nutrit, ignominia ipſi 1. Cor. 11
eſt: mulier uerò ſi comam nutrit, gloria ipſi eſt? & quæ ſequũtur. Conſentaneũ itaque fue-
rit etiã nos his quæ in natura obtinuerunt, ad præſentis uitæ neceſſitatem uti. Nam quum
edere & bibere cõtineat uitã, quis modeſtus ſuſtineat in foro edere ac bibere? Aut quis
patiatur in petras ſemina demittere, in detrimẽtum horum ipſorum, & expectatorum fru
ctuum? Et multa ſanè quis inuenerit præter locum periculoſe aut cum condemnatione
fientia. Rurſus autem memores Apoſtoli qui dixit, Hæc figurate acciderunt illis, ſcri-
pta autem ſunt ad noſtrã commonefactionẽ, ad quos fines ſeculorum deuenerũt: uidea
mus an ne ea quæ ſancita ſunt à Deo ad pietatem ac cultum Dei, ſocietatem inter ſe habẽ
tia, differentiam inuiolabiliter conſeruarunt. Aliqua eñ aſſignata erant Hieroſolymis,
& qui extra feciſſent, periclitabantur. Aliqua uerò etiam amplius ipſi templo & altari,
& in ipſis Hieroſolymis, aut alijs locis: ſed tamẽ cultus diuini erant decreta. Et neque quæ
in templo & altari fiebant, in alijs locis Hieruſalem facere quis audebat: neque quæ in a-
lijs locis fiebant, etiam in templo fieri permittebantur. Nobis autem præter locũ pericli
tatur mandatũ, maxime ſi ſacerdotij myſteria perficiamus in prophanis locis, quum hu
iuſmodi res declaret contemptum perficientis, & alium in alio quedã affectu multifor-
miter offendat, propter multorũ diuerſam in cognitione debilitatem. Si uerò quis di-
cat, Cur igitur Apoſtolus dixit, uolo igitur uiros adorare in omni loco, propterea quòd 1. Tim. 2
Dominus in omni loco poteſtatẽ orandi dedit, dum dixit: Neque in Hieruſalem, neque in
monte hoc adorabitis patrem; illud dicere licet, quod uox in omni, non comprehen-

dit locos humanis neceſſitatib. deſtinatos, & immundis ac abominãdis negocijs, ſed di
latat ſe à circumſcriptione Hieruſalẽ in omnẽ locũ orbis terrarũ, & iuxta prophetiam ſa-
crificij, eum qui ſtudioſe uidelicet dicatus eſt Deo, ad glorioſi myſterij celebrationem.
Eſa.29 Nam ubi Prophetã dicentẽ audiuimus: Vos autẽ omnes prophetæ Dei uocabimini: nõ
omnes talis ſacerdotij aut miniſterij poteſtatẽ arripimus, neq; alius poteſtatẽ habet, ut
alteri datam gratiã ſibijpſi ſumat. Sed unuſquiſq; credens intra proprios fines doni Dei
Rom.12 manet. Velut Apoſtolus nos docet, dum dicit ad omnes quidem, Obſecro uos fratres
per miſerationes Dei, ut exhibeatis corpora ueſtra hoſtiã uiuentem, ſanctã, complacen-
tem Deo, rationale miniſteriũ ueſtrũ, & ne conformemini huic ſeculo, ſed transformami
ni in renouatione mentis ueſtræ, ut probetis quæ ſit uoluntas Dei bona & cõplacens ac
perfecta. Ad ſingulos uerò manifeſte diſcriminans unicuiq; conueniens miniſterium,
& prohibens alienũ ordinẽ inuadere, dum dicit: Dico em̃ per gratiam Dei quæ data eſt
mihi omnib. qui ſunt inter uos, ut ne plus ſapiatis quàm ſapere oportet, ſed ſapiatis ad
modeſtiam, prout unicuiq; Deus menſurã fidei impertiuit: & per mutuã membrorũ cor
poris, ad bonã figurã ac ſecuritatẽ coactam ordinationẽ, regulans in nobis noſtrã mu-
tuam complacentẽ Deo in dilectione Ieſu Chriſti diſciplinã, in differentia donorũ. Di-
cit em̃, Quemadmodũ in uno corpore membra multa habemus, omnia autem membra
non eandem actionẽ habent: ſic multi unum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autẽ al-
ter alterius membra, habentes aũt dona ſecundũ gratiam quæ data eſt nobis diuerſa, ſi-
ue prophetiam iuxta proportionẽ fidei, ſiue miniſteriũ in miniſtrando: & quæ ſequunt.
Si uerò hi qui cooperant̃ inter ſe ad unũ ſcopum cõplacentiæ erga Deum, & tanta inter
ſe habent coniunctionẽ ſocietatis in dilectione Chriſti, proprium locum doni tranſgredi
nõ permittuntur, quomodo nõ multò magis alienis & contrarijs rebus definitos locos
à ſanctis ſecernere debemus? Ex omnib. em̃ relatis ex diuina ſcrip tura & talibus, & præ
dictis exemplis erudiri nos oportet, ꝙ actio præter locũ ad contrarium propoſiti ſcopi
finem nos cõuertit. Porrò quod præter tempus fit, ex ipſo Domino noſtro Ieſu Chriſto
Mat.25 audire licet, dicente: Quapropter ſimile eſt regnũ cœlorum decem uirginibus, quæ ac-
ceptis lampadibus ſuis, exierunt obuiam ſponſo. Quinq; aũt ex eis erant prudentes, &
quinq; fatuæ: quæ ſanẽ fatuæ lampadib. ſuis acceptis, non acceperunt oleum ſecũ: pru-
dentes autem acceperunt oleũ in uaſis ſuis. Moram uerò trahente ſponſo dormitaue-
runt omnes ac dormierũt. Media aũt nocte clamor factus eſt, ecce ſponſus uenit, ite ob
uiam ipſi. Tunc ſurrexerũt omnes uirgines illæ, & ornauerũt lampades ſuas: fatuæ uerò
prudentibus dixerũt, date nobis de oleo ueſtro, quia lampades noſtræ extinguunt̃. Re
ſponderunt prudentes, Ne forte nõ ſufficiat nobis & uobis, ite potius ad uendentes, &
emite uobis. Dum aũt abirent ad emendũ, uenit ſponſus, & quæ paratæ erant, intraue-
runt cum eo ad nuptias, & clauſa eſt ianua. Poſtea uerò ueniunt etiam reliquæ uirgines
dicentes, Domine Dñe, aperi nobis. At ille reſpondẽs, ait ipſis: Amen amen dico uobis,
non noui uos. Vigilate igitur, quia neq; diem ſcitis neq; horam. Quandoquidem uerò
denunciationẽ de iudicio ipſius ſæpe fientem, uehementius accendere, & magis credi
ſcio, etiam in alio loco iuxta eandem ſententiam relatam apponam. Dicit autẽ ipſe Do-
minus: Multi quærent intrare, & nõ poterunt, ex quo quũ ingreſſus fuerit paterfamiliâs
& clauſerit oſtium, & cœperitis dicere, Domine Dñe, aperi nobis, tunc reſpondens di-
cet: Nõ noui uos unde ſitis: propterea dico uobis, eſtote parati, quia qua hora nõ puta
tis, filius hominis uenit. Et in multis locis ſimiliter. Si uerò & Apoſtolum in teſtimoniũ
Eſa.46 aduocare oportet, audiamus ipſum mentionem facientẽ prophetæ dicentis, In tempo-
2.Cor.6 re acceptabili exaudiui te, & in die ſalutis auxiliatus ſum tibi: & poſtea de ſeipſo inferen
tem: Ecce nunc tẽpus acceptabile, ecce nũc dies ſalutis. Et rurſus, Itaq; dum tempus ha
bemus, operemur bonum ad omnes quidẽ, maxime uerò erga cõſortes fidei. Si uerò e-
Pſal.31 tiam alio teſtimonio opus eſt, memores ſimus Dauidis dicẽtis, Pro hoc orabit ad te om
nis ſanctus in tẽpore opportuno: & Solomonis qui ſecundũ tẽpora definiuit, quòd om
Eccleſ.3 nia bona ſunt in tempore ſuo. At uerò præter perſonam fit, in ueteri quidem Teſtamen-
Num.16 to, uelut de Chore, & his qui auſi fuerunt ingredi ad nõ datum ipſis ſacerdotium, & qui
inciderunt propter ſeueritatẽ iræ, in perniciem & in interitũ horribiliorem. Ab ipſo au
tem Domino erudimur, ut nos muniamus, dum dicit ad diſcipulos: Non ſum miſſus niſi
ad oues

ad oues quæ perierunt de domo Iſrael:& ad mulierem, Non eſt bonum ſumere panem fi-
liorum,& obijcere canibus. Præter rem uerò fieri erudimur ex ueteri quidem Teſtamen-
to, quum pręcepto dato ut ſacrificium fiat ex mundis & integris ac nulla labe contamina-
tis, non ex talib. oblatio facta fuerit. De quo dixit Deus: Adduc ipſum ad principem tuū, Leuit.21
ſi admiſerit ipſum, ſi ſuſceperit faciem tuam. Ex nouo uerò Teſtamento, ab ipſo Domino Eſa.29
noſtro Ieſu Chriſto, prophetiæ Eſaiæ mentionem faciente contra Iudæos, Recte pędi- Mat.7
xit Eſaias de uobis dicens, Populus hic labijs me honorat, cor autem ipſorum procul à
me eſt. Fruſtra uerò colunt me, docentes doctrinas præcepta hominum. Et ab Apoſtolo
teſtimonium ferente de conſcientia Iudęorum, condemnante uerò ipſos in diuerſitate Rom.9
iuſticię, ſcribit autem ſic: Teſtimonium enim perhibeo ipſis, quod æmulationem Dei ha-
bent, ſed non ſecundum ſcientiam. Ignorantes enim iuſticiam Dei, & propriam quęrẽtes
ſtatuere, iuſticię Dei non ſubiecti ſunt. Quapropter Apoſtolus cōplacentiæ erga Deum
legitime curioſus, poſt enarrationem earum quas in lege ſummas perpetrauerat iuſticias
infert: Veruntamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe, propter excellentiam cognitiōis Phil.3
Chriſti Ieſu Domini mei, propter quē omniū detrimentū feci, omniaq; pro reiectamen-
tis habeo, ut Chriſtū lucrifaciam, & inueniar in ipſo non habens meā iuſticiā ex lege, ſed
eam quæ per fidē eſt Ieſu Chriſti, iuſticiā ob fidē ad cognoſcendū ipſum. Et quæ ſequun-
tur. Per hæc aūt & talia erudit nos, ut multò diligentius uitemus, ne humanā iuſticiam re-
gulæ Dñi noſtri Ieſu Chriſti de cōplacentia erga Deū ſuperinducamus. Cæterū quō præ-
ter menſurā fiat, ſufficere arbitror meminiſſe Dñi noſtri Ieſu Chriſti, ad diſtinctionē men-
ſuræ ueteris dilectionis (Scriptum eſt autē, diliges proximum tuum ſicut teipſum) dicen-
tis: Mandatū nouum do uobis, ut diligatis uos mutuò, quemadmodū ego dilexi uos. Ma- Ioan.3
iorem hac dilectionem nemo habet, ut quis animam ſuā ponat pro amicis ſuis. Et in ſum-
ma omnes ſimul iuſtificationes diſcere licet ab ipſo Domino qui definiuit: Niſi abunda- Mat.5
uerit iuſticia ueſtra plus ꝙ ſcribarum & phariſæorū, nō ingredi poteritis in regnum cœlo
rum. Pręter ordinem uerò & cōſequentiam fit, quū prima in ſecundo loco aut tertio quis
tractarit, & ea quæ in tertio loco locata ſunt principium eorum quę præpoſita ſunt, puta-
rit. Velut uerbi gratia, quum Dñs pręceperit ei qui dixit, Hęc omnia ſeruaui ex iuuētute Luc.18
mea, uende poſſeſſiones tuas, & da pauperibus, & tolle crucem tuam, & ades huc ſeque-
re me: ſi quis ei qui nihil feciſſet ex propoſitis, illud ades huc, ſequere me, iniungeret. Et
uelut quum rurſus Dominus dicit, Si quis uenit ad me, abneget ſeipſum, & tollat crucem
ſuam, & ſequatur me: ſi quis ſequi prępoſitis pręponat. Et rurſus quū Dominus poſt mul
ta inferat: Sic omnis ex uobis qui non renunciat bonis ſuis, non poteſt eſſe meus diſcipu-
lus: ſi quis ante ꝙ prædicta ſeruet, diſcipulum ſe eſſe imaginetur. Quapropter neceſſariū
eſt ſeruare Apoſtoli præceptum dicentis: Omnia honeſte & ſecundum ordinem fiant. At 1.Cor.14
pręter affectionem fit, uelut quū dicat Dominus de his qui ex affectu ut hominibus com
placeant, faciunt eleemoſynā, aut aliam quandā iuſtificationē faciunt, ut uideant ab ho-
minibus, Amen dico uobis, receperunt mercedem ſuam. Adhuc autem uehementius de
clarat maliciā eorum qui propter affectum humanū faciunt præceptum Domini, oſten-
dens quod non ſolum mercede deſtituitur, ſed etiam ſupplicio dignus eſt qui facit præ-
ceptum, non ſecundum cultū Dei, ſed iuxta hominū cōplacentiā, aut alicuius alterius uo-
luptatis gratia, aut auariciæ, aut negociationis. Quos accuſat Apoſtolus. Verum ipſe Do
minus uehementius tales cōdemnans dicit: Multi uenient in illa die dicentes, Dñe Dñe, Mat.7
non in nomine tuo ꝓphetauimus? & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & uirtutes mul-
tas fecimus? & cōedimus tecum ac bibimus? & in plateis noſtris docuiſti? & tunc re-
ſpondebo ipſis dicens: Secedite à me, non noui uos, unde ſitis operatores iniquitatis.
Quare ex his & talibus manifeſtum eſt, quod etiamſi quis dona operetur, & præcepta fa
ciat, non autē ſecundum affectionē & ſcopū, quē docuit Dñs ubi dicit, Sic luceat lux ue-
ſtra coram hominibus, ut uideant ueſtra bona opera, & glorificent patrem ueſtrum qui
in cœlis eſt: & quem Paulus apoſtolus in Chriſto loquens tradidit dicens, Siue editis, ſi-
ue bibitis, ſiue quid aliud facitis, omnia ad gloriā Dei facite: meritò audit quę Dominus
reſpondit. Vnde Apoſtolus dicere didicit: Si linguis hominum loquar & angelorum, 1.Co.13
charitatem autē non habeam, factus ſum æs reſonans, & cymbalū tinniens. Et ſi habuero
prophetiā, & nouerim myſteria omnia, & ſi habuero omnem fidem, ita ut montes tranſ-
feram,

feram, charitatem autem non habuero, nihil ſum. Et ſi diſtribuero in alendos pauperes o-
mnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum ut exurar, charitatem autem non ha-
Gal.1 beo, nihil utilitatis capio. Et alibi uniuerſalius & uehementius dicit: Si adhuc homini-
bus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. Si uerò etiam ueteris Teſtamenti teſtimonium re
Deut.6 quiris ad certitudinem talis iudicij, Moſes dicit: Diliges Dominum Deum tuum ex to-
Mat.22 to corde tuo, & ex tota mente tua, & ex totis uiribus tuis: & diliges proximum ut teip-
ſum. Quibus infert Dominus: In his duobus mandatis tota lex & prophetæ pendent. Te-
Gal.3 ſtatur & Apoſtolus dicens: Complementum igitur legis charitas. Quod autem pœna
non careant qui non perficiunt hæc mandata, & iuſtificationes ſub ipſa cadentes, ſed ſup-
plicijs ſunt obnoxij, ipſe Moſes clamat dicens: Maledictus omnis qui non permanet in
Pſal.65 omnibus quæ ſcripta ſunt in hoc libro. Dauid autem ait: Si meditatus ſum iniuſticiam in
corde meo, non exaudiat me Dominus. Et alibi: Illic timebunt timore, ubi non eſt timor,
quia Deus diſperſit oſſa cõplacentiũ hominibus. Itaq; multa diligentia & uigilante cura
opus eſt, ne præter quid ex relatis mandata operati, non ſolum tali ac tanta mercede pri-
uemur, ſed etiam in horrendas adeò minas incidamus.

Quæſtio IX.

An oporteat communitatem habere cum iniquis & facientibus prȩter legem, aut cum infructuoſis operibus tenebrarum, etiamſi non ſint tales de numero eorum qui mihi concrediti ſint?

Reſponſio.

Iniquus eſt omnis qui non totam legem ſeruauit, aut qui etiam unum mandatum
tranſgreditur. In defectu enim etiam minimi, totum periclitatur. Nam quod penè fa-
ctum eſt, non factum eſt. Quemadmodum enim qui ferè mortuus eſt, non eſt mortuus,
ſed uiuit: & qui ferè uixit, non uiuit, ſed mortuus eſt. Et qui penè ingreſſus eſt, non ingreſ-
ſus eſt, ſicut quinque uirgines. Ita qui penè legem ſeruauit, non ſeruauit, ſed eſt iniquus.
1.Cor.5 Quapropter etiam neceſſarium in delinquentibus præter legem, etiamſi legitimi eſſe ui-
deantur, obedire Apoſtolo dicenti: Si quis qui frater nominatur, aut ſcortator, aut aua-
rus, aut ebrioſus, aut conuiciator, aut raptor fuerit, cum tali neque cibum ſumatis. Obſer-
Col.3 uandum autem hic, quod non eum qui hæc omnia eſt, à communi diæta ſegregauit, ſed
etiam eum qui unum quoddam eſt ex his omnibus, propterea quod non dixit, cum hoc,
ſed cum tali. Et rurſus, Mortificate membra ueſtra quæ ſunt ſuper terram, ſcortationem,
immundiciam, libidinem, concupiſcentiam malam, & auariciam, quæ eſt cultus ſimula-
2.Theſ.3 chrorum, propter quæ uenit ira Dei (& uniuerſalius induxit) in filios inobedientiæ. Ne
igitur communitatem cum ipſis habeatis. Et rurſus, Subducite uos ab omni fratre inordi-
nate ambulante, & non ſecundum traditionem quam acceperunt à nobis. Et alibi ſimili-
ter. Quo uerò manifeſtè cognoſcamus, quid ſit non habere communitatem cum operi-
bus infructuoſis, primùm conſideremus in quibus rebus ſita ſit infructuoſi appellatio.
An in condemnatis ſolum, aut in laudatis nõ ex ſano affectu fientibus. In ueteri igitur Te
Pſal.1 ſtamento propheta in arboris comparatione de ſanctis dixit: Qui fructum ſuum dabit in
Pro.10 tempore ſuo. Solomon autem dicit: Opera iuſtorum uitam faciunt, fructus autem impio
Oſee 14 rum, peccata. Oſeas uerò dicit, Seminate uobiſipſis ad iuſticiam, uindemiate fructum
uitæ. Et Micheas: Et erit terra in diſſipationem cum habitantibus in ipſa, à fructibus ſtu-
diorum ipſorum. Et alij prophetæ alia plura. Verùm hæc quidem uelut lucerna luceant,
lux autem uera ille ſol iuſticiæ, ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus clarius declarat dicẽs:
Non poteſt arbor bona fructus malos facere, neque arbor putrida fructus bonos facere:
Et alibi ſimiliter. Quum igitur habeamus fructuum nomen, de his quæ inter ſe contraria
ſunt ſimiliter poſitum, deinceps conſideremus, quæ nam ſint arbores infructuoſæ, & quȩ
opera Apoſtolus dicat infructuoſa. Infructuoſæ itaque arbores declarantur nobis à Ioan
Ephe.5 ne Baptiſta, qui ad dignos factos baptiſmate in remiſſionem peccatorum, & purgatos
ab omnibus ſordibus dixit: Facite igitur fructus dignos pœnitentia: & paulo pòſt intu-
lit, Omnis arbor non faciens fructum bonum, exſcinditur & in ignẽ mittitur. Clarius au-
tem docet Dominus, à dextris ſtantib. dicens: Venite benedicti patris mei, poſſidete præ
paratum uobis regnum à iactis mundi fundamentis. Et bonos ipſorum fructus oſtendẽs
in his quȩ conſequenter infert, à ſiniſtris aũt ſtantes mittens in ignẽ æternũ, paratum dia-
bolo & angelis eius. Quibus non peccati operationem obijcit, ſed ſegniciem ac ſitum ad

profe-

proferendum fructus bonos. Eſuriui enī, inquit, & nō dediſtis mihi edere. & quæ ſequuntur. Quæ ſane ſegnicies effecit ut eſſent in ſorte peccatorū, qui angeli diaboli à Domino appellantur. Declarata igitur differentia eorum qui contrarios fructus producunt, & infructuoſorum, deinceps uideamus, quæ ſint maximè quæ Apoſtolus appellat opera infructuoſa. Ego aūt rem expendens, non inuenio inter eum qui legitime & complacen- *Tit.3*
ter Deo mandatum operatur, & eum qui malum operatur, atq; eum qui neutrum facit: niſi eos qui faciunt bonū non complacenter Deo, iuxta aliquā cauſam relatā in quæſtione, An acceptabile ſit Deo opus mandati, nō conſequenter ſecundum mandatum fiens. *Mat.6*
De quibus dicit Dominus, quod mercedē ſuam habent: quemadmodū quinq; fatuæ uirgines quibus Dn̄s teſtimoniū perhibet, quod & uirgines erant, & lampades parauerant, & quod accēderant, hoc eſt, æqualiter uelut prudentes operatæ erant, & exierant obuiā Dn̄o, & per omnia ſimiliter uelut prudentes ſtudium oſtenderant: uerùm propter ſolum defectum olei in uaſis, ſcopum nō aſſecutæ, & ab ingreſſu ad ſponſum excluſæ: & quemadmodum hi qui ex duobus exiſtentibus in piſtrino, & in eodem lecto, relinquūtur: in quibus fortaſſis cauſam obticuit Dn̄s, ut in omni re ob modicum ſaltē defectū eius quod decet, & maximè ſinceræ dilectionis, uelut Apoſtolus docuit, diſplicentiam fieri demonſtret. Quum igitur ſciamus ob quam cauſam arborū infructuoſitas contingat, uitemus ut ulla re deficiente legitimū certamen complacentiæ erga Deum decertemus. Sed in omnibus exhibeamus noſipſos uelut Dei miniſtros: atq; hoc nō ſolum, ſed ut neq; communitatem cum talibus habeamus, uelut in Chriſto loquens Paulus, ſtricte pronunciauit, dicens: Nolite cōmerciū habere cū operibus infructuoſis tenebrarum: at uerò quum inſe- *Ephe.5*
rat, imò potius etiam redarguite: breui modū non habendæ cōmunitatis docuit. Quid autem ſit non habere cōmercium ac cōmunitatē, aut etiam quibus modis hoc fiat, cōſideremus. Memor igitur eius q̄d in prouerbijs dictū eſt, Veni nobiſcū, cōmunica ſanguinē. Et *Eccu.*
apud Apoſtolum, quū participes ac ſocij gratiæ uos omnes mihi ſitis. Et, ſocij fuiſtis mihi *Rom.1*
in tribulatione. Et, cōmunicet aūt is qui inſtruit̄ uerbo, ei qui ipſum inſtruit in omnibus. Et, Si uidebas furē, currebas cū ipſo, & cū adulteris portionē tuā ponebas. Et, Reprehen- *Pſal.49*
dendo redargues fratrem tuū, & nō aſſumes ꝓpter ipſum peccatū. Et, hæc feciſti & tacui, *Hier.18*
præſumpſiſti inique, quia ero tibi ſimilis, redarguā te & producam ante faciem tuam: & talium: cōmunitatem ac ſocietatem ſecundū opus eſſe arbitror, quum mutuò inter ſe in eodem ſcopo opem tulerint ad operationem: ſecundū mentem uerò quū cōſenſerit quis affectioni facientis, & complacentiam habuerit. Alia uerò ſocietas multos latens in diuinæ ſcripturæ ſinceritate apparet, quum neq; cooperatus, neq; affectioni aſſenſus, gnarus aūt maliciæ mentis ex qua facit, conticuerit & non redarguerit, tum iuxta ea quæ ſuperius ſcripta ſunt, tum iuxta illud ab Apoſtolo Corinthijs dictum: Nō luxiſtis ut tolleret̄ de *1.Cor.5*
medio ueſtrū, qui hoc facinus perpetrauit: & intulit, Modicū fermentū totā maſſam corrumpit. Timeamus igitur & ſuſcipiamus ipſum dicentem: Expurgate uetus fermētum, ut ſitis recens ſubacta maſſa. At uerò qui cooperat̄ alicui bonum bona mente, ignorans aūt affectionis & ſcopi ipſius maliciam, nō in eo quod cooperat̄, ſocietatis crimen habebit, ſed in eo quod ſeparatus eſt ab alieno affectu. Qui aūt conſeruat ſeipſum in regula dilectionis erga Deū, propriā mercedē accipit iuxta propriū laborē: uelut ille in lecto, & illa in piſtrino, manifeſtati ſunt nobis ab ipſo Dn̄o noſtro Ieſu Chriſto. Cæterū differentia in eos qui nobis concrediti ſunt, aut nō, in diligentiæ ac curæ debito ſita eſt, non in ſocietate peccatorū. Diligentia enī ipſa præcipue ſolis his qui mihi concrediti ſunt, à me debet̄: ſocietas autem ad malum, & opera infructuoſa, cum omnibus ſimul interdicta eſt.

Quæſtio X.

An ſemper ſit periculoſum ſcandalum exhibere?

Reſponſio.

Primùm equidem neceſſariū eſſe arbitror, noſſe quid eſt ſcandalum. Deinde differentiam eorū qui ſcandalū exhibent, & eorum per quæ ſcandalum exhibetur: atq; ſic cognoſcere tum ubi eſt periculum, tum ubi non eſt. Scandalum igit̄ eſt, uelut ego arbitror, ex his quę ſcripta ſunt inductus, omne q; aut ad defectionem quandā ueritatis ſecundū pietatē ducit, aut prouocationem erroris inducit, aut ędificat ad impietatem, aut in ſumma, omne quod prohibet mandato Dei obedire uſq; ad mortem ipſam. Siquidem igitur ipſum

iuxta

iuxta propriam rationem bonũ fuerit quod dicit̃,aut fit:morbus aũt utentis opere aut ſer
mone,in ipſo uſu induxerit ipſi detrimentum,purus eſt ab omni cõdemnatione ſcandalũ
Mat.15 perpeſſorum is qui bonũ ad fidei ædificationem dixit & fecit. Velut Dominus dixit, Nõ
quod ingreditur in os inquinat hominem,ſed quod egreditur ex ore,hoc inquinat homi-
Ioan.6 nem,& ad ſcandalum perpeſſos induxit: Omnis plantatio quam nõ plantauit pater me-
us cœleſtis,eradicabit̃.Quum aũt dixiſſet,Qui manducat meam carnẽ, & bibit meũ ſan-
guinem,habet uitam ęternã:& paulo pòſt,Nemo poteſt uenire ad me,niſi fuerit ipſi datũ
ex patre meo:& tunc quidam his uerbis ad perniciem uſi eſſent,uelut ſcriptũ eſt, & multi
diſcipulorum audito hoc ſermone abierunt retrorſum,& non amplius cum ipſo ambula-
bant. Dixit ergo Ieſus ad duodecim,num & uos uultis abire? Reſpondit ergo Simon Pe
trus,Domine ad quem abibimus? uerba uitæ æternæ habes, & nos credimus,& cogno-
uimus quod tu es Chriſtus filius Dei uiui:his ſanè qui ſanam fidem habebant,ad ædifica-
tionem fidei uſi ſunt:hi uerò qui infirmã cognitionem aut fidem habuerunt,propter pro-
priam maliciã,ad interitus occaſionẽ eadem uſurpauerunt, iuxta hoc quod ſcriptum eſt
Luc.2 de Domino,Hic poſitus eſt in ruinam & reſurrectionẽ multorũ,non iuxta ſuam ipſorum
contrarietatẽ ad ipſum,ſed iuxta oppoſitã utentium ſententiã,quemadmodũ etiam Apo
2.Cor.2 ſtolus inquit:Quibuſdã odor uitæ in uitã,quibuſdam uerò odor mortis in mortem.Si ue
rò ex propria natura malũ fuerit id quod fit aut dicitur:is qui fecit ipſum aut dixit, & pro-
prij peccati,& ſcandali condemnationem habet,etiamſi is propter quem fit ſcandalũ,nõ
perpeſſus fuerit ſcandalũ,uelut de Petro diſcimus,ad quem dicit Dñs,prohibitus imple-
re miniſteriũ ac diſpenſationem obediẽtiæ uſq; ad mortẽ,Abi retrorſum à me ſatana,ſcan
dalum mihi es:& inducta cauſa paucas in ſumma proprietates ſcandali docuit: quia non
ſapis ea quæ ſunt Dei,ſed quæ ſunt hominum:ut hinc nobis cognoſcere detur,ꝙ omnis
ſententia contrariè ſe habens ad ſententiam Dei,ſcandalum eſt,& ad opus progreſſa ho-
Cap.4 micidæ cõdemnationem habet,iuxta id quod ſcriptum eſt ab Oſea propheta:Occultaue
runt ſacerdotes uiam,occiderunt Sicima,quia iniquitatem fecerunt in populo. At uerò
ſi id quod dicitur aut fit,iuxta propriam rationem fuerit ex conceſſis,accipiatur autem in
detrimentum,& fiat debilibus in fide aut cognitione ſcandali occaſio,is qui fecit,ſcanda-
li iudicium non effugit:quum Apoſtolus de talibus & debilibus non parcentibus dicat:
1.Cor.8 Sic autem peccantes in fratres,& uerberãtes ipſorum conſcientiã infirmam,in Chriſtum
peccatis.Quare cũ id quod fit,propria ratione malum fuerit,& cauſa fiat ſcandali,aut eti-
am quid ex cõceſſis & in noſtra poteſtate ſitis,ei qui debilis eſt fide aut cognitione,ſcan-
dalũ fiat,manifeſtũ & ineuitabile habet horrendũ illud iudiciũ à Dño dictũ, nẽpe:Expe-
dit ipſi magis ut ſuſpendat̃ mola aſinaria in collum eius,& demergat̃ in mare,ꝙ ut unũ ex
puſillis his per ſcandalum offendat.Diffuſius porrò in primis quęſtionibus expoſuimus,
ubi etiam modi eorũ qui ſcandalũ perpetiunt̃,expoſiti ſunt. Quapropter apoſtolus etiã
Rom.14 de conceſſis dicit:Bonum eſt nõ edere carnes, neq; bibere uinum,neq; quicꝗ per quod
1.Tim.4 frater tuus offenditur,aut ſcandalizatur,aut infirmatur. Et rurſus alibi, Omnis creatura
Dei bona eſt,& nihil reijciendũ quod cũ gratiarum actione ſumitur:attamen,inquit,non
edam carnes in æternum,ut ne fratri meo ſcandalũ exhibeam.Si uerò in conceſſis talis eſt
condemnatio,quid ſanè quis dixerit de interdictis? Quapropter uniuerſalius nos erudit
dicens:Sine offenſione eſtote & Iudæis & Græcis & eccleſiæ Dei, ſicut & ego per om-
nia omnibus placeo,non quærens quod mihi utile eſt,ſed quod multis,ut ſalui fiant.

Quæſtio XI.

An oporteat aut periculo uacet recuſare quid imperatum à Deo,aut prohibe-
re eum cui imperatum eſt facere,aut probibẽtes tolerare:maximè ſi legitimus
ſit qui prohibeat,aut ratio honeſta ſpecie prædita præcepto reſiſtat.

Reſponſio.

Mat.11 Quũ Dñs dicat,diſcite à me quod mitis ſum & humilis corde, manifeſtũ eſt quod eti-
am omnia ſecurius erudimur,ipſius Domini noſtri Ieſu Chriſti unigeniti filij Dei uiui me
Mat.3 mores exiſtentes,qui quum Ioãnes Baptiſta ad ipſum dixiſſet,Ego opus habeo à te bap-
tizari,& tu uenis ad me,reſpondit:Sine modò,ſic eñ decens eſt nos implere omnem iu-
ſticiam.Corã apoſtolis aũt,quum deprecatus eſſet Petrus,ut ne tentationes ac tormenta
ab ipſo Dño in Hieruſalem futura prædicta, ipſi inducerentur,cum maiori indignatione
dixit:

dixit: Abi retrorſum à me ſatana, ſcandalum es mihi, quia non ſapis ea quæ Dei ſunt, ſed quæ hominum. Et rurſus, quando ipſe Petrus recuſaſſet miniſterium, ob affectum honoris erga Dominum, dixit: Niſi lauero te, non habes partem mecum. Si uerò oportet amplius auxilium per eiuſdem generis exempla animæ afferre, memores ſumus Apoſtoli dicẽtis: Quid facitis plorantes & frangentes cor meum, ego enim non ſolum ligari, ſed etiam mori in Hieruſalem paratus ſum pro nomine Domini Ieſu. Quis autẽ fuerit celebrior Ioanne, aut magis legitimus Petro? aut quorum rationes magis piæ his quas illi obtenderunt, uideri poſſint? Ego uerò noui quòd neque Moſes ſanctus, neque Ionas propheta, rationibus ad reprobandam obediẽtiam uſi, inculpabiles permanſerunt apud Deum. Per quæ erudimur neq; contradicere, neq; prohibere, neque prohibentes tolerare. Si uerò ex his & talibus ſemel docuit nos ſcriptura non tolerare, quanto magis in reliquis neceſſarium eſt ſanctos imitari? qui nunc quidem dixerunt, Obedire oportet Deo magis quàm hominibus: nunc uerò, An iuſtum ſit uos audire potius quàm Deum, iudicate. Nõ poſſumus enim, quæ uidimus & audiuimus, non loqui.

Ioan.13 Act.21 Act.4

Quæſtio XII.

An omnis omniũ debitor ſit diligentiæ ac curæ in omnibus: aut ſolum eorũ qui ſibi cõcrediti ſunt, atq; horũ iuxta impertitũ ipſi à Deo per ſpũm ſanctũ donum.

Reſponſio.

Quum Dñs noſter Ieſus Chriſtus unigenitus filius Dei, per quem omnia facta ſunt, uiſibilia & inuiſibilia confiteatur, Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael: & diſcipulis ſuis dicat, Quemadmodum miſit me pater, etiam ego miſi uos: & præcipiat, In uiam gentium ne abite, & in ciuitatem Samaritanorum ne ingredimini: & poſt completam in ipſum prophetiam Dauidis, qui uelut ex perſona Dei & patris dixit, Filius meus es tu, ego hodie genui te, pete à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & promiſſionem tuam terminos terræ: diſcipulis ſuis mandet, Euntes docete omnes gentes: Quõ non multo magis unuſquiſq; noſtrum diligentius ſeruare debet Apoſtoli præceptũ, ſcribentis, ut ne plus ſapiamus, q̃ ſapere oportet, ſed ſapiamus ad ſobrietatẽ, prout unicuiq; Deus fidei menſuram partitus eſt? & ut maneamus in eo quod præceptum eſt, uelut rurſus ait, unuſquiſque in quo uocatus eſt fratres, in hoc maneat? Sed & idem Apoſtolus id quod alijs præcepit diligentius ſeruans dicit, Dextras dederunt mihi & Barnabæ ſocietatis, ut nos quidem ad gentes, ipſi uerò ad circumciſionem. Si uerò aliquando contingat neceſſitas, dilectione erga Deum, aut erga proximũ, uocante nos ad ſupplementum deficientis, is qui obediuit, mercedẽ habet uoluntariæ obedientiæ. Vocat autẽ aliquando dilectio erga Deũ & Chriſtũ ipſius ad explendũ mandatũ, uelut Dominus dixit: Mandatũ nouum do uobis, ut diligatis uos mutuo, quemadmodum ego dilexi uos: maiorem hac charitatem nemo habet, ut quis animã ſuam ponat pro amicis ſuis. Erga proximum uerò, quando is cui præfectura tradita eſt, auxilio opus habuerit, aut agmen eorum quorũ cura geritur, opus habet aliquo defectum ſupplente, ſic enim apoſtolus dixit, Nemo quod ſuum eſt, quærat, ſed unuſquiſq; quod alterius. Charitas enim erga Chriſtum non quærit quæ ſua ſunt. Et alibi: ædificate alterutrum ſicut & facitis. Quare qui non compleuit opere & ſermone prædicationem ad quam miſſus eſt, reus eſt ſanguinis eorum qui non audiuerunt, & non habet poteſtatem dicendi eadem quę Paulus apoſtolus ad ſeniores Epheſiorum teſtatur, nempe: Purus ſum ab hoc tempore à ſanguine omnium ueſtrum: non eñ ſubtraxi me ab annunciando uobis omne conſilium Dei. Si uerò amplius quid q̃ impoſitũ eſt, facere potuerit ad ædificationem fidei in dilectione Chriſti, mercedẽ habet quam oſtendit nobis Apoſtolus dicens: Si enim uolens hoc facio, mercedem habeo. Si uerò inuitus, diſpenſatio ac miniſterium mihi concreditum eſt.

Mat.10 Pſal.2 Mat.28 Rom.12 Gal.2 Ioan.13 1.Cor.10 1.Theſ.5 Act.20 1.Cor.9

Quæſtio XIII.

An oporteat omnem tentationem ſuſtinere, etiamſi mortis minas habeat, pro conſeruanda erga Deum obedientia, & maximè in cura eorum qui nobis concrediti ſunt.

Reſponſio.

Si Dominus noſter Ieſus Chriſtus unigenitus filius Dei uiuẽtis, per quem omnia uiſibilia ac inuiſibilia facta ſunt, qui uitam habet, quemadmodũ habet qui dedit ipſi pater, qui poteſta-

poteſtatem omnem à patre accepit: quum aduenirent hi qui prehenſuri erant ipſum ad
mortem, pro noſtra iuſticia ac uita æterna, cum tanta alacritate obuiam iuit dicens: Ecce
Mat.26 traditur filius hominis in manus peccatorum, ſurgite eamus hinc: ecce qui tradit me ap-
Ioan.18 propinquauit. Et uelut in euangelio ſecundum Ioannem ſcriptum eſt: Ieſus igitur ſciens
omnia quæ uentura erant ſuper ipſum, progreſſus dixit ipſis, quem quæritis? reſponde-
runt ipſi, Ieſum Nazarenum. Dicit ipſis Ieſus, Ego ſum. Et Paulò poſt, Dixi uobis quòd
ego ſum: ſi igitur me quæritis, ſinite hos abire. Quanto magis nos ea quæ ſecundum na-
turam ſunt, uolentes ſuſtinere debemus? Quo propter obedientiam erga Deum, tentio-
nes ab hoſtibus inductas uincentes, glorificemus Deum, quod moleſtias ac afflictiones
Act.21 quæ nobis ab hoſtibus induci uidentur, uſqꝫ ad mortem gaudentes ſuſcipimus, ſenten-
Act.4 tiam eius perficientes qui dixit: Nobis datum eſt pro Chriſto, non ſolum in ipſum crede-
re, ſed etiam pro ipſo pati. Prædicat autem apoſtolorũ certamina Actorum liber, narrās
quòd contumelias & mortes cum gaudio ſuſceperunt, ut complerent prædicationem
Rom.8 ſecundum mandatum Domini. Erudit & Apoſtolus nos dicens, Quis ſeparabit nos à di-
lectione Dei, tribulatio, aut anguſtia, aut perſecutio, aut fames, aut nuditas, aut periculũ,
aut gladius? quemadmodum ſcriptum eſt, Propter te mortificamur tota die, reputati ſu-
Psal.43 mus uelut oues ad cædem deſtinatæ, ſed in his omnibus ſuperamus per eum qui dilexit
nos: perſuaſus enim ſum, quod neque mors, neque uita, neque angeli, neqꝫ principatus,
neque poteſtates, neqꝫ uirtutes, neqꝫ præſentia, neqꝫ futura, neqꝫ altitudo, neque profun-
ditas, neqꝫ ulla creatura alia poterit nos ſeparare à dilectione Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu:
quæ dilectio in Chriſto coacte & indeſinenter habet obſeruationem mandatorum, quē-
Ioan.14 admodum ipſe Dominus dixit: Qui diligit me, mandata mea ſeruabit. Qui uerò ſermo-
nes meos non ſeruat, hic non diligit me, & uos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præ-
cipio uobis. Nouum autem & proprium ipſius mandatum eſt, ut nos mutuò diligamus.
2.Cor.12 Quod ipſum explens Apoſtolus dicit: Ita deſiderantes uos cupide, uolebamus trade-
re uobis non ſolum euangelium Chriſti, ſed etiam animas noſtras, quoniam chari no-
bis facti eſtis. Itaque reſpicientes ad Chriſtum, per glorioſam imitationem intēdamus ac
augeamus promptitudinem atqꝫ alacritatem. Conſiderantes autem ſanctos ipſos, quan-
tum eius fieri poterit, erudiamur: ut per hos alacriores facti, toto mandato Domini
immaculato & irreprehenſibili ſeruato, ad uitam æternam ingrediamur, &
regnum cœlorum poſſideamus, quemadmodum promiſit
uerax Dominus, & Deus noſter Ieſus Chriſtus,
unigenitus Dei uiui filius.

Finis librorum duorum de Baptiſmate, D. Baſilij Magni: Iano Cornario medico phyſico interprete.

DIVI BASILII MAGNI CAESAREAE CAPPADOCIAE ARCHIEPI=SCOPI, OPERVM TOMVS TERTIVS, CVIVS

contenta uerſa pagina reperies: Iano Cornario medico phyſico interprete.

IN TERTIO TOMO HAEC HABENTVR:

Exercitamenta pietatis per aliquot ſermones, numero VII.
Præfatio de iudicio Dei.
De fidei confeſsione, ſermo.
Moralium ſummæ, numero LXXX. ſingulæ certis capitibus diſtinctæ.
Quæſtiones diffuſe explicatæ, numero LV.
Quæſtiones compendio explicatæ, numero CCCXIII.
Conſtitutiones exercitatoriæ, ad eos qui communem in cœnobio uitam, itemq́ ſolitariam degunt.
Pœnæ in delinquentes exercitatores ſtatutæ.

SANCTI PATRIS NOSTRI BASILII MAGNI, CAESAREAE CAPPADOCIAE ARCHIEPISCOPI, EXERCITAMENTORVM pietatis ſermo primus, Iano Cornario medico phyſico interprete.

MAGNA quidem ſunt regis ad ſubditos edicta, maiora uerò
& magis regalia ſunt ad milites mandata. Itaque tanquam mi-
litaria mandata nobis denuncientur, animaduertat qui ſuper-
næ & magnæ dignitatis cupidus eſt, quiq; Chriſti adſtes ſem-
per eſſe expetit, dum magnam illam uocem audit: Si quis mi-
hi miniſtrat, me ſequatur. Et, Vbi ego ſum, illic & miniſter Ioan.12.
meus ſit. Vbi eſt Chriſtus rex? In cœlo uidelicet. Eò te curſum
facere miles conuenit, obliuiſcere omnis in terra quietis. Nul-
lus miles domum conſtruit, neque agrorum poſſeſſiones aſſu-
mit, neque mercimonijs uarijs ad acquirendas pecunias implicatur. Nemo militans uitę
negocijs ſe immiſcet, ut Imperatori exercitus complaceat. Miles alimentum habet re- 2.Tim.2.
gium, non opus habet ut ſibi uictum paret, & circa hoc occupatus ſit. Domus ipſi aper-
ta eſt ubique apud ſubditos, ex regis præcepto: non opus habet cura expoliendæ do-
mus: in plateis eſt tentorium, alimentum ad neceſſitatem, & potus aqua, & tanta dor-
miendi facultas, quantam natura dedit. Profectiones autem & uigiliæ multæ, toleran-
tiæ ad æſtus & ad frigora, certamina contra hoſtes, pericula uſq; ad extremum, mors, ſi
ita contigerit, ſæpe. Verùm mors glorioſa, honoreſq; ac munera regia, laborioſa in bel-
lo uita, ſplendida in pace: præmium rerum rectè geſtarum, & corona ſi in egregijs factis
perpetrandis honeſtè uitam tranſegit, ut magiſtratus ipſi conferatur, ut amicus regis ap
pelletur, ut propinquus regi adſtet, ut per dexteram ipſius excipiatur, ut ex manu regis
honoratus ſit, & apud ſubditos rerum adminiſtrationi præficiatur, & legationis mune-
re apud regem pro externis amicis, prout libuerit, fungatur. Age uerò tu Chriſti miles,
paucis ex humanis negocijs exemplis acceptis, de æternis bonis cogita. Extorris & do-
mo carens ac inops uita tibi proponatur, remiſſus ſis & ab omnibus curis mundanis ſo-
lutus, ne te uinciat uxoris concupiſcentia, non cura liberorum. Impoſſibile enim hoc eſt
in militia diuina. Nam arma noſtræ militiæ non ſunt carnalia, ſed potētia Deo. Non uin Ephe.6.
cit te corporis natura, neq; ſtrāgulat te inuitum, non captiuum pro libero facit. Ne quæ-
ras in terra relinquere liberos, ſed ſurſum ducere ad cœlum. Ne quæras corporalibus nu
ptijs adhærere, ſed ſpirituales appetere, & animabus imperare, ac ſpiritualiter filios ge-
nerare. Sponſum cœleſtem imitare, hoſtium inuiſibiliū inſolentiam euerte, contra prin-
cipatus & poteſtates bellum gere, ipſoſq; expelle: primùm quidem ex anima tua, ut nul
lam ſortem in te habeant. Deinde ab his qui ad te confugiunt, & te ducem ac propugna
torem deſignant eorum qui per ſermones tuos conſeruantur. Subuerte ratiocinationes
inſurgētes aduerſus fidem Chriſti, bellum gere per ſermonem pietatis, aduerſum impiā 2.Cor.10.
ac prauam cogitationem: Conſilia enim, inquit, deſtruentes, & omnem altitudinem ex-
tollentem ſe aduerſus cognitionem Dei: & maximè quidem confide manui magni re-
gis perterrefacienti, & in fugam uertenti aduerſarios, ubi ſolummodo apparuerit. Quū
uerò etiam per pericula clarus fieri uolueris, & exercitum tuum cum hoſtili committe-
re, hic tu ad te omnem laborem inſuperabiliter inſtructus ſis, & ad periculum animo im
mutabili, & ex terra ad terram, & mari ad mare alacriter tranſmigra. Quum enim perſe- Matt.10.
cuti uos fuerint, inquit, fugite à ciuitate in ciuitatem. Et ubi ad iudicium contigerit uo-
cari, & ad magiſtratus aſtare, & populorum inſolentiam ac aduerſitates ſufferre, & car-
nificis horrendum aſpectum intueri, & duram uocem audire, & inſtrumentorum ſup-
pliciorum grauem aſpectum tolerare, & tormentis tentari, & uſque ad mortem decer-
tare, ne rebelles aduerſus hæc omnia, præ oculis habens eum qui pro te in his eſt Chri-

ſtūm,gnarus quòd propter Chriſtum in his te eſſe oportet,& uinces in his ipſis. Victorē enim ſequeris regem uolentem te uictoriæ ipſius ſocium eſſe.Neq; enim mortuus ſuperatus es, ſed tunc ſanè etiam perfectiſſimè uiciſti, dum uſq; ad finem immutabilē tibijpſi ueritatem conſeruaſti, & loquendi pro ueritate fiduciam incommotam retinuiſti. Et à morte quidem ad æternā proficiſceris uitam,ab ignominia uerò apud homines, ad gloriam apud Deum, & à tribulationibus ac ſupplicijs in mūdo, ad æternam requiem cum angelis.Terra te ciuem non ſuſcepit,uerùm cœlum ſuſcipiet. Mundus te perſecutus eſt: ſed geſtabunt te angeli, ut ſiſtant te coram Chriſto, & amicus uocaberis, & deſiderabi-

Matth.25. liſſimam laudem audies:Euge ſerue bone & fidelis,miles generoſe,& Domini imitator, ac regis ſectator,ego te meis donis remunerabor,ego tuos audiam ſermones, quia tu etiam audiuiſti meos:petes fratrum qui opprimuntur ſalutem,& diſcipulorum ſanctæ dilectionis:accipies à rege bonorum participationem:tripudiabis tripudia æterna, & inter angelos coronam geſtabis, imperans creaturis ſub rege, & cum beatitudinis choro perpetuo beatè degens. Si uerò etiam in mundo adhuc te relinquere poſt certamina uolet,quo & plura & magis uaria certamina decertes,& multos tum ex uiſibilibus,tum ex inuiſibilibus bellis ſerues, magna tua etiam in terra eſt gloria, & apud amicos in precio eris, qui te tutorem & auxiliarium & legatum ac bonum Imperatoris uicarium comper[e]runt.Hi te ut bonum militem nutrient,hi ut bonum in prælio uictorē colent: hi excipient,& cum gaudio ſuſcipient,uelut angelum Dei ſuſcipiētes,quemadmodū Paulus ait,

Rom.15. uelut Chriſtum Ieſum.Hæc & talia diuinæ militiæ ſunt exempla. At uerò hic ſermo non ad ſolos uiros à me habetur.Militat enim & muliebre genus apud Chriſtū, propter animæ fortitudinem ad militiam delectum, & non propter corporis debilitatē reprobatū: & multæ fœminæ rem non minus fortiter q̃ uiri geſſerunt.Sunt etiam quę maius nomē aſſequutæ ſunt.Ex his ſunt quæ uirginitatis chorum explent:ex his ſunt quæ certaminibus cōfeſſionis,& peccati uictorijs clarent. Sequuti autem ſunt ipſum etiam Dominum præſentem,nō ſolùm uiri,ſed etiam mulieres,& per utroſq; miniſterium Saluatoris perfectum eſt.Quum autem talia & tam illuſtria pręmia militiæ Chriſti deſtinata ac repoſita ſint,concupiſcant ea & patres filiorum,& matres filiarum:producant ſuam ſobolem ob æternas ſpes gaudentes, quarum etiam filij unà cum ipſis participes erunt, qui tutores apud Chriſtum habere,& bonos legatos ac interceſſores concupiſcūt. Et ne puſillanimes circa liberos ſimus, neq; perterreamur, ſi laboribus diuexentur ac opprimantur, ſed lætemur,quia glorificabuntur. Adducamus ad Dominum eos qui dati ſunt ab ipſo, quo etiam gloriæ filiorum ſocij fiamus,ſimul adducentes ac ſiſtentes etiā nos ipſos.Por-

Pſal.113. rò his qui tali promptitudine præditi ſunt,& ſic decertant,rectè quis illud ex Pſalmogra-

Deut.26. pho dixerit:Benedicti uos à Domino,qui fecit cœlum & terrā.Et iuxta Moſen pro ipſis orabit.Benedic Domine opera ipſorum,confringe ſupercilíū inſurgentium cōtra ipſos. Viriliter agite,uelut generoſi, currite ſtrenuè curſum ad conſequendas coronas perpetuas,in Chriſto Ieſu Domino noſtro,cui gloria in ſecula,Amen.

Eiuſdem ſermo exercitatorius,& exhortatio de renunciatione uitæ,& perfectione ſpiritali. II.

Matt.11. VEnite ad me omnes qui fatigati eſtis ac onerati,& ego reficiam uos,inquit, uox ipſa diuina, ſiue refectionem ac quietē quæ illic eſt, ſiue eam quæ hic innuens:ueruntamen inuitat nos, partim ut multarum poſſeſſionum onus per depoſitionem in egenos abijciamus exhortans:partim ut abiecta peccatorum multitudine ex illo nobis accedente, per beneficētiam & illarum publicationē, ad crucigerā monachorū uitam accurramus. Qui itaq; Domino obedire decreuit,& ad pauperē ac indiſtractā uitam feſtinat,admirādus reuera eſt & beatus. Verùm adhortor,ut ne citra examinationē hoc faciat,neq; præſcribat ſibijpſi uitæ tolerantiam,& ſalutē impoſſibilē,ſed præexerceat potius ſeipſum ad profectū tolerantię tribulationū corporaliū ac ſpiritualiū, ut ne inopinatis ſeipſum immittēs certaminib. deinde impotēs exiſtēs ad reſiſtendū ingruētibus experimētis, inueniatur recurrēs ad ea à quibus egreſſus eſt cum pudore ac riſu, cum animæ condemnatione rediens ad uitam, & multis ſcandalum fiens, & uitæ ac conuerſationis in Chriſto impoſſibilitatem apud omnes ſuſpectam faciens. Cuius periculum noſtis omnes qui Euangelia legitis, in quibus

ipſa diuina uox dicit: Expedit ipſi magis ut ſuſpēdatur mola aſinaria in collū eius, & de-
mergatur in mare, quàm ut unum ex puſillis his per ſcandalum offendat. Non enim ſolū
deſertoris cōdemnationi obnoxius erit, ſed etiam interitus eorū qui ab ipſo euerſi ſunt,
etiā ratiocinationibus mentem fallentibus ſeipſum perſuadere uideatur, quod per bona
opera in uita, ſe numē placaturū eſſe cōfidat, quod ipſi impoſſibile eſt. Qui enim in uita
ad peccata nō procliui propter remotas diſtractiones, luctas aduerſarij ſufferre non po-
tuit, quomodo in uita multis peccatis referta ac ipſi ſubdita, aliquid uirtuoſi propetrare
poterit? Vt uerò etiā concedat quis, propriā uitam ſuam aliquem rectè diſponere, crimē
certè derelicti Chriſti nō effugiet, quemadmodū etiam diſcipuli in Euangelio indicati,
de quibus diuinus Euangeliſta dicit: Multi diſcipulorum abierunt retrorſum, & nō am- Ioan.6.
plius ambulabant cum Ieſu, dicentes: Durus eſt ſermo ipſius, quis poteſt ipſum audire?
Quapropter etiā benignus Deus ſalutis noſtræ curā gerens, res humanas in duas uitas
diuiſit, cōiugium dico ac uirginitatē: ut qui uirginitatis certamen ſubire non poteſt, ad
uxoris cohabitationē deueniat, illius gnarus, quòd exigetur ab ipſo ratio temperantiæ
ac ſanctificationis & ſimilitudinis ad ſanctos, qui in cōiugijs ac liberorū educationibus
uitam egerunt. Qualis erat in ueteri Teſtamento Abraham, qui prælato Deo unicum fi- Gen.22.
lium citra condolentiā ſacrificās gloriabatur, & tabernaculi ſui fores expaſſas habebat,
ad ſuſcipēdos peregrinos paratus. Nō enim audiuit, Vende poſſeſſiones tuas, & da pau
peribus. Et maiora his oſtendit Iob & plurimi alij: Dauid item & Samuel. In nouo autem Luc.18.
Teſtamento qualis erat Petrus & reliqui Apoſtoli. Exigentur enim ab omnibus fructus Iob 1.
dilectionis erga Deū ac proximū, & præuaricationis horum mandatorū, & omniū pœ-
nas dabit. Sicut etiam Dominus in Euāgelijs declarat, dicēs Qui diligit patrem aut ma- Matt.10.
trē ſuper me, nō eſt me dignus. Et, Qui nō odit patrem ſuū ac matrem ſuā, & uxorē, & li-
beros, inſuper autem & ſuam ipſius animā, non poteſt eſſe meus diſcipulus Igitur uiden
tur tibi etiā his qui uxores habent Euangelia poſita eſſe? Ecce declaratum eſt tibi, quòd
ab omnibus hominibus exigetur obedientia ad Euangelium, tum monachis, tum coniu
gatis. Sufficiet enim ei qui ad nuptias uenit, intemperantiæ uenia, itemq́ concupiſcētiæ
ac conſuetudinis ad fœminā. Reliqua uerò præcepta omnibus æqualiter ſancita, non ci-
tra periculum ſunt tranſgredientibus. Nam Chriſtus patris præcepta annūcians, ad eos
qui in mundo erant loquebatur. Si uerò contigit alicubi etiam ſeorſim interrogatum
ipſum ſuis diſcipulis reſpondere, conteſtatus eſt, dicens: Quę uerò uobis dico, omnibus
dico. Ne itaq́ ſupinam animā habeas, ô tu qui uxoris ſocietatem elegiſti, tanquā poteſta
tem habens mundi amplectendi. Multis enim laboribus & cuſtodia opus habes ad ſalu
tem aſſequendam, ut qui in medio laqueorū & imperij poteſtatū rebellium, habitare ele
giſti: & irritamenta peccatorum ob oculos habes, & ad ipſorum cupiditatē die noctuq́
per omnes ſenſus tuos impugnaris. Scias itaq́ quòd nō effugies luctam aduerſus deſe-
ctorem, neq́ uictoriam de hoc aſſequeris, citra multos labores in Euangelicis dogmati-
bus conſeruandis. Quomodo enim negare poteris pugnam aduerſus hoſtē, in ipſa foſ- 1.Pet.5.
ſa pugnæ degens? quæ eſt tota ſub cœlo terra, in qua degere ac obambulare hunc, uelut Cap.3.
rabioſum canem, quærentem quem deuoret, ex Scriptura Iob docemur. Si itaque de-
trectas contra aduerſarium pugnam, tranſi ad alterum mundum, in quo ipſe non eſt, &
continget tibi pugnæ aduerſus ipſum negatio, & Euangelicorum dogmatū ocium pe-
riculo carens. Si uerò hoc impoſſibile eſt, feſtina ad diſcendum certamen contra ipſum,
ex Scripturæ luctis artem addiſcens, ut ne ex ignorantia uictus ab ipſo, æterno igni tra-
daris. Atq́ hæc quidē in tranſcurſu ad coniugatos, citra periculum mandatorum obſer-
uationem negligentes dicta ſint. Tu uerò qui cœleſtium conuerſationum es amator, &
angelicæ uitæ negociator, & ſanctorum Chriſti diſcipulorum cōmilito fieri cupis, con-
firma teipſum ad tribulationes tolerandas, & uiriliter monachorum cœtum ac ſenatum
adi, & in principio renunciationis tuæ uiriliter te gere, ut ne ab affectione cognatorum
ſecundum carnem diſtraharis, ſed in permutatione mortalium ad immortalia fortis ſis.
Quando uerò earum quæ tibi adſunt rerum depoſitionem feceris, eris inflexibilis, per-
fectionē pręmittendi ipſas in cœlis aſſequutus, in ſinus quidē pauperum abdens ipſas,
uerùm apud Deū reperiens cum multo additamento. Quum autē ab amicis ac familia-
tibus diuelleris, ne ſis anxius, quum Chriſto coniungaris qui pro te crucifixus eſt, quò

quid à nobis magis amicum reputari poſſit? Quando autem per auxilium Dei primam
hanc luctam contra hoſtem tuum uictor euaſeris, ne proijcias teipſum uelut uas quod-
dam ignominioſum: iam enim per renunciationē rerum terreſtrium honoraſti teipſum
apud Chriſtum: ſed cũ multa cura cogita quomodo inuenias uirum præuium uitæ tuæ,
non uagum, probè ſcientem deducere euntes ad Deum, plenum uirtutibus, ex proprijs
operibus teſtimonium habentem dilectionis ad Deum, cognitionē habentem diuinarũ
Scripturarum, indiſtractum, pecunias nõ amantem, à negocijs alienum, quietum, pium,
amantem pauperes, non iracundum, malorum immemorem, præſentem ad ædificandũ
eos qui ipſum adeunt, uanæ gloriæ negligentem, non ſuperbum, adulatoribus non de-
ditum, immutabilem, nihil præferentem Deo. Etſi inueneris talem, trade teipſum ipſi, o-
mni uoluntate tua conſputa & extra proiecta, quo reperiaris uelut purum uas, quæ in te
miſſa ſunt bona conſeruans ad laudem ac gloriam tuam. Si enim dereliqueris quid in te-
ipſo ex his qui antea in te fuerunt affectibus, tranſmutatis in uappam bonis in te immiſ-
ſis, foras eijcieris, uelut uas quoddam ignominioſum. Hæc ſecunda lucta eſt contra ad-
uerſarium ſalutis noſtræ. Bonorum enim doctorũ bonæ ſunt doctrinæ, & omnino ma-
lorum malæ. Quum enim non potuerit malus ille noſter aduerſarius nos perſuadere, ut
in mundi confuſione ac pernicie permaneremus, feſtinat perſuadere ut ne exactæ uitæ
noſipſos tradamus aut uiro omnia peccata noſtra ob oculos ponenti ac corrigenti. Sed
alicui ambitioſo, & proprias affectiones per prætextum demiſſionis ad cõuictores con
firmanti, quo ſic incõcinnè rurſus innumeris affectibus nobis inductis, ſub propria pec-
cati uincula nos conſtituat ac cogat: ſi uerò uirtuoſo uiro tradideris teipſum, fies hæres
ipſius bonorum, beatiſſimusq; apud Deum ac homines: at ſi in indulgentiam corporis
quæſieris doctorem demittentem ſe ad tuos affectus, aut ut rectius dicam, unà tecum
concidentem, fruſtrà ſubijſti renunciationis certamen, dum affectuoſæ uitæ teipſum tra
Matth.15. didiſti, & cæco duce uſus in foueam deduceris. Si enim cæcus cæcum deduxerit, ambo
in foueam cadent. Sufficiens eſt enim diſcipulo, ut ſecundum doctorem ſuum fiat: uox
Dei eſt, & non intercidet. Athletica lege conuerſari te oportet: ſin minus, non corona-
2.Tim 2. ri, uelut Apoſtolus dixit: Et ſi decertauerit quis, non coronatur, niſi legitimè certauerit.
Si itaque repereris per gratiam Dei, omnino enim reperies ubi quęſieris, bonorum ope
rum doctorem: ſerua apud teipſum, ut nihil præter ſententiam ipſius facias. Quicquid
enim extra ipſum fit, furtum eſt & ſacrilegium ad mortem ducens, non ad utilitatem, e-
tiamſi tibi bonum eſſe uideatur. Si enim bonum eſt, cuius gratia occultè, & non in pro-
patulo fit? Interroga cogitationem tuam per dextra deprædari te uolentem, per bonas
nimirum diſciplinas, ſiniſtras tibi actiones ſubornantem. Ne uelis aggredi incantatio-
nes ſerpentium, quum inexpertus ſis artis incantandi, ne fortè attractis ſerpentibus ab
ipſis impliceris, deinde impotens ad reſiſtēdum ipſis exiſtens, ſine miſericordia ab ipſis
conſumaris. Ne innitaris nobilitati carnis, neque honorem quæras: carnalis enim non
1.Cor.2. ſuſcipit ea quæ ſpiritus ſunt. Ne coneris aliquid ex his quæ ſunt in conſuetudine ueritа-
tis adulterare, & propria tua ſecuritate ſupplantare decertãtes, ſuper teipſum uerò onus
peccatorum accumulare. Non in ſtrato molliore, non in indumentis, aut calceamentis,
aut alio quopiam habitu, aut in eduliorum uarietate, aut menſa ultra renunciationis tuæ
tempus extēta, aut in ſtatu, aut in ſede, aut in manuum opere quietiore ſeu puriore. Hęc
enim omnia non ſolùm ſi adſunt tibi, ſed etiam ſi requiruntur, non bonum habebunt e-
uentum. Nam niſi citò diabolicas eſſe inſidias agnoueris, & ex corde tuo excideris, cla-
pſum tibi à conuerſatione in Chriſto conſtruunt. Verùm reputa tecum quòd omnium
hominũ ſis ignominioſiſſimus, & maximus peccator, peregrinusq; & error, & propter
miſericordiam aſſumptus ab his qui ante te renunciauerunt. Stude omnium eſſe poſtre-
mus, & omnium ſeruus: hæc enim tibi ferent honorem & gloriam ueram, non illa. Au-
res habe apertas ad obediendum, & manus promptas ad explenda ea quæ audiuiſti. Os
habe tacitum, & cor circumſpectum. Sis tardus ad inanem garrulitatem: prudens autem
& intelligens ad ſalutares ſacrarum Scripturarum auſcultationes. Sit tibi amarus ſapor,
mundanarum fabularum narratio. Verùm faui mellis ſanctorum uirorum narrationes.
Feſtina ad imitationem eorum qui ſe præexercuerunt in moribus, & ne expectes ut do-
cearis ſingula. Contende ut ad maiores uirtutes te extendas, & minores non negligas.
Errorem

Errorem ne contemnas, etiamſi quauis fera minor ſit, ſed feſtina magis ad correctionem per pœnitentiam, etiamſi multi in multis errent & paruis & maioribus, & ſine pœnitentia permaneant. Ne ſis alienorum errorum iudex: habent enim iudicem iuſtum qui reddet unicuique iuxta opera ſua. Tu quod tuum eſt tene, & quantum uires tuæ ſinũt onus tuum leue redde. Qui enim onus ſuum grauat, ipſe etiam portabit ipſum. Pœnitentia eſt ſalus: ſtulticia autem pœnitentię mors eſt. Occulta teipſum à uanioribus hominibus: manifeſta autem teipſum utplurimùm Deo. Omnem progreſſum deuita, quantum in te eſt fugiens cordis diffuſiones. Egreſſus es enim è cella tua, reliquiſti continentiam, oculos tranſmiſiſti in mundum, congreſſus es cum muliere ſcortatrice, quæ ubi incantauit uerborum illecebris aures tuas, faciei pulchritudine oculos tuos, guloſis edulijs palatum tuum, uelut hamo trahet te ad ſeipſam. Deinde implicata membris tuis, incluſum te in pectore ſuo emolliet, ſtabilitate deſiderij ad continentiam exoluta. Et ſic te abſtractum leniter à uirtutis conuerſatione, in ſeipſa corrumpit. Si uerò etiã auxilium capiens à Deo effugere poteris huius retia, redibis quidem ad cellam, ſed non idem: uerùm exolutus & morboſus, & ad omne opus bonum uirtutis diſplicentiam habens, & multo tempore ad proprium habitum reuerti potens. In anguſtijs enim concludet cogitationes tuas, utriuſque uitæ deſiderium, & multo labore uictoriam animæ parere poteris. Si itaque contigerit te iuxta circunſtantiam negociorum aliquam è cella proficiſci, armatus pectore timore Dei, & inſerta in manum charitate Chriſti, deuictiſq; per omnem continentiam uoluptatum incurſibus, ſtatim neceſſitate expleta reſili, ne immoreris, ſed uelocibus alis utere ad reditum, uelut innocens quædam columba ad arcam quæ te emiſit transfugiens, in ore miſericordias Chriſti ferens: ſicq; perſuadens internos cogitatus, contingere tibi non poſſe in ullo alio loco ſalutarem requiem. Iuuenis es ſiue carne, ſiue prudentia, fuge conuerſationem coætaneorum, & aufuge ab ipſis, uelut à flamma. Multos enim per ipſos incenſos hoſtis æterno igni tradidit, & in horrendum quinque ciuitatum barathrum ſpiritualis nimirum dilectionis ſpecie, ipſos immerſit: & eos qui in pelago ab omni uento ac tempeſtate ſeruati ſunt, intra portus negligentes unà cum ipſo nauigio correptis uiris, in profundum ſubmerſit. In ſede longè deſide ab ipſo coętaneo. In reclinatione ad ſomnum indumenta tua, ne ſint uicina illius indumentis, imò potius utere ſene mediatore. Quando uerò tecum loquitur, aut obuerſa facie pſallit, deorſum nutans reſponde ipſi, ne fortè per intuitum in faciem, concupiſcentiæ ſemen ab hoſte & malorum ſeminatore ſuſcipias, & manipulos corruptionis ac interitus colligas. In domo aut in loco, ubi non eſt qui uidet opera ueſtra, ne inueniaris cum ipſo, prætextu & occaſione meditationis diuinorum oraculorum, non alterius cuiuſcunq; uel maximè neceſſariæ utilitatis. Nihil enim eſt magis neceſſarium animæ, pro qua Chriſtus mortuus eſt. Ne crede doloſæ ratiocinationi ſuggerenti tibi, ſine offendiculo hoc eſſe, certus exiſtẽs, quod hoc ipſum ſcandali offendiculum habeat, & per multam experientiam lapſorum hæc tibi cõſpicua appareant. Crede meis ſermonibus ex fraterno corde prodeuntibus. Attende ſenibus non facilè quibuſuis aures præbẽtibus, qui uerbis quidem prouerbiorum iuuenes ad uirtuoſas actiones inungunt, facie uerò nequaquam lædunt. Omni cuſtodia conſerua cor tuum. Quemadmodum enim aurum indeſinenter quidem conſideratur à furibus nocte ac die, uerùm rapitur præter expectationem, & non cognoſcis. Vide ne te ſeducat inimicus per primi parẽtis peccatum, & citò te eijciat ex paradiſo uoluptatis. Qui enim Adam per eſus furtũ ſubtraxit à uita, & ſperauit ſe Ieſum ſubplantaturũ eſſe, non reuerebitur multo magis etiam tibi temperare primam malorũ cauſam, quũ fortè uenenum hoc eſſe ſciat. Nam guloſitatis uitium non in copia eduliorum proprium robur oſtendere ſolet, ſed in deſiderio ac modico guſtu. Si itaque deſiderio breuis alicuius guſtus ualuerit te ſubijcere guloſitatis uitio, citra laborem te morti tradet. Quemadmodum enim natura aquæ eſt, ut dum per multos ductus diuiditur, omnem circa aquæ ductus locum florere faciat, ſic & guloſitatis uitium, ſi digeſtũ fuerit ad cor omnes ſenſus tuos rigans, maliciei ſyluam in te deplantans, ferarum habitaculum animam tuam efficiet. Multos enim ego uitijs correptos in ſanitate eſſe uidi, unum autem ex omnibus clanculariũ helluonem aut guloſum non uidi, ſed aut à continente uita abruptos, & mundo corruptos, aut inter cõtinentes occultari conantes, & per uoluptatem ſubmo-

commilitantes. Mendaces enim ſunt hi, multum iurantes, periuri, ſeditioſi, contentioſi,
uociferatores, negãtes ſe eſſe helluones, illiberales, molles, moroſi, perſcrutatores, tene-
bris gaudentes, omni uirtuoſæ actioni ultrò reſiſtentes. Quo enim guloſitatis uitium te-
gant, in examen malorum incidunt: qui ſanè habitu quidem ſunt inter eos qui ſaluantur,
reipſa uerò inter condemnatos. Hæc Adam morti tradidit, & mundo cõſummationem
induxit, per uẽtris uoluptatem. Noe ridetur, & Cham deuouetur. Eſau primogeniti prę-
rogatiuam amittit, & cum Chananæis affinitatem contrahit. Loth filiæ maritus fit, ipſe
ſuipſius gener & ſocer, pater uir, & auus pater, utrinq; naturæ terminis cõtumeliam in-
ferens. Hæc etiam Iſrael ſimulachri adoratorem fecit, & ut horum membra in deſerto ca-
derent effecit. Hæc etiã quendam prophetam ad redarguendum impium regem à Deo
miſſum, feræ beſtiæ pabulum fecit: & quem non poterat Hieroboam rex cum omni re-
gia poteſtate ulciſci, is uentris fraude captus, miſerandam mortem aufert. Daniel autem
uir deſideriorum uentri dominatus, contra Chaldæorum regem præualuit, ſimulachro-
rum deſtructor exiſtens, & draconis peremptor, leonum pędagogus, incarnationis Dei
prænuncius, & myſteriorum occultorum enarrator. Tres ſancti pueri uentris uolupta-
te ſuperiores conſpecti, regiam iram contempſerunt, & horrendi illius camini ardentis
flammã, quam Nabuchodonoſor rex incendere fecit, intrepidè ingredi auſi fuerunt, &
imaginem auream in Dei ſimulachrum effictam, uanam demonſtrauerunt, & eam quæ
multo tempore à Satana conſtructa erat ad cõtumeliam glorię Dei, ſpoliorum loco ac-
ceptam, ad proprium Dominũ attulerunt: & ipſum infeſtiſſimum regem, & omnem cõ-
tra Deum exercitum, cum omni creatura Deo hymnum canere effecerunt: & ut omnia
cõpendio dicam, ſi dominaberis uentri, habitabis paradiſum: ſi nõ dominaberis, factus
es morti acceſſorius ſumptus. Sis fidus uirtutum theſaurus, & habe clauem ſpiritualis pa-
tris tui linguam: ipſa aperiat os tuum ad aſſumendum panem, & ipſa concludat. Ne ad-
mittas conſiliarium ſerpentem, qui conſilio pro claue uſq; ad linguæ guſtum adacto, te
prædam abducere cupit. Vita clancularĩj eius peccatũ: ſi enim inmodico te mutare ua-
lebit, lucta te ſuperat, & uinculis te conſtringit. Ne præbeas aures tuas omni loquenti, &
ne reſpondeas omni nuganti, in colloquijs contingentibus eo propoſito ut te ab exerci-
tatione impediant. Bonorum dogmatum fias auditor, & horum meditatione conſerua
cor tuum. Cuſtodi aures tuas à mundanis fabulamẽtis, ne fortè cœni reſperſione animã
tuam commacules. Ne ſtudeas audire ea quæ ab alijs dicũtur, neq; mittas caput tuum in
medium colloquẽtium, ut ne & tu ſubſanneris, & ipſos detractores facias. Ne ſis curio-
ſus, neq; omnia uidere uelis, ut ne ſaniem uitiorũ menti tuæ attrahas: uiriliter uide, utili-
ter audi, utiliter loquere, utiliter reſponde. Supra maiorẽ te deſidere ne temerè audeas:
ſi uerò etiam ad hoc impellaris, ne conſideas, ſed circumſpice huc & illuc, & ſtude infe-
riorem ſellam reperire, quo te ob humilitatẽ glorificet Deus. Interrogatus reſponde de-
centi ac humili uoce: ſi non interrogaris, ſilẽtium age. Dum alius interrogatur, cohibe os
tuum, ne ex petulanti corde compulſa lingua tua excurrens lędat aliquem exactè obſer-
uantem pietatis exercitationem, & ſub uincula criminum teipſum rediges. Dum uerò
ſedes non committes alteri pedi crus tuum: nam inanimaduertentiæ hoc eſt, & animę ſu-
pinæ. Dum colloqueris cum inferiore te, aut etiam interrogaris aliquid ab ipſo, ne facias
ſegniter reſponſiones, cõtemnens fratrem in cõtumeliam Dei. Nam qui ignominia affi-
Prou.17. cit pauperem, exaſperat eum qui fecit ipſum, ait prouerbium. Exhortatorius ſermo præ-
cedat reliqua uerba tua, confirmans tuam erga proximum charitatem. Locetur & me-
dius & pleniſſimam loquendi facultatem habens coram hilari facie tua, ut præbeas lęti-
ciam colloquẽti tecũ. In omni recto facto proximi tui lętare, & glorifica Deũ: tua enim
ſunt illius recta facta: uelut etiam tua illius. Primos accubitus & primas ſellas in cõgreſſi-
bus deuita: poſtremum locum perſequere, ut potius audias, Amice aſcende. In menſa ne
inordinatè ſe gerat ſiniſtra tua, neq; contra dextram autoritatem ſibi arroget: uerùm po-
tius ocioſa ſit, aut dextræ inſeruiat. In omnibus orationis tuæ precibus ſubſonet os tuũ,
& uſq; ad extremam orationem in regula perſeuera: magnum detrimẽtum arbitrãs de-
fectum. Si enim dum cibum capis ad carnis tuæ conſtitutionem conſeruandam, ægrè te
auelli ſinis à menſa, ante completum neceſſarium cibi uſum, & non facilè hoc admiſeris,
citra multam neceſſitatem: quanto magis oportet te in ſpirituali alimento perſeuerare,
& ani-

& animam tuam oratione corroborare: Quantum enim differt cœlum à terra, & quæ in cœlo ſunt ab his quæ in terra: tantum differt anima à corpore. Anima cœli eſt imitamentum: in ipſa enim inhabitat Dominus. Caro uerò ex terra exiſtit, in qua habitāt mortales homines, & animantia bruta. Quare ad horas orationum corporis neceſſitates moderare, & paratus ſis non obedire cogitationi à regula te auellenti. Morem enim hunc dæmones habent iuxta horas ac tempora orationum, prætextu nimirum rationabilis cauſæ urgere nos ad receſſum, quo abducāt nos illuſtri ſpecie à ſalutari oratione. Ne dixeris prætextum faciens, Heu caput meum, heu uentrem meum, doloris non exiſtentis obſcuros teſtes prętendens, & quietis beneficium indulgens uigiliarum intentioni: imò potius habes occultas orationes, quas uidet Deus in occulto, & reddet tibi in conſpicuo. Habe acceſſorium quęſtum optimæ conuerſationis, ut inuenias diuitias occultas in die neceſſitatis in diurnis operis mentis tuę, unà cum corporis labore. Habe exhortatoriū ſermonem ad dilectionē eorum quibus inſeruis, ut fiat acceptum miniſterium tuum ſale conditum. Ne permiſeris pertinentia ad te opera alium facere, ut ne etiam merces ablata à te detur alteri, & in tuis diuitijs alius glorificetur, dum tu deprimeris. Fac opera miniſterij tui apta ac ſedula, uelut Chriſto miniſtrans. Maledictus enim, inquit, omnis qui facit *Hier.51.* opera Domini negligenter. Time abuſum ex ſuperfluo & contemptu, etiamſi uilia eſſe uideantur ea quæ in manibus ſunt miniſteria, uelut Deo inſpectante. Magnum eſt miniſterij opus, & regni cœlorum cauſa. Sagena enim eſt uirtutum, omnia mandata Dei in ſeipſa ferens, & primum omnium uirtuoſiſſimam humilitatem, examen bonorum afferentem. Deinde etiam hoc: Eſuriui, & dediſtis mihi edere: ſitiui, & potaſtis me: peregri- *Matt.25.* nus & debilis & in carcere fui, & miniſtraſtis mihi. Et maximè ubi id quod debetur, in humili ſpiritu perficitur, citra elationem iramq; & murmurationem. Fias imitator rectè uiuentium, & ipſorum actiones cordi tuo inſcribe. Opta ut ſis paucorum: rarum enim eſt bonum, quapropter etiam pauci ſunt qui ingrediuntur in regnum cœlorum. Ne putes omnes ſaluari qui in cella degunt, malos ac inutiles: non enim ſic ſe res habet. Multi enim ad uirtuoſam uitam accedunt: pauci uerò iugum ipſius ſubeunt. Violentorū enim eſt regnum cœlorum, & uiolenti rapiunt ipſum, Euangelicus ſermo eſt. Violentiam appellauit corporis oppreſſionem, quam ultrò ſuſtinent diſcipuli Chriſti, in abnegatione propriæ uoluntatis, & quietis corporis, & obſeruatione omnium mandatorum Chriſti. Si itaq; uis rapere regnum Dei, fias uiolentus, ſubiuga ceruicē tuam iugo Chriſti, aſtringe iugum circa collum tuum, premat ipſe ceruicem tuam. Attenua ipſam labore uirtutum, in ieiunijs, in uigilijs, in obedientia, in ſilentio, in pſalmodijs, in orationibus, in lachrymis, in manuum opere, in patientia omnis afflictionis & ex dęmonibus & ex hominibus accedentis. Ne perſuadeat te cogitatio in ſublime ſe efferens, ut per tempus indulgeas laboribus, eosq; remittas, ut ne fortè ad fores exitus nudus uirtutibus deprehēſus, extra portas regni inueniaris. Ne te gradus ſortis cleri extollat, ſed potius humiliet. Profectus animæ, profectus humilitatis eſt: penuria uerò & ignominia ex animi elatione naſcitur. Quantum te ad maiores ſacros gradus appropinquare contigerit, tantum humilia teipſum, timens exemplum filiorum Aaron. Cognitio pietatis eſt, cognitio humilitatis ac manſuetudinis. Humilitas eſt Chriſti imitatio: elatio autem & fiducia & impudentia, diaboli eſt imitatio. Fias imitator Chriſti, & nō antichriſti: Dei, & nō aduerſarij Dei: heri, & non fugitiui: miſericordis, & non immiſericordis: homines amantis, & non homines odio habentis: eorum qui ſponſi ſunt, & non eorum qui tenebrarum. Ne geſtias uocare fraternitatem, ut ne imponas aliena onera peccatorum in collum tuum. Vniuſcuiuſq; diei opus cōſiderans, adijce aliquid priori, & feſtina ut fias melior. Profice in uirtutibus, ut propinquus fias angelorū. Perſeuera in cella non dies, neq; menſes, ſed multorum annorum circuitus, hymnis celebrans Dominum in nocte, & in die, imitans opera Cherubim. Si ſic inceperis, & ſic finiueris, arta procedens uia in breui exercitationis tuæ tempore, per gratiam Dei intrabis in paradiſum, in ſplendore facis animæ, cum Chriſto gaudens in ſecula ſeculorum, Amen.

Alius

ALIVS SERMO DE EXERCITATIONE PIETATIS, quomodo monachum ornari oportet. III.

OPortet monachum præ omnibus uitam inopem poſſidere, corporis quie-
tem, & habitus honeſtatem, uocem moderatam, ſermonem ordinatum, ci-
bum & potum citra tumultum & cum ſtabilitate: coram ſenioribus tacere,
coram ſapientioribus audire, erga æquales charitatem habere, erga inferio
res amicum conſilium, à malis & carnalibus ac negocia tractantibus ſece-
dere, plura cogitare, pauca loqui, non audentem eſſe in ſermone, neq; abundare collo-
quijs, non facilem eſſe ad riſum, uerecundia ornari, oculos deorſum habere, animam ſur-
ſum, non contradicere contradictionibus, obedientem eſſe, manibus laborare, ſemper
extremorum meminiſſe, ſpe gaudere, afflictionē ſufferre, indeſinēter orare, in omnibus
gratias agere, erga omnes humilem eſſe, odio habere arrogantiam, ſobrium eſſe ac ſer-
uare cor ab omnibus prauis cogitationibus. Theſaurum reponere in cœlo per mādata,
ſeipſum percunctari de cogitationibus & actionibus quotidianis, nō implicari uitæ ne-
gocijs & inanibus occupationibus: non curioſum eſſe de uita ſocordium, ſed imitari ſo-
lum ſanctos patres, congaudere his qui perpetrant uirtutē, & non inuidere, cōpati pati
entibus, ac collachrymari, & ualde hos lugere, non tamen damnarę, non improperare ei
qui auertit ſe à peccato, nunquam iuſtificare ſeipſum, ante omnia peccatorē coram Deo
& hominibus ſeipſum confiteri, admonere inordinatos, conſolari puſillamines, ſeruire
infirmis, pedes ſanctorum lauare, hoſpitum excipiendorum ac fraterni amoris curam ge
rere, cum cōſortibus fidei pacem habere, hæreticum hominem auerſari, genuinos ac ap-
probatos libros legere, reprobatos & apocryphos penitùs non cōtingere. De patre &
filio & ſpiritu ſancto non inquirere, ſed increatam & incoeſſentialem trinitatē cum fidu
cia dicere ac cogitare & ſentire, & interrogantibus dicere, ꝙ baptizari oportet uelut tra
ditum accepimus, credere aūt uelut baptizati ſumus, glorificare uerò uelut credimus: in
operibus ac ſermonibus bonis diuerſari, nō iurare in totum, non dare pecuniam ad uſu-
ram, non frumentū & uinum & oleum ad ulteriorem quæſtum, à crapula & ebrietate ac
curis ſecularibus abſtinere, cum dolo non conuerſari, neq; omnino contra aliquē loqui,
non detrahere, neque omnino libenter detractiones audire, non citò credere contra ali-
quem, non iræ tyrannide opprimi, non ſuperari à cupiditatibus, non temerè iraſci proxi
mo, non tenere iram contra aliquem, non malum pro malo reddere, magis conuicijs im
peti ꝗ̃ impetere, uerberari ꝗ̃ uerberare, iniuriam pati quàm facere, priuari quàm priua-
re. Præ omnibus aūt oportet monachum continentem eſſe à mulierum congreſſu, à ui-
ni potu. Nam uinum & mulieres ad defectionem abducunt ſapiētes: & recta opera pro
uiribus perpetrare, atq; Dñi mandata non negligere, ſed mercedē ac laudem ab ipſo ex-
pectare, & æternæ uitæ fruitionem deſiderare, & quod à Dauide dictum eſt, ſemper ob
Pſal.15. oculos habere ac dicere: Proſpiciebam Dominū coram me ſemper, quia ex dextris meis
Matt.22. eſt, ut ne cōmouear. Et uelut filius, ex toto corde & robore, & uiribus & mente, diligere
Deum: uelut ſeruus autem reuereri ac timere, & ipſi obedire, & cum timore ac tremore
ſalutem ſuam operari: ſpiritu feruere, indutum eſſe armaturam ſancti ſpiritus, & currere
non obſcurè, & pugnare nō uelut aerem cędat, & debellare hoſtem in debilitate carnis,
& in animę paupertate: & omnia pręcepta facere, & inutilē ſeipſum dicere. Gratias age
re ſancto & glorioſo ac reuerendo Deo, & nihil per contentionem ac uanam gloriam fa
Pſal.25. cere, ſed propter Deum, & ad complacendum ipſi. Nam Deus diſſipat oſſa eorū qui ho-
minibus placere ſtudent: nō gloriari in totum, neq; ſuijpſius encomia dicere, neq; dum
alius laudibus uehit libēter audire. In occulto autem omnia ſeruire, & non ad hominum
oſtentationem facere, ſed ſolam à Deo laudē quærere, & horrēdum ac glorioſum ipſius
aduentum meditari, tranſitum item hinc, & repoſita iuſtis bona, ſimiliter etiam paratum
Rom.8. ignem diabolo & angelis ipſius. Super omnia uerò hęc Apoſtolici dicti memorem eſſe,
quòd non dignæ ſunt afflictiones huius temporis, ut comparētur ad futuram gloriam,
Pſal.19. quæ reuelabitur in nos. Et cum Dauide prędicere, ſeruātibus mandata ipſius retributio
multa, merces multa, & coronę glorię, æterna tabernacula, uita infinibilis, gaudium ine-
narrabile, māſio indiſſolubilis apud patrem & filium & ſpiritum ſanctum, uerū in cœlis
Deum, apparitio ac conſpectus faciei ad faciē, tripudia cum angelis, cum patribus, cum
patriarchis

patriarchis, cum prophetis, cum apoſtolis, & martyribus ac confeſſoribus, & his qui ab æterno, Deo complacuerunt. Cum quibus inueniri ſtudio habeamus, per gratiam Domini noſtri Ieſu: cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

EXERCITATIONIS AD PIETATEM, SERMO IIII.

HOmo ad imaginem Dei factus eſt & ſimilitudinem: peccatũ autem pulchritudinẽ imaginis deturpauit, ad uitioſas cupiditates animã detrahens, Deus aũt qui fecit hominẽ, uera eſt uita. Qui igitur amiſit ſimilitudinẽ ad Deum, amiſit conſortiũ ad uitam. Impoſſibile uerò eſt eum qui extra Deum eſt, in beata uita eſſe. Itaq; reuertamur ad gratiã quę ab initio fuit, à qua per peccatum abalienati ſumus: & rurſus ſecũdum Dei imaginem noſipſos ornemus, per puritatẽ ab affectibus aſſimilati creatori. Qui enim diuinæ naturæ ab affectibus puritatem, quantum eius fieri potuit, imitatus eſt, is in propria anima imaginẽ Dei recepit. Qui uerò aſſimilatus eſt Deo iuxta prædictũ modum, is etiam diuinæ uitę ſimilitudinem omnino acquiſiuit, in æterna beatitudine perpetuò permanens. Si igitur per puritatẽ ab affectibus imaginẽ Dei rurſus recipimus, ſimilitudo uerò ad Deum perpetuitatem uitæ nobis largitur, omnibus alijs neglectis: huc ſtudiũ conuertamus, ut à nullo affectu ac uitio anima noſtra unquam ſuperetur: ſed mens noſtra inflexibilis & inſeparabilis permaneat in tentationum inſultibus, quo diuinæ beatitudinis participes fiamus. Huius porrò ſtudij adiutrix eſt uirginitas, his qui ſecundũ rationẽ hoc donum proſequunt̃: non eñ in ſola abſtinentia à procreandis pueris, uirginitatis donum acquiritur: ſed uniuerſa uita ac uictus & mores uirginitatẽ agere debẽt, ita ut per omnia ſtudia eius qui uxorẽ nõ habet incorruptam integritatẽ oſtendant. Cõtingit enim & ſermone ſcortari, & oculo adulterũ eſſe, & per aures inquinari, & per cor inquinamentum ſuſcipere, & per immodeſtiam circa cibum ac potum, à temperantiæ præſcriptis terminis excidere. Nam qui in his omnibus ſub regula uirginitatis ſeipſum per continentiam cuſtodit, reuera oſtendit perfectam in ſeipſo per omnia abſolutã uirginitatis gratiã. Itaq; ſiquidem deſideramus ſecundũ ſimilitudinem Dei, characterem animę noſtræ per uitiorũ puritatẽ exornari, ut per hoc etiã uitæ nobis perpetuitas accedat, attendamus nobiſipſis, ne fortè quid promiſſione indignum facientes, in Ananię iudicium delabamur. Poterat enim Ananias ne ab initio quidem poſſeſſionem ſuam Deo promittere: uerùm quoniam reſpectu ad humanam gloriã facto, poſſeſſionem quidem & opes ſuas per promiſſionẽ Deo conſecrauit, ut homines ipſum mirarentur ob magnificẽtiam, à condemnatione uerò receſſit: tantam, cõmouit contra ſeipſum Dñi indignationẽ, cuius executor Petrus erat, ut neq; pœnitentiæ fores reperiret. Itaq; ante promiſſionẽ caſtæ uitæ, licet uolenti iuxta id quod conceſſum ac legitimum eſt, & uitę conſequentiã ſibi congruam definire, & ſeipſum nuptiarum coniugio cõmittere. Verùm eum qui præoccupatus eſt per propriã profeſſionẽ, cuſtodire cõuenit ſeipſum Deo, uelut ſacra quędã Deo dicata donaria, ut ne ſacrilegij crimen incurrat, ſi dicatũ per profeſſionẽ Deo corpus, rurſus cõmunis uitæ miniſterio ſordidũ faciat. Dico aũt hoc, nõ ſolùm ad unam uitij ſpeciem reſpiciens, uelut quidã putant, qui in ſola corporis cuſtodia uirtutẽ uirginitatis cõſeruãt: ſed ad id ut ſecundũ omnẽ uitioſi affectus modum, nullo mũdano uitio inquinet̃ is qui ſeipſum Deo cuſtodire ſtudet. Ira & inuidia, & memoria illati mali, mendacium & arrogantia, mentis ſupinitas & intempeſtiua garrulitas, pigricia ad orandum, & cupiditas eorum quę non ſunt, negligentia mandatorum, & ornatus ueſtium, faciei ornamẽta, & cõgreſſus ac colloquia extra decorum & neceſſitatem fientia. Hæc omnia tanta digna ſunt obſeruatione ei qui ſeipſum per uirginitatem Deo cõſecrauit, ut parum abſit æquale periculũ eſſe, ad unum aliquod ex his deferri, & in prohibito peccato uerſari. Omnia enim quæ per uitium fiunt, animæ puritatem quodãmodo corrumpunt, & ad diuinam uitam impedimento ſunt. Ad hęc itaq; reſpicere oportet eum qui uitę renũciauit, ut nullo modo uas Dei ſeipſum uitioſo uſu coinquinet. Illa porrò maximè cõſiderare oportet, quòd humanæ naturę menſuram prætergreſſus, ad incorporeã uitam ſeipſum tranſtulit, is qui angelorũ uitam elegit. Proprium enim hoc eſt angelicæ naturę, à nuptiarum iugo liberum eſſe, neq; ad aliam pulchritudinem abalienari, ſed diuinam faciem perpetuò intueri. Si itaq; is qui ad angelicam digni-

tatem

ratem ſeipſum tranſtulit,humanis uitijs inquinetur,ſimilis eſt pantheræ pelli, cuius neq;
albus penitùs eſt pilus,neq; niger ex toto, uerùm mixtura diuerſorum colorū uariegata
ac interpuncta,neq; inter nigra,neq; inter alba cōnumeratur. Hæc quidem igitur cōmu
nior quædam ſit profeſſio eorum qui continentem ac caſtam uitam delegerunt. Quan-
doquidem uerò etiam de his quæ ad ſingulos pertinēt, exactè diſtinguere oportet, ne-
ceſſarium fuerit etiā de his breuem cōmentarium relinquere. Qui à communi uita ſepa-
rati ſunt,& ad diuiniorē uitam ſe exercent, non coram ſeipſis neq; ſolitariè exerceantur.
Conteſtatam enim eſſe conuenit hanc uitam,ut ſit extra prauam ſuſpicionē.Et quemad-
modum ſpiritualis lex,non pauciores quàm duodecim eſſe uult myſticum paſcha come
dentes:ſic oportet hic redundare potius quàm imminutū eſſe denariū numerū, horum
qui ſpiritualem conuerſationē ſimul exercent. Princeps unus honeſtatis uitæ præſideat,
in probatione uitæ & morum,& omnis honeſtæ conuerſationis reliquis prælatus, ita ut
etiam ætatis tempus ſimul aſſumatur ad prælationem. Venerabilius enim quodammo-
do eſt in natura humana quod antiquius eſt. Hic autem tantam poteſtatē habeat, frater-
nitate ultrò in obediētia ſolum ac humilitate parente,ut nulli in cōgregatione liceat uo-
luntati ipſius reſiſtere,dum proponit aliquid ex his quæ ad honeſtatē ac ſinceritatem ui
Rom.13. tæ conferunt.Imò quēadmodū ait Apoſtolus,non debere nos ordinatis à Deo poteſta
tibus repugnare:iudicari enim repugnātes uoluntati Dei. Sic etiam hic perſuaſam eſſe
oportet reliquam fraternitatē,nō caſu ſpontaneo,ſed ſecundū diuinam uoluntatē talem
poteſtatem præfecto datam eſſe,ut profectus ſecundum Deum citra impedimentū con
tingat, illo quidem admonente de omnibus quæ animæ cōmoda ſunt & utilia; his uerò
in obedientia bona conſilia ſuſcipientibus. Quando igitur omni modo cōuenit cōgre-
gationem præfecto obediētem ac ſubditam eſſe,neceſſariū eſt talem deligere præfectum
huius conuerſationis,ut illius uita omnis boni exemplum his qui ad ipſum reſpiciūt exi
1.Tim.3. ſtat,& uelut inquit Apoſtolus,ſobrium,temperantē,honeſtum, ad docēdum idoneum:
ita uidetur mihi oportere & huius uitam expendere, non ſolum an tēpore ſenectam ha-
beat:cōtingit enī etiā in canicie ac rugis iuueniles mores habere:ſed principaliter an mo
res honeſtatis caniciem præ ſe ferant,ut omnia quę ab ipſo dicuntur ac fiunt,pro lege &
regula ſint congregationi. At uerò ſtudium parandi alimenti decet eos qui in tali uita
Eph.4. degunt,id quod Apoſtolus proponit, ut operantes manibus honeſtè panem ſuū edant.
Tractari autem conuenit opera coram ſene aliquo uitæ ſanctitate probato, qui recenſe-
bit opera manuum ipſorum ad requiſitas neceſſitates,quo & mandatū perficiatur quod
iubet,in ſudore ac labore uictum acquirere:& honeſtas inculpabilis ac irreprehenſibilis
maneat in eo quod nulla ipſius neceſſitas accedat, per hoc quod uitæ indigentia publi-
cetur.Continētiæ uerò optimus ac pulcherrimus terminus ac canon hic eſt,nempe, ne-
que ad uoluptatem,neq; ad afflictionem corporis reſpicere,ſed in utroq; immodeſtiam
fugere,ut neq; carnoſum redditum turbetur, neq; morboſum factum, impotens euadat
ad mandatorum operationem. Aequale enim detrimentū ex utroq; animæ accedit. Ne-
ſcit enim ſubdita eſſe caro, & per bonam habitudinem exiliens ad abſurdos motus, &
quum laxa & exoluta ac immobilis à doloribus detinetur. Non enim ocium agit anima
in tali corporis ſtatu, ut liberè ad ſuperna reſpiciat, ſed iuxta omnem neceſſitatem, circa
doloris ſenſum occupata eſt & inclinatur,unaq; cum corporis afflictione humiliatur. Sit
itaq; uſus neceſſitati congruus,& uinum neq; abominabile ſit,ſi ad medelam aſſumitur,
neq; ſtudioſè paretur citra neceſſitatem:& reliqua omnia ſimiliter neceſſarijs uſibus, nō
cupiditatibus exercentium pietatem deſeruiant. Orationis tempus ſit uniuerſa uita ma-
ximè. Quando uerò interuallis quibuſdam,pſalmodiæ ac flectendi genua pertinaciā re-
creare oportet,ſequendæ ſunt hac parte horæ à ſanctis ad orationē deſignatæ. Magnus
Pſal.118. itaq; Dauid ait: Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi ſuper iudicia iuſticiæ tuæ.
Act.16. Quē & Paulus & Silas ſequuti eſſe cōperiuntur, media nocte Deum in carcere laudan-
Pſal.54. tes. Deinde dicit idē Propheta: Veſperi & mane ac meridie. Sed & ſpiritus ſancti aduen
Act.2. tus circa tertiam horam fit, uelut in Actibus didicimus, quando irridentibus ob uariam
linguarum actionem phariſæis diſcipulos, dicit Petrus: non ebrios eſſe qui hæc loquun-
tur: hora enim eſt tertia. At hora nona paſſionis Dominicæ memoriale eſt, quā pro uita
Pſal.118. noſtra ſubijt. Cęterùm quia Dauid dicit: Septies in die laudem dixi tibi ſuper iudicia iu-
ſticiæ

ſtitiæ tuæ: commemorata autem orationis tempora, hebdomada orationum non ex-
plent, meridiana oratio diuidenda eſt, ita ut altera pars ante aſſumptionem cibi, altera
poſt acceptum cibum fiat, ut & nobis contingat exprimere illud, nempe ſepties in die
laudare Deũ per totum diei circuitum. Introitus ædium exercitoriarũ mulieribus con
cluſi ſint. Viri uerò non omnes ingrediantur, ſed quibus præfectus ingreſſum permi-
ſerit: ſæpe enim indifferentia uitæ ingredientis intempeſtiuorum ſermonum ac inutili
um fabularum conſequentiam cordibus immittit, & ex uanis ſermonibus, ad uanas ac
inutiles cogitationes perducit. Et propterea lex communis ſit, ſolum præfectũ inter-
rogari ac reſpõdere de his, de quibus neceſſariò ſermonem aliquem haberi conuenit.
Reliquos uerò non reſpondere his qui uanis colloquijs nugantur, ut ne ſimul ad inani
um uerborum ſequelam pertrahantur. Promptuarium porrò unum commune omni-
bus ſit, & nihil proprium unicuique nominetur, non ueſtimentum, non calceamentũ,
non aliud quid ad neceſſarium corporis uſum pertinens: ſed in poteſtate præfecti poſi
tus ſit uſus, ut ex communibus id quod cõueniens eſt unuſquiſque uſurpet, iuxta præ-
fecti uoluntatem. At uerò in hoc communi contubernio, partiales amicitias ac ſocie-
tates, dilectionis lex nõ permittit. Omnino enim neceſſe eſt fauores partiales in mu-
tis lædere communem concordiam. Nunc uerò per menſuram affectionis, conuenit
omnes ad ſe mutuò reſpicere, & unam menſuram charitatis in tota congregatione ob
tinere. Si uerò quis comperiatur maiori charitatis habitu affici erga monachum fra-
trem aut cognatum, quàm ad alium quendam, propter quemcunq; tandem prætextũ,
is uelut iniuriam faciens communitate caſtigetur: nam redundantia affectionis in una
perſona, multam accuſationem adfert defectus in alijs. Cæterùm pœnæ eius qui ob de
lictum aliquod condemnatus eſt, iuxta peccati menſuram ſunt, nempe, prohiberi à cõ
ſiſtentia ad pſalmodiam, & non aſſumi ad precum ſocietatẽ, & reijci ab alimenti parti-
cipatione. In qua re iuxta magnitudinẽ delicti pœnam decernet ei qui peccauit, is qui
ad communis diſciplinæ præfecturam delectus eſt. Miniſterium autem fiat in commu
ni congregatione, iuxta circuitum, ita ut duo cõſequenter in una hebdomade, omne à
neceſſitate requiſitum ſtudium perficiant, quo et humilitatis merces communis ſit, &
non liceat alicui ne in bono quidem ſuperare congregationẽ, & requies ex æquo om-
nibus contingat. Nam partim defatigari, & partim quieſcere, inſenſibilem laboranti
bus laborem facit. Poteſtatem habet præfectus contubernij etiam ad neceſſarios pro-
greſſus, ex ſentẽtia ſua aliquos producere, & imperare quibus utile fuerit, ut res dome
ſticas diſponant, & intra domum maneant. Sæpe enim iuuenibus corporibus, etiamſi
quàm maximè afflictionẽ ex continentia amplectantur, coloris decor ex ætate efflore
ſcit, & uitij occaſio occurrẽtibus oboritur. Si igitur quis iuxta corporis florem iuuene-
ſcit, in conſpicuum faciat talem habitum, occultans donec ad decentem ſtatum perue
niat id quod apparet. Iræ, aut memoriæ illati mali, aut inuidiæ, aut contentionis, nullus
ſit geſtus aut motus, non uerbum, non uiſus inſtãtia, aut faciei diſpoſitio, aut ſi quid a-
liud conuictorem ad iram commouere ſolet. Si uerò quis ad aliquod ex his inferat, ſe
antea quid admiſiſſe, qualia lædẽtes ſolent, non ſufficiens eſt ad accuſationem delicti,
in quo quis tenetur, nam in quocunque tempore admiſſum malum, ex æquo malum
eſt. Iuſiurandum ex toto exterminetur è catalogo exercentium pietatem. Nutus capi-
tis & aſſenſus per uocem pro iuramento iudicetur, & apud dicentem, & apud audien
tem. Si uerò quis fidem non habuerit nudæ affirmationi, is propriæ conſcientiæ accu-
ſationem exhibet, ut qui non ueritatẽ in ſermone conſeruauit: & propterea inter pec-
cantes collocabitur à præfecto, & pœna curatoria caſtigabitur. Die præterita, & omni
opere ad finem perducto, tum corporali, tum ſpirituali, ante quietem interrogari con-
uenit uniuſcuiuſque conſcientiã à proprio corde. Et ſi quid factum eſt præter id quod
decet, aut cogitatio interdicta, aut ſermo extra officium, aut ad orationem ſegnicies,
aut pſalmodiæ negligentia, aut communis uitæ deſiderium, ne occultet
peccatum, ſed communitati confiteatur, quo per commu-
nem orationem curetur uitium eius qui ad tale
malum delatus eſt.

EXERCITATIONIS AD PIETATEM SERMO V.

VITA exercitatoria pietatis unum ſcopum habet, animæ ad ſalutẽ, & quicquid ad hoc ipſum propoſitũ conferre poteſt, ſic cum timore obſeruare uelut diuinum mandatũ. Neq; enim ipſa Dei mãdata ad aliud quid reſpiciũt, quàm ut ſaluetur is qui ipſis obedit. Oportet itaq; quẽadmodum qui ad balneum ingrediũtur omni amictu nudantur: ſic etiam eos qui ad exercitatoriam uitam accedunt, omni materia ſeculari nudatos, intra philoſophicã uitam cõſtitui. Primarium itaq; eſt, & cuius maximè curã gerere Chriſtianum decet, ut à uitijs maliciæ uarijs illis à diuerſis denudetur, per quæ anima inquinatur. Secundo uerò loco oportet etiam bonorum ac poſſeſsionem renũciationem facere, eum qui ad altam reſpicit uitam: nam materialium rerum cura ac ſtudium, multam tentationem animę exhibet. Quum igitur plures ad eundem ſalutis ſcopum reſpicientes communem inter ſe uitam ſuſceperint, oportet hoc præ omnibus in ipſis obtinere, ut unum in omnib. ſit cor, & uoluntas una, & deſiderium unum: & quẽadmodum Apoſtolus ſancit, ut unum corpus fiat ex diuerſis mẽbris coaptatum, totus ille congregationis aceruus. Hoc autem aliter fieri non poteſt, niſi illud obtinuerit, ut non deſignetur nominatim alicui, neq; ueſtimentum, neq; uas, neq; aliud quid ex his quæ ad cõmunem uitam conducunt, quo ſingula ex his uſus ſint ac neceſsitatis, & nõ poſsidentis. Et quemadmodũ in congruum eſt maiori corpori paruum ueſtimentum, aut paruo amplius quoddam: ſed unicuiq; id quod moderatum eſt, & utile eſt & congruum, Sic etiam alia omnia, lectus, ſtratum, calitum amiculum, calceamentum, eius qui ualde opus habet, non poſsidentis eſſe debet. Quemadmodũ enim medicamẽto uulneratus, non ſanus utitur: ſic etiam his quæ in indulgẽtiam corporis excogitantur, non delicians, ſed is qui indulgentia opus habet fruitur. Quandoquidẽ uerò uarij hominum mores ſunt, & non ſimiliter omnes de utilib. ſtatuunt, ut ne aliqua ſeditio fiat, unoquoq; iuxta propriam uoluntatem uiuente, conuenit eum qui omnib. prudentia ac conſtantia & uitæ ſinceritate cognitus eſt, præfici ut reliquis præeat, quo id bonum quod in hoc eſt commune omnib. imitantibus fiat. Quemadmodum enim ſi plures pictores, unius faciei lineamenta pingant, omnes imagines inter ſe ſimiles erunt, propterea quòd uni aſſimilatæ ſunt. Sic multi mores ſi ad unius imitationẽ reſpiciant, in omnibus æqualiter bonum uitę lineamentum eluceſcet. Itaq; ubi unus delectus ac prelatus eſt, omnes particulares uoluntates ocioſę erunt, Ad pręminentem autem uoluntatem omnes deinceps effingentur, perſuaſi ab Apoſtolico præcepto iubẽte, omnem animã poteſtatibus præminentibus ſubditam eſſe, & quòd reſiſtentes ipſis ſibijpſis iudicium capient. Vera autem & perfecta obedientia ſubditorum erga præfectum, in hoc declaratur, ut non ſolum ab abſurdis ex conſilio præfecti abſtineant, ſed neq; ea quæ laudabilia ſunt citra illius ſententiã faciant. Nam continentia & omnis corporalis afflictio ad aliquid utilis eſt. Verùm ſi quis ꝓprios motus ſequens, quod ſibijpſi placet, fecerit: & conſulenti præfecto non paruerit, maius peccatum erit quàm recte factum. Qui enĩ reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit, & obedientię merces maior eſt, quã recte facti ſecundum continentiã. Itaq; porrò conuenit communem & æqualem omnibus inter ſe charitatem eſſe, uelut naturaliter ad ſingula ſua mẽbra homo ſe habet, æqualiter uolens uniuerſo corpori ſanitatem: nã & dolor uniuſcuiuſq; partis, æqualem exhibet corpori triſtitiã. At quemadmodũ in nobijpſis, dolor uniuſcuiuſq; ægrotantis membri, æqualiter totum corpus attingit: ſunt tamen alia alijs præſtantiora membra: non enim ſimiliter circa oculum, & circa pedis digitum afficimur, etiãſi dolor æqualis ſit: Sic condolentem affectionem, & charitatis habitum æqualem omnium in congregatione uiuentiũ eſſe ab unoquoq; conuenit: dignitatis tamen pro honeſtatis ratione, in his qui utiliores ſunt prærogatiuã habebit. Quandoquidẽ uerò mutui amoris omnes debitores ſunt æquali affectus menſura, iniuria eſt in congregatione reperiri priuatas quaſdã fraternitates ac contubernia. Qui enim unum præ alijs diligit, accuſat ſeipſum, quòd erga alios non habeat perfectã charitatem. Aequaliter itaq; reijcienda eſt ex cõgregatione, & indecora pugna, & partialis dilectionis affectus. Nã ex contentione & pugna, fit inimicitia: ex partiali uerò amicitia ac ſocietate, ſuſpiciones & inuidię oriun-

tur

tur. Vbiq; enim ęqualitatis priuatio, principiũ & cauſa inuidię ac inimicitiæ eſt inferio
ribus. Quapropter etiã mandatũ à Domino accepimus, ut bonitatẽ ipſius imitemur,
qui ſolem ſuum ſimiliter iuſtis & iniuſtis oriri facit. Quemadmodum igitur Deus com
munem dat omnibus lucis participationem: ſic etiam imitatores Dei, cõmunem & æ-
qualem charitatis radium in omnes extendant. Vbi enim deficit charitas, illic omnino
pro ea ſuccedit odium. Si uerò, uelut Ioannes ait, Deus charitas eſt: omnino neceſſe eſt
odium eſſe diabolum. Quemadmodum igitur qui charitatem habet, Deum habet: ſic
qui odium habet, diabolum in ſeipſo nutrit. Quapropter conuenit, charitatem æqua-
lem ac ſimilem omnibus ab omnibus eſſe: honorem autem unicuiq; pro decoro fieri.
At uerò in his qui ſic inter ſe coaptati ſunt, corporalis cognatio nihil plus charitatis ha
bebit, neq; ſi quis frater alicuius ſecundum carnem fuerit, aut filius, aut ſoror, in maiori
fauore erga cognatum genere, quàm erga alios fiet ipſa ſanguinis cõiunctio. Qui eñ
in his naturam ſequitur, is accuſat ſeipſum, quòd nondum perfectè à natura diſceſſit,
ſed adhuc à carne gubernatur. Porrò ſermo inutilis, & ſupinitas abalienata à Deo per
intempeſtiuum mutuum colloquium interdicta ſint. Verùm ſi quid utile ad anima-
rum ædificationem eſt, hoc ſolum loqui conuenit, & ea quę utilia ſunt ordinatè decen
ti tempore dici debent ab eiuſmodi perſonis, quibus loqui permiſſum eſt. Si uerò quis
ex inferioribus fuerit, expectet exhortationem præminentis. Cæterùm ſuſurri, & col-
loquia in aurem, & ſignificationes per nutus, omnia hæc reiecta ſint, propterea quòd
detractionis ſuſpicionem ſuſurrus habet. Et ſignificatio per nutum, latentis alicuius
negocij ac doli indicationem fratri exhibet. Talia autem odij ac ſuſpicionis initium e-
xiſtunt. Quum autem neceſſarium fuerit mutuum colloquiũ, menſura uocis in uſu ſit,
ita ut eum qui propinquus eſt mitiore uoce compellemus: eum uerò qui procul abeſt
maiori uoce alloquamur. At eum qui alicui conſilium dat, aut exhortatur ad aliquam
rem, maiori & perterrefaciente uti, uelut contumelioſum abſit à congregatione. Pro-
greſſus autem, exceptis deſtinatis ac neceſſarijs exitibus, à domo exercitatoria non da
tur. Quando uerò non uirorum ſolum ſunt congregationes, ſed etiam uirginum, reli-
qua quidem omnia quæ relata ſunt communia utriſque erunt. Vnum autem noſſe
conuenit, quòd uita inter mulieres maiorem & abundantiorem decorem exigit, item
inopiæ uirtus, & ſilentij, & obedientiæ, & fraterni amoris, & ſinceritas circa progreſ-
ſum, & cautio circa congreſſus, & mutuus inter ipſas amor, & non habere partiales ſo-
cietates. In omnibus enim his maiore ſtudio uirginum uita tranſigi debet. Quæ præ-
fecta eſt publicæ diſciplinæ, non quòd iucundum eſt ſororibus quærat, neque ſtudeat
ab ipſis per ea quæ ipſi complacent ſeparata eſſe, ſed grauitas & reuerentia ac uenera-
tio circa ipſam ſemper ſit. Nam hoc ipſam noſſe oportet, quòd eorum quæ præter de-
corum in communitate committuntur, illa coram Deo rationem dabit. Et unaquæ-
que ex congregationis numero, à præfecta quærat, non quod iucundum eſt, ſed quod
utile & commodum: neque de his quæ præcipiuntur, inquirat. Talis enim conſuetu-
do, meditatio ac ſtudium excutiendi imperij eſt. Cæterùm quemadmodum mandata
Domini citra expenſionẽ ſuſcipimus, gnari quòd tota Scriptura diuinitùs inſpirata,
& utilis eſt: ſic & fraternitas præcepta pręfectę citra iudicationẽ ſuſcipiat, ita ut quic-
quid præcipitur ac conſulitur alacriter ac promptè perficiat, non ex triſtitia, aut ex ne-
ceſſitate, quo obedientia ipſa mercedem conſequatur. Sufferat aũt non ſolum dum ea
quæ ad ſinceritatem pertinent docetur, ſed etiamſi fortè ieiunium prohibuerit magi-
ſtra ipſa, aut aſſumptionem refectorij alimenti conſuluerit, aut etiam aliud quid ad in-
dulgentiam carnis tendens, neceſsitate exigente præſcripſerit, omnia ęqualiter perfi-
ciat: perſuaſa, quòd quicquid ab illa dicitur lex eſt. Quum uerò neceſſitate ita ferente,
ſermonem haberi oportuerit, de aliqua re à neceſſitate requiſita, ſiue ad uirum aliquẽ,
ſiue ad curæ publicæ præfectum, ſiue ad alium aliquem qui ad requiſitam rem aliquid
conferre poteſt, conuenit à præfecta ſermonẽ ipſum haberi, in præſentia unius aut al-
terius ſororis, quibus iam propter uitam ac tẽpus periculũ non imminet amplius, ex
eo quod in conſpectum ac colloquiũ alicuius ueniunt. Si uerò aliqua intelligit apud
ſeipſam aliquid utile, ſuggerat idipſum pręfectæ, & per illã dicetur quod dici oportet.

EXERCITATORIA EPISTOLA AD QVANDAM Canonicam. VI.

SEGNES nos facit ad ſcribēdū, quòd nō credamus epiſtolas noſtras omni no ad dilectionē tuam perferri, ſed ob maliciā tabellariorū ad innumeros alios antea deuenire, & pręſertim nūc rebus domeſticis ita turbatis. Quapropter expecto modū aliquē, ut reprehendas ac exigas à me uiolenter epiſtolas, ut hoc ipſo ſigno cōiecturali, an ſint redditæ, utar. Et nunc ſcribētes paratum habeamus cor noſtrū ad præſtātiæ tuæ memoriā conſeruādā, & orādū Deum, ut det tibi quo perficias bonę cōuerſationis curſum, uelut decreuiſti. Reuera enim non paruū certamen eſt, ut is qui profeſſus eſt, ea quę ad profeſsionē cōſequūtur ſuper inducat. Nam eligere quidē uitam ſecūdū Euāgeliū cuiuſq; eſt. Verùm uſq; ad minutiſſima obſeruationē perducere, & nihil eorum quę illic ſcripta ſunt, negligere, hoc à ualde paucis qui ad noſtrā noticiam peruenerūt, rectè perpetratū eſt. Nimirū & lingua ligata uti, & oculo inſtituto ad uolūtatē Euāgelij, & manib. operari iuxta cōplacētię ſcopum, & pedes mouere, & ſingulis mēbris ſic uti, uelut cōditor noſter ab initio ędificauit et diſpoſuit. In amictu decorū, in cōgreſsib. uirorū cautela, in edulijs ſufficientia, in poſſeſsiōe rerū neceſſariarū nihil ſuperfluū eſſe: hęc omīa parua qdē ſunt, ſi ſimpliciter ſic dicātur. Verùm magnā ſollicitudinē requirūt, ut rectè peragātur, id quod reuera cōperimus. At uerò in humilitate perfectio, ut neq; progenitorum claritudinis recordemur, neq; ſi quid inſigne ex natura nobis adeſt, aut in corpore, aut in anima, ob hoc efferamur, neq; externas de nobis opiniōes, elationis ac inflationis occaſionē faciamus: hæc ex Euāgelica uita depēdēt. Itē in cōtinētia firmitas, in orationib. ſedulitas, in fraterno amore condolentia, erga egenos diſtributio, ſpūs ſubmiſſio, cordis contritio, fidei ſanitas, in triſticia æqualitas, ita ut nunq; nos deſtituat meditatio horrendi & inuitabilis iudicij, ad quod feſtinamus quidē oēs, paucíſsimi uerò memores ſunt ipſius, ac de ipſius euentu ſolliciti. Quum uerò multa ſint à diuina Scriptura iudicata, & quę peragi debent ab his qui Deo cōplacere ſtudēt, de his ſolū interea quę in pręſenti à nobis attacta ſūt, quemadmodū ex diuina Scriptura didici, breui meminiſſe aut dicere propoſui, neceſſariū de ſingulis teſtimoniū perceptu facile exiſtens, relinquēs agnoſcēdū his qui circa lectionē occupati ſunt, qui ſanè etiā ad docēdū alios ſufficiētes erūt. Quòd oportet Chriſtianū digna cœleſti uocatione ſapere, & pro dignitate Euāgelij Chriſti cōuerſari. Quòd oportet Chriſtianū nō ſubleſta mente eſſe, neq; abſtrahi quopiā à memoria Dei, & uolūtatū, ac iudiciorū ipſius. Quòd oportet Chriſtianū meliorē iuſtificationib. ſecundū legē eſſe in omnib. & neq; iurare, neq; mentiri. Quòd nō oportet maledicere, quòd non oportet contumeliam inferre, quòd non oportet pugnare, quòd non oportet ſeipſum defendere ac ulciſci. Quòd nō oportet malū pro malo reddere, quòd non oportet iraſci. Quòd oportet patientē eſſe quicqd tandē perpetiatur, & opportunè redarguere iniuriātē, nō affectu ulciſcēdi ſuipſius, ſed deſiderio corrigēdi fratris, ſecūdū mādatū Domini. Quòd nō oportet cōtra abſentē fratrē dicere aliquid ſcopo calumniandi ipſum, id quod eſt detractio, ètiamſi uerum fuerit quod dicitur: Quòd nō oportet ridere, neq; ridiculos ſufferre. Quòd oportet detrahētē fratri auerſari. Quòd non oportet facetias loqui. Quòd nō oportet uaniloquū eſſe. loquēdo aliquid, quod neq; ad utilitatē auditorū pertinet, neq; ad neceſſariū & conceſſum nobis à Deo uſum. Quare etiam operantes ſtudeant, quantū eius fieri poteſt, ut cū ſilentio operētur: & bonos quoque ſermones illi moueant, quibus cōmiſſum eſt cū probatione diſpenſare ſermonem ad fidei ędificationē, ut ne cōtriſtetur ſpūs ſanctus Dei. Quòd nō oportet aliquē ex ſuperuenientib. poteſtatē habere cōueniēdi aut alloquēdi aliquē ex fratrib. priuſquā hi, quibus rerum ac diſciplinę boni ordinis cura commiſſa eſt explorēt, quō placet Deo ad cōmunē utilitatē. Quòd non oportet uino mācipatū eſſe, neq; circa carnes affectu inhęrere, & in ſumma circa nulliū cibū aut potū uoluptatē quęrere: q enī decertat, per omnia cōtinens eſt. Quòd ex ſingulis quę dantur ad uſum, nihil uelut propriū habere aut ſeponere oportet, & tamē curam omnibus uelut proprijs adhibere, & neq; ex abiectitijs quicq;, ſi ita cōtingat, negligere. Quòd nō oportet quenquā ſuipſius eſſe, ſed uelut ſub Deo traditū his qui eiuſdē animi ſunt in ſeruitutē, ſic & ſentire & facere omnia:

unum-

unumquenq; uerò in proprio ordine. Quòd non oportet murmurare, neq; ob angu-
ſtiam rerum neceſſariarum neq; ob laborem operum, ita ut habeant iudicium de ſin-
gulis his, illi quibus horum uiſitatio demandata eſt. Quòd non oportet clamorem fie
ri, neq; alium quendam habitum aut motum, in quo denotatur indignatio aut abalie-
natio à certitudine quòd Deus adſit. Quòd oportet moderari uocem ad neceſsita-
tem. Quòd non oportet aſperè aut contemptim alicui reſpondere, ſed in omnibus
manſuetudinem ac reuerentiam erga omnes oſtendere. Quòd non oportet innuere
oculo cum dolo, aut alio quopiam membri habitu uti, qui commoueat fratrem aut cō-
temptum detegat. Quòd non oportet gloriari in ueſtibus aut calceatu, nam hoc petu
lantia eſt. Quòd oportet uilibus uti ad neceſsitatem corporis, & nihil ad abundan-
tiam inſumere: nam hoc abuſus eſt. Quòd non oportet honorem quærere, aut primas
uendicare. Quòd oportet unūquenq; omes ſibijpſi præferre. Quòd non oportet abſq;
ſubiectione eſſe. Quòd non oportet ocioſum edere, ſiquidē operari poteſt: ſed & eum
qui circa recta facta ad gloriam Dei occupatus eſt, ſeipſum cogere ad ſtudium operis
pro uiribus pręſtandi. Quòd oportet unūquenq; ad probationē pręfectorū cum ratio
ne & certitudine omnia facere, uſq; ad edēdū etiā ac bibendū ad gloriā Dei. Quòd nō
oportet ab altera officina ad alterā tranſire, citra probationē eorū qui ad hoc deſignati
ſūt: niſi fortè ineuitabilis neceſsitas in auxiliū impotētis redditi derepēte uocet. Quòd
oportet unūquenq; manere in quo uocatus eſt, & non tranſgredi propriā mēſurā, aut
trāſire ultra pręcepta, niſi q ad hoc deſtinati ſunt probauerint, quomodo placet Deo.
Quòd nō oportet per cōtentionem aut litem ad aliquē, facere aliquid. Quòd nō opor
tet inuidere aliorū profectui ac claritudini, aut gaudere ob alicuius defectus ac detri-
mēta. Quòd oportet in dilectiōe Chriſti cōtriſtari quidē ac conteri ob detrimēta fra-
tris, gaudere uerò ob recte facta. Quòd nō oportet indifferētē eſſe ob peccantes, aut ſi
lentium de ipſis habere. Quòd oportet redarguentē, in timore Dei cū omni miſericor
dia redarguere, eo ſcopo ut conuertatur peccans. Quòd oportet eum qui redarguitur
aut increpatur ſufferre, ſuam ipſius agnoſcentem utilitatē in emendatione. Quòd non
oportet, dum alius quidam accuſatur, alium coram illo aut alijs quibuſdam, accuſanti
contradicere. Verùm ſi quādò temeraria uiſa fuerit alicui accuſatio, priuatim ſermonē
ad accuſantē habere, & certiorē facere aut certiorē fieri. Quòd oportet unumquenq;
pro uiribus placare eū qui aliquid contra ipſum mali habet. Quòd non oportet pecca
tori qui pęnitentia ègit, male facta obijcere, ſed ex corde dimittere. Quòd oportet eū
qui dicit ſe pœnitentiā egiſſe ob peccatū, non ſolum cōpungi ob peccata, ſed etiā fru-
ctus pœnitētię dignos facere. Quòd propter prima peccata caſtigatus, & remiſsione
dignus factus, ſi rurſus peccauerit, grauius priore conſtruit ſibijpſi iræ iudicium. Quòd
oportet poſt unam atq; alteram admonitionem, perſeuerantem in delicto ſuo, manife
ſtari præfecto, ſi forte à pluribus reprehēſus pudefiat ac reuereatur. Si uerò neq; ſic cor
rexerit ſcandalum ſuum de cætero exſcindi, & uelut ethnicū ac publicanum cōſpici ip
ſum, ad ſecuritatem eorum qui in ſtudio obediētię operantur, uelut ſcriptū eſt: impijs
corruentibus, iuſti formidoloſi erunt. Oportet autem & lugere ob ipſum uelut mem-
bro de corpore reſecto. Quòd non oportet ſuper irritatione fratris ſolem occidere, ne
forte nox inter utroſq; intercedat, & in die iudicij crimē inexcuſabile relinquat. Quòd
non oportet tempus expectare ad ſuijpſius emendationē, propterea quòd de craſtino
ſecuri non ſimus, quia multi multo conſilio initio, craſtinū non ſunt cōſecuti. Quòd nō
oportet decipi per ſaturnitatem uentris per quā fiunt imaginationes nocturnę. Quòd
non oportet diſtrahi ad immodicam operationem, & ſufficientię terminos tranſgredi, 1.Tim.6.
prout Apoſtolus dixit: habentes alimenta ac uelamenta, his contenti ſimus: nam redū
datia ſupra neceſsitatē magnam auaritiam declarat. Auaritia autem ſimulachrorum
cultum demonſtrat. Quòd non oportet pecuniæ cupidum eſſe, neq; theſauros repo-
nere ad inutilia, & ea quę non oportet. Quòd oportet accedentem ad Deū inopiā am-
plecti, & per omnia confixum eſſe timore Dei, iuxta eū qui dixit: Confige timore tuo Pſal.118.
carnes meas, à iudicijs enim tuis timui. Det autē Dominus ut cū omni perfectiōe nos
relata ad gloriam Dei ſuſcipiamus, & fructus ſpiritu dignos oſtēdamus, iuxta uolunta
tem Dei & cooperante Domino noſtro Ieſu Chriſto, Amen.

FORMVLARIS DESIGNATIO SVORVM SCRIPTORVM QVAE pertinent ad pietatis exercitationem. Sermo. VII.

QVum Dominus noſter Ieſus Chriſtus præcipiat, quòd dico uobis in tenebris, dicite in luce, & quod ad aurem audiuiſtis, prædicate ſuper tecta. Et Apoſtolus horrendum ſilentij iudicium oſtẽderit, dum ad ſeniores Ephe-
Act.12. ſiorum dicit: Quapropter cõteſtor uos hodierna die, quòd mundus ſum à ſanguine omnium. Non enim ſubterfugi quo minus annunciarẽ uobis
Tit.3. omnem ueritatem & conſilium Dei: & nobis idem facere pręceperit, dum ait: Hęc admone conteſtans coram Deo: Ego uerò conteſtari ad faciem omnibus de præceptis Domini non poſsim, neceſſarium arbitratus ſum ſcribere ſaltem ad omnium ueſtrûm in Chriſto dilectionem: & meipſum quidem à iudicio liberare, uos autem de pertinentibus ad uos certiores reddere, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, quo neq; uos ex ignorantia in ſtimulum diaboli incidatis, qui ſanè eſt peccatum ipſum, aut aliquod mã-
Ioan.12. datum Dei prætereatis, de quo ſcriptum eſt, Mãdatum ipſius uita æterna eſt: & ab hac
Ioan.3. excidatis, uelut Dominus dicit, Qui non obedit filio non uidebit uitam, ſed ira Dei manet ſuper ipſum: Neq; nos rei ſanguinis eorum qui à peccato mortificati ſunt, per ſilentiũ reperiamur. Pręponetur autẽ mihi iudiciũ, primùm quidẽ declarans cauſam & periculum tantæ eccleſiarum Dei, & uniuſcuiuſq; ad alterum diſcordię ac ſeditionis. Deinde uerò demõſtrationes ex diuina Scriptura, de eo quòd omnem tranſgreſsionem mãdati, Deus uehementer atq; horribiliter punit, quare etiamſi plurima quis recte feciſſe uidetur, pauca tamen aut etiam unum quodcumque tandem mandatum neglexerit, aut etiam alio peccante indifferenter ſiluerit, & non bonam æmulationem ſecundum Dei iudicium oſtenderit, ob hoc ſolum pœnas ſubibit. atq; etiamſi ex ignorantia tale quid admiſerit, neq; ſic pœnam effugiet. Poſt hæc complectetur piam Dei & patris, & unigeniti filij eius & Dei, & ſancti ſpiritus confeſsionem. Deinde eorum quæ à Scriptura nobis diſtincta ſunt noticiam, à quibus abſtinere oportet, & circa quæ maximè ſtudioſos eſſe oportet eos qui uitam æternam & regnum cœlorum deſiderant. Sed & uniuſcuiuſq; gradus aut ordinis præcipua priuatim ſimiliter opponentur. Ad hęc conabitur ſermo noſter ut ex ſacris Scripturis det uobis uelut characterẽ ac delineamẽtũ Chriſtiani ſummarium ac cõpendiarium, termini ac ſummę cuiuſdam rationẽ obtinentem. Et rurſus characterem conſimilem pręfectorũ uerbi doctrinę Domini, in quibus & ſinceritas & exacta puritas uitæ apparebit, & ut ita dicã, dignitas, eorũ q in hac perſeuerant honeſtè uitam trãnſigentes, elucebit. Ad hæc cõſequenter adiungentur à nobis ea quæ ad inquiſitionẽ uitæ ſecundum Deum, à fratribus interrogatus reſpondi. Quorum omnium exemplaria ad ueſtram in Chriſto dilectionem tranſmiſi, ut cõplea-
2.Tim.2. tur in uobis & per nos id quod ab Apoſtolo dictum eſt, Hæc commenda fidelibus hominibus, qui etiam alios docere ſufficientes erunt.

DIVI BASILII MAGNI PRAEFATIO DE IVDICIO DEI, IANO CORNARIO medico phyſico interprete.

PER boni Dei benignitatẽ ac erga homines amorem, & gratiã Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſecũdũ operationem ſancti ſpiritus, ab errore traditionis ac doctrinæ externorum liberatus, ab antiquo uerò & ab initio à Chriſtianis parentibus educatus, ab ipſis quidem à puero ſacras literas didici, ducentes me ad ueritatis cognitionẽ. Poſtq; aũt in uirum euaſi, & peregrinationibus ſæpe uſus, & negotijs rerum pluribus ut par eſt obiectus, in alijs quidem artibus ac ſcientijs, tantã inter illos ipſos mutuam concordiã cõperi, qui ſingulas diligẽter appetũt ac exercẽt. In ſola aũt eccleſia Dei, pro qua Chriſtus mortuus eſt, & ſpiritũ ſanctum ſuper ipſam opulenter effudit, tantam diuerſitatẽ, & excellentẽ tũ inter ipſos mutuò, tum ad diuinas Scripturas, multorũ diſſenſionẽ cõſpicatus ſum: & quod horrẽdiſsimũ eſt, ipſos illius pręfectos in tãta inter ſe diuerſitate ſententiæ ac opinionis cõſiſtẽtes, ut tanta itidẽ cõtrarietate aduerſus Domini noſtri Ieſu

Ieſu Chriſti mandata utentes, & immiſericorditer quidem eccleſiã Dei diſtrahentes,
immodicè uerò ouile ipſius cõturbantes, ut & in ipſis impleatur nunc, ſi unquam aliâs
inæqualitatis doctoribus exortis, illud: Ex uobiſipſis exurgent uiri loquentes peruer- *Act.20.*
ſa ut auellant diſcipulos retro ipſos. Quum hęc & talia uiderem, & ad hæc dubitarem,
quæ & unde eſſet tãti mali cauſa, primùm quidem uelut in profundis tenebris progre-
diebar, & uelut in iugo aut libra modo huc, modo illuc inclinabam, dum alius aliâs aut
ad ſeipſum me traheret, ꝓpter diuturnã hominum cõſuetudinem: aut rurſus protrude
ret, propter cognitã in diuinis Scripturis ueritatem. Quum aũt diutius hæc paterer, & *Iud.18.*
cauſam quam dixi perſcutarer, recordatus ſum libri Iudicũ, qui narrat quidem quòd
unuſquiſq; quod rectum in oculis ipſius uidebať, faciebat: declarat aũt ſimul etiã cau-
ſam, per hoc quod prædixit, In diebus illis non erat rex in Iſrael. Horum itaq; recorda-
tus, reputabã apud meipſum etiam de præſentibus illud, quod dictu quidẽ horrendũ
fortaſsis ac mirabile eſt, cõſideratu aũt uerisſimum, nunquid & nunc ob contemptum
unius & magni uiri & ſolius uniuerſorũ regis ac Dei, talis diſſentio ac pugna in eccle-
ſia exiſtit: unoquoq; à Dñi noſtri Ieſu Chriſti doctrina diſcedẽte, & ratiocinationes ac
terminos ac ſummas ꝓprias ex autoritate cõſtituente, & magis imperare aduerſus Do
minũ, q̃ regi à Dño, uolente. Hoc ſanè mecũ reputans, & ad excellentiã impietatis cõ-
ſternatus, diutius perſcrutãs, credebã perſuaſus nihilo minus etiã ex uitæ rebus ac ne-
gocijs, uerã eſſe prædictã cauſam. Videbã eñ omnẽ multitudinis diſciplinã ac cõcor-
diã hactenus recte cõſiſtere, donec erga unũ aliquẽ principẽ obedientia aliorũ in cõ-
muni ſeruetť. Omnẽ aũt diſcordiã ac ſeditionẽ, inſuperq; multorũ principatũ, ex rebel-
lione ac cõtemptu principatus induci. Ego uerò aliquãdo etiã apũ multitudinẽ exerci
tus modo educi naturæ lege uidi, & propriũ regẽ ordinatè ſequi. Et multa quidẽ ego
talia uidi, multa item audiui. Sciunt aũt etiã plura qui circa hæc ſunt occupati, ut etiam
ex his uerũ eſſe oſtendať id quod dictũ eſt. Si eñ eorũ qui ad unũ nutum reſpiciũt, &
uno rege utunť, ꝓpria eſt boni ordinis diſciplina unà cum concordia: profectò diſcor
dia om̃is ac ſeditio ſignũ eſt cõtempti principatus. Iuxta eandẽ ſanè rationẽ, talis & ad
mãdata Dñi diſſenſio, & mutua diſcordia quæ in nobis reperiť, declaratio fuerit, aut ſe
ceſſus à uero rege, iuxta illud, Solũ q detinet nũc, detineat donec è medio ſecedat aũt
abnegationis ipſius, iuxta hoc, Dixit inſipiens in corde ſuo nõ eſt Deus: cuius uelut ſi- *Pſal.13.*
gnum quoddã aut declarationẽ infert: corrupti ſunt: & abominabiles facti ſunt in ſtu-
dijs ſuis. Hic equidẽ uelut expreſſam imaginẽ eiuſmodi impietatis clàm in anima deli-
teſcentis ad parentẽ maliciã diuinus ſermo demonſtrauit. At B. apoſtolus Paulus ue-
hementius ad timorẽ iudiciorũ Dei cõuertens eos qui non perdiderunt cor, hoc ſup-
plicij loco decernit, cõdemnari eos qui ueræ cognitionis Dei negligentes ſunt. Quid
eñ dicit? Et quemadmodũ nõ ꝓbauerunt Dei cognitionẽ habere, ita tradidit eos De- *Rom.1.*
us in reprobã mentẽ, ut facerẽt quæ nõ cõueniebat, repleti omni iniuſticia; malicia, a-
uaricia, pleni inuidia, & cętera. Atq; hoc iudiciũ arbitror Apoſtolorũ pronũciaſſe, nõ
à ſeipſo, Chriſtũ eñ habebat in ſeipſo loquentẽ: ſed ex illa ipſius uoce inductũ, in qua *Mat.13.*
dicit, propterea ſe in parabolis loqui ad turbas, ut ne intelligãt diuina Euãgelij myſte-
ria, q ipſi iã oculos ſuos cõcluſerant, & auribus grauiter audiebant, & craſſe factũ fue-
rat imprudẽs cor ipſorũ; ut haberẽt pro ſupplicio, ſufferre circa maiora cęcitatẽ, qui ul
trò anteuertiſſent, & occæcato animę oculo obſcurati eſſent. Quod ipſum formidans
ſibi accidere, dixit: Illumina oculos meos, ne unq; obdormiã in mortem. Ex his igitur *Pſal.12.*
ac talibus manifeſtum eſſe reputabam mecum, quod in uniuerſum affectuum malicia
propter ignorantiã Dei, aut reprobam cognitionem accedit. Priuatim uerò diſſenſio
multorũ inter ſe, propterea quòd indignos ſeipſos faciant præfectura Chriſti, contin-
git. Cæterũ ad talis uitæ conſiderationẽ ſi quãdo etiã uenire ſtatuiſſem, neq; metiri po-
teram magnitudinẽ eiuſmodi ſtupiditatis, ſiue temeritatis, ſiue dementiæ: aut propter
excellentiã maliciei, aut non habeo quod dicam. Si enim etiam in brutis ſic conſiſtere
comperimus mutuam concordiã, propter obedientiã uidelicet erga præfectum, quid
nã dixerimus nos qui in tanta inter nos ſeditione, & tanta aduerſus mandata Domini
contrarietate reperimur? Aut nõ hæc omnia putamus, nunc quidem ad doctrinam ac
conuerſionem noſtrã à bono Deo propoſita eſſe? In magna uerò ac horrenda illa iudi

cij die, in cõfuſionem ac cõdemnationem eorũ qui eruditi ac emendati non ſunt pro-
Eſai. 1. ducenda eſſe: ab ipſo qui etiã iam dixit, & ſemper dicit: Cognouit bos poſſeſſorem, &
aſinus præſepe Dñi ſui, Iſrael aũt me nõ cognouit, & populus me nõ intellexit, Et mul
1. Cor. 12. ta alia eiuſmodi. Illud porrò quod ab Apoſtolo dictum eſt, Siue patiẽ unum membrũ,
compatiuntur omnia membra: Siue glorificatur unum membrum, cõgaudent omnia
membra, Et hoc, Vt nõ ſint ſciſſuræ in corpore, ſed idem pro ſe mutuo curent mẽbra,
ab una uidelicet inhabitante anima cõmota, cuius gratia ſic diſpoſita ſunt: Ego quidẽ
puto, ut ſeruẽ talis conſequentia ac diſciplina multò magis in eccleſia Dei, ad quam
dictum eſt: Vos eſtis corpus Chriſti, & membra ex parte: continente nimirũ & coaptã
te ac connectente unumquenꝙ alteri ad concordiã, uno & ſolo uero capite, quod ip-
ſum eſt Chriſtus. Apud quos uerò nõ conſiſtit cõcordia, nõ ſeruaẽ uinculũ pacis, non
mãſuetudo in ſpiritu cuſtodiẽ, ſed & ſeditio, & lis, & æmulatio reperiẽ, multæ quidem
audaciæ fuerit tales membra Chriſti nominare, aut ab ipſo regi dicere: ſimplicis autem
mentis fuerit cõfitenter dicere, ꝙ obtinet illic ac regnat ſapientia carnis, iuxta Apoſto
Rom. 6. li uocem, ſtrictè qdem dicẽtis, Cui exhibebitis uos ipſos ſeruos ad obedientiã, ſerui e-
ſtis eius cui obeditis: recenſentis aũt manifeſtè talis ſapientiæ ꝓprietas, uelut quum di
1. Cor. 12. cit, Vbi eñ in uobis æmulatio & cõtentio & factiones, nónne carnales eſtis? docentis
aũt lata ſententia, tũ difficultatem exitus ipſorũ, tum ꝙ nihil cõmune habent ad pieta-
tem, dũ dicit: Sapiẽtia carnis, inimicitia eſt aduerſus Deũ, legi eñ Dei nõ ſubijciẽ. Neꝙ
Mat. 6. eñ poteſt: q nemo poteſt, inquit Dñs, duobus dñis ſeruire. Deinde uerò quũ ipſe uni
Ioan. 6. genitus filius Dei Dñs noſter Ieſus Chriſtus per quem õmia facta ſunt, clamet, Deſcen
di de cœlo, nõ ut faciã uolũtatem meã, ſed uoluntatem eius q me miſit, patris, Et, à me-
ipſo facio nihil. Et, mandatũ accepi quid dicã, & quid loquar. Et ſpiritus ſanctus q ma-
gna mirabilia dona diſtribuit, & õmia in omnib. operaẽ, à ſeipſo nihil loquaẽ, ſed quæ-
Ioan. 12. cunꝙ audierit à Domino, hęc loquaẽ: quomodo non multò magis penitus neceſſe eſt
eccleſiã Dei, ſtudio habentem ſeruare unitatem ſpiritus in uinculo pacis, implere illud
Act. 2. quod in Actib. dictum eſt, Multitudinis credentium erat cor unũ, & anima una: nullo
uidelicet propriã uolũtatem producente, uerùm omnib. in cõmuni quærentib. in uno
ſancto ſpiritu, unius Dñi Ieſu Chriſti uolũtatem eius q dixit: Deſcendi de cœlo, non ut
faciã uoluntatem meã, ſed uolũtatem eius q me miſit, patris: Ad quẽ dicit, Non pro eis
aũt rogo tãtum, ſed & pro his qui credituri ſunt per ſermonem ipſorum in me, ut omẽs
unum ſint. In his & plurib. ſilentio præteritis, adeò manifeſtè ut nihil contradici poſſit
certior factus, neceſſariã eſſe à tota ſimul Dei eccleſia, ſecũdum uoluntatem Chriſti in
ſpiritu ſancto concordiã: periculoſam uerò ac pernicioſam in mutua ſeditione, erga
Deum inobedientiã, Qui eñ nõ obedit filio, inquit, non uidebit uitã, ſed ira Dei ma-
nebit ſuper ipſum: illud cõſequens eſſe duxi de cætero expendere, Quæ nã peccata ue
niã apud Deum habere poſsint: & ob quæ ac qualia peccata, reus aliquis fit iudicij ino
bedientię. Reperio itaꝙ relectis diuinis Scripturis in ueteri ac nouo Teſtamẽto, neꝙ
in multitudine delictorũ, neꝙ in magnitudine peccatorũ, uerùm in ſola trãſgreſſione
cuiuſcunꝙ tandem præcepti, inobedientiã erga Deum palàm iudicari, & cõmune cõ-
tra omnem inobedientiã iudiciũ Dei. In ueteri quidẽ horrendum illum ipſius Achar
Ioſ. 7. legens finem. Aut hiſtoriã de eo q in ſabbato ligna collegit. Quorum uterꝙ nihil unꝙ
Num. 15. aliàs, non in Deum peccaſſe, non in hominem iniuſtè feciſſe, nõ magnum quid, nõ par
uum omnino reperiẽ. Sed hic quidem ob ſolã ac primã lignorum collectionem, inex-
cuſabilem dat pœnã, neꝙ pœnitentiæ loco inuento. Nã præcepto Dei ab omni popu
lo eueſtigiò lapidibus obruitur. Ille uerò quod ſolum ſubtraxerat quid de donarijs ac
oblationibus nondum in ſynagogam illatis, neꝙ aſſumptis ab his qui ad talia deſtina-
ti ſunt: cauſa interitus non ſolum ſibijpſi, ſed & uxori & liberis, inſuperꝙ ipſi tentorio
cum omnibus ſuis factus eſt. Iam uerò etiam omnem populum, ipſius peccati malum
inſtar ignis depopulaturum erat, atque hoc neꝙ ſcientem quid factum eſſet, neꝙ con
ſcium ei qui peccauerat, niſi breui ex caſu occiſorum uirorum: & contritus quidem eſt
populus, percipiens iram Dei, procidit autem unà cum ſenioribus inſpergens pulue-
rem Ieſus filius Naue, & ſic per ſortem deprehenſus reus, relatam pœnam dedit. Ac di
cet fortaſſis aliquis, ſuſpectos eſſe hos meritò etiam ob alia peccata, propterea quòd
etiam

etiam in his deprehenſi ſunt, uerum ſacram Scripturam horum uelut grauiorũ & mor
te dignorũ mentionem feciſſe. At etiamſi talis ualde fuerit audax ad apponendum a-
liquid & detrahendũ, num & Mariæ ſororis Moſis multitudinem peccatorum accu-
ſabit? cuius uirtutem nullũ credentium latêre puto. Hæc quia cõtra Moſen ſolũ quid Num.12.
dixit, in cõtẽptus loco, & hoc uerum: uxorẽ enim, inquit, Aethiopiſſam ſibi accepit:
tãtam indignationẽ Dei experta eſt, ut neq; ipſo Moſe ſupplicante, remitteretur ipſi
peccati pœna. Itaq; quum ipſum uideo Moſen Dei ſeruũ, magnum illum, tot ac tantis Exod.33.
honoribus à Deo dignũ factum, & ita ſæpe ipſius teſtimonio ornatũ: ut audierit, No-
ui te præter omnes, & inueniſti gratiam corã me: hunc quum uideo in aqua contradi-
ctionis, nullius alterius rei gratia, quàm ubi ſolùm populo murmuranti ob aquę penu- Exod.17.
riam dixerat, Num ex hac petra educemus uobis aquã? huius ſolius dicti gratia ſtatim
minas ſuſcipere, quòd ad terram promiſsionis peruenturus non eſſet, quę ſanè erat tũc
caput promiſsionũ ad Iudæos: quum uideo hũc rogantem, & ueniam non conſequen-
tem, quũ uideo ipſum propter tot rectè facta, nulla uenia ob breue illud dictum di-
gnum fieri, reuera uideo Dei ſeueritatẽ, uelut Apoſtolus ait reuera illud uerũ eſſe cre Rom.11.
do, ſi iuſtus uix ſeruatur, impius & peccator ubi apparebit? Et quid hęc dico? Quũ hor
rendam illam Dei ſententiã audio, quum etiam contra eum qui unum mandatũ ex ig-
gnorãtia tranſgreditur, pronunciat, non habeo quomodo pro merito, iræ magnitudi-
nem extimeſcã. Scriptum eſt enĩ, Et anima ſi peccauit, & fecerit unum de omnibus mã Leuit.4.
datis Dñi, quæ facere nõ oportet, & non nouit, & deliquerit, & acceperit peccatum,
afferet arietem immaculatũ ex ouibus precio argenti, in delictũ ad ſacerdotem: & pla-
cabit pro ipſo ſacerdos de ignorantia quam ignorauit, & ipſe non nouit, & remittetur
ipſi: deliquit enim delictũ coram Domino. Si uerò in delinquẽtibus per ignorantiam
adeò ineuitabile eſt iudicium, & pro purgatione ſacrificium neceſſarium, quod etiam
iuſtus Iob teſtatur ſe offerre pro filijs quid dixerit quis de his qui peccant ſcienter? aut Iob 1.
de his qui dum illi peccant, ſilentium agunt? Et ne uideamur coniecturis ſolum uerisi-
milibus indignationẽ contra hos reputare, neceſſarium eſt rurſus ipſam diuinam Scri
pturã in memoriam reuocare, quæ ad præſens etiam per unam hiſtoriam iudicium ta-
lium declarare ſufficiet. Et filij, inquit, Eli ſacerdotis, filij peſtes. Hi aũt quũ tales eſſent, 1.Reg.2.
quod non increpauit ipſos uehementius pater ipſorũ, talem longanimitati Dei iram
cõmouit, ut inſurgentibus alieniginis, filij illi ipſius occiderentur, in bello in una die, ſu 1.Reg.4.
peraretur q; uniuerſus pop lus, & multi ex his caderent, fierentq; etiã circa arcam ſan-
cti fœderis Dei, quæ neq; audita unq; antea ſunt, ut quam neq; Iſraelitas, neq; ipſos ſa-
cerdotes omnes, neq; ſemper attingere phas erat. Et locus ipſam quiſq; prout cõtigit
ſuſcipiebat, & cõtigit ipſam à manibus impijs alias aliunde transferri, & pro ſanctis, in
templa ſimulachrorũ deponi. In quibus quantũ cõtigerit eſſe etiam contra ipſum Dei
nomen riſum ac ſubſannationẽ ab ipſis alienigenis, facilè coniectare licet. Ad hæc etiã
ipſe Eli finẽ miſerrimum ſortitus ſcribitur, acceptis minis etiam ſemen ipſius à ſacer-
dotali dignitate admouenũ eſſe, id quod etiã factum eſt. Talia acciderunt populo, ta-
lia paſſus eſt pater, propter filiorũ iniquitatẽ, qui etiã propriæ uitæ gratia nullũ unquã
crimẽ incurrit, atq; illis ipſis peccantibus ſilentiũ nõ egit, ſed multũ admonuerat, ut ne
amplius in ſimilibus perſeuerarent: Ne filij, dicẽs, ne facite. nõ boni ſunt rumores quos
audio de uobis. & uehementius adhuc peccati magnitudinẽ adſtruens, horribilius pe
riculũ ipſis produxit: Si enĩ peccans peccauerit homo, inquit, in hominẽ, orabunt pro
ipſo ad Dominũ. Si uerò in Deum peccauerit, quis orabit pro ipſo? At tamen quoniã,
uelut dixi, nõ decentẽ æmulationem cõtra ipſos oſtendit, facta ſunt ea quę relata ſunt.
Talia equidẽ plurima in ueteri Teſtamento reperio cõtra omnem inobedientiã iudi-
cia. Rurſus aũt ubi ad Nouũ deuenio, dũ Dñs noſter Ieſus Chriſtus neq; per ignoran-
tiã admiſſa à pœna exoluit, uerũ uehementiores minas cõtra eos qui ſcienter peccant,
intẽdit, ubi ait: Ille aũt ſeruus qui nouit uoluntatẽ dñi ſui, & nõ præparauit ſeipſum, ne
que fecit uoluntatem ipſius, multas plagas accipiet: Qui uerò nõ nouit, plagis autẽ di- Luc.12.
gna fecit, paucas accipiet: Quũ reperio eiuſmodi ſentẽtias ipſius unigeniti filij Dei, &
ſanctorũ Apoſtolorũ contra peccãtes indignationẽ: totq; ac tãta mala eorũ qui quo-
cunq; tandẽ peccatum admiſerunt, non pauciora, imò plura his quæ ex ueteri ſunt re-
lata

lata:addiſco iudicij uehementiã.Nam cui cõmiſerunt multũ, ab ipſo abundantius exi-
gent.Ecce itaq; qualia dicit B.Paulus,& uocationis dignitatem,& cõtra omne pecca
tum indignationẽ ſimul cõmonſtrans. Arma militiæ noſtrę non carnalia ſunt, ſed po-
2.Cor.10. tentia Deo ad deſtructionẽ munitionũ,conſilia deſtruentes,& omnem altitudinẽ eſſe
rentem ſe aduerſus cognitionem Dei,& captiuũ ducentes omnem intellectũ in obe-
dientiã Chriſti:& non hõc ſolum,ſed & in promptu habentes ulciſci omnem inobedi
entiam. Vbi ſi quis expendat ſingula relata diligẽtius,cognoſcere poterit diuinę Scri-
pturæ uoluntatẽ exactius,quòd nõ ſinit nos fraudulentis quibuſdã opinionibus erra-
re,ut uniuſcuiuſq; anima in peccatũ delaberetur,& putaret aliqua quidem peccata pu
niri,aliqua uerò impunita dimitti.Sed quid dicit,Conſilia deſtruẽtes,& omnẽ altitudi
nem efferentẽ ſe aduerſus cognitionẽ Dei:ut omne peccatũ propter diuini mãdati cõ
temptũ,altitudo efferens ſe aduerſus cognitionem Dei,dicatur:id quod etiam in libro
Numerorum clarius oſtenditur.Poſtq; enim enumeratis peccatis inuitis, & ordinatis
oblationibus pro ipſis,tranſire iã pararet ad leges cõuenientes populo ſanciendas e-
Cap.15. tiam de uoluntarijs,ſic incipit:Et anima quæ fecerit in manu ſuperbiam:manũ ſuper-
biæ uocans audaciam eorũ qui uoluntariè peccant, quam Apoſtolus altitudinem eſſe
rentem ſe aduerſus cognitionem Dei nominat.Anima igitur,inquit, quę fecerit in ma
nu ſuperbiã:ſiue indigena,ſiue aduena fuerit ille, hic Deũ exaſperat, & exterminabit
anima illa è medio populi ſui:quia uerbũ Domini uilipendit, & mandata ipſius diſſipa
uit:extritione exteretur anima illa,peccatũ ipſius in ipſa. Hic obſeruandũ illud eſt,q; ſi
nõ extritione exteretur anima illa,peccatũ ipſius nõ in ipſa ſolũ,ſed & in eos qui bonã
æmulationem non oſtenderũt,uelut in multis locis ſcriptum eſt,& ſæpe factũ eſt.Et ut
ex minoribus erudiamur de timore in maioribus, qualem indignationem contra in-
obediẽtes ſacerdoti aut iudici faciat in Deuteronomio,cõſideremus.Dicit itaq;,Et ho-
Deut.14. mo qui fecerit in manu ſuperbiam,ita ut nõ obediat ſacerdoti aſſiſtẽti ad miniſtrandũ
in nomine Domini Dei tui,aut iudici quicunq; fuerit in diebus illis,moriet̃ homo ille:
& tolles prauũ ex Iſrael,& omnis populus qui audierit, timebit, & non amplius impij
erunt.Ad quæ ſanè reſpicere par eſt,quo quis pro rei dignitate commotus,horribilius
conſternetur.Deinde dicit,Et captiuum ducentes omnẽ intellectum in obedientiam
Chriſti.Omnem intellectũ,non hunc aut illum:& in promptu habentes ulciſci,& hic
rurſus non hanc aut illã,ſed omnem inobedientiã.Profectò decepit nos peſſima con-
ſuetudo:profectò magnorum malorũ cauſa nobis fuit peruerſa hominũ traditio,quæ
aliqua uidelicet peccata auerſatur,alia uerò indifferenter eligit,& contra aliqua uehe-
hementer ſe indignari ſimulat,uelut cædem & adulteriũ & cõſimilia. Aliqua uerò ne-
que nuda ſaltem increpatione digna cenſet,uelut iram, aut conuiciũ, aut ebrietatem,
aut auariciam,& quæcunq; talia.Contra quæ omnia etiam alibi eandem ſententiã pro
nunciauit in Chriſto loquens Paulus:dicens,quòd qui talia faciunt, digni morte ſunt.
Vbi autem omnis altitudo quæ ſe effert aduerſus cognitionẽ Dei deſtruitur,& omnis
intellectus in obedientiam Chriſti captiuus ducitur,& omnis inobedientia æqualiter
punitur,illic nihil indeſtructum,nihil impunitum dimittitur,nihil extra obedientiam
Chriſti relinquitur.Cõmunem eñ & maximam impietatem cõtra omnem inobedien
tiam oſtendit apoſtolus Paulus,dum illud dixit:Qui in lege gloriaris,per tranſgreſſio-
Rom.2. nem legis Deũ ignominia afficis.Nunquid igitur hæc ſermones ſolũ ſunt,& non res?
Ecce itaq; in Corintho ille qui uxorẽ patris habebat,nulli alij crimini obnoxius quàm
huic ſoli,non ſolum ipſe traditur ſatanæ in perniciem carnis,donec dignis pœnitentię
fructibus corrigatur peccatũ,ſed totam ſimul eccleſiam,quia peccatum non reprehen
1.Cor.5. dit,illis criminibus obijcit.Quid uultis?cum uirga ueniã ad uos? & paulo pòſt,& uos
inflati eſtis,& non potius luxiſtis,ut tolleretur è medio ueſtrûm, qui facinus hoc per-
Act.5. petrauit.Quid uerò Ananias ille in Actis? Quid aliud mali feciſſe reperit̃,quàm illud
ipſum.Vbi itaq; tanta ira dignũ uidetur?Quum proprias uendidiſſet poſſeſsiones,at-
tulit pecunias,& depoſuit ad pedes Apoſtolorũ,ubi detraxiſſet aliquid de precio.Ob
hoc factum eadem hora unà cum uxore morte condemnatur, neq; ſermones de pœ-
nitentia ob peccatum diſcere dignus factus, non ut compungeretur ſaltem ob hoc
temporis ſpacium reperiens, non præfinitum ad agendam pœnitentiam tempus ac-
cipiens

cipiens. Ille autem talis ac tanti iudicij miniſter, ille tantę Dei irę in eum qui peccauit e-
xecutor, B. Petrus ille omnibus diſcipulis prælatus, & ſolus amplius quàm alij teſtimo
nium adeptus ac beatus prędicatus, cui claues regni cœlorum concreditæ ſunt, quũ au
dit à Domino, Niſi lauero te, non habes partem mecum, quale nam & quomodocũq; Ion. 13.
lapideum cor, non ad timorem ac tremorem iudiciorum Dei concitabit? atq; hoc quũ
nullius peccati, nullius contemptus ſignificationem dederit: uerùm potius excellẽti er
ga Dominum honore uſus ſit, & cõuenĩẽtem ſeruo ac diſcipulo reuerentiã oſtenderit.
Quum enim uidiſſet ſuum & omnium Deum ac Dominũ, & regem & herum, & præ-
ceptorem ac ſaluatorem, & ſimul omnia in miniſtri habitu, linteo cinctum & pedes ip
ſius lauare uolentem, ſtatim uelut propriam indignitatem percipiens, & à dignitate ac
cedentis conſternatus exclamauit, Domine tu meos lauas pedes? Et rurſus, Non laua-
bis pedes meos in æternum. Ob hoc tantas ſuſcipit minas, ut niſi rurſus gnarus uerita-
tis uerborum Domini, per obedientiam contradictionem correxiſſet, niſi ſanè ex præ
greſsis recte factis, nihil ex proprijs uirtutib. nihil de Domini prędicationib. doniſq;
ac promiſsionibus, & neq; ipſa Dei & patris talis, ac tantę erga filium unigenitũ bonæ
uolũtatis reuelatio, pręſentes minas mitigare ſuffeciſſet. Cęterùm ſi hęc recẽſere uolo,
quæ in ueteri ac nouo teſtamento reperio, deficiet me tempus. Iam uerò quũ etiam ad
ipſas deuenio Domini noſtri Ieſu Chriſti in euãgelio uoces, & ad uerba eius qui iudi-
caturus eſt uiuos ac mortuos, quę omni hiſtoria, & omnia alia demõſtratione apud cre
dentes magis ſunt fide digna: multã quidẽ in ipſis addiſco obedientiæ in omnibus er-
ga Deum, ut ita dicam neceſsitatem: nullam autem omnino in nulla re relictã nõ pœni
tentibus inobedientiæ ueniam, niſi quid aliud audere licet & in animũ ſumere, ad nu-
das adeò manifeſtaſq; ac abſolutas ſententias. Cœlum enim, inquit, & terra tranſibũt, Mat. 24.
uerba autem mea non tranſierint. Non eſt hic differentia, non eſt diuiſio, nihil uſquam
ex toto relictum eſt. Non dixit hęc aut illa, ſed uerba mea, omnia ſimul nõn tranſierint.
Scriptum eſt enim, fidelis Dominus in omnibus ſermonibus ſuis, ſiue interdicẽs quod Pſal. 144.
cunq; tandem, ſiue pręcipiens, ſiue promittens, ſiue minans: & ſiue in actione interdi-
ctorum, ſiue in defectu præceptorum. Quod enim ex æquo & malorũ actio & bono-
rum operum defectus punitur, ſufficiebat quidem & ad demonſtrationem, & ad certi
tudinem, animæ non omnino ex incredulitate ægrotanti, antea relatum de Petro iudi
cium: qui non interdictum quid fecit, neq; tale quoddam præceptum reliquit, quod
ſegniciem aut contemptum relinquentis declararet: uerum honorem & miniſterium
à Domino ſolum admittere ueritus, tales minas ſuſcepit, quas non effugiſſet, niſi uelut
prędictum eſt, iram celeritate ac uehementia correctionis pręuertiſſet. Veruntamen
quia bonus & miſericors Deus, longanimis ac patiẽs, erga nos bonam uoluntatem ha
bet, ut idem ſæpe nobis & per multa demonſtret, quo per multitudinem & frequentiã
anima uix tandem commota & perfuſa, diuturnam iniquitatis conſuetudinem detere-
re poſsit: illorum ſolum ad præſens meminiſſe neceſſarium eſt, qui in magna ac horren
da iudicij die ex ſiniſtris Domini noſtri Ieſu Chriſti cõſiſtunt, ad quos dixit ille qui om
nem iudicij poteſtatem à patre accepit, qui uenit ad illuminandum occulta tenebrarũ,
& manifeſtandum conſilia cordium: Abite à me maledicti in ignem æternum, qui pa-
ratus eſt diabolo & angelis ipſius: & induxit cauſam non dicẽs, quia occidiſtis, aut ſcor
tati eſtis, aut mẽtiti, aut alicui iniuriã feciſtis, aut aliud quid ex interdictis, uel minutiſsi
mum ſaltem feciſtis: Sed quid? quia bona opera neglexiſtis. Eſuriui enim, & non dedi-
ſtis mihi edere, Sitiui, & non potaſtis me: Peregrinus eram, & nõ collegiſtis me. Nudus
erã, & non amicijſtis me, Infirmus & in carcere erã, & nõ uiſitaſtis me. Hæc & talia per
boni Dei gratiam qui uult quidem omnes homines ſaluari, & ad ueritatis cognitionẽ 1. Tim. 2.
peruenire, docet autem hominem cognitionem, in diuinis ſcripturis edoctus, & hor-
rendiſsimæ cauſæ talis multorum inter ſe, & ad mandata Domini noſtri Ieſu Chriſti,
diſſenſionis gnarus eruditusq; horribile illud tantæ iniquitatis iudicium, & cognitum
habens omnẽ inobediẽtiã omnis iudicij Dei ęqualiter puniri: Inſuper autem & horrẽ
dum illud iudicium edoctus, quod ſuper eos qui non peccauerunt, procedit, & tamen
irę participes facti ſunt, propterea quòd nõ bonã ęmulationẽ contra eos qui peccaue
runt, oſtenderunt, etiamſi ſępe neq; cõſcij peccati fuerunt: neceſſarium arbitratus ſum
quan-

quanquam ſerò, propterea quòd ſemper expectarim eos qui idem pietatis certamen
aſſumpſerunt, & in meipſo ſolo non tantum fiduciæ habuerim. attamen fortaſſis haud
intempeſtiue, nunc ſaltẽ proponere collecta ex diuinitùs inſpiratis Scripturis, ea quæ
diſplicent Deo, & in quibus complacentiam habet, ad cõmonefaciendos eos qui pie-
tatis erga Deum certamẽ exercent. Atq; hoc, quantũ eius per me fieri poteſt, iuxta cõ
munes preces, quo digni fiamus gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, & doctrina ſancti
ſpiritus, ita ut reſiliamus quidem à propriarum uoluntatum conſuetudine, & humana
rum traditionum obſeruatione, procedamus autem ſecundum Euangelium beati Dei
Ieſu Chriſti Domini noſtri. Et ubi in præſenti tempore complacenter ipſi uixerimus,
tum per uehementiorem ab his quæ prohibita ſunt receſſum, tum diligentiorem eo-
rum quæ approbata ſunt obſeruationem, in futuro immortalitatis ſeculo iram uenien-
tem ſuper inobedientiæ filios, effugere poſsimus, & digni inueniri æterna uita, & cœ-
leſti regno promiſſo à Domino Ieſu Chriſto omnibus ſeruantibus teſtamentum ipſi-
Gal. 5. us, & in memoria habentibus mandata eius, ita ut faciant ipſa. Porrò recordatus Apo-
ſtoli qui dixit, In Chriſto Ieſu neq; circumciſio quid ualet, neque præputium, ſed fides
operans per dilectionem: cõſequens ſimul ac neceſſarium duxi, ſanam fidem, & piam
ſententiam de patre & filio ac ſancto ſpiritu apponere prius, atque ſic moralia inſuper
adiungere.

DIVI BASILII MAGNI DE FIDEI CONFESSIONE ſermo, Iano Cornario medico phyſico interprete.

CVM per boni Dei gratiam, iuſſionem pietatis ueſtræ dignã cognouiſſem
dilectione in Chriſto erga Deũ, in qua piæ fidei cõfeſſionem conſcriptã
à nobis requiſiuiſtis, primùm quidem ſentiens meam humilitatem ac de-
Rom. 12. bilitatem, cunctabar ad reſpondendum. Vbi uerò recordatus ſum Apo-
ſtoli qui dixit, Sufferentes alter alterũ in dilectione. Et rurſus, Corde enĩ
creditur ad iuſticiã, ore uerò fit confeſſio ad ſalutẽ: non uacare periculo arbitratus ſum
uobis contradicere, & ſalutarẽ confeſſionẽ ſilentio præterire: fiduciã habens per Chri
ſtum ad Deũ, uelut ſcriptum eſt, nõ quòd ſufficiẽtes ſimus à nobiſipſis cogitare quid,
uelut ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt: qui tũc quidem illos, nunc uerò etiã
nos, atq; hoc per uos ſufficientes fecit, ut fiamus miniſtri noui Teſtamẽti, nõ literę, ſed
ſpiritus. Miniſtri autẽ fidelis proprium eſſe nouiſtis omninò etiam ipſi, ut quod ipſi ã
bono Domino ad diſpenſandum in conſeruos concreditũ eſt, id ipſum cõſeruet his in
corruptum & inadulteratum. Quare & ego debitor ſum, ut quę ex diuina Scriptura di
Mat. 3. dici, ea uobis prout Deo placet, ad cõmunem utilitatem apponã. Si enim ipſe Domi
Col. 2. nus, in quo bene complacitum eſt patri, in quo ſunt omnes theſauri ſapiẽtiæ & cogni-
Ioan. 12. tionis occultati, qui omnem poteſtatem, omne iudicium accepit à patre: mandatũ de-
dit mihi, inquit, quid dicam, & quid loquar. Et rurſus: Quæ igitur ego loquor, quẽad-
modũ dixit mihi pater, ſic loquor: & ipſe ſpiritus ſanctus à ſeipſo nõ loquitur, ſed quæ
cunq; audierit ab ipſo, hæc loquitur: quãto magis nobis pium ſimulq; ſecurum eſt hoc
ſapere ac facere in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti? Quàm diu igitur cõtendere ad
uerſus inſurgentes per occaſionem hæreſes oportebat, ſequẽs antegreſſos, cõſequens
duxi ad diuerſitatẽ conſeminatæ à diabolo impietatis, inductas blaſphemias reluctan
tibus uocibus impedire, aut etiam euertere: idq; aliâs alijs, prout neceſſitas ægrotantiũ
cogebat. & his ſæpe non ſcriptis, attamẽ non abalienatis à pia Scripturæ ſentẽtia. Quẽ
admodum ſanè & Apoſtolus ſæpe fecit, Gręcis uerbis ad proprium ſcopum uti non a-
uerſatus. Nunc uerò ad communẽ noſtrum ac ueſtrum ſcopum conueniens putaui, in
ſimplicitate ſanæ fidei iuſſionem ueſtræ in Chriſto dilectionis explere, traditurus quæ
didici ex diuina Scriptura, abſtinendo quidem à nominibus ac uerbis illis, quę ipſis in
dictionibus in diuina Scriptura nõ habentur, ſententiam tamẽ illam in Scriptura ſitam
conſeruant. Quæ uerò ad dictionis peregrinitatem, etiam ſententiam nobis peregri-
nam inducunt: & quæ non reperiũtur à ſanctis uſurpata, ea ut peregrina & aliena à pia
fide omnino auerſaturus. Fides quidem igitur eſt aſſenſus non hęſitans de his quæ au-
dita ſunt in certitudine ueritatis, & prædicata ſunt per gratiam Dei, quam oſtendit A-
braham

raham,qui teſtimoniũ habet,quòd nõ hæſitauit per incredulitatem,ſed in fide potens
fuit,dãs gloriam Deo,& certus de eo quod quicquid promiſit,potẽs eſt etiã facere. Si Pſal.144.
aũt fidelis eſt Dominus in omnib.ſermonibus ſuis,& fidelia omnia mandata ipſius,cõ
firmata in ſeculum ſeculi,facta in ueritate & rectitudine:manifeſta eſt elapſio à fide,&
ſuperbiæ crimẽ,aut reprobare quid ex his quæ ſcripta ſunt,aut ſuperinducere quid ex
non ſcriptis,quum Dominus noſter Ieſus Chriſtus dixerit,Oues meæ uocem meã au- Ioan.10.
diunt.& ante hoc retulerit,Alienũ aũt nõ ſequent̃,ſed fugient ab ipſo,quia non noue
runt uocẽ:Et Apoſtolus in exemplo humano uehementius interdixerit apponere aut
detrahere aliquid in diuinis Scripturis,dum ait:Tamen hominis confirmatũ teſtamen Gal.3.
tum nemo reprobat,aut aliquid addit.Omnẽ itaq; alienã à doctrina Dñi uocem ac ſen
tentiam,ſic nos ſemper & nũc uitare ſtatuimus,quum & ſcopus,uelut prædixi, nũc no
bis & uobis propoſitus,multum differat ab illis argumẽtis,à quib.aliàs aliter ad ſcribẽ
dum aut dicendũ perducti ſumus.Nã tũ hæreſis redargutio,& inſidiarum diaboli ſub
uerſio nobis ſtudio erat:nunc aũt ſanæ fidei cõfeſsio ac ſimplex manifeſtatio propoſi-
ta eſt.Itaq; neq; ſermonis character idem nunc nobis congruit. Sicut em̃ non accepe-
rit in manus homò eadẽ inſtrumenta , dũ bellũ gerit,& dum agriculturã exercet.Alia
em̃ ſunt inſtrumenta eorum q in ſecuritate ea quæ ad uictum pertinent,ſibijpſis elabo
rant:& aliæ ſunt armaturæ eorum q in acie bellica collocati ſunt.Sic utiq; non dixerit
eadem is qui exhortatur in ſana doctrina,& qui cõtradicentes redarguit. Alia em̃ eſt
ſpecies orationis redargutoriæ,& alia orationis exhortatoriæ.Alia ſimplicitas eorum
qui in pace pietatẽ confitent̃,& alij ſudores eorum qui aduerſus oppoſitiones falſi no
minis ſcientię inſtant,& ſe opponunt.Vt etiã hoc modo nos ſermones noſtros cum iu
dicio diſponẽtes,ubiq; his quæ ad cuſtodiã aut ædificationẽ fidei pertinent,cõſequen
ter utamur:nũc quidẽ his q per diaboli inſidias ipſã deſtruere conant̃, cõtentioſius re
ſiſtentes: nunc uerò his qui in ipſa ædificari uolunt,ſimplicius & familiarius ipſam ex
ponentes,& nihil aliud facientes, quàm illud quod ab Apoſtolo dictum eſt,ut ſciatis
quid oporteat uos unicuiq; reſpõdere.Priuſquã aũt deueniamus ad ipſam fidei cõfeſſi 1.Pet.3.
onem,etiã illud ſignificari operæpreciũ eſt, quòd maieſtatẽ ac gloriã,quę ſermone in
cõprehenſibilis,& mẽte imperceptibilis eſt, uno uerbo aut intellectu,neq; declarari,
neq; intelligi poſſibile eſt. Verũ per plura in noſtro uſu uerſantia, diuina Scriptura uix
his q puro ſunt corde,uelut per ſpeculũ inſinuauit.Nã facies ad faciẽ,et perfecta cogni
tio in futuro ſeculo dignis exhibẽda promiſſa eſt.Nũc uerò ſiue Paulus quis ſit,ſiue Pe
trus,uidet quidem uerè quæ uidet,& nõ errat, neq; imaginat̃,per ſpeculum tamen &
ænigmatis inſinuationem uidet:& id ꝙ nunc ex parte cõtingit, cũ gratiarum actione
ſuſcipiens,perfectum in futurum cum gaudio expectat.Id ꝙ cõfirmat apoſtolus Pau-
lus,tali quodã modo ſermonem cõſtruens.Quemadmodum quũ eſſem puer, recens 1.Cor.13.
elemẽta principij oraculorũ Dei ediſcẽs,uelut puer loquebar,uelut puer cogitabam.
Quum aũt uir factus ſum,& ad menſurã ætatis ac ſtaturæ plenitudinis Chriſti perueni
re feſtino,ea quæ pueri ſunt aboleui,& tãtum habui in diuinarũ ſcripturarũ perceptio
ne ꝑfectũ ac progreſſum in melius,ut cognitio in Iudaico cultu puerilis mẽtis motib.
ſimilis ſit.Viro aũt per omnia perfecto,ea quæ per Euangeliũ acceſſit cognitio. Sic in
cõparatione cognitionis in futuro ſeculo dignis reuelandæ,etiã id quod iam uidetur
in cognitione perfectũ,breue quiddã ac obſcurum eſt,adeò ut amplius abſit à claritu-
dine in futuro ſeculo,q̃ abeſt per ſpeculũ & in ęnigmate uidere à cõſpectu faciei ad fa
ciem.Cõfirmant hoc etiã B.Petrus ac Ioãnes diſcipuli Dñi,per incrementum ac profe
ctum ſemper in melius uergentẽ in præſenti uita,excellẽtis in futuro ſeculo cognitio-
nis nõ minus etiã ipſi fidem faciẽtes:q ſanè poſtq̃ digni uiſi ſunt electione à Domino,
cõuerſatione cũ ipſo,apoſtulatu ab ipſo,ſpiritaliũ donorũ diſtributione,poſtquam au
diuerunt,uobis datũ eſt noſſe myſteria regni cœlorũ:poſt talẽ cognitionẽ eorum quæ
alijs arcana erant,tamen poſtea circa ipſam Domini paſsionem audiunt: Adhuc mul- Mat.13.
ta habeo uobis dicere,ſed non poteſtis portare nunc.Ex his & talibus diſcimus,quòd
in tantũ nouit diuina Scriptura cognitionis infinitatẽ,in tantũ item in humana natura
aſſequendi in præſenti diuina myſteria impotentiã,quũ ſemper amplius quid per pro
fectũ unicuiq; accedat,& ſemper id quod pro dignitate eſt,omnibus deſit, donec ue-

Q nerit

nerit quod perfectū eſt, quādo id ꝙ ex parte eſt, abolebit: Itaq; quum neq; unū nomē
ſufficiat ad omēs ſimul Dei glorias declarādas, neq; ſingula ex toto citra periculū aſſu
mant: Si ēm quis dicat Deus, nō declarauit pater. Voci aūt pater deeſt cōditor. His aū-
rurſus opus eſt bonitate, ſapientia, potentia, & reliquis quæ in ſancta Scriptura habent
tur. Rurſus aūt uocē pater totā in noſtro uſu ſi accipiamus de Deo, impij ſumus. Affe-
ctum ēm & defluxū, & ignorantiā, & debilitatē, & quæcunq; talia ſunt, ſimul dicit. Si-
militer aūt & uox cōditor. Nobis ēm opus eſt tēpore, materia, inſtrumentis, auxilio, à
quib. omnib. purā eſſe oportet piā de Deo opinionē, quantū id homini poſsibile eſt.
Nā id ꝙ pro dignitate eſt, uelut dixi, etiamſi omnes mentes ad perſcrutationē cōiun-
gerent, & omnes linguę ad enunciationē cōcurrerent, nemo aſſequi poterit. Hāc ſanè
ſententiā manifeſtè ꝓponit nobis ſapientiſsimus Salomon dicens, Dixi docebor ſapi-
Eccleſ.7. entiā, & hæc elongata eſt à me longa ſuprà ꝙ erat: nō ꝙ fugerit, ſed quòd illis maximè
manifeſtet ipſius in cōprehenſibilitas, quib. per gratiā Dei abundantius contigit co-
gnitio. Diuina igit Scriptura pluribus nominib. ac uerbis neceſſariò utitur, ad particula
rem quandā eamq; ænigmaticā diuinæ maieſtatis declarationē. Cæterū ut omnia quę
ubiq; à diuina Scriptura de patre & filio ac ſpū ſancto dicta ſunt, in præſenti recenſea-
mus, neq; facultas neq; ociū nobis eſt, ꝓpterea ꝙ uos urgeatis. Verū pauca ex omnib.
apponētes ſufficere putamus & hęc ueſtrę cōſcientię, tū ad noſtræ ex Scripturis ſentē
tię declarationē, tū ad ueſtram ipſorū, & eorū qui inter uos id expetunt, certitudinē ac
perfectionē. Sicut ēm multa unā uobis piā ſententiam annunciant, ſic etiam ex paucis
his q candidus eſt, pietatē in omnib. agnoſcet. Credimus itaq; ac cōfitemur unū ſolum
uerū & bonū Deum, & patrē omnipotentē ex quo omnia, Deū & patrem Dñi noſtri
& Dei Ieſu Chriſti. Et unū unigenitū ipſius filiū Dominū & Deū noſtrū Ieſum Chriſtū
ſolū uerū, per quē omīa facta ſunt uiſibilia ac inuiſibilia, & in quo omnia cōſiſtunt: qui
in principio erat apud Deū, & Deus erat: et poſtea iuxta Scripturā in terra cōſpectus
eſt, & cū hominib. cōuerſatus eſt: qui per natiuitatem ex uirgine ſerui forma aſſumpta,
& habitu inuentus uelut homo, omnia quę in ipſum, & de ipſo ſcripta ſunt, impleuit ſe
Phil.2. cundū patris præceptū, factus obediens uſq; ad mortē, mortē aūt crucis: & tertia die
excitatus ex mortuis, uiſus eſt ſanctis ſuis diſcipulis, ac reliquis, uelut ſcriptū eſt: aſcen-
ditq; ad cœlos, & ſedet in dextra patris: unde ueniet in cōſummatione ſeculi huius ad
excitandum omnes, & reddendū unicuiq; iuxta actionem ſuā. Quādo iuſti aſſumenť
in uitam ęternam ac regnum cœlorū: peccatores uerò condemnabunť in ſuppliciū æ-
ternum, ubi uermis ipſorum nō moriť, & ignis non extinguiť. Et unum ſolū ſpiritū ſan
ctum paracletū, in quo inſigniti ſumus in diem redemptionis, ſpiritū ueritatis, ſpiritū
Mar.9. adoptiōis, in quo clamamus Abba pater. Qui diuidit & operať dona à Deo, unicuiq;
Rom.8. ad utilitatē ꝓ ut uult. Qui docet ac ſuggerit omīa, quę audierit à filio. Qui bonus eſt, q
Ioan.16. deducit ad omnē ueritatem, & firmat omnes credentes ad cognitionem uerā ac ſince-
rā, & cultū pium, & adorationem ſpiritualē, & ueram cōfeſsionem Dei patris, et unige
niti filij ipſius Dñi & Dei noſtri Ieſu Chriſti, & ſuijpſius, unoquoq; nomine iā nomina
to, proprietatem manifeſtè nobis diſcrimināte, quū etiam de unoquoq; ex nominatis,
omnino quædam præcipuæ proprietates piè cōſiderenť, pater quidē in ꝓprietate pa-
tris, filius uerò in ꝓprietate filij, ſanctus aūt ſpūs in propria proprietate. Neq; ſancto
ſpiritu à ſeipſo loquēte, neq; filio à ſeipſo quid faciēte. Et patre qdem mittēte filiū, filio
uerò mittente ſanctū ſpiritū. Sic ſentimus, & ſic baptizamus in trinitatē coeſſentialē,
Mat.28. iuxta mandatū ipſius Dñi noſtri Ieſu Chriſti qui dixit, Euntes docete omnes gentes,
baptizantes ipſos in nomē patris & filij, & ſpūs ſancti, docentes ipſos ſeruare omnia
Ioan.15. quæ præcepi uobis. Quę ſanè ſeruātes quidem, dilectionē erga ipſum oſtendimus, &
in ipſa maneri digni euadimus, uelut ſcriptū eſt. Nō ſeruātes aūt, contrario modo affe-
cti eſſe redarguimur. Qui ēm nō diligit me, inquit Dñs, ſermones meos nō ſeruat: Et
rurſus, Qui habet mādata mea & ſeruat ipſa, ipſe eſt qui me diligit. Admiror porrò abū
dantius, quū ipſe Dñs noſter Ieſus Chriſtus dicat, Ne gaudete ꝙ dæmonia uobis ſubij
ciunť, uerùm gaudete ꝙ nomina ueſtra ſcripta ſunt in cœlis. Et rurſus, In hoc cogno-
ſcent omnes, ꝙ diſcipuli mei eſtis, ſi charitatē inter uos habueritis. Vnde Apoſtolus in
omnib. charitatis neceſsitatem demonſtrans cōteſtatur dicens; Si linguis hominum

loquar

loquar & angelorum charitatem aũt non habeam, factus ſum æs ſonans & cymbalum tinniens. Et ſi habuero prophetiam, & nouero omnia myſteria, & omnem ſcientiam, Et ſi habuero omnem fidem, ut montes transferam, charitatem aũt non habeam, nihil ſum. Et paulo pòſt, Siue aũt prophetiæ abolebuntur, ſiue linguæ ceſſabunt, ſiue ſcientia abolebitur, & cætera, ad quę infert. Nunc autem manet fides, ſpes, charitas, tria hęc, ſed maxima inter hæc charitas: His ac talibus ſic à Dño & ab Apoſtolo decretis, admirari me dico, quomodo circa ea quæ abolentur ac ceſſant, homines tantum ſtudium locant, & cognitionem habent: Circa ea uerò quæ manent, & præſertim maximam omnium charitatem, quę Chriſtianum deliniet, non ſolum ipſi curam nullam faciunt, ſed etiam ſtudioſis eorum aduerſantur, & pugnantes, id quod dictum eſt, implent: Neq; ipſi ingrediunt̃, & ingredientes ab ingreſſu arcent. Quapropter adhortor ac rogo, ut neglecta curioſa quæſtione, & indecora uerborum pugna, cõtenti ſitis his quæ à ſanctis & ipſo Dño dicta ſunt, & quæ digna ſunt cœleſti uocatiõe ſentiatis, & dignè Euãgelio Chriſti conuerſemini, ob ſpem uitæ ęternæ, & regni cœleſtis, præparati omnib, cuſtodientib. mandata Dei & patris, quæ ſunt in Euãgelio beati Dei Ieſu Chriſti, Dñi noſtri, in ſpiritu ſancto & ueritate. Hæc cõmonefacti à ueſtra pietate, ut indicaremus in poſtremis, & ſententiã noſtrã manifeſtam faceremus uobis, & per uos fratribus in Chriſto, ad perfectionem ueſtram atq; ipſorum in nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, neceſſarium & ad nos pertinens eſſe duximus, ad hoc ut neutiq; aliquorum mens circũferatur, in diuerſitate eorum quæ aliàs aliter à nobis expoſita ſunt: quum ſemper ad inductum ab his qui ueritati reſiſtũt argumẽtum, cogamur nos inſtare: neq; cõmoueantur aliqui in cõtrarietate eorũ qui inter uos aliena de nobis dicere uolunt, aut etiã proprios ſæpe affectus, ad corripiendos ſimpliciores, cõtra noſtram ſententiã ementiunt̃: quos & à uobis caueri neceſſariũ eſt, uelut ab Euãgelica & Apoſtolica fide ac dilectione alienos, & meminiſſe Apoſtoli qui dixit: Sed & ſi nos, aut angelus ex cœlo aliud Euangelium annunciet, præter id quod annunciauimus, anathema ſit: quo ſeruãtes etiã illud, cauete à falſis prophetis: & hoc, ſubtrahite uos ab omni fratre inordinatè ambulante, & non ſecundum traditionẽ quam acceperunt à nobis: procedamus iuxta regulam ſanctorũ, uelut ſuperædificati ſuper fundamentũ Apoſtolorũ & Prophetarũ, angulari lapide exiſtente ipſo Dño noſtro Ieſu Chriſto, in quo omnis ædificatio coaptata augeſcit in templum ſanctũ in Dño. Deus porrò pacis ſanctificet uos ex toto perfectos, & ſpiritus ueſter integer, & anima ac corpus citra reprehenſionem, in aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti reperiatur: fidelis eſt enim Deus qui uocat nos, uelut etiam faciet, ſi mandata ipſius ſeruabimus, per gratiam Chriſti in ſpiritu ſancto. Amen.

1.Cor.13. *Matt.23.* *Gal.1.* *Mat.7.* *2.Theſ.2.*

DIVI BASILII MAGNI MORALIA, IANO CORnario medico phyſico interprete.

QVVM de ſana fide in præcedentibus ſufficienter ad præſens dictum eſſe putemus, hinc de moralibus promiſsionẽ in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti perſoluere conabimur. Quęcunq; igitur inuenimus in nouo teſtamẽto ſparſim interdicta aut approbata, ea pro uiribus noſtris in ſummas, ad faciliorem ſtudioſorum captũ, colligere conati ſumus, apponẽtes unicuiq; ſummæ etiam numerum capitum Scripturę in ipſa comprehenſorum, ſiue ex Euangelio, ſiue ex Apoſtolo, aut Actis: quo is qui legit ſummam, & adpoſitum ipſi primum aut ſecundum, ſi ita contingat, numerum uidit: & deinde ipſam Scripturam aſſumpſit, & caput prædicti numeri requiſiuit, ſic inueniat teſtimonia ad quod ſumma ipſa facta eſt. Animus equidem erat nobis primùm etiam ex ueteri teſtamento apponere ad ſummas ea quę ad ſingula in nouo Teſtamento relata concorditer ſe habent: uerùm quum urgeret nos neceſsitas fratrum, iam olim promiſſa à nobis ſedulò exigentium, recordatus ſum eius qui dixit: Da ſapienti occaſionem, & ſapientior erit. Quare ſi quis uult, ex appoſitis ſufficientem occaſionẽ ſumere poteſt, ut aſſumat uetus Teſtamentũ, & per ſe ipſum concordiam in omnibus diuinitus inſpiratis Scripturis cognoſcat, quum aliàs etiam una uox ſufficiat credentibus, & ueritatem uerborum Domini certam habentibus. Qua de cauſa etiam ea quæ in nouo Teſtamento ſunt, non omnia, ſed pauca ex omnibus apponere, ſufficiens arbitratus ſum. *Prouer.9.*

Morales ſummæ, ut ſummatim dicam, de his ſunt.

1. De pœnitentia, & quòd ſit pœnitentiæ tempus, & de proprietatibus ipſius, & de fructibus ipſius.
2. De eo quod impermixtum ab omni contrario, & purum eſſe oportet ſtudium eorum qui Deo placere uolunt.
3. De dilectione ad Deum, & quæ ſit ipſis demonſtratio.
4. Quis ſit honor Dei, & quæ ignominia.
5. De mutua charitate, & eius proprietatibus.
6. De eo quod dicendi libertate uti oportet in confeſsione Dei ac Chriſti ipſius.
7. Quòd non ſufficit ad ſalutem cōfeſsio Domini tranſgredientibus mādata ipſius.
8. De fide & certitudine uerborum Domini.
9. De cognitione aut ignorantia eorum quæ ad nos pertinent.
10. Qui ſit finis peccati, & qui mandati Dei.
11. De iudicijs Dei & timore ex ipſis.
12. De reprobatione ac contradictione, aut obedientia ac obſeruatione uoluntatum Dei.
13. De promptitudine in omni tempore & indilato ſtudio eorum quæ ad complacentiam Dei conamur.
14. De opportunitate ſingulorum quæ particulariter rectè peraguntur.
15. Quòd non oportet in aliorum rectè facta ſpem collocare, & ſuorum ipſius negligentem eſſe.
16. De his qui uirtutis opera non perpetrant, & ex conuictu cum bonis ac Deo placentibus, ſe utilitatem capere putant.
17. Quomodo erga præſens tempus affici oporteat.
18. De modo & affectione eorum quæ præter mandatum Dei conamur.
19. De impediente, & impedito ad mandatum Dei.
20. De baptiſmate, & quæ ratio & potentia baptiſmatis ſit.
21. De communicatione corporis & ſanguinis Chriſti, & quæ ſit eius ratio.
22. Quomodo abalienatur quis à Deo, & per quæ coniungitur.
23. De his qui ſuperantur à peccatis, quæ etiam odio habent.
24. De mendatio ac ueritate.
25. De otioſo ſermone, & de bonorum ſermonum diſpenſatione.
26. Quod oporteat primùm ſcripturarum teſtimonijs uti ad confirmationem eorum quæ à nobis fiunt, aut dicuntur. Deinde uerò etiam his quæ in conſuetudine recepta ac approbata ſunt.
27. De aſsimilatione pro uiribus ad Deum ac ſanctos.
28. Quòd diſcretionem habere oportet inter bonos uiros, & contrarios.
29. Quo modo profeſsioni noſtræ fidem faciamus.
30. De honore oblationum Deo dedicatarum.
31 De uſu eorum quæ ſanctis aſsignata ac contributa ſunt.
32. De debitis ac redditionibus.
33. De ſcandalum exhibentibus ac perpeſsis.
34. Quòd opotet unumquenque in propria menſura, typum bonorum alijs propoſitum eſſe.
35. De his qui bona uitiant ac uilipendunt.
36. De honore ac affectione erga ſanctos.
37. De his qui pauca pro uiribus proponunt ac conantur.
38. Quomodo oporteat hoſpitio excipere.
39. De firmitate ac conſtantia in bonis in Domino.
40. De his qui alia docent.
41. De exciſione eorum quæ ſcandalum exhibent, & quòd parcendum eſt debilioribus.
42. De eo quòd Dominus ad complendam legem uenit.
43. De differentia mandatorum legis & Euangelij.

44. Quòd leue eſt onus Domini, graue peccatum.
45. De ęquali honore ac humilitate.
46. De ſtudio rectè factorum, maiorum aut minorum.
47. De diuitijs ac paupertate, & his quę ad hęc conſequuntur.
48. De beneficentia erga fratres, & quæſtu propter hanc.
49. De litigante & defendente ſeipſum, aut etiam alterum.
50. De pace, & pacificatione.
51. Qualis eſſe debeat, qui proximum corrigere tentat.
52. De mœrore ob peccantes, & quomodo cum ipſis conuerſari oporteat, & quando ipſos auerſari, aut quando ſuſcipere.
53. Quale ſit iudicium eorum qui malorum memores ſunt, per quæ iniuria ſe affectos eſſe ſibi uidentur.
54. De iudicando & diſcernendo.
55. De afflictione & confeſsione donorum Dei, & gratiarum actione propter ipſa.
56. De adoratione, & quando, & quid, & quomodo, & pro quo orare oportet.
57. De elatione ob rectè facta.
58. De acquiſitione donorum Dei, & collatione.
59. De honore, & gloria humana.
60. De differentia donorum Dei, & concordia eorum qui in his excellunt, aut defectum habent.
61. De utilitate eorum qui gratiã Dei ſuſcipiũt, uelut inter homines utilitas dicitur.
62. De tentationibus, & quando cedere oportet, & quãdo inſtare ac reſiſtere, et quo modo aduerſarijs occurrere.
63. De timore ac confidentia in calamitatibus.
64. De gaudio in afflictionibus pro Chriſto.
65. Quomodo oportet etiam in ipſo fine orare.
66. De his qui derelinqunt eos qui pro pietate decertant, & de his qui unà cum illis decertant.
67. De his qui propter mortuos triſtes ſunt.
68. De differentia præſentis ſeculi & futuri.
69. De his quę ſimul & coniunctè interdicuntur à Scriptura, aut approbãtur.
70. De his quibus Euangelij prędicatio in manus tradit, & quando, & quos, & quid docere oportet, & quomodo tales ſeipſos prius emendare cõuenit, & quo modo in prædicatione dicendi libertate uti, & quomodo eorum qui ipſorum fidei concrediti ſunt curam gerere, & quaſi affectione, & circa quæ ſtudia præcipuè conuerſari, & quomodo puros eſſe ab omnibus ut plurimum conſequentib. delictis, & ad quam menſurã ducere eos qui diſcunt, & quo modo inducere eos qui reſiſtũt, & quomodo cedere eis qui propter timorem recuſant, & quomodo ſecedere ab his qui propter ingratitudinem nõ ſuſcipiũt, et quomodo aliquos eligere, aut electos deponere: & quod oportet unumquenq; alijs pręſidentem, ſeipſum obnoxiũ ducere his qui ipſi cõmiſſi ſunt, de certitudine ac perfectione eorum quæ dicit & facit.
71. De his quæ coniunctè propter pręſides conſtituta ſunt.
72. Quomodo oportet auditores diſcernere, ſpiritales doctores à nõ talibus, & quo modo erga ipſos affici, aut quæ ab ipſis traduntur ſuſcipere.
73. De his quę in nuptijs ac matrimonio ſunt.
74. De uiduis.
75. De ſeruis & dominis.
76. De liberis & parentibus.
77. De uirginibus.
78. De militantibus.
79. De principibus, ac magiſtratibus, & ſubditis.
80. Quales in ſumma eſſe uelit uerbi doctrina Chriſtianos, & quales præſides.

MORALIVM SVMMARVM PRIMAE. CAPVT I.

QVòd oportet credentes Domino primum pœnitentiã agere, iuxta prædicationem Ioannis, & ipſius Domini noſtri Ieſu Chriſti. Grauius enim his qui ante Euangelium condemnati ſunt, hi qui nunc pœnitentiam non agunt: condemnantur.

Mat.4. Matthæus. Tunc cœpit Ioannes prædicare ac dicere: Pœnitentiam agite, appropinquat enim regnum cœlorum. Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ fuerant plurimæ uirtutes ipſius, quòd non egiſſent pœnitentiam: Væ tibi Chorazin, uæ tibi Bethſaida: quia ſi in Tyro & Sidone factæ eſſent uirtutes quę factę ſunt in uobis, iam olim in ſacco & cinere deſidentes pœnitentiam egiſſent: Veruntamen Tyro & Sidoni tolerabilius erit in die iudicij quàm uobis, & cætera.

Mat.11.

Summæ primæ. Cap. II.

Quòd pœnitentiæ & remiſsionis peccatorum præſens tempus eſt: in futuro uerò ſeculo iuſtum iudicium retributionis.

Mat.9. Matthæus. Vt autem ſciatis quòd poteſtatem habet filius hominis in terra remittendi peccata, dicit, & cætera. Et rurſus, Amen dico uobis, quęcunque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata in cœlo: & quęcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta in cœlo. Rurſus, Amen dico uobis, quòd ſi duo ex uobis conſenſerint ſuper terram, de omni re quamcunque petierint, fiet illis à patre meo qui in cœlis eſt.

Mat.18.

Ioan.5. Ioannes. Quia uenit hora, in qua omnes qui in monumentis ſunt audient uocem ipſius, & prodibunt qui bona fecerunt, in reſurrectionem uitę: qui uerò mala egerunt, in reſurrectionem condemnationis.

Cap.2. Ad Romanos. Aut diuitias bonitatis ipſius & patientiæ & longanimitatis contẽnis? ignorans quòd bonitas Dei ad pœnitentiam te ducit? Verùm iuxta duritiam tuam & impœnitens cor, colligis tibijpſi iram, in die iræ & reuelationis & iuſti iudicij Dei, qui retribuet unicuique iuxta opera ſua. In actis. Et tempora quidem huius ignorantię quum hactenus tranſmiſerit quaſi non uideret Deus, nunc annunciat omnibus hominibus, ut omnes ubique pœnitentiam agant, eo quòd ſtatuit diem in quo iudicaturus eſt orbem terrarum, & quę ſequuntur.

Cap.17.

Summæ primæ. Cap. III.

Quòd oportet pœnitentiam agentes flere amarè, & reliqua quę pœnitentię propria ſunt ex corde demonſtrare.

Cap.26. Matthęus. Et recordatus eſt Petrus uerbi Ieſu quod dixerat ipſi: priuſquàm gallus canet, ter me negabis, Et egreſſus foràs, fleuit amarè.

2.Cor.7. Ad Corinth. II. Verùm qui conſolatur humiles conſolatus eſt nos per preſentiã Titi, non ſolum autem per aduentum ipſius, ſed etiam per conſolationem per quam conſolatus eſt nos ex uobis. Et paulo pòſt: Ecce enim hoc ipſum, quòd uos ſecundum Deum triſtes fuiſtis, quantam in nobis peperit ſolicitudinem, imò defenſionem, imò indignationem, imò timorem, imò deſiderium, imò æmulationem, imò uindictam. In omnibus exhibuiſtis uos ipſos, ut pueri eſſetis in negotio. In actis Multique credentium ueniebant confitentes & annunciantes facta ſua: multi uerò ex eis qui curioſas artes ſectati fuerant, comportatos libros exuſſerunt coram ipſis.

Cap.19.

Summæ primæ. Cap. IIII.

Quòd pœnitentiam agentibus non ſufficit ad ſalutem, ſeceſſus ſolus à peccatis, uerùm opus eſt ipſis etiam fructibus pœnitentia dignis.

Cap.3. Matthæus. Quum autem uidiſſet multos phariſęos & ſaducæos uenientes ad baptiſmum ſuum, dixit ipſis: Progenies uiperarum, quis demonſtrauit uobis ut fugeretis à uentura ira? Facite igitur fructus pœnitẽtia dignos, & ne uideamini dicere intra uoſipſos, Patrem habemus Abraham. Dico enim uobis, quod potens eſt Deus ex lapidibus his excitare filios Abrahę. Iam uerò & ſecuris ad radicem arborũ poſita eſt. Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum exciditur, & in ignem mittitur.

Luc.3.

Summæ primæ. Cap. V.

Quòd poſt diſceſſum ex hac uita, non eſt tempus rectè factorum, quum Deus preſens tempus in longanimitate diſtribuerit, ad operationem eorum quæ ad ipſum placandum ac benignum reddendum pertinent.

Matthæus

Matthæus. Tunc ſimile erit regnũ cœlorũ decem uirginibus,quę acceptis lampadibus ſuis exiuerunt obuiã ſponſo.Quinq; aũt ex eis erant prudentes,& quinque fatuę, Quæ ſanè fatuæ lampadibus ſuis acceptis,nõ acceperunt oleum ſecũ,prudentes autẽ acceperunt oleum in uaſis ſuis.Morã uerò trahente ſponſo dormitauerunt oẽs ac dormierunt.Media aũt nocte clamor factus eſt:Ecce ſponſus uenit, exite obuiã ipſi. Tũc ſurrexerunt omnes uirgines illæ,& ornauerunt lãpades ſuas.Fatuæ uerò prudentibus dixerũt:date nobis de oleo ueſtro,quia lampades noſtræ extinguunť. Reſponderunt prudentes,dicẽtes.Ne fortè nõ ſufficiat nobis & uobis,ite potius ad uẽdentes,& emite uobis.Dum aũt abierunt ad emendum,uenit ſponſus,& quæ paratæ erant intrauerunt cum ipſo ad nuptias,& clauſa eſt ianua. Poſtea uerò ueniunt & reliquę uirgines dicentes:Domine Domine aperi nobis.At ille reſpondens,ait ipſis:Amen amen dico uobis,nõ noui uos. Lucas. Contendite intrare per anguſtã portã, quia multi dico uobis quærent intrare,& non poterunt.Quum aũt ſurrexerit paterfamilias, & occluſerit fores,& cœperitis foris ſtare,& pulſare fores dicẽtes:Domine Domine aperi nobis,& reſpondens dicet uobis,Neſcio uos unde ſitis. Cap.25. Cap.13

Ad Corinth.11.Ecce nunc tempus acceptabile,ecce nũc dies ſalutis, nullam in ulla re dantes offenſionẽ,ut ne uituperetur miniſterium,ſed in omnibus exhibentes uoſipſos uelut miniſtros Dei.Itaq; dum tempus habemus operemur bonum erga omnes. 2.Cor.6.

Summæ ſecundæ. Cap. I.

Quòd impoſsibile eſt ſeruire deo eũ q alienis à pietate ac cultu dei immiſceť negocijs.

Matthæus.Nemo poteſt duobus ſeruire Dominis,aut enim alterum odio habebit, & alterum diliget: aut unum amplectetur,& alterum contemnet. Non poteſtis Deo ſeruire & Mammonæ. Cap.6.

Ad Corinth.11.Nolite iugũ ducere cũ incredulis.Quod enim conſortiũ iuſticię cũ iniuſtitia? aut quę cõmunio luci cũ tenebris? quę uerò cõcordia Chriſto cũ Belial? aut quę ſors credenti cum non credente? aut quis cõſenſus templo,Dei cum ſimulachris? 2.Cor.6.

Summæ ſecundæ. Cap. II.

Quòd oportet eum qui Euangelio obedit,primum purgari ab omni inquinamento carnis & ſpiritus,ut ſic acceptus fiat Deo in ſanctitatis operibus perpetrandis.

Matthæus.Væ uobis ſcribę & phariſęi hypocritæ,quia purgatis externã poculi patinæq; partẽ,intrinſecus aut plena ſunt rapina & intemperantia. Phariſæe cæce,purga prius quod eſt intra poculum & patinam, ut & exteriores ipſorum partes puræ fiant. Cap.23

Ad Corint.11 Has igitur promiſsiones quũ habeamus chariſsimi,mũdemus noſipſos ab omni inquinamẽto carnis & ſpũs,perficientes ſanctificationem in timore Dei. 2.Cor.7.

Summæ ſecundæ. Cap. III.

Quòd impoſsibile eſt diſcipulũ Dñi fieri eum qui erga quid rerum pręſentium affectũ animum habet,aut aliquod tolerat,quòd uel modicè à mandato Dei abſtrahit.

Matthæus.Qui diligit patrem aut matrem ſuper me,non eſt me dignus:& qui amat filium aut filiam ſuper me,non eſt me dignus:& qui non tollit crucẽ ſuam , & ſequitur poſt me,non eſt me dignus.Si quis uult poſt me uenire,abneget ſeipſum,& tollat crucem ſuam & ſequatur me:Qui enim uoluerit animam ſuam ſeruare, perdet ipſam. Cap.10.

Summæ tertiæ. Cap. I.

Quòd primum & magnum mandatum in lege à Domino pronunciatum eſt: diligere Deum ex toto corde,& ſecundum diligere proximum ut ſeipſum.

Mattheus.Ieſus aũt dixit ipſi:Diliges Dñm Deum tuũ ex toto corde tuo,& ex tota anima tua,& ex totis uiribus tuis, & ex tota mente tua, Hoc eſt primum & magnum mandatum.Secundum uerò conſimile hoc:diliges proximum tuum ut teipſum. Cap.22.

Summæ tertiæ. Cap. II.

Quòd argumentum ſit quòd quis Deum non diligat, & Chriſtum ipſius ſi mandata ipſius non ſeruat: comprobatio aũt dilectionis,obſeruatio mandatorum Chriſti, in tolerantia afflictionum ipſius uſq; ad mortem.

Ioãnes.Qui habet mãdata mea & ſeruat ipſa,ille eſt qui me diligit:qui nõ diligit me, ſermones meos non ſeruat. Si ſermones meos ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea,quemadmodum ego mandata patris mei ſeruaui, & maneo in ipſius dilectione. Cap.15.

Cap.8. Ad Romã. Quis ſeparabit nos à dilectione Chriſti? tribulatio, aut anguſtia: aut perſequutio, aut fames, aut nuditas, aut periculũ, aut gladius? quemadmodum ſcriptũ eſt, Propter te mortificamur tota die. Reputati ſumus uelut oues ad mactationẽ deſtinatæ. Verùm in his omnibus ſuperamus per eum qui dilexit nos. & quæ ſequuntur.

Summæ quartæ Cap. I.

Quòd honorat & glorificat Deum is qui uoluntatem ipſius operatur: ignominia uerò afficit, qui tranſgreditur legem ipſius.

Cap.17. Ioannes. Ego te glorificaui in terra, opus perfici quod dediſti mihi, ut facerem.

Cap.5. Matthæus. Sic luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uideant ueſtra bona opera, & glorificent patrem ueſtrum qui in cœlis eſt.

Cap 4. Ad Philip. Vt ſitis ſinceri & inoffenſi ad diem Chriſti, pleni fructibus iuſticiæ qui ſunt per Ieſum Chriſtum, in gloriam & laudem Dei.

Cap.2. Ad Romanos. Qui in lege gloriaris, per tranſgreſſionem legis Deum dehoneſtas.

Summæ quintæ Cap. I.

Quòd oportet ab omni aduerſus omnes odio purũ eſſe, & inimicos diligere, pro amicis uerò animam ponere, ubi neceſsitas uocarit: & talem habere dilectionem, qualem habuit erga nos Deus & Chriſtus ipſius.

Cap.5. Matthæus. Audiuiſtis quod dictũ eſt ueteribus, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego aũt dico uobis: diligite inimicos ueſtros. Et paulo pòſt, Eritis igitur uos perfecti, uelut pater ueſter cœleſtis perfectus eſt.

Cap.3. Ioannes. Sic enim dilexit Deus mundum, ut filium ſuum unigenitum dederit. Hoc eſt mandatum meum, ut diligatis uos mutuo, quemadmodum ego dilexi uos: maiorem charitatem, nemo habet, ut quis animam pro amicis ponat.

Cap.6. Lucas. Et eritis filij altiſsimi, quia ipſe benignus eſt erga ingratos & malos. Eſtote

Cap.5. ergo miſericordes, ſicut & pater ueſter miſericors eſt. Ad Roman. Commendat aũt ſuam charitatem in nos Deus, quod quum adhuc peccatores eſſemus nos, Chriſtus

Cap.5 pro nobis mortuus eſt. Ad Epheſ. Fiatis igitur imitatores Dei uelut filij dilecti, & ambulate in dilectione, quemadmodum Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſeipſum pro nobis oblationem & uictimam Deo.

Summæ quintæ Cap. II.

Quòd demonſtratio diſcipulorum Chriſti, eſt mutua in ipſo dilectio.

Cap.13 Ioannes. In hoc cognoſcent omnes, quòd mei diſcipuli eſtis, ſi charitatem inter uos mutuam habueritis.

Summæ quintæ Cap. III.

Quòd argumentum ſit, quòd quis dilectionem non habet ad proximum, ſi quis facit quid, quod lædit aut triſtitia afficit ipſum, ad fidei exciſionem, etiamſi conceſſum ſit à Scriptura propria ratione id quod facit.

Cap.14. Ad Roman. Si enim propter cibum frater tuus offenditur, nõ amplius ſecundũ dilectionem ambulas. Ne per cibum tuum illum perdas, pro quo Chriſtus mortuus eſt.

Summæ quintæ Cap. IIII.

Quòd oportet Chriſtianũ etiam eum qui triſtatus eſt contra ipſum, omni modo quantum eius in ipſo eſt placare.

Cap.5. Matthæus. Si igitur obtuleris munus tuum ad altare, & memor fueris, quòd frater tuus habet aliquid contra te, dimitte illic donũ tuum coram altari, & abi primùm recon-

1.Cor.4. ciliare fratri tuo, & tunc uenias ac offeras donum tuum. Ad Corinth. Dum conuicijs impetimur benedicimus, dum perſecutionem patimur ſuſtinemus, dum blaſphemijs obruimur obſecramus.

Summæ quintæ Cap. V.

Quòd is qui dilectionem ſecundum Chriſtum habet, aliquando etiam offendit cum quem diligit ad utilitatem.

Cap.7.16. Ioannes. Nunc autem uado ad eum qui me miſit, & nemo ex uobis interrogat me, quò uadis? Sed quia hæc loquutus ſum uobis, triſtitia impleuit cor ueſtrum. At ego ueritatẽ dico uobis: cõducit uobis ut ego abeã, Si enĩ ego nõ abiero, paracletus nõ ueniet ad uos.

2.Cor.7. Ad Corinth. II. Adeò ut magis gauiſus fuerim: nam etiãſi contriſtari uos per

per epiſtolã, nõ me pœnitet, etiãſi pœnitebat. Video enim ꝙ epiſtola illa etiãſi ad tem pus uos cõtriſtauit, nũc gaudeo ꝙ nõ cõtriſtati eſtis, ſed quòd cõtriſtati ſitis ad pœnitentiã. Cõtriſtati enim eſtis ſecundũ Deũ, ut in nulla re detrimentũ paſsi ſitis ex nobis.

Summæ ſextæ. Cap. I

Quòd oportet intrepidè & citra pudefactionem dicendi libertate uti, in confeſsione Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſermonum ipſius.

Matthæus. Quod dico uobis in tenebris, dicite in luce: & q̃d in aurẽ audiuiſtis, prædicate in domib. Et ne timete eos qui occidũt corpus, animã aũt occidere nõ poſſunt: uerũ timete magis eũ q poteſt occidere animã & corpus in gehẽna. Omnis igiť qui cõfitebitur me coram hominibus, confitebor & ego illũ corã patre meo, qui eſt in cœlis. Cap. 10.

Lucas. Quem enim mei puduerit & meorum ſermonum, huius & filium hominis pudebit, quum uenerit in maieſtate ſua, & patris ſanctorumq; angelorum. Cap. 9.

Ad Timoth. 2. Ne igitur pudeat te teſtimonij Dñi noſtri, neq; mei qui ſum uinctus ipſius, ſed malis affligere unà cum Euangelio, uelut bonus miles Ieſu Chriſti. 2. Tim. 1.

Summæ ſeptimæ. Cap. I.

Quòd etiamſi quis uideatur confiteri Deum, & audiat uerba ipſius, uerùm inobediẽs ſit mandatis ipſius, cõdemnatus eſt, quamuis in rebus ſpiritualibus propter miniſterij alicuius adminiſtrationem ipſi eſſe permiſſum eſt.

Matthæus. Non omnis qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in regnum cœlorum, ſed qui facit uoluntatem patris mei qui in cœlis eſt. Multi dicent mihi in illa die, Domine Domine non in nomine tuo prophetauimus? & in nomine tuo dæmonia eiecimus? & in nomine tuo uirtutes multas fecimus? & tunc confitebor ipſis, Nunquam noui uos, ſecedite à me qui operamini iniquitatem. Cap. 7.

Lucas. Quid uerò me uocatis Domine Dñe, & non facitis quæ dico? & cætera. Cap. 6.

Ad Tit. Deum confitentur ſe ſcire, factis autem negant, abominabiles exiſtentes & inobedientes, & ad omne opus bonum reprobi. Tit. 1.

Summæ octauæ. Cap. I.

Quòd nõ oportet hęſitare ac dubitare de his quę à Dño dicunť, ſed certũ eſſe, omne uerbũ Dei, uerũ eſſe ac potens, etiamſi natura pugnet: hic enim eſt & fidei certamen.

Matthæus. Quarta autem uigilia noctis uenit ad ipſos, ambulans ſuper mare, & quũ uidiſſent ipſum diſcipuli ſuper mare ambulantem, turbati ſunt dicentes, Viſum eſt: & præ timore clamauerunt. Statim autem loquutus eſt ipſis Ieſus dicens: Confidite, ego ſum, ne timete. Reſpondens autem Petrus dixit: Domine ſi tu es, iube me ad te uenire ſuper aquas. ille uerò dixit: Veni. Et quũ deſcendiſſet Petrus de nauigio, ambulauit ſu per aquas, ut ueniret ad Ieſum. Videns autem uentem fortum timuit, & quum iam incepiſſet ſubmergi, clamauit dicens: Domine ſerua me. Statim autem Ieſus extenta manu apprehendit ipſum, & dicit ipſi: Modica fide prædite, cur dubitaſti? Cap. 14.

Ioannes. Contendebant igitur inter ſe Iudæi, dicentes: Quõ poteſt hic nobis carnem dare ad edendum? Dixit igitur ipſis: Amen amen dico uobis, niſi ederitis carnem filij hominis, & biberitis ipſius ſanguinem, non habetis uitam in uobiſipſis. Cap. 6.

Lucas. Dixit aũt ipſi angelus, Ne time Zacharia, nam exauditæ ſunt preces tuæ. Et uxor tua Elizabet gignet tibi filiũ. Et paulo pòſt: Et dixit Zacharias ad angelũ, Vnde hoc ſciã: ego enim ſum ſenex, & uxor mea prouectę ętatis. Et reſpondẽs angelus dixit ipſi, Ego ſum Gabriel qui adſto in cõſpectu Dei, & miſſus ſum ut loquar ad te, & hæc tibi læta nunciē. Et ecce eris tacitus, & non poteris loqui, uſq; ad diem in quo hęc fiant, propterea quòd non credidiſti uerbis meis, quæ implebuntur in tempore ſuo. Cap. 1.

Ad Romanos. Et non infirmus fuit in fide, neq; conſiderauit corpus ſuum iam mortificatũ, quum uerè centum annorum eſſet, & mortificationem uteri Saræ. Verùm ad promiſsionem Dei non hæſitauit incredulitate, ſed potens factus eſt in fide, dans gloriam Deo: & certus factus quòd id quod promiſit, potẽs eſt etiam facere: quapropter reputatum eſt ipſi ad iuſtitiam. Cap. 4.

Summæ octauæ. Cap. II.

Quòd qui in minoribus non credit Domino, manifeſtum ſe facit quòd etiam multo prius in maioribus fidem ipſi non habet.

Cap.6. Ioãnes.Si terrena dixi uobis,& nõ creditis, quũ ſi dixero uobis cœleſtia credetis?
Cap.6. Lucas.Qui fidelis eſt in minimo,etiam in multo fidelis eſt: Et qui in minimo iniu-ſtus,etiam in multo iniuſtus eſt.

Summæ octauæ Cap. III.

Quòd non oportet ratiocinationib.proprijs niti,ad reprobationẽ eorum quæ à Dñ̃o dicuntur,uerùm magis fide digna noſſe Domini uerba ꝙ propriam certitudinem.

Cap.26. Matthæus.Tunc dicit ipſis Ieſus:Omnes uos ſcandalum perpetiemini in me in hac nocte.Reſpondens autem Petrus dixit ipſi: Etſi omnes offendiculum paſsi fuerint propter te,ego tamẽ nunquam offendiculum patiar.Dixit ipſi Ieſus, Amen dico tibi, in hac nocte antequam gallus canet,ter me negabis.

Idem.Veſpere autem facto diſcumbebat cum duodecim diſcipulis, & edentibus ipſis,dicit ipſis:Dico uobis,quòd unus ex uobis tradet me.Et contriſtati ualde, cœpe-runt dicere ipſi ſinguli:Num ego ſum Domine?

Cap.10. In Actis.Et facta eſt uox ad ipſum:ſurge Petre,macta & manduca. Petrus uerò di-xit:Abſit Domine,quia nunquam comedi quicquam inquinatum uel immundum.Et rurſus uox iterum ad ipſum:Quæ Deus purificauit,tu ne inquines.

2.Cor.10. At Corinth. II. Conſilia deſtruentes & omnem altitudinem quæ ſe effert contra co-gnitionem Dei,& captiuam ducentes omnem cogitationem ad obedientiam Chriſti.

Summæ nonæ Cap. I.

Quòd non oportet negligere cognitionem pertinentium ad nos, uerùm cum aduer-tentia Domini uerbum audire ac intelligere,& uoluntatem ipſius facere.

Cap.15. Matthæus.Reſpondens autem Petrus dixit ipſi, dic nobis parabolam hanc. Ieſus autem dixit:Adhuc & uos ſine intellectu eſtis?nondum intelligitis quod quicquid in-greditur in os,in uentrẽ abit,& in ſeceſſum eijcitur? Quæ uerò proficiſcuntur ex ore, ex corde egrediuntur, & inquinant hominem.

Idem.Vnoquoq; audiente uerbum regni & nõ intelligente:uenit malignus & rapit quod ſeminatum eſt in corde ipſius:hoc eſt,quod circa uiã ſeminatũ eſt.Et paulo pòſt: Quod uerò in terram bonam ſeminatum eſt,hic eſt,qui uerbum audit & intelligit,qui ſanè fructum fert & facit,alius centuplum,alius ſexagecuplum,alius trigecuplum.

Cap.7. Marcus.Et conuocata omni turba,dixit ipſis:Audite me & intelligite.

Cap.5. Ad Epheſ.Videte igitur quum exacte ambuletis,non ut deſipientes, ſed uelut ſapi-entes,redimentes occaſionem,quoniam dies mali ſunt.Propterea ne ſitis impruden-tes,ſed intelligentes quæ ſit uoluntas Dei.

Summæ nonæ Cap. II.

Quòd de impertinentibus non oportet curioſum eſſe.

Cap.13. Ioannes.Et poſt bucellam introiuit in ipſum ſatanas,dicit igitur ipſi Ieſus: Quod fa-cis,fac citius.Hoc aũt nemo intellexit ex diſcumbentibus,ad quid dixiſſet ipſi.

Cap.1. In Actis.Hi itaq; conuentu facto interrogabant ipſum dicentes. Num in hoc tem-pore reſtitues regnum Iſraeli?Dixit autem ad ipſos: Non eſt ueſtrum noſſe tempora aut occaſiones,quæ pater poſuit in propria poteſtate.

Summæ nonæ Cap. III.

Quòd proprium eſt eorum qui ſtudium habeant ut cõplaceant Deo,ut interrogent

Cap.13. de quibus oportet. Matthæus.Et acceſſerunt ipſum diſcipuli eius dicentes:ediſcere

Cap.19. nobis parabolã zizaniorum agri.Idem. Ecce unus accedens ipſum dixit:Præceptor bone quid boni faciam,ut habeam uitam æternam?

Cap.3. Lucas.Dicebat igitur exeuntib. turbis ut baptizarentur ab ipſo: Progeniens uipe-rarum,quis demonſtrauit uobis ut fugeretis à futura ira? Et paulo pòſt:Et interroga-bant ipſum turpe,dicentes:quid faciemus?Similiter publicani, ſimiliter militantes.

Cap.2. In Actis. Quum uerò audiſſent,puncti ſunt corde,dixeruntq; ad Petrum ac reli-quos Apoſtolos:Quid faciemus uiri fratres?

Summæ nonæ Cap. IIII.

Quòd curam habere oportet,ut interroganti memorabiliter reſpondeamus.

Cap.10. Lucas.Et ecce quidam legiſperitus ſurrexit tẽtans ipſum,& dicens: Magiſter quid faciendo uitam ęternam poſſidebo?Dixit aũt ad eum:In lege quid ſcriptum eſt,quo-modo

modo leges? Hic uerò reſpondens dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mēte tua, & proximum tuum ſicut teipſum. Dixit autem ad ipſum, rectè reſpondiſti, Hoc fac & uiues. Ad Coloſs. Sermo ueſter ſemper in gratia, conditus ſit ſale, ut ſciatis quomodo oporteat uos unicuiq; reſpondere. Cap.4.

Lucas. Ille autem ſeruus qui nouit uoluntatem Domini ſui, & non præparauit ſe, neque fecit ad uoluntatem ipſius, multas plagas accipiet, Qui uerò non nouit, & plagis digna fecit, paucas accipiet. Cap.12.

Summæ decimæ. Caput. I.

Quòd finis peccati ſit mors.

Ioannes. Qui uerò non obedit filio, no uidebit uitā, ſed ira Dei manet ſuper ipſum. Cap.3.

Ad Romanos. Quum enim ſerui eſſetis peccati, liberi eratis iuſtitiæ. Quē igitur fructum habeatis tunc in his de quibus nunc erubeſcitis: nam finis illorum mors. Et paulo poſt: Stipendia enim peccati mors: ſtimulus autem mortis, peccatum. Cap.6.

Summę decimæ. Cap. II.

Quòd finis mandati Dei eſt uita ęterna.

Ioannes. Amen amen dico uobis, ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non uidebit in æternum. Idem. Sed qui miſit me pater, ipſe mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar, & noui quod mandatum eius uita æterna eſt. Cap.5.

Ad Romanos. Nunc autem liberati à peccato, ſerui uerò facti Deo, habetis fructum ueſtrum ad ſanctificationem, finem uerò uitam æternam. Cap.6.

Summę. XI. Cap. I.

Quòd non oportet contemnere iudicia Dei, ſed timere, etiamſi non ſtatim retributionem habeant.

Matthæus. Timete magis eum qui poteſt animam & corpus perdere in gehenna. Cap.10.

Lucas. Si uerò dicat ſeruus ille in corde ſuo, moratur Dominus meus uenire, & incepetit uerberare famulos & famulas, & comedere ac bibere atq; inebriari, ueniet Dominus ſerui illius in die qua non expectat, & in hora qua nō nouit, & diſſecabit ipſum, & partem ipſius cū in fidelibus ponet. Ioannes. Ecce ſanus factus es, ne amplius pecces, ut ne quid peius tibi contingat. Ad Coloſs. Nemo decipiat uos inanibus uerbis, propter hæc enim uenit ira Dei ſuper filios inobedientiæ. Cap.12. Cap.5. Coloſ.2.

Summæ. XI. Cap. II.

Quòd qui propter prima peccata correptus eſt, & remiſsione dignus factus, ſi rurſus pecarit, deterius priore ſibijpſi præparat iudicium iræ.

Ioannes. Ecce ſanus factus es, ne amplius pecces, ut ne quid peius contingat. Cap.5.

Summæ. XI. Cap. III.

Quòd quibuſdam lapſis ſub iudicium iræ Dei, reliquos timentes erudiri oportet.

Lucas. Aderant autem quidam eodem tempore nunciantes ipſi de Galilæis, quorū ſanguinem Pilatus miſcuerat cum ſacrificijs ipſorum. Et reſpondens Ieſus dixit ipſis: Putatis quod hi Galilæi præ cunctis Galilęis peccatores fuerint, quod talia paſsi ſunt? Non dico uobis, ſed niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimiliter peribitis. Aut illi decē & octo, ſuprà quos cecidit turris in Siloam, & occidit eos, putatis quòd hi debitores fuerint ultra cunctos homines habitantes in Hieruſalem? Non dico uobis, ſed niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimiliter peribitis. Cap.13.

In Actis. Audiens autem Ananias uerba hæc, collapſus expirauit. Et ortus eſt timor magnus ſuper omnes qui audierunt hęc. Ad Corinth. 1. Neq; murmuretis uelut quidā ipſorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Hęc aūt figurę illis contigerūt. Scripta uerò ſunt ad admonitionē noſtri ad quos fines ſeculorum deuenerunt. Act.5. 1.Cor.10.

Summæ. XI. Cap. IIII.

Quòd ipſi etiam maliciæ operibus ſæpe quis in pœnam traditur propter impietatem quæ prius in ipſo exiſtit.

Ad Romanos. Et ſicut non probauerunt ut Deum agnoſcerent, tradidit ipſos Deus in reprobam mentem, ut facerent quæ non conueniebat. Cap.1.

Ad Theſſal. Pro eo quòd dilectionem ueritatis non receperunt ut ſalui fierent, propterea mittit Deus ipſis operationem erroris ut credant mendacio, 2.Theſ.2.

Summæ XI. Cap. V.

Quòd non multitudo peccatorum placat Deum, ſed qui ipſi complacet, etiamſi unus ſit, & hoc mulier.

Cap.4. Lucas. In ueritate dico uobis quòd multæ uiduæ erant in diebus Helię in Iſrael, quũ concluſum eſt cœlum ad annos tres & menſes ſex, quando facta eſt fames magna per omnem terram, & ad nullam ipſarum miſſus eſt Helias, niſi in Saraptha Sidonis ad mu-

1.Cor.10. lierem uiduam. ad Corinth. 10. Non enim uolo uos ignorare fratres, quòd patres noſtri omnes ſub nube erant, & omnes per mare tranſierunt, & omnes in Moyſen baptizati ſunt in nube & in mari, & omnes eundem cibum ſpiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum ſpiritualem biberunt. Bibebant enim ex ſpirituali ſequente ipſos petra: petra autem erat Chriſtus. Sed plures ipſorum non approbauit Deus, proſtrati ſunt enim in deſerto.

Summæ XII. Cap. I.

Quòd omnes contradictio, etiamſi ex amico ac pio affectu fiat, à Domino abalienat contradicentem: omne aũt uerbum Domini cum omni certitudine ſuſcipere oportet.

Cap.13. Ioannes. Et incepit lauare pedes diſcipulorum: et extergere linteo, quo cinctus erat. Venit igitur ad Simonem Petrum, & dicit ipſi ille, Domine tu meos lauas pedes: Reſpondit Ieſus, & dixit ipſi: Quod ego facio tu neſcis modò, cognoſces autẽ poſtea. Dicit ipſi Petrus: Non lauabis pedes meos in æternum. Reſpondit ei Ieſus: Niſi lauero te, non habes partem mecum.

Summæ XII. Cap. II.

Quòd non oportet traditiones humanas ſequi, in reprobationem mandati Dei.

Cap.15. Matthæus. Deinde interrogant ipſum Phariſæi & ſcribæ: Cur diſcipuli tui non ambulant ſecundum traditionem ſeniorum, ſed illotis manibus comedunt panem? Ille uerò reſpondens dixit ipſis: Rectè prophetauit Eſaias de uobis hypocritis, uelut ſcriptum eſt: Hic populus me labijs honorat, cor uerò ipſorum procul abeſt à me. Fruſtra autem colunt me docentes doctrinas mandata hominum. & quæ ſequuntur.

Summæ XII. Cap. III.

Quòd oportet omnia citra omiſſionem ſeruare, quæ per Euangelium & Apoſtolos à Domino tradita ſunt.

Cap.28. Matthæus. Euntes docete omnes gentes, baptizantes ipſos in nomen patris & filij & ſpiritus ſancti, docentes ipſos ſeruare omnia quæ præcepi uobis.

Cap.1. Lucas. Erant autem iuſti ambo coram Deo, incedentes in omnibus mandatis & iuſtificationibus Domini irreprehenſibiles.

Cap.10. Idem. Qui uos audit, me audit: qui uerò uos reprobat, me reprobat.

2.Theſ.2. Ad Theſſal. Itaque fratres ſtate & ſeruate traditiones quas edocti eſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram.

Summæ XII. Cap. IIII

Quòd non oportet uoluntatem propriam approbare præter uoluntatem Dei, ſed in omni negocio quærere & facere uoluntatem Dei.

Cap.4. Ioannes. Quia non quæro uoluntatem meam, ſed uoluntatem patris qui miſit me.

Cap.22. Lucas. Et poſitis genibus orabat dicens, Pater ſi uis, transfer poculum hoc à me: ueruntamen non mea uoluntas, ſed tua fiat.

Ephe.2. Ad Epheſ. Inter quos & nos omnes uerſati ſumus aliquando in concupiſcentijs carnis noſtræ facientes uoluntatem carnis & cogitationum noſtrarum, & eramus filij iræ natura, uelut reliqui.

Summæ XIII. Cap. I

Quòd ſemper oportet ſobrium eſſe, & paratum in ſtudio rectè factorum Dei, ita ut non tum nobis ſit periculum dilationis.

Cap.12. Lucas. Sint lumbi ueſtri pręcincti, & lucernę ardentes, & uos ſimiles hominibus expectantibus Dominũ ſuum, quando reuertetur ex nuptijs, ut ubi uenerit & pulſauerit, ſtatim aperiant ipſi. Beati ſerui illi, quos ubi uenerit Dñs inueniet uigilantes. Amen dico uobis quòd præcinget ſe, & faciet illos diſcũbere, & trãſiens miniſtrabit ipſis. Et ſi uenerit in ſecũda uigilia, & ſi in tertia uigilia uenerit, et ita inuenerit, beati ſunt ſerui illi. Hoc

Hoc autem ſcitote, quòd ſi ſciuiſſet paterfamilias qua hora fur uenturus fuiſſet, uigilaſſet utiq;, & non permiſiſſet perfodi domum ſuam. Et uos igitur eſtote parati, quia qua hora non putatis filius hominis ueniet, & cætera.

Ad Theſſal. De temporibus autem & articulis temporum, non eſt opus ut uobis ſcribam: ipſi enim exactè ſcitis, quòd dies Domini uelut fur in nocte ita ueniet. Et paulo pòſt. Ne igitur dormiamus uelut reliqui, ſed uigilemus ac ſobrij ſimus. 1.Theſ.5.

Summæ XIII. Cap. II.

Quòd oportet omne tempus commodum ducere ad ſtudium eorũ quę Deo placent.

Ioannes. Me oportet operari opera eius qui me miſit, dum dies eſt. Cap.5.

Ad Philippen. Quare chariſſimi mei quemadmodum ſemper obediuiſtis, non ſolũ uelut in præſentia mea, ſed nunc multo magis in abſentia mea, cum timore & tremore ueſtram ipſorum ſalutem operemini. Cap.2.

Summæ XIIII. Cap. I.

Quòd nõ oportet impertinentia miſcere, ſed ſingulorum quæ fiunt aut dicuntur proprium tempus cognitum habere.

Matthæus. Tunc accedunt ipſum diſcipuli Ioannis dicentes: Cur nos & Phariſæi ieiunamus multum, diſcipuli aũt tui non ieiunant? Et dixit ipſis Ieſus, Non poſſunt filij ſponſi lugere, quamdiu cum ipſis eſt ſponſus: uenient aũt dies quum tolletur ab ipſis ſponſus, & tunc ieiunabunt in illis diebus. Cap.9.

Ad Galatas. Igitur fratres non ſumus ancillæ liberi, ſed liberæ. Libertate igitur qua Chriſtus nos liberauit ſtate, & ne rurſus iugo ſeruitutis implicemini. Cap.4.

Summæ XV. Cap. I.

Quòd non oportet in aliorũ recte factis ſpẽ collocare, & ſuorũ ipſius negligentẽ eſſe.

Matthæus. Facite igitur fructus dignos pœnitentia, & ne uideamini dicere intra uoſipſos, patrem habemus Abraham. Cap.3.

Summæ XVI. Cap. I.

Quòd nullã utilitatẽ capiunt qui uitam degunt cum placẽtibus Deo, & ex ſeipſis operã uirtutis non perpetrant, etiamſi iuxta apparentiam ſeruent ſimilitudinem ad ipſos.

Matthæus. Tunc aſſimilabitur regnũ cœlorũ decem uirginibus, quæ acceptis lãpadibus ſuis exierunt obuiã ſponſo. Quinq; aũt ex eis erant prudentes, & quinq; fatuæ, quæ ſanè fatuę lampadibus ſuis acceptis nõ acceperũt oleum: prudentes aũt acceperunt oleum in uaſis ſuis. Ad quæ infert paulo pòſt de fatuis, Domine Dñe aperi nobis. Ille uerò reſpondens, ait ipſis: Amen dico uobis, non noui uos. Cap.25.

Lucas. Dico uobis, duo erunt in uno lecto, unus aſſumetur, & alter dimitteť. Duæ molentes ſimul, una aſſumetur, altera relinquetur. Et reſpõdentes dicunt ipſi, Vbi Domine? Hic uerò dixit ipſis: Vbi cadauer, illic congregabuntur & aquilæ. Cap.21.

Summæ XVII. Cap. I.

Quòd oportet præſens tempus ab indicatis nobis à Scriptura proprietatibus cognoſcere quale eſt, & ad eius coniectationẽ res noſtras diſponere.

Matthæus. A' fico autem arbore diſcite ſimilitudinem, quum iam ramus ipſius tener fit & folia producit, cognoſcitis quòd propinqua eſt ęſtas: ſic & uos quum hęc omnia uideritis, noſcite quòd propẽ eſt præ foribus. Cap.24.

Lucas. Quũ uideatis nubẽ orientẽ ab occaſu, ſtatim dicitis ꝙ imber uenit, & contingit ſic, Et quum auſtrum flantem, dicitis, quòd eſtus erit, & fit. Hypocritæ, faciem cœli & terræ nouiſtis probare, hoc autem tempus quomodo non probatis? Cap.21.

Ad Corinth. 1. Tempus contractum eſt de cætero, ut & qui habent uxores, uelut nõ habentes ſint: & qui plorant, tanquam non plorent: & qui gaudẽt, tanquam non gaudeant: & qui emunt, tanquam non poſſideant: & qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur: præterit enim figura mundi huius. 1.Cor.7.

Summę XVIII. Cap. I.

Quòd oportet mandata Dei ſic facere uelut Dñs pręcepit, Qui enim circa modum operationis aberrat, etiamſi uideatur facere mandatum, reprobus eſt apud Deum.

Lucas. Dicebat aũt & ei qui ipſum inuitauerat. Quum facis prandium aut cœnam, noli uocare amicos tuos, neq; fratres tuos, neq; cognatos tuos, neq; uicinos diuites, ne Cap.14.

quando & ipſi te uiciſſim inuitent, ac rependatur tibi beneficium. Sed quum facis conuiuium, uoca pauperes, mutilos, claudos, cæcos, & beatus eris: quia non poſſunt retribuere tibi, rependetur enim tibi in reſurrectione iuſtorum.

Summæ XVIII. Cap. II.

Quòd nō oportet mandatū Dei ꝓpter complacentiā hominū, aut propter aliā aliquā affectionē facere, ſed in omnib. ſcopum habere ut placeas Deo, & glorifices Deum.

Cap.6. Matthæus. Attendite ut ne faciatis eleemoſynam ueſtram coram hominibus, ut uideamini ab ipſis, alioqui mercedem non habetis apud patrē ueſtrum qui in cœlis eſt. Quum igitur feceris eleemoſynam, non tubas inflare facies coram hominibus, quemadmodum faciunt hypocritæ in ſynagogis & in uicis, ut glorificentur ab hominibus. Amen dico uobis, habent mercedem ſuam. & quæ ſequuntur.

1.Cor.10. Ad Corinth. 1. Siue igitur editis ſiue bibitis, ſiue quid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite. 1.Theſ.2. Ad Theſſal. Sed quemadmodum probati ſumus à Deo ut concrederetur nobis Euangelium, ſic loquimur, non uelut hominibus placentes, ſed Deo qui probat corda noſtra. Neq; enim unquam in ſermone adulationis fuimus ſicut ſcitis, neq; in occaſione auariciæ, Deus teſtis eſt, neq; quærentes ex hominibus gloriam, neque à uobis, neque ab alijs.

Summæ XVIII. Cap. III.

Quòd mandata Domini cum conſcientia & bono affectu erg? Deum & homines facere oportet: Qui enim non ſic facit, condemnatus eſt.

Cap.23. Matthæus. Væ uobis Scribę & Phariſæi Hypocritę, quia purgatis externā poculi partem, itemq; patinę. Intus aūt plena ſunt rapina & intēperantia. Phariſæe cæce, purga prius internam poculi & patinæ partem, ut fiāt etiam externa ipſorum pura.

Ad Roman. Qui impertit in ſimplicitate.

Cap.12. Ad Philippen. Omnia facite citra murmurationes & diſceptationes.

Cap.2. Ad Thimo.1. Finis aūt promiſſionis eſt dilectio ex puro corde, & bona cōſcientia.

1.Tim.1. Ibidem. Habens fidem & bonam conſcientiam, qua quidam depulſa, circa fidem naufragium fecerunt.

Summæ XVIII. Cap. IIII.

Quòd à benignitate circa minora, iuſtificatur retributionis iudicium in maioribus.

Cap.25. Matthæus. Euge ſerue bone & fidelis, ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam. intra in gaudium Domini tui. Et paulo pòſt: Omni enim habenti dabitur, & abundabit. Ab eo uerò qui non habet, etiam id quòd habet, auferetur.

Cap.16. Lucas. Si igitur in iniuſto Māmona fideles non fuiſtis, quod uerū eſt, quis credet uobis? Et ſi in alieno fideles non fuiſtis, quod ueſtrum eſt, quis dabit uobis?

Summæ XVIII. Cap. V.

Quòd oportet mādata Domini cū inſatiabili cupiditate facere, ſemper ad amplius feſtinando.

Cap.5. Matthæus. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam.

Cap.3. Ad Philipp. Fratres ego me ipſum nondū arbitror aſſequutum eſſe, unū aūt, eorum quidē quæ retro ſunt obliuiſcens, ad ea uerò quæ ſunt anterius meipſum extendens, iuxta ſcopum perſequor ad brauium ſupernæ uocationis Dei in Chriſto Ieſu.

Summæ XVIII. Cap. VI.

Quòd mandata Dei ſic facere oportet, ut quantum eius in faciente ſitum eſt, omnes illuminentur, & Deus glorificetur.

Cap.5. Matthæus. Vos eſtis lux mundi. Non poteſt urbs occultari ſupra montem ſita: neq; accendunt lucernam, & ponunt ſub modium, ſed ſuper candelabrum, & lucet omnibus qui ſunt in domo. Sic luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uideant ueſtra bona opera, & glorificent patrem ueſtrum qui in cœlis eſt.

Cap.8. Lucas. Nemo aūt accenſam lucernam uaſe occultat, aut ſubter lectum ponit, ſed ſuper candelabrum imponit, ut qui intrant, uideant lumen.

Cap.1. Ad Philipp. Vt ſitis ſinceri & inoffenſi in diem Chriſti, repleti fructibus iuſticiæ per Ieſum Chriſtum, ad gloriam & laudem Dei.

Summæ XIX. Cap. I.

Quòd non oportet impedire facientē uoluntatē Dei, ſiue ſecundū mandatū Dei, ſiue ſecundum

ſecundum rationem ad mandata ſequentem. Nec uerò facientem tolerare impedientes, etiamſi ligitimi ſint, uerùm in eo quòd iudicauit perſeuerare.

Matthæus. Tunc uenit Ieſus à Galilæa ad Iordanem ad Ioãnem, ut baptizaretur ab ipſo. Ioannes autem prohibebat ipſum dicens: Ego opus habeo ut à te baptizer, & tu uenis ad me? Reſpondens aũt Ieſus dixit ad ipſum, Sine modo, ſic enim decet nos implere omnem iuſticiam, & quæ ſequuntur. Cap.3.

Idem. Tunc cœpit Ieſus oſtendere diſcipulis ſuis, quòd oportet ipſum abire in Hieroſolima, & multa pati à ſenioribus et pontificibus ac ſcribis, & occidi, & tertia die reſurgere. Et quum aſſumpſiſſet ipſum Petrus, cœpit increpare ipſum dicens. Propitius ſis tibi Domine, nequaquam contingat tibi hoc. At ille conuerſus dixit Petro, Abi poſt me ſatana, ſcandalum es mihi, quia non ſapis ea quæ ſunt Dei, ſed quæ hominum. Cap.16.

Marcus. Et afferebant ipſi pueros, ut ipſos attingeret: diſcipuli uerò afferentes increpabant, quod quum uidiſſet Ieſus indignatus eſt, & dixit ipſis: Sinite pueros uenire ad me, & non prohibite ipſos: Horum enim eſt regnum cœlorum. Cap.10.

In Actis. Et quum permaneremus diebus pluribus, aduenit quidam à Iudæa propheta nomine Agabus. Is quum ueniſſet ad nos, tulit zonam Pauli, et ligatis ſuis ipſius pedibus ac manibus dixit, Hæc dicit ſpiritus ſanctos, uirum cuius eſt zona hæc, ſic ligabunt in Hieruſalem Iudæi, & tradent in manus gentium. Quum autem audiſſemus hæc, rogamus & nos & loci eius indigenæ, ne aſcenderet Hieruſolimã. Reſpondit aũt Paulus, Quid facitis flentes & confringentes cor meum? Ego enim non ſolum ligari, ſed etiam mori paratus ſum pro nomine Domini Ieſu. Quum uerò ipſe perſuaderi nõ poſſet, quieuimus dicentes: Voluntas Domini fiat. Cap.21.

Ad Theſſalon. 1. Qui & Dominum occiderũt Ieſum & prophetas proprios, & nos perſequuti ſunt, & Deo non placent, & omnibus hominibus aduerſantur, qui prohibent nos ne loquamur gentibus, ut ſaluæ fiant, quo expleant peccata ſua ſemper, peruenit autem ſuper illos ira Dei in finem. 1.Theſ.2.

Summæ XIX. Cap. I.

Quòd eum qui facit mandatum Dei ex affectu non ſano, & tamen ſinceritatem doctrinæ quantum hominibus uidetur ſeruat, impedire non oportet, propterea quòd quantum in ſe eſt, neminem lædat, aliquando uerò etiam utilitatem ex ipſo aliqui capiant: uerùm admonere ut dignam rectè factis mentem habeat.

Matthæus. Quum igitur feceritis eleemoſynã, nõ tubas inflare facies coram hominibus, quemadmodum faciunt hypocritę in ſynagogis & uicis, ut glorificentur ab hominibus: Amen dico uobis, habent mercedem ſuam. Tu uerò quum facis eleemoſynã, neſciat ſiniſtra tua quid facit dextra, ut ſit eleemoſyna tua in occulto: & pater tuus qui uidet in occulto, reddat tibi in propatulo. Et de oratione ſimiliter. Cap.6.

Marcus. Reſpondit ei Ioannes dicens: Magiſter uidimus quendam in nomine tuo eijcientem dęmonia, qui non ſequitur nos: & prohibuimus, quia non ſequitur nos. Ieſus aũt ait: Nolite prohibere eum: nemo enim eſt qui facit uirtutem in nomine meo, & poterit cito malè loqui de me. Qui enim non eſt aduerſus nos, pro nobis eſt. Cap.9.

Ad Philippen. Quidam etiam propter inuidiam & contentionem, quidam uerò etiam propter bonam uolũtatem Chriſtum prędicant: alij quidem ex charitate, ſcientes quòd in defenſionem Euangelij conſtitutus ſum, alij uerò ex contentione Chriſtum annunciant, non purè, putantes ſe afflictionem addere uinculis meis. Quid enim? Attamen omni modo ſiue per prætextum, ſiue per ueritatem Chriſtus annunciatur, & in hoc gaudeo, ſed & gaudebo. Cap.1.

Summæ XX. Cap. I.

Quòd oportet credentes Domino baptizari in nomen patris & filij & ſpiritus ſancti.

Matthæus. Euntes docete omnes gentes, baptizantes ipſos in nomen patris & filij & ſpiritus ſancti. Cap.28.

Ioannes. Amen amen dico tibi, Niſi quis natus fuerit ex ſupernis, non poterit uidere regnum Dei. Et rurſus, Amen amẽ dico tibi: niſi quis natus fuerit ex aqua & ſpiritu, non poteſt intrare in regnum Dei. Cap.3.

Summæ XX. Cap. II.

Quę ratio aut uis ſit baptiſmatis, ut alteretur baptizatus & mente, & ſermone, & actione, & fiat illud iuxta datam potentiam, quod eſt id ex quo natus eſt.

Cap.3. Ioannes. Quod natū eſt ex carne caro eſt, & quod natū eſt ex ſpiritu, ſpūs eſt. Ne mireris quòd dixi tibi, oportet uos naſci è ſupernis. Spiritus ubi uult ſpirat, & uocē eius audis, ſed neſcis unde ueniat, & quo uadat: ſic eſt omnis qui natus eſt ex ſpiritu.

Cap.6. Ad Romanos. Ita & uos exiſtimate, uos ipſos mortuos quidem eſſe peccato, uiuentes autem Deo in Chriſto Ieſu. An ignoratis quòd quicunq; baptizati ſumus in Chriſtum, in mortem ipſius baptizati ſumus. Conſepulti igitur ſumus ipſi per baptiſma in mortem, ut quemadmodum ſurrexit Chriſtus ex mortuis per gloriam patris, ita et nos in nouitate uitę ambulemus. Si enim cōplantati facti ſumus ſimilitudine mortis ipſius, nimirū & reſurrectionis conſortes erimus, illud ſcientes quòd uetus noſter homo ſimul crucifixus eſt, ut aboleretur corpus peccati, non amplius ſeruiamus peccato.

Cap.2. Ad Coloſſ. In quo & circumciſi eſtis circumciſione non fiente per manū, exundo corpus peccatorū carnis, in circumciſione Chriſti, cōſepulti ipſi baptiſmate, in quo & reſurrexiſtis per fidem operationis Dei, qui ęxcitauit ipſum ex mortuis.

Cap.3. Ad Galatas. Quicunq; enim Chriſtum baptizati ſumus, Chriſtum induimus, non eſt Iudæus, neq; Græcus, non ſeruus, neq; liber, non eſt maſculus & fœmina: Omnes enim uos unum eſtis in Chriſto Ieſu.

Cap.3. Ad Coloſſenſes. Poſtquam exuiſtis ueterem hominem cum factis ſuis, & induiſtis nouum qui renouatur ad agnitionem ſecundum imaginē eius qui creauit ipſum, ubi non eſt Græcus & Iudæos, circumciſio & præputium, barbarus, ſcytha, ſeruus, liber, ſed omnia in omnibus Chriſtus.

Summæ XXI. Cap. I

Quòd ſit neceſſaria & ad ipſam uitā ęternā, participatio corporis & ſanguinis Chriſti.

Cap.6. Ioannes. Amen amen dico uobis, niſi ederitis carnem filij hominis, & biberitis ipſius ſanguinem, non habetis uitam in uobis. Qui edit meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet uitam æternam, & quæ ſequuntur.

Summæ XXI. Cap. II.

Quòd nullam utilitatem capit qui citra conſiderationem uerborum, iuxta quæ tradita eſt participatio corporis & ſanguinis Chriſti, communicationem accedit. Qui uerò indignè aſſumit, condemnatus eſt.

Cap.6. Ioannes. Amen amen dico uobis, niſi ederitis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinē, non habebitis uitā in uobis. Et paulo pòſt, Sciens aūt Ieſus in ſe ipſo, quòd murmurarent de hoc diſcipuli ipſius, dixit ipſis: Hoc uos offendit? Si igitur uideritis filium hominis aſcendentem ubi erat prius. Caro non prodeſt quicquam, ſpiritus eſt qui uiuificat: uerba quæ ego dixi uobis, ſpiritus ſunt & uita.

1.Cor.11. Ad Corinthios. Quare qui ederit panem hunc, aut biberit poculum hoc Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini. Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane edat & de poculo bibat: Qui enim edit & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini.

Summæ XXI. Cap. III.

Qua ratione oporteat edere corpus & bibere ſanguinem Domini, in commemoratione obedientiæ Domini uſq; ad mortem, ut uiuentes non amplius ſibijpſis uiuant, ſed ei qui pro nobis mortuus eſt & reſurrexit.

Cap.22. Lucas. Et accepto pane quum gratias egiſſet, fregit & dedit ipſis dicēs: Hoc eſt corpus meum, quod pro uobis datur, hoc facite in meam commemorationem. Similiter & poculum poſtquam cœnaſſet dicens: Hoc poculum nouum Teſtamentū eſt in meo ſanguine quod pro uobis effunditur.

1.Cor.11. Ad Corinth.11. Dominus Ieſus in qua nocte tradebatur accepit panē, & gratijs actis, fregit & dixit: Accipite, comedite, hoc eſt corpus meum quod pro uobis frangit: hoc facite in meā commemorationē. Similiter & poculū poſtq; cœnaſſet, dicens: Hoc poculum nouū Teſtamentū eſt in meo ſanguine: hoc facite quotieſcunq; biberitis in mei comme-

commemorationem. Quotieſcunq; enim ederitis panē hunc, & poculum hoc biberitis, mortem Domini annunciatis donec uenerit.

Ad Corinth. 11. Charitas enim Domini conſtringit nos illud iudicantes, quòd unus pro omnibus mortuus eſt. Igitur omnes mortui fuerunt, & pro omnibus mortuus eſt, ut qui uiuunt non amplius ſibijpſis uiuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit, ut multi fiant unum corpus in Chriſto. Panem quem frangimus non communicatio corporis Chriſti eſt? Quoniam unus panis unum corpus multi ſumus, Omnes em̄ ex uno pane participamus. 2. Cor. 5.

Summæ XXI. Cap. IIII.

Quòd oportet eum qui participat cum ſanctis, Dominum laude celebrare.

Matthæus. Edentibus aūt ipſis, accepit Ieſus panē, & gratijs actis fregit, & dedit diſcipulis, &c. Et infert: & hymno cantato exierunt in montem oliuarum. Cap. 26.

Summæ XXII. Cap. I.

Quòd operatio peccati abalienat à Domino, & conſortem facit diabolo.

Ioannes. Amen amen dico uobis, quòd omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Vos ex parte diabolo eſtis, & concupiſcentias patris ueſtri facere uultis. Cap. 8.

Ad Romanos. Quum enim ſerui eſſetis peccati, liberi eratis iuſticiæ. Cap. 6.

Summæ XXII. Cap. II.

Quòd conſortium & coniunctio ad Dominum, non in cognatione ſecundum carnē cognoſcitur, ſed in ſtudio uoluntatem Dei perficitur.

Ioannes. Qui ex Deo eſt uerba Dei audit.

Lucas. Et annunciatum eſt ipſi dictumq;: Mater tua & fratres tui ſunt foris, uolentes te uidere. Ipſe uerò reſpondens dixit ipſis: Mater mea & fratres mei hi ſunt, qui ſermonem Dei audiunt & faciunt. Cap. 8. Cap. 8.

Ad Romanos. Quicunq; ſpiritu Dei ducuntur, hi filij Dei ſunt. Cap. 8.

Ioannes. Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio uobis. Cap. 15.

Summæ XXIII. Cap. I.

Quòd is qui inuitus trahit̄ à peccato, noſſe debet quod ab alio præinexiſtente in ipſo peccato regit̄, cui ultro inſeruiens, de cætero ducitur ab ipſo etiam ad ea que non uult.

Ad Roman. Nouimus aūt quòd lex ſpiritualis eſt: ego aūt carnalis ſum, uenditus ſub peccatum. Quòd enim operor, non probo: non em̄ quod uolo hoc facio, ſed quod odio habeo, hoc ago. Si aūt quod non uolo hoc facio, conſentio legi quod bona eſt. Nunc aūt non amplius ego operor hoc ipſum, ſed quod habitat in me peccatum. Noui enim quod non habitet in me, hoc eſt in carne mea, bonum. Nam uelle adeſt mihi: operari autem bonum qui poſſim non inuenio: non enim quod uolo facio bonum, ſed quod non uolo malum, hoc facio. Si uerò quod non uolo ego, hoc facio, non iam ego operor illud, ſed inhabitans in me peccatum. Cap. 7.

Summæ XXIIII. Cap. I.

Quòd non oportet mentiri, ſed uera in omnibus dicere.

Matthæus. Sit ſermo ueſter eſt, eſt, non, non. Quod uerò ſupra hæc redundat, ex malo eſt. Ad Epheſ. Deponentes mendacium loquimini ueritatem unuſquiſq; cum proximo ſuo. Nolite inter uos mentiri. Cap. 5. Cap. 4.

Summæ XXV. Cap. I.

Quòd non oportet inutiles aut contentioſas quæſtiones facere.

Ad Timoth. Hæc admone conteſtans coram Domino, ne uerborum pugnas ſequātur, ad nullam utilitatem, ad ſubuerſionem audientium. Ibidem. Stultas & ineruditas quæſtiones reijce, gnarus quod pariunt pugnas. 1. Tim. 6. 2. Tim. 2.

Summæ XXV. Cap. II.

Quòd non oportet loqui ſermonē ocioſum, ex quo nulla cōtingit utilitas: nam nō ad ædificationem fidei loqui, aut facere ipſum bonum, eſt lędere ſpiritum ſanctum Dei.

Matth. Dico uobis quod om̄e uerbū otioſum quodcunq; loquuti fuerint homines, reddent de ipſo rationē in die iudicij. Ad Epheſ. Omnis ſermo ſpurcus ex ore ueſtro ne procedat, ſed ſi quis bonus eſt ad ędificationē fidei, ut det gratiam audientibus, & ne contriſtetis ſpiritum ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis in diem redemptionis. Cap. 12. Cap. 4.

Summæ XXVI. Cap. I.

Quòd oportet omne uerbum aut rem confirmare teſtimonio ſacre Scripturæ ad certitudinem quidem ac perfectionem bonorum, ad confuſionem uerò malorum.

Cap.4. Matth. Et accedens ipſum tentator dixit: Si filius Dei es, dic ut lapides hi panes fiãt. At ipſe reſpondens ait, Scriptum eſt: non in ſolo pane uiuit homo, ſed in omni uerbo

Cap.2. quod procedit per os Dei. In Actis. Et repleti ſunt oẽs ſpiritu ſancto, & cœperũt loqui alijs linguis, prout ſpiritus dabat ipſis loqui. Stupebãt aũt omnes & mirabanẽ dicentes inter ſe: Quidnã uult hoc eſſe? Alij uerò irridentes dicebãt, Muſto expleti ſunt iſti. Stans aũt Petrus cũ undecim extulit uocem ſuam, & loquutus eſt eis: Viri Iudæi, & qui habitatis Hieroſolymis uniuerſi, hoc uobis notum ſit, & auribus percipite uerba mea: Nõ enim ſicut uos exiſtimatis, hi ebrij ſunt, quum ſit hora diei tertia. Sed hoc eſt, quod dictum eſt per prophetam Iohel, Et erit in nouiſsimis diebus dicit Dominus, Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, & prophetabunt, &c.

Summæ XXVI. Cap. II.

Quòd oportet etiam his quæ in natura ac conſuetudine uitæ nota ſunt uti, ad confirmationem eorum quæ fiunt aut dicuntur.

Cap.7. Matth. Attendite à falſis prophetis, q ueniunt ad uos in ueſtimẽtis ouium, intus aũt ſunt lupi rapaces. A fructib. ipſorũ cognoſcetis ipſos. Nunquid colligũt à ſpinis uuã, aut à tribulis ficus? ſic omnis arbor bona, fructus bonos facit: putrida uerò fructus ma-

Cap.5. los facit. & quæ ſequuntur. Lucas. Et murmurabant ſcribę ac phariſæi aduerſus diſcipulos eius dicentes: Cur cum publicanis & peccatorib. editis ac bibitis? Et reſpondẽs Ieſus dixit ipſis: Non opus habent ſani medico, ſed male habentes.

2.Tim.2. Ad Thimoth. Nemo militans uitæ negocijs ſe immeſcet, ut imperatori exercitus complaceat. Si uerò etiam quis decertarit, non coronatur, niſi legitimè certauerit.

Summæ XXVII. Cap. I.

Quòd non oportet alienis à doctrina Domini ſe aſſimilare, uerùm imitari Deum & ſanctos eius, iuxta datas nobis ab ipſo uires.

Cap.20. Matthæus. Scitis quòd principes gentium dominantur ipſis, & magni poteſtatem ipſorum habent. Non ſic erit inter uos, ſed qui uoluerit inter uos eſſe magnus, erit ueſter miniſter: & qui uoluerit inter uos eſſe primus, erit ueſter ſeruus. Quemadmodum filius hominis non uenit ut ſibi miniſterium contingeret, ſed ut ipſe miniſtraret, & daret animam ſuam redemptionem pro multis.

Cap.12. Ad Romanos. Ne fiatis conformes huic ſeculo, ſed transformamini per renouationem mentis ueſtræ, quo uos probetis quæ ſit uoluntas Dei.

1.Cor.11. Ad Corinth. I. Imitatores mei fiatis, ſicut ego Chriſti.

Summæ XXVIII. Cap. I.

Quòd non oportet ſimpliciter neq; citra examinationem, corripi ab his qui ſimulant ueritatem: uerùm ex dato nobis à Scriptura charactere unumquenq; cognoſcere.

Cap.7. Matthæus. Attendite à falſis prophetis, qui ueniunt ad uos in ueſtimentis ouium, intus autem ſunt lupi rapaces. A fructibus ipſorum cognoſcetis ipſos.

Cap.13. Ioannes. In hoc cognoſcent omnes, quòd mei diſcipuli eſtis, ſi charitatem habueri-

1 Cor.12. tis inter uos. Ad Corinth. Quapropter notum uobis facio, quòd nullus in ſpiritu Dei loquens, dicit anathema Ieſum.

Summæ XXIX. Cap. I.

Quòd oportet unumquenq; per propria opera ſuam profeſſionem confirmare.

Cap.5. Ioannes. Ipſa opera quę ego facio teſtãtur de me, quòd pater miſerit me. Si nõ facio opera patris mei, ne credatis mihi: ſi uerò facio, etiamſi mihi non creditis, operib. meis credite, ut cognoſcatis & credatis, quòd in me eſt pater, & ego in ipſo.

2.Cor.6. Ad Corinth. II. Nullam in ulla re dantes offenſionem, ut ne uituperetur miniſterium, ſed in omnibus commendantes uoſipſos uelut miniſtros Dei in multa tolerantia, in tribulationibus. & quæ ſequuntur.

Summę XXX. Cap. I.

Quòd nõ oportet ſancta per ammixtionẽ eorũ quę cõmuni uſui deſtinata ſũt uiolare.

Cap.21. Matthæus. Et ingreſſus eſt Ieſus in templũ Dei, & eiecit omnes uendentes & ementes in

tes in templo,& menſas numulariorum & ſellas uendentium columbas euertit,& dixit ipſis: Scriptum eſt,domus mea domus orationis uocabit̃:uos aũt feciſtis ipſam ſpeluncam latronum. Ad Corinth. Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum? aut eccleſiam Dei contemnitis,& pudefacitis eos qui non habent? Et poſtea.Si uerò quis eſurit,in domo edat,ut ne ad condemnationem conueniatis. 1. Cor. 11.

Summæ XXX. Cap. II.

Quòd id quod Deo dicatum eſt,eouſq; uelut ſanctum honorare oportet, donec uoluntas Dei conſeruetur in ipſo.

Matthæus. Hieruſalem Hieruſalem quæ occidis prophetas , & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt,quoties uolui congregare filios tuos,quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas,& non uoluiſtis,Ecce relinquitur uobis domus ueſtra deſerta. Cap. 23.

Summæ XXXI. Cap. I.

Quòd non oportet ea quæ deſtinatis Deo dicata ſunt,in alios inſumere,niſi ſi quid ex ſuperfluo affuerit.

Marcus. Erat autem mulier Græca Syrophœniſſa genere,& rogabat ipſum ut dæmoniũ eijceret de filia ſua.Ieſus aũt dixit illi:Sine prius ſaturari filios,Nõ enim bonum eſt ſumere panem filiorum & proijcere catellis.At illa reſpondit ei & dixit ipſi: Etiam Domine,nã & catelli ſub menſa comedunt de micis filiorum.Et ait illi : Propter iſtum ſermonem uade,exijt dæmonium à filia tua. Cap. 7.

Summæ XXXII. Cap. I.

Quòd oportet ea quæ ſingulis pertinent candidè reddere.

Lucas.Et interrogauerunt ipſum dicentes:Preceptor nouimus q recte dicis & doces,& non reſpicis perſonã,ſed in ueritate uiã Dei doces:Licet nobis Cęſari tributum dare aut nõ? Intellecta aũt ipſorum uerſutia,dixit ad eos.Quid me tentatis? oſtendite mihi denarium,cuius habet imaginem & inſcriptionem? Reſpondentes autem dixerunt,Cæſaris.Et ait illis:Reddite ergo quę ſunt Cæſaris Cæſari,& quę ſunt Dei Deo. Cap. 20.

Ad Rom. Reddite ergo omnibus debita,cui tributũ,tributum: cui uectigal, uectigal:cui timorem,timorem:cui honorem,honorem. Nemini quicquam debeatis, niſi hoc ut inuicem diligatis. Cap. 13.

Summę XXXIII. Cap. I.

Quòd non oportet ſcandalum & offenſionem exhibere.

Matthæus. Qui autẽ offenderit unum de puſillis iſtis qui in me credunt, expedit ei ut ſuſpendatur mola aſinaria in collum eius , & demergatur in profundum maris. Et turſum:Væ homini illi per quem offendiculum uenit. Cap. 18.

Ad Rom.Sed hoc iudicate magis,ut ne ponatis offendiculum fratri uel ſcandalum. Cap. 14.

Summæ XXXIII. Cap. II.

Quòd quicquid oppoſitum eſt uoluntati Domini,ſcandalum eſt.

Matth. Tunc incœpit Ieſus oſtendere diſcipulis ſuis,quòd oporteret ipſum abire in Hieroſolyma,& multa pati à ſeniorib.ac põtificib.& ſcribis,& occidi,& tertia die reſurgere.Et quum aſſumpſiſſet ipſum Petrus,cœpit eum increpare,dicens: Propitius ſis tibi Domine,non continget tibi hoc.Ipſe uerò conuerſus,dixit Petro:Abi retrò me ſatana,ſcandalum mihi es,quia non ſapis quæ Dei ſunt, ſed quæ hominum. Cap. 16.

Summæ XXXIII. Cap. III.

Quòd oportet uerbum aut negocium etiam à Scriptura conceſſum recuſare,ubi ædificentur alij ex ſimili ad peccatum,aut promptitudo ad honeſta exſcindatur.

Ad Cor.1. De uſu igit̃ eorum quę ſimulachris immolant̃,ſcimus q nullum eſt ſimulachrum in mundo,& quòd nullus eſt Deus,niſi unus.Nã etiãſi ſunt qui dicãtur dij,ſiue in cœlo,ſiue in terra:ſicut ſunt dij multi & dñi multi,nobis tamen unus eſt Deus pater,ex quo omnia,& unus Dñs Ieſus Chriſtus,per quem omnia,& nos per ipſum.Sed non in omnib. eſt ſcientia.Quidam uerò cum conſcientia ſimulachri uſq; ad hoc tempus uelut ſimulachris immolatum edunt.Et conſcientia ipſorũ quum ſit infirma,polluit̃.Atqui eſca nos nõ cõmendat Deo.Neq; enĩ ſi mãducauerimus,abũdamus. Neq; ſi nõ mãducauerimus,deſtituimur.Sed uidete ne quo modo facultas illa ueſtra offendiculum fiat infirmis.Si enĩ quis uiderit te q ſcientiã habes in epulo ſimulachrorũ accumbentẽ,nõnne cõſcientia ipſius qui infirmus eſt,ędificabitur ad edẽdum ea quę ſi- 1. Cor. 8.

mulachris ſunt immolata? & peribit infirmus frater in tua ſciẽtia, propter quẽ Chriſtus
mortuus eſt. Sic aũt peccantes in fratres, & percutientes ipſorum cõſcientiam infir-
1.Cor.9. mam, in Chriſtum peccatis. Quapropter ſi eſca offendit fratrem meum, non manduca
bo carnem in æternum, ut ne fratri meo ſim offendiculo. Et paulo pòſt: Nunquid non
habemus poteſtatem manducandi & bibendi? Nunquid non habemus poteſtatem
ſororem mulierculam circumducendi? ſicut & cæteri Apoſtoli, & fratres Domini &
Cephas? aut ſolus ego & Barnabas, non habemus poteſtatem hoc faciendi? Quis mi-
litat ſuis ſtipendijs unquam? quis plantat uineam, & de fructu eius nõ edit? Aut quis
paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat? & cætera.

Summæ XXXIII. Cap. IIII.

Quòd ut ne alicui offendiculo ſis, facere oportet & quod non eſt neceſſarium.

Cap.17. Matthæus. Quum aũt ueniſſent in Capernaum, acceſſerunt qui didrachma accipie
bant ad Petrum, & dixerunt ei: Magiſter ueſter nõ ſoluit didrachma? dicit etiam. Et
cum ingreſſus eſſet in domum, præuenit eũ Ieſus dicens: Quid tibi uidetur Simon? Re
ges terræ à quibus accipiunt tributa aut cenſum? à filijs ſuis, aut ab alienis? Dicit ipſi
Petrus, ab alienis. Ait illi Ieſus, ergo liberi ſunt filij? Verùm ne ſimus ipſis offendiculo,
progreſſus ad mare mitte hamum, & eum piſcem qui primus aſcenderit, tolle, & aper-
to ore eius inuenies ſtaterem, illum acceptum da ipſis pro me & te.

Summæ XXXIII. Cap. V.

Quòd in uoluntatibus Domini, etiamſi aliqui offendiculum perpetiantur, pertinacẽ,
& nihil remittentem fiduciam oſtendere oportet.

Cap.15. Matthæus. Non quod ingreditur in os inquinat hominem, ſed quod egreditur ex
ore, hoc inquinat hominẽ. Tunc accedentes diſcipuli ipſius, dixerũt ipſi: Noſti quod
Phariſæi audito ſermone ſcandalum perpeſſi ſunt? At ille reſpõdens, ait: Omnis plan-
tatio quàm non plantauit pater meus cœleſtis, eradicabitur. Sinite illos, cæci ſunt, du-
ces cæcorum, Cęcus aũt ſi cęco dux fuerit, ambo in foueam cadent.

Cap.6. Ioannes. Amen amen dico uobis, Niſi ederitis carnem filij hominis, & biberitis e-
ius ſanguinem, non habebitis uitam in uobis. Et paulo pòſt: Ex hoc multi ex diſcipu-
lis abierunt retrorſum, & non amplius cũ ipſo ambulabant. Dixit igitur Ieſus ad duo-
decim, Num & uos uultis abire?

2 Cor.2. Ad Corinth.2. Chriſti bonus odor ſumus Deo in his qui ſalui fiunt, & in his qui pe
reunt, his quidem odor mortis ad mortem, illis uerò odor uitæ ad uitam. Et ad hæc
quis idoneus?

Summæ XXXIIII. Cap. I.

Quòd oportet unumquenq; in propria mẽſura, typum bonorũ alijs propoſitum eſſe.

Cap.11. Matthæus. Diſcite à me, quòd mitis ſum & humilis corde.

2.Cor.9. Ad Corinth.2. Noui enim promptitudinem animi ueſtri, quàm de uobis iacto a-
pud Macedones, quòd Achaia parata eſt anno ſuperiore, & ueſtrũ exempium prouo-
1.Theſſ.1. cauit plures. Ad Theſſal .1. Et uos imitatores noſtri facti eſtis & Domini, excipien-
tes doctrinam uerbi in tribulatione multa cũ gaudio ſpiritus ſancti, adeò ut facti ſitis
forma omnibus credentibus in Macedonia & Achaia.

Summæ XXXV. Cap. I.

Quòd hi qui fructum ſancti ſpiritus in aliquo uident, ubiq; pietatis æqualitatem con-
ſeruante, & non ſancto ſpiritui illum acceptum ferunt, ſed aduerſarium laudant, in ip-
ſum ſanctum ſpiritum blaſphemi ſunt.

Cap.12. Matthæus. Tunc adductus eſt ad ipſum quidam dæmonio agitatus, cæcus & mu-
tus, & ſanauit ipſum, ut & mutus & cęcus loquereĩ & uideret: & ſtupebãt omnes tur-
bæ & dicebãt, Num hic eſt filius Dauid? Ad Phariſęi quum audiſſent, dicebãt: Hic nõ
eijcit dęmones niſi in Beelzebub principe dęmoniorũ. Ieſus aũt ſciẽs cogitationes eo-
rũ, dixit ipſis, & cętera. Et paulo pòſt. Si aũt in ſpiritu Dei eijcio ego dęmonia, igiĩ per-
uenit ad uos regnũ Dei. Ad quę deinceps infert. Quapropter dico uobis, Omne pecca-
tum & blaſphemia remittetur hominib. ſpiritus autẽ blaſphemia non remittetur homi
nibus. Et quicunq; dixerit uerbũ contra filium hominis, remittetur ipſi. Qui uerò dixe
rit uerbum contra ſpiritũ ſanctũ, non remittetur ipſi, neq; in hoc ſeculo, neq; in futuro.

Summæ XXXVI. Cap. I.

Quòd ſeruantes formam doctrinæ Domini, cũ omni ſtudio & honore ſuſcipere oportet, in Domini ipſius gloriam: qui uerò neq; audiuit, neq; ſuſcepit, condemnatur.

Matthæus. Qui uos ſuſcipit, me ſuſcipit. Et qui me ſuſcipit, ſuſcipit eum qui me miſit: & qui non ſuſceperit uos, neq; audiuerit ſermones ueſtros, egredientes ex domo illa aut urbe, excutite puluerem de pedibus ueſtris. Amen dico uobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorreorum in die iudicij, quàm urbi illi. Cap.10.

Ioannes. Qui accipit, ſi quem miſero, me accipit: Qui uerò me accipit, accepit eum qui me miſit. Cap.13.

Ad Philippen. Neceſſarium autem duxi Epaphroditum fratrem & cooperatorem & commilitonem meum, ueſtrum uerò Apoſtolum ac miniſtrum neceſſitatis meæ mittere ad uos. Et paulo pòſt: Excipite itaq; ipſum in Domino cum omni gaudio, & eos qui huiuſmodi ſunt in precio ac honore habete. Cap.2.

Summæ XXXVII. Cap. I.

Quòd animi promptitudo pro uiribus, etiam in minimis accepta eſt Deo, etiam à mulieribus.

Matthæus. Et quicunq; bibendum dederit uni ex his paruis poculum aquæ frigidæ, ſolum in nomine diſcipuli: Amen dico uobis, non perdet mercedem ſuam. Cap.10.

Lucas. Reſpiciens autem uidit eos qui mittebãt munera ſua in Gazophylacium diuites. Vidit autem & uiduam quandam pauperculam mittentem illuc æra minuta duo, & dixit: Verè dico uobis, quòd uidua hæc pauper plus omnibus miſit. Omnes enim hi ex abundanti ipſis miſerunt in munera Dei. Hæc autem ex inopia ſua omnem uictum quem habuit, miſit. Cap.21.

Matthæus. Quum autem eſſet Ieſus in Bethania, in domo Simonis leproſi, acceſſit ad ipſum mulier habens alabaſtrum ungenti precioſi, & effudit ſuper caput ipſius recumbentis. Videntes autem diſcipuli, indignati ſunt, dicentes: Ad quid perditio hæc? potuit enim hoc uenundari magno, & dari pauperibus. Eo autem cognito, dixit ipſis, quid moleſti eſtis mulieri? opus enim bonum operata eſt in me. Cap.26.

In Actis de Lydia. Quum autem baptizata eſſet & domus eius, deprecata eſt dicens: Si iudicaſtis me fidelem Domino eſſe, introite in domum meam, & manete, & adegit nos. Cap.16.

Summæ XXXVIII. Cap. I.

Quòd oportet Chriſtianũ, etiã fratres citra tumultũ ac ſimplicius hoſpitio excipere. Ioan.6.

Ioannes. Dicit ipſi unus ex diſcipulus eius, Andreas frater Simonis: Eſt puer unus hic, & habet quinq; panes hordeaceos, & duos piſces. Sed hęc quid ſũt ad tã multos? Dixit aũt Ieſus: Facite ut homines diſcumbant. Erat autẽ fœnum multũ in eo loco. Diſcubuerũt ergo uiri numero fermè quinquies mille. Accepit aũt panes Ieſus, quumq; gratias egiſſet, diſtribuit diſcumbentibus. Similiter & de piſcibus quantum uolebant.

Lucas. Mulier quædam nomine Martha, excepit ipſum in domũ ſuam, & huic erat ſoror nomine Maria, quæ deſidens ad pedes Ieſu, audiuit ſermonem ipſius. Martha uerò diſtrahebatur circa multum miniſterium, & aſſiſtens ait: Domine non eſt tibi curę quod ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare? Dic ergo ipſi ut me adiuuet. Et reſpõdens, dixit ipſi Ieſus, Martha Martha ſolicita es, & turbaris circa multa, paucis autem opus eſt, aut unius, Maria autem bonam partem elegit, quæ non auferetur ab ipſa. Cap.10.

Summæ XXXIX. Cap. I.

Quòd nõ oportet mutabilẽ eſſe, ſed ſtabilẽ in fide, & non tranſire à bonis in Domino.

Matthæus. Qui uerò in petroſa ſeminatus eſt, hic eſt qui ſermonem audit, & ſtatim cum gaudio ſuſcipit ipſum, non habet aũt radicem in ſeipſo, ſed temporarios eſt, & cõtingente tribulatione, aut perſecutione propter uerbum, ſtatim offenditur. Cap.13.

Ad Corint. Quare fratres mei firmi eſtote, & immutabiles, abundantes in opere Domini ſemper. Ad Galat. Miror quòd adeò cito tranſmutati eſtis ab eo qui uocauit uos in gratia ad aliud Euangelium. 1.Cor.15. Cap.1.

Summæ XL. Cap. I.

Quòd non oportet tolerare alia docentes, etiamſi forment ſe ad fraudem, aut redargutionem eorum qui inconſtantes ſunt.

Cap.24. Matthæus. Videte ne quis uos decipiat. Multi enim uenient in nomine meo dicentes, Ego ſum Chriſtus, & multos decipient.

Cap.12. Marcus. Attendite à ſcribis qui uolunt in ſtolis obambulare, & amant ſalutationes in foro, & primas ſellas in ſynagogis, & primos accubitus in cœnis, q deuorãt domos uiduarum, & longo prętextu orant: hi grauiorem accipient condemnationem.

Cap.1. Ad Galatas. Sed & ſi nos, aut angelus de cœlo prędicet uobis Enangelium, pręter id quòd prędicauimus uobis, anathema ſit, quẽadmodum ante diximus. Et nũc rurſus dico, Si quis uobis prædicauerit Euangeliũ præter id quod accepiſtis, anathema ſit.

Summæ XLI. Cap. I.

Quòd oportet omne quod ſcandalum exhibet exſcindere, etiamſi familiariſsimum & maximè neceſſarium eſſe uideatur.

Cap.18. Matthæus. Væ homini illli per quem ſcandalum uenit. Si uerò pes tuus, aut manus tua offendit te, exſcinde ipſa, & reijce à te. Bonum eſt tibi ad uitam ingredi claudum, aut mutilum, potius quàm duos pedes, aut duas manus habentem, mitti in ignẽ æternum. Et ſi oculus tuus offendit te, erue ipſum & reijce à te.

Summæ XLI. Cap. II.

Quòd debilioribus in fide parcere oportet, & adducere ipſos cum diligentia ad perfectionem. Parcendum eſt autem ita, ut ne negligamus mandatum Dei.

Cap.12. Matthæus. Arundinem contritam non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec eijciat ad uictoriam iudicium, & in nomine ipſius gentes ſperabunt.

Cap.14. Ad Romanos. Debilem autem in fide ſuſcipite.

Gal.6. Ad Gal. Et ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui ſpirituales eſtis, inſtruite talem in ſpiritu manſuetudinis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portare, & ſic complete legem Chriſti.

Summæ XLII. Cap. I.

Quòd non oportet putare, ad diſſoluendum legem ac Prophetas Dominum ueniſſe, ſed ad explendum & apponendum perfectiora.

Cap.5. Matthæus. Ne putetis quòd uenerim ad diſſoluendum legem, aut prophetas: nõ ueni ut diſſoluam, ſed ut impleam.

Cap.3. Ad Rom. Legem igitur abolemus per fidem? Abſit, ſed legem confirmamus.

Summæ XLIII. Cap. I.

Quòd uelut lex malas actiones interdicit, ſic Euãgeliũ ipſos occultos animę affectus.

Cap.5. Matth. Audiſtis quod dictum eſt antiquis, non occides: qui uerò occiderit, reus erit iudicij. Ego aũt dico uobis, quòd omnis qui iraſcit̃ fratri ſuo temerè, reus erit iudicij.

Cap.2. Ad Rom. Non enim in propatulo Iudæus eſt, neq; in ꝓpatulo circũciſio in carne. Sed Iudæos in occulto, & circumciſio cordis in ſpiritu, non litera, cuius laus non ex hominibus, ſed ex Deo.

Summę XLIII. Cap. II.

Quòd uelut lex partem, ſic Euangelium totum, in unoquoq; rectè facto requirit.

Cap.18. Lucas. Omnia quæ habes, uende, & diſtribue pauperibus, & habebis theſaurũ in cœlo, & huc ades ſequere me.

Cap.2. Ad Coloſſ. In quo circumciſi eſtis circumciſione nõ fiente per manum, in exuendo corpore peccatorum carnis in circumciſione Chriſti.

Summæ XLIII. Cap. III.

Quòd impoſſibile eſt dignos fieri regno cœlorum eos qui non maiorem ſecundum Euangelium quàm legem, iuſticiam oſtendunt.

Cap.5. Matt. Niſi abundauerit iuſticia ueſtra plus quàm ſcribarum & phariſæorum, non poteritis ingredi in regnum cœlorum.

Cap.3. Ad Philippen. Si quis alius uidetur fiduciã habere in carne, ego magis habeo circũciſius octauo die, ex genere Iſrael, de tribu Beniamin, hebræus ex hæbræis, ſecundum legem phariſæus, ſecundum ſtudiũ perſequens eccleſiam, ſecundũ iuſticiam quæ in lege eſt, exiſtens irreprehenſibilis: Sed quę mihi erãt lucra, hæc arbitratus ſum propter Chriſtũ detrimentũ eſſe. Quinimo arbitror omnia detrimentũ eſſe, propter excellentiam cognitionis Ieſu Chriſti Domini noſtri, propter quẽ omnium detrimentũ feci, & omnia

omnia pro reiectamentis habeo, ut Chriſtū lucrifaciam, & inueniar in ipſo, nō habens meam iuſticiam quæ ex lege eſt, ſed eam quę ex fide eſt Chriſti iuſticiam ex Deo.

Summæ XLIIII. Cap. I.

Quòd iugum Chriſti iucundum, & onus eius leue eſt, ad requiem ac refectionem eorum qui ſuſcipiunt, omnia uerò aliena à doctrina Euangelij, grauia ſunt & oneroſa.

Matthæus. Venite omnes ad me qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam uos. Tollite iugum meū ſuper uos, & diſcite à me, quòd mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animis ueſtris. Iugum enim meum iucundum eſt, & onus meum leue. Cap. II.

Summæ XLV. Cap. I.

Quòd impoſſibile eſt regno cœlorum dignos fieri eos, qui non puerorum æqualitatem inter ſe, erga alios imitantur.

Matthæus. Amen dico uobis, niſi conuerſi fueritis, & facti uelut pueri, non poteritis ingredi in regnum cœlorum. Cap. 13.

Summæ XLV. Cap. II.

Quòd oportet eum qui cupit maiorem gloriam in regno cœlorum aſſequi, hic humilitatem & extremum locum amplecti.

Matthæus. Quiſquis igitur humiliabit ſeipſum, uclut puer hic, hic eſt qui maior eſt in regno cœlorum. Sed qui uolet magnus fieri inter uos, erit ueſter miniſter. Et qui uoluerit fieri primus ueſtrum, erit omnium ſeruus. Cap. 19.

Ad Philipp. Nihil per contentionem, aut inanem gloriam, ſed per humilitatem alterum alter ſe præſtantiorem exiſtimet. Cap. 2.

Summæ XLVI. Cap. I.

Quòd ex comparatione conſequentiæ quæ in minoribus ſeruatur, ſtudium in maioribus quoq; à nobis exigitur.

Lucas. Vnuſquiſq; ueſtrum ſabbato nónne ſoluit bouem ſuum, aut aſinum à præſepi, & ducit aquatum? Hanc autem filiam Abrahę, quam alligauit ſatanas, ecce decem & octo annis, non oportuit ſolui à uinculo iſto die ſabbati? Cap. 15.

Idem. Dicebat aūt parabolam ipſis, ad hoc quòd oportet ſemper orare, & non defatigari. Iudex quidā erat in quadam ciuitate, qui Deū non timebat, nec hominem reuerebatur. Vidua aūt erat in illa ciuitate, & ueniebat ad eū dicens: Vindica me de aduerſario meo, & nolebat aliquandiu. Poſtea uerò dixit intra ſe, Etſi Deū non timeo, & hominē nō reuereor, tamen quia moleſta eſt mihi hæc uidua, uindicabo illā, ne tandem ueniens ſugillet me. Ait aūt Dominus: Audite quid iniquitatis iudex dicat. Deus autē non faciet uindictam electorum ſuorum clamantium ad ipſum die ac nocte? Cap. 18.

Ad Timoth. 2. Nemo militans uitæ negocijs ſe immiſcet, ut imperatori exercitus cō placeat. Si uerò etiam decertauerit quis, non coronatur, niſi legitimè decertauerit. 2. Tim. 2.

Summæ XLVI. Cap. II.

Quòd ex comparatione eorum qui in minoribus timorem ex fide, & ſtudiū ex memorabili cōcupiſcentia oſtenderunt, hi qui in maioribus contemptores ſunt aut negligentes uehementiorem condemnationem habebunt. Lucas. Regina auſtri ſurget in iudicio, cum uiris generationis huius, & condemnabit ipſos, quia uenit à finibus terræ, ut audiret ſapientiam Solomonis, & ecce plus quàm Solomon hic. Cap. 17.

Matthæus. Viri Niniuitæ reſurgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt ipſam, quia pœnitentiam egerunt ad prædicationem Ionę, & ecce plus Iona hic. Cap. 12.

Summæ XLVI. Cap. III.

Quòd non oportet ſtudium oſtendere in minoribus, & contemnere maiora, uerùm primariò facere maiora præcepta, & ſimul peragere etiam minora.

Matthæus. Væ uobis Scribæ & Phariſæi Hypocritę, quod decimatis menthā & anethum & cyminum, & reliquiſtis quę grauiora ſunt legis, iudicium & miſericordiam ac fidem. Hęc oportuit facere, & illa non omittere. Duces cęci excolantes culicem, camelum autem deglutientes. Matth. 23.

Summæ XLVII. Cap. I.

Quòd non oportet theſaurum ſibijpſi colligere in terra, ſed in cœlo, & quis ſit modus colligendi theſauri in cœlo.

Cap.6. Mattheus. Ne colligatis uobis theſauros in terra, ubi ęrugo & tinea corrumpit, & ubi fures effodiunt ac furantur. Sed recondite uobis theſauros in cœlo, ubi neq; ęrugo, neq; tinea corrumpit, & ubi fures non effodiunt, neq; furantur.

Cap.11. Lucas. Vendite bona ueſtra, & date eleemoſynam. Facite uobis ſacculos non ueteraſcentes, theſaurum non deficientem in cœlis. Idem. Omnia quæ habes, uende, & diſtribue pauperibus, & habebis theſaurum in cœlis. Ad Thimoth. 1. Vt faciles ſint ad impertiendum, libenter cõmunicent, recordant ſibijpſis fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant ueram uitam.

Luc.18.

1Tim.6.

Summæ XLVIII. Cap. I.

Quòd oportet miſericordem & liberalem eſſe. Accuſantur enim qui tales non ſunt.

Cap.5. Matthæus. Beati miſericordes, quia ipſi miſericordiam aſſequentur.

Cap.6. Lucas. Omni petenti te tribue. Ad Ro. A charitate alienos, immiſericordes. Qui quum Dei iuſticiam nouerint, quòd hi qui talia faciunt, digni ſunt morte: & cætera.

Cap.1. Ad Timoth.1. Vt faciles ſint ad impertiendum, libenter communicent.

Summæ XLVIII. Cap. II.

Quòd omne quod quis habet ultra ea quæ ad uitam neceſſaria ſunt, debet ad beneficentiam fratris, iuxta mandatum Domini, qui etiam ea quæ habemus, dedit.

Cap.3. Lucas. Qui habet duas tunicas, impertiat non habenti. Et qui habet eſcas ſimiliter faciat.

2.Cor.8. Ad Corinth.1. Quid habes quod non accepiſti? Ad Corinth. 2. Veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat, quo & illorum abundantia ſuppleat ueſtrum defectum, ut fiat æqualitas, ſicut ſcriptum eſt. Qui multum habebat, huic nihil ſuperfuit, & qui modicum habebat, non imminuit.

Summæ XLVIII. Cap. III.

Quòd non oportet diteſcere, ſed pauperem eſſe, iuxta Domini ſermonem.

Cap.6. Lucas. Beati pauperes, quia ueſtrum eſt regnũ Dei. Væ uobis diuitibus, quia habetis conſolationem ueſtram. Ad Corint.2. Altiſsima paupertas ipſorũ abundauit in diuitias ſimplicitatis ipſorum. Ad Tim.1. Qui uolunt diteſcere, incidunt in tentationem & laqueum, & cupiditates multas ſtultas ac noxias, quæ demergunt homines in exitium & interitum. Radix enim omniũ malorum eſt auaritia, quã dum quidã nimia excercent appetentia, aberrauerunt à fide, & ſeipſos multis doloribus confixerunt.

2.Cor.8.

1.Tim.6.

Summæ XLVIII. Cap. IIII.

Quòd non oportet ſolicitum eſſe de abundantia rerum huius uitæ neq; de ſatietate, neque de ſumptuoſitate. Verùm purum eſſe ab omni ſpecie auaricię ac fuci.

Cap.12. Lucas. Videte & cauete ab omni auaricia, quia non in abundantia cuiuſquam uita eius eſt ex his quæ poſsidet. Ad Timoth .1. Ornare ſeipſas non tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut ueſtitu ſumptuoſo. Et rurſus: Habentes uictum & amictum, his contenti ſimus.

1.Tim.2.

1.Tim.6.

Summæ XLVIII. Cap. V.

Quòd non oportet curioſem eſſe propriæ neceſsitatis gratia, neq; in paratis ad pręſentem uitam ſpem ponere, uerùm Deo reddere quæ apud ſe ſunt.

Cap.6. Matthæus. Non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ. Quapropter dico uobis, ne ſitis ſolliciti animę ueſtrę quid edatis & quid bibatis: neq; corpori ueſtro quid induamini. Nonne anima plus eſſe quã eſca? & corpus pluris quàm indumẽtum? Reſpicite ad uolatilia cœli, quia nõ ſerunt, neq; metunt, neq; colligunt in horrea, & pater ueſter cœleſtis nutrit ipſa. Nonne uos longè pręcellitis illa? Quis autem ex uobis ſolicitè cogitando, poteſt adijcere ad ſtaturam ſuam unum cubitum? Et de indumẽtis quid ſoliciti eſtis? Cõſiderate lilia agri quomodo creſcunt. Non laborant, neq; nent: Dico aũt uobis, neq; Solomon in uniuerſa maieſtate ſua ſic amictus fuit, uelut unum ex iſtis. Si uerò quod fœnum agri hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic ueſtit, quãdo magis uos modicę fidei? Ne igitur ſoliciti ſitis dicentes: Quid edemus, aut quid bibemus, aut quibus tegemur? Hęc enim omnia gentes inquirunt. Nouit enim pater ueſter, cœleſtis, quod opus habetis his omnibus. Imò quęrite primum regnum Dei, & iuſticiam eius, & hęc omnia adijcientur uobis. Ne ſitis ergo ſoliciti in craſtinum: craſtinus enim dies

dies curam habebit ſuijpſius. Sufficit diei ſua adflictio. Lucas. Hominis cuiuſdam Cap.12.
diuitis uberes fructus ager attulit, & cogitabat intra ſe dicens: Quid faciam, quod nõ habeo quo congregem fructus meos? & dixit, hoc faciam: Deſtruam horrea mea & maiora extruam: & illuc congregabo omnia quę nata ſunt mihi, & bona mea, & dicã a nimę meę: Anima, habes multa bona repoſita in annos multos, requieſce, comede, bibe, gaude: & quę ſequuntur.

Ad Thimoth. 1. Diuitib. huiusſeculi præcipe, ut ne elato ſint animo, neq; ſpẽ ponant in diuitijs incertis, ſed in Deo qui exhibet nobis omnia affatim ad fruendum. 1.Tim.6.

Summæ XLVIII. Cap. VI.

Quòd oportet curioſum ac ſolicitum eſſe de fratrum neceſsitate, iuxta Domini uoluntatem.

Matth. Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum uobis regnum à iactis mundi fundamentis. Eſuriui enim, & dediſtis mihi edere: Sitiui, & dediſtis mihi bibere: Hoſpes eram, & collegiſtis me: Nudus, & operuiſtis me: Infirmus, & uiſitaſtis me: In carcere eram, & ueniſtis ad me. Et paulo pòſt: Amen dico uobis, quatenus feciſtis uni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Cap.25.

Ioan. Quum igitur ſuſtuliſſet oculos Ieſus, & uidiſſet multam turbam uenientem ad ipſum, dicit ad Philippum, unde ememus panes, ut edant hi? & cætera. Cap.6.

Ad Corinth. 1. Cęterũ de collatione in ſanctos, quemadmodũ ordinaui eccleſijs Galatię, ita & uos facite ſingulis ſabbatis. Vnuſquiſq; ueſtrũ apud ſeipſum reponat, recõdens quicquid commodum fuerit, ut ne cum uenero tunc demum collationes fiant. 1.Cor.16.

Summæ XLVIII. Cap. VII.

Quòd oportet eum qui uiribus prędictus eſt, operari ac impertiri his qui opus habent: qui enim operari non uult, neq; manducare dignus iudicatus eſt.

Ad Tim. 1. Dignus eſt operarius alimento ſuo. In actis. Omnia oſtendi uobis, quod ſic laborantes oportet ſuſcipere infirmos, ac meminiſſe uerborum Domini, quia ipſe dixit: Beatum eſt dare potius quàm accipere. 1Tim.5. Cap.20.

Ad Epheſ. Qui furabatur, non amplius furetur, magis autem laboret operando manibus quòd bonũ eſt, ut habeat quod impertiat ei qui opus habet. Cap.4.

Ad Theſſal. Quum eſſemus apud uos, hoc præcepimus uobis, quòd ſi quis non uult operari, neque edat. 1.Theſ.2.

Summæ XLIX. Cap. I.

Quòd non oportet litigare, neque de his quę ad neceſſarium tegumentum corpori circumdantur.

Lucas. Percutiendi te in dextram maxillam, exhibe etiam alteram, & ab eo qui aufert tibi pallium, etiam tunicam noli prohibere. Omni autem petenti te tribue & ab eo qui aufert quæ tua ſunt, ne repetas. Cap.6.

Ad Cor. 1. Audet aliquis ueſtrum, negotium habens aduerſus alterum, iudicari coram iniuſtis, & non coram ſanctis? Et paulo pòſt: Iam quidem omnino delictum eſt in uobis, quòd iuſticia habetis inter uos. Cur non potius iniuriam patimini? Cur nõ potius damnum accipitis? Ad uos iniuriam facitis, & damno afficitis, atq; hoc fratres. 1.Cor.6.

Summæ XLIX. Cap. II.

Quòd non oportet pugnare, aut ſeipſum uindicare, uerùm erga omnes quantum eius fieri poteſt, pacificum eſſe, iuxta Domini mandatum.

Matth. Audiſtis quòd dictum eſt, oculum pro oculo, & dentem pro dente. Ego autem dico uobis, ne reſiſtatis malo, ſed quiſquis impegerit alapam in dextram tuam maxillam, obuerte illi & alteram, & cætera. Cap.5.

Marcus. Dilectionem habete in uobis, ſed etiam pacem agite inter uos. Cap.9.

Ad Roman. Nemini malum pro malo reddentes, prouidentes bona, in conſpectu omnium hominum, ſi fieri poteſt, quantum in uobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes, non uoſmetipſos ulciſcentes chariſſimi, ſed date locum iræ. Cap.12.

Ad Timoth. 2. Seruum autem Domini non oportet pugnare, ſed manſuetum eſſe erga omnes. 2.Tim.2.

Summæ LXIX. Cap. III.

Quòd non oportet neq; in ultionẽ alterius iniuria affici, ulciſci eum qui iniuriã facit.

Cap 26. Matth. Tunc acceſſerunt, & manus iniecerunt in Ieſum, & tenuerunt eum. Et ecce unus ex his qui erant cum Ieſu, extendens manum, exemit gladium ſuum, & percutiens ſeruum principis ſacerdotum, amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Ieſus, Conuerte gladiũ tuum in locum ſuum: Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt.

Cap.14. Lucas. Et miſit nuncios ante conſpectum ſuum, & euntes intrauerunt in ciuitatẽ Samaritanorum ut pararent illi, & non receperũt eum, qui facies eius erat euntis Hieroſolymam. Quum uidiſſent autem diſcipuli eius Iacobus & Ioannes, dixerũt, Domine uis dicamus, ut ignis deſcendat de cœlo, & cõſumat ipſos? quemadmodum & Helias fecit. Et conuerſus increpauit ipſos, & abierunt ad aliud caſtellum.

Summæ. L. Cap. I.

Quòd oportet etiam alios ad pacem quæ in Chriſto eſt, concordes facere.

Cap.5. Matthæus. Beati pacifici, quoniam ipſi filij Dei uocabuntur.

Cap.14. Ioannes. Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis.

Summæ. LI. Cap. I.

Quòd oportet prius ſeipſum corrigere in quocunq; tandem delicto, & tunc alios increpare.

Cap.7. Matthæus. Quid autem uides feſtucã in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non uides? Aut quomodo dicis fratri tuo, Sine eijciam feſtucam ex oculo tuo, & ecce trabs in oculo tuo? Hypocrita, eijce prius trabem ex oculo tuo, & tunc perſpicies ut eximas feſtucam ex oculo fratris tui.

Cap.2. Ad Rom. Quapropter inexcuſabilis es ô homo quiſquis es qui iudicas: nam hoc ipſo quod iudicas alterũ, teipſum condemnas. Eadẽ enim facis tu qui iudicas. Scimus autem quod iudicium Dei eſt ſecundum ueritatẽ in eos qui talia agunt: exiſtimas aũt ô homo, qui iudicas eos qui talia faciunt, & eadẽ facis, quod tu effugies iudiciũ Dei.

Summæ. LII. Cap. I.

Quòd non oportet indifferentẽ eſſe ob peccãtes, uerũ triſtari & lugere propter ipſos.

Cap.19. Lucas. Et quum appropinquaſſet, conſpicatus ciuitatem, fleuit ſuper illa dicens, Si cognouiſſes & tu, & quidem in hac die, quæ ad pacem tuam pertinent. Nunc autẽ abſcondita ſunt ab oculis tuis.

1.Cor.5. Ad Corinth.1. Omnino auditur inter uos ſcortatio, & talis ſcortatio, quæ neq; inter gentes nominatur, ut aliquis uxorem patris ſui habeat. Et uos inflati eſtis, & nõ potius luxiſtis, ut tolleretur de medio ueſtrum qui facinus hoc perpetrauit.

2.Cap.12. Ad Corinth.2. Ne iterum ubi uenero ad uos, humiliet me Deus meus, & lugeam ob multos qui antea peccauerunt & pœnitentiam non egerunt.

Summæ. LII. Cap. II.

Quòd non oportet ſilere dum peccantes uides,

Cap.17. Lucas. Si peccauerit in te frater tuus, increpa ipſum: & quæ ſequuntur.

Cap.5. Ad Epheſ. Et nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum, imò etiam redarguite.

Summæ. LII. Cap. III.

Quòd oportet congreſſum cum peccantibus ſuſcipere, non alterius cuiuſdã rei gratia, quàm ut ipſos ad pœnitentiam reuocemus, quo modo fieri poterit, citra peccatũ.

Cap.9. Matthæus. Et ecce multi publicani & peccatores uenientes, diſcumbebant cũ Ieſu & diſcipulis ipſius. Quumq; id uidiſſent phariſæi, dixerũt diſcipulis eius: Quare cũ publicanis & peccatoribus mãducat magiſter ueſter. At Ieſus audiens dixit ipſis: Nõ opus habent ualentes medico, ſed male habentes. Euntes aũt diſcite quid eſt. Miſericordiã uolo, & non ſacrificium. Non enim ueni ad uocandum iuſtos, ſed peccatores.

Cap.15. Lucas. Accedebant autem ipſum omnes publicani & peccatores ut audirent ipſum, & murmurabant ſcribæ ac phariſæi dicentes. Hic peccatores recipit, & manducat cũ illis. Dixit autem ad eos parabolam hanc, dicens: Quis ex uobis eſt, qui centum habens oues, & una ex ipſis deperdita, non relinquit nonaginta nouem in deſerto, & uadit ad illam quæ perierat, donec inueniat ipſum? &c.

Ad Theſſ.

Ad Theſſal. Quòd ſi quis non obedit ſermoni noſtro, per epiſtolam hunc indicate, & ne commercium habeatis cum illo, ut pudore ſuffundatur, & ne uelut inimicũ habeatis, ſed admonete ut fratrem. 2.C.p.ult.

Ad Corinth.2. Si quis autem contriſtauit me, non me contriſtauit ſed ex parte, ut ne aggrauem omnes uos. Sufficit tali increpatio hæc quæ fit à pluribus: quare uice uerſa uos magis condonetis & conſolemini, ne fortè ob immodicum errorem abſorbeatur huiuſmodi. 2.Cor.2.

Summæ LII. Cap. IIII.

Quòd oportet eos qui perſeuerant in propria malicia, poſt expletum omnem modum curationis ipſorum auerſari.

Matth. Si peccauerit in te frater tuus, uade redargue ipſum inter te & ipſum ſolum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Si uerò non audierit, adhibe tecum adhuc unum uel duos, ut in ore duorum aut trium teſtium conſiſtat omne uerbum. Quòd ſi non audierit ipſos, dic eccleſiæ. Si autem & eccleſiam non audierit, ſit tibi uelut ethnicus & publicanus. Cap.18.

Summæ LIII. Cap. I.

Quòd non oportet Chriſtianum meminiſſe malorum, ſed ex corde dimittere his qui in ipſum peccauerunt.

Matth. Niſi dimiſeritis hominibus delicta ipſorum, neque pater ueſter cœleſtis dimittet delicta uobis. Si autem dimiſeritis hominibus peccata ipſorum, remittet etiam uobis pater ueſter cœleſtis. Cap.6.

Summæ LIIII. Cap. I.

Quòd non oportet iudicium mutuum exercere ob ea quæ à Scriptura conceſſa ſunt.

Matth. Nolite iudicare, ne iudicemini, quo enĩ iudicio iudicatis, eo iudicabimini. Cap.7.

Lucas. Nolite iudicare, & nõ iudicabimini, nolite condemnare, & non condemnabimini. Cap.6.

Ad Roman. Alius quidem credit ſe edere poſſe omnia, infirmus aũt olera edit. Qui edit, non edentem ne deſpiciat: & qui non edit, edentem ne iudicet. Deus enim illum aſſumpſit. Tu qui es qui iudicas alienum famulum? proprio Domino ſtat aut cadit: ſtabilis fiet aũt, potens eſt enim Deus ipſum ſtabilem facere. Et alius quidẽ iudicat alternos dies, alius uerò iudicat omnẽ diem. Vnuſquiſq; in propria mente certus ſit. Qui curat diem, Domino curat: & qui non curat diẽ, Domino non curat: & qui edit, Domino edit: gratias enim agit Deo. Et paulo pòſt. Itaq; unuſquiſq; noſtrũ pro ſe rationem reddet Deo. Ne ergo amplius mutuo iudicium exerceamus. Cap.14.

Ad Coloſſ. Ne igitur quis uos iudicet in cibo, aut potu, aut in parte diei feſti, aut nouilunij, aut ſabbatorum, quæ ſunt umbra futurorum. Cap.2.

Summæ LIIII. Cap. II.

Quòd non oportet hæſitare in his quæ à Scriptura conceſſa ſunt.

Ad Rom. Beatus qui nõ iudicat ſeipſum in eo quòd probat. At qui dijudicat, ſi ederit, condemnatus eſt, quia nõ ex fide. Quicquid autem ex fide non eſt, peccatum eſt. Cap.14.

Ad Coloſſ. Si igitur mortui eſtis cum Chriſto ab elementis mundi, quid quaſi uiuẽtes in mundo decretis tenemini? Ne tetigeris, neq; guſtaueris, neque contrectaueris quæ ſunt omnia ad corruptionẽ, per ſecretionẽ iuxta pręcepta ac doctrinas hominũ. Cap.2.

Summæ LIIII. Cap. III.

Quòd non oportet iudicare de obſcuris.

Ad Corinth.1. Quare ne ante tempus quid iudicetis, donec uenerit Dominus, qui etiam illuminabit occulta tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, & tunc laus continget unicuiq; à Deo. 1.Cor.4.

Summæ LIIII. Cap. IIII.

Quòd non oportet in acceptatione perſonarum iudicare.

Ioannes. Si circumciſionem accipit homo in ſabbato, ut non ſoluatur lex Moſis, mihi cor indignamini, quòd totum hominem ſanum feci in ſabbato? Nolite iudicare ſecundum faciem, ſed iudicium iuſtum iudicate. Cap.7.

Summæ LIIII. Cap. V.

Quòd non oportet condemnare aliquem, ubi nõ prius in præſentia ipſius res eius di-

Cap.7. ligenter perſcrutati fuerimus, etiamſi multi ſint qui ipſum accuſent. Ioannes. Dicit Nicodemus ad ipſos, is qui uenerat ad eum nocte, qui unus erat ex ipſis. Num lex noſtra iudicat hominem, niſi prius audierit ab ipſo, & cognouerit quid facit.

In actis. Et quum dies plures illic morarentur, Feſtus regi indicauit de Paulo dicẽs, Vir quidam relictus eſt à Felice uinctus, de quo quum ueniſſent Hieroſolymam, ſignificarunt mihi principes ſacerdotum & ſeniores Iudæorum, poſtulãtes aduerſus ipſum ſententiam: ad quos reſpondi, quòd non eſt Romanis conſuetudo ob gratiam donare aliquem hominem ut pereat, prius quam is qui accuſatur, præſentes habeat accuſatores, locumq; defendendi accipiat de crimine.

Summæ LV. Cap. I.

Quòd oportet ſcire ac confiteri omnis boni gratiam, & ipſarum pro Christo afflictionum tolerantiam à Deo eſſe.

Cap.3. Ioannes. Non poteſt homo accipere quicquam, niſi fuerit ipſi datum è cœlo.

1.Cor.4. Ad Corinth. 1. Quid habes quod non accepiſti? Ad Epheſ. Gratia enim ſaluati

Cap 2. eſtis, per fidem, & hoc non ex uobis, Dei donũ eſt, non ex operibus, ne quis glorietur.

Phil.1. Ad Philippen. Et hoc à Deo. Quia uobis donatum eſt pro Chriſto, non ſolũ ut in ipſum credatis, ſed ut etiam pro ipſo patiamini, idem certamen habentes, &c.

Summæ LV. Cap. II.

Quòd non oportet ſilere beneficia Dei, ſed gratias agere propter ipſa.

Cap.17. Lucas. Rogabat autem ipſum uir à quo dęmonia exierant, ut cum ipſo eſſet: dimiſit aũt eum Ieſus, dicens: Redi in domum tuam, & narra quæcunq; fecit tibi Deus. Etabijt per totam ciuitatem prædicans quæcunq; ſibi fecit Deus.

Ibidem. Et quum ingrederetur in quoddam caſtellum, occurrerunt ei decem uiri leproſi, qui ſteterunt procul & leuauerunt uocem ſuam dicentes: Ieſu pręceptor miſerere noſtri, quos ut uidit, dixit ipſis, Euntes oſtendite uos ſacerdotibus. Et factum eſt, ut inter eundem mundati ſint. Vnus autem ex ipſis ut uidit quòd mundatus eſſet, regreſſus eſt cum magna uoce glorificans Deũ, & cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens ei: & hic Samaritanus erat. Reſpondens autem Ieſus dixit, Nónne decem mundati ſunt? nouem autem ubi ſunt? Non ſunt reperti qui redierint, ut darẽt gloriã Deo, niſi hic alienigena. Et dixit illi, Surge, uade, fides tua te ſeruauit.

1.Cor.15. Ad Corint. 1. Gratia Dei ſum id quod ſum.

1.Tim.4. Ad Timoth. 1. Omnis creatura Dei bona, & nulla reijcienda, ſi cum gratiarum actione ſumatur.

Summæ LVI. Cap. I.

Quòd oportet perſeuerantem eſſe in orationibus ac uigilijs.

Cap.7. Matthæus. Petite, & dabitur uobis: quęrite, & inuenietis: pulſate & aperietur uobis. Omnis enim qui petit, accipit, & qui quęrit, inuenit, & pulſanti aperiet. & cætera.

Cap.18. Lucas. Dixit aũt & parabolam ipſis, tendentem ad hoc quòd oportet ſemper orare, & non delaſſari, dicens: Iudex quidam erat in quadam ciuitate, & reliqua.

Cap.21. Idem. Cauete uobis ne quando grauentur corda ueſtra crapula & ebrietate, & curis huius uitæ, & derepentè ſuperueniat in uos dies illa. Tanquam laqueus enim ſuperueniet in omnes qui ſedent ſuper faciem totius terrę. Vigilate igitur omni tempore orantes, ut contingat uobis effugere iſta omnia quę futura ſunt, & ſtare coram filio hominis. Ad Coloſſ. Orationi inſtate, uigilantes in ipſa cum gratiarum actione.

Col.4.

1.Theſſ.5. Ad Theſſal. 1. Semper gaudete, indeſinenter orate.

Summæ LVI. Cap. II.

Quòd oportet etiam pro his quæ ad quotidianum corporis neceſſitatem ſumimus, prius gratias agere Deo, atq; ſic aſſumere.

Cap.14. Matthæus. Et acceptis quinq; panibus ac duobus piſcibus, quum gratias egiſſet, fregit & dedit diſcipulis ſuis. Diſcipuli uerò turbæ.

Cap.27. In actis. Hæc locutus, accepto pane gratias egit Deo coram omnibus, & ubi fregiſſet, cœpit edere.

1.Tim.4. Ad Timoth. 1. Omnis creatura Dei bona, & nulla reijcienda, ſi cum gratiarum actione ſumatur.

Summæ

Summmæ LVI. Cap. III.

Quòd orantem non oportet multiloquum eſſe, in petendo corruptibilia & Domino indigna. Matth. Orantes autem ne ſitis multiloqui, ſicut ethnici, putant enim quod in multiloquio ſuo exaudiantur. Ne igitur ſimiles iſtorum fiatis, nouit enim pater ueſter cœleſtis, quibus opus habetis, prius quàm petatis ipſum. Cap.6.

Lucas. Et uos nolite quærere quid manducetis, aut quid bibatis, & nolite in ſublime tolli. Omnia enim hæc gentes mundi quærunt: pater autem ueſter ſcit quod iſtis indigetis. Cap.12.

Summmæ LVI. Cap. IIII.

Quomodo oportet orare, & in quali animæ ſtatu.

Matthæus. Sic ergo orate uos: Pater noſter qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum, fiat uoluntas tua, &c. Idem. Quærite primum regnum Dei & iuſticiam eius. Marcus. Et quum ſteteritis orantes, dimittite ſi quid habetis aduerſus aliquem. Ad Thimoth.1. Volo igitur ut orent uiri in omni loco ſublatis ſanctis manibus citra iram & contentiones. Cap.6. Cap.11. 1.Tim.2.

Summmæ LVI. Cap. V.

Quòd alterum pro altero orare oportet, et pro his qui prefecti ſunt doctrinę ueritatis.

Lucas. Dixit autem Dominus, Simon Simon, ecce ſatanas expetiuit uos, ut cribraret ſicut triticum. Ego autem rogaui pro te, ut ne deficiat fides tua. Cap.22.

Ad Epheſ. Orantes omni tempore in ſpiritu, & ſimul uigilantes cum omni ſedulitate & deprecatione pro omnibus ſanctis & pro me, ut detur mihi ſermo in apertione oris mei, ut cum dicendi fiducia notum faciam myſterium euangelij, pro quo legatione fungor in catena, ut in ipſo liberè loquar, uelut oportet me loqui. Cap.6.

Ad Theſſal. De cætero orate pro nobis, ut ſermo Dei curat & glorificetur in omnibus, ſicut & apud uos. 2.Theſſ.3

Summmæ LVI. Cap. VI.

Quòd oportet etiam pro inimicis orare.

Matthæus. Orate pro calumniantibus & perſequentibus uos, ut ſitis filij patris ueſtri qui in cœlis eſt. Cap.6.

Summmæ LVI. Cap. VII.

Quòd non oportet uirum uelatum orare aut prophetare, neq; mulierem detectam.

Ad Corinth.1. Volo autem uos ſcire, quod omnis uiri caput Chriſtus eſt. Caput autem mulieris uir, caput uerò Chriſti Deus. Omnis uir orans uel prophetans quicquã habens in capite, deturpat caput ſuum: Omnis autem mulier orans, aut prophetans non uelato capite, deturpat caput ſuum. & cætera. 1.Cor.11.

Summmæ LVII. Cap. I.

Quòd nõ oportet magnificè ſentire de ſeipſo ob rectè facta, & alios uilipendere.

Lucas. Dixit aũt ad quoſdam qui in ſe confidebant, quòd eſſent iuſti, & aſpernabantur cæteros parabolam iſtam, dicens: Duo homines aſcenderunt in templum ut orarent, unus phariſęus & alter publicanus: phariſęus ſtans hæc apud ſe orabat: Deus gratias ago tibi, quòd non ſum ſicut cęteri homines, raptores, iniuſti, adulteri, aut etiã uelut hic publicanus: ieiuno bis in ſabbato, decimas do omnium quę poſſideo. Et publicanus procul ſtans, nec oculos uolebat ad cœlum tollere, ſed percutiebat pectus ſuum dicens, Deus propitius eſto mihi peccatori. Dico uobis, deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam magis quàm ille. Quia omnis qui ſe extollit, humiliabitur, & qui ſe humiliat, extolletur. Cap.18.

Summmæ LVIII. Cap. I.

Quòd non oportet putare, quòd donum Dei per pecunias, aut aliud aliquod conſilium acquiramus.

In Actis. Quum uidiſſet aũt Simon, quòd per impoſitionem manuum apoſtolorum daretur ſpiritus ſanctus, obtulit ipſis pecunias dicens: Date & mihi poteſtatem hanc, ut cuicunq; impoſuero manus, accipiat ſpiritũ ſanctũ. Petrus autẽ dixit ad eum: Pecunia tua tecũ ſit in perditionem, quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunijs parari. Non eſt tibi portio, neq; ſors in hac doctrina. Cor enim tuũ non eſt rectum corã Deo. Reſipiſce igitur ab hac malicia tua, & roga Deũ ſi fortè remittatur tibi cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis, & colligatione iniquitatis uideo te eſſe. Cap.8.

Summmæ LVIII. Cap. II.

Quòd iuxta fidei proportionem, unicuiꝗ dantur á Deo dona, ad utilitatem.

Cap.12. Ad Rom. Habentes autem dona ſecundum gratiam datam nobis diuerſa, ſiue prophetiam iuxta fidei proportionem.

1.Cor.12. Ad Corint. Vnicuiꝗ uerò datur manifeſtatio ſpiritus ad utilitatem. Nam alij quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ: alij uerò ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum: alij fides in eodem ſpiritu: alij dona ſanationum: alij prophetiæ: alij diſcretiones ſpirituum: alij genera linguarum: alij interpretatio linguarum.

Summæ LVIII. Cap. III.

Quòd oportet eum qui gratiam Dei gratis accepit, gratis dare, & non tractare ipſam ac negociari ad proprias uoluptates.

Cap.10. Matthæus. Infirmos curate, leproſos mundate, dæmonia eijcite, gratis accepiſtis, gratis date. Ne poſſidiatis aurum, neꝗ argentum, neꝗ æs in zonis ueſtris.

Cap.3. In Actis. Dixit autem Petrus, argentum & aurum non eſt mihi, quod autem habeo, hoc tibi do: in nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge & ambula. Et apprehenſa manu eius dextra erexit ipſum.

1.Theſſ.2. Ad Theſſ. Neꝗ enim unquam in ſermone adulationis uobis fuimus, ſicut ſcitis: neꝗ in occaſione auariciæ, Deus teſtis eſt: neꝗ quærentes ex hominibus gloriam: neque à uobis, neꝗ ab alijs, quum poſſemus in autoritate eſſe, tanquā apoſtoli Chriſti: ſed fuimus placidi in medio ueſtrum, perinde ac ſi nutrix foueat filios ſuos, ita deſiderantes cupidè uolebamus uobis tradere nō ſolum euangelium Dei, ſed etiam animas noſtras, propterea quòd chariſſimi nobis facti eſtis.

Summæ LVIII. Cap. IIII.

Quòd is qui primum à Deo donum grato animo ſuſcepit, & ſtudioſè in gloriam Dei conuertit, etiam alijs dignus redditur. Quum uerò talis non eſt, & priore priuatur, & paratis indignus iudicatur, & pœnę traditur.

Cap.13. Matth. Et accedentes diſcipuli, dixerunt ad eum: Cur in parabolis loqueris ipſis? Ille aūt reſpondēs dixit ipſis: Vobis datū eſt cognoſcere myſteria regni cœlorū, illis uerò datū nō eſt. Quicunꝗ eīm habet, ei dabit & abūdabit: qui uerò nō habet, etiā quod habet auferetur ab ipſo. Quapropter in parabolis loquor ipſis, quia uidētes nō uidēt, & audientes non audiunt, neꝗ intelligunt, ut impleatur in eis prophetia Eſaiæ.

Cap.25. Idem. Sicut enim homo quidā peregrè proficiſcens uocauit ſeruos ſuos, & dedit ipſis bona ſua: & alij quidem dedit quinꝗ talenta, alij uerò duo, alij unum, unicuiꝗ ſecundum propriam facultatē, & profectus eſt ſtatim. Abijt aūt qui quinꝗ talenta acceperat, & negociatus eſt per ipſa, & lucratus eſt alia quinꝗ. Similiter qui duo acceperat, lucratus eſt alia duo. Et paulo pòſt: Omni enim habenti dabitur, ab eo uerò qui nō habet, etiam id quod habet auferetur. Et inutilem ſeruum eijcite in tenebras exteriores, illic erit fletus & ſtridor dentium.

Summæ LIX. Cap. I.

Quòd non oportet Chriſtianū gloria ex hominibus contingente affici, neꝗ excellentem honorē amplecti, ſed emendare eos qui ſic ipſum colūt, aut amplius quid de ipſo

Cap.19. ſentiunt. Matth. Et ecce unus accedens dixit ipſi, Magiſter bone, quid boni faciendo uitā æternā poſſidebo? Ille uerò dixit ipſi, quid me dicis bonum? nemo bonus niſi

Cap.5. unus Deus. Ioannes. Gloriam ab hominibus non accipio. Et paulo pòſt: Quomodo poteſtis uos credere, alter ab altero gloriam accipientes, & gloriā quæ à ſolo Deo eſt,

Luc.11.20. non quæritis? Lucas. Væ uobis phariſæis, quia diligitis primas ſedes in ſynagogis, &

1.Theſſ.2 ſalutationes in foro. Ad Theſſ. Neꝗ enim unquam in ſermone adulationis fuimus, uelut ſcitis, neꝗ prætextu auariciæ, Deus teſtis eſt, neꝗ quærentes ex hominibus glo

Cap.10. riam, neꝗ à uobis, neꝗ ab alijs. In Actis. Quum autem contingeret ingredi Petrum, obuiā ꝑgreſſus ipſi Cornelius, prolapſus ante pedes ipſius adorauit. Petrus uerò erexit eum dicēs: exurge, nam & ego ipſe homo ſum. Ibidem. Statuta autem die Hero-

Cap.12. des ueſtitus ueſte regia, & ſedēs pro tribunali concionabatur. Populus autē acclamabat, Dei uox & non hominis. Confeſtim autem percuſſit ipſum angelus Domini, eo quòd non dediſſet gloriam Deo, & eroſus à uermibus expirauit.

Summæ LX. Cap. I.

Quòd quũ dona ſpiritus diuerſa ſint,& neq; unus poſſit omnia ſuſcipere, neq; omnes idē,ſobriè & cũ gratiarũ actione unũquenq; in eo quod ſibi datũ eſt,perſeuerare oportet,& oēs inter ſe mutuo cōcordes eſſe in charitate Chriſti,uelut mēbra in corpore,ita ut qui inferior eſt in donis,cōparatione præminentis ne deſperet, neq; maior minorē deſpiciat.Nam diuiſi & ſeditionem agentes,diſſolutione digni ſunt.

Matthæus.Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur,& omnis ciuitas aut domus diuiſa aduerſus ſeipſam non ſtabit. Cap.12.

Ad Galatas.Quòd ſi alter alterum mordetis & corroditis, uidete ne alter ab altero conſumamini. Cap.5.

Ioannes.Nō aũt de his quero ſolũ,ſed etiã de credentib. per ſermonē ipſorũ in me, ut oēs unũ ſint,quemadmodũ tu pater in me,& ego in te, ut & hi in nobis unum ſint. Cap.17.

In Actis.Multitudinis aũt credentiũ erat cor unũ,& anima una,neq; quiſq; aliquid eorum quæ poſsidebant,ſuum eſſe dicebat,ſed erant illis omnia communia. Cap.2.

Ad Romanos. Dico eñ per gratiã quę data eſt mihi,omnib. qui ſunt inter uos,ut ne quis plus de ſe ſentiat,q̃ oportet ſentire:ſed ſentiat ad ſobrietatē,ut unicuiq; Deus menſurã fidei diuiſit.Sicut enim in uno corpore mēbra multa habemus,omnia aũt nō eandē actionē habēt,Sic multi unũ corpus ſumus in Chriſto,ſinguli aũt alter alterius membra:habentes aũt dona ſecundum gratiã datam nobis uaria:& quæ ſequuntur. Cap.12.

Ad Corinth.1.Obſecro uos per nomen Dñi noſtri Ieſu Chriſti, ut idem dicatis omnes,& ne ſint inter uos ſectæ:ſitis aũt perfecti in eadē mente,& in eadem ſententia. 1.Cor.12.

Ibidem. Quemadmodum enim corpus unum eſt,membra uerò habet multa, omnia autem membra corporis unius quum multa ſint, unum corpus ſunt: Sic etiam in Chriſto.nam in uno ſpiritu nos omnes in unum corpus baptizati ſumus,ſiue iudæi,ſiue Græci,ſiue ſerui,ſiue liberi,& cætera. 1.Cor.1.

Ad Philippenſ. Vt idem ſentias omnes,eandem charitatem habentes, unanimes, idem ſentientes,nihil per contentionem aut inanem gloriam , ſed in humilitate alter alterum ſeipſo præſtantiorem ducentes.Non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes, ſed quæ ſunt aliorum. Cap.2

Summæ LXI. Cap. I.

Quòd non oportet uilipendere eos qui cooperantur gratiam Domini, reſpectu ad utilitatem ipſorum habitu:in his enim maximè complacentiam habet Deus.

Matth. Cōfiteor tibi pater Dñe cœli & terræ,quod abſcondiſti hæc à ſapientib.ac prudentibus,& reuelaſti ea paruulis. Certe pater,quia ſic cōplacitum fuit coram te. Cap.11.

Idem.Et progreſſus in patriã ſuã,docuit ipſos in ſynagoga ipſorum, ita ut ipſos cōſternaret & diceret, Vnde ſapiētia hęc huic & uirtutes? Nōne hic eſt fratri filius.Nōne mater eius uocat̃ Maria,& fratres eius Iacobus & Ioſes & Simon & Iudas? & ſorores ipſius nònne omnes apud nos ſunt? Vnde ergo huic omnia iſta ? & offendebantur in ipſo.Ieſus autē dixit ipſis:Non eſt Propheta ſine honore,niſi in patria ſua, & in domo ſua. Et non fecit illic uirtutes multas propter incredulitatem ipſorum. Cap.13.

Ad Corinthios.1.Videtis uocationem ueſtram fratres,quòd non multi ſapientes ſecundum carnem , non multi potentes, non multi nobiles, ſed quæ ſunt ſtulta mundi elegit Deus,ut pudefaciat ſapientes.Et infirma mundi elegit Deus,ut pudefaciat fortia:& ignobilia mundi & contempta elegit Deus,& ea quæ non ſunt, ut ea quæ ſunt, aboleat:ut ne glorietur ulla caro in conſpectu ipſius. 1 Cor.1.

Summæ LXII. Cap. I.

Quòd eos qui crediderunt Deo & baptizati ſunt,ſtatim præparari oportet ad tentationes,& ab ipſis domeſticis uſq; ad mortem. Qui enim non ſic ſeparauit,derepente apprehendēte calamitate facilè commouetur.

Matth.Et baptizatus Ieſus,confeſtim aſcendit ab aqua:& ecce aperti ſunt ipſi cœli, & uidit ſpiritum Dei deſcendentem tanq; columbam , & uenientem ſuper ſe.Et ecce uox de cœlis dicēs.Hic eſt filius meus dilectus,in quo mihi bene cōplacitum eſt.Tūc Ieſus ductus eſt in deſertum à ſpiritu,ut tentaretur à diabolo. Cap.3.

Idem.Ecce ego mitto uos ſicut oues in medio luporũ,Eſtote igitur prudētes uelut ſerpentes,& ſimplices ſicut columbę. Cauete aũt ab hominibus: tradent enim uos in Cap.10.

concilia, & in ſynagogis ipſorum flagellabunt uos, & ad præſides ac reges ducemini propter me, in teſtimonium ipſis & gentibus. Et paulo poſt: Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & inſurgent filij aduerſus parentes, & morte ipſos afficient: & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Qui uerò perſeuerauerit uſque in finem, hic ſaluus erit.

Ibidem. Idem. Et qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus.

Cap.16. Ioannes. Hæc loquutus ſum uobis, ut ne offendamini, à ſynagogis abdicabunt uos. Sed uenit hora, ut omnis qui interficit uos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo. Et hæc facient uobis, quia non nouerunt patrem neque me, &c.

Cap.8. Lucas. Nã qui ſuper petrã, hi ſunt qui quũ audierint, cũ gaudio accipiunt ſermonẽ: & hi radicẽ non habent, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.

2.Cor.1. Ad Corinth. II. Non enim uolo uos ignorare fratres de afflictione noſtra quæ contigit in Aſia, quoniã ſupra modum grauati fuimus ſupra uires, adeo ut deſperauerimus etiam de uita. Quin ipſi in uobiſipſis ſententiam mortis acceperamus.

Ad Epheſ. Vt ne confidentes ſimus in nobiſipſis, ſed in Deo qui excitat mortuos.

2.Tim.3. Ad Thimoth. II. Omnes autem qui pie uiuere uolunt in Chriſto Ieſu, perſecutionem patientur.

Summæ LXII. Cap. II.

Quòd non oportet ſeipſum obijcere tentationibus ante tẽpus permiſſionis Dei, ſed etiam orare ut ne incidamus in tentationem.

Cap.6. Matthæus. Sic igitur orate, Pater noſter qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum. Et paulo pòſt: Et ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo.

Cap.7. Ioannes. Et ambulabat Ieſus poſt hæc in Galilęa: Non enĩ uolebat in Iudæa uerſari, quia quęrebant eum Iudęi interficere. Erat aũt in propinquo dies feſtus Iudæorũ Scenopegia. Dixerunt igitur ad ipſum fratres eius: Tranſi hinc, & uade in Iudæã, ut & diſcipuli uideant opera tua quæ facis. Nemo quippe in occulto facit aliquid, & quærit ipſe palàm eſſe. Si hæc facis, manifeſta teipſum mundo, neque enim fratres eius credebant in ipſum. Dixit ergo eis Ieſus: Tempus meum nondum adeſt, tempus autem ueſtrum ſemper eſt paratum. Non poteſt mundus odiſſe uos, me autem odit, quia ego teſtimonium fero de illo, quòd opera eius mala ſunt. Vos aſcendite ad diem feſtum hũc. Ego nondum aſcendo ad diem feſtum illum, quia meum tempus nondum impletum eſt. Hæc loquutus ipſis manſit in Galilæa. Vt autem aſcenderunt fratres eius, tunc & ipſe aſcendit ad feſtum non manifeſtè, ſed uelut in occulto.

Cap.26. Matthæus. Vigilate & orate, ne incidatis in tentationem.

Summæ LXII. Cap. III.

Quòd oportet ad tẽpus ab inſidiantib. diſcedere, ubi tamẽ permiſſus eſt quis in tentationẽ incidere euentũ, ut ſufferre poſſit, & uoluntatem Dei per orationem petere.

Cap.10. Matthæus. Vbi perſecuti fuerint uos in hac ciuitate, fugite in aliam.

Cap.12. Idem. Phariſæi autem egreſſi conſilium ceperunt aduerſus eum, quomodo perderent ipſum. Ieſus autem ubi nouiſſet, receſſit inde.

Cap.11. Ioannes. Ab illa die conſultabant ut occiderent ipſum: Ieſus autem non amplius palàm obambulabat inter Iudæos.

Cap.22. Lucas. Et flexis genibus orabat, dicens: Pater ſi uis transfer poculum hoc à me: uerumtamen non mea uoluntas, ſed tua fiat.

1.Cor.10. Ad Corinthios. I. Tentatio uos non cepit niſi humana. Fidelis autem Deus eſt, qui non ſinit uos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet etiam cum tentatione euentum, quo poſſitis ſufferre.

Summæ LXII. Caput IIII.

Quòd oportet Chriſtianum in tentationibus, in ſingulis quæ adhibentur ipſi, memorem eſſe eorum quæ ad propoſitum in diuina Scriptura dicta ſunt, atque ſic ſeipſum inoffenſum conſeruare, & aduerſarios abolere.

Cap.4. Matth. Tunc ductus eſt Ieſus in deſertũ à ſpiritu, ut tentaretur à diabolo: & cum ieiunaſſet quadraginta dieb. & quadraginta noctibus, poſtea eſurijt: & aggreſſus eũ tentator

tator dixit: Si filius Dei es, dic ut lapides iſti panes fiãt. Ille aũt reſpõdit, Scriptũ eſt, nõ in ſolo pane uiuet homo, ſed in omni uerbo quod procedit ab ore Dei. & cætera.

Summæ LXIII. Cap. I.

Quòd oportet Chriſtianum non timere, & in calamitatibus decertando à confidentia in Deum non recedere. Verùm confidere uelut Domino præſente, & res ipſius diſponente, & aduerſus omnes ipſum potentem reddente, & ſpiritu ſancto docente uſq; ad reſponſionem ad aduerſarios.

Matthæus. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere. Sed potius timete eum qui poteſt & animam & corpus perdere in gehenna. Nónne duo paſſerculi aſſe ueneunt? & unus ex illis non cadet ſuper terram ſine patre ueſtro, ueſtri autem etiam capilli capitis omnes numerati ſunt. Nolite ergo timere, multis paſſerculis pluris eſtis uos. Cap. 10.

Lucas. Quum autem adduxerint uos in ſynogogas & ad magiſtratus ac poteſtates, nolite ſoliciti eſſe, qualiter aut quid reſpondeatis, aut quid dicatis: Spiritus enim ſanctus docebit uos in eadem hora, quid oporteat uos dicere. Cap. 12.

Marcus. Et oritur procella uenti magna, & fluctus irruebant in nauim, ut ipſa iam impleretur. Et erat ipſe in puppi ſuper ceruical dormiens, & excitant ipſum, ac dicunt ipſi, Magiſter non eſt curæ tibi quòd perimus? & excitatus increpauit uentum, dixitq; mari, Tace obmuteſce: & conquieuit uentus, factaq; eſt tranquillitas magna. Et ait illis: Quid timidi eſtis? quomodo nondum habetis fidem? Cap. 4.

In Actis. Exurgens aũt princeps ſacerdotum & omnes qui cum illo erant (quæ eſt factio Saducęorũ) repleti ſunt ęmulatione, & iniecerunt manus in Apoſtolos, & poſuerunt eos in cuſtodia publica. Angelus aũt Domini per noctẽ aperiẽs ianuas carceris, educensq; ipſos dixit, Ite & ſtantes loquimini in tẽplo, populo omnia uerba uitæ huius. Qui quum audiſſent, intrauerunt diluculo in templum, & docebant. Cap. 5.

Ad Corinth. I. Non enim uolumus uos ignorare fratres de afflictione noſtra quæ contigit in Aſia. Et paulo pòſt: Qui ex tanta morte liberauit nos & liberat, in quem ſperauimus, quòd etiam adhuc liberabit. 1. Cor. 1.

Summæ LXIIII. Cap. I.

Quòd oportet gaudere quicquid tandem patiaris uſq; ad mortem pro nomine Domini & mandatis ipſius.

Matth. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſticiam, quia ipſorum eſt regnum cœlorum. Beati eſtis quum opprobrijs affecerint uos, & perſecuti fuerint, & dixerit omne prauum uerbum, mentientes contra uos, propter me. Gaudete & exultate, quia merces ueſtra copioſa eſt in cœlis. Cap. 5.

Lucas. Beati eſtis quum ſeparauerint uos & exprobrauerint, & eiecerint nomen ueſtrum tanquam malum propter filium hominis. Gaudete in illa die & exultate, ecce enim merces ueſtra multa eſt in cœlis. Cap. 6.

In Actis. Et quum accerſiuiſſent apoſtolos, cæſis præceperunt ne loquerentur in nomine Ieſu, & dimiſerunt eos. Et hi quidem ibant gaudentes à conſpectu concilij, quòd digni facti eſſent pro nomine Ieſu contumelia affici. Et quotidie in templo & domi non ceſſabant docere & annunciare Ieſum Chriſtum. Cap. 5.

Ad Coloſſ. Cuius factus ſum ego Paulus miniſter, qui nunc gaudeo in afflictionibus pro uobis, & adimpleo defectus tribulationum Chriſti in carne mea, pro corpore ipſius quod eſt eccleſia. Cap. 1.

Summæ LXV. Cap. I.

Quòd etiam in ipſo uitæ exitu ea quæ docent orare oportet.

Matth. Et circa horam nonam exclamauit Ieſus uoce magna dicens: Eli eli, lamaſabachthani, hoc eſt, Deus meus, Deus meus cur dereliquiſti me. Cap. 27.

Lucas. Et quũ clamaſſet uoce magna Ieſus ait, pater in manus tuas cõmendo ſpũm meum: & hoc loquutus expirauit. Cap. 23. In Actis. Et lapidabant Stephanum inuocantem & dicentem, Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum: & hoc loquutus, obdormiuit. Cap. 7.

Summæ LXVI. Cap. I.

Quòd non oportet derelinquere eos qui pro pietate decertant.

Ioannes

Cap.16. Ioannes. Reſpondit ipſis Ieſus, Nunc creditis? Ecce uenit hora & nunc uenit, ut diſpergatur unuſquiſque in propria, & me ſolum relinquatis.

Cap.1. Ad Timoth. II. Noſti hoc quod auerſati ſunt me omnes in Aſia, quorũ de numero eſt Phygelus & Hermogenes. Det Dominus miſericordiã Oneſiphori domui, quoniam ſæpe me refrigerauerit, & propter catenam meam non erubuit, ſed quum ueniſſet Romam ſollicite me quęſiuit & inuenit, Det ipſi Dominus ut inueniat miſericordiam à Domino in die illa. Et quæcunque in Epheſo miniſtrauit, melius tu noſti.

2. Tim.4. Ibidem. In prima mea defenſione nemo mihi adfuit, ſed omnes me dereliquerunt, ne ipſis imputetur.

Summæ LXVI. Cap. II.

Quòd oportet orare pro his qui in tentationibus examinantur.

Cap.22. Lucas. Simon Simon, ecce ſatanas expetiuit uos, ut cribraret uelut frumentum. Ego autem rogaui pro te, ut ne deficiat fides tua.

Cap.12. In Actis. Petrus igitur ſeruabatur in cuſtodia: Oratio autem intenta fiebat pro ipſo ab eccleſia ad Deum.

Summæ LXVII. Cap. I.

Quòd triſtari ob eos qui obdormierunt alienum eſt ab his qui de mortuorum reſurrectione certitudinem habent.

Cap.23. Lucas. Sequebat̃ aũt ipſum multa turba populi & mulierũ, quæ & plangebãt & flebant propter ipſum, Cõuerſus aũt dixit, ad ipſas, Filiæ Hieruſalẽ nolite flere ſuper me.

Theſ.4. Ad Theſſ. I. De dormientibus nolo uos ignorare fratres, ut non contriſtemini, ſicut & cæteri qui ſpem nõ habent. Si enim credimus quòd Ieſus mortuus eſt, & reſurrexit, ſic & Deus eos qui obdormierunt per Ieſum adducet cum ipſo.

Summæ LXVIII. Cap. I.

Quòd non oportet proprietates huius ſeculi, etiam poſt reſurrectionem expectare, ſed angelicam & nullius rei indigam uitam in futuro ſeculo noſſe.

Cap.20. Lucas. Et Reſpondens ait illis: Filij huius ſeculi ducunt uxores, & nuptum elocantur. Illi uerò qui illo ſeculo digni habebuntur, & reſurrectione ex mortuis, neque ducũt uxores, neque nuptum elocantur. Neque enim mori amplius poſſunt. Aequales enim angelis ſunt, & filij ſunt Dei, quum ſint filij reſurrectionis.

1. Cor.15. Ad Corinthios. I. Sed dicet aliquis, quomodo reſurgent mortui? quali uerò corpore uenient? Stulte, tu quòd ſeminas, non uiuificatur, niſi prius moriatur. Et hoc quod ſeminas, non corpus quod naſcetur ſeminas, ſed nudum granum, ſi ita contingat tritici, aut alicuius alterius. Deus autem dat illi corpus ſicut uoluit. Et paulo pòſt: Sic & reſurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, reſurgit in incorruptibilitate: ſeminatur in ignominia, reſurgit in gloria, ſeminatur in infirmitate, reſurgit in potentia. Seminatur corpus animale, reſurgit corpus ſpirituale.

Summæ LXVIII. Cap. II.

Quòd non oportet localem aut carnalem aduentum Domini expectare, ſed in gloria patris per omnem orbem terrarum aceruatim ſperare.

Cap.13. Marcus. Tunc ſi quis dixerit uobis, Ecce hic eſt Chriſtus, aut illic, ne credatis. Exurgente eñ pſeudochriſti & pſeudoprophetæ, & edẽt ſigna magna ac prodigia, ad decipiendum ſi fieri poſſit etiam electos. Vos aũt cauete. Ecce prædixi uobis omnia. Sed in illis diebus poſt afflictionem illam ſol obtenebrabitur, & luna non dabit ſplendorẽ ſuum: & ſtellæ cœli decident: & uirtutes quæ in cœlis ſunt, concucientur. Et tunc uidebunt filium hominis uenientem in nubibus cum poteſtate & gloria multa.

1. Theſſ.4. Ad Theſſ. I. Hoc enim uobis dicimus in uerbo Domini, quòd nos qui uiuemus & reliqui erimus in aduentum Domini, nequaquam præueniemus eos qui obdormierunt. Quoniam ipſe Dominus in iuſſione, & uoce archangeli, ac tuba Dei deſcendet de cœlo, & mortui in Chriſto reſurgent primùm: & cætera.

Summæ LXIX. Cap. I.

Quæ coniunctæ interdicuntur, & minarum ſententiam accipiunt.

Cap.15. Matth. Ex corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, ſtupra, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ. Hæc ſunt quæ inquinant hominem.

Idem

Idem. Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Eſuriui enim, & non dediſtis quod ederem. Sitiui, & non dediſtis mihi potum. Hoſpes eram, & non collegiſtis me. Nudus eram, & non operuiſtis me. Infirmus & in carcere eram, & non uiſitaſtis me. Cap.25.

Lucas. Væ uobis diuitibus, quia habetis conſolatione͂ ueſtram. Væ uobis qui ſaturati eſtis, quia eſurietis. Væ uobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Væ uobis quum laudauerint uos omnes homines. Cap.6.

Idem. Cauete autem uobis ne quando grauentur corda ueſtra, in crapula & ebrietate & curis huius uitæ, & derepente ingruat uobis illa dies. Cap.21.

Ad Romanos. Et ſicut non probauerunt Deum habere in noticia, tradidit illos Deus in reprobam mentem, ut faciant quæ non conueniunt, repleti omni iniuſticia, ſcortatione, auaricia, malicia, & cętera. Cap.1.

Ibidem. Nam non adulterium committes, non occides, non furaberis, non concupiſces, & ſi quod aliud eſt mandatum, & cætera. Rom.13.

Ad Corinth.1. Nolite errare, neq; ſcortatores, neq; cultores ſimulachrorum, neq; adulteri, neq; molles, neq; qui cum maſculis concumbunt, neq; fures, neq; auari, neq; ebrioſi, neq; maledici, neq; rapaces regnum Dei poſſidebunt. 1.Cor.6.

Ad Corinth.2. Ne fortè contentiones, æmulationes, iræ, concertationes, obtrectationes, ſuſurri, inflationes, ſeditiones ſint inter uos. 2.Cor.12.

Ad Galatas. Manifeſta ſunt autem opera carnis, quæ ſunt adulteriu͂, ſcortatio, immundicia, laſciuia, ſimulachrorum cultus, ueneficium, inimicitiæ, lites, æmulationes, iræ, contentiones, ſeditiones, ſectæ, inuidiæ, cædes, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia, quæ prædico uobis ſicut etiam prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non poſsidebunt. Cap.5.

Ibidem. Ne efficiamur inanis gloriæ cupidi, mutuo prouocãtes, mutuo inuidẽtes.

Ad Epheſ. Omnis amarulentia, & ira & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollatur à uobis cum omni malicia. Et paulo pòſt: Scortatio autem & omnis immundicia aut auaritia, nec nominetur inter uos, ſicut decet ſanctos, aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut urbanitas, quæ non conueniunt. Cap.5.

Ad Coloſſ. Mortificate igitur membra ueſtra quæ ſunt ſuper terram, ſcortatione͂, immundiciam, mollicie͂m, concupiſcentiam malam, & auaritiã, quæ eſt ſimulachroru͂ cultus, propter quæ uenit ira Dei ſuper filios incredulitatis. Nunc aute͂ deponite & uos omnia, iram, indignationem, maliciam, maledicentiam, turpiloque͂tiam ab ore ueſtro. Nolite mèntiri inter uos. Cap.3.

Ad Timoth.1. Sed iniuſtis & inobedientibus, impijs & peccatoribus, ſceleratis & co͂taminatis, patricidis & matricidis, homicidis, ſcortatoribus, maſculoru͂ concubitoribus, plagiarijs, mendacibus, periuris, & ſi quid aliud eſt quod ſanæ doctrinæ aduerſatur, quæ eſt ſecundum euangelium gloriæ beati Dei, quod concreditum eſt mihi. 1.Tim.1

Ibidem. In nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide, attendentes ſpiribus erroneis, & doctrinis dæmoniorum in reſponſione mendaciu͂, cauterio notatã habentium conſcientiã, prohibentium nuptias, & abſtinere à cibis quos Deus creauit ad ſumendum cum gratiarum actione credentibus, & his qui cognouerunt ueritatem. 1.Tim.4.

Ibidem. Si quis aliter docet, & non acquieuit ſanis ſermonib. Dn͂i noſtri Ieſu Chriſti, & ei quæ ſecundum pietatem eſt doctrinæ, is inflatus eſt, nihil ſciens, ſed ægrotans circa quæſtiones & pugnas uerborum ex quibus oritur inuidia, co͂tentio, maledicentia, ſuſpitiones malę, conflictationes hominum mente corruptoru͂, & qui ueritate priuati ſunt, qui exiſtimant quæſtum eſſe pietatem. Ab his diſcede. Ad Timoth.1. In nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes, auari, elati, ſuperbi, maledici, parentibus inobedientes, ingrati, ſceleſti, ſine dilectione, ſine pace, calumniatores, intemperãtes, immites, ſine benignitate, proditores, proterui, inflati, uoluptatum amatores magis quàm Dei, habentes ſpeciem quidem pietatis, ſed qui uim eius abnegarint. Et hos deuita. Ad Titum. Eramus enim aliquando & nos inſipientes, inobedientes, errantes, ſeruientes co͂cupiſcentijs & uoluptatibus uarijs, in malicia & inuidia degentes, odioſi, inuicem odio perſequentes. 1.Tim.6. 1.Tim.6. Cap.3.

Quæ coniunctè approbantur, aut etiam benedictionis promiſſionem habent.

Cap.5. Matthæus. Beati pauperes ſpiritu, quia ipſorum eſt regnum cœlorum. Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolationem accipient. Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſticiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum uidebunt. Beati pacifici, quoniam ipſi filij Dei uocabũtur. Beati qui perſequutionem patiuntur propter iuſticiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorũ. Beati eſtis quũ maledixerint uobis homines, & perſecuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduerſus uos, mentientes propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces ueſtra copioſa eſt in cœlis.

Cap.25. Idem. Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum uobis regnum à iactis mũdi fundamẽtis. Eſuriui enim, & dediſtis mihi edere, ſitiui, & dediſtis mihi bibere. Hoſpes eram, & collegiſtis me. Nudus, & operuiſtis me. Infirmus, & uiſitaſtis me. In carcere eram, & ueniſtis ad me.

Cap.12. Ad Romanos. Siue qui miniſtrat in miniſtrãdo, ſiue qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando, qui impertit in ſimplicitate, qui præeſt in diligentia, qui miſeretur in hilaritate. Dilectio ſine ſimulatione, odio habẽtes malum, adhærentes bono, per fraternã charitatem mutuo diligentes, honore alter alterum præuenientes: ſtudio nõ pigri, ſpiritu feruentes, Domino ſeruientes: ſpe gaudentes, in afflictione patiẽtes: orationi inſtãtes: neceſſitatibus ſanctorum cõmunicantes, hoſpitalitatẽ ſectantes. Benedicite perſequentibus uos, benedicite & nolite maledicere, gaudete cũ gaudentibus, & flete cum flentibus. Idẽ inter uos ſentientes: nõ arroganter de uobiſipſis ſentientes, ſed humilibus uos accõmodantes. Ne ſitis prudentes apud uoſmetipſos, nulli malum pro malo reddentes: prouidentes bona corã omnibus hominibus. Si fieri poteſt, quantum in uobis eſt, cum omnibus hominibus pacẽ habentes. Non uoſipſos ulciſcentes chariſſimi, ſed date locum iræ. Scriptum eſt enim: mihi uindictam, ego retribuam dicit Dominus. Sed & ſi eſurierit inimicus tuus, paſce ipſum: ſi ſitit, da ipſi potũ: Noli uinci à malo, ſed uince in bono malum.

2.Cor.6. Ad Corinth. 2. Nemini dantes ullã offenſionem, ut non uituperetur miniſterium, ſed in omnibus cõmendantes noſipſos ſicut Dei miniſtros. In multa patiẽtia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtijs, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in uigilijs, in ieiunijs, in caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, in benignitate, in ſpiritu ſancto, in charitate nõ ficta, in ſermone ueritatis, in potẽtia Dei, & per arma iuſticiæ dextra ac ſiniſtra, per gloriam ac ignominiam, per infamiam & bonã famam, ut ſeductores & ueraces: uelut ignoti & noti, quaſi moriẽtes, & ecce uiuimus: ut caſtigati & non mortificati: quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes. Sicut egentes, multos autem ditantes: tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes.

2.Cor.ult. Ibidem. De cætero fratres gaudete, perfecti eſtote, conſolationem habete, idem ſentite, pacem habete.

Cap.5. Ad Galatas. Fructus autem ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, manſuetudo, temperantia, caſtitas.

Cap.4. Ad Epheſ. Obſecro itaq; uos ego uinctus in Domino, ut ambuletis ut dignum eſt uocatione qua uocati eſtis, cum omni humilitate ac manſuetudine cum longanimitate tolerantes uos mutuo in dilectione, ſtudentes ſeruare unitatem ſpiritus in uinculo pacis, unum corpus, & unus ſpiritus, ſicut & uocati eſtis in una ſpe uocationis ueſtræ.

Ibidem. Ibidem. Eſtote autem inter uos benigni, miſericordes, donantes inuicem, ſicut & Deus in Chriſto donauit uobis. Eſtote igitur imitatores Dei, ſicut filij dilecti: & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſeipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis.

Cap.2. Ad Philippen. Si qua igitur cõſolatio in Chriſto, ſi quod ſolatium charitatis, ſi qua ſocietas ſpiritus, ſi qua uiſcera & miſerationes, implete gaudiũ meum, ut idem ſentiatis omnes eandem charitatem habentes, unanimes, unum ac idem ſentiẽtes, nihil per contentionem aut inanem gloriam.

Ibidem.

Ibidem. De cætero fratres, quæcunq; ſunt uera, quæcunq; honeſta, quæcũq; iuſta, Philip.4.
quæcunq; ſancta, quæcunq; amabilia, quæcunq; bonæ famæ, ſi qua uirtus, ſi qua laus, hæc cogitate quæ & didiciſtis & accepiſtis, & audiſtis, & uidiſtis in me, hæc facite.

Ad Colloſſen. Si igitur conſurrexiſtis cum Chriſto, ſuperna quærite, ubi Criſtus Cap.3.
eſt ad dextram Dei ſedens, ſuperna curate non terreſtria. Mortui enim eſtis, & uita ueſtra occultata eſt cum Chriſto in Deo. Et paulo pòſt. Induti igitur eſte ſicut electi Dei ſancti ac dilecti, uiſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, manſuetudinẽ, longanimitatem, erga omnes homines.

Ad Hebręos. Fraterna charitas maneat, hoſpitalitatis nolite obliuiſci: per hanc e- Cap.13.
nim quidam neſcij angelos hoſpitio exceperunt. Memores eſtote uinctorum tanquã ſimul uincti, eorum qui malis affligũtur, uelut ipſi quoq; in corpore uerſantes. Honorabile eſt inter omnes coniugium, & thorus immaculatus. Scortatores autem & adulteros iudicabit Deus. Sint mores alieni ab auaricia, contenti pręſentibus.

Ad Theſſ.1. Monete inordinatos, conſolamini puſillanimes, ſubleuate infirmos. 1.Theſſ.5.
patientes eſtote erga omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat, ſed ſemper bonum ſectemini, tum erga uos mutuo, tum erga omnes. Semper gaudete, indeſinenter orate, in omnibus gratias agite. Hæc eſt uoluntas Dei in Chriſto Ieſu erga uos. Spiritum ne extinguatis, prophetias ne aſpernemini, omnia probate, quod bonum eſt tenete: ab omni ſpecie mala abſtinete.

Ad Titum. Senes ut ſobrij ſint, pudici, prudentes, ſani in fide, dilectione, patiẽtia. Cap.2.
Anus ſimiliter in habitu ſancto, non calũniatrices, non uino multo ſeruientes, honeſta docentes, quo modeſtas reddant adoleſcentulas, ut maritos ſuos diligant, liberos amẽt, ut ſobrię ſint, purę, domus cuſtodes, bonę, ſubditę uiris ſuis, ne uerbũ Dei blaſphemetur. Et paulo pòſt: Admone ipſos ut principibus ac poteſtatib. ſubditi ſint, ut Cap.3.
magiſtratibus pareant, ut ad om̃e opus bonũ parati ſint: ne de quoquã male dicãt, ne ſint pugnaces, ſed modeſti omnem oſtẽdentes manſuetudinẽ, erga omnes homines.

Summæ LXX. Cap. I.

Quòd oportet eos quibus euangelij prędicatio in manus tradita eſt, cum precibus & oratione conſtituere, ſiue miniſtros, ſiue presbyteros, inculpabiles & ſinceros, ac qui priorem uitam probatam tranſegerant.

Matthæus. Tunc dicit diſcipulis ſuis, Meſſis quidem multa eſt, operarij uerò pau- Cap.9.
ci. Rogate igitur Dominum meſſis, ut mittat operarios ad meſſem ſuam.

Lucas. Et quum dies factus eſſet, uocauit diſcipulos ſuos, & elegit duodecim ex i- Cap.6.
pſis, quos & apoſtolos nominauit. Simonẽ quem & nominauit Petrum, & Andream fratrem eius, Iacobum & Ioannem, Philippum & Bartholomęum, Matthęum & Thomam, Iacobum Alphęi & Simonem qui uocatur Zelotes, Iudam Iacobi, & Iudam Iſcariotem, qui & proditor factus eſt.

Idem. Poſt hęc autem deſignauit Dominus & alios ſeptuaginta, & miſit ipſos bi- Cap.9.
nos ante faciem ſuam in omnem ciuitatem & locum, quo erat ipſe uenturus. Dicebat ergo illis: Meſſis quidem multa eſt, operarij uerò pauci. Rogate ergo Dominũ meſſis, ut mittat operarios in meſſem ſuam.

In Actis. Primum quidem librum feci de omnibus Theophile, quę cœpit Ieſus fa- Cap.1.
cere & docere, uſq; ad diem qua pręcipiens apoſtolis per ſpiritum ſanctum, quos elegit, aſſumptus eſt.

Ibidem. Et ſtatuerunt duos, Ioſeph qui uocabatur Barſabas, qui cognominatus eſt Iuſtus, & Matthiã, & orantes dixerũt: Tu Dñe qui corda noſti omniũ, oſtende utrum elegeris ex his duobus, ut accipiat ſortẽ miniſterij huius & apoſtolatus, de quo præuaricatus eſt Iudas, ut abiret in locum ſuum. Et dederunt ſortes ipſorum, & cecidit ſors ſuper Matthiam, & annumeratus eſt inter undecim apoſtolos.

Ad Timoth.1. Si quis epiſcopatũ appetit, bonũ opus deſiderat. Oportet igit̃ epiſco 1.Tim.3.
pum irreprehenſibilẽ eſſe, unius uxoris uirum, ſobriũ, temperatũ, modeſtũ, hoſpitalẽ, aptum ad docendũ, non uinolentũ, nõ percuſſorẽ, non turpis lucri cupidũ, ſed ęquũ, nõ litigioſum, alienũ ab auaricia, qui ſuæ domui bene pręſit, filios habẽtẽ in ſubiectione cũ omni reuerentia. Si quis aũt proprię domui pręeſſe non nouit quõ eccleſię Dei

curam geret: non nouitium, ne inflatus in iudicium diaboli incidat. Oportet autē ipſum & bonum habere teſtimonium ab externis, ut ne in opprobrium incidat, & laqueū diaboli, Miniſtros itidem pudicos, non bilingues, non multo uino deditos, non turpe lucrum ſectantes, habentes myſterium fidei in pura conſcientia. Et hi probentur primùm, deinde miniſtrent ut nemo poſſit illos criminari.

Cap.1. Ad Titum. Huius rei gratia reliqui te in Creta, ut ea quæ deſint corrigas, & conſtituas presbyteros per ciuitates, uelut ego tibi præcepi. Si quis eſt inculpatus unius uxoris uir, liberos habēs credētes, nō obnoxios crimini luxus, aut minimè ſubditos. Oportet enim epiſcopū ſine crimine eſſe, uelut Dei diſpenſatorē, non peruicacē, nō iracundū, nō uinoſum, non percuſſorē, nō turpi lucro deditū, ſed hoſpitalē, benignū, ſobrium, iuſtū, ſanctū, continentē, amplectentē eum qui ſecundū doctrinā eſt fidelem ſermonem, ut potens ſit etiā exhortari in ſana doctrina, & cōtradicentes redarguere.

Summæ LXX. Cap. II.

Quòd non oportet facilem eſſe circa electiones, neq; inconſiderate ad ipſas uenire. Non enim periculo uacat aliquem reprobū eſſe. Eum uerò qui in aliquo crimine deprehenſus eſt, manifeſtare oportet, ut neq; ipſe peccati particeps fias, neq; reliqui offendantur, ſed magis timere diſcant.

1.Tim.5. Ad Timoth.1. Manus cito nulli impone, neq; communices peccatis alienis.

Ibidem. Aduerſus presbyterum accuſationem noli admittere, niſi ſub duobus aut tribus teſtibus. Peccantes uerò coram omnibus argue, ut & cæteri timorem habeant.

Summæ LXX. Cap. III.

Quòd non oportet electum à ſeipſo accedere ad prædicationem, uerùm expectare tempus beneplaciti Dei, & incipere quidem prædicationem, ubi commiſſum fuerit, prædicare autem illis ad quos miſſus fuerit.

Cap.10. Matthæus. Hos duodecim miſit Ieſus præcipiens ipſis dicēs, In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitatem Samaritanorum ne intraueritis: ſed ite potius ad oues quę perierunt domus Iſrael.

Cap.15. Idem. Et ecce mulier Chananæa à finibus illis egreſſa, clamabat ad ipſum dicens: Miſerere mei Domine fili Dauid, filia mea male à dæmonio uexatur. Ille uerò non reſpondit ei uerbum. Et accedentes diſcipuli eius, rogabant ipſum dicentes, dimitte ipſam, nam clamat poſt nos. At ille reſpondens dixit, Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael.

Ioan.8. Ioannes. Ego enim ex Deo exiui & uenio: neq; eīm à meipſo ueni, ſed ille me miſit.

Cap.11. In Actis. Hi quidem igitur diſperſi ab afflictione quæ contigit ob Stephanum, pertrauerunt uſq; ad Phœnicen & Cyprum ac Antiochiam, nulli dicentes ſermonem, niſi ſolum Iudæis.

Cap.1. Ad Ro. Paulus ſeruus Ieſu Chriſti uocatus apoſtolus, ſegregatus in euāgeliū Dei.

Rom.10. Ibidem. Quomodo autē audient ſine prædicante? Quomodo uerò prædicabunt, niſi miſſi fuerint?

1.Tim.1. Ad Timoth.1. Paulus Apoſtolus Ieſu Chriſti ſecundum imperium Dei ſaluatoris noſtri, & Chriſti Ieſu ſpei noſtræ.

Summæ LXX. Cap. IIII.

Quòd oportet eū q uocatus eſt ad prędicationē euang. ſtatim obedire, & nō differre.

Cap.9. Lucas. Ait autem ad alterum, ſequere me. Ille autem dixit, Domine permitte mihi ut prius abeam, ac ſepeliam patrem meum. Dixit autem ipſi Dominus, Sine ut mortui ſepeliant mortuos ſuos, tu uerò uade & annuncia regnum Dei.

Cap.1. Ad Galat. Quum autem complacuiſſet Deo, qui me ex utero matris meæ ſegregauit, & uocauit me per gratiā ſuam, ut reuelaret filium ſuum in me, ut prædicarē ipſum inter gentes, continuò nō acquieui carni & ſanguini, neq; abij Hieroſolymam, ad eos qui ante me fuerant apoſtoli, ſed abi in Arabiam, & rurſus reuerſus ſum in Damaſcū.

Summæ LXX. Cap. V.

Quòd non oportet alia docere.

Cap.10. Ioannes. Amen amen dico uobis, qui non intrat per fores in caulam ouium, ſed inſcēdit aliunde, ille fur eſt & latro. Qui uerò intrat per fores, paſtor eſt ouium. Et paulo poſt:

poſt: Ego ſum oſtiũ ouium, omnes quotquot uenerunt, fures ſunt & latrones, ſed non audierunt eos oues.

Ad Galat. At etiamſi nos aut angelus ex cœlo prædicauerit uobis euangeliũ, præter id quod prædicauimus uobis, anathema ſit, ſicut prędiximus, etiam nunc rurſus dico: Si quis uobis prædicauerit euangelium præter id quod accepiſtis, anathema ſit. Cap.1.

Ad Timoth.1. Si quis aliud docet, & non accedit ſanis ſermonibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei quæ ſecundum pietatem eſt doctrinæ, is inflatus eſt, nihil ſciens, &c. 1.Tim.6.

Summæ LXX. Cap. VI.

Quòd oportet omnia præcepta à Domino in euãgelio & per apoſtolos docere eos, qui credunt, & quæcunq; ad hæc conſequuntur.

Matth. Euntes docete omnes gentes, baptizantes ipſos in nomen patris & filij & ſpiritus ſancti, docentes ipſos ſeruare omnia quęcunq; pręcepi uobis. Cap.28.

In Actis. Quum autẽ pertranſirent ciuitates, tradebant eis ſeruãda dogmata quæ erant decreta ab apoſtolis & presbyteris qui erant Hieroſolymis. Cap.16.

Ad Timoth. Hæc doce & exhortare. 1.Tim.6.

Ad Titum. Tu autem loquere quæ decent ſanam doctrinam, &c. Cap.2.

Summæ LXX. Cap. VII.

Quòd is cui concreditus eſt ſermo doctrinę Domini, ſi aliquid neceſſariorũ ad complacendum Deo conticuerit, reus eſt ſanguinis eorum qui periclitantur, aut propter operationem prohibitorum, aut propter defectum eorum quæ fieri debebant.

Lucas. Væ uobis legiſperitis, quia tuliſtis clauem ſcientiæ, ipſi nõ introiſtis, & eos qui introibant, prohibuiſtis. Cap.11.

In Actis. Quum ueniſſent de Macedonia Silas & Timotheus, inſtabat uerbo Paulus teſtificans Iudæis Chriſtum eſſe Ieſum. Contradicentibus autẽ ipſis & maledicentibus, excuſſis ueſtimentis dixit ad eos: Sanguis ueſter ſuper caput ueſtrum. Mundus ego poſthac ad gentes uadam. Cap.18.

Ibidem. Quapropter conteſtor uos hodierna die, quia mundus ſum à ſanguine ueſtro. Non enim ſubterfugi, quo minus annunciarem omne conſilium Dei uobis. Cap.20.

Summæ LXX. Cap. VIII.

Quòd oportet etiam in his quæ non ſunt à Scriptura ſecundum præceptum determinata, unumquenq; ad id quod melius eſt cohortari.

Matthæus. Sunt eunuchi qui ex utero matris ſic nati ſunt: Et ſunt eunuchi qui facti ſunt eunuchi ab hominibus. Et ſunt eunuchi qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorum. Qui poteſt capere capiat. Cap.19.

Ad Corinth.1. De uirginibus autem præceptum Domini non habeo, conſiliũ autem do, tanquam miſericordiam cõſequutus à Domino ut ſim fidelis. Exiſtimo ergo hoc bonũ eſſe propter inſtantẽ neceſſitatem, quoniam bonum eſt homini ſic eſſe. Alligatus es uxori? noli quærere ſolutionẽ ſolutus es ab uxore? noli quęrere uxorem, &c. 1.Cor.7.

Summæ LXX. Cap. IX.

Quòd non licet alios cogere ad ea rectẽ facta perpetranda, quæ ipſe non facis.

Lucas. Et uobis legiſperitis uæ, quia oneratis homines oneribus quæ portari non poſſunt, & ipſi uno digito ueſtro non attingitis farcinas. Luc.11.

Summæ. LXX. Cap. X.

Quòd oportet præfectum doctrinę, formam propoſitũ eſſe omnis boni alijs, & prius ea rectẽ facta perpetrare quæ decet.

Matthæus. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam uos. Tollite iugum meum ſuper uos, & diſcite à me quòd mitis ſum & humilis corde. Cap.11.

Ioannes. Poſtquam ergo lauiſſet pedes diſcipulorum ſuorum, & ueſtimẽta ſua accepiſſet, accubuiſſetq;, rurſus dixit ipſis: Scitis quid fecerim uobis? Vos uocatis me magiſter & Domine, & bene dicitis: Sum etenim. Si ergo ego laui pedes ueſtros Dominus & magiſter, & uos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplũ enim dedi uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, ita & uos faciatis. Cap.13.

In Actis. Omnia oſtendi uobis, quod ſic laborantes oportet ſuccurrere infirmis. Cap.20.

Ad Corinth.1. Imitatores mei eſtote, uelut & ego Chriſti. 1.Cor.4.

1.Tim.4. Ad Timoth.1. Nemo adoleſcentiam tuam contemnet, ſed eſto forma credentium in ſermone, in conuerſatione, in fide, &c.

Summæ LXX. Cap. XI.

Quòd oportet præfectum doctrinæ non de ſuis rectè factis ſollicitũ eſſe, uerùm proprium & præcipuum curæ ipſi commiſſę opus eſſe noſſe, ut hi qui fidei ipſius concrediti ſunt, meliores reddantur.

Cap.5. Matth. Vos eſtis ſal terrę, ſi autem ſal infatuatus fuerit, in quo ſalietur? Ad nihil ualet ultrà, niſi ut proijciatur foras, & conculcetur ab hominibus.

Cap.6. Ioannes. Omne quod dat mihi pater ad me ueniet, & quod uenit ad me, non eijciã foras. Quia deſcendi de cœlo, non ut faciam uoluntatem meam, ſed uoluntatem eius qui miſit me patris. Hæc eſt autem uoluntas eius qui miſit me, ut omnis qui uidet filiũ, & credit in eum, habeat uitam æternam.

1.Theſſ.2. Ad Theſſ. Quę eſt enim noſtra ſpes aut gaudiũ aut corona glorię? Nõne uos ante Dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ in aduẽtu eius? Vos enim eſtis gloria noſtra & gaudiũ.

Summæ LXX. Cap. XII.

Quòd oportet præfectum doctrinæ obire uicos & ciuitates omnes ipſi commiſſas.

Cap.4. Matthæus. Et circumibat totã Galilæam Ieſus docens in ſynagogis, & prædicans euangelium regni, & curans omnem morbum & omnem languorem.

Cap.8. Lucas. Et ipſe iter faciebat per ſingulas ciuitates ac caſtella, prædicans & annuncians regnum Dei, & duodecim cum ipſo.

Summæ LXX. Cap. XIII.

Quòd oportet omnes aduocare ad obedientiam euangelij, & cum omni fiducia annunciare uerbum, & teſtimoniũ dare ueritati, etiamſi aliqui impediant, & perſequantur quocunqꝫ tandem modo, uſqꝫ ad mortem.

Cap.12. Matth. Quod dico uobis in tenebris, dicite in luce: & quod in aurem audiſtis, prędicate ſuper tecta. Et nolite timerẽ eos qui occidunt corpus, animã autẽ non poſſunt occidere. Sed timete potius eum qui poteſt animam & corpus perdere in gehennam.

Cap.10. Idem. Nuptiæ quidem paratę ſunt, ſed qui inuitati erant, nõn fuerunt digni, ite ergo ad exitus uiarum, & quoſcunqꝫ inueneritis, uocate ad nuptias.

Cap.22. Ioannes. Reſpondit ei Ieſus, Ego palàm locutus ſum mundo, ego ſemper docui in ſynagogis & in templo, ubi omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus ſum nihil.

Cap.5. In Actis. Et quum adduxiſſent ipſos ſtatuerunt in cõcilio, & interrogauit eos princeps ſacerdotum dicens, Non'ne denunciatione publice facta pręcepimus uobis, ne doceretis in nomine iſto? & ecce repleuiſtis Hieroſolymam doctrina ueſtra, & uultis inducere ſuper nos ſanguinem hominis iſtius. Reſpondens autem Petrus & apoſtoli, dixerunt: Obedire oportet Deo magis quàm hominibus.

Ibidem. Niſi quòd ſpiritus ſanctus per omnes ciuitates teſtificatur dicens, quòd uincula & afflictiones me manent. Verùm nihil horum me mouet, neqꝫ uita mea chara eſt mihi, ut conſumem curſum meum cum gaudio, & miniſterium quod accepi à Domino Ieſu, ad teſtificandum euangelium gratiæ Dei.

1.Theſſ.2. Ad Theſſ.1. Nam ipſi noſtis fratres introitum noſtrum ad uos, quod nõ inanis fuit ſed ante multa paſſi & contumelijs affecti, ſicut ſcitis in Philippis, fiduciam habuimus in Deo noſtro, loqui ad uos euangelium Dei noſtri, in multo certamine.

Summæ LXX. Cap. XIIII.

Quòd oportet orare pro profectu eorum qui nobis cõcrediti ſunt, & propter ipſum gratias agere.

Cap.17. Ioannes. Non pro eis autem rogo tantum, ſed & pro his qui credunt per ſermonẽ ipſorum in me, ut omnes unum ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipſi in nobis unum ſint. Et rurſus: pater quos dediſti mihi, uolo ut ubi ego ſum, & illi ſint mecum.

Cap.10. Lucas. In ipſa hac hora exultauit ſpiritu Ieſus, & dixit: Confiteor tibi pater Domine cœli & terrę, quod abſcondiſti hęc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis: etiam pater, quoniam ſic complacitum eſt coram te.

Cap.1 Ad Roman. Primũ quidẽ gratias ago Deo meo per Ieſum Chriſtũ pro omnib. uobis, quod fides ueſtra annunciatur in toto mundo: teſtis enim mihi eſt Deus, quẽ colo ſpiritu

ſpiritu meo, in euangelio filij eius, quòd ſine intermiſsione memoriã ueſtri facio in orationibus meis. Ad Philip. Teſtis enim mihi eſt Deus quàm deſiderẽ uos omnes in uiſceribus Ieſu Chriſti, & hoc oro, ut charitas ueſtra magis ac magis abundet in ſcientia, omniq; ſenſu, ut probetis potiora, ut ſitis ſinceri & ſine offenſa in diem Chriſti, repleti fructibus iuſticię per Ieſum Chriſtum ad gloriam & laudem dei.

Summæ LXX. Cap. XV.

Quòd oportet rectè facta per gratiam dei, etiam alijs nota facere ad gloriam dei.

Lucas. Et reuerſi ſunt apoſtoli ac expoſuerunt ipſi quæcunq; fecerunt. *Cap.10.*

In Actis. Accedentes autem & congregantes eccleſiam, denunciauerunt quæcunque Deus fecit cum ipſis. *Cap.14.*

Ad Epheſ. Vt autem ſciatis & uos quæ circa me ſunt, quid agam, omnia uobis nota faciet Tychicus chariſsimus frater & fidelis miniſter in domino: quem miſi ad uos in hoc ipſum ut cognoſceretis de rebus noſtris. *Cap.16.*

Summæ LXX. Cap. XVI.

Quòd oportet non ſolum præſentium curam gerere, ſed etiam abſentium, & omnia facere prout poſtularit neceſsitas ædificationis.

Ioannes. Et alias oues habeo quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & uocem meam audient, & fiet unum ouile, unus paſtor. *Cap.10.*

Ad Theſ.1. Quapropter non amplius ſuſtinentibus nobis placuit, ut Athenis relinqueremur ſoli, & miſimus Timotheum fratrem noſtrum & miniſtrum dei, in euangelio Chriſti, ut confirmaret uos, & exhortaretur pro fide ueſtra. *1 Theſ.2.*

Summæ LXX. Cap. XVII.

Quòd oportet eum qui nos inuocat ob beneficium præſtandum ſuſtinere.

Matth. Hæc ipſo loquente, ecce princeps quidam acceſsit, & adorabat ipſum dicens: Filia mea modò defuncta eſt, ſed ueni & impone manum tuam ſuper ipſam, & uiuet. Et ſurgens Ieſus ſecutus eſt ipſum. *Cap.9.*

In Actis. Quum autem eſſet uicina Lyda Ioppæ, diſcipuli audientes quod Petrus eſſet in ipſa, miſerunt duos uiros ad ipſum rogantes, ut ne grauaretur uenire ad ipſos. Exurgens autem Petrus conuenit illos. *Cap 9.*

Summæ LXX. Cap. XVIII.

Quòd oportet ſuſcipientes doctrinam ueritatis confirmare per uiſitationem.

In Actis. Poſt aliquot autem dies dixit Paulus ad Barnabam, reuertentes iam uiſitemus fratres noſtros per omnes ciuitates, in quibus prædicauimus uerbum domini, quomodo ſe habeant. *Cap.15.*

Ad Theſſal.1. Nos aũt fratres deſolati à uobis ad temporis ſpacium, facie non corde, uehementius feſtinauimus faciem ueſtram uidere cum multo deſiderio. Quapropter uoluimus uenire ad uos ego quidem Paulus, ſemel atq; iterum, ſed obſtitit nobis ſatanas. Et paulò poſt: Quapropter non amplius ſuſtinentibus nobis placuit, ut Athenis relinqueremur ſoli, & miſimus Timotheum fratrem noſtrum & miniſtrum Dei in euangelio Chriſti, ut confirmaret uos, & exhortaretur pro fide ueſtra, ut nemo moueatur in afflictionibus noſtris. Ipſi enim ſcitis quod in hoc poſiti ſumus, &c. *1.Theſſ.3.*

Summæ LXX. Cap. XIX.

Quòd proprium eſt diligẽtis dominum, in multa dilectione eorum quos docet, cum omni diligentia omnibus modis ipſorum curam gerere, etiamſi uſq; ad mortem perſeuerare oporteat in doctrina, tum publicè, tum priuatim.

Ioannes. Paſtor bonus animam ſuam ponit pro ouibus. *Cap.10.*

Idem. Quum autẽ prandiſſent, dicit Simoni Petro Ieſus, Simon Ioannis diligis me plus his? Dicit ei: Etiam domine tu ſcis quia amo te. Dicit ei, paſce oues meas. Dicit ei iterum, Simon Ioannis diligis me? Ait illi, etiam domine, tu ſcis quia amo te: dicit ei, paſce oues meas. Dicit ei tertiò, Simon Ioannis amas me? Cõtriſtatus eſt Petrus quòd dixiſſet ei tertiò, amas me: & dixit ipſi, Domine, tu omnia noſti, tu ſcis quòd amem te. Dicit ipſi Ieſus, paſce oues meas. *Ioann.21.*

In Actis. Vna autem die ſabbatorum, quum conueniſſent diſcipuli ad frangendum panem, Paulus diſſerebat ad ipſos profecturus poſtridie, protraxitq; ſermonẽ uſq; ad *Cap.20.*

mediam noctem. Et paulò poſt: Quum aſcẽdiſſet autem & fregiſſet panem, ac guſtaſſet, diu colloquutus uſq; ad diluculum, ita demum profectus eſt.

Ibidem. Vt nihil ſuffugerim eorum quæ eſſent in rem ueſtram, quo minus annunciarem uobis, & docerem uos publice ac per ſingulas domos, teſtificans Iudæis ſimul ac Græcis, pœnitentiã in Deum, & fidem in Dominum noſtrũ Ieſum. Et paulò poſt: Quapropter uigilate, memores quod per triennium nocte & die non ceſſauerim cũ lachrymis monere unumquenq; ueſtrum.

1. Theſſ. 2. Ad Theſ. 1. Ipſi enim ſcitis fratres laborem noſtrum ac ſudorem, nocte ac die laborantes ut ne quem ueſtrum grauaremus, prædicauimus euangelium Dei, &c.

Summæ LXX. Cap. XX.

Quòd oportet præfectum doctrinę miſericordem eſſe, maximè in his qui animas malis uitijs afflictas ac uexatas habent.

Cap. 9. Matth. Et uidentes phariſæi dicebant diſcipulis eius: Quare cum publicanis & peccatoribus cibum ſumit magiſter ueſter? At Ieſus audiens ait: Non eſt opus medico ualentibus, ſed malè habentibus. Euntes aũt diſcite quid eſt: Miſericordiam uolo & non ſacrificium. Non enim ueni ad uocandum iuſtos, ſed peccatotes ad pœnitentiam.

Ibidem. Idem. Videns autem turbas miſertus eſt eorum, quòd eſſent diſperſi uelut oues non habentes paſtorem.

Summæ LXX. Cap. XXI.

Quòd oportet etiam in corporis neceſsitatibus miſereri eorum qui nobis commiſsi ſunt, & ipſorum curam gerere.

Cap. 14. Matth. Miſeret me turbæ, propterea quòd iam triduo perſeuerant apud me, & non habẽt quod manducent: & dimittere ipſos ieiunos non uolo, ne fortè deficiant in uia.

Cap. 1. Marcus. Et uenit ad eum leproſus deprecans eum, & genua flectens ac dicẽs: Si uis potes me mundare. Ieſus autem miſertus eius, extendit manum ſuam, & tangẽs ipſum ait, Volo, mundus eſto.

Cap. 6. In Actis. In diebus aũt illis, creſcente numero diſcipulorũ, ortũ eſt murmur Græcorum aduerſus Hebræos, eo quod deſpicerentur in miniſterio quotidiano uiduæ ipſorum. Ceterùm duodecim illi quum iuſsiſſent adeſſe multitudinem diſcipulorum dixerunt, Circumſpicite fratres uiros ueſtro teſtimonio probatos ſeptẽ, plenos ſpiritu ſancto & ſapientia, quos conſtituamus ſuper hoc negocium.

Summæ LXX. Cap. XXII.

Quòd non oportet præfectum doctrinæ circa minora facienda occupatum, à ſtudio quod maioribus rebus debetur abeſſe.

Cap. 6. In Actis. Cæterũ duodecim illi quum iuſsiſſent adeſſe multitudinem diſcipulorum dixerunt: Non eſt æquum nos relinquere uerbum Dei, & miniſtrare menſis. Et paulò poſt: Nos uerò in oratione & miniſterio uerbi perſeuerabimus.

Summæ LXX. Cap. XXIII.

Quòd non oportet oſtentare, neq; negociari uerbis doctrinę, ad audiẽtium adulationem, & perficiendas proprias uoluptates, aut neceſsitates: ſed tales eſſe, uelut ad gloriam Dei coram ipſo loquentes.

Cap. 23. Matth. Omnia uerò opera ſua faciunt ut uideantur ab hominibus. Dilatant enim phylacteria ſua, & magnificant fimbrias palliorũ ſuorũ, amantq; primos accubitus in cœnis, & primas ſellas in ſynagogis, & ſalutationes in foro, & uocari ab hominibus rabbi. Vos autem nolite uocari rabbi, unus eſt enim magiſter ueſter, omnes autem uos fratres eſtis. Et patrem nolite uocare uobis in terra, unus enim eſt pater ueſter qui in cœlis eſt. Nec uocemini magiſtri, unus enim eſt ueſter magiſter Chriſtus.

Cap. 8. Ioannes. Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me. Si quis uoluntatem ipſius faciat, cognoſcet de doctrina, utrum ex Deo ſit, an ego à meipſo loquar. Qui à ſemetipſo loquitur, gloriam propriam quęrit. Qui autem quærit gloriam eius qui miſit eum, hic uerax eſt, & iniuſticia in illo non eſt.

2. Cor. 2 Ad Corinth. 11. Non enim ſumus uelut pleriq; cauponantes uerbum Dei, ſed uelut ex ſinceritate, ſed uelut ex Deo, coram Deo in Chriſto loquimur.

1. Theſſ. 2. Ad Theſſal. 1. Exhortatio enim noſtra non ex ſeductione, neq; ex mundicia, neq; in dolo

dolo,ſed ſicut probati ſumus à Deo,ut concrederetur nobis euangeliũ, ita loquimur non ut hominibus placentes,ſed Deo qui probat corda noſtra. Neq; enim unquã in ſermone adulationis fuimus ſicut ſcitis,neq; in occaſione auariciæ,Deus teſtis eſt, neque quærentes ab hominibus gloriam,neq; à uobis,neq; ab alijs,quum poſſemus in autoritate eſſe uelut apoſtoli Chriſti.

Summæ LXX. Cap.XXIIII.

Quòd oportet præfectum doctrinæ ad ſubiectorum contumeliam abuti poteſtate:necuerò contra ipſos extolli,ſed potius gradum ac ſtatum hunc, humilitatis erga ipſos occaſionem habere.

Matth. Quis igitur eſt fidelis ſeruus & prudens,quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam,ut det illis cibum in tempore?Beatus ſeruus ille quẽ quũ uenerit Dominus eius inueneret ſic facientem.Amen dico uobis,quod ſuper omnia bona ſua cõſtituet ipſum.Si autem dixerit malus ille ſeruus in corde ſuo,cunctatur Dominus meus uenire,& cœperit percutere conſeruos ſuos,ederitq; ac biberit cũ ebrioſis, ueniet Dominus ſerui illius in die qua non ſperat,& diſſecabit ipſum, & partem eius ponet cum hypocritis.Illic erit fletus & ſtridor dentium. Cap.24.

Ioannes uos uocatis me magiſter & Domine,& uere dicitis,ſum etenim.Si ergo ego laui pedes ueſtros Domin' & magiſter,& uos debetis alter alterius lauare pedes. Cap.13.

Lucas.Facta eſt autem & inter ipſos contentio,quis eorũ uideretur maior.Ieſus autem dixit eis:Reges gentium dominantur ipſis,& qui poteſtatem habent ſuper eas, benefici uocantur. Vos autẽ non ſic,ſed qui maior eſt inter uos,fiat ſicut iunior,& qui princeps eſt,ſicut qui miniſtrat. Vter enim maior eſt,qui accumbit an qui miniſtrat? Non'ne qui accumbit?Ego autem in medio ueſtrum ſum,uelut qui miniſtrat. Cap.22.

In Actis. A Mileto autem miſsis Epheſum nuncijs,accerſiuit presbyteros eccleſię, qui quum perueniſſent ad ipſum dixit eis: Vos ſcitis à prima die qua ingreſſus ſum in Aſiam,quomodo uobiſcum per omne tempus fuerim,ſeruiens Domino cũ omni humilitate,& multis lachrymis ac tentationibus,quæ mihi acciderunt ex inſidijs Iudæorum. Cap.20.

Ad Corinth.2.Libenter enim ſuffertis inſipientes,quum ſitis ipſi ſapientes.Suſtinetis enim ſi quis uos in ſeruitutem adigit,ſi quis deuorat,ſi quis accipit,ſi quis extollitur,ſi quis in faciem uos cædit:ſecundum ignominiam loquor,uelut quando nos infirmi fuimus in hac parte. 2.Cor.11.

Summæ LXX. Cap. XXV.

Quòd non oportet ſecundum contentionem,aut inuidiam,aut rixãdi libidinẽ,aduerſus aliquos prædicare euangelium.

Matth.Ecce filius meus quem elegi,dilectus meus,in quo ſibi bene cõplacuit anima mea:ponam ſpiritum meum ſuper ipſum,& iudicium gentibus annunciabit, non contendet,nec clamabit,neq; audiet aliquis in plateis uocem eius. Cap.12.17.

Ad Philip.Quidam & propter inuidiam & contentionem:quidam autem & propter bonam uoluntatem Chriſtum prædicant,quidam ex charitate,ſcientes quod in defenſionem euangelij poſitus ſum.Quidam uerò ex contentione Chriſtum annunciant non ſincere,exiſtimantes ſe afflictionem afferre uinculis meis. Cap.1.

Summæ LXX. Cap. XXVI.

Quòd non oportet humanis prærogatiuis uti ad prædicationem euangelij, ut ne in ipſis occultetur gratia Dei.

Matth.Confiteor tibi pater Domine cœli & terræ,quòd occultaſti hæc à ſapientibus & prudentibus,& reuelaſti ipſa paruulis. Cap.11.

Ad Corinth.1.Non enim miſit me Chriſtus ad baptizandum,ſed ad prædicandum euangelium,non in ſapientia ſermonis,ut ne euacuetur crux Chriſti. 1.Cor.1.

Ibidem.Et ego quum uenirem ad uos fratres,non ueniebam cum ſublimitate ſermonis aut ſapientiæ,annucians uobis teſtomonium Dei:non enim iudicaui me ſcire aliquid inter uos,niſi Ieſum Chriſtum,& hunc crucifixum.Et ego in infirmitate, & in timore ac tremore multo fui apud uos:& ſermo meus & prædicatio mea nõ in perſuaſorijs humanæ ſapientię uerbis,ſed in oſtenſione ſpiritus & uirtutis,ut fides ueſtra nõ ſit in ſapientia hominum,ſed in uirtute Dei. 1.Cor.2.

Summæ LXX. Cap. XXVII.

Quòd non oportet putare, quod bonam uoluntatem prædicationis ex propria induſtria perficiamus, uerùm ex toto in Deo fiduciam ponere oportet.

2. Cor. 3. Ad Corinth. 2. Fiduciam autem talem habemus per Chriſtum ad Deum, nõ quòd ſufficiẽtes ſimus cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobiſipſis, ſed ſufficientia noſtra ex
2. Cor. 4. Deo eſt, qui & idoneos nos fecit miniſtros, noui teſtamenti. Ibidem. Habemus autẽ theſaurum hunc in uaſis fictilibus, ut ſublimitas uirtutis ſit Dei, & non ex nobis.

Summæ LXX. Cap. XXVIII.

Quòd non oportet eum cui concreditum eſt prędicare euangelium, plus poſſidere, quam ea quæ ad neceſſarium ipſius uſum ſufficiunt.

Cap. 10. Matth. Nolite poſſidere aurum neq; argentum neq; æs in zonis ueſtris, nõ perã ad iter, neq; duas tunicas, neq; calciamẽta, neq; uirgã. Dignus eñ eſt operarius cibo ſuo.
Cap. 9. Lucas. Nihil tuleritis ad iter, neq; uirgam, neq; peram, neq; panem, neq; argentum neq; duas tunicas habentes.
Cap. 20. In actis. Argentum aut aurum aut ueſtem nullius cupiui, ipſi ſcitis.
2. Tim. 2. Ad Timoth. 2 Nemo militans immiſcet ſe uitæ negocijs ut imperatori exercitus placeat.

Summæ LXX. Cap. XXIX.

Quòd non oportet ſeipſum accommodare ad rerum temporalium curam, ad eos qui circa illas per animi affectionem occupati ſunt.

Cap. 12. Lucas. Dixit autẽ quidam ad eum ex turba, Magiſter, dic fratri meo ut diuidat mecum hereditatem. Ieſus autem dixit, Homo quis conſtituit me iudicem aut diuiſorem
2. Tim. 2. uobis. Ad Timoth. 2 Nemo militans immiſcet ſe uitæ negocijs, &c.

Summæ LXX. Cap. XXX.

Quòd hi qui propter complacentiam auditorum, negligunt libertatem dicendi uoluntates Dei, illis inſeruientes, quibus placere uolunt, à dominio Domini excidunt.
Cap. 5. Ioannes. Quomodo poteſtis uos credere, gloriam mutuò alter ab altero accipien-
Cap. 1. tes, & gloriam quæ à Deo ſolo eſt, non quærentes. Ad Galat. Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem.

Summæ LXX. Cap. XXXI.

Quòd oportet docendi ſcopum propoſitum eſſe, ut omnes quidem in uirum perfectũ, ad menſuram ſtaturæ perfectionis Chriſti componat & abſoluat, uerùm unumquenq; in proprio ordine.

Cap. 5. Matth. Eritis igitur uos perfecti, quemadmodum pater ueſter qui in cœlis eſt per-
Cap. 17. fectus eſt. Ioannes. Non pro his rogo tantum, ſed & pro his qui credunt per uerbum ipſorum in me, ut omnes unum ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipſi in nobis
Cap. 4 unum ſint. Ad Epheſ. Alios autem paſtores & doctores ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterij, ad ędificationem corporis Chriſti, donec deueniamus omnes in unitatem fidei & agnitionis filij Dei, in uirum perfectum, in menſuram ſtaturæ perfectionis Chriſti.

Summæ LXX. Cap. XXXII.

Quòd oportet in tolerãtia malorũ ac manſuetudine erudire eos qui contra nos ſe opponunt, expectando ipſorum pœnitentiam, donec impleta fuerit menſura curę ac diligentiæ collatę in ipſos.

Cap. 12. Matth. Non contendet, nec clamabit, neq; audiet aliquis in plateis uocem eius. Arundinem contritam non confringet, & linum fumigans nõ extinguet, donec eijciat ad uictoriam iudicium

2. Tim. 2. Ad Timot. 2. Seruum autem Domini non oportet pugnare, ſed placidum eſſe erga omnes, idoneum ad docendum, tolerantem malorum in manſuetudine, erudientem eos qui reſiſtunt ueritati, ſi quando det illis Deus pœnitentiam ad cognoſcẽdam ueritatem, & reſipiſcant è diaboli laqueis.

Summæ LXX. Cap. XXXIII.

Quòd oportet his qui ob timorem ac metum, præſentiam prædicantis uerbũ recuſant, cedere, & non contentioſe incumbere.

Lucas

Lucas. Et rogauerunt ipſum omnis multitudo Gadarenorum ut diſcederet ab ipſis, quia magno timore tenebatur, ipſe autem conſcenſa naui reuerſus eſt. Cap.8.

Summæ LXX. Cap. XXXIIII.

Quòd oportet ab his qui propter ingratitudinem, euangelij prædicationem non ſuſcipiunt, ſecedere, & ne ſuſtinere quidem, ut beneficio eorum quæ ad neceſſarium corporis uſum requiruntur, ab ipſis afficiamur.

Matthæus. Et qui uos non ſuſceperit, neq; audierit ſermones ueſtros, exeuntes de domo illa aut ciuitate, excutietis puluerem de pedibus ueſtris. Cap.10.

Lucas. In quamcunq; uerò ciuitatem egreſſi fueritis, & nō ſuſceperint uos, egreſſi in plateas eius dicite, etiam puluerem adhærentem nobis ab urbe ueſtra, extergimus in uos, uerumtamen hoc ſcitote, quod appropinquabit in uos regnum Dei. Luc.10.

In Actis. Quum ueniſſent autem è Macedonia Silas & Timotheus, inſtabat uerbo Paulus, teſtificans Iudæis Chriſtum eſſe Ieſum. Contradicentibus autem eis ac maledicentibus, excuſſis ueſtimentis dixit ad ipſos: Sanguis ueſter ſuper caput ueſtrum, inſons ego, poſthac ad gentes uadam. Act.18.

Summæ LXX. Cap. XXXV.

Quòd oportet poſt impletum omnem diligentiæ modū, ab inobediētibus ſecedere.

Matthæus. Hieruſalem Hieruſalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt, quoties uolui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſtis? Ecce relinquitur uobis domus deſerta. Cap.23.

In Actis. Sed quoniam repellitis illud, & indignos uos iudicatis uita æterna, ecce cōuertimur ad gentes, ſic enim precepit nobis Dominus, poſui te in lucem gentium, ut ſis in ſalutem uſq; ad extremum terrę. Act.13. Ad Titum. Hereticum hominem poſt unam atq; alteram admonitionem fuge, ſciens quod euerſus eſt huiuſmodi, & peccat ſuo ipſius iudicio condemnatus. Cap.3.

Summæ LXX. Cap. XXXVI.

Quòd erga omnes in omni negocio ſeruare oportet ſinceritatem uerborum Domini, ita ut nihil faciamus ſecundum imitationem.

Ad Timoth.1. Obteſtor coram Deo & Chriſto Ieſu & electis angelis eius, ut hæc ſerues citra preiudicium, nihil faciens iuxta imitationem. 1.Tim.5.

Summæ LXX. Cap. XXXVII.

Quòd oportet prefectum doctrinę cum circumſpectione ac multa examinatione, iuxta ſcopum complacētię erga Deum, ſingula facere ac dicere, ut qui debeat etiam ab ipſis qui ſuę fidei concrediti ſunt, probari ac teſtimonium ferre.

In Actis. Vos ſcitis à prima die qua ingreſſus ſum in Aſiam, quomodo uobiſcum per omne tempus fuerim, ſeruiēs Domino cum omni humilitate, & multis lachrymis ac tentationibus. Et paulo pòſt: Argentū & aurum aut ueſtem, nullius concupiui, ipſi ſcitis: quoniam ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum ſunt, miniſtrauerunt manus he. Cap.20. Ad Theſſal.1. Vos teſtes eſtis & Deus, quàm ſanctè & iuſtè & inculpatè uobiſcum qui creditis uerſati ſumus, ſicut ſcitis. 1.Theſſ.2.

Summæ LXXI. Cap. I.

Quæ coniunctè de epiſcopis ac presbyteris dicta ſunt.

Ad Timoth.1. Si quis epiſcopatum cupit, bonum opus deſiderat. Oportet autem epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, & cætera. 1.Tim.3.

Ibidem. Seniorem ne increpaueris, ſed adhortare ut patrem, iuniores ut fratres: ſeniores mulieres ut matres, iuniores ut ſorores in omni caſtitate. 1.Tim.5.

Ad Timoth.2. Iuueniles autem cōcupiſcentias fuge, ſectare uerò iuſticiam, fidem, charitatem, pacem cum his qui inuocant Dominum ex puro corde. Stultas autem & ineruditas queſtiones reijce, ſciens quòd generant pugnas. Seruum autem Domini non oportet pugnare, ſed manſuetum eſſe erga omnes, &c. 2.Tim.2. Ibidem. Tu autem aſſequutus es meam fidem, doctrinam, inſtitutionem, propoſitum, patientiam, perſecutiones, afflictiones. 1.Tim 3.

Ad Titum. Huius rei gratia reliqui te in Creta, ut ea quę deſunt corrigas, & conſtituas per ciuitates presbyteros, ſicut ego tibi ordinaram, ſi quis eſt inculpatus.

Summæ LXXI. Cap. II.

De diaconis ac miniſtris.
Cap.6. In Actis. Et elegerunt Stephanum uirum plenum fide & ſpiritu ſancto, & Philip-
pum & Prochorum & Nicanorem & reliquos, quos ſtatuerunt in conſpectu apoſto-
1.Tim.3. lorum, & cum oraſſent, impoſuerunt ipſis manus. Ad Timoth.1. Diaconos ſimili-
ter pudicos, non bilingues, non multo uino deditos, non turpe lucrum ſectantes, ha-
bentes myſterium fidei cum pura conſcientia, &c.

Summæ LXXII. Cap. I.

Quòd oportet auditores eruditos in Scripturis, probare ea quæ à doctorib. dicũtur,
& quæ quidem conſona ſunt Scripturis, ſuſcipere, quæ uerò aliena, reijcere: & eos qui
in talibus doctrinis perſeuerant, uehementius auerſari.
Cap.18. Matthæus. Væ homini illi per quem ſcandalum uenit. Et ſi oculus tuus ſcãdalizat
te, erue ipſum. Similiter & de manu ac pede.
Cap.10. Ioannes. Amen amen dico uobis, qui non intrat per oſtium in caulam ouium, ſed
aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro. Et paulo pòſt: alienum autem non ſequentur, ſed
fugient ab ipſo, quia non noſcunt alienorum uocem.
Cap.1. Ad Galat. Sed & ſi nos aut angelus ex cœlo prędicauerit uobis euangelium, præ-
1.Theſſ.5. ter id quod prędicauimus uobis, anathema ſit. Ad Theſſal. Prophetias nolite ſper-
nere, omnia autem probate, quod bonum eſt tenete, ab omni ſpecie mala abſtinete.

Summæ LXXII. Cap. II.

Quòd oportet eos qui nõ multam habent cognitionem ſcripturarũ, in fructibus ſpiri
tus cognoſcere characterem ac figuram ſanctorum, & tales quidem ſuſcipere, eos ue-
Cap.7. rò qui aliter ſe habent auerſari. Matth. Cauete à falſis prophetis, qui ueniũt ad uos
in indumentis ouiũ, intus autẽ ſunt lupi rapaces. A' fructibus eorum cognoſcetis eos.
Cap.3. Ad Philipp. Imitatores mei eſtote fratres, & obſeruate eos qui ſic ambulant, quẽ-
admodum uos exemplar habetis.

Summæ LXXII. Cap. III.

Quòd oportet eos qui doctrinam ueritatis rectè tractant, ſic ſuſtinere, uelut Domini,
in gloriam eius qui illos miſit Ieſu Chriſti Domini noſtri.
Cap.10. Matthæus. Qui uos ſuſcipit, me ſuſcipit: qui aſſumit ſi quem miſero, me aſſumit.
Luc.10. Lucas. Qui uos audit, me audit. Ad Galat. Et tentationem in carne mea nõ ui-
Cap.4. lipendiſtis, neq; reſpuiſtis, ſed ſicut angelum Dei ſuſcepiſtis me, ſicut Chriſtum Ieſum.

Summæ LXXII. Cap. IIII.

Quòd hi qui inobedientes ſunt his qui à Domino mittuntur, ignominiam non in his
ſiſtunt, ſed ad eum qui illos miſit, perducũt, & iudicium ſibijpſis peius eo quod in So-
domis & Gomorrhis contigit, attrahunt.
Cap.10. Matth. Et qui uos non ſuſceperit, neq; audierit ſermones ueſtros, exeuntes de ciui
tate aut domo illa, excutietis puluerem de pedibus ueſtris. Amen dico uobis, tolerabi
lius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæ in die iudicij, quàm ciuitati illi.
Cap.10. Lucas. Qui uos ſpernit, me ſpernit. Ad Theſſal. Itaq; qui ſpernit, non hominẽ
1.Theſſ.4. ſpernit, ſed Deum, qui etiam dedit ſpiritum ſuum ſanctum in nos.

Summæ LXXII. Cap. V.

Quòd oportet doctrinã mandatorũ Domini ſic ſuſcipere, uelut uitę ætternę, & regni
cœlorum conciliatricem, & ipſam promptè operari, etiamſi laborioſa eſſe uideatur.
Cap.5. Ioannes. Amen amen dico uobis, qui ſermonem meum audit, & credit ei qui me
miſit, habet uitam æternam, & in iudicium non uenit, ſed tranſit ex morte in uitam.
Act.14. In Actis. Quumq; prędicaſſent euangelium ciuitati illi, & docuiſſent multos, re-
uerſi ſunt Lyſtram & Iconium & Antiochiam, cõfirmantes animas diſcipulorum, ex-
hortantesq; ut perſeuerarent in fide, & quòd per multas tribulationes oporteat nos
intrare in regnum Dei.

Summæ LXXII. Cap. VI.

Quòd oportet reprehenſionem & increpationem ſic ſuſcipere, uelut medicamẽtum
extirpatoriũ affectionis, & pręparatoriũ ſanitatis. Ex quo manifeſtũ eſt, quòd hi qui
in affectu ut hominibus complaceant, manſuetudinem ſimulant, & peccantes nõ re-
darguunt

darguunt, eos in totum damno afficiunt, & ipſis in ipſam ueram uitam inſidias ſtruūt.

Matth. Si autem peccauerit in te frater tuus, uade & argue ipſum inter te & ipſum ſolum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Cap. 18.

Ad Corinth. 1. Congregatis uobis in ſpiritu, unà cum poteſtate Domini noſtri Ieſu Chriſti, ut tradatur ſatanę in interitū carnis, ut ſpiritus ſaluus ſit in die Domini Ieſu. 1. Cor. 5.

Ad Corinth. 2. Quòd epiſtola illa etiamſi ad tempus contriſtauit uos, nūc gaudeo, non quod contriſtati fuiſtis, ſed quod contriſtati eſtis ad pœnitentiā: contriſtati enim eſtis ſecundum Deum, ut in nulla re detrimentū paſſi ſitis ex nobis. Quæ enim ſecundum Deum eſt triſticia, pœnitentiam ad ſalutem haud pœnitendam operatur. 2. Cor. 7.

Ad Titum. Ob quam cauſam redargue ipſos durè, ut ſani ſint in fide. Cap. 1.

Summæ LXXIII. Cap. I.

Quòd non oportet uirum ab uxore, aut uxorē à uiro, in matrimonio ſeparari, niſi quis in adulterio deprehenſus fuerit, aut in cultum diuinum impeditur.

Matthæus. Dictum eſt autem, Quicunq; dimiſerit uxorem ſuam, det ei libellū repudij. Ego autem dico uobis, quòd quiſquis repudiauerit uxorem ſuam, excepta ſtupri cauſa, facit ut illa ſit adultera: & qui repudiatam duxerit, adulter eſt. Cap. 5. 19.

Lucas. Si quis uenit ad me, & non odio habet patrem & matrem, & uxorem ac liberos, & fratres ac ſorores, amplius autem & animam ſuam, nō poteſt eſſe meus diſcipulus. Cap. 14.

Matthæus. Dico autem uobis, quod quicunq; repudiauerit uxorem ſuam, niſi ob ſcortationem, & aliam duxerit, is committit adulterium: & qui repudiatā duxerit, adulterium committit. Cap. 19.

Ad Corinth. 1. Cæterum matrimonio coniunctis pręcipio non ego, ſed Dominus, uxor à uiro nō ſeparetur: quod ſi ſeparata fuerit, maneat innupta, aut marito reconcilietur: & uir uxorem non dimittat. 1. Cor. 7.

Summæ. LXXIII. Cap. II.

Quòd non licet repudianti uxorem ſuam, ducere aliam: neq; repudiatam à marito, ab alio duci in uxorem. Matth. Dico autem uobis, quòd quicunq; repudiauerit uxorem ſuam, niſi ob ſcortationem, & aliam duxerit, is committit adulterium. Et repudiatam duxerit, adulterium committit. Cap. 19.

Summæ LXXIII. Cap. III.

Quòd oportet uiros diligere uxores ſuas, dilectione qua Chriſtus dilexit eccleſiam, ut qui ſeipſum tradidit pro ipſa, ut ipſam ſanctificaret.

Ad Epheſ. Viri diligite uxores ueſtras, ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, ut ipſam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in uerbo. Et paulo pòſt: Sic debēt uiri diligere uxores ſuas, ut ſua ipſorū corpora: & quæ ſequūtur. Cap. 5.

Summæ LXXIII. Cap. IIII.

Quòd oportet uxores ſubijci proprijs uiris, uelut & eccleſia Chriſto ſubiecta eſt, facientes uoluntatem Dei.

Ad Epheſ. Vxores proprijs uiris ſubditæ ſint ſicut Domino, quoniam uir caput eſt uxoris, uelut Chriſtus caput eccleſiæ, & ipſe eſt ſaluator corporis. Itaq; ſicut eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ſic & uxores ſuis uiris in omnibus. Cap. 5.

Ad Titum. Vt modeſtas reddant adoleſcentulas, quo maritos ſuos diligant, liberos ament, ſobriæ ſint, caſtæ, domus cuſtodes, bonæ, ſubditæ uiris ſuis, ut ne blaſphemetur uerbum Dei. Cap. 2.

Summæ LXXIII. Cap. V.

Quòd non oportet mulieres ad pulchritudinem exornari, ſed omne ſtudiū ac curam ad bona opera habere, atq; hunc uerum & Chriſtianas decentem ornatum ducere.

Ad Timoth. 1. Similiter mulieres in amictu modeſto, cum uerecundia & caſtitate ornare ſeipſas, non tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut ueſtitu ſumptuoſo, ſed quod decet mulieres, profitentes pietatem per bona opera. 1. Tim. 2.

Summæ LXXIII. Cap. VI.

Quòd oportet mulieres ſilere in eccleſia, uerùm domi ſtudioſas eſſe, & de complacentia erga Deum ſtudioſè inquirere.

Ad Corinth. 1. Mulieres in eccleſijs taceant. Nō em̄ permiſſum eſt ipſis loqui, ſed ſubditas eſſe. Quod ſi quid diſcere uolunt, domi uiros ſuos interrogent. Turpe enim 1. Cor.

eſt mu-

1.Tim.2. eſt mulieri, loqui in eccleſia. Ad Tim.1. Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubie-
ctione. Docere autem mulieri nō permitto, neq; dominari uiro, ſed eſſe in ſilentio. A-
dam enim prior formatus eſt, deinde Eua, & Adam nō eſt ſeductus, mulier autem ſe-
ducta in tranſgreſſione fuit. Saluabitur autem per liberorum generationem, ſi manſe-
rint in fide ac dilectione & ſanctificatione, cum caſtitate.

Summæ LXXIIII. Cap. I.

Quòd oportet uiduam claram in rectè factis ab Apoſtolo dictis, & quę ad ordinē ue-
rè uiduarum peruenit, perſeuerare in precibus ac orationibus cū ieiunijs diu noctuq;.

Cap.2. Lucas. Et erat Anna propheteſſa filia Phanuel, de tribu Aſer, hæc proceſſerat ad
multam ætatem, & uixerat cum uiro ſuo annis ſeptem à uirginitate ſua, & hæc uidua
annorum fermè octogintaquatuor, quę non diſcedebat de templo, ieiunijs & oratio-
nibus ſeruiens nocte ac die.

1.Tim.5. Ad Timoth.1. Quæ autem uerè uidua eſt & deſolata, ſperat in Deum, & perſeue-
rat in precibus ac orationib. nocte ac die. Quæ uerò in delicijs uiuit, uiua mortua eſt.

Summæ LXXIIII. Cap. II.

Quòd oportet uiduam robuſtiore corpore utentem, in cura ac ſtudio uitam degere,
memorem eorum quę ab Apoſtolo dicta ſunt, & teſtimonij de Dorcade prolati.

Cap.9. In Actis. In Ioppe autem fuit quędā diſcipula, nomine Thabitha, quod ſi interpre
teris, dicitur Dorcas: hęc erat plena operibus bonis & eleemoſynis quas pręſtabat. Et
pau lo pòſt: Et circumſteterunt ipſum omnes uiduæ flentes, & oſtendentes ei tunicas
& ueſtes quas fecerat cum eſſet cum ipſis Dorcas.

1.Tim.5. Ad Timoth.1. Vidua deligatur non minor annis ſexaginta, quę fuerit unius uiri u-
xor, in operibus bonis teſtimonium habens, ſi filios educauit, ſi hoſpitalis fuit, ſi ſan-
ctorum pedes lauit, ſi afflictis miniſtrauit, ſi omne opus bonum conſecuta eſt.

Summæ LXXV. Cap. I.

Quòd oportet ſeruos obedire Dominis ſecundum carnem, in gloriam Dei, cum om
ni beneuolentia, in his ſanè in quibus mandatum Dei non ſoluitur.

Cap.6. Ad Epheſ. Serui obedite dominis ſecundum carnem, cum timore & tremore, in
ſimplicitate cordis ueſtri, tanquam Chriſto: nō ad oculū ſeruientes, quaſi hominibus
placere ſtudentes, ſed uelut ſerui Chriſti, facientes uoluntatem Dei ex animo, cum be
neuolentia ſeruientes ſicut Domino & non hominibus: ſcientes quòd unuſquiſque
quodcunq; fecerit bonum, hoc recipiet à Domino, ſiue ſeruus, ſiue liber.

1.Tim.6. Ad Timoth.1. Quicunq; ſub iugo ſunt ſerui, Dominos ſuos omni honore dignos
ducant, ne nomen Dei & doctrina blaſphemetur. Qui autem fideles habent domi-
nos, ne contemnant quòd fratres ſint, ſed magis inſeruiant quòd fideles ſint, ac dilecti
qui beneficentiam aſſumunt.

Cap.2. Ad Titum. Seruos hortare dominis ſuis ſubditos eſſe, in omnibus placentes, nō
contradicentes, non fraudantes, ſed omnem fidem bonam oſtendentes, ut doctrinā
ſeruatoris noſtri Dei ornent in omnibus.

Summæ LXXV. Cap. II.

Quòd oportet dominos memores ueri dñi eſſe, & quæ à ſeruis conſecuti fuerint, ea
etiā ipſis facere, pro uirib. in timore Dei, & māſuetudine erga ipſos, ad dñi imitationē.

Cap.13. Ioannes. Sciens Ieſus quod omnia dediſſet ſibi pater in manus, & quod à Deo exi
uiſſet, & ad Deum iret, ſurgit à cœna, & ponit ueſtimenta ſua: & quum accepiſſet lin-
teum, præcinxit ſe. Deinde miſit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes diſcipulorū,
& extergere linteo, quo erat præcinctus. Et paulo pòſt. Vos uocatis me magiſter &
Domine, & benedicitis, Sum etenim. Si ergo ego laui pedes ueſtros Dominus & ma
giſter, & uos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplū enim dedi uobis, ut quem-
admodum ego feci uobis, ita & uos faciatis.

Cap.6. Ad Epheſ. Et uos domini eadem facite erga illos, remittētes minas, ſcientes quod
& ueſter ipſorum Dominus eſt in cœlis, & perſonarum acceptio non eſt apud Deum.

Summæ LXXVI. Cap. I.

Quòd oportet liberos colere parentes, & obedire ipſis in omnibus, in quibus manda-
tum Dei non impeditur.

Lucas,

Lucas. Et dixit mater eius ad ipſum: Fili cur feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus & e- Cap. 2.
go dolentes quærebamus te. Et paulo pòſt: & deſcendit cum ipſis, uenitq; Nazareth, eratq; ſubditus ipſis. Ad Epheſ. Filij obedite parentibus ueſtris in Domino. Hoc e- Cap. 6.
nim iuſtum eſt, Honora patrem tuum & matrem, quod eſt primum præceptum in promiſſione, ut bene ſit tibi, ut ſis longæuus in terra.

Summæ LXXVI. Cap. II.

Quòd oportet parentes in diſciplina & admonitione Domini educare liberos cum manſuetudine ac longanimitate, nullam uerò occaſionem, quantum in ipſis eſt, dare iræ & triſticiæ.

Ad Epheſ. Et uos patres nolite ad iram prouocare liberos ueſtros, ſed educate ipſos in diſciplina & admonitione Domini.

Ad Coloſſ. Patres nolite ad indignationem prouocare liberos ueſtros, ut ne ani- Cap. 3.
mum deſpondeant.

Summæ LXXVII. Cap. I.

Quòd oportet uirgines liberas eſſe ab omi ſolicitudine preſentis ſeculi, quo poſſint citra diſtractionẽ Deo gratias agere, ſecundũ mentẽ ac corpus ob ſpem regni cœlorũ.

Matth. Sunt eunuchi qui caſtrauerunt ſeipſos propter regnum cœlorum. Qui poteſt capere, capiat. Cap. 19. Ad Corinth. 1. Volo autem uos ſine ſolicitudine eſſe. Qui ſine u- 1. Cor. 7.
xore eſt, curat ea quæ Domini ſunt, quomodo placeat Domino. Qui uerò uxorem duxit, curat ea quæ mundi ſunt, quomodo placeat uxori. Diuiſa ſunt & mulier & uirgo. Innupta cogitat ea quæ Domini ſunt, ut ſit ſancta & corpore & ſpiritu. Quæ uerò nupta eſt, cogitat quæ mundi ſunt, quomodo placeat uiro. Hoc autem ad utilitatem ueſtram dico, non ut laqueum uobis inijciam, ſed ad id quod honeſtum eſt, & facilem aſſeſſum Domino citra diſtractionem.

Summæ LXXVIII. Cap. I.

Quòd non licet militantibus concutere quenquam aũt calumniari.

Lucas. Interrogabant aũt eum & milites dicentes, Et nos quid faciemus? Et ait illis, Cap. 3.
neminem cõcutiatis, nemini calumniam ſtruatis, & contenti eſtote ſtipendijs ueſtris.

Summæ LXXIX. Cap. I.

Quòd oportet principes ac magiſtratus uindices eſſe iuſticiæ Dei.

Ad Rom. Nam principes non ſunt terrori bona operantibus, ſed mala. Vis autem Cap. 13.
non timere poteſtatem? bonum fac, & habebis laudem ex ipſa. Dei enim miniſter eſt tibi in bonum. Si uerò malum feceris, time. Non enim fruſtra gladiũ geſtat, Dei enim miniſter eſt, uindex ad iram ei qui malum fecit.

Summæ LXXIX. Cap. II.

Quòd poteſtatibus præminentibus ſubijci oportet, in quibus mandatum Dei nõ impedierit. Ad Romanos. Omnis anima poteſtatibus ſupereminentibus ſubdita ſit. Cap. 13.
Non eſt enim poteſtas niſi à Deo. Quę uerò ſunt, à Deo ordinatę ſunt. Itaq; qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Qui aũt reſiſtunt, ſibijpſis damnationem acquirunt. Nam principes non ſunt terrori bona operantibus, ſed mala, &c.

In Actis. Oportet Deo magis obedire quàm hominibus. Ad Titum. Admone Cap. 5.
ipſos ut principatibus ac poteſtatibus ſubditi ſint, ut obediãt magiſtratibus, & ad om- Cap. 1.
ne opus bonum parati ſint.

Summæ LXXX. Cap. I.

Quales uelit eſſe uerbi doctrina Chriſtianos, nimirum uelut diſcipulos Chriſti, qui ad ſola illa formentur quæ in ipſo uident, aut quæ de ipſo audiunt.

Matthæus. Tollite iugum meum ſuper uos, & diſcite à me. Cap. 11.

Ioannes. Vos uocatis me magiſter & Domine, & bene dicitis, ſum etenim. Si ergo ego laui pedes ueſtros Dominus & magiſter, & uos debetis alter alterius lauare pe- Cap. 13.
des. Exemplum enim dedi uobis, ut quemadmodũ ego feci uobis, ita & uos faciatis.

Summæ LXXX. Cap. II.

Velut oues Chriſti, uocem proprij paſtoris audientes ſolius, & ipſum ſequentes.

Ioannes. Oues meæ uocem meam audiunt, & ego cognoſco ipſas, & ſequũtur me. Cap. 10.

Et paulò ſuperius: Alienum autem non ſequuntur, ſed effugiunt ab ipſo, quia non nouerunt uocem alienorum.

Summæ LXXX. Cap. III.

Velut ſarmenta ac palmites Chriſti, in ipſo radicatos, & in ipſo fructum ferentes, & quicquid tandem proprium ipſius & dignum ipſo, facientes ac habentes.

Cap. 15. Ioannes. Ego ſum uitis, uos palmites.

Summæ LXXX. Cap. IIII.

Velut membra Chriſti in omni actione mandatorum Domini, aut donorum ſpiritus ſancti abſoluti ad dignitatem capitis, quod eſt ipſe Chriſtus.

1. Cor. 3. Ad Corinth. 1. Neſcitis quòd corpora ueſtra membra Chriſti ſunt?

Cap. 4. Ad Epheſ. Veritatem autem ſequentes in charitate, augeſcamus in ipſum per omnia quid eſt caput, Chriſtus ipſe, ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis, ſecundum operationem in menſura uniuſcuiuſque partis, augmentum corporis facit, in ædificationem ſui in charitate.

Summæ LXXX. Cap. V.

Velut ſponſam Chriſti ſeruantem puritatem, in eo quòd ſolam ſponſi uoluntatem ſequatur. Ioannes. Qui habet ſponſam, ſponſus eſt. Ad Corinth. 2. Coniunxi enim uos uni uiro, ut uirginem caſtam exhiberetis Chriſto.

Cap. 3. 2. Cor. 11.

Summæ LXXX. Cap. VI.

Velut templum Dei ſanctos puros, & ſolis his quæ ad cultũ Dei pertinent repletos.

Cap. 14. Ioannes. Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diliget ipſum, & ad eum ueniemus, & manſionem apud ipſum faciemus.

2. Cor. 6. Ad Corint. 2. Vos enim templum eſtis Dei uiuentis. Dicit enim Scriptura: Inhabitabo in ipſis, & inambulabo, & ero ipſorum Deus.

Summæ LXXX. Cap. VII.

Velut hoſtiam immaculatam & non mutilatam, in omni membro ac parte ſanitatem conſeruantem. Ad Rom. Obſecro autem uos fratres per miſericordias Dei, ut exhibeatis corpora ueſtra hoſtiam uiuentem, ſanctam, Deo placentem, rationalem, cultũ ueſtrum.

Cap. 12.

Summæ LXXX. Cap. VIII.

Velut filios Dei, formatos ad imaginem Dei, iuxta menſuram hominibus datam.

Cap. 13. Ioannes. Filioli adhuc modicum tempus uobiſcum ſum. Ad Galat. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in uobis.

Gal. 4.

Summæ LXXX. Cap. IX.

Velut lucem in mundo, ut ipſi maliciã nõ ſuſcipiant, & appropinquantes ipſis ad cognitionem ueritatis illuminent, ut fiant quòd oportet, aut redarguant quod ſunt.

Cap. 5. Matth. Vos eſtis lux mundi. Ad Philip. Inter quos lucetis uelut luminaria in mũdo.

Cap. 2.

Summæ LXXX. Cap. X.

Velut ſal in terra, ut communicantes ipſis renouentur ſpiritu ad incorruptibilitatem.

Cap. 5. Matthæus. Vos eſtis ſal terræ.

Summæ LXXX. Cap. XI.

Velut ſermonem uitæ, qui per mortificationem erga præſentia confirmat ſpem ueræ uitæ. Ad Philip. Inter quos lucetis uelut luminaria in mundo, ſermonem uitæ continentes, ad gloriam meam, in diem Chriſti.

Cap. 2.

Summæ LXXX. Cap. XII.

Quales uelit eſſe doctrina uerbi eos quib. euangelij prædicatio commiſſa eſt, nempe uelut apoſtolos & miniſtros Chriſti, & uillicos fideles myſteriorum Dei, ſola ea quæ præcepta ſunt à Domino, indeſinenter opere ac ſermone explentes.

Cap. 10 28. Matth. Ecce ego mitto uos uelut oues in medio luporum. Idem. Euntes docete omnes gentes. Ad Corinth. 1. Sic uos reputet homo, uelut miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei: quod ſupereſt autem, illud in diſpenſatoribus requiritur, ut fidelis aliquis inueniatur.

1. Cor. 4.

Summæ LXXX. Cap. XIII.

Velut præcones regni cœlorũ, ad deſtruendũ eũ qui habet imperiũ mortis in peccato.

Cap. 10. Matthæus. Euntes autem prædicate dicentes, appropinquat regnum cœlorum. Ad Tim.

Ad Thimoth.2. Conteſtor ego coram Deo & Chriſto Ieſu, qui iudicaturus eſt ui- 2.Tim.4.
uos & mortuos, in aduentu ſuo ac regno ſuo, prædica uerbum Dei.

Summæ LXXX. Cap. XIIII.

Velut formam aut regulam pietatis, ad rectificationem quidem rectitudinis, quæ in omnib. eſt qui Dominum ſequuntur: reprehenſionem uerò peruerſitatis eorum quocunque tandem modo inobedientes ſunt.

Ad Philip. Ea quidem quę à tergo ſunt obliuiſcens, ad ea uerò quæ à fronte ſunt, Cap.3.
meipſum extendens, iuxta ſcopum perſequor ad brauium supernę uocationis Dei, in Chriſto Ieſu. Quicunq; igitur perfecti ſumus, hoc ſentiamus: & ſi quid aliter ſentitis, & hoc uobis Deus reuelabit. Veruntamen ad quod peruenimus, ut eadem regula procedamus, & idem ſentiamus. Ad Thimoth.2 Forma ſis fidelium, in ſermone, in conuerſatione, in dilectione, in fide, in caſtitate. Ad Thimoth.2. Stude te ipſum probatum 2. Tim.2.
exhibere Deo, operarium non pudeſcentem, recte tractantem uerbum ueritatis.

Summæ LXXX. Cap. XV.

Velut oculum in corpore, qui poſſint diſcernere bona & mala, & dirigere membra Chriſti ad ea quæ unicuiq; congruunt.

Matthæus. Lucerna corporis eſt oculus. Si igitur fuerit oculus tuus ſimplex, totum Cap.6.
corpus tuum lucidum erit.

Summæ LXXX. Cap. XVI.

Velut paſtores ouium Chriſti, qui neq; animam pro ipſis ponere per occaſionem recuſent, quo ipſis impertiant euangelium Dei.

Ioannes. Bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus. In Actis. Attendite Cap.10.
igitur uobis ipſis & toti ouili, in quo uos ſpiritus ſanctus poſuit epiſcopos ad paſcen- Cap.20.
dum eccleſiam Dei.

Summæ LXXX. Cap. XVII.

Velut medicos cum multa miſericordia, iuxta ſcientiam doctrinæ Dñi curantes affectus animarum, ad acquirendum ſanitatem ac perſeuerationem in Chriſto.

Matthæus. Non opus habent ualentes medico, ſed male habentes. Cap.9.

Ad Ro. Debemus autē nos qui potentes ſumus, infirmitates impotētium portare.

Summæ LXXX. Cap. XVIII.

Velut patres & nutrices propriorū liberorū, q multa affectiōe dilectionis in Chriſto, uelint impertiri ipſis non ſolum euangelium Dei, ſed etiam ſuas ipſorum animas.

Ioannes. Filioli adhuc modicum tempus uobiſcum ſum. Ad Corinth.1. Nam in Cap.13.
Chriſto Ieſu per euangelium ego uos genui. Ad Theſſal.1 Tanquam ſi nutrix foueat 1. Cor.4.
filios ſuos, ita deſiderantes uos cupite, uolebamus tradere uobis, non ſolum euangeli- 1.Theſ.2.
um Dei, ſed etiam animas noſtras, quoniam chariſſimi nobis facti eſtis.

Summæ LXXX. Cap. XIX.

Velut Dei cooperatores ad ſola opera deo digna, totos ſeipſos tradētes ꝓ eccleſia.

Ad Corinth.1. Dei ſumus cooperatores Dei agricultura, Dei ædificatio eſtis. 1.Cor.3.

Summæ LXXX. Cap. XX.

Velut plantatores palmitum Dei, nihil alienum à uite, quę Chriſtus eſt, neq; infructuoſum inſerentes. Verùm propria & fructifera omni ſtudio meliora reddentes.

Ioannes. Ego ſum uitis uera, & pater meus agricola eſt: omnem palmitem in me Cap.15.
non ferentem fructum tollit, & omnem qui fert fructum purgat, ut fructum copioſiorem afferat.

Ad Corinth.1. Ego plantaui, Apollo rigauit, ſed Deus augmentum dedit. 1.Cor.3.

Summæ LXXX Cap. XXI.

Velut diſpenſatores templi Dei, cōponentes uniuſcuiuſq; animā, ut congrua ſit fundamento apoſtolorum & prophetarum. Ad Corinth.1. Iuxta gratiā Dei quę data eſt mihi, uelut ſapiens architectus fundamentū poſui: alius aūt superædificat unuſquiſq; autem uideat quomodo ſuperædificat. fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere, preter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Ad Epheſ. Ergo iam non e- Cap.2.
ſtis hoſpites & aduenę, ſed conciues ſanctorū, & domeſtici Dei, ſuperędificati ſuper fundamentum apoſtolorum & prophetarum, exiſtente ſummo angulari lapide Chri-

ſto Ieſu Domino noſtro, in quo omnis ædificatio congrua facta, creſcit in templum
ſanctum in Domino, in quo & uos coædificamini in habitaculum Dei in ſpiritu.

Summæ LXXX. Cap. XXII.

Quid eſt proprium Chriſtiani? fides per charitatem operans. Quid eſt proprium
fidei? Indiſcreta certitudo ueritatis uerborum diuinorũ, quę nulla ratiocinatione, neq;
ex naturali neceſsitate inducta, neq; ad pietatem efformata, concutitur. Quid eſt pro-
prium credentis? In tali certitudine coaffici ad potentiam dictorum, & nihil audere
reprobare, aut inſuper addere. ſi enim omne quod non ex fide eſt, peccatum eſt, uelut
Rom.10. Apoſtolus ait, Fides autem ex auditu eſt, auditus autem per uerbum Dei: omne quod
extra diuinitus inſpiratam Scripturam non ex fide eſt, peccatum eſt. Quid eſt propriũ
charitatis erga Deum? Seruare mandata ipſius ſecundum ſcopum gloriæ eius. Quid
eſt proprium charitatis erga proximum? Non quærere quæ ſua ſunt, ſed eius qui dili-
gitur, ad utilitatem animæ ac corporis. Quid eſt proprium generati ex aqua? Quem-
Rom.6. admodum Chriſtus mortuus eſt peccato ſemel, ſic etiam ipſum mortuum eſſe, & im-
mobilem ad omne peccatum: iuxta id quod ſcriptum eſt. Quicunq; baptizati ſumus
in Chriſtum Ieſum, in mortem ipſius baptizati ſumus. Sepulti igitur ſumus cum ipſo
per baptiſma in mortem, illud ſcientes, quod uetus noſter homo ſimul crucifixus eſt,
ut aboleretur corpus peccati, ut nos non amplius peccato ſeruiremus. Quid eſt pro-
prium generati ex ſpiritu? ut fiat illud pro data menſura, quod eſt id ex quo natus eſt,
Ioan.3. uelut ſcriptum eſt. Quod natum eſt ex carne, caro eſt, & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpi-
ritus eſt. Quid eſt proprium ex ſupernis nati? Exuere ueterem hominem cum actibus
ſuis ac concupiſcentijs, & induere nouum, qui renouatur ad agnitionem ſecundum
Gal.3. imaginem eius qui creauit ipſum, iuxta id quod dictũ eſt: Quicunq; in Chriſtum bap-
tizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Quid eſt proprium Chriſtiani? purum eſſe ab omni in-
quinamento carnis & ſpiritus in ſanguine Chriſti: perficere aũt ſanctificationem in ti-
more Dei & dilectione Chriſti, & non habere maculam aut rugam, aut quid huiuſmo-
di, ſed eſſe ſanctum & immaculatum, & ſic edere corpus Chriſti & bibere ſanguinem.
1.Cor.11. Qui enim edit & bibit indignè, iudicium ſibijpſi edit & bibit. Quid eſt proprium edẽ-
tium panem, bibentium poculum Dei? Memoriam ſeruare perpetuam eius qui pro
nobis mortuus eſt & reſurrexit. Quid eſt proprium ſeruantiũ talem memoriam? Non
Mat.5. amplius ſibijpſis uiuere, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt & reſurrexit. Quid eſt propri-
um Chriſtiani? Vt abundet iuſticia ipſius in omnibus, plus quàm ſcribarum & phari-
ſæorum, iuxta menſuram doctrinę in euangelio Domini. Quid eſt proprium Chriſti-
ani? Diligere inter ſe mutuò, uelut & Chriſtus dilexit nos. Quid eſt proprium Chri-
ſtiani? Proſpicere Dominum in conſpectu ſuo ſemper. Quid eſt proprium Chriſtia-
Mat.24. ni? Singulis diebus ac horis uigilare, & in perfectione complacentiæ erga Deum pa-
ratum eſſe, ſcientem quod qua hora non putat, Dominus ueniet.

DIVI BASILII MAGNI, QVAESTIONES DIFFVSE EX-
plicatæ, Iano Cornario medico phyſico interprete.

QVandoquidem per gratiam Dei, in nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti ſimul
conuenimus nos, qui unum & eundẽ uitæ ſecundum pietatem, ſcopum,
propoſitum habemus: & uos quidem clarè oſtẽditis uos cupidos eſſe di-
ſcendi aliquid eorum quę pertinent ad ſalutem, mihi uerò neceſsitas in-
Act.20. cumbit ut iuſticias Dei annunciẽ, quũ nocte ac die memor ſim Apoſtoli
dicentis, per triennium totum nocte ac die nõ ceſſaui cũ lachrymis admonere unum-
quemq; ueſtrum: tempus autẽ præſens conuenientiſſimum ſit, & locus hic ſilentium
præbeat, & omnem uocationem ab externis tumultibus, ſimul oremus inter nos, quo
nos quidem oportunè conſeruis noſtris frumenti demenſum demus: uos aũt accepto
ſermõe, uelut bona terra perfectũ & multiplicẽ in iuſticia fructum reddatis, ueluti ſcri-
ptum eſt. Adhortor igitũ uos per dilectionem Dñi noſtri Ieſu Chriſti, qui ſeipſum ꝑ no-
bis dedit, attingamus aliquãdo curã animarum noſtrarum, triſtemur ob uanitatẽ præ-
greſſæ uitæ, decertemus ꝑ futuris ad gloriã Dei, & Chriſti ipſius, & adorãdi ac ſancti

ſpiritus

ſpiritus, ne in ſegnicie ac exolutione hac perſeuerantes, & præſens ſemper per negligentiam amittentes, in craſtinum uerò & cõſequens, principiũ operum differẽtes, deinde aſſumpti ab eo q repoſcit animas noſtras, impręparati bonis operib. à gaudio ſpõſi eijciamur: tarde aũt & fruſtra poſtea ploremus, malè dimiſſum uitæ tẽpus tunc lugẽtes, quum nihil amplius pœnitentib. profuerit. Nunc tempus acceptabile, inquit Apoſtolus, nunc dies ſalutis: hoc eſt ſeculum pœnitentiæ, illud retributionis: hoc operationis, illud mercedis: hoc patientiæ, illud conſolationis. Nunc auxiliarius eſt Deus eorũ qui à uita malè ſe cõuertunt. Tunc horrendus & infallibilis humanarum actionum ac cogitationum examinator. Nunc longanimitate fruimur, tunc iuſtũ iudicium cognoſcemus, quum reſurgemus alij ad ſupplicium ęternum, alij ad uitã æternam: & accipiet unuſquiſq; ſecundum actionem ſuã. Ad q tempus differimus obedientiã Chriſti, q uocauit nos ad cœleſte regnum ſuum? non reſipiſcemus? nõ reuocabimus noſipſos à cõſueta uita, ad euangelij ſinceritatem? nõ ob oculos aſſumemus diem Dñi horrendã illam ac illuſtrem? in qua eos quidem qui ad dextram Dñi per operationes accedunt, regnum cœlorum ſuſcipiet: uerùm ad ſiniſtram ꝓpter bonorum operum ſolitudinem detruſos, gehenna ignis & tenebræ ęternæ occultabunt. Illic erit, inquit, fletus & ſtridor dentiũ. Ad nos regnum quidẽ cœlorũ nos cõcupiſcere dicimus. Verũ eorum per quæ ipſum aſſequi licet, nullã curã habemus. Sed nullum laborẽ pro mãdato Dñi ſubeuntes, ęquales honores ac pręmia cũ his q uſq; ad mortẽ peccato reſtiterunt, in uanitate mentis noſtræ nobis cõpromittimus. Quis in tempore ſementis domi deſidens, aut dormiens, inſtãte meſſe ſinũ manipulis impleuit? Quis uindemiauit uineã nõ à ſe plantatã? Illorũ ſunt fructus quorum & labores: præmia & coronę eorum q uicerunt, ſunt. Quis coronat eũ qui neq; exuit ſe cõtra aduerſarium? quãdo nõ uincere oportet ſolũ, ſed etiã legitimè decertare, uelut Apoſtolus ait, hoc eſt, ne pauliſper quidẽ præcepta prętergredi, Sic aũt ſingula facere, uelut nobis pręceptũ eſt. Beatus em̃, inquit, ſeruus ille, quẽ reuerſus Dñs inueniet, nõ facientẽ ꝓut cõtigit, ſed facientẽ ſic. Et ſi recte qdem obtuleris, nõ recte aũt diuerſeris, peccaſti. Nos aũt unum aliquod pręceptũ nos feciſſe putãtes, nõ em̃ dixerim facientes, omnia enim inter ſe cohærent iuxta ſanũ doctrinę ſcopum, ut uno exoluto neceſſe ſit etiã alia ſimul exolui, nõ ꝓpter omiſſa irã expectamus, ſed ob id q̃d perpetrauimus, uidelicet pręmia præſtolamur. Qui ex decẽ talentorum depoſito, unum fortè aut duo detinuit, reliqua uerò rependit, nõ cãdidus propter plurium perſolutionem decernit̃, ſed iniuſtus & auarus ob pauciorum ablationem cõuincitur. Quid aũt dico ablationem? quãdo is cui unum talentum cõcreditum fuit, deinde illud ipſum totum integrũ reddidit q accepit, ꝓpterea quòd nihil per datum lucratus eſt, cõdemnatur. Qui per decennium patrẽ ueneratus eſt, & unã poſtea ſolam plagã incuſſit, nõ ut benefactor celit̃, ſed ut patricida condẽnatur. Euntes, inqt, Dñs, docete omnes gentes, docẽtes ipſos, nõ hęc quidem ſeruare, alia uerò negligere, ſed ſeruare omnia quę pręcepi uobis. Et Apoſtolus cõſequenter ſcribit, Nullã in nulla re dantes offenſionem, ut ne uituperet̃ miniſteriũ, ſed in omnib. exhibentes uoſipſos uelut Dei miniſtros. Si em̃ nõ omnia nobis ad ſalutis ſcopũ neceſſaria eſſent, nõ utiq; omnia mãdata ſcripta fuiſſent, neq; ſanè omnia neceſſariò ſeruari ſancita fuiſſent. Quæ fuerit mihi utilitas aliorum recte factorum, ſi ob fratrem fatuum appellatum, gehennę reus futurus ſum? Quæ em̃ eſt utilitas libertatis à multis impetratæ, ei qui ab uno detinet̃ in ſeruitute? Qui em̃ facit peccatum, inquit, ſeruus eſt peccati. Quod uerò lucrum eſt, affectus expertẽ eſſe in multis, ei qui ab uno affectu corpore corrumpit̃? Itaq; dicit quiſpiam, multitudines Chriſtianorum nõ ſeruantes omnia mandata, inutilem habebunt aliquorum obſeruationem? Ad hoc B. Petri meminiſſe profuerit, qui poſt tot recte facta, & tales beatificationes, ob unum ſolum audit: Niſi lauero te, non habes partem mecum. Omitto autem dicere, quod neq; illud ipſum ſegniciei neq; contemptus habebat indicationem, ſed honoris & reuerentiæ ſignificatio erat. Atqui dixerit quis, ſcriptum eſt, Omnis qui inuocabit nomen Domini, ſaluabitur, quare ſufficit etiam ipſa inuocatio nominis Domini ad ſaluandum inuocantem. Verùm audiat etiam hic Apoſtolũ dicentem. Quomodo igitur inuocabunt in quem nõ crediderũt. Si uerò credis, audi Dñm dicentem: Non omnis qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in

Mat.25.
2.Cor.6.
2.Tim.2.
Luc.12.
Mat.28
Ioan.13.
Iohel 2.
Rom.10.

bit in regnum cœlorum,ſed qui facit uoluntatem patris mei qui in cœlis eſt:quãdo ſa
nè & is qui uoluntatem Dñi operatur,non autem quemadmodum uult Deus, neq; in
affectu dilectionis erga Deum hoc facit,inutilem habet operis diligentiã,iuxta ipſius
adeò Dñi noſtri Ieſu Chriſti uocem,dicentis quod faciunt ad hoc ut ſpectent ab homi
Mat.6. nibus:Amen dico uobis,habent mercedem ſuã. Vnde Paulus apoſtolus eruditus eſt
1.Cor.13. dicere. Etiãſi omnia bona mea in alendos pauperes diſtribuero, & ſi tradidero corpus
meum ut exurar,charitatem aũt nõ habuero,nihil utilitatis capio. In ſumma porrò tres
has differentias affectionis ad inexcuſabilem obedientię neceſſitatem ego eſſe uideo.
Aut.n.timentes pœnas à malo declinamus, & in affectu ſeruili ſumus. Aut lucrum ex
mercede perſequentes,noſtræ ipſorũ utilitatis gratia mãdata explemus, & iuxta hoc
mercenarijs ſimiles ſumus. Aut ,ppter ipſam honeſtatem & charitatẽ erga eum qui no
bis legem dedit gaudẽtes,ꝙ adeò glorioſo & bono Deo ſeruire digni facti ſumus. Et
ſic in filiorum affectu ſumus.Neq; igit̃ is qui in timore mãdata perficit,et ſemper ſegni
ciei pœnã reſpicit,alia ipſi præcepta faciet,alia negliget,ſed ultionem ob omnem ino-
bedientiã æqualiter ſibijpſi horrendã ſuſpicabit̃. Et propterea beatus prædicatur qui
omnia reſpuit ,ppter pietatem & firmus ſtat in ueritate,potens dicere: Prouidebã Do
Pſal.15. minum in conſpectu meo ſemper,quoniã à dextris meis eſt,ne cõmouear:ut qui nihil
Pſal.1. uelit negligere ex his quæ facere oportet. Et beatus uir qui timet Dñm, Cur? quia in
mãdatis eius uolet nimis.Nõ igit̃ eſt timentium præterire aliquid præceptorũ,aut ne-
gligenter facere.Sed neq; mercenarius trãſgredi quicquã ex pręceptis uolet.Quomo
do.n.feret mercedem culturæ uineæ,ſi nõ omnia quæ cõpetunt impleuit? Nã ſi unum
quiddã neceſſariorum defecerit,inutilem ipſam poſſeſſori reliquit.Quis igit̃ adhuc de
Ephe.4. trimenti mercedem perſoluet ei qui iniuriã fecit? Tertium erat miniſterium ſecundum
charitatem.Quis igitur filius patris complacentiã habens,in maiorib.ipſum exhilarãs,
minutiſſimorum gratia triſticia afficere uolet? & multò magis ſi Apoſtoli memor fue-
rit dicentis:Et nolite triſticia afficere ſpiritũ ſanctum Dei, in quo obſignati eſtis.Qui
igitur plurima mãdata tranſgrediuntur,in qua parte locari uolunt? neq; uelut patri mi
niſtrantes Deo,neq; uelut magna promittenti obedientes,neq; uelut Dño ſeruientes.
Mal.1. Si enim pater ſum,inquit,ego,ubi eſt gloria mea? Et ſi Dñs ſum ego, ubi timor meus?
Nã qui timet Dñm,in mãdatis eius uolet nimis. Verùm per tranſgreſſionem legis De
um,inquit,ignominia afficis.Quomodo igitur quum uoluptariã uitã ei quæ iuxta mã
data degitur præferamus,uitæ beatitudinem, & equalem cum ſanctis conuerſationẽ,
& læticias cum angelis in facie Chriſti,nobiſipſis cõpromittimus.Pucrilis reuera men
Iob .1. tis tales ſunt imaginationes.Quomodo ero cum Iob,qui neq; uulgarem afflictionem
2.Reg.23. cum gratiarum actione ſuſcepi? Quomodo cum Dauid, qui neq; aduerſus hoſtem
Dan.6. patienter diſpoſitus fui? Quomodo cum Daniel,qui neq; cum aſſidua continentia &
ſedulis precib.Deum requiſiui? Quomodo cum ſingulis ſanctis,qui neq; ueſtigijs i-
pſorum ingreſſus ſum? Quis adeò nullo iudicio præditus eſt præmiorum in certami-
nibus diſtributor,ut æqualib. coronis dignetur uictorem & eum qui non decertauit?
Quis exercitus dux ad ſpoliorum portionem, ex æquo cum uictorib. eos qui neq; in
pugna cõparuerunt,uocauit? Bonus eſt Deus,ſed & iuſtus. Iuſti aũt eſt retributio pro
Pſal.124. merito,uelut ſcriptum eſt:Benefac Dñe bonis & rectis corde,declinantes aũt in obla-
tiones,abducet Dominus cum operantibus iniquitatem.Miſericors eſt, ſed & iudex.
Pſal.83. Diligit enĩ,inquit,miſericordiã & iudicium Dominus.Quapropter dicit, Miſericor-
Pſal.100. diã & iudicium cãtabo tibi Domine.Didicimus ergo quorum eſt miſericordia,Beati
enim,inquit,miſericordes,quia ipſi miſericordiã inuenient. Vides quomodo diſcretè
utatur miſericordia? neq; citra iudicium miſericors exiſtens, neq; citra miſericordiam
Mat.5. iudicans.Miſericors enĩ Dñs & iuſtus.Ne igitur ex dimidio Deum cognoſcamus,ne-
que occaſionem ſegniciei benignitatem eius arripiamus: propter hoc tonitrua,pro-
pter hoc fulmina,ut ne cõtemnatur bonitas.Qui ſolem oriri facit,etiã cęcitatem con-
demnat.Qui imbrem dat,etiã ignem madefacit.Illa bonitatis ſunt,hæc ſeueritatis:aut
propter illa diligamus,aut propter hæc timeamus,ut ne & nobis dicatur:Aut diuitias
bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis contemnis? ignorans quòd bonitas
Dei ad pœnitentiam te ducit? Sed iuxta duriciam tuam & cor impœnitens,colligis
tibijpſi

ſibi iram in die iræ. Quandoquidem igitur neq; poſſibile eſt ſaluari non facientes opera iuxta præceptum Dei, neq; negligere aliquid præceptorum periculo uacat: ingens enim elatio eſt, nos iudices legiſlatoris conſtitui, & alias quidem leges probare, alias uerò prætermittere: age ſanè nos pietatis decertores, qui quietã & à negocijs remotam uitam, uelut obſeruationis euangelicorũ dogmatum adiutricem colimus, cõmunem curam ac conſilium proponamus, quo nihil ex pręceptis nos effugiat. Si enim perfectum eſſe oportet Dei hominem, uelut ſcriptum eſt, & in ſuperioribus ſermonib. demonſtrauimus, neceſſarium eſt omnino per omne mandatum abſolutum eſſe, ad menſuram ſtaturæ atq; ętatis perfectionis Chriſti. Quum uerò etiam iuxta diuinam legem, etiamſi purum ſit, quod mutilatum eſt, inacceptabile eſt Deo ad ſacrificium, quocunq; igitur unuſquiſq; ſe indigere putarit, hoc ipſum in communem conſiderationẽ proponat: facilius enim utiq; in ſedula plurium perſcrutatione, quod latet, inueniri poterit, Deo nimirum, iuxta promiſsionem Domini noſtri Ieſu Chriſti, largiente nobis eius quòd quærimus inuentionem, per ſancti ſpiritus doctrinam ac cõmonefactionẽ. Quemadmodum igitur mihi neceſsitas incumbit, & uæ mihi propoſitum eſt, ſi non euangelium prædicem: Sic etiã uobis ęquale inſtat certamen pigreſcentibus ad examinationem, aut leuiter exolutéq; ad eorum quæ traduntur conſeruationem, & per opera impletionem, affectis: propterea quòd Dominus, inquit, Sermo quem locutus ſum, ille iudicabit ipſum in extrema die. Et ſeruus qui quidem non nouit uoluntatem Domini, facit autem digna plagis, paucas plagas accipiet. Qui uerò nouit & non fecit, neque parauit ſe ad uoluntatem eius, multas accipiet. Præcemur itaq; ut mihi miniſteriũ uerbi irreprehenſibile, & uobis doctrina frugifera cõtingat. Itaq; tãq; ſcientes quod nobis diuinæ Scripturę ſermones in faciem præſentes ſiſtentur, corã tribunali Chriſti, Redarguam enim te, inquit, & producam in faciem tuam peccata tua: Sic & ſobriè attendamus his quæ dicuntur, & ad opus producere diuina dogmata ſtudioſè feſtinemus, qui neſcimus qua die aut hora Dominus noſter ueniet.

QVAESTIONVM, SIVE INTERROGATIONVM AC REſponſionum diffuſe tractatarum, ab exercitatoribus pietatis ac diuo Baſilio, capita hæc ſunt.

De ordine ac conſequentia in mandatis Domini. Quæſtio I.
De dilectione erga Deum, & quòd ſecundum naturam in hominib. eſt inclinatio, ac uis ad mandata Domini. II.
De dilectione proximorum. III.
De timore Dei. IIII.
De mentis ſedula intentione. V.
Quòd neceſſarium eſt priuatam in ſeparata domo uitam degere. VI.
Quòd oportet cum conſentientibus nobis uitam agere, ad ſcopum complacentiæ erga Deum, & quòd difficile eſt ſimulq; periculoſum ſolum degere. VII.
De renunciatione. VIII.
Quòd nõ oportet cognatis ſecundũ carnẽ dimittere ea quę ad ſe pertinent. IX.
Quos oporteat ex accedentib. ad uitã ſecundũ Deũ ſuſcipere, & quãdo, aut qnõ. X.
De ſeruis. XI.
Quomodo oportet coniugatos ſuſcipere. XII.
Quòd utilis eſt his qui introducuntur, etiam exercitatio per ſilentium. XIII.
De his qui ſeipſos Deo deſponderunt, & deinde profeſſionem irritam facere aggrediuntur. XIIII.
De puerorum aſſumptione ac inſtitutione, & de uirginum profeſſione. XV.
De continentia. XVI.
Quòd oportet etiam à riſu abſtinere. XVII.
Quòd oportet omnia appoſita nobis deguſtare. XVIII.
Quæ ſit menſura continentiæ. XIX.
Quis ſit modus excipiendi in cibis. XX.
Quomodo oportet ſe circa ſedes & accubitus in tempore prandiorum aut cœnarum habere. XXI.

Quòd ſit conueniens indumentum Chriſtiano. XXII.
De zona. XXIII.
De modo mutuæ conuerſationis. XXIIII.
Quòd horrendum imminet iudicium præfecto peccantes non coarguenti. XXV.
Quòd oportet omnia, etiam occulta cordis referre ad præfectum. XXVI.
Quòd oportet etiam præfectum commonefieri à præminentibus in fraternitate, ſi quando erret. XXVII.
Quomodo oportet affici omnes erga inobedientem. XXVIII.
De eo qui cum elatione aut murmuratione operatur. XXIX.
Quo affectu oportet præfectum fratrum curam gerere. XXX.
Quòd oportet ſuſcipere exhibitum à præfecto miniſterium. XXXI.
Quomodo oportet erga cognatos ſecundum carnem affici. XXXII.
Quis modus ſit congreſſus ad ſorores. XXXIII.
Quales oportet eſſe eos qui res neceſſarias in fraternitate diſpenſant. XXXIIII.
An oporteat in eodem pago plures fraternitates congregare. XXXV.
De ſecedentibus à fraternitate. XXXVI.
An oporteat prætextu orationũ & pſalmodiæ, negligere opera, & quæ tempora orationi ſint apta, & primùm an oporteat operari. XXXVII.
Quæ artes profeſſioni noſtri conueniunt. XXXVIII.
Quomodo oporteat facere uenditionem eorum quæ per operationem effecta ſunt, & quomodo perigrinari. XXXIX.
De negociationibus in conuentibus. XL.
De autoritate & obedientia. XLI.
Quo ſcopo & quo affectu operantes operari oportet. XLII.
Quales oportet eſſe præfectos, & quomodo gubernare conuentum. XLIII.
Quibus permittere oportet peregrinationes, & quomodo ipſos ubi reuerſi ſunt percunctari. XLIIII.
Quòd oportet poſt præfectum, etiam alium aliquem eſſe qui poſſit in abſentia aut occupationibus illius, fratrum curam gerere. XLV.
Quòd non oportet occultare peccatum fratri aut ſibijpſi. XLVI.
De his qui non ſuſcipiunt ea quæ à præfecto expreſſa ſunt. XLVII.
Quòd non oportet curioſum eſſe de diſpenſatione ac gubernatione præfecti, uerùm proprio operi intentum eſſe. XLVIII.
De controuerſiam patientibus in fraternitate. XLIX.
Quomodo oportet increpare præfectum. L.
Quomodo oportet corrigere delictum eius qui peccauit. LI.
Quomodo affectum oporteat ſufferre pœnas. LII.
Quomodo artium doctores corrigent pueros peccantes. LIII.
Quòd oportet præfectos fraternitatis res ad ſeipſos pertinentes, mutuo inter ſe conferre. LIIII.
An medicina uti, iuxta ſcopum ſit pietatis. LV.

QVAESTIO I.

Quãdoquidẽ dedit nobis ſermo tuus poteſtatẽ interrogandi, primũ omniũ doceri auemus, an ordo aliqs ſit & cõſequentia in mãdatis Dei, ut aliud ſit primũ, aliud ſecundũ, & ſic deinceps. Aut om̃ia inter ſe cohæreãt, & omnia inter ſe ęqualia ſint pro principatus ratione, ut integrũ ſit uolenti, uelut in circulo, initium ſumere unde uelit.

Reſponſio.

QVeſtio ueſtra uetus eſt, & olim in euãgelijs declarata, quãdo legiſperitus aggreſſus Dñm, Magiſter, inqt, ꝙ eſt primũ in lege mandatum? & Dñs reſpõdit: Diliges Dñm Deũ tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis uirib. tuis, & ex tota mẽte tua. Hoc eſt primũ & magnum mandatum, ſecundum aũt ſimile ei: Diliges proximum tuũ ſicut teipſum. Ipſe igitur Dominus ſuis mandatis ordinẽ impoſuit, Primo & maximo mãdato de dilectione erga Deũ decreto, Secũdo uerò ex ordine ac ſimili illi, imò prioris cõpletiuo & ex ipſo depẽdente, de diligendo proximo. Quare ex relatis

relatis,& alijs huiuſcemodi in diuinitus inſpiratis Scripturis prolatis, ordinem ac con
ſequentiam in omnibus mandatis Domini diſcere licet.

Quæſtio II.

Itaq; de dilectione erga Deum primũ nobis diſſere: Nam quod diligere opor
tet audiuimus,quomodo aũt hoc rectè fieri poſſit,diſcere expetimus.

Reſponſio II.

INdocta eſt & abſq; doctrina cõtigit dilectio erga Deũ.Neq; em̃ luce gaudere,& ui
tã aſſerere ab alio didicim9:neq; diligere parẽtes aut nutritores alius docuit.Sic igit̃
aut etiã multo magis,diuini deſiderij diſciplina nõ extrinſecus cõtingit,ſed ſimul cum
cõſtitutione animalis,hominis inquã,ſeminaria quędã ratio in nobis fũdata eſt domi,
& intra ſe habens occaſiones familiaritatis ad diligendum: q̃ ipſam rationem ubi do-
ctrina mandatorũ Dei aſſumpſit,excolere cũ diligentia,& educare cum ſcientia,& ad
perfectionem perducere per gatiã Dei ſolet.Quapropter & nos ſtudium ueſtrũ uelut
neceſſarium ad ſcopũ amplexi,Deo dante,& uobis in orationib. ſimul nos adiuuãtib.
occultatam in nobis ſcintillam diuini deſiderij,iuxta datam nobis per ſpiritũ facultatẽ
excitare conabimur.Itaq; ſcire oportet,ꝙ hoc quidem unum eſt rectè factum , uerùm
potentia omne mandatum perficit ac complectitur. Qui enim diligit me,inquit,Dñs, Ioan.14.
mandata mea ſeruabit.Et rurſus:In his duob.mandatis tota lex & prophetæ pendent. Mat.22.
Et non nunc exactè rationem adoriri tentabimus : Sic enim non animaduerteremus
nos omnem de mandatis rationem in parte ad circulũ redigere: Sed quantum compe
tens nobis,& præſenti ſcopo ac intentioni proprium eſt,uos cõmonefaciemus,de ea
quæ debet̃ à nobis Deo dilectione : ubi illud prius dixerimus,quod omnium datorũ
nobis à Deo mandatorũ , etiam uires ab ipſo antea accepimus:ut neq; ægreferamus,
tanq̃ nouũ quiddam à nobis exigat̃,neq; efferamur,uelut amplius quid eo quod no-
bis datum eſt conferentes. & per has uires rectè quidem ac conuenienter operantes,
uitam ſecundum uirtutem piè complemus:corrumpentes aũt ipſarum operationem,
ad uitium deferimur.Et eſt hæc uitij definitio,malus & prauus præter mandatum Dñi
uſus eorum quæ in bonum nobis à Deo data ſunt:quemadmodum ſanè uirtutis quę à
Deo requiritur,uſus eorundẽ ex bona conſcientia ſecundum Dñi mandatum.Hoc au
tem quum ita ſe habeat,idem etiam de dilectione dicemus. Quũ itaq; mandatum ac-
ceperimus diligendi Deũ,diligendi uim ac facultatẽ ſtatim cum prima conſtructione
fundatã in nobis adepti ſumus:& demonſtratio ipſa non cõtingit forinſecus , ſed quiſ
què hoc à ſeipſo & in ſeipſo diſcere poterit.Bonarũ enim ac pulchrarũ rerum naturali-
ter cupidi ſumus,etiãſi maximè aliud alij bonum ac pulchrum uidetur: & amorem er-
ga familiare ac cognatũ citra doctrinam habemus:& benefactorib. ultrò omnem be-
neuolentiã rependimus.Quid igitur diuina pulchritudine magis admirandũ eſt? quę
notio magnificentia Dei gratior? quale animæ deſideriũ ita acre ac intolerabile eſt,ue
lut ꝙ à Deo animæ ab omni uitio purgatæ accedit? & ei quæ ex uero affectu dicit,ſau- Cant.4.
ciata ſum ego dilectione? ineffabiles penitus ſunt & inenarrabiles diuinæ pulchritudi
nis fulgores,non declarat oratio,non ſuſcipit auris:etiamſi luciferi ſplendores dixeris,
& lunæ claritatem,& ſolis lumen,omnia uilia ſunt ad cõparationem gloriæ,ac ampli-
us deficientia à uerę lucis collatione,quàm profunda nox,triſtiſq; ac illunis,à clariſſi-
ma meridie.Hæc pulchritudo carneis quidẽ oculis conſpici nõ poteſt,uerũ à ſola ani-
ma ac mẽte comprehendit̃:quæ ſi fortè aliquẽ ſanctorum circumfulſit, & intolerabilẽ
deſiderij ſtimulum in ipſis reliquit,mœrentes illi ad præſentem uitã dixerunt:Hei mi- Eſa.59.
hi quia cohabitatio mea elongata eſt,quando ueniã & uidebo faciẽ Dei.Et diſcedere Phil.1.
& eſſe cũ Chriſto multo magis præſtat.Et Sitiuit anima mea ad Deum fortem,uiuum. Pſal.41.
Et,nunc dimittis ſeruum tuũ Dñe:uelut carcere hac uita grauati.ita ægrè contineri im Luc.2.
petus eorum potuit,quorũ animas diuinum deſiderium attigit: qui ſanè ob inſatiabili
tatem ſpeculationis diuinæ pulchritudinis,preces ad omnem æternam uitã fuderunt,
ut coextenderetur ſpeculatio iucũditatis Dñi:Sic quidẽ igitur naturaliter cupidi ſunt
rerũ pulchrarũ homines:propriè aũt pulchrum & dilectum eſt bonum , bonus aũt eſt
Deus.Bonũ aũt omnia appetunt,Deum igit̃ omnia appetunt. Quare quod expropo
ſito rectè fit,etiã naturaliter nobis in eſt,ꝗ nõ ex prauitate peruerſas cogitationes ha-
bemus,

bemus.Neceſſariũ igitur debitum dilectionis erga Deum à nobis exigit,quod intole
rabiliſsimũ omniũ malorum animæ deſtitutę exiſtit. Nã abalienatio & auerſio à Deo,
etiã pœnis futuris in gehēna intolerabilior eſt,& grauior ei qui patitur, ꝙ oculo lucis
priuatio,etiãſi dolor non adſit,& animali priuatio uitę.Si uerò & genitoribus natura-
lis amor à genitis contingit,& declarat hoc tum brutorũ habitus,tum hominum circa
primã ætatem erga matres affectus,ne uideamur rationis magis expertes ꝙ infantes,
neq; beſtijs feriores,ſine amore & ab alienato animo erga eũ qui fecit nos affecti. Quē
etiam ſi ex bonitate nõ agnoſceremus,ob id ſolum quòd ab ipſo facti ſumus, diligere
& amare excellenter debemus,& ex memoria ipſius perpetuò pēdere, uelut ex matri
bus infantes. Pręſtantior eſt aũt his qui naturaliter diliguntur benefactor,& hic non
hominum ſolum ꝓprius eſt,ſed omnium ferè animantium affectus, coniunctio uideli
Eſa.1. cet ad eos q aliquid boni dederũt.Cognouit,inquit,bos poſſeſſorem, & aſinus præſe-
pe Dñi ſui. Abſit autem ut de nobis dicantur ea quæ ſequuntur, nempe:Iſrael me non
cognouit,& populus me non intellexit. Nã de cane & multis alijs eiuſmodi, quid o-
pus eſt etiã dicere,quantã erga nutritores beneuolentiã oſtendũt? Si uerò beneuolen
tiã erga benefactores & amorē naturaliter elegimus,& omnē laborē ad retributionē
eorum quę nobis obtigerũt ſufferimus,quę oratio dona Dei pro merito explicare po
teſt? quorũ tãta multitudo eſt,ut numerũ effugiãt: tanta aũt magnitudo,atq; ea ipſa ta-
lia,ut etiã unũ ſufficiat,nos obnoxios in omnē gratiã largitori facere. Atq; alia quidem
omittã,quæ etiamſi per ſe ipſa excedunt magnitudine & gratia,tamē à maioribus,ue-
lut ſtellę à ſolis radijs ſuperata,gratiã ſuã obſcuriorē exhibent. Nõ enĩ eſt ociũ mihi ut
relictis excellentib. ex minorib. benefactoris bonitatē metiar. Sileantur itaq; ſolis or-
tus,& lunæ circuitus temperies aeries,temporũ uarietates,aqua è nubib. & alia ex ter
ra,ipſum mare,uniuerſa terra,quæ ex terra naſcunt̃, quę in aquis degunt,quæ in aere
genera,innumeræ animaliũ differentiæ , omnia ad miniſterium uitæ noſtræ ordinata:
uerùm illud neq; uolentib. præterire poſſibile eſt,& fieri quidem nequit,ut is qui ſana
mente præditus eſt,& rationis compos exiſtit,gratiã ac beneficium ſileat,dicere autē
aliquid pro dignitate magis impoſſibile exiſtit:Quod quum ſecundum imaginem ac
ſimilitudinem Dei fecerit hominē Deus,& ſuiipſius cognitione dignatus fuerit,& ra-
tione pręter omnia animantia exornarit,& ut in immēſis paradiſi pulchritudinib. deli
ciaret̃ exhibuerit,& uniuerſorum in terra principem conſtituerit, deinde deceptũ per
ſerpentem & collapſum in peccatum,& per peccatum in mortem , etiam quæ hoc di-
gna eſſent non neglexit:ſed primùm quidē legem in auxilium dedit, angelos in cuſto
diam ac curã conſtituit,prophetas ad coarguenda uitia miſit, & ad uirtutis doctrinã,
appetentias uitijs minis excidit,bonorum prõptitudinem promiſsionib. excitauit,fi-
nem utriuſq; ſæpenumero in diuerſis perſonis ad aliorum commonefactionē, antici-
pando manifeſtauit. Et poſt hęc & talia omnia perſeuerantes in inobedientia nõ auer
ſatus eſt. Non enim dimiſſi ſumus à bonitate Dñi, neq; dilectionē ipſius erga nos ex-
cidit ſtupiditas ad tanta bona ac præmia, quæ ipſum benefactorem contumelia affe-
cit:ſed reuocati ſumus ex morte, & uiuificati ſumus rurſus ab ipſo Dño Ieſu Chriſto,
in quo etiã modus beneficentiæ maius miraculum habet. In forma enim Dei exiſtens,
non rapinã arbitratus eſt,eſſe ſe æqualem Deo,ſed ſeipſum inaniuit,forma ſerui aſſum
pta,infirmitates noſtras ſuſcepit,& morbos portauit,& ꝓ nobis uulneratus eſt,ut uibi
ce ipſius nos ſanaremur,& ex maledictione nos exemit,fiens pro nobis maledictio:&
ignominioſiſſimam mortem ſubijt,ut nos ad glorioſam uitam reduceret:& non contē
tus fuit ſolum mortuus exiſtentes uiuificare, ſed etiã Deitatis dignitatem largitus eſt,
& requiem parauit æternam,omnē humanam cogitationem lætitia excedentem. Ipſe
uerò adeo bonus eſt,ut neq; retributionē exigat,ſed cõtentus eſt,ſi ſolũ modo diligat
propter ea quæ dedit. Quæ uniuerſa ubi mente recolo, (ut meum affectum eloquar)
in horrorē quendam ac horrendam animi emotionem delabor,ne quando ex inanim
aduertētia mentis,aut occupatione circa res uanas,à dilectione Dei elapſus,opprobri
um fiam Chriſto. Qui enim nũc decipit nos,& per mundanas in eſcationes,obliuionē
benefactoris nobis omni ſtudio inducere conatur, in perniciē animarum noſtrarum
nobis inſultans,& in oppropriũ nos inuadens,tũc afferet Dño noſtrum cõtemptum,
& glo-

& gloriabitur ob inobedientiã ac defectionẽ noſtrã, ꝙ neqꝫ qui cõdidit nos, neqꝫ qui
mortuus eſt pro nobis, habuerit nos ipſum ſequentes ob inobedientiã ac negligentiã
mandatorũ Dei. Hoc obprobriũ ꝙ eſt contra Dñm, & hæc iactantia inimici, gehennę
pœnis grauior mihi uidet, ut hoſti Chriſti materia iactantię fiamus, & elationis occa-
ſio, contra ipſum ꝗ pro nobis mortuus eſt & reſurrexit. Cui etiã ob id abundantius de
bitores ſumus, uelut ſcriptũ eſt. Et de dilectione quidẽ erga Deũ hactenus. Intentio e- 1. Cor. 7.
nim eſt non omnia dicere, impoſſibile enim hoc eſt: ſed in ſumma compendiariã com-
monefactionẽ, commonentem ſemper ut diuinum deſiderium animus inducat.

Quæſtio III.

Conſequens aũt fuerit de ſecundo & ordine & poteſtate mandato dicere.

Reſponſio.

QVòd quidẽ igit̃ lex facultatũ ſeminũ modo in nobis exiſtentium agricola eſt &
nutritor: in ſuperiorib. ſermonib. à nobis dictũ eſt. Quandoquidẽ igit̃ diligere Matth. 22.
ꝓximũ uelut noſipſos nobis pręceptũ eſt, cõſideremus an etiã uires ad huius mandati
expletionẽ à Deo habeamus. Quis igit̃ nõ nouit, ꝙ manſuetũ & ſociale animal eſt ho-
mo, nõ ſolitariũ, neqꝫ ferrum, Nihil enim adeo ꝓprium naturę noſtrę, uelut mutuo cõ
municare, & mutuo indigere, & quę eiuſdẽ generis ſunt diligere. Quorũ igitur ſemina
ipſe Dñs anticipatione facta nobis dedit, horum conſequenter etiã fructus requirit,
dicens: Mandatũ nouũ do uobis, ut diligatis uos mutuo: & ad hoc mandatũ excitare Ioan. 13.
uolens animã noſtrã, declarationẽ ſuorũ diſcipulorũ, non ſigna & admirabiles poten-
tias exegit: quanqꝫ & horum operationis efficaciam in ſpiritu ſancto largitus: Verùm
quid dicit? In hoc cognoſcent omnes ꝙ diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem inter uos mu
tuam habueritis. Atqꝫ ſic ubiqꝫ hęc mandata connectit, ut beneficentiã erga proximũ
in ſeipſum transferat. Eſuriui enim, inquit, & dediſtis mihi edere, &c. Deinde inducit: Matt. 25
Quantum feciſtis uni horũ fratrum meorum minimorũ, mihi feciſtis. Itaqꝫ per primum
quidem perpetrare licet etiã ſecundum: per ſecundum uerò rurſus redire ad primum,
& eum qui Dominũ diligit conſequenter diligere etiã proximũ: Qui enim me diligit Ioan 14.
dixit Dñs, mandata mea ſeruabit: Hoc eſt aũt, inquit, mandatum meũ, ut diligatis uos
mutuo, quemadmodum ego dilexi uos: & rurſus eum qui proximũ diligit, licet etiam
dilectionem erga Deum implere, ipſo in ſeipſum ſuſcipiente beneficiũ. Quapropter
fidelis ſeruus Dei Moſes, tantã oſtẽdit erga fratres dilectionem, ut etiam deleri uolue-
rit ex libro Dei in quẽ inſcriptus fuerat, ſi nõ peccati uenia populo data fuiſſet. Paulus
aũt anathema eſſe à Chriſto pro fratribus ſuis ſecundum carnem optare auſus fuit, cõ-
mutationem ſalutis omniũ, ad Domini imitationẽ, ſeipſum fieri uolens: ſimul aũt gna-
rus, quod impoſſibile eſſet abalienari à Deo, eum qui propter dilectionẽ erga ipſum,
pro maximo mandato beneficiũ à Deo amiſiſſet, & quod per multiplicia pro his quę
dedit recepturus eſſet. Veruntamen quo uſqꝫ ad hanc menſuram dilectionis progreſſi
ſint ſancti, ex relatis ſufficienter demonſtratum eſt.

Quæſtio IIII. De timore Dei.

HIs igitur qui recẽs introducuntur ad pietatem, proceſſus per timorem utilior eſt,
iuxta ſapientis Solomonis admonitionem, qui ait: Principiũ ſapientię timor Do Pro. 1.
mini. Vobis uerò uelut tranſgreſſis infantiam in Chriſto, non amplius indigentibus la
cte, ſed petentibus ſolido dogmatum alimento ſecundum internum hominem perfi-
ci, maioribus mandatis opus eſt, in quibus omnis ueritas dilectionis in Chriſto perpe
tratur: nimirum ut caueatis, ne fortè copia donorum Dei, grauioris condemnationis
uobis cauſa fiat, ſi erga benefactorem ingratorum modo affecti ſitis. Cui enim commi
ſerunt multum, inquit, ab ipſo abundantius exigent.

Quæſtio V. De mentis ſedula intentione.

ILlud tamẽ noſſe oportet, quod neqꝫ alterius alicuius mandati obſeruationẽ, neqꝫ ip
ſam erga Deũ dilectionẽ, neqꝫ erga proximũ, perficere poſſumus, aliàs circa alia mẽ
te diuagantes. Neqꝫ eñ artem aut ſcientiã exactè aſſequi poſſibile eſt, eum qui aliàs ad
aliam tranſit: Imò neqꝫ unam eſſe qui poterit, qui non ea quæ propria finis ſunt, cogno
uit. Oportet eñ conſequentes eſſe ad intentionẽ actiones, tanqꝫ nihil eorum quæ ſe-
cundum rationem ſunt, per impertinentia rectè peragatur, Nam neqꝫ fabrilis ferrariæ
finis

finis per figulinæ operã cõtingere ſolet,neq; coronæ athleticę ex tibia canendi ſtudio
acquiruntur,ſed unicuiq; fini proprius ac cõgruus labor requiritur.Quare etiam exer
citatio cõplacentiæ erga Deum ſecundũ euangelium Chriſti,in ſeceſſu à curis mundi,
& perfecta ab alienatione à diſtractionib. à nobis perficitur. Quapropter Apoſtolus
quum etiã conceſſæ ſint nuptiæ,& benedictione dignæ iudicatę, occupationes tamẽ
ab ipſis,oppoſuit curis circa Deũ, uelut non poſſit his inter ſe conuenire,dicens:Qui
1.Cor.7. uxorẽ non habet,curat quæ Dñi ſunt,quomodo Domino placeat. Qui uerò uxorem
duxit,curat quæ ſunt mũdi,quomodo placeat uxori.Sic etiã Dñs diſcipulis,poſt ſince
Ioan.15. ram & intentã affectionem, teſtimoniũ prębet dicens: Vos non eſtis ex hoc mundo,
& à contrario impoſſibile eſſe ut mũdus cogitationẽ Dei ſuſcipiat, & ſpiritũ ſanctum
Ioan.17. capiat teſtatus eſt.Pater enim inquit iuſtè,& mũdus te nouit, & ſpiritũ ueritatis quem
mũdus non poteſt capere.Exolui igit̃ oportet ex uinculis conſenſus uitæ, cum qui re
uera Deũ ſequi uelit:hoc aũt per perfectũ ſeceſſum,& obliuionẽ ueterum morũ pera-
Phil.3. gitur.Quare niſi abalienauerimus noſipſos & à cognatione carnali,& à ſocietate uitę,
uelut ad aliũ mundum per habitũ tranſgredientes,iuxta eũ qui dixit: Veſtra enim con
uerſatio in cœlis eſt:impoſsibile eſt nos aſſequi ſcopũ complacentiæ erga Deum,quũ
Luc.18. ſtrictè Dñs dixerit:Sic omnis ex uobis qui non renunciat omnib. poſſeſſionibus,non
poteſt meus eſſe diſcipulus.Hoc porrò ubi fecerimus,omni cuſtodia cor noſtrum ſer-
uare conuenit,ut ne quando cogitationẽ de Deo eijciamus,aut memoriã mirabilium
ipſius,uanis imaginationib.conſpurcemus, ſed per aſſiduam ac purã memoriam,ſan-
ctam Dei cognitionẽ animis noſtris uelut indelebile ſigillũ impreſſam circũferamus.
Sic enim nobis contingit dilectio erga Deum,ſimul excitans ad mandatorũ Domini
operationẽ,& ipſa rurſus ab illis conſeruatur ad durabilitatem ac perpetuitatẽ.Et hoc
Ioan.14. oſtendit Dominus aliquando dicẽs: Si diligitis me,mandata mea ſeruate:aliquando
Ioan.15. uerò,Si mãdata mea ſeruaueritis,manebitis in dilectione mea.Et adhũc grauius,quẽ-
admodum ego mandata patris mei ſeruaui,& in ipſius dilectione maneo.Ex q̃bus eru
dit nos,ut ſemper propoſito operi uoluntatẽ eius qui pręcepit uelut ſcopũ propona-
mus,& ſic ad ipſam ſtudium noſtrũ dirigamus:queẽadmodum etiã alibi dicit:Deſcen-
Ioan.6. di de cœlo non ut faciã uoluntatẽ meam,ſed uoluntatẽ eius qui miſit me patris.Quẽ-
admodũ enim artes in uita ſcopis quibuſdam proprijs ſibijpſis præfixis,conſequenter
ad illos particulares actiones coaptant:Sic etiã noſtris operib. uno termino ac regula
incumbente,ut mandata complacenter Deo faciamus, impoſsibile eſt aliter opus ex-
actè peragi,ſi nõ ad uoluntatẽ eius qui præcepit perficiatur.In exacto aũt ad uolũta-
tem Dei circa opus ſtudio coniungi Deo per memoriã contingit. Quemadmodũ enĩ
faber ferrarius in facienda,ſi ita cõtingat,aſcia,eius qui tradidit opus memor,ipſumq;
in animo ferens,& figuram illam & magnitudinem in animo uerſat,& ad uoluntatem
eius qui operam ſubiecit,dirigit.Si enim obliuiſcatur,aliud quid aut alienum faciet ab
eo quod propoſuit.Sic etiã Chriſtianus omnẽ actionẽ & paruam & maiorem ad uo-
luntatem Dei dirigens,ſimulq; actionẽ ſinceritate ornat,& præcipientis uoluntatem
Pſal.15. cõſeruat,& implet id quod dictũ eſt:proſpiciebã Dominũ in conſpectu meo ſemper,
quoniam à dextris eſt mihi ne cõmouear:& perficit id quod præceptũ eſt:Siue editis,
1.Cor.10. ſiue bibitis,ſiue aliud quid facitis,omnia in gloriam Dei facite.Qui uerò corrumpit in
operando mandati ſinceritatem,is manifeſtum facit ſe debilem eſſe circa memoriam
Hier.33. Dei.Memores igitur uocis eius qui dixit,Nõnne cœlũ & terrã ego impleo? dicit Do-
Hier.23. Act.17. minus,& eius,Deus propinquans ego ſum, & non qui procul eſt Deus. Et,ubi duo
aut tres congregati in nomine meo,illic ſum in medio ipſorum:omnem actionem ue-
lut ob oculos Domini fientem,& omnem cogitationem uelut ab ipſo inſpiciatur,per
ficere oportet.Sic enim & timor perpetuus inerit, odio habens iniquitatem,iuxta id
quod ſcriptum eſt,cõtumeliamq; ac claritudinem & uias malorum:& dilectio perfici
Ioan.6. tur,implens id quod à Domino dictũ eſt,Non quæro uoluntatem meam, ſed uolunta
tem eius qui miſit me patris:quũ in perpetua certitudine anima exiſtat, quod & bonæ
actiones iudici & præmiorũ uitę noſtrę datori gratæ ſint,& quòd contrarię per ſe cõ-
demnationẽ ſuſcipiũt. Arbitror autem unà cum hoc etiã illud perfici, quod neq; ipſa
mandata Domini ad placendũ hominibus fiant.Nemo enim in certitudine præſentię
potioris

portioris,ad inferiorẽ cõuertitur.Sed etiamſi cõtigerit ut id quod fit,celebriori perſo
nę gratũ ac placitũ ſit,inferiori uerò temerariũ ac repreh ẽſione dignũ uideatur,pluris
faciẽs prẹminẽtis approbationẽ,inferioris reprehenſionẽ contemnit.Si uerò inter ho
mines ſic res ſe habet.ipſa reuera ſobria ac ſana anima in certitudine præſentiæ Dei,
quãdo dimittẽs ad cõplacẽtiã Dei aliquid facere, ad glorias ab hominib. conuerte-
tur: quãdo uerò neglectis Dei prẹceptis,humanis morib. ſeruiet: aut à cõmuni anti-
cipatione ſuperabitur: aut etiam à dignitatib. animo flectetur: Talis affectus erat e-
ius qui dixit:Narrauerũt mihi iniqui fabulamẽta,ſed non ut lex tua Domine. Et rur-
ſus,Et loquebar in teſtimonijs tuis in conſpectu regum,& non confundebar. *Pſal.118.*

Quæſtio VI. Quòd neceſſarium eſt priuatam in ſeparata domo uitam degere.

PORrò confert ad ſedulam animę intentionẽ,etiam priuatã in ſeparata domo uitã
degere.Nam permixtã uitã, cum his qui citra timorem ac cõtemptim ad exactã
mandatorum obſeruationẽ affecti ſunt,agere nociuum eſt. Id quod etiã Solomonis *Pro.22.*
ſermo oſtẽdit,ita nos docẽs:Ne ſis amicus uiro iracũdo,amico aũt iracũdo ne cohabi
tes, ne forte diſcas uias ipſius,& accipias laqueos animę tuę:& illud,exite de medio *Num.16.*
ipſorũ & ſeparamini dicit Dominus,ad idẽ hoc pertinet.Quo igitur neq; per oculos
neq; per aures,irritamẽta ad peccatum ſuſcipiamus,& latẽter ipſi adſueſcamus,& ue-
lut formę quędam ac figurę eorum quę uidentur ac audiuntur, in anima permaneant
ad perniciẽ ac interitũ:& ut poſſimus perſeuerare in orationis intentione,ſeparemur
primùm priuata habitatione.Sic enim & pręgreſſos mores ſuperauerimus,in quib.a-
lieno à mãdatis Domini modo uiximus. Nõ paruum eſt autem hoc certamen,ſuam
ipſius conſuetudinẽ ſuperare.Cõſuetudo enim per longum tempus confirmata,natu
rę robur accipit.Sed & maculas ex peccato,per ſedulã orationem,& perſeuerantẽ uo
luntatum Dei meditationẽ,exterere poterimus,quam meditationẽ ac orationẽ inter
multos animam diſtrahentes.& occupationes rerum mundanarum inducentes,aſſe-
qui impoſſibile eſt.Et illud,ſi quis uult poſt me uenire,abneget ſemetipſum , quando *Mat.10.*
quis inter hos degẽs explere potuerit: oportet enim nos abnegatis nobiſipſis, & ſu-
blata cruce Chriſti,ſic ipſum ſequi.Abnegatio aũt ſuijpſius eſt perfecta præteritorũ
obliuio,& à uolũtatib. ſuis receſſus,quem in indifferente conſuetudine perficere diffi
cillimũ eſt,ut ne dicã impoſsibile.Sed & ad tollendã crucẽ ſuã, & ſequẽdũ Dominũ,
impedimẽto eſt permixtio ad eiuſmodi uitam.Nam pręparatio ad mortem pro Chri
ſto,& mortificatio mẽbrorũ in terra,& cõpoſitè ad omne periculũ pro nomine Chri-
ſti nobis accedens affectum eſſe,& erga pręſentẽ uitam nõ affectũ eſſe,hoc eſt crucẽ
ſuam tollere,ad quod magna impedimenta à cõmunis uitæ conſuetudine nobis acce
dere uidemus.Et ſuper omnia alia quæ multa ſunt,ad multitudinẽ delinquentiũ reſpi
ciẽs anima primũ quidẽ nõ habet occaſionẽ ut propia peccata ſentiat, & ſeipſam per
pœnitẽtiã ob delicta cõterat:uerũ in cõparatione deteriorũ etiã quandã recte facti i-
maginationẽ acquirit. Deinde pręe tumultib. & occupationib.quas cõmunis uita in-
ducere ſolet,à memorabiliore memoria Dei diſtracta,nõ ſolũ eius,ut gaudeat & exhi
laretur in Deo,damnũ patitur,itẽq; eius,ut delicietur in domino,& uerbis ipſius dul *Pſal.76.*
ceſcat,quo dicere poſsit:Memor fui Dei,& exhilaratus ſum,Et,Quàm dulcia gutturi *Pſal.149.*
meo oracula tua,ſuper mel ori meo:Sed etiã ad contemptũ & obliuionẽ iudiciorũ i-
pſius penitùs adſueſcit,quo nullum maius aut pernicioſius malum pati poſsit.

Quæſtio VII.

Quandoquidem igitur certiores reddit nos ſermo,periculoſam eſſe uitam
cum his qui contemptim ſe erga mandata Domini habent, conſequenter
diſcere audemus,an oporteat eũ qui ſeceſsit ab his, priuatim per ſeipſum
degere,aut cum conſentiẽtibus fratribus, & qui eundem pietatis ſcopum
delegerunt, uitam ducere.

Reſponſio.

AD multa utiliorem eſſe cõſidero uitã,quę ſimul cum pluribus degitur. Primùm
quod neq; ad corporis neceſsitates unuſquiſq; noſtrũ ſibijpſi ſufficit,ſed in rerũ
neceſſariarũ ſuppeditatione alter alterius auxilio opus habet.Quẽadmodũ enim pes

hanc quidem uim habet,alterius autem indignus eſt,& citra reliquorum membrorū auxiliū,neq; ſuam actionem potentē,aut ſibiipſi ſufficientē ad durabilitatem reperit, neq; ſolatium habet defectus:Sic etiā in ſolitaria uita,& quod adeſt nobis inutile redditur,& quod deeſt conſolationē nō reperit:quū opifex Deus decreuerit nos mutua
Eccl.13 ope indigere,uelut ſcriptum eſt,ut etiam inter nos coniungeremur.Et abſq; hoc,etiā dilectionis Chriſti ratio non permittit unumquenq; quod proprium eſt ſpectare:Di
1.Cor.13. lectio enim inquit,non quærit quę ſua ſunt.At uerò priuatim ſeparata uita unū ſcopū habet,propriam uniuſcuiuſq; nececeſsitatū curā.Hoc uerò palàm pugnat cū dilectionis lege,quam apoſtolus implebat,non quęrens ſuam utilitatem,ſed multorū, ut ſaluarentur.Deinde in ſeparatione neq; delictū ſuum unuſquiſq; facilè cognoſcet, quū non habeat redarguentem,& cū manſuetudine ac miſericordia corrigentem.Nam reprehenſio ſæpe & ab inimico contigerit,quę curationis cupiditatē ei qui gratus eſt inducit.Curatio autem peccati ſcientifice ab eo qui ſinceriter diligit perficitur. Qui enī
Prouerb.13. diligit,inquit,diligenter erudit,quem in ſolitudine inuenire difficile eſt,ſi quis nō ad-
Eccl.4. unitus ſit in uita,quare accidet ipſi illud quod dictū eſt:Vę ſoli, quia ſi ceciderit non eſt qui leuet ipſum.Sed & mādata à plurib.quidē ſimul facilè plura fiunt, ab uno autē non ita:in unius enim operatione impeditur alterū,uelut in uiſitatione infirmi, exceptio hoſpitis,& in collatione ac ſocietate & cōmunione manuū,maximè ubi per longū tempus miniſteria cōtigerint,ſtudium circa opera.Quare ex hoc maximum & intētum ad ſalutē mādatum deficit,quum neq; eſuriēs nutriatur, neq; nudus amiciatur. Quis igitur uoluerit ocioſam & infrugiferam uitam,fructuoſæ & ſecundum mandatum Domini fienti pręferre?Si uerò etiā omnes qui in una uocationis ſpe aſſumpti ſumus,unum corpus ſumus,caput habentes Chriſtum,ſinguli aūt inter nos mēbra,ſi nō ex concordia ad unius corporis cōcinnitatē in ſpiritu ſancto coaptati fuerimus: uerū unuſquiſq; noſtrū ſolitudinem elegerit,non ſecundum quod complacet Deo ad cōmunē utilitatē miniſterio domeſtico inſeruiens,ſed proprij ſui beneplaciti affectum explens:quomodo poſſimus diſſecti ac diuiſi ſeruare membrorū inter ſe mutuū habitū ac miniſteriū,aut ſubiectionē erga caput noſtrū,quod eſt Chriſtus? Neq; enim ei qui glorificatur cōgaudere,neq; patiēti cōpati poſſumus,in uitæ ſeparatione,quū nō poſſit unuſquiſq; uelut par eſt,res proximi cognoſcere.Deinde quum etiam unus nō ſufficiat ad omnia ſpiritualia dona ſuſcipiēda,ſed iuxta fidei proportionē in unoquoque ſuppeditatio ſpiritus fiat in uitę ſocietate,uniuſcuiuſq; proprium donum, cōmune fit eorū qui ſimul cōuerſantur.Alij enim datur ſermo ſapientiæ, alteri uerò ſermo ſcientię,alteri fides, alij prophetia,alij dona ſanationum,& cętera. Quorū ſingula nō magis propter ſeipſum quàm propter alios qui accipit habet.Quare neceſſe eſt in ſociali uita operationē ſpiritus ſancti in uno,in omnes ſimul tranſire. Qui igitur per ſeipſum uiuit,unum fortaſſis donum habet, & hoc inutile facit per ſegnitiem in ſeipſo defoſſum, quod ipſum quātum habebat periculum nouiſtis, omnes qui Euangelia legiſtis.In plurium aūt cōuictu,& proprio dono fruitur,multiplicās ipſum per diſtributionē,& aliorū donis uelut ſuipſius utitur.Habet porrò etiā plura bona ea uita quæ à pluribus ſimul uiuitur,quæ nō facilè fuerit omnia recenſere. Nam & ad cōſeruationem datorū nobis à Deo bonorum,utilior eſt quàm ſolitudo,& ad cuſtodiā ab externis hoſtis inſidijs ſecurior eſt expergefactio à uigilantib.ſi fortè cōtingat ut unus obdormitet ſomno illo ad mortem,quem à Dauide edocti ſumus deprecari,ne nobis cō
Pſal.12. tingat,dū dicit:Illumina oculos meos,ne unquā obdormiam in mortem, & peccanti quidē receſſus à peccato magis facilis eſt uerēti à pluribus in concordia contingentē condemnationem,ut hoc ipſi cōpetat:Sufficiens eſt tali hæc obiurgatio quæ à pluribus cōtingit:Ei uerò q rectè facit,ſatis eſt certitudo multa in multorū probatione ac operis aſſenſu:Si enim in ore duorum aut trium teſtium ſtabit omne uerbū,multo nimirum ſolidius confirmabitur is qui bonum opus facit per plurium teſtimoniū.At uerò ſolitariam uitam pericula ſequūtur ſupra prædicta,primum quidem & maximum, complacētia ſui.Quum enim neminē habeat qui ipſius opus probare poſſit, ad perfectionem mandati ſe perueniſſe putabit.Deinde inexercitatū ſemper habitum concluſum habens,neq; defectus ſuos noſcit,neq; profectum in operib. agnoſcit,propterea

quòd

ꝙ omnem materiā operationis mandatorū amputauit.In quo eñ humilitatem oſten-
det,qui neminē habet quo ſeipſum humiliorem declaret? In quo miſericordiam,qui
reſectus eſt à plurium ſocietate? Ad longanimitatem uerò quō ſeipſum exercebit,ne-
mine uoluntatib.ipſius reſiſtente? Si uerò quis dicit contentū ſe eſſe Scripturarum do
ctrina ad correctionem morum,ſimile quid facit ei qui diſcit quidem fabricare, nun-
quam autem fabricat:& ei qui docetur quidem artem fabrilē, ad opus aūt producere
quod didicit non uult.Ad quem dixerit ſanè apoſtolus: Non auditores legis iuſti a-
pud Deum,ſed operatores legis iuſtificabuntur. Ecce enim Dn̄s ipſe propter exceſ-
ſum benignitatis erga homines,non contentus fuit doctrina ſolum ex ſermone, ſed Rom.2.
ut exactè & manifeſtè nobis traderet exemplum humilitatis in perfectione dilectio-
nis,ipſe cinctus lauit pedes diſcipulorū.Quem igitur lauabis? quem curabis? cuius ul
timus eris,ipſe per teipſum uitā degens? Bonū aūt illud & iucundū, ipſa uidelicet fra-
trum in eodē loco cohabitatio,quā unguento de capite pōtificis ſpiranti, ſpiritus ſan-
ctus aſsimilat, quō in ſolitaria habitatione cōplebit.Stadiū igitur certaminis, & pro-
fectus proſperitas,& perpetuū exercitiū,& meditatio mandatorum Domini,eſt habi
tatio fratrum ſimul in eodē loco,ſcopum quidem habens gloriam Dei, ſecūdum man
datum Domini noſtri Ieſu Chriſti,qui dixit: Sic luceat lux ueſtra coram hominibus, Mat.5.
ut uideant ueſtra bona opera,& glorificent patrem ueſtrum qui in cœlis eſt: formam
autem conſeruans ſanctorum,de quibus in Actibus narratur: & de quibus ſcriptum Act.2.
eſt:Omnes autem qui credebant erant ſimul in eodem loco,& habebant omnia com
munia.Et rurſus,Multitudinis autem credentium erat cor unum & anima una, & nul
lus quicquam rerum ſuarum ſibi proprium dicebat,ſed erant ipſis omnia communia.

Quæſtio VIII.

Num oportet primùm renunciare omnibus, & ſic accedere
ad conuerſationem ſecundum Deum

Reſponſio.

QVum Dn̄s noſter Ieſus Chriſtus poſt longā & per plures tractatus fortē demon
ſtrationem dicat ad omnes.Si quis uenit ad me, abneget ſemetipſum, & tollat Mat.10.
crucem ſuam & ſequatur me.Et rurſus: Sic igitur omnis ex uobis,qui non renunciat Mat.19.
omnib.bonis ſuis,nō pōt meus eſſe diſcipulus:arbitramur præceptum ad plura perti
nere,quorum ab alienatio neceſſaria eſt.Nam diabolo præ omnib.renunciauimus, &
affectibus carnis,qui renunciauimus occultis turpitudinibus, & cogitationibus cor-
poralibus & amicitijs hominum, & conſuetudini uitæ pugnati aduerſus ſinceritatem
euangelij ſalutis.Et quod magis neceſſarium eſt,ipſe ſibijpſi renunciat qui exuit uete-
rem hominē cum actibus ipſius,qui corrūpitur ſecundū concupiſcentias fraudis.Re-
nunciat aūt & omnib.affectionib.erga mundū, quæ intētionē pietatis impedire poſ-
ſunt.Parentes itaq; ueros talis putabit,eos qui in Chriſto Ieſu per euangeliū genuerūt
ipſum.Fratres autem eos qui eundē ſpiritum adoptionis in filios acceperunt.Omnib.
uerò poſſeſsionib. uelut alienis,quales ſanè ſunt,intēdet.In ſumma,Cui propter Chri-
ſtum totus mūdus crucifixus eſt,& ipſe mundo,quō amplius poteſt ſeruus eſſe partiū
mundi? quum dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſummum producat,& odium animæ
& ſuiipſius abnegationē,dum ait:Si quis uult poſt me uenire abneget ſemetipſum, &
tollat crucem ſuā,& tunc inducat & ſequatur me.Et rurſus,Si quis uenit ad me , & nō Mat.10.
habet odio patrem ſuum & matrē,& uxorē ac liberos,& fratres ac ſorores, inſuper au
tem & ſuam ipſius animam,non poteſt eſſe meus diſcipulus.Quare perfecta renuncia
tio eſt in recte faciendo citra affectionem ad ipſam uitam,& in habendo ſentētiā mor
tis,& ne in ſeipſo quis fiduciam habeat.Initium autem ab alienatione rerum externa-
rum ſumit,uelut poſſeſsionum,uanę gloriæ,conſuetudinis uitæ,affectu erga inutilia:
quemadmodum etiam ſancti diſcipuli domini oſtenderunt nobis.Iacobus quidem &
Ioannes relicto patre ſuo Zebedęo,& ipſo nauigio quod omnē uitę ſumptū ſuppedi
tabat.Matthæus autē ab ipſa publicanorum menſa exurgens & Dominum ſequens,
nō ſolū lucella officij publicanorū relinquens,ſed etiam pericula contemnens,quę im
minebāt ipſi ac cognatis eius ex poteſtate,ꝙ imperfectas uectigalis rationes relinque
ret.Paulo uerò etiam uniuerſus mūdus crucifixus erat,& ipſe mundo.Sic qui ueheme̅

ter cupiditate ſequendi Chriſtum tenetur, ad nihil amplius huius uitæ cõuerti poteſt: nõ ad parentum aut cognatorũ amorem, ubi præceptis Domini cõtrarius fuerit: tunc
Mat. 10. enim occaſionem habet illud: Si quis uenit ad me, & non odio habet patrem ſuum, & matrẽ, & reliqua: non ad humanum timorem, ut propter ipſum ſubtrahat aliquid u-
Act. 4. tilium, id quod perpetrarunt ſancti qui dixerunt: Obedire oportet Deo magis ꝙ ho- minibus: non ad riſum ab externis propter mala, ut ob ipſorum contemptum ſupere- tur. Si uerò quis uult exactius ac clarius cognoſcere firmitatẽ coniunctã cõcupiſcen-
Phil. 3. tiæ eorum qui ſequunt Dñm, memor ſit Apoſtoli exponentis res ſuas ad doctrinam noſtrã, ac dicentis: Si quis uidetur fiduciam habere in carne, ego magis, circumciſus octauo die, ex genere Iſrael, de tribu Beniamin, Hebræus ex Hebræis, ſecundũ legem phariſæus, ſecundũ æmulationẽ perſequens eccleſiã, iuxta iuſtitiã quæ eſt in lege, con uerſatus ſine reprehenſione. Sed quę mihi erant lucra, ea arbitratus ſum propter Chri ſtũ detrimenta. Quinetiã arbitror omnia detrimentũ eſſe, propter excellentiã cogni- tionis Chriſti Ieſu Dñi noſtri, propter quẽ omnium damnũ feci, & omnia pro ſterqui linijs ac reiectamentis habeo, ut Chriſtũ lucrifaciam. Si enim, ut audax quiddã, ſed tñ uerùm dicam, ſi reiectamentis corporis conſpuendis, & ad quorum abalienationem maximè feſtinamus, aſsimilauit eas quæ à Deo ad tempus datæ ſunt legales prętoga- tiuas uelut impedimenta cognitionis Chriſti, & iuſticię in ipſo, & conformationis ad mortem ipſius, quidnam quis dixerit de his quę apud homines recepta ſunt? Et quid opus eſt noſtris ratiocinationibus & ſanctorũ exemplis confirmare ſermonẽ? quũ li- ceat ipſa Dñi uerba apponere, & per ipſa timidã animã perterrefacere, qui manifeſtè
& citra cõtradictionẽ teſtat ac dicit: Sic igit omnis ex uobis qui nõ renunciat omnib.
Luc. 18. ſuis bonis, nõ põt eſſe meus diſcipulus. Et alibi poſt hoc: ſi uis perfectus eſſe, Prius di-
Mat. 13. xit: uade uende poſſeſsiones tuas & da pauperib. Et tũc dixit, huc ades ſequere me. Et parabola mercatoris omnib. bonis manifeſta eſt huc pertinere. Simile eñ eſt, inquit, regnũ cœlorũ homini mercatori quęrẽti bonas margaritas, qui inuẽta una precioſa margarita, digreſſus uẽdidit omnia quę habebat, & emit illã. Palàm eſt eñ ꝙ precioſa margarita ad ſimilitudinẽ cœleſtis regni aſſumpta eſt, quod impoſsibile eſſe dicit Dñi ſermo ut nobis cõtingat, niſi omnia ſimul quę nobis adſunt, & diuitias, & gloriã, & ge nus, & ſi quid aliud eſt ex his quorũ ſtudio pleriq; tenent, ad eius cõmutationẽ amiſe rimus. Deinde uerò & impoſsibile eſſe, mente ad diuerſas curas diuiſa, rectè peragere id cuius ſtudioſi ſumus, ipſe Dñs pronũciauit dũ inquit: Nemo põt duobus Dominis ſeruire. Et rurſus, Nõ poteſtis deo ſeruire & Mammonę. Vnus igit theſaurus cœleſtis nobis eligẽdus eſt, ut in ipſo cor habeamus. Vbi eñ, inquit, eſt theſaurus tuus, illic & cor tuum erit. Si igit aliquã reliquerimus nobis ipſis poſſeſsionẽ terrenã, & opulenti am aliquã corruptibilẽ, mente hic uelut in ſterquilinio quodã defoſſa, neceſſe eſt ani- mam à ſpeculatione Dei alienã eſſe, & ad cõcupiſcentiã cœleſtium bonorũ, & eorum quę nobis in promiſsionibus repoſita ſunt immobilẽ eſſe, quorũ poſſeſsionem nobis contingere impoſsibile eſt, ſi nõ indiſtractum & uehementius deſiderium nos ad pe- titionem ipſorũ ducat, & laborem propter ipſa leuiorẽ reddat. Eſt igit renunciatio, ue lut ſermo pręgreſſus indicauit, ſolutio uinculorum materialis huius & temporarię ui- tę, & liberatio ab humanis officijs, magis idoneos efficiens ad auſpicandum uiam ad
Phil. 3. Deum, & acquiſitionis ac uſus precioſorum occaſio impedimẽto carens, eorum uide licet quę ſuper aurum ſunt & lapidẽ precioſum multum. Et ut in ſumma dicã, cordis humani ad conuerſationẽ quę in cœlo eſt translatio, ut dicere poſsimus, Noſtra enim cõuerſatio in cœlis eſt. Et quod maximum eſt, principium ſimilitudinis ad Chriſtum, qui propter nos pauper fuit, quum diues eſſet. Quã ſi non prius adepti fuerimus, im- poſsibile eſt nos cõuerſationem ſecundum euangelium Chriſti attingere. Qñ enim aut cordis contritio, aut mentis humilitas, aut iræ & triſtitiæ & curarum, & in ſumma pernicioſorum animæ affectuum liberatio, in diuitijs, & rerũ mundanarũ ſollicitudi- nibus, & in conſenſu ac conſuetudine aliorum, rectè perfici poteſt? In uniuerſum aũt, cui neq; de ipſis neceſſarijs ſolicitum eſſe permittit, uelut alimẽto & indumẽto, huic quę ratio permittit, ut uelut ſpinis, malis diuitiarum curis detineat, quæ fructuoſitatẽ ſeminationis ab agricola animis noſtris inſitæ impediunt. Velut Dñs noſter dixit: hi ſunt

hi ſunt qui in ſpinas ſeminati ſunt, qui à curis & diuitijs, & uoluptatibus uitæ ſuffocan
tur, & non perficiunt fructum.

Quæſtio IX.

Num oportet eum qui coniungitur Domino dicatis, dimittere indiffe-
renter ingratis cognatis ea quæ ad ſe pertinent.

Reſponſio.

QVum Dominus dicat: Vende poſſeſsiones tuas, & da pauperibus, & habebis Luc.18
theſaurũ in cœlo, & ades huc ſequere me. Et rurſus, Vendite bona ueſtra, & da-
te eleemoſynam: cogito, quod eum qui tali intentione egreditur de proprijs, non o-
portet cõtemptim erga ea quæ ad ſe pertinẽt affici, ſed conari ut omnia exactè acce-
pta, uelut Dño de cætero conſecrata, cum omni pietate diſpenſet, aut per ſeipſum, ſi
ea potentia & experientia pręditus ſit, aut per delectos cum multa probatione, & qui
declarauerũt ſe poſſe fideliter ac prudenter diſpenſare, illius gnarũ, quod periculo nõ
uacet, neq; dimittere cognatis, neq; per uulgarem aliquem diſpenſare. Si enim is qui
regiarum poſſeſsionum curã ſibi concreditã habet, etiamſi nihil ex paratis ab alienet,
uerũ per negligentiã quandã ea quæ potuerũt dimittat, à crimine non abſoluitur: quã
condemnationem expectare oportet ferendam ob hæc quæ iam Dño ſunt dicata, ab
his qui ſupinè & negligenter affecti ſunt ad diſtributionem? Nonne ut rei ſint iudicij
negligentium iuxta id quod ſcriptum eſt? Maledictus omnis qui facit opera Dñi ne-
gligenter. Vbiq; autem obſeruandum eſt nobis, ne unius mandati prætextu alterum Hier.48.
diſſoluere uideamur. Neq; enim pugnare, neq; contendere cum perfidis nobis deco-
rum eſt. Nam ſeruũ Dñi non oportet pugnare, ſed eum cui ingratitudo ac perfidia cõ
tigit à cognatis ſecundum carnem, meminiſſe oportet Dñi dicentis: Non eſt qui reli- Mat.19.
quit domum, aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, uxorem aut liberos, aut
agros, non ſimpliciter, ſed propter me, & euangelium, qui non accipiat centuplum in
hoc tempore, & in uenturo ſeculo uitam æternam. Attamen perfidis ſacrilegij pecca-
tum conteſtari oportet iuxta Domini præceptum qui dixit: Si peccauerit frater tuus Mat.18.
uade reprehende ipſum, & cætera. At uerò litigare cum ipſis coram iudiciali foro ex
terno, interdixit pietatis ſermo dum ait: Qui uult tecum in iudicio contendere, & tu Mat.5.
nicam tuam auferre, dimitte ei & pallium. Et, audet quis ueſtrum aduerſus alterũ ne-
gociũ habens litigare coram iniuſtis, & nõ corã ſanctis? ſed & corã his in iudicium uo
cabimus maiorẽ rationem habentes ſalutis fratris, quàm opulentiæ pecuniarũ. Nam
& Dñs ubi dixit: Si te audierit, induxit, lucratus es, non pecunias, ſed fratrem tuũ. Ali
quando tamen ad declarandam ueritatem, dum is qui perfidiam auſpicatus eſt, nos
ad commune iudicium uocat, condeſcendimus ad redarguendum, non ipſi auſpicati,
ſed prouocantes ſequentes, non proprium iræ affectum aut contentiones explentes,
ſed ueritatẽ manifeſtantes. Sic enim & illum etiam inuitum à malis eximemus, & ipſi
mandata non præteribimus, uelut miniſtri Dei non pugnaces nec auari, manifeſtatio
ni ueritatis conſtanter adſtantes, & nuſquam datam ſtudij menſuram excedentes.

Quæſtio X.

Vtrum omnes accedentes ſuſcipere oportet, aut quos, & ſtatim ipſos ad-
mittere, aut cum probatione, & hac quali.

Reſponſio.

QVũ benignus erga homines Deus & ſaluator noſter Ieſus Chriſtus prædicet ac Matth.11.
dicat: Venite ad me oẽs qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam uos, nõ ua
cat periculo repellere eos qui ad Dñm per nos accedunt, & ſuaue ipſis iugũ, & mãda-
torũ onus, quod nos ad cœlum leuiores facit, ſubire uolunt. Nõ tñ illotis pedibus ſan-
cta dogmata adire permittere oportet. Sed quẽadmodum Dñs noſter Ieſus Chriſtus
accedentem adoleſcentẽ de priori uita interrogauit, & ubi didiciſſet quòd rectè ipſi
peracta eſſet, id quod ad perfectionẽ deerat adhuc explere pręcepit, & tunc ſequi per
miſit: Ita nimirum etiã nos præteritam accedentium uitam conſiderare conuenit, &
his quidem qui iam aliquid recte fecerunt, perfectiores doctrinas tradere. Eos uerò
qui ex uita praua tranſeunt, aut ex indifferẽte ad exactã cognitionis dei uitã procedũt
diſcernere oportet, qualibus moribus pręditi ſint, nũ inſtabiles, & ad iudicia ex facili

mobiles:ſuſpecta enim in his eſt procliuitas ad mutandam ſententiam, qui ſupra hoc quod ipſi nihil utilitatis capiant,amplius etiã alijs detrimẽti cauſa fiunt, opprobria & mendacia ac blaſphemias malas contra opus noſtrũ diffundentes. Quandoquidẽ uerò omnia per diligentiam corrigunt̃,& timor Dei omnigenos animæ defectus ſuperat,neq; de his ſtatim deſperandũ eſt:ſed ducere ipſos ad cõuenientia exercitia oportet,ita ut per tempus & laborioſa exercitia,experimentum iudicij ipſorũ ſumamus,ut ſi qd firmi circa ipſos inuenerimus,citra periculũ ipſos admittamus: ſin minus, ut dũ adhuc extra ſunt ablegent̃,quo experimentum citra detrimentũ fraternitatis cõtingat.Experiri etiã oportet,an quis in peccatis præoccupatus citra pudorem occulta turpitudinis publicet,& accuſator ſuijpſius fiat,ſimulq; pudefaciẽs ac repudians ma-
Mat.7. lorum operum ſuorũ adiutores,iuxta eum qui dixit:Diſcedite à me oẽs qui operamini iniquitatem,& ſimul ſecuritatem ſibijpſi ad poſteram uitam acquirens,ut ne amplius in ſimilia uitia dilabatur. Porrò cõmunis in omnibus probationis modus eſt, ſi ad omnem humilitatem citra pudorem affecti ſunt,ut etiam uiliſsimas ſuſcipiant artes,ſi illorum operationem utilem eſſe ratio ipſa comprobarit. Et poſtquam per omnem examinationem unuſquiſq; ab his qui talia perſcrutari ſcientificè poſſunt, uelut uas commodum Domino,& ad omne opus bonum paratum,declaratus fuerit,his qui dicarunt ſeipſos Domino connumeretur.Maximè uerò ei qui ab illuſtriore aliqua uita, ad humilitatem ſecundum ſimilitudinem Domini noſtri Ieſu Chriſti feſtinat,quędam quæ ualde probroſa apud externos eſſe uidentur decernere oportet, & obſeruare an cum omni perfectione operarium non pudefientem Deo ſeipſum exhibeat.

Quæſtio XI. De ſeruis.

Reſponſio.

QVicunq; uerò ſub iugo exiſtentes ſerui ad fraternitates cõfugiunt, eos commonefactos & meliores redditos ad Dños remittere oportet:ad ſimilitudinẽ bea-
Phil.1. ti Pauli,qui ubi genuiſſet Oneſimũ per euangeliũ,remiſit ipſum Philemoni, dum illũ quidem certiorẽ reddidiſſet,quod iugũ ſeruitutis ſi cõplacenter Dño ferat,regno cœ-
Mat.6. lorum dignũ facit.Hũc uerò exhortatus eſſet,nõ ſolum remittere minas contra ipſum memorẽ ueri Dei qui dixit:Si dimiſeritis hominibus peccata ipſorũ,dimittet & pater ueſter cœleſtis peccata ueſtra: ſed etiam meliorẽ erga ipſum affectionẽ habere, quum ſcripſerit.Forſitan enim ideo diſceſsit ad tempus,ut æternum ipſum reciperes, nõ amplius uelut ſeruum,ſed ſupra ſeruum,fratrem dilectum. Si tñ malus Dñs ſit qui aliqua pręter legem præcipiat,& ad tranſgreſsionem mandati ueri Dñi,Dñi noſtri Ieſu Chriſti ſeruũ cogat,ſollicitum eſſe oportet ut ne nomẽ Dei blaſphemet̃, propter ſeruũ illũ qui fecit quid,quod non placet Deo.Perficitur aũt hæc ſollicitudo,aut in eo quod ſer-
Act.4. uus compoſitus ſit ad patientiam afflictionum quæ ipſi inferuntur,pro eo quod Deo magis obedire oportet ꝗ̃ hominibus , uelut ſcriptum eſt:aut in eo quod hi qui ipſum ſuſceperunt,ſuſtineant uelut Deo placet,tentationes quę ipſis propter illũ inducunt̃.

Quæſtio XII.

Quomodo oportet coniugatos ſuſcipere?

Reſponſio.

ET eos qui in cõiugio matrimonij ad talem uitã accedunt percunctari oportet, an
1.Cor.17. ex conſenſu hoc faciant,iuxta Apoſtoli præceptũ:proprij enim corporis, inquit, poteſtatẽ nõ habet,atq; ſic coram pluribus teſtibus accedentem ſuſcipere.Nam obedientiæ erga Deum nihil præferendum eſt.Si uerò diſſenſerit altera pars & repugnauerit,minus curans complacentiam erga Deum,producatur Apoſtolus dicens:In pa-
Mat.10. ce aũt uocauit nos Deus,& impleatur præceptũ Domini qui dixit:Si quis uenit poſt me,& non odio habet patrem ſuum,& matrem,& uxorem,& liberos,& reliqua, non poteſt eſſe meus diſcipulus.Nam obedientiæ erga Deum nihil præferendum eſt.Nos autem nouimus inter multos ſæpe & per intentam orationem & aſsiduum ieiunium, præualuiſſe ſcopum uitæ in caſtitate,Domino eos qui penitùs inobedientes ſunt, etiam per neceſsitatem corporalem ſæpenumero aſſenſum recti iudicij ſubijciente.

Quæſtio XIII.

Quòd utilis eſt his qui introducuntur etiam exercitatio per ſilentium.

Reſpon-

Reſponſio.

BOnū eſt etiam his qui introducuntur exercitium per ſilentium. Nam & ſimul demonſtrationem continentiæ multam exhibent qui linguæ dominantur, & in ſilētio contente, ac intentè diſcent ab his qui ſcientificè ſermone utūtur: quomodo oporteat & interrogare, & unicuiq; reſpōdere. Eſt enim & firmitas uocis, & modus ſermonis, & tēporis aptitudo, & uerborum proprietas, propria ac pertinens ad pios, quā fieri nō poteſt ut diſcat is qui, non conſueta dedidicit, quū ſilentiū & ſimul priorum obliuionem per ceſſationem inducat, & ocium ad diſcenda bona ſuppeditet. Quare niſi aut aliqua propria neceſsitas, tum ad propriæ animæ curam, tum ad non negligendā operis quod inter manus eſt, neceſsitatem: aut interrogatio quædam eiuſmodi oblata urgeat, in ſilentio degendum eſt, excepta uidelicet pſalmodia.

Quæſtio XIIII.

De his qui ſeipſos Deo deſpōderunt, & deinde profeſsionē irritam facere conantur.

Reſponſio.

POrrò unumquenq; ex his ad fraternitatem ſuſceptū, deinde profeſsionē reprobātem, ſic ſpectare oportet uelut qui in Deum peccauit, coram quo, & in quē cōfeſſionē pactorum collocauit. Si uerò in Deū quis, inquit, peccauerit, & quis orabit pro ipſo: *1.Reg.2.* Qui enim ſeipſum Deo dicauit, deinde ad aliā uitā reſiliuit, ſacrilegus factus eſt, ipſe ſeipſum deſpoliās, & donarium Deo dicatum auferens. Quibus conſentaneū eſt rationi, ut neq; fores fratrum amplius aperiantur, neq; ſi per frigoris aliquando tranſitum, tecti gratia acceſſerint. Nam apoſtolica regula manifeſta eſt, iubens ut nos ſub- *1.Theſ.3.* ducamus ab omni inordinato, & non permiſceamur ipſi, ut confundatur.

Quæſtio XV.

A qua ætate permittere oportet deſpondere ſeipſos Deo, & uirginitatis profeſsionem quando ratam ac firmam ducere oportet.

Reſponſio.

QVum Dominus dicat, Sinite pueros uenire ad me: & Apoſtolus laudet eū qui *Marc.10.* à puero ſacras literas didicit: & rurſus pręcipiat educare liberos in diſciplina & *2.Tim.3.* admonitione Domini omni tēpore: etiam primę ętatis tempus ad accedētes ſuſcipiēdos idoneum eſſe cenſemus, *Ephe.6.* ita ut deſtitutos parentibus, à nobis ipſis aſſumamus, ut ſecūdum ęmulationē Iob pupillorū patres fiamus. Eos uerò qui ſub parētibus ſunt, dū ab illis ipſis adducūtur, corā multis teſtib. ſuſcipiamus, ut ne demus occaſionē his, qui quęrūt occaſionē, ſed omne os iniuſtū eorū qui loquūtur contra nos blaſphemiā obturetur. Suſcipere quidē igitur ſecūdū hanc rationē oportet, nō tamē ſtatim ipſos etiā cōnumerare ac inter corpus fratrū recēſere cōuenit, ut ne opprobria ex fruſtrato ipſorū ſucceſſu, ad uitam ſecūdū pietatē referantur. Sed enutrire quidē ipſos in omni dilectione, uelut communes fraternitatis liberos oportet. Separatas uerò eſſe & domos & diętam, tum maſculis pueris, tum fœmellis, ut neq; fiducia, neq; audacia immodica erga ſeniores ipſis accedat, uerùm ob congreſſus raritatē, reuerentia erga præminētes conſeruetur: neq; ex pœnis quæ perfectioribus ob officiorū neglectus inferuntur, ſi quādo eos ſupiniores ac ſubleſtiores eſſe cōtigerit, facilitas ipſis peccatorū, aut ſæpe etiam elatio latenter ingeneretur, quū in his quæ ipſi rectè faciunt, ſeniores ſępè uideant peccantes. Nihil enim differt à puero ſecundum ætatē is qui puer eſt mente, quare nihil miri eſt, etiam eoſdem affectus ſæpe in utriſq; reperiri. Neq; iuuenes pertè à ſenioribus ante tempus indecorè ac temerè ad ea feſtinent, in quibus propter ætatię diſcretā eſſe oportet puerorum & perfectiorū habitationē. Et ſimul neq; tumultū habebit exercitatorū pietatis domus, in ſtudio diſcendi, quod neceſſariū iuuenib. exiſtit. Ad orationes communes & pueris & ſenibus ſint, quæ per diem diſpoſitę ſunt: nā & pueris adſuetudo ex feruore perfectiorū ad cōpunctionē, & potiorib. nō paruū auxilium in orationib. à pueris accedit. Exercitationes autem proprię, & diætæ iuxta ſomnum & uigilias, & circa tēpus & mēſurā ac qualitatē alimenti, pueris decenter decernantur. Pręficiatur autem talib. quiſpiā ętatis prouectę, & experiētia prę alijs præditus, & qui teſtimonium longanimitatis habet: ut paterna quidem miſericordia, ra-

tione uerò prudenti iuuenũ peccata corrigat, proprias unicuiq; delicto curas adhibẽ do, ut eadem res increpationem habeat peccati, & exercitiũ rigiditatis animę fiat. Velut uerbi cauſa, iratus eſt aduerſus coętaneum? ut hunc placet, & ipſi iuxta proportionẽ audacię miniſtret, cogatur. Aſſuetudo eñ ad humilitatẽ, animæ iracũdiã ueluti exſcindit, quum elatio nobis iram inducat. Attigit cibos prętet tempus? Ad plurimã diei partẽ ieiunus permaneat. Immodicè aut indecorè cibũ capiens cognitus eſt? iuxta cibi tẽpus ab edulijs prohibitus, alios iuxta ſciẽtiã edentes uidere cogatur, ut & abſtinentia puniatur & reuerentiã diſcat. Sermonem ocioſum effudit? cõtumeliam in proximum? mendacium? aliud quid ex interdictis? & uentre & ſilentio caſtigetur. Oportet aũt & literarum ſtudium proprium ſcopum habere, & ut uocabulis ex Scripturis utantur, & pro fabulis, admirabilium factorũ hiſtorię ipſis exponantur, & ſentẽtijs ex prouerbijs erudiãtur. Sed & pręmia memoriæ tum nominũ, tum rerum ipſis proponenda ſunt, ut cum iucunditate ac remiſſione citra mœrorem & offenſionem ſcopum aſſequantur. Quin & attentio animi, & aſſuetudo ut non ſint ſubleſti, facile his per rectam inſtitutionem acceſſerit, ſi à pręfectis aſſiduè interrogentur, ut habeant mẽtem & quid in animo uerſent. Nam & ſimplicitas ætatis, fraudis neſcia, & ad mendaciũ inepta, facile prodit animi ſecreta, & talis ut ne aſſiduè deprehendatur in his quę interdicta ſunt, fugerit ſanè abſurdarũ rerũ cogitationes, & aſſiduè ſeipſum ex abſurdis reuocabit, reprehẽſionum turpitudinem reueritus. Itaq; dum adhuc facile formari poteſt, & tenera eſt anima, & uelut cera leuiter cedit, & conuenientes formæ facile ipſi imprimuntur, ad omnem bonorum exercitationẽ ſtatim & ab initio induci ipſam oportet: ut ubi ratio acceſſerit, & habitus diſcernendi contigerit, curſus exiſtat ex elemẽtis ab initio & traditis pietatis formis, quum ratio quidem quod utile eſt ſuggerat, conſuetudo uerò facultatem ad rectè faciendum inducat, Tunc ſanè etiã profeſſionẽ uirginitatis admittere oportet, uelut iam firmam & ex ſententia propria ac iudicio fientẽ, poſt rationis complementum: poſtquam & præmia & pœnæ peccantibus aut rectè faciẽtibus, à iuſto iudice, iuxta operum dignitatem dantur. Teſtes autem ſententiæ præfectos eccleſiarũ ſuſcipere oportet, ut per ipſos & ſanctificatio corporis uelut donariũ quoddam Deo dedicetur: & eiusquod fit confirmatio per teſtimonium contingat. In ore enim, inquit, duorum aut trium ſtabit omne uerbum. Ita enim & ſtudiũ fratrum blaſphemijs expoſitum non erit, & eis qui ſeipſos Deo deſponderunt, ac deinde profeſſionem irritam facere conantur, occaſio ad impudentiam non relinquetur. Qui uerò non ſuſtinet uitam in uirginitate, uelut non potens curare quæ Domini ſunt, corã ijſdem teſtib. dimittatur. Cæterum eum qui profeſſionem facturus eſt, poſt multã deliberationem ac conſideratione, quam per plures dies ipſi ad ſeipſum permittere cõuenit, ut ne uideatur aliquid ſecundum rapinam à nobis fieri: ſic tandem ſuſcipere oportet, & inter fraternitatẽ connumerare, ita ut & domus & diętę eiuſdem cũ perfectioribus particeps fiat. Porrò quod dicere obliti ſumus, neq; nũc apponere intempeſtiuũ fuerit. Quod quum quibuſdam artibus ſtatim à puero operã dare oporteat, poſtquã ſanè iam quidam pueri idonei eſſe apparuerint ad diſcendum, nõ interdicimus ut cũ magiſtris artis ipſi per diem cõuerſentur. Noctu uerò neceſſariò ad coætaneos ipſos transferimus, cum quibus etiam ipſos cibum capere neceſſarium ducimus.

Apoc.20. — Deut.17. — 1.Cor.7.

Quæſtio XVI.

An neceſſarium ſit uolenti piè uiuere, ut continens ſit.

Reſponſio.

Gal.5. QVòd neceſſaria ſit cõtinẽtię ratio, manifeſtũ eſt. Primũ ex eo q̃d apoſtolus inter
1.Cor.11. fructus ſpũs cõtinẽtiã numeret. Deinde quod irreprehẽſibile miniſteriũ ex hac
rectè perpetrari dicat, dũ inq̃t. In laborib. in uigilijs, in ieiunijs, in caſtitate, Et alibi: in
2.Tim.2. labore & erumna, in uigilijs ſępe. Et rurſus: omnis qui certat omnino cõtinẽs eſt. Sed
& caſtigatio corporis & mancipatio à nulla alia re adeò, uelut à cõtinẽtia perficit. Fervor eñ iuuentutis & incõtinentia ad motuũ impetus, uelut freno quodã cõtinẽtia co
Prou.9. hibetur: nõ eñ cõducũt ſtulto delicię iuxta Solomonẽ. Quid uerò ſtultius eſt carne in
2.Cor.7. delicijs degẽte & q̃ pręiuuẽtute circumferri? Quapropter dicit Apoſtolus: Et carnis curã ne faciatis ad cõcupiſcẽtias. Et, quæ uerò in delicijs uiuit, uiua mortua eſt. Quin & exem-

exemplū deliciarū diuitis neceſſariā nobis cōtinētiā declarat. Nec fortè audiamus id
quod diues audiuit:nēpe,Recepiſti bona tua in uita tua. Quàm uerò horrenda res ſit Luc.16.
intēperātia,etiā apoſtolus oſtēdit,inter proprietates defectionis ipſam cōnumerans 2.Tim.3.
ac dicens:In extremis diebus inſtabunt tēpora periculoſa,Erunt enim homines ſui a-
mantes,& enumeratis pluribus malicię ſpeciebus,induxit:calumniatores, incōtinen Gen 25.
tes.Sed & Eſau ob maximum malum intemperantiam accuſatus eſt,qui propter unū
edulium primogeniti prærogatiuam amiſit.Et prima inobedientia per intemperātiā
in hominē incidit.In cōtinentia uerò omnes ſancti martyrij teſtimoniū prębuerūt.Et
omnis ſanctorum & beatorū uita, & ipſum Domini in aduētu in carnem exemplum,
ad hoc nobis prodeſt.Et moſes per longam in ieiunio & oratione perſeuerantiam,le- Exod 20.
gem accepit,& Dei ſermones audiuit,uelut ſi quis loqueretur cum amico ſuo.Helias 3.Reg 17.
uiſione Dei tūc dignus factus eſt,quando etiam ipſe in æquali menſura continentiæ Dan.9.
fuit.Quid uerò Daniel,quomodo in uiſione mirabiliū fuit? non poſt uiceſimā ieiunij
diē? Qomodo uerò tres pueri uim ignis extinxerunt? nō per cōtinentiā? Sed & Ioan Mat.3.
nis totus uitę ſtatus à continentia procedebat.Ad hac etiam Dominus manifeſtatio
nem ſui auſpicatus eſt.Cōtinentiā aūt dicimus non omnino in totum ciborum abſti-
nentiā:hęc.n.uiolēta quędā eſt uitę diſſolutio,Sed abſtinentiam iucundorum ad pie-
tatis ſcopum,ob ſapientiæ carnis demolitionem,adaptatā.Et in ſumma, quarum rerū
fruitiones expetuntur ab his qui ſecundum affectus uiuunt,earum abſtinentia neceſ-
ſaria eſt his qui diriguntur ad pietatem.Non tamen circa ſolam ciborū uoluptatē, cō
tinentię exercitatio rectè perficitur,ſed extendit ſe etiam ad omnem impediētis abſti
nentiam.Quare qui exactè cōtinens eſt,nō uētri quidem dominabitur, à gloria uerò
humana ſuperabitur:non concupiſcentiam quidem turpē ſuperabit,diuitias uerò nō
item,neq; aliam quandā ingeneroſam affectionē,uelut iram aut triſtitiā, aut eas quæ
in eruditas animas in ſeruitutem redigere ſolēt.Fermè em̄ quod in omnibus mādatis
uidemus,quod inter ſe cohærent,& diuiſim alterum ab altero rectè fieri impoſsibile
eſt,hoc ipſum maximè circa temperantiā cernitur:humilis.n.eſt,qui circa gloriā conti
nēs eſt,& inopiæ euangelicā menſurā explet,is qui circa pecunias cōtinēter affectus
eſt,& iræ expers eſt,qui indignationē & iram uincit.Sed & linguæ menſurā, & oculis
terminos,& auribus minime curioſam auditionem,exacta continētiæ ratio definit.In
quibus ſi quis non perſeuerat,in continens & proteruus. Vides quomodo circa unū
hoc mandatum,omnia uelut in choro inter ſe mutuò cohærent?

Quæſtio XVII.

Quòd oportet etiam riſus continentem eſſe.

Reſponſio.

SEd & quod à multis cōtēnitur,nō modica cuſtodia his qui exercentur dignū eſt.
Nā intemperāti ac immodico riſu teneri,intemperātię ſignū eſt,& nō ſedatorum
motuū,& quod animæ laxitas nō exactè ratione cōprimatur.Etenim uſq; ad hilarem
riſum animæ lætitiā detegere nō indecorū eſt,ut indicetur ſolū id quod ſcriptum eſt: Prouerb.15.
Cordis lęti facies floret. Verū cachinnari uoce,& ebullire corpore,nō eſt eius qui ani
mā ſedatā habet,neq; probati,neq; eius qui ſuiipſius potens eſt. Confirmat autē hūc
ſermonē ſapiētiſsimus Solomō,dū ait:Stultus in riſu exaltat uocē ſuā,uir autē ſapiens Eccl.21.
uix quiete ridebit.Hanc riſus ſpeciē etiam Eccleſiaſtes reprobans,uelut animæ ſtabili Eccl.2.
tatem maximè euertētē,ait:Riſum dixi errorē.Et prouerbiorū ſcriptor: Sicut ſonitus Prou.10.
ſpinarū ſub lebete,ſic riſus ſtultorū.Et Dn̄s neceſſarios quidē affectus carnis ſuſtinuiſ
ſe uidet̄,& quicunq; uirtutis teſtimoniū habēt,uelut laborem ac laſsitudinē, & ob af-
flictos miſericordiā:riſum uerò nunq̄; admiſiſſe,quātū ex euangeliorum hiſtoria con-
ſtat, imò eos qui à riſu tenentur miſeros pronunciat.At uerò ne fallat uos riſus æqui-
uocatio:familiare.n.eſt Scripturę ſępe animę gaudiū,& hilarē propter bona affectio
nē, riſum nominare: uelut Sara dicit,Riſum mihi fecit Deus.Et in hoc:Beati qui nūc Gen.21.
plorant,quia ridebūt.Et in eo quod apud Iob ſitū eſt:uerax os implebit riſu.Hęc enim Luc.6.
omnes uoces ꝑ hilaritate ob animæ gaudiū acceptę ſunt.Quare q omni affectu ſupe Iob.8.
rior eſt,& nullā ex uoluptate iritationē admittit, ſed cōtinēter & ſeuerè erga oēm no
ciuam fruitionē diſpoſitus eſt,hic ſanè continēs fuerit.Talis aūt nimirū et ab omni alie
nus eſt

nus eſt peccato. Aliquando uerò etiã ab ipſis cõceſſis & neceſſarijs ad uitam abſtinē
Rom.14. dum eſt, quum ob fratrum noſtrorum utilitatem abſtinentia diſponitur. Sic Apoſto-
lus: Si cibus, inquit, ſcandalo afficit fratrem meum, nõ edam carnes in ęternũ: & quũ
haberet poteſtatem uiuendi ex euangelio, non uſu eſt poteſtate, ut ne offenſionẽ præ
beret euangelio Chriſti. Et igitur continentia, peccati ſublatio, affectuũ abalienatio,
corporis mortificatio uſq; ad ipſos naturales affectus ac cupiditates, uitæ ſpiritualis
principiũ, æternorum bonorum largitrix, in ſeipſa ſtimulũ uoluptatis diſperdens. Vo
luptas enim eſt, magna illa mali ineſcatio, propter quã omnes homines facile ad pec-
catum dilabimur, à qua omnis anima uelut ab hamo, ad mortem trahitur. Quare qui
non ab ipſa effœminatur, per continentiam ad omnem peccatorum fugam peruenit.
Si uerò plurima quidẽ effugit, ab uno uerò tenetur, nõ continens talis exiſtit: quemad
modum & qui ab uno affectu corporali infeſtatur, non ſanus eſt: & qui unius etiã uul-
garis cuiuſcunq; imperium fert, liber non eſt. Reliquæ igitur uirtutes, quia in occulto
peraguntur, raro hominibus apparent. Cõtinentia uerò ab ipſo congreſſu habentem
notum facit. Quemadmodum enim athletam carnoſitas & coloris bonitas delineat.
2.Cor.13. Sic Chriſtianum macies corporis, & color ex continentia eſfloreſcens oſtendit quod
reuera athleta eſt mandatorum Chriſti, in corporis debilitate inimicum ſuum ſuperãs
& potentiã in pietatis certaminibus oſtendens: iuxta id quod dictum eſt, Quum infir
mus ſum, tunc potens ſum. Quantũ lucrũ eſt uidere ſolum cõtinentẽ uix, & paulatim
neceſſaria attingentem, & uelut miniſterium oneroſum naturę perſoluentem, & ęgrè
ferentem tempus immorandi his, & cito à menſa reſilientem ad operum ſtudium? Ar
bitror equidem nullã orationem proterui circa uẽtrem in tantum animam attingere,
Mat.5. & ad tranſmutationẽ inducere, quantum uel ſolum continentis occurſum. Atq; hoc
eſt uelut apparet, ad gloriam Dei edere ac bibere, ut etiam in menſa luceant bona no-
ſtra opera, ut glorificetur pater noſter qui in cœlis eſt.

Quæſtio XVIII.

Quòd oportet omnia nobis appoſita deguſtare.

Reſponſio.

NEceſſariò uerò etiã illud inſuper decernatur, quòd ad caſtigationẽ corporis ne-
gligi nõ poteſt à pietatis decertatorib. cõtinẽtia. Omnis enim qui certat, omni
nò cõtinẽs eſt. Quo uerò ne coincidamus in inimicos Dei, qui propriam cõſcientiam
cauterio inuſtã habent, & propterea à cibis abſtinent, quos Deus creauit aſſumẽdos
à credentibus cum gratiarum actione: cõtingere quidem ſingula oportet, occaſione
ita ferente, quo oſtendatur uidentibus, quod omnia munda mundis, & quòd omnis
creatura Dei bona, & nihil reijciendum quod cum gratiarum actione ſumitur. Sancti
1.Tim.4. ficatur.n. per uerbũ & præſentiã Dei. Et tamẽ ſic quoq; continẽtię ſcopũ cuſtodire o-
portet, ita ut uilioribus & neceſſarijs ad uitam uſq; ad neceſsitatem immoremur, & in
his ſatietatis detrimẽtũ declinemus: ab his uerò quę ad uoluptatem parata ſunt peni-
tùs abſtineamus. Sic enĩ uoluptatis ſtudioſorum affectum exſcindemus, & cauterio
inuſtã habentes cõſcietiã, quãtũ in nobis eſt curabimus, & nos ipſos à ſuſpiciõe utrin-
1.Cor.10. que liberabimus. Cur.n. inquit, libertas mea iudicatur ab aliena cõſciẽtia? Cõtinentia
oſtendit eum qui mortuus eſt cum Chriſto, & qui mortificauit ſua ipſius mẽbra terre-
ſtria. Hanc nouimus temperantię matrem, ſanitatis largitricem, fructificationis bono
rum in Chriſto impedimenta abundè tollentem: ſiquidem iuxta Domini uocẽ, curæ
Mat.13. huius ſeculi, & uitæ uoluptates, & concupiſcentiæ circa reliqua ſuffocant uerbũ, & in
fructuoſum redditur. Ab hac & dæmones aufugiunt, quum ipſe Dominus docuerit
nos quod hoc genus non exit, niſi per orationem & ieiunium.

Quęſtio XIX.

Quæ ſit continentiæ menſura.

Reſponſio.

IN animæ quidẽ affectiõibus una cõtinentię menſura eſt, perfecta abalienatio eorũ
quæ ad pernicioſam uoluptatẽ tendunt. Verũ in cibis, quẽadmodum aliæ aliorum
ſunt neceſſitates, ſecũdũ ętates ac ſtudia, & ad corporis habitũ propriè diuiſę, Sic ſanè
etiam uſus menſura diuerſa eſt, idemq; modus: ut una regula omnes pietatis exerci-
tatores

tatores comprehendere impoſsibile ſit. Decreta autem circa ſanos menſura, ab hac euariationem ad ea quæ ſingulis accidunt ſagaciter fieri ab œconomiæ præfectis permittimus: neq; enim ſingula ſermone comprehendi poſſunt, ſed quæ à cōmuni & uniuerſali doctrina dependēt. Nam ægrotorū ſolatia ex cibis, aut eius qui aliàs propter operarum aſsiduitatem fatigatus eſt, aut eius qui ad laborē pręparatur, uelut profectionem aut aliud quid laborioſum, pręfecti pro neceſsitatis ratione ſemper diſponent, ſequentes eum qui dixit: Diſtribuebatur unicuiq; pro ut quis opus habebat Neq; igitur Act.2.
tempus cibi idem omnibus ſanciri poteſt, neq; modus, neq; menſura: uerùm cōmunis ſcopus ſit neceſsitatis expletio. Nam ſuperimpleri uentrē & degrauari cibis, maledicto dignum eſt, uelut Dominus dixit: Vę uobis qui repleti eſtis nunc, & ipſum corpus in- Luc.6.
utile ad actiones facit, & ad ſomnum procliue, & ad detrimēta paratius. Nec uerò iucunditatem eſus finem facere oportet, ſed neceſsitatem ad uitam, reprobata uoluptatis proteruitate: Seruire enim uoluptatibus nihil aliud eſt q̄ Deum facere ſuū uentrē. Phil.3.
Quum enim corpus noſtrū dum ſemper euacuat̄ ac diffluit, repletione indigeat, quapropter etiam naturales ſunt ciborū appetitus, ipſa recta uſus ciborum ratio euacuati expletionem indicit, ad animalis conſeruationem, ſiue ſicci, ſiue humidi alimenti inopia facta fuerit. Itaq; quod nos minus curioſo apparatu à neceſsitate liberaturum eſt, hoc ipſum offerendum eſt. Declarat aūt hoc ipſe Dominus, dum fatigatā multitudinē Mat.14.
epulo excepit, ut ne deficeret in uia, uelut ſcriptū eſt. Nam quum poſſet miraculū extendere in deſerto, per ſumptuoſum apparatum, ita tenuem ac minimè ſuperfluum cibum ipſis parauit, ut panes quidē hordeacei eſſent, & piſcis pars ad panem. Cęterū de potu ne mentionem quidem fecit, tanquam per ſe naturali & neceſsitatibus ſufficiēte aqua omnibus propoſita: niſi alicui propter infirmitatem nociuus ſit talis potus, ut reprobandus ſit iuxta Pauli conſilium ad Timotheum. Sed & omnia quæcunq; conſpi- 1.Tim.5.
cuum detrimentum habent, reprobanda ſunt. In conſentaneum eſt enim propter corporis conuerſationem cibos eligere, & per ipſos rurſus cibos corpus debellare, & impedimento ipſi eſſe ad mandati miniſteriū. Idē autem hoc etiam exemplū eſt nobis, ut animam noſtrā aſſuefaciamus fugere nociua, etiamſi iucunditatem habeant. Oportet autē omnimodo id quod paratu facilius eſt præferre, ut ne continentiæ prætextu curioſiſimus circa pretioſiora & ſumptuoſiora, per precioſa condimenta edulia cōdientes: ſed id quod in unaquaq; regione facilè haberi poteſt, & uile eſt, & multis ad uſum paratum, eligamus: ita ut ex inductitijs ſolis his utamur quæ ad uitam neceſſaria ſunt, uelut oleo & huiuſmodi, & ſi quid ad neceſſarium infirmorum ſolatium commodum eſt, atq; hoc ſi citra curioſitatem tumultusq; ac diſtractiones contingere poteſt.

Quęſtio XX.

Quis ſit modus hoſpites excipiendi in cibis.

Reſponſio.

VAna gloria, & ſtudium cōplacendi hominib. & facere quid ad oſtentationē, omnino in omni negocio Chriſtianis interdictū eſt, qn̄ ſanè & qui ipſum mādatū ad Mat.6.
hoc ut ſpectet̄ ac glorificet̄ ab hominib. facit, mercedem ob ipſum perdit. At uerò his qui omnem humilitatis ſpeciē propter Dn̄i mādatum ſuſceperūt, pręcipuè fugiendus eſt omnis uanę glorię modus. Qn̄ uerò externos uidemus paupertatis humilitatē ferentes, & omnem ciborū luculentiā ac ſumptuoſitatem apparātes, ubi aliquem peregrinū hoſpitio exceperint: timeo ne & nos latenter idem affectus attingat, & deprehendamur erubeſcentes ob paupertatem à Chriſto beatā prędicatā. Quemadmodum Mat.5.
igit̄ uaſa argentea, aut uela purpurea, aut ſtratū molle, aut ueſtitū illuſtrem, extrinſecus cōparare nō eſt nobis decorū: ſic neq; cibos excogitare multū à noſtra dięta euariātes. nā circumcurrere nos perſcrutādo ea quę nō ad neceſſariū uſum requirunt̄, ſed ad miſerā uoluptatem & pernicioſam uanā gloriā excogitant̄, nō ſolū turpe & diſſonū propoſito nobis ſcopo eſt, ſed etiā nō uulgare detrimentū habet: quū hi qui in delicijs uiuunt, & corporis uoluptatibus beatitudinem metiunt̄, citra eaſdem curas etiā nos uerſari uident, circa quas illi admiratiōe ac ſtupore ducti hęrent. ſi em̄ malæ ac fugiendæ ſunt delicię, nunq̄ à nobis eligēdę ſunt. Nihil em̄ ex his quę cōdemnata ſunt ad tēpus cōmodū eſſe pōt. Deliciantes, & qui primarijs unguentis illinunt̄, & excolatū uinum

bibunt

bibunt, à Scriptura accuſantur: & ob delicias uidua uiua mortua eſſe dicitur. Et diues
priuatus eſt paradiſo propter delicias huius uitæ. Quid igitur nobis cum ſumptuoſi-
tatibus? Acceſsit quis peregrinus? ſiquidẽ frater eſt, & eundem uitæ ſcopũ habet, pro-
priã mẽſam agnoſcet. Quæ enim domi reliquit, ea inueniet apud nos. At fatigatus eſt
ex itinere? tantũ ipſum præponimus, quantũ laſsitudo mitigetur. Alius acceſsit de ex-
terna uita? diſcat per opera, quæ ſermo ipſi non perſuaſit, & accipiat formã ac picturã
ſufficientiæ in cibis, permaneant in ipſo monumenta menſæ Chriſtianorũ, & pauper-
tatis non pudefientis propter Chriſtum. Si uerò non attendit, ſed deridebit, rurſus no
bis moleſtus non erit. Nos autẽ ubi aliquos diuites uiderimus, qui fruitionẽ iucundo-
rum inter prima bona ponunt, multum ſuſpiramus ob ipſos, quòd in uanitate omnem
uitam conſumentes, & uoluptates ſibijpſis Deum faciẽtes, in hac uita bonorum partẽ
ſe recipere nõ ſentiunt, per præſentes delicias ad paratum ignem & in ipſo ardorẽ eun
tes. Et ſi occaſio ita ſe obtulerit, neq; ad ipſos illos hæc dicere cunctamur. Si uerò ipſi
quoq; in ijſdẽ detineri uoluerimus, & iuxta facultatẽ in nobis exiſtentẽ, tum ea quæ ad
uoluptatem ſpectant requirere, tum ad oſtentationem parari: uereor ne quæ deſtrui-
mus, ea ædificare uideamur, & per quæ alios iudicamus, iudicari, quum cõpoſitè uita
utamur, & aliàs aliter transformemur. Niſi fortaſsis etiã ueſtitus noſtros permutabi-
mus, ubi cũ ſplendidioribus cõgrediemur. Si uerò hoc turpe eſt, multò turpius eſt pro
pter delicatos menſam noſtram tranſmutare. Vniformis eſt Chriſtiani uita ac uictus,
1.Cor.10. unũ ſcopum habens gloriam Dei: ſiue enim editis, ſiue bibitis, ſiue quid facitis, omnia
ad gloriã Dei facite, in Chriſto loquens Paulus ait. Multiformis autẽ & uarius eſt ex-
ternorum uictus, ut qui aliàs aliter ad accedentium complacentiã transformatur. Qua
re & tu per copiã ciborum & curioſitatẽ, fratris tui menſam ad uoluptatem tranſmu-
tans, ſtudium uoluptatis in ipſo accuſas, & contra ipſius guloſitatẽ opprobria diffun-
dis per ea quæ inſtruis redarguens ipſius circa hæc uoluptatem. Aut nõ ſæpe ſpecie &
modo apparatus cõſpectis, coniectauimus quis eſſet, aut quid nam eſſet, qui uel quod
Luc.10. expectaretur? Nõ laudauit Martham quæ ad multum miniſterium diſtrahebatur Do-
minus: ſed ſolicita es, inquit, & turbaris circa multa. Paucis autẽ uel uno eſt opus, pau-
cis quidem ad apparatum uidelicet, uno uerò ſcopo ut neceſsitas expleatur. Ipſe por-
Mat.14. rò dominus qualem quinq; milibus appoſuerit cibum non ignoras. Vtrũ autẽ Iacob
Gen.28. ad Deum eſt: Si dederis, inquit, mihi panem ad edendum, & pallium ad amictum: nõ
3.Reg.3. ſi dederis delicias mihi & ſumptuoſitatẽ. Quid uerò ſapientiſsimus Solomon? Diuiti
as & paupertatẽ, inquit, ne dederis mihi, uerũ diſpone mihi quibus opus habeo ſuffici
entia, ut ne ſatiatus mendax fiam, & dicã, quis me uidet? aut pauper furer, & peiorem
nomen Dei mei. Diuitias quidem ſatietatem eſſe decernens: paupertatem uerò perfe
ctam penuriam rerum ad uitam neceſſariarum: per ſufficientiam uerò, neq; inopiã, ne-
que ſuperfluitatem rerum ad uitæ uſum requiſitarum oſtendens. At uerò ſufficientia
alia alij eſt, iuxta corporis habitum, & propoſitã neceſsitatem. Huic enim uberiore ac
fortiore alimento opus eſt, propter laborẽ, illi uerò tenuiore ac leuiore & per omnia
conueniente, propter infirmitatem. In communi uerò omnibus uiliore & parabiliore.
In omnibus aũt neceſſaria eſt diligẽtia, & proba menſæ cura, ut nuſquam neceſsitatis
terminos tranſgrediamur. At ipſius exceptionis finis ſit, id quod ab uniuſcuiuſq; acce-
dentium neceſsitate requiritur. Velut utentes, inquit, mundo hoc, & non abutentes.
1.Cor.7. Abuſus autẽ eſt ſumptus ſupra neceſsitatẽ. Nõ habemus pecunias? utinã neq; habere
mus. Nõ ſunt plena horrea noſtra? diariũ eſt enim noſtrũ alimentũ, uictus per manus.
Cur igitur datũ à Deo eſurientibus alimentũ ad uoluptates delicioſorũ inſumimus? u-
trinq; peccantes, & illis afflictiones ex inopia augẽtes, & his detrimenta ex ſatietate
intendentes.

Quæſtio XXI.

Quomodo oportet ſe circa ſedes & accubitus in tempore pran-
diorum aut cœnarum habere.

Reſponſio.

Luc.14. QVandoquidem prçceptum eſt Domini ubiq; ad humilitatẽ nos adſuefaciẽs, ut
& in prandijs accumbentes poſtremum locũ præoccupemus: neceſſe eſt ut qui
omnia ſecundũ mandatũ facere ſtudio habet, neq; hoc prçceptũ negligat. Siq
dem

dem igitur mundani quidam nobiſcum accumbant, exemplum ipſis etiam ex hac parte fieri nos conuenit, ut non extollātur, neq; primum locum quærant. Vbi uerò omnes iuxta æqualē ſcopum conueniunt, quo in omni tempore humilitatis ſuę probationē dent, extremum quidem occupare locum ad omnes iuxta Domini præceptum pertinet, & tamen rurſus cōtentioſe circa hunc occupandum protrudi, reprobandum eſt, uelut quod bonam ordinis diſciplinam deſtruat, & tumultus cauſa ſit. Sed & inter nos mutuò pertinaces eſſe, & de hoc contendere, ſimiles nos faciet his qui de primatu certant. Quapropter oportet etiam hic conſiderate id quod nobis decorum eſt, decernendo ac ſtatuendo, ei qui ſuſcipit permittere etiam accumbendi ordinem, quemadmodū etiam Dominus admonuit: patriſamiliâs conuenire dicens harum rerum diſpoſitionem. Sic enim & mutuò ſufferemus nos in dilectione, omnia honeſtè & ſecundum ordinem facientes, & non ad multorum oſtentationem, neq; per luſum humilitatem exercere, per obſtinatā ac uehementem contradictionem demonſtrabimus: imò magis per obedientiam humilitatem perpetrabimus: maior enim eſt ex cōtradictione arrogantiæ ſignificatio, quàm ex primo accubitu, ubi ex præcepto ipſum ſuſceperimus.

Quæſtio XXII.

Quod ſit decorum Chriſtiano indumentum.

Reſponſio.

SVperiore ſermone humilitatem neceſſariam eſſe oſtendimus, & ſimplicitatem ac in omnibus utilitatem ac ſumptus tenuitatem, ut paucę diſtractionum occaſiones ex corporalibus neceſſitatibus nobis contingant. Ad illos igitur ſcopos etiam indumenti rationem ſequi oportet. Si enim ſtūdio habere nos cōuenit ut omnium poſtremi ſimus, nimirum & in hoc extremitas pręſtantiſsima exiſtit. Quemadmodum em̄ glorię cupidi, etiam ex indumentorum amictu gloriam ſibiĳpſis uenantur, ſpectari & imitationis exemplum in uirtutis ſumptuoſitate eſſe ambiētes, ſic uidelicet cōuenit eum qui ad extremum uitam ſuā per humilitatem deiecit, etiam in his poſtremum omnium eligere. Sicut enim in publica cœna Corinthĳ accuſantur, uelut ſumptuoſitate ſua eos qui non habent confundentes: ſic nimirum & in cōmuni ac in conſpicuo indumentorum uſu, habitus is qui multos excedit, uelut per comparationem pauperem pudefacit. Quum aūt Apoſtolus dicat: Nō alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes: expendat unuſquiſq; apud ſeipſum, utra ſimilitudo cōuenientior ſit Chriſtianis, ad eos'ne qui in regĳs aulis habitant, & mollibus ueſtibus amicti ſunt, aut ad angelū & pręconē aduentus Dn̄i, quo maior inter natos mulierum non ſurrexit, Ioannē dico Zachariæ filium, cuius indumentum erat ex pilis cameli. Sed & ueteres ſancti in pellibus ouilis ac caprinis obambulabant. Scopum autem uſus propoſuit Apoſtolus per unam dictionem, inquiens: Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti erimus, tāquam ſolo tegumento opus habeamus, & non etiam ad interdictum uarietatis & ornatus ex ipſa uitium delabamur, ut ne quid grauius dicam. Hęc enim poſtea per ſuperfluā artium uanitatem in uitam intro ducta ſunt. Manifeſtus eſt aūt etiam primus tegumentorum uſus, quem ipſe Dominus indigentibus dedit: Fecit ipſis, inquit, Deus tunicas pelliceas. Nam ad pudendorum ob uelationem ſufficiebat etiā talis tunicarum uſus. Quandoquidem uerò etiā alius coinci dit ſcopus, ut per tegumenta foueamur, neceſſe eſt utrorumq; uſum appoſitum eſſe, ut contegant nobis pudenda, & auxilio ſint aduerſus aeris detrimenta. Quando uerò etiam in his ipſis, alia ſunt multum utilia, alia minus: conſequens eſt ut præferamus ea quæ ad plures uſus trahi poſſunt: ut neq; inopiæ ratio lædatur. Et ne alia ſint nobis ad oſtentationem pręparata, alia uerò ad domeſticum uſum. Atq; hæc rurſus alia diurna, alia nocturna integimenta. Verum unius talis acquiſitionem excogitare oportet, quod ad omnia nobis ſufficere poteſt, tum ad decorum ac honeſtum interdiu amictū, tum ad neceſſarium in nocte. Ex hoc aūt contingit ut nos etiam habitu inter nos communicemus & ut uelut proprius quidam character etiam ex indumento Chriſtiano incumbat. Nam quæ ad unum ſcopum tendunt, multa nobis communia ſunt. Vtilis eſt autem & ueſtitus proprietas prædicās unumquenq; & præconteſtans profeſſionem uitæ ſecundum Deum, ut etiam conſequenter actio ab his qui nobis obueniunt exigatur. Non enim ſimiliter indecorum & turpitudo in uulgaribus, & in his qui magna profitentur, apparet.

1.Cor.11.

Rom.12.

Matt.11.

Matt.3.

2.Tim.6.

Gen.3.

Plebeium etenim aut aliquem ex uulgo dantem plagas aut accipientem publicè,& uoces indecoras emittentem,& in tabernis uerſantem,& alia his conſimilia indecorè facientem,nemo facilè obſeruauerit,ut qui ea quæ fiunt toti uitæ propoſito conſentanea expectet. At eum qui in profeſſionis ſinceritate poſitus eſt, etiamſi fortè aliquid officiorum neglexerit,omnes obſeruant,& opprobrij loco obijciunt,facientes id quod dictũ eſt,Conuerſi rumpent uos.Quare uelut inſtitutio quædam eſt infirmioribus, ad hoc,ut etiam inuiti à uitijs arceantur,ipſa per habitum profeſſio. Quemadmodum igitur proprium quiddam eſt militis in ueſtitu, & alius eſt ſenatoris,& alius alterius,ex quibus ut plurimum dignitates ipſorum coniectamus, ſic etiam quandam eſſe Chriſtiani proprie-
1.Tim.2. tatem in ueſtitu,decorum & conſentaneum eſt,quæ ornatus honeſtatem ab Apoſtolo traditam conſeruet.Hic enim nunc Epiſcopum ornatum eſſe decernit,nunc mulieres in ueſtitu ornato eſſe præcipit,ita nimirum ut ornatus uox iuxta proprium Chriſtiani ſcopum accipiatur.Eadem autem ratio mihi etiam de calciamentis eſt,ut quod minimè curioſum eſt & parabilius,& ad neceſſitatis ſcopum ſufficiens, in omni tempore præferatur.

Quæſtio XXIII.

De cingulo.

Matt.3. CIngulî uſum neceſſarium eſſe,declarant etiam priores ſancti. Ioannes quidem co-
4.Reg.1. riacio cingulo lumbos ſuos adſtringens: & eo adhuc prior Helias. Scriptum eſt enim,uelut quædam uiri proprietas,hoc: Vir hirſutus,& zonam coriaceam circa lum-
Act.12. bos ſuos habens.Sed & Petrus cingulo uſus oſtenditur, uelut patet ex angeli uerbis ad
Act.21. ipſum,dicentis:Præcingere & ſubliga calceos tuos.Et B.Paulus ex prophetia Agabi de ipſo,cingulo uſus fuiſſe apparet. Virum enim cuius eſt cingulum hoc, ſic ligabunt,in-
Iob.40. quit,in Hieroſolymis.Et Iob præcipitur à Domino ut cingatur. Nam uelut uirilitatis cuiuſdam,& ad opera promptitudinis ſignum eſt:Cinge,inquit,uelut uir lumbos tuos.Et palàm eſt quòd omnibus diſcipulis Domini familiaris fuerit cinguli uſus, quibus interdictum fuit,non habere æs in zonis.& aliâs eum qui per ſe aliquid operari uelit,neceſſe
Matt.10. eſt ſuccinctum & expeditum eſſe ad motus,ut etiam zona ipſi ſit opus,per quam tunica ad corpus contrahatur:& magis ſanè ipſum fouebit quæ undiquaque circũplicata eſt,& ut expeditus ſit ad motus exhibebit.Nam & Dominus quum ad miniſtrandum diſcipulis præparabatur,accepto linteo cinxit ſe.Cæterùm de multitudine indumentorum nihil opus eſt dicere,quum in tractatu de inopia,antea ſatis hæc res à nobis ſit expenſa.Si enim ei qui duas tunicas habet præcipitur,ut impertiat ei qui non habet: nimirum pluriũ ſui cauſa poſſeſſio interdicta eſt. Quibus igitur duas tunicas habere interdictum eſt,his quid opus eſt de uſu legem ferre?

Quæſtio XXIIII.

Quum hæc ſufficienter nobis tradita ſint,conſequens fuerit,nos diſcere de modo mutuæ inter nos conuerſationis.

Reſponſio.

QVum Apoſtolus dicat,Omnia decorè & ſecundum ordinẽ fiant, illam exiſtima-
1.Cor.3. mus decoram eſſe & ordinatam conuerſationem in credentium coniunctione,in qua membrorũ corporis ratio conſeruat̃,ut alius quidem oculi uim obtineat,is cui communis cura concredita eſt,tum in examinatione eorum quæ facta ſunt, tum in præuiſione ac conſideratione fiendorum : alius uerò auris aut manus, tum in audiendo,tum in operando,ea quæ ad ſe pertinent,& deinceps unuſquiſque uniuſcuiuſque.Itaque ſcire oportet,quod quemadmodum inter mẽbra non uacat periculo,ſi unumquodque officium ſu-
1.Cor.12. um negligat,aut altero non utat̃ ad id ad quod factum eſt à conditore Deo. Siue enim manus,ſiue pes,non obediat oculi ductui, illa quidem neceſſariò ob corruptionem totius perniciem incurret: hic uerò offendet,aut etiam per præcipitia deferetur.Siue oculus nictauerit ut nõ uideat,neceſſe eſt & ipſum corrumpi cum alijs membris prædicta patientibus.Sic neque præfecti negligentia periculo uacat,qui pro omnibus condemnatur , neque obedienti inobedientia detrimento ac damno caret:immò abundantius periculoſa eſt,ſi etiam alijs offendiculo ſit. Vnuſquiſque igitur in proprio loco ſtudij diligentiam oſtendens , & Apoſtoli præceptum explens,dicentis: Studio non ſegnes, promptitudinis laudem habebit. Verùm in negligentia, contraria, miſeri uidelicet prædi-

prædicationem,& ipſum uæ, Maledictus enim,inquit,omnis qui facit opera Domini negligenter. Hier.48.

Quæſtio XXV.

Quòd horrendum imminet iudicium præfecto peccantes non coarguenti.

QVapropter qui communem curam ſibi commiſſam habet, ſic afficiatur uelut qui rationem reddere debeat de ſingulis,gnarus quòd ſi inciderit in peccatum unus frater,quum non prædixerit ipſi iuſtificationem Dei,aut illapſus perſeuerauerit,nō do- Ezech.3. ctus modum correctionis,ſanguis ipſius ex manibus eius requiretur,uelut ſcriptum eſt: & maximè ſi non propter ignorantiam neglexerit aliquid ex complacentibus Deo,ſed propter adulationem unà cum unuſcuiuſq; uitijs circūferatur,& adminiſtrationibus ſinceritatem exoluat.Qui enim beatos prædicant uos,inquit,ſeducunt uos,& ſemitam pedum ueſtrorum turbant:qui uerò turbat uos,portabit iudiciū,quiſquis ſanè fuerit.Quapropter ut ne hoc patiamur, ſequenda eſt nobis Apoſtolica regula,in conuerſatione 1.Theſ.2. dum fratribus.Neque enim unquam,inquit,in ſermone adulationis fuimus,uelut ſcitis, neque occaſione auariciæ, Deus teſtis eſt, neq; quærentes ex hominibus gloriam,neq; à uobis,neq; ab alijs. Qui igitur ab his affectibus purus eſt,fortaſſis ductum minimè erroneum,ſibiq; meritorium & ſequentibus ſalutarem perfecerit. Qui enim non propter humanos honores,neque ut ne offendat peccantes,quo ipſis iucundus ſit & gratus,reuera in dilectione operam locat:is cum dicendi libertate profert ſermonem, non fucatè & ſincerè,non optans in ulla re adulterare ueritatem, ut conueniant ipſi etiam ea quæ conſequenter dicta ſunt.Sed fuimus benigni in medio ueſtrûm,uelut ſi nutrix foueat liberos ſuos,ita deſiderantes uos cupidè,uolebamus tradere uobis, non ſolùm Euangelium Dei,ſed etiam animas noſtras.Qui uerò non ſic ſe habet,dux eſt cæcus, & ſeipſum præcipitans,& ſequentes ſimul inducens.Quantū quidem igitur malum ſit, pro ducatu erroris cauſam fratri fieri, ex relatis ſignis contemplari licet. Eſt autem & hoc ſignum, quod mandatum dilectionis non peragatur:nullus enim pater negligit filium ſuum in foueam caſurum,aut illapſum in ruina dimittit. Quanto autem magis horrendum eſt, animam in profundum malorum incidentem in interitu dimitti,quid attinet dicere?Obnoxius igitur eſt fraternitati,ut pro animis ipſorum uigilet,& curet quæ ad ſalutem uniuſcuiuſq; pertinent,uelut rationem daturus,curetq; in tantum ut etiam uſq; ad mortem ſtudium ſuum pro ipſis oſtendat,non ſolùm iuxta communem erga omnes dilectionis Domini rationem,ut quis animam ſuam ponat pro amicis ſuis,ſed etiam iuxta propriā Ioan.10. eius qui dixit:Ita deſiderantes uos cupidè,uolebamus tradere uobis non ſolùm Euangelium Dei,ſed etiam animas noſtras.

Quæſtio XXVI.

Quòd oportet omnia,etiam occulta cordis referre ad præfectum.

OPortet etiam unumquenq; ex ſubditis,ſi quidem memorabilem profectū oſtēdere uelit,& in habitu uitæ ſecundum Dñi noſtri Ieſu Chriſti præceptum eſſe,nullū animæ motum occultum apud ſeipſum ſeruare, nullumq; ſermonem citra examinationem proferre:ſed occulta cordis denudare his qui fide & autoritate præditi ſunt fratribus,ut cum miſericordia ac condolentia infirmorū curam gerant.Sic enim quod laudabile eſt confirmatur,quod uerò reprobum conueniente medela curatur: & ex tali exercitatione,acceſſione paulatim contingente, perfectio ipſa nobis accedit.

Quæſtio XXVII.

Quòd oportet etiam præfectum commonefieri à præminentibus in fraternitate,ſi quando errer.

Reſponſio.

QVemadmodum autem præfectus obnoxius eſt,ut deducat fraternitatē in omnia: ſic rurſus etiā ad reliquos pertinet,ſi quando aliquod delictū ſuſpectū fuerit circa præfectum,ut ipſum commonefaciant.Vt ne autem bonus diſciplinæ ordo diſſoluatur, præminentibus & ætate & prudentia,permittere oportet commonefactionem. Si quidem igitur fuerit aliquid correctione dignum, fratri auxilium & utilitatem tulimus,& nobiſipſis per illum,ubi eum qui uelut regula uitæ noſtræ eſt,& ſua rectitudine obliquitatem ac peruerſitatem noſtram corrigere debet, ad rectitudinem compoſuerimus.Si

uerò fruſtra aliqui ob ipſum turbati fuerint, certiores redditi per manifeſtationem eorũ,
quæ non cum ueritate fuerunt ſuſpecta, à diſcrimine ob ipſum liberantur.

Quæſtio XXVIII.

Quomodo affici oportet omnes erga inobedientem.

Reſponſio.

Cæterùm ei qui ſegniter affectus eſt ad obediendum mandatis Domini, primùm om
nes condolere oportet, uelut morboſo membro, & per proprias ac priuatas cohortatio
nes præfecti, conari ut infirmitatem ipſius corrigant. Perſeuerantem uerò in inobedien
tia, & correctionem non admittentem, grauius coarguere coram tota fraternitate, &
Matt.18. cum omni exhortatione adhibere ipſi medelas. Vbi uerò nihil reueretur poſt multam
admonitionem, neq; ſeipſum in operibus ſanat, uelut ipſum ſuijpſius peſtem iuxta pro-
uerbium, cum multis quidem lachrymis ac lamentis, attamen uelut membrum corru-
ptum, & pœnitùs inutile, ad medicorum imitationem à cõmuni corpore reſecare. Nam
& illi quodcunq; membrum repererint incurabili affectu occupatum, ut ne detrimen-
tum amplius diffundatur, & uicinas partes ob continuitatem corrumpat, ſectionibus &
uſturis eximere ſolent. Id quod etiam nobis in aduerſantibus mandatis Domini, aut im
pedientibus ipſa, neceſſariò facere licet, iuxta ipſius Domini pręceptum, qui dixit: Si o-
Matt.6. culus tuus dexter te offenderit, erue ipſum, & proijce à te. Nam humanitas erga tales
1.Reg.2. conſimilis eſt ineruditæ benignitati ipſius Heli, qua erga filios pręter uoluntatem Dei
uſus reprehenditur. Proditio igitur ueritatis eſt, & fraus quę tenditur communitati, &
aſſuefactio ad id ut uitia indifferentia eſſe putentur, benignitas erga malignos oſtenſa,
1.Cor.5. quum iam non fiat id quod ſcriptum eſt: Non potius luxiſtis, ut tolleretur de medio ue-
ſtrûm qui hoc facinus perpetrauit: ſed ex neceſſitate contingat id quod infertur: Modi
1.Tim.5. cum fermentum totam maſſam corrumpit. Peccantes autem, inquit Apoſtolus, coram
omnibus reprehende. & cauſam ſtatim ſubdit, dicens: Vt & reliqui timorem habeant. In
ſumma, qui nõ admittit medelam quæ ipſi à fratre adhibetur, ipſe ſibijpſi diſſonus eſt. Si
enim non ſuſtinet ſubijci, & ſuam ipſius uoluntatem defendit, cur eſt cum ipſo? cur præ
ſidem ipſum uitæ ſuæ inſcribit? Qui uerò ſemel ſuſtinuit in fraternitatis corpore connu-
merari, ſi delectus fuerit ut membrum miniſtratorium fiat, etiamſi ſupra uires eſſe uiſum
fuerit quod præceptum eſt, reiecto iudicio in eum qui pręter uires pręcepit obſequium
& obedientiam uſque ad mortem oſtendat, memor Domini, quòd factus eſt obediens
Phil.2. uſq; ad mortem, mortem autem crucis. At uerò rebellare ac contradicere, multorum ma
lorum declarationem habet, morbum fidei, dubitationem ſpei, elationem & arroganti-
am morum. Neq; enim inobediens eſt quiſquã, qui non prius conſultorem contempſit.
Nec uerò qui promiſſionibus Dei credit, & firmam in ipſis ſpem habet, unquam ad ea
quæ præcepta ſunt piger erit, etiamſi laborioſa fuerint, gnarus quòd non ſunt dignæ af-
flictiones huius temporis ut comparentur ad reuelandam gloriam. Et qui perſuaſus eſt,
Rom.8. quòd humilians ſeipſum exaltabitur, ampliorem promptitudinem reſpectus eius qui
Luc.14. præcepit, oſtendit: quum ſciat quòd pręſens afflictionis leuitas, perpetuam gloriæ gra-
uitatem iuxta excellentiam operatur.

Quæſtio XXIX.

De eo qui cum elatione aut murmuratione operatur.

Mat.5. AT uerò eius qui murmurauit, aut in elatione compertus eſt opificium, non permi-
Luc.16. ſceri oportet opificio, ab his qui humiles ſunt corde ac cõtriti ſpiritu fiente, & om-
1.Cor.10. nino à pijs non inſumi. Propterea quòd id quod altũ eſt inter homines, abominatio eſt
2.Cor.9. coram Deo. Et aliud eſt præceptum Apoſtoli dicentis: Neq; murmurate, quemadmo-
Num.16. dum aliqui eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Et hoc: Nõ ex mœ-
rore aut neceſſitate. Inacceptabile igitur eſt talium opus, uelut uictima reprehenſibilis,
quod aliorum opificio ammiſceri pium non eſt. Si enim hi qui alienum ignem altari ad
hibuerunt, tantam iram experti ſunt, quomodo non fuerit periculoſum ab effectu inimi
co ipſi Deo profectum opus, ad mandatorum diſpenſationem aſſumi? Quæ enim eſt ſo
Eſaie 66. cietas iuſticiæ & iniquitati? aut quę ſors credenti cum incredulo? Quapropter dicit lex,
Qui ſacrificat mihi uitulũ, eſt uelut qui occidit canẽ: & qui offert ſimilaginẽ, uelut ſan-
guinem ſuillum. Vnde neceſſariò pigri & contradicẽtis opera à fraternitate abalienan-
tur. Aut

tur. Atq; huius partis diligentem curam præfectos facere oportet, ut neque ipſi dogma corrumpant eius qui dixit: Ambulās in uia immaculata, hic mihi miniſtrabat. Non habitabat in medio domus meæ qui facit ſuperbiam: neq; eum qui peccatum præcepto admiſcet, & opificium laboris ſegnitie inquinat, aut prærogatiuæ elatione, ædificent ut permaneat in peruerſitate, propterea quòd ipſi eum aſſumunt, neque ſinunt ipſum ad propriorum malorum intelligentiam peruenire. Oportet igitur etiam ipſum præfectum perſuaſum eſſe, quod non præſidere fratri ſecundum rationem, grauem ipſi & ineuitabilem iram inducit. Sanguis enim illius ex manibus ipſius requiretur. Et ſubditum ita præparatum eſſe oportet, ut ad nullum præceptum quantumuis graue tardus ſit, ea fiducia præditum, quòd merces multa eſt in cœlis. Itaq; eum qui obedit, exhilaret ſpes gloriæ, ut in omni gaudio & patientia opus Domini fiat. *Pſal.100.* *Ezech.3.* *Matt.12.*

Quæſtio XXX.

Quo affectu oportet præfectum fratrum curam gerere.

Reſponſio.

PRæfectum ne elatum facit dignitas, ut ne & ipſe à beatitudine humilitatis excidat, aut etiam elatus iudicium diaboli incidat: uerùm illud credat, quòd plurium cura, plurium eſt miniſterium. Quemadmodum igitur qui multis ſauciatis miniſtrat, & ſingulorum uulnerum ſanies detergit, & auxilia iuxta ſubiecti mali proprietates adhibet, hoc ipſum miniſterium nō elationis occaſionem ſumit, ſed potius humilitatis ſtudij ac ſollicitudinis: ſic multo amplius is cui medela infirmitatum fraternitatis concredita eſt, uelut omnium miniſter, & pro omnibus rationem daturus, meditari ac ſollicitus eſſe debet. Hoc enim pacto rectè aſſequetur ſcopum, uelut Dominus dixit: Si quis uult inter uos eſſe primus, ſit omnium ultimus, & omnium miniſter. *Luc.14.*

Quæſtio XXXI.

Quòd oportet exhibitum à præfecto miniſterium ſuſcipere.

Reſponſio.

OPortet aūt & corporale miniſterium, quod exhibetur ab his qui in fraternitate præminere uidentur, eos qui ex uulgo ſunt ſuſcipere. Nam humilitatis ratio & maior ut miniſtret ſuggerit, & minori ut ſibi miniſtrare permittat, non inconueniens oſtendit. Exemplum enim Domini ad hoc nos deducit, qui pedes diſcipulorum ſuorum lauare non eſt dedignatus, quum illi ad hoc reſiſtere non fuerint auſi. Sed & qui ob multā reuerentiam primùm non admiſit Petrus ipſe, ſtatim ſeipſum ad obedientiam commutauit, ubi inobedientiæ periculum didiciſſet. Non eſt igitur quod timeat ſubditus, ne ab humilitatis ſcopo aberret, ſi quando miniſterium à maiore admittat. Nam doctrinæ gratia aut potius manifeſti exempli, magis quàm neceſſarij uſus miniſterium ipſi exhibetur. Itaq; in obedientia & imitatione humilitatem oſtendat, & non reluctans, in humilitatis ſpecie ſuperbiæ ac arrogantiæ opus faciat. Contradictio enim ſuijpſius poteſtatem & nulli ſubiectum eſſe oſtendit. Inflationis igitur magis & contemptus demonſtrationem habet, & non humilitatis, ac obedientiæ in omnibus. Quapropter neceſſarium eſt obedire ei qui dixit: Sufferentes uos mutuò in dilectione. *Ioan.13.* *Ephe.5.*

Quæſtio XXXII.

Quomodo oportet erga cognatos ſecundum carnem affici.

Reſponſio.

EOs equidem qui ſemel ſuſcepi ſunt in fraternitatem, non permitti oportet à præfecto, ut ad aliquid faciendū ſe abalienent, neq; prætextu uiſitationis cognatorum ſecedant à fratribus & inteſtatam uitam degant, neq; curas habere permitti ob præfecturam cognatorū ſecundum carnem. In totum enī reprobat diuinus ſermo, ut meū & tuum in fraternitate dicatur. Erat enim, inquit, credentium cor unum, & anima una: neque quiſquam aliquid eorum quæ poſſidebant, ſuum eſſe dicebat. Itaq; parentes alicuius atq; fratres ſecundum carnem, ſi quidem ſecundum Deum uiuunt, ab omnib. in fraternitate, uelut communes patres aut cognati, curentur. Quicunq; enim fecerit, inquit Dominus, uoluntatem patris mei qui in cœlis eſt, hic frater meus eſt, & ſóror, & mater. *Act.2.*

Sed & horum curam pertinere ad præfectum fraternitatis approbamus. Si uerò im-
plicati ſunt communi uitę, nulla nobis communis eſt ratio ad ipſos, qui honeſtatem &
aſſeſſionem Domino citra diſtractionem perficere ſtudio habemus. Nam ſupra hoc
quod illis nullam utilitatem exhibemus, inſuper & noſtram ipſorum uitam tumultibus
& turbatione replemus, & peccatorum occaſiones attrahimus. Sed neq; uenientes ad
uiſitationem eorum qui illis aliquando familiares fuerunt, ſi mandata Dei contemnant,
Ioan.14. & opus pietatis uilipendant, conſentaneum eſt admittere, ut qui non diligant Dominū
2.Cor.6. qui dixit: Qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat. Quæ eſt autem ſocietas iuſti-
ciæ & iniquitati? aut quæ ſors credenti cum incredulo? & quia maximè omnib. modis
ſtudioſum eſſe oportet, ut ab his qui adhuc in rectè factorum exercitio ſunt, occaſiones
ad peccandum auferamus, quarum maxima eſt memoria prioris uitæ: ne quando patian-
Num.21. tur id quod dictum eſt: Conuerſi ſunt cordibus ſuis in Aegyptum: id quod in frequenti
conuerſatione coniunctorum ſecundum carnem plerunq; contingit. In ſumma, neq; co-
gnatum, neq; externum permittere oportet ut ſermones aliquos cum fratribus habeat,
niſi perſuaſi fuerimus de ipſis, quòd ad ædificationem & componendas animas collo-
quuntur. Si uerò ſermone opus ſit ad eos qui ſemel in nos inciderunt, ab his qui autori-
tate ac fide præditi ſunt, ſermonis beneficium contingat, uelut qui facultatem habent
ut cum ſcientia dicant ac audiant ad fidei ædificationem: quum manifeſtè Apoſtolus
doceat, non omnibus adeſſe ſermonis facultatem, dum ait: Alij enim per ſpiritum datur
1.Cor.12. ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ, Et alibi: Vt potens ſit exhortari in ſana doctrina, &
2.Tim.1. contradicentes redarguere.

Quæſtio XXXIII.

Quis modus ſit congreſſus ad ſorores.

Reſponſio.

1.Cor.7. QVi ſemel nuptias abnegauit, abnegabit nimirū multò prius curas, quas Apoſtolus
ei qui uxorem duxit adſcribit, quomodo uxori ſuæ placeat, & purgabit ſeipſum
omnino ab omni ſollicitudine quæ ad complacentiā uxoris ſuſcipitur, timens iudicium
eius qui dixit: Diſperſit Deus oſſa eorum qui hominib. complacere ſtudent. Quare ne
cum uiro quidem congredi ad complacentiā ſuſtinebit. Verùm ſtudij gratia quod uni-
Pſal.52. cuiq; à proximo iuxta Dei præceptum debetur, neceſſitate exigente, ad cōgreſſum de-
ueniet. Nec uerò ſimpliciter prout quiſq; uoluerit congreſſum concedere oportet, neq;
tempus ad hunc, neq; locus omnis idoneus eſt. Sed ſi quidem uoluerimus nemini offen-
diculo eſſe iuxta Apoſtoli præceptum, neq; Iudæis, neq; Græcis, neq; Eccleſiæ Dei: om-
Rom.14. niaq; decorè ac ſecundum ordinem facere, & omnia ad ædificationem, neceſſe eſt &
perſonam, & tempus, & neceſſitatem, & locum, decenter deligere, per quæ omnia pra-
uæ ſuſpicionis etiam umbra omnis fugabitur. Reuerentiæ autem & temperantiæ demō-
ſtratio omni modo apparebit in his qui probati ſunt ac delecti ad hoc, ut ſe mutuò uide-
ant, & de complacentibus Deo conſulant, & ſecundum corporis neceſſitatem, & anima-
rum curam. Sint autem non pauciores quàm duo ex unaquaque parte. Nam una perſo-
na ſuſpicioni ac calumniæ facilè expoſita eſt, ut ne quid amplius dicam, & infirmior ad
ea quæ dicuntur confirmanda: quum Scriptura manifeſtè enunciet, In duobus aut tri-
Deut.17. bus conſtitui omne uerbum: neq; plures quàm tres, ut ne ſtudium tractandi operis pro-
pter mandatum Domini noſtri Ieſu Chriſti inſtituti impediatur. Si uerò uſu ueniat, ut
alius quis ex fraternitate dicere debeat aut audire, quòd ad aliquem priuatim pertineat,
illi ipſi ad colloquium inter ſe ne ueniant, uerùm delecti ſeniores, res ipſorum procurēt
apud delectas item ſeniores ſorores: atq; ſic his medijs intercedentibus ſermonis uſus
ac neceſſitas expleatur. Hi quidem igitur ſint ſupra reliquam in omnibus pietatem ac re-
uerentiam, etiam prudentes ad interrogandum ac reſpondendum, fideleſq; ac prouidi
ad dicendorum adminiſtrationem, ut & his qui res ſuas ipſis concrediderunt neceſſitas
expleatur, & certitudo de his quæ tractantur in ipſis exiſtat. Inſeruiant autem & corpo-
ris neceſſitatibus alij quidam, etiam ipſi cum approbatione, tum ætatis prouectæ, tum
habitu ac moribus reuerendi, ut ne uerberent alicuius conſcientiam ad ſuſpicionem ma-
1.Cor.10. lam. Vt quid enim libertas mea iudicatur ab alia conſcientia?

Quæſtio

Quæſtio XXXIIII.

Quales oportet eſſe eos qui res neceſſarias in fraternitate diſpenſant.

Reſponſio.

SEd & ex his qui intus neceſſarias res diſtribuunt, in ſingulis ordinibus omnino erunt *Act. 6.*
aliqui, qui imitari poſſint eos qui in actibus faciunt id quod dictum eſt, quòd diſtri
buebatur unicuiqꝫ prout quis opus habebat: ita ut multã miſericordię & lõganimitatis
erga omnes prouidentiã faciant, & ut neqꝫ ſuſpicionem præbeant alicui, affectionis fa-
uoris aut inuitationis erga quoſdam iuxta Apoſtoli præceptum qui dixit: Nihil faciens *Phil. 2.*
ad inuitationem, aut rurſus contentionem: quã uelut minimè pertinentem ad Chriſtia-
nos idem repudiat, dum ait: Si quis uidetur contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinem *1. Cor. 11.*
non habemus, neqꝫ Eccleſiæ Dei. Quare per hæc, illorum quidem neceſſitas ſubtrahet̃
aduerſus quos contentionem habuerint: horum uerò excedet, erga quos fauore affecti
& inuitati fuerint. Eſt aũt illud quidem odij fraterni, hoc uerò fauoris maximè uitupera-
ti. Ex quib. nobis cõſpiratio fraternitatis ex dilectione diuellitur. Suſpiciones aũt prauæ
& æmulationes & contentiones, & ſegnities ad operãdum, introducuntur. Itaqꝫ à fauo
ris affectu itemqꝫ contentionis, tum propter relata, tum ob alia multa talia accidentia, ad
ſummum puros eſſe neceſſe eſt eos qui fraternitati res ad uſum neceſſarias diſtribuunt.
Affectus porrò talis ſibijpſis conſcij eſſe debent, & tantum ſtudium oſtendere, tum ipſi,
tum hi qui alias actiones ad fratrum miniſterium perficiunt, tanqꝫ non hominib. ſed ipſi
Dño inſeruiant, qui propter multã bonitatem, in ſeipſum collatum reputat ſtudium, &
honorem dicatis ipſi delatum: & regni cœlorum hęreditatem pro his promittit: Venite *Matt. 25.*
enim, inquit, benedicti patris mei, poſſidete paratum uobis regnum à iactis mundi fun-
damentis. Nã quatenus feciſtis uni horum fratrum meorum minimorum, mihi feciſtis.
Vice uerſa autem etiã negligentię periculum noſſe oportet, memores eius qui dixit: Ma *Hier. 48*
ledictus omnis qui facit opera Domini negligẽter: quia non ſolùm è regno eijciuntur,
ſed etiam horrendam ac terribilem illam contra tales pronunciatam ſententiam expe-
ctant. Ite à me maledicti in ignem ęternum paratum diabolo & angelis ipſius. Si uerò hi *Mat. 25.*
qui curam & miniſterium adhibent, tantum diligentiæ lucrum reperiunt, & tantam ne-
gligentiæ condemnationem expectant: quanta ſollicitudine opus eſt his qui miniſteri-
um aſſumunt, ad hoc ut fratrum Domini appellatione ſeipſos dignos oſtendant? per
Domini uidelicet doctrinam qui dixit: Quicunqꝫ fecerit uoluntatem patris mei qui in *Matt. 12.*
cœlis eſt, hic meus eſt frater & ſoror ac mater. Nam qui non uoluntatem Dei totius uitę
ſcopum proponit, ut & in ſanitate laborem dilectionis, per ſtudium operum Domini
oſtendat, & in infirmitate omnem patientiam ac longanimitatem cum gaudio cõmon-
ſtret, periculum habet: primũ quidem & maximum, quòd à Deo abalienatus eſt, & à fra-
trum ipſius ſorte, ut qui per hoc quòd non facit uoluntatem Dei, ſeipſum reſecauit: ſe-
cundum uerò quòd indignè audet particeps fieri eorum quæ dignis ſunt parata. Qua-
propter etiam in hoc neceſſarium eſt meminiſſe Apoſtoli qui dixit: Cooperantes autẽ
etiam exhortamur, ne in uacuum gratiam Dei recipiatis: & eos qui in locum fratrum Do *2. Cor. 6.*
mini uocati ſunt talem Dei gratiam non uiolare, neqꝫ tantam Dei dignitatem amitte-
re, per negligentiam uoluntatum Dei: imò potius eidem Apoſtolo obedire dicenti, Ad
hortor uos ego uinctus in Domino, ut dignè ambuletis uocatione qua uocati eſtis. *Ephe. 6.*

Quæſtio XXXV.

An oporteat in eodem pago plures fraternitates congregare.

Reſponſio.

EXemplum mẽbrorum quæ ad multas res diducuntur, utiliter nobis explicat propo
ſitum. Quandoquidem igit̃ oſtendit ſermo, quòd corpori quod probè & ſecundũ
rationem ad omnẽ actionem coaptatum eſſe debet, opus eſt oculis, & lingua, & reliquis
quę neceſſaria ſunt & principaliſſima. Difficile eſt autem graueqꝫ inuenire animam, quę
multos oculos habere poſſit. Si enim prouidum, & in doctrina uerbi ſufficientem, &
ſobrium, & miſericordem, & in perfecto corde iuſtificationes Dei requirentem præfe-
ctum fraternitatis, exacta diligentia requirit: quomodo poſſibile eſt in eodem pago plu
res tales nanciſci? Si uerò etiam contingat aliquando duos aut tres reperiri, id quod fa-
cile non eſt, neqꝫ unquam cognouimus: multo melius eſt hos curam inter ſe communi-

care, & laborem leuiorẽ reddere, ita ut in alterius peregrinatione, aut occupatione, aut
in alijs quibuſdam calamitatibus, uelut contingit ut unus à fraternitate ſeparetur, alter
ſit in ſolatium defectus. Aut ſi hoc nõ fiat, ut abeat ad aliam fraternitatem duce indigen
tem. Multum uerò etiam externorum negociorum experientiam ad propoſitum ſcopũ
nobis prodeſſe poteſt. Quemadmodum igitur communium artium experti, ęmulatio-
nem habent aduerſus æmulos ſuos, ipſa re latenter contentiones inducere ſolente, ſic
etiam in tali uita plerunq; contingere ſolet. Incipientes enim à contentione de uirtutis
præſtantia, & ſtudio ſe mutuò uincendi, aut in excipiendis peregrinis, aut in augẽdo nu
mero eorum qui ſimul ad pietatem exercentur, aut in alijs quibuſdam eiuſcemodi ope-
ribus progrediẽtes, ad cõtentiones deueniunt. Deinde accedentibus fratribus multam
ambiguitatem fieri contingit, & pro requie difficultatem, dum animo diſtrahuntur ad
quos accedere oportet. Nam & prælatio moleſta eſt, & utroſq; rectores facere impoſſi-
bile eſt, maximè ubi feſtinauerint. His uerò qui ab initio ad cõuictum acceſſerunt, mul-
tam anxietatem exhibent, quos oporteat ſuæ ipſorum uitæ præfectos eligere, & omni-
no ex eo quod quoſdam eligunt, reliquos reprobant. Statim igitur à prima die ad elatio
nem ipſos lædi contingit, quum nõ forment ſeipſos ad diſciplinam, ſed adſueſcant iudi-
ces & examinatores fraternitatis fieri. Quando igitur nullum bonum eſt in habitationũ
diuiſione, contraria autem tot ac tanta, ſeparatio inter ſe penitùs inutilis eſt. Si uerò prę-
occupaſſe aliquam contigerit, feſtinare oportet ad correctionem, & maximè poſt detri
mentorum experientiam. At uerò perſeuerare in iudicij condemnatione, manifeſta eſt
1. Cor. 11. contentio. Si uerò quis uidetur contentioſus eſſe, inquit Apoſtolus, nos talem conſue-
tudinem non habemus, neq; eccleſiæ Dei. Cuius enim rei gratia dicent ſe impediri à cõ
iunctione? Num rerum neceſſarium? at multo parabiliores ſunt in ſocietate, quum una
lucerna, & unus focus, & omnia huiuſmodi, omnibus ſufficere poſſint. Oportet enim ut
ſi quid aliud, etiam in his facilitatem omni modo perſequi, ita ut adeptiones rerum ne-
ceſſariarum contrahamus. Deinde etiam eorũ qui extrinſecus res neceſſarias fraternita-
ti inducunt: in diuiſione quidem pluribus opus eſt, in cohabitatione uerò dimidia par-
te. Quod aũt difficilè ſit inueniri uirum non pudefacientem nomen Chriſti, ſed dignum
profeſſione facientem cũ externis congreſſum in peregrinationibus: notum eſt uobis,
me nullo dicente. Deinde qui perſeuerãt in ſeditione, quomodo poſſunt eos qui in cõ-
muni cœnobij uita ſunt ædificare? aut ad pacem cõpellentes, ſi quando opus fuerit: aut
ad alia mandata exhortantes, quum ſuſpiciones prauas exhibeant ex eo quod non ſunt
Phil. 2. inter ſeipſos uniti? Et ad hæc audimus Apoſtolum ſcribentem Phippenſibus: Implete
meum gaudium ut idem ſentiatis, eandem charitatẽ habentes unanimes, idem ſentien-
tes, nihil per contentionẽ aut uanam gloriam, ſed per humilitatem quiſq; alterum ſe prę
ſtantiorem exiſtimet, non quæ ſua ſunt ſinguli reſpicientes, ſed & quę aliorum. Quę eſt
igitũ maior humilitatis declaratio q̃ ut fraternitatis præfecti inter ſe mutuò ſubditi ſint?
Matt. 21. Siue enim pares ſunt in ſpiritualibus donis, melius eſt ut ſimul decertẽt. Quẽadmodum
igitur oſtendit nobis ipſe Dominus, qui duos & duos ſimul miſit, ita & alter ipſorum eli
get omnino cum gaudio alteri ſubditus eſſe, memor Domini dicentis, quòd qui humili
at ſeipſum exaltabitur. Si uerò alterum minorem eſſe, alterum uerò excellere contingit,
commodius eſt ut debilior à fortiori aſſumatur. Quomodo uerò non hæc manifeſta ino
bedientia eſt præcepti Apoſtolici, dicentis: Non quę ſua ſunt ſinguli reſpicientes, ſed &
quæ aliorum. Arbitror enim, non eſſe poſſibile ut hoc in diuiſione rectè perficiat̃, quum
unumquodq; contubernium curam pro his qui cum ipſis uiuunt, propriam faciat, &
à cura pro alijs ſe abalienet: id quod manifeſte, uelut dixi, contrariũ eſt Apoſtolico præ
cepto. quum uerò etiam ſancti in actis ſæpe teſtentur, per ea quę ſcripta ſunt, nunc qui-
Act. 4. dem: Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una. Nunc uerò: Omnes creden
tes erant ſimul, & habebant omnia communia: manifeſtum eſt quòd nulla ſeditio erat
inter omnes, neq; quiſque in propria ſua poteſtate degebat, ſed ſub una & eadem cura
omnes gubernabantur, & hoc quum eſſent quinquies mille numero, in quibus fortaſ-
ſis non pauca erant, quæ iuxta humanam cogitationem, impedire uidebantur coniun-
ctionem. Vbi uerò in tantum deficiunt qui in ſingulis pagis inueniuntur, quæ ratio per
mittit ipſos inter ſe diſtare ac ſeparatos eſſe? Vtinam autem poſſibile eſſet, nõ ſolùm eos

qui

qui in eodem pago ſimul congregati ſunt,ſic eſſe,ſed etiam plures fraternitates in diuerſis locis conſtitutas,ſub una cura eorum qui inoffenſe ac ſapienter omnium res gubernare poſſunt,in unitate ſpiritus,& uinculo pacis ædificari.

Quæſtio XXXVI.

De ſecedentibus à fraternitate.

Reſponſio.

EOs porrò qui mutuæ ſimul in eodem loco uitæ profeſſionē fecerunt,promiſcuē ac indifferenter ſecedere,non eſt poſſibile:propterea quòd nō perſeuerare in his quæ ſemel uiſa ſunt,duas cauſas habeat:aut detrimentum ex cohabitatione, aut inconſtantiam animi eius qui ſententiam mutat.Qui igitur propter detrimentum auellitur à fratribus,ne occultet in ſeipſo cauſam,ſed reprehēdat detrimētum iuxta modum à Domino traditum,ubi dixit:Si peccauerit frater tuus,uade reprehende ipſum inter te & ipſum ſolum,& cætera:& ſiquidem emendatum fuerit id quod requiritur ab ipſo,tum fratres lucratus eſt,tum ſocietatem ipſorum nulla ignominia afficit.Si uerò perſeuerantes ipſos in malo,& correctionem non admittentes uiderit,his qui talia iudicare poſſunt indicabit: & poſt plurium teſtimonium tunc ſecedat.Separabitur aūt non iam à fratribus,ſed alienis,quum Dominus perſeuerantem in malo,gentili ac publicano comparet. Sit enim tibi,inquit,talis uelut ethnicus & publicanus. Si uerò ob propriam leuitatem à concordia fratrum reſilit,ſuam ipſius debilitatem curet:aut ſi hoc non admiſerit, à fraternitatibus nō ſuſcipiatur: ſi uerò propter mandatum Domini alius aliò trahaē,tales non ſeparantur,ſed miniſterium implent.Cæterùm aliam ſeparationis fratrum cauſam ratio nulla admittit.Primum quòd nomen Domini noſtri Ieu Chriſti quod ipſos coniunxit, ignominia afficitur.Deinde quòd neq; cōſcientia uniuſcuiuſq; ad alterum pura eſſe poteſt,ſed mutuò inter ſe ſuſpecti erunt.Hoc aūt palàm contrarium eſt pręcepto Domin, qui dixit:Si offeras donum tuum ad altare,& illic recordatus fueris, quòd frater tuus habet aliquid contra te,dimitte illic donum tuum coram altari,& uade primùm reconciliare fratri tuo:& tunc progreſſus offer donum tuum.

Matt.18.

Matt.5.

Quæſtio XXXVII.

An oporteat prætextu orationum ac pſalmodiæ, negligere opera,& quæ tempora orationi ſint apta:& primùm an oporteat operari.

Reſponſio.

QVum Dn̄s noſter Ieſus Chriſtus dicat, Dignus eſt,nō ſimpliciter unuſquiſq;,neq; prout cōtingit,ſed operarius alimēto ſuo:& Apoſtolus pręcipiat,laborare & operari proprijs manib. bonū,ut habeatis & quod impertiatis ei qui opus habet:quòd quidem operari oporteat diligenter,per ſe clarum eſt. Non enim ſegnicię prætextum,neq; laboris fugā,pietatis ſcopum ducere oportet:ſed occaſionē certandi,& laborum grauiorum,& patientiæ in afflictionibus,ut & nobis dicere liceat,In labore & ærumna,in uigilijs abundantius,in fame & ſiti:quum non ſolùm propter corporis caſtigationem utilis ſit nobis talis uitæ ductus,ſed etiam propter dilectionem erga proximum, ut etiam debilibus fratribus per nos exhibeat Deus ſufficiētiam:iuxta formam in Actibus ab Apoſtolo datam,dum ait:Omnia oſtendi uobis,quòd ſic laborantes oportet ſubuenire infirmis. Et rurſus: Vt habeatis quòd impertiatis ei q opus habet, quò digni ſiamus audire, Venite benedicti patris mei,poſſidete paratum uobis regnum à iactis mundi fundamētis:eſuriui enim,& dediſtis mihi edere. Et quantum quidem malum ſit ſegnicies, quid opus eſt dicere? quum Apoſtolus manifeſtè præcipiat,non operantem neq; edere.Quēadmodum igitur neceſſarium eſt unicuiq; quotidianum alimentum : ſic neceſſarium eſt & pro uiribus opus. Non enim fruſtra Solomon in laude ſcripſit, Cibos ſegnes non comedit.Et rurſus de ſe ipſo Apoſtolus:Neq; gratis panē comedimus ab aliquo,ſed in labore & ęrumna,nocte ac die operantes,quanquam habens poteſtatem, quum Euangelium annunciem,ex Euāgelio uiuendi. Sed & Dominus ſegnitiem maliciei coniunxit, dum ait,Serue male & piger . Quin & ſapiens Solomon,non ſolùm laudat operantem per relata,ſed redarguit etiam pigrum comparatione minutiſſimorū animalium, Vade ad formicā,ô piger.Quare timere oportet,ne fortè nobis hoc & in iudicij die obijciatur, eo qui dedit nobis facultatem ad operandum,correſpondentem facultati operationem

Matt.10. Ephe.4. Act.20. 1.Theſ.4. Matt.25. 2.Theſ.3. Prou.31. 2.Theſ.3. Matt.25. Prou.9.

exigente

exigente: Cui commiſerunt multum, ab eo amplius exigent. Quandoquidem uerò qui-
dam orationum ac pſalmodiæ prætextu recuſant opera, noſſe oportet, quòd in alijs qui-
Cap.8. dem quibuſdam, uniuſcuiuſꝗ tempus proprium eſt, iuxta Eccleſiaſten qui dixit, Tem-
pus omnis negocij eſt: orationis autem & pſalmodiæ, uelut etiam aliarum plurium rerū,
omne tempus eſt, ita ut interim, cōmodè manus ad opera moueamus, & aliquando eti-
am lingua, ubi hoc poſſibile, imò potius utile fuerit ad fidei ædificationē: ſin minus, cor-
de in pſalmis & hymnis, & ſpiritualibus cantilenis Deū collaudemus, uelut ſcriptū eſt,
Ephe.5. & orationem inter opus expleamus, gratias quidem agentes ei qui uires manuum ad o-
pera dedit, & ſapientiam mentis ad capiendam ſcientiam, & materiam largitus eſt, tum
in inſtrumētis, tum eam quæ artibus ſubiecta eſt quas exercemus: orantes aūt ut dirigan
tur opera manuum noſtrarum ad ſcopum complacentiæ erga Deum. Sic enim & animę
intentionē acquirimus, ubi in unaquaꝗ actione ſucceſſum operis à Deo petiuerimus,
& gratiarum actionem ei qui dedit ut operaremur perſoluerimus, & ſcopum cōplacen
tiæ erga ipſum ſeruauerimus, uelut prædictum eſt. Nam ſi non hæc hunc habuerint mo-
dum, quō poſſunt mutuò inter ſe contingere ea quæ ab Apoſtolo dicta ſunt: nempe, In-
1.Theſ.5. deſinenter orate. & hoc: Noctem & diem operantes? Nec uerò quia in omni tēpore gra
tiarum actio, & lege præcepta eſt, & noſtræ uitæ neceſſaria ſecundum naturam & ratio-
nem demonſtrata eſt: negligere ob id oportet conſtituta orationum in fraternitatibus
tempora, quæ neceſſariò delegimus, unoquoꝗ propriam quandam recordationem bo
norum à Deo habente. Diluculum quidē, ut primi motus animæ ac mentis, oblationes
ſint Dei, & nihil aliud curandum ſuſcipiamus, priuſquam notione de Deo exhilarati ſi-
Pſal.76. mus, uelut ſcriptū eſt: Memor fui Dei & exhiralatus ſum. Neꝗ corpus moueamus ad o-
Pſal.5. perationē, priuſquam faciamus quod dictum eſt: Ad te orabo Domine, mane exaudies
uocem meam: mane aſtabo tibi. Rurſus autem iuxta tertiam horam ad orationem exur-
gamus, & fraternitatem congregemus, etiamſi alij ad alia opera fuerint diuiſi, & recorda
Act.2. ti doni ſpiritus, qui circa tertiam horam Apoſtolis datus eſt, oremus omnes unanimiter,
ut digni fiamus etiam ipſi ſuſceptione ſanctificationis, petētes ab ipſo deductionem ac
Pſal.50. doctrinam ad id quod utile eſt, iuxta eum qui dixit: Cor mundū crea in me Deus, & ſpi-
ritum rectum innoua in uiſceribus meis. Ne proijcias me à facie tua, & ſpiritum ſanctū
tuum ne auferas à me. Redde mihi lęticiā ſalutaris tui, & ſpiritu principali cōfirma me.
Pſal.142. Et alibi, Spiritus tuus bonus deducet me in terra recta: atꝗ ſic rurſus operibus inhærea-
mus. Etſi longius alicubi propter operum aut locorum naturam degentes relicti fue-
rint, etiam illic neceſſariò explere debent ſingula quæ communiter uiſa fuerint, nullo di
Matt.18. ſcrimine facto. Nam ubi duo aut tres fuerint cōgregati, inquit Dominus, in nomen me-
um, illic ſum in medio ipſorum. At uerò ſexta hora ad imitationem ſanctorum, neceſſa-
Pſal 54. riam eſſe orationem indicamus, qui dicunt: Veſpere, & mane, & meridie, narrabo & an-
Pſal.90. nunciabo, & exaudiet uocem meam. Et: Vt liberet ab accidente & dęmonio meridiano,
ita ut ſimul pſalmus nonageſimus dicatur. Nona aūt hora ab ipſis Apoſtolis in Actis ne-
Act.3. ceſſaria ad orationem tradita eſt, ubi narratur, quòd Petrus & Ioannes aſcenderunt ad
templum ad horam orationis nonam. Cæterùm completa die, gratiarum actio fiat de
his quæ in ipſa data ſunt nobis, aut rectè facta, & publicatio omiſſorum, ſiue uoluntari-
um, ſiue in uoluntarium, ſiue etiā latens peccatum factum eſt, aut in uerbis, aut in factis,
aut circa ipſum cor, ita ut omnibus de his Deum per preces placemus. Magnam enim u-
tilitatem præbet cōſideratio pręteritorū, ad hoc ut ne rurſus in ſimilia delabamur. Qua-
Pſal.4. propter inquit: Quæ dicitis in cordibus ueſtris, in cubilib. ueſtris cōpungimini. Rurſus
autem nocte incipiente petitio fiat, ut in offenſa & ab imaginationibus libera nobis re-
quies contingat, ad quam rem etiam in hac hora neceſſariò nonageſimus pſalmus dici-
Act.16. tur. At uerò medium noctis Paulus & Silas neceſſarium nobis ad orationē tradiderunt,
uelut Actuum hiſtoria declarat, dicēs: Circa mediam uerò noctem Paulus & Silas lauda
Pſal.118. bant Deum. Et Pſalmiſta dum ait: Media nocte ſurgebā ad confitendum tibi ſuper iudi
cia iuſticię tuæ. Et rurſus pręuenire nos diluculū oportet, & ad orationem exurgere, ut
ne in ſomno ac cubili à die deprehendamur, iuxta eum qui dixit: Pręuenerunt oculi mei
diluculum, ut meditarer oracula tua. Quorum nullo temporis momento negligentiā fa
cere oportet, eos qui obſeruanter ad gloriam Dei & Chriſti ipſius uiuere inſtituerunt.
Vtilem

Vtilem autem eſſe arbitror in orationibus ac pſalmodijs iuxta ſtatutas horas diuerſitatē ac uarietatem, etiam ea gratia, quòd in æqualitate ſæpenumero torpeſcit anima & ſubleſta redditur. In alteratione uerò & uarietate pſalmodię ac orationis ſingulis horis, concupiſcentia ipſius renouatur, & uigilantia excitatur.

Quæſtio XXXVIII.

Quum oſtenderit nobis ſermo ſufficienter, & orationem non eſſe negligendam, & neceſſarium eſſe operari: conſequens eſt ut doceamur, quæ artes profeſſioni noſtræ conueniant.

Reſponſio.

SPeciatim equidem artes aliquas decernere non eſt facile, propterea quòd alię apud alios requirantur, iuxta cōmoditatem negociorum in ſingulis regionibus. Verùm communi ratione electionem harum deſignare poſſibile eſt, quæ pacem ac tranquillitatem uitæ noſtræ conſeruant, neque multo negocio ad parandum propriam materiam opus habentes, neq; multa ſollicitudine ad ea quę facta ſunt diuendenda: item quę neq; congreſſus uirorum aut mulierum indecoros aut nociuos nobis pariūt. Cæterùm in omnibus ſcopum proprium nobis propoſitum eſſe putare oportet, ipſam frugalitatem ac utilitatem, ita ut fugiamus, ne ſtultis & noxijs hominum cupiditatibus inſeruiamus, per hoc ut faciamus quæ ab ipſis requiruntur. Sed in textoria quidem, id quod in uitæ conſuetudine uerſatur, non quod ad uenationem & laqueos ac retia à proteruis iuuenibus excogitatur, à nobis aſſumendum eſt. Similiter etiam in coriaria, his qui neceſſaria ad uſum requirunt per artem inſeruiemus. Aedificatoria, & fabrilis lignaria itemq; ferraria, & agricultura, ipſæ quidem per ſeipſas neceſſariæ ſunt uitæ, & multam utilitatem exhibent, & propria ratione à nobis rejci non poſſunt: præterquam ubi aut tumultus nobis inducant, aut uitæ fratrum unitatem diſtrahant, tunc ipſas neceſſariò deuitamus, præferentes artes quæ nobis uitam indiſtractam & Domino aſſidentem conſeruant, & quæ neque à pſalmodia, neq; oratione, neq; reliquo bono diſciplinæ ordine nos abſtrahant, in pietatis exercitio perſeuerantes. Alioqui ubi primariam uitam nihil ab his lædi contigerit, multis ſunt pręferendę & præſertim agricultura, per ſe habens rerum neceſſariarū ſuppeditationem, & à longiore diuagatione & ſurſum ac deorſum diſcurſione agricolas liberans, ſolùm ſi quo dixi modo, neq; à uicinis, neq; à cohabitantibus, tumultus ac turbas nobis inducat.

Quęſtio XXXIX.

Quomodo oportet facere uenditionem eorum quæ per operationem effecta ſunt, & quomodo peregrinari.

Reſponſio.

OPortet & ſtudio habere ut quę ex operationibus effecta ſunt, non procul alicubi diſpenſemus, neq; nos ipſos diuendendi gratia in publicū exponamus. Decentior eſt enim in uno loco conuerſatio, & utilior tum ad mutuam ędificationem, tum ad exactam quotidianę uitę conſeruationem, ut eligēdum ſit potius ut aliquid de precio ſubtrahat, quàm ut modici lucelli gratia extra terminos peregrè proficiſcamur. Si uerò hoc impoſſibile experientia ipſa demonſtrauerit, & locos & urbes uirorum piorum eligere oportet, ut ne peregrinatio infructuoſa nobis fiat, & in præmonſtratis conuentibus plures fratres ſimul concurrere, quorum unuſquiſq; ea quę propria opera effecit efferat, & ad communem profectionem emitti, quo & uiam cū pſalmis & orationibus & in reliquis ædificatione perficiant, & ubi ad locum deuenerint, eadem diuerſoria ac hoſpitia eligant, tum mutuæ cuſtodiæ gratia, tum ut nullum orationis tempus, neq; diurnum neque nocturnum nos effugiat, & ut is qui cum pluribus eſt congreſſus ægrè tractabilium ac auarorum minore detrimento euadat, quàm ſi ſolus ſit. Deuitant enim etiam uiolentiſſimi, ne multos iniuſticiæ ſuæ teſtes habeant.

Quæſtio XL.

De negociationibus in conuentibus.

Reſponſio.

SEd neq; quę in locis ubi martyres coluntur fiunt mercimonia, nobis conuenire ratio oſtendit. Non enim alterius alicuius rei gratia, in martyrijs aut locis circa ipſa apparere

rere decet Chriſtianos, quàm orationis cauſa, & ut ad recordationes conſtantiæ ſanctorum pro pietate uſq; ad mortem progreſſi ad ſimilem æmulationem impellamur, memo
Matt.21. res horrendiſſimæ iræ Dñi, quòd quum ſemper & ubiq; mitis eſſet ac humilis corde, uelut ſcriptũ eſt, ſolis uendentibus & ementibus flagrum incuſſit, uelut mercatura orationis domum in ſpeluncam latronũ transmutãte. Nec uerò quia alij priores corruperunt obtinentem apud ſanctos conſuetudinẽ, & pro eo ut orent pro ſe mutuò, & cum pluribus adorent Deum, ut ipſum quidem propitium faciant pro peccatis, gratias aũt agant pro beneficijs, ædificent autem per ſermonem conſolationis, id quòd adhuc etiã in noſtra memoria ſeruatum nouimus: pro his inquam omnibus, forum & nundinarum conuentum, & cõmune emporium, tum tempus, tum locum ipſum faciunt: iam etiam nos ipſos ſequi decet, & per ſocietatem rei abſurda confirmare: ſed imitari conuentus quide Domino noſtro in Euangelijs narrantur, & explere ea quæ ab Apoſtolo uelut ad huius
1.Cor.14. modi formam conferentia præcepta ſunt. Scribit autem in hunc modum: Quum conueneritis, unuſquiſq; ueſtrûm pſalmum habet, doctrinam habet, reuelationem habet, linguam habet, interpretationem habet: omnia ad ædificationem fiant.

Quæſtio XLI.

De autoritate & obedientia.

Reſponſio.

IN ipſis porrò conceſſis artibus, non unumquenq; quam diſcere uult ipſe, permittere oportet, ſed ad quã idoneus eſſe ꝓbatus fuerit. Nã qui abnegauit ſeipſum, & omnes ſuas uoluntates depoſuit, non quod uult facit, ſed quod docetur. Nec uerò à ſeipſo deligere quod utile eſt, ratio permittit ei qui ſemel ſuam gubernationem alijs commiſit, qui ad quodcunq; cognouerint ipſum in nomine Dñi idoneũ, ad illud ipſum ordinabunt. Nam qui ſecundum propriam cupiditatem opus eligit, ſuijpſius accuſationẽ effert. Primùm quidem propriæ complacentię: deinde quòd aut ob gloriam mundanam, aut ob lucri ſpem, aut tale quiddã erga id artificium affectus fuit: aut quod propter ſegnitiem ac ſocordiã, id quod leuius eſt pręfert. At uerò in his eſſe, demonſtratio eſt non liberum eſſe à uitio affectionum. Neq; uerò abnegauit ſeipſum, qui proprios appetitus perficere uult. Neq; renunciauit mundi negocijs, liquidẽ adhuc ad lucrum, & ad gloriã conſternatus eſt. Neq; aũt mortificauit membra ſua terreſtria, qui laborẽ in operibus nõ ſuffert. Sed & pertinaciæ ſignũ contra ſeipſum prodit, ſincerius putans eſſe propriũ ſuum iudiaium, quàm plurium experimentum. Siue igitur habet quis artem non condemnatã à communitate, reſilire ab ipſa non debet: inſtabilis enim animi & uoluntatis inconſtantis eſt uilipendere pręſentia. Siue nõ habet, ſibijpſi ne ſumat, ſed quòd à maioribus probatum eſt ſuſcipiat, ut in omnibus obedientia conſeruetur. Sicut aũt ſibijpſis permittere, indecorum eſſe oſtenſum eſt: ſic etiam ab alijs approbatum non ſuſcipere, damnata res eſt. Sed & ſi habeat quis artem, non placeat aũt ipſius uſus fraternitati, promptè ipſam abijciat, oſtendens quòd ad nullam mundanam rem affectus eſt. Nam facere quidem uolun
1. Theſ.4. tates mentis, eius eſt qui ſpem non habet, iuxta Apoſtoli ſententiã. In omnib. uerò obe
2.Cor.9. dientem eſſe, dignum laude eſt, quum idem Apoſtolus aliquos collaudet, quòd ſeipſos dederunt primùm Dño, deinde etiam nobis per uoluntatẽ Dei. Vnũquenq; uerò proprio operi intentum eſſe oportet, atq; eius cupidè curam gerere, & uelut Deo inſpiciente, impigro ſtudio & attentiore diligentia inculpatè abſoluere, ut habeat ſemper dicen
Pſal.122. di libertatem huius dicti: Ecce ſicut oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorum, ita oculi noſtri ad Domiũ Deum noſtrũ, & nõ aliàs ad aliud reſilire. Neq; eñ natura noſtra multa ſimul ſtudia perficere poteſt, & unam artem induſtrię abſoluere utilius eſt, quàm multas imperfectè attingere. Nã ad plura diuiſio, & aliàs ad aliud tranſitus, ad hoc quod nullum opus perficit: inſuper & morum leuitatem, aut iam pręexiſtentem redarguit, aut etiam non exiſtentem inducit. Si uerò aliquando neceſsitas poſtularit, etiam alijs artibus auxiliũ ferre compar eſt eum qui idoneus ad hoc eſt, & neq; hoc à ſeipſo, ſed ſi quando inuitatus fuerit, non primordialiter nobis hoc facientibus, ſed iuxta calamitatem, uelut etiam in corporis membris, quum labantem pedem manu fulcimus. Et rurſus: quemadmodum à ſeipſo inſilire, incommodum eſt, ſic præceptum non ſuſcipere, accuſatione dignum eſt: ut neq; contumaciæ affectus alatur, neq; obedientiæ terminus diſſoluatur

tur. Sed & inſtrumentorũ cura principaliter ad cuiuſq; artis opificem pertinet. Si uerò aliquãdo aliquod neglectum eſſe cõtingat, uelut cõmunis poſſeſsio, ita ab his qui primùm id uiderunt conuenienti prouidentia curet. Nã etiamſi uſus ipſorũ proprius eſt, attamen utilitas ex ipſis cõmunis eſt. Contemnere eñ alterius artis inſtrumenta, uelut nihil ad ſe pertinentia, abalienationis ſignum eſt. Nec uerò eos qui artes tractant inſtrumentorum Dñm ſibi uendicare cõuenit, ita ut aut fraternitatis pręfecto non permittant ipſis uti ad quodcunq; uelit, aut ſibijpſis permittant ipſa uendere aut permutare, aut alio quodam modo perdere, aut etiam alia ad ea quę iam adſunt parare. Cui enim ſemel uiſum eſt, neq; manuum ſuarum Dñm eſſe, ſed alteri actionem ipſarum gubernare commiſit: quomodo talis conſentanea fecerit, ſi in artis inſtrumentis autoritatem quęrat, & Domini dignate ob ipſa utatur.

Quæſtio XLII.

Quali ſcopo & quo affectu, operantes operari oportet.

Reſponſio.

ILlud uerò noſſe operępreciũ eſt, quòd qui operat̃, nõ ut ſuis neceſsitatib. per opera inſeruiat, operari debet, ſed ut mandatum Dñi impleat qui dixit: Eſuriui, & dediſtis mihi edere. & cętera. Nã pro ſeipſo ſollicitum eſſe, omnino à Dño prohibitum eſt, ubi dixit: Ne ſitis ſolliciti animę ueſtrę quid edatis, neq; corpori quid induamini, & infert: hæc enim omnia gẽtes mundi inquirunt. Itaq; ſcopus unicuiq; ꝓpoſitus eſſe debet in opere, miniſteriũ eorum qui indigni ſunt, non propria ſua neceſsitas: Sic eñ & proprij amoris crimẽ effugiet, & fraternę charitatis benedictionẽ à Dño accipiet dicẽte: Quãtum feciſtis uni horum fratrum meorũ minimorũ, mihi feciſtis. Et nemo illud apoſtoli dictum ſermoni noſtro contrariũ eſſe putet, ꝙ ſic habet: Vt operantes ſuũ ipſorum panem edant. Hoc enim ad inordinatos ac ſegnes dictũ eſt, uelut pręſtabilius ſit uita ocioſa, ut quiſq; ſibijpſi ſaltẽ inſeruiat, & non alios grauet. Audimus eñ, inquit, quoſdam inter uos eſſe inordinatẽ ambulantes, nihil operantes, ſed curioſè agentes. Talib. igit̃ inquit, præcipimus & hortamur, ut cum ſilentio operãtes ſuum panẽ edant. Et illud, Noctem aũt & diẽ operantes ut ne grauarem quempiam, in eandem ſententiã tendit, apoſtolo ob fraternam charitatẽ, ad excindendos inordinatos, ſubijciente ſeipſum laborib. ultra ꝙ ipſi impoſitum fuit. Eius aũt qui ad perfectionẽ feſtinat, eſt nocte ac die operari, ut habeat quod impertiat ei qui opus habet. Nã qui in ſeipſo & in eo qui rerũ neceſſarium curã oſtendit, ſperat, & aut propriã aut eius cum quo uiuit operationem, ſufficientem ad uitã ſumptum ducit, quantum in hominem ſpem ponit, periculum habet ut incidat maledictioni dicenti: Maledictus homo qui ſpem locat in hominem & fulcit carnem brachij ſui, & à Domino recedit anima ipſius. Hęc enim uerba per hoc quidem, qui ſpem locat in hominem: in alterum ſpem ponere, per illud uerò, & fulcit carnem brachij ſui, in ſeipſo cõfidere interdicunt, utrunq; uerò ipſorum defectionem à Domino nominant. Erit enim quaſi ſylueſtris myrica in deſerto, & non uidebit quũ uenerint bona. Oſtendente nimirum ſermone, quod tum in ſeipſo, tum in alio quopiã ſpem ponere, eſt à Domino deficere ac recedere.

Mat. 25. *Mat. 6.* *Mat. 25.* *1. Theſ. 3.* *Hier. 17.*

Quæſtio XLIII.

Operationum quidem ratio ac modus ſufficiẽter nobis traditus eſt, pręter quàm ſi quid ab ipſis rebus inſuper excogitare doceamur. At uerò præfectos fraternitatis quales eſſe oporteat, aut quomodo conuenientes fratres gubernare, hoc ipſum edoceri nobis opus eſt, idq; ut probè ac diſcretè facias rogamus.

Reſponſio.

DIctum quidẽ eſt in ſumma etiam de hac parte, ueruntamen quia probe facientes amplius hanc partẽ uobis declarari uultis (nam qualis fuerit pręfectus ac princeps, tales plerunq; fieri ſolent & ſubditi) neceſſaria eſt non obiter ac oſcitanter hanc pręterire. Oportet itaq; pręfectũ memorẽ pręcepti Apoſtoli dicẽtis: Forma ſitis credentium, uitã ſuam omnis pręcepti Domini euidens exemplum exhibere, ut nullã his qui docentur occaſionẽ relinquat, ut aut impoſsibile, aut cõdemnendũ mandatũ Domini ducant. Primũ quidẽ igitur id quod primũ eſt, ſic humilitatẽ ab ipſo in dilectio-

1. Theſ. 1.

ne Chriſti perfici oportet,ut etiam tacente ipſo,exemplum ex operib. omni doctri a
fortius ad docendum propoſitum ſit.Si eñ hic eſt Chriſtianiſmi terminus,imitatio ui-
delicet Chriſti in menſura incarnationis,iuxta id quod congruũ eſt uniuſcuiuſq; uo-
cationi:hi quib.ductus multorum creditus eſt,eos qui adhuc debiliores ſunt,per ſuiip
ſorum interpoſitionem,ad aſſimulationẽ Chriſti adducere debent,uelut beatus Pau-
Phil.3. lus dicit:Imitatores mei eſte,quemadmodum & ego Chriſti.Primos igiẽ ipſos traditã
à Domino noſtro Ieſu Chriſto humilitatis menſuram perficientes, exactam effigiem
Matt.11. fieri conuenit.Diſcite enim,inquit,à me,quòd mitis ſum & humilis corde. Itaq; man-
ſuetudo morum & cordis humilitas deliniet pręfectum.Si enim Dñs propriorum ſer
uorum miniſter eſſe nõ erubuit,ſed ſuſtinuit ſeruus eſſe terræ & luti,quòd ipſe forma
Luc.22. uit,& in hominem effinxit,Ego enim,inquit,ſum in medio ueſtrũ uelut qui miniſtrat:
quid oportet nos æqualibus noſtris facientes,ad ipſius imitationem perueniſſe puta-
re? Vnum ſanè hoc in tantum præfecto adeſſe oportet,deinde miſericordem eſſe con
uenit,& patienter ſufferentem eos qui per inexperientiã aliquid officiorum reliqué-
rint:nõ ut conſileat ob peccata,ſed ut leniter ſufferat rebellantes, & medelas ipſis per
omnem miſericordiam ac moleſtiã adhibeat.Sufficientem item eſſe oportet,ut modũ
medelæ affectioni congruum excogitet,non cum contumacia increpantem,ſed cum
2.Tim.6. manſuetudine cõmonefacientẽ ac erudientẽ, uelut ſcriptum eſt,uigilantem inter præ
ſentes,prouidum futurorum,ſufficientem ad decertandum cum fortibus,& portan-
dum infirmitates impotentium:& omnia facere ac dicere potentem ad cõponendos
ac abſoluendos eos qui cum ipſo uiuunt,non ſibiipſi ſumentem præfecturã ac guber-
nationem eorum qui in alijs fraternitatibus, & qui ſufficiens morum experimentum
1.Tim.3. in prægreſſa uita dedit:& hi,inquit,probentur prius,deinde miniſtrent, inculpati ex-
iſtentes.Sic etiã talis pręfecturam aſſumat,& boni ordinis diſciplinam fraternitati prę
ſcribat,diſtributionem operum prout quiſq; idoneus eſt faciendo.

Quæſtio XLIIII.

Quibus permittere oportet peregrinationes, & quomodo ubi reuerſi
ſunt ipſos percunctari.

Reſponſio.

PEregrinatio permittenda eſt ei qui poteſt eam citra detrimentũ animæ ſuæ,& ut
cõmodum ſit his cum quibus congreditur,perficere.Quare ſi non affuerit idone-
us,melius eſt in rerum neceſſarium inopia omnem afflictionem ac anguſtiam uſq; ad
mortem ſufferre,quàm corporalis ſolatij gratia,confeſſum animæ detrimentũ neglige
1.Cor.9. re.Bonũ enim eſt mihi,inquit Apoſtolus,magis ut moriar,quàm ut gloriationẽ meam
quis euacuet:atq; hoc in his quæ in noſtra poteſtate ſunt,quãto magis in his quæ man
data ſunt? quanq; neq; hoc citra mitigationẽ,dilectionis lex dimittat.Si eñ nõ affuerit
uni fraternitati qui cõmode mittat̃,hi qui propinqui ſunt,defectũ ſuppleãt,cõmunes
profectiones & inter ſe inſeparabiles facientes,ut & qui anima infirmi ſunt,& qui cor
pore debiles,in ſocietate cum fortiorib.conſeruẽtur:ita ut hoc longe antea à pręfecto
ſit conſtitutũ,ut ne ſubitò in ipſa neceſſitate dubium ſolatium ex tẽporis anguſtia re-
periat̃.At uerò poſt reditũ præfectus peregrè profectum percunctet̃, quæ actiones,
& qualium uirorum congreſſus ipſi contigerunt,quos ſermones ad ipſos fecerit,qua-
les ſint animæ ipſius cogitationes,aut tota die ac nocte in timore Dei uiuens perſeue-
rauit,an alicubi præuaricatus eſt,aut aliquid ex ap,pbatis immutauerit,aut externis ca-
lamitatib.ac circumſtantijs indulgens,aut ob propriam ſegniciem dilapſus. Et quod
quidem rectè perfectũ eſt,laude cõfirmet, in quo uerò errorẽ aut lapſum admiſit,id ip-
ſum cura & ſcientifica doctrina corrigat. Sic eñ peregrè ,pficiſcentes uigilantiores
erunt ob curã reddendæ rationis,& nos neq; ſeparationis tempore,uitæ ipſorum ne-
Act.11. gligentes eſſe uidebimur.Sed & ſanctis hoc familiare fuiſſe actuũ hiſtoria tradit,do-
cens nos quõ Petrus ſocietatis cum gentib.rationẽ reddit, reuerſus Hieroſolyma his
qui iſtic erant.Idem quõ Paulus & Barnabas reuerſi & congregata eccleſia annuncia-
Act.15. uerunt quæ Deus cum ipſis fecit.Et rurſus,q; conſiluerit uniuerſa multitudo,& audie-
rit Barnabam ac Paulum exponentes quę fecit per ipſos Deus.Illud porrò noſſe opor
tet,quod cauponarij quæſtus omnimodo fugiendi ſunt fraternitatibus.

Quæſtio XLV.

Quòd oportet poſt præfectum, etiam alium aliquem eſſe, qui poſsit in abſentia aut occupationibus illius, fratrum curam gerere.

Reſponſio.

QVandoquidẽ cõtingit ſæpe, aut ob corporis infirmitatẽ, aut peregrinatiõis ne-
ceſsitatẽ, aut iuxta aliã quandã circumſtantiã, ſeparari præfectũ à fraternitate, ſit
etiã alius quiſpiã, cũ ipſius approbatione & aliorũ qui probationis experimentũ face-
re poſſunt, delectus ad hoc, ut abſente illo fratrũ curã ſuſcipiat: ut & præſentib. ab uno
cõtingant ſermonis cõſolationes, & nõ in præfecti peregrinatione, popularis ſtatus
formam fraternitas aſſumat, ob regulæ & traditæ diſciplinæ diſſolutionẽ: uerũ ea quæ
cũ experimento approbata ſunt ad gloriã Dei ſeruẽt: & ut ſit qui aduenientib. pere-
grinis prudenter reſpõdeat, quo & qui uerbi doctrinã requirunt, pro argumẽti digni-
tate ædificentur, & cõmunitas fraternitatis nõ cõfundat̃. Nã oẽs ęqualiter ad dicendũ
proſilire, tumultus cauſa eſt, & corrupti ordinis ſignũ: quũ Apoſtolus neq; dono do-
ctrinæ dignos factos plures ſimul loqui permiſerit, dum dixit: Si uerò alij reuelatum 1.Cor.14.
fuerit, primus ſileat: & rurſus abſurditatẽ talis cõfuſi ordinis reprehẽdat, dum dicit, Si
igit̃ eccleſia tota ſimul cõueniat, & oẽs loquant̃ linguis, ingrediant̃ aũt idiotæ aut in-
creduli, nõ dicent quod inſanitis? Et ſi prę ignorãtia etiã alij quęſtiones exhibeat pere
grinus, atq; hic qui ad faciẽ interrogatus eſt, habeat quod circa ullum defectũ reſpõde
at, tñ boni ordinis gratia ipſe ſileat, & oſtendat eum cui hæc pars cõmiſſa eſt: uelut fe-
cerũt apoſtoli corã Dño, ut ordinatus & decorus ſermonis uſus fiat. Si eñ in corporũ
curatione, neq; medicamento neq; ferro in infirmis uti cuiuſuis eſt, ſed eius qui artem
& lõgo tempore, & experiẽtia, & operũ exercitio, & ex eruditorũ doctrina aſſecutus
eſt: quã rationẽ habet, ad curationẽ per ſermonis doctrinã quoslibet indiſcriminatim
proſilire? in qua re etiã quod minimũ eſt neglectũ, maximum detrimentũ affert. Nã a-
pud quos neq; panis diſtributio quibuslibet permittit̃, ſed uni cõuenit tale miniſteriũ,
cui id cõcreditũ eſt apud hos cũ probatione, quõ nõ multo plus ſpirituale alimentum
cũ delectu ac obſeruatione, ab uno ex potẽtioribus, exhiberi petentib. oportet? Qua-
re nõ eſt uulgaris cõtumaciæ, interrogatũ de iudicio Dei, adeò intrepidè & prout cõ-
tigit, reſpõdere audere, & nõ oſtendere eum cui demãdatum eſt ſermonis diſpẽſandi
miniſteriũ: qui propterea quòd omnino fidelis eſt ac prudens œconomus, delectus
eſt ad hoc, ut det in tẽpore ſpirituale alimentũ, & diſpenſet ſermones ſuos cũ iudicio, 1.Cor.4.
uelut ſcriptũ eſt: Et fugiat ſi quid eum qui reſpondere debet, & alius id inuenerit, non
ſtatim ad redarguendum proſiliat: ſed priuatim quod ſibi uiſum eſt, ſuggerat. Ex hoc
enim elationis occaſio contra præminentes inferioribus naſcitur. Quare etiamſi quis
utiliter reſponderit, non autem ex officio, reus eſt corrupti ordinis pœnarum.

Quæſtio XLVI.

Quòd non oportet occultare peccatum fratri aut ſibijpſi.

Reſponſio.

OMne peccatũ referri oportet ad præfectũ, aut ab ipſo qui peccauit, aut à cõſcijs
ſi ipſi mederi nõ poſsint, iuxta id quod à dño præceptũ eſt. Malicia eñ occulta Eccleſ.25.
morbus animę putris eſt. Quemadmodũ igitur nõ dixerimus benefactorem, eum qui
pernicioſa in corpore cõcludit, ſed magis eum qui per dolorẽ ac lancinationẽ in aper-
tum trahit, ut aut per uomitum reijciat quod noxium eſt, aut omnino per affectionis
manifeſtationẽ, cognitu facilis modus curationis fiat: Sic nimirum etiã occultare pec Rom.5.
catum, eſt ſimul cõſtruere ægrotãti mortem. Stimulus enim, inquit, mortis peccatum.
Meliores aũt ſunt reprehẽſiones cum dicẽdi fiducia, ita ut amicitia occultet̃. Neq; igit̃
alius alij occultet, ut ne fratricida pro fratis amatore euadat, neq; ipſe ſibijpſi. Qui e- Pro.18.
nim non ſanat, inquit, ſeipſum in operibus ſuis, frater eſt eius qui ſeipſum perdit.

Quæſtio XLVII.

De his qui non ſuſcipiunt ea quę à pręfecto expreſſa ſunt.

Reſponſio.

AT uerò eũ qui nõ admittit ea quę à pręfecto trãſacta ſunt, oportet manifeſtè pri-
uatim ipſi cõtradicere, ſi quã habuerit rationẽ ualidã iuxta ſententiam ſcriptura-

rum, aut ſilentio ſibijpſi imperato id quod conſtitutũ eſt facere. Si uerò ipſe erubuerit, alijs quibuſdã mediatorib. ad hoc utatur: ut ſi quidẽ præter Scripturam fuerit conſtitutio, eximat & ipſe ſeipſum & fratres illæſos. Si uerò oſtenſa fuerit ſecundũ conuenientem rationem facta, & ſeipſum à uana ac periculoſa diſceptatione liberauerit: Qui enim hæſitat, inquit, ſi ederit, condemnatus eſt, quia nõ ex fide: & ſimplicioribus nullum inobedientiæ lapſum induxerit. Expedit enim, inquit Dñs, ut ſuſpendat̃ mola aſinaria in collo eius, & demergat̃ in mare, magis ꝙ ut unum offendat de puſillis iſtis. Si uerò aliqui perſeuerauerint in obedientia, occultè quidẽ reprehendẽtes, mœrorẽ uerò non publicantes: uelut diſceptationis in fraternitate autores, & certitudinẽ mandatorum concutientes, & inobedientiæ ac rebellandi magiſtri, è fraternitate eijciantur. Eijce enim, inquit, peſtem ex concilio, & exibit cum ipſa contentio. Et rurſus: Expellite prauum à uobiſipſis, nam modicum fermentum totam maſſam fermentat.

Rom. 14. Mat. 18. Prou. 22. 1. Cor. 5.

Quæſtio XLVIII.

Quòd non oportet curioſum eſſe de diſpenſatione ac gubernatione præfecti, uerùm proprio operi intentum eſſe.

Reſponſio.

QVo uerò nõ facilè in eiuſmodi hæſitationis affectũ, ad ſuijpſius ac aliorũ detrimẽtum, quis incidat: illud inuniuerſum in fraternitate obſeruandũ eſt, ut nullus ab initio præfecti diſpenſationes curioſè inueſtiget, neq; ea quæ fiunt perſcrutetur, exceptis his qui & gradu & prudentia præfecto uiciniores ſunt, quos etiam ad conſiliũ ac conſiderationem de rebus communibus neceſſario adhibebit, perſuaſus ab admonitione eius qui dixit: Cum conſilio omnia facito. Si enim animarum noſtrarum gubernationem ipſi commiſimus, uelut Deo rationem daturo, abſurdiſsimũ penitus eſt de uiliſsimis fidem ei non habere, & abſurdis ſuſpicionibus contra fratrem, tum ipſum repleri, tum alijs earundem occaſionem prębere. Quapropter ut ne hoc cõtingat, unuſquiſq; ad quod uocatus eſt, in hoc maneat, & curandis his quæ ad ſe pertinent ſeipſum totum tradens, alienas diſpenſationes ne ſollicitè inueſtiget, ſanctos Domini apoſtolos imitans, inter quos etiamſi res ipſa Samaritanæ mulierculæ ſuſpicionem inducere poſſet: tamen nemo, inquit, dixit, quid quęris, aut quid loqueris cum ipſa.

Prou. 13. Ioan. 4.

Quæſtio XLIX.

De controuerſiam patientibus in fraternitate.

Reſponſio.

CAeterũ de cõtrouerſis in fraternitate, quũ diſcordes aliqui fuerint de re aliqua, nõ oportet cõtentioſè inter ſe colluctari, ſed potentiorib. iudiciũ reſeruare. Quo uerò neq; ordo cõfundatur omnibus interrogantib. & ſemper, neq; occaſio garriendi ac nugandi fiat, unũ aliquem eſſe oportet approbatũ ut potens ſit, aut ad cõmunẽ conſiderationẽ fraternitati proponere ea de quib. aliqui ambigunt, aut ad præfectũ referre. Hoc enim modo congruentior & cum maiore ſcientia conſideratio quæſitorum fiet. Si enim in unaquaq; re ſciẽtia ac experiẽtia opus eſt, quanto magis in talibus? Et ſi inſtrumentorum uſum nullus commiſerit inexpertis, multo magis ſermonum tractationẽ peritis cõcedere oportet: qui & locũ & tempus, & modũ interrogandi, cognoſcere potentes erunt, & citra contentionẽ ac prudenter ſe opponentes, & ſapienter audientes, diligenter conſeruare quæſitorum ſolutiones, ad cõmunitatis ædificationẽ.

Quæſtio L.

Quomodo oportet increpare prefectum.

Reſponſio.

SEd & increpationes nõ affectibus cõcitatus prefectus his qui peccauerũt, adhibeat: nam cũ indignatione & ira redarguere fratrẽ, nõ eſt illũ à peccato liberare, ſed ſeipſum delictis implicare. Quapropter, inquit, in manſuetudine erudiẽdo eos qui aduerſant̃: ita ut neq; ob ea propter quę ipſe cõtẽptus fuit, uehemẽs ſit, neq; ob ea propter quę aliũ cõtemni uiderit, benignitatẽ erga eũ q deliquit, nõ oſtẽdat. Imò etiã tunc magis ipſum peccatũ ęgreferat. Sic em̃ & proprij amoris ſuſpicionẽ effugiet, & declarabit ſe nõ eũ qui peccauit odio habere, ſed ipſum peccatũ auerſari, per diſsidiũ ſuum aduerſus alterũ. Si uerò indignationis diſsidiũ fecerit, non id quod dictũ eſt, ſed contrarium

1. Tim. 6.

trarium: declarat ſe non propter Deum, neq; propter peccantis periculũ, ſed ob ſuiipſius gloriæ ac dignitatis ſtudium indignari. Oportet enim æmulationem quidem eius qui pro gloria Dei ignominia affectus eſt, in mandati tranſgreſsione oſtendendo, uerùm fraterni amoris miſericordiam pro ſalute fratris ob peccatum periclitantis habendo, (quia anima peccans ipſa moritur in omni peccato) uelut contra peccatum commoueri, & per uehementiam ultionis, affectus feruorem oſtendere.

Quæſtio LI.

Quomodo oportet corrigere delictum eius qui peccauit.

Reſponſio.

SEd & correctiones iuxta medicinæ ratione̅ uitioſis adhibeat, nõ iraſcens debilib. ſed pugnans aduerſus morbũ: & ex aduerſo quide̅ inſtans affectib. per ærumnoſiore̅ uerò uitæ ductũ, ſi opus fuerit, animæ morbum ſanans: uelut uerbi gratia, uanam gloriam per augmentum ſtudiorum humilitatis: uaniloquentiam per ſilentium: ſomnum immodicum per uigilias in orationibus: ſegniciem corporis per labores: eſum indecorum per famem: murmurationem per ſeparationem, ut neq; cum ipſo aliquis frater operari uelit, neq; ipſius opus alijs ammiſcere, uelut prædictum eſt: prætereà ſi per pœnitentiã citra pudorem fientem ab affectu liberatus apparuerit: & tunc quidem opera in murmuratione facta aſſumant, ita tñ ut neq; ſic ad miniſterium uſus fratrum, ſed ad alium uſum conuertantur. Et horum ratio antea ſufficienter demonſtrata eſt.

Quæſtio LII.

Quo affectu pœnas ſufferre oporteat.

Reſponſio.

QVemadmodũ aũt diximus præfectũ oportere citra affectuũ cõcitatione̅ medelas debilib. adhibere: Sic rurſus oportet eos qui curant, nõ ad inimicitiã ſuſcipere pœnas, neq; tyrannidem putare curã quæ ex miſericordia ad animæ ſalute̅ adhibetur. Turpe eſt enim eos qui corporibus ęgrotant tantum medicis confidere, ut ſiue ſecent, ſiue urãt, & amaris medicamentis medeantur, benefactores reputent. Nos aũt erga animarum noſtrarũ curatores, quum per ęrumnoſę uitę ductum ſalute̅ nobis efficiunt, nõ eunde̅ affectum habere: quum Apoſtolus dicat, Et qs eſt qui me exhilarat, niſi qui cõtriſtatus eſt ex me? Et rurſus, Ecce e̅m hoc ipſum quod ſecundum Deum cõtriſtati uos eſtis, quãtum ſtudium in uobis operatum eſt. Quare ad finem reſpectu facto benefactorem cõuenit iudicare eum qui mœrorem ſecundum Deum nobis inducit. 2 Cor. 7.

Quæſtio LIII.

Quomodo artium doctores corrigent pueros peccantes.

Reſponſio.

OPortet aute̅ & eos qui artes docent, corã ſeipſis reprehendere peccatum, & corrigere errores, quos in ipſam artem committunt hi qui diſcunt. Quæcunq; uerò peccata morum peruerſitatem declarant, uelut ſunt inobedientiæ & cõtradictiones, & ſegnicies circa opera, aut uaniloquentia, aut mendacium, aut aliud quid eiuſcemodi pijs interdictum, ad communis bonę diſciplinę inſpectorem producere oportet ac redarguere, ut ab ipſo & menſura & modus ſanationis peccatorum excogitetur. Si enim animæ medela eſt increpatio, non cuiuſuis eſt increpare, ſicut neq; mederi: pręterquam ſi ipſe præfectus cum multa probatione alicui id facere permiſerit.

Quęſtio LIIII.

Quòd oportet pręfectos fraternitatis res ad ſeipſos pertinentes mutuo inter ſe conferre.

Reſponſio.

BOnum eſt aliquando etiam concilium, iuxta aliqua ſtatuta tempora ac loca, fieri eorum qui fraternitatibus ſunt pręfecti. In quibus & negocia pręter rationem occurrentia, & mores ęgrè tractabiles, & quomodo ſingula diſpoſuerint, inter ſe mutuo conferent, ut & quod per errorem fortè ab aliquo factum eſt, multorum iudicio fideliter reueletur, & id quod rectè factum eſt, plurium teſtimonio confirmetur.

Quęſtio LV.

An medicina uti iuxta ſcopum ſit pietatis.

Reſponſio.

QVemadmodum ſingulę artes in auxilium nobis ob naturæ debilitatē à Deo do
natæ ſunt: Velut agricultura, quum nō ſufficerent ea quæ ſpōte ex terra naſcun
tur ad neceſsitates noſtras mitigandas. Textoria uerò, quum neceſſarius eſſet tegu-
mentorum uſus, & ad honeſtatem, & ad aeris detrimenta. Et ſimiliter ædificatoria: Sic
etiā medicina. Nam quum corpus noſtrum affectibus expoſitum, uarijs detrimentis
forinſecus allabētibus, & intrinſecus ab alimentis fientibus ſubiaceat, & redundantijs
ac defectib. affligaт̄: Ars medica ad formā medelæ animæ, ſuperflui depoſitionem, &
deficientis appoſitionem ſuggerens, à gubernāte totā uitam noſtrā Deo conceſſa eſt.
Quemadmodum enī ſi eſſemus in paradiſo uoluptatis, nihil ſanè induſtria & labore a-
griculturę indiguiſſemus: Sic etiā ſi citra affectiones eſſemus, iuxta beneficium in opi
ficio ante lapſum, nulla ſanè re ex medicina ad ſolatium opus haberemus. At quemad
Gen.3. modum poſtquā expulſi ſumus ad hunc locum, & audiuimus illud: In ſudore uultus
tui comedes panē tuū: per longā experientiā & labores circa terrā, agriculturæ artem
cōſtituimus, in ſolatium afflictionum ex maledictione: Deo nobis intelligentiā ac cō
prehenſionem huius artis largiente. Sic etiā poſtq̃ iuſsi ſumus in terrā rurſus reuerti à
qua accepti ſumus, & ex doloroſa carne cōpacti ſumus, quæ in corruptionē damnata
eſt ob peccatū: & propterea his affectionibus ſubiecta eſt, exhibitū eſt nobis etiam ex
medicina auxilium, quod ęgrotantib. aliquantulum ſaltē exhibeт̄. Nō enim ſua ſpon-
te ex terra germinauerūt herbæ, quæ ad ſingulas affectiones cōmodę exiſtunt, ſed ex
uoluntate nimirum opificis ad utilitatis noſtrę ſcopū productæ ſunt. Itaq; natura radi
cum, & florum & foliorū & fructuū & ſuccorum, & eorū quę ex metallis aut ex mari
ad carnis utilitatē cōmoda eſſe inuēta ſunt, ſimilis eſt inuentioni eorum quę eduнт̄ ac
bibunт̄. At uerò quod ſuperflue ac curioſe excogitatum eſt, & multas occupationes
inducit, & omnem noſtrā uitam ad carnis curam uelut cōuertit, reprobādum eſt Chri
ſtianis, & ſtudendum ut ſic arte utamur, ſi qn̄ opus fuerit, ut non in ipſa omnē cauſam
ſanitatis aut morborum ponamus. Sed ut ad gloriam Dei, & formam medelę anima-
rum, uſum rerū ab ipſa aſſumamus. Si uerò auxilijs ex medicina deſtituti ſumus, ut nō
omnē ſpem ad moleſtias ac afflictiones mitigādas, in hac arte habeamus, ſed ſciamus,
q; aut nō ſinet nos tentari ultra q̃ ſufferre poſſumus: Aut quemadmodum tunc Dn̄s,
aliquando lutum faciens illeuit, & in Siloam lauari iuſsit, aliquando uerò uoluntate ſo
Mat.8. la contentus fuit, dicens: Volo, ſis mundus: Quoſdā autē & in malis decertare dimiſit,
probatiores ipſos per experientiā efficiens: Sic etiā noſtro tempore, aliquando inuiſi
biliter ex incōſpicuo attingēs, ubi hoc animis noſtris cōducibile iudicauerit: Aliquan
do etiam materialibus auxilijs uti in affectionibus noſtris nos uolens, uoluntatē ſuam
nobis declarat, per medelę dilationem, perſeuerantem beneficij memoriam inducēs:
aut etiā formam quandam ad curam animę, uelut dixi, exhibens. Quemadmodum enī
in carne, tum alieni depoſitio, tum deficientis appoſitio, neceſſaria eſt: Sic etiam in ani
ma noſtra remouere alienum, & aſſumere quod ſecundū naturā eſt, cōuenit. Nā Deus
fecit hominem rectum, & cōdidit nos ad bona opera, ut in ipſis ambulemus. Et quem
admodū illic ſectionum & uſtionum & amarorū medicamentorum aſſumptionē pro
corporis medela toleramus. Sic etiam hic, ſectiones ſermonis reprehenſorij, & amari-
tudines increpationū, propter animę medelas admittere oportet, id quod ineruditis
Hier.8. propheticus ſermo exprobrās dicit: Num reſina nō eſt in Galaad? aut medicus nō eſt
illic? Cur nō acceſsit ſanatio filiæ populi mei? Quin & in diuturnis affectionibus, per
longum tempus & doloroſa auxilia ſimulq; uaria, expectare ſanationē, ſignum eſt de-
bere nos etiā animę peccata, per ſedulas preces, & diuturnā pœnitentiā & laborioſum
certamē, quod uerbi doctrina abundè nobis ad ſanationē ſuggerit, corrigere. Nō igit
quia aliqui arte medica nō probè utunт̄, fugiēda nobis eſt omnis ab ipſa utilitas. Neq;
enim quia arte culinaria ad excogitandas delicias proterui circa uoluptatis ſtudiū utū
tur, aut in parandis panibus, aut in textura, neceſsitatū terminū excedūt: iā nos omnes
ſimul artes reprobare oportet. Imò uice uerſa ex recto ipſorū uſu id quod ab illis corru
ptum eſt coarguere. Sic etiā in medicina, beneficiū à Deo datū, per malum uſum crimi
nari non conſentaneū eſt rationi. Nam & in medicorum manibus ſanitatis ſuę ſpē ha-
bere

bere, beſtiale eſt, id quod aliquos miſeros facere uidemus, qui etiã ſeruatores ipſos appellare nõ recuſant: Et omnino ab utilitate ipſius diffugere, cõtentioſum eſt. Sed quẽadmodum Ezechias maſſam ficuum nõ primã ſanitatis cauſam dicebat, neq; ipſi cauſam ſanationis acceptã referebat, uerùm gratiarũ actionẽ etiam ob ficuũ ademptionẽ gloriæ Dei deferebat: Sic & nos ubi à Deo benè & prudẽter uitam noſtrã gubernãte plagas accipimus, primũ quidem ab ipſo petimus cognitionẽ rationis, ob quã flagella immittit: Deinde à doloribus liberationẽ, in iiſdemq; patientiã, ut unà cum tẽtatione exhibeat etiam euentum, quo poſſimus ſufferre. Datam aũt nobis ſanationis gratiam, aut per uinũ & oleũ, uelut in eo qui incidit in latrones: aut per ficus, uelut in Ezechia: eũ gratiarum actione ſuſcipimus, & nihil differre putamus, ſiue ex incõſpicuo nobis curatio Dei contingat, ſiue ex aliquo corporali, quę corporalia ſepę efficacius nos ad intelligẽdũ Domini beneficiũ ducũt. Sępe uerò etiã ad caſtigationẽ in morbos collapſi, partẽ caſtigationis etiã ęrumnoſam curationẽ ſufferre condẽnati ſumus. Neque igitur ſectiones, neq; uſtiones, neq; per acria ac moleſta pharmaca dolores, neq; inedias, neq; exactam diætę ac uictus menſuram, neq; corrumpentium abſtinentiam recuſare recta ratio nobis indicit, ſi ſeruetur, inquam, ſcopus utilitatis animę, quę uelut in exempli ratione ad ſuam ipſius curã eruditur. Periculũ eſt autẽ non uulgare, ne mẽs ad ſupinitatẽ ac abalienationẽ delabatur, uelut omnis affectio auxiliis ex medicina opus habeat. Nõ eñi omnes ægritudines naturę ſunt neq; ex neglecto uictu aut aliis quibuſdã principiis nobis accedũt, ad quas ſanè aliquãdo medicinã cõmodã eſſe uidemus. Sępe.n. & flagella peccatorũ ſunt ęgritudines ad cõuerſionẽ inducta: quẽ enim, inquit, diligit dñs, caſtigat. Et ideo inter uos multi debiles & infirmi, & dormiũt multi. Si.n. noſipſos diiudicaremus, nõ utiq; diiudicaremur. At dum iudicamur à Domino, caſtigamur, ne cũ mũdo cõdemnemur. Tales igit̃ quieſcere ac dimittere oportet ſtudia medica, & ſuſtinere quę inducuntur, ubi noſtra ipſorum delicta cognouerimus, iuxta eũ qui dixit: Iram Dñi ſufferã, quia ipſi peccaui: & oſtẽdere emendationẽ per hoc quod faciunt fructus pœnitentia dignos, & meminiſſe Domini qui dixit, Ecce ſanus factus es, noli amplius peccare, ut ne peius tibi fiat. Fiunt aũt aliquãdo ęgritudines etiam ad praui aduerſarii noſtri petitionẽ, benigno hominũ amatore dño, uelut magnũ pugilẽ cum ipſo in certamen cõmittente, & iactantiã ipſius per ſupremã ſeruorũ ſuorũ tolerantiã diſtruente. Id quod in Iob factũ eſſe didicimus. Aut etiã in exemplum eorũ qui malorũ intolerãtes ſunt, inducũtur à Deo qui poſſunt uſq; ad mortẽ, inferendis malis patientiã oſtẽdere, uelut Lazarus, qui quũ talibus ulceribus ſcateret, nuſquam tamẽ de ipſo ſcriptũ eſt, quod aut petiuerit quid à proximo, aut ob pręſentẽ ſtatũ moroſam diſplicẽtiã declararit. Quapropter etiam aſſequutus eſt requiẽ in ſinu Abrahę, uelut q accepiſſet mala in uita ſua. Reperimus porrò etiã aliã cauſam morborũ ſanctis cõtingẽtẽ, uelut in Apoſtolo. Vt ne.n. uideretur humanæ naturę terminum trãſgredi, & ne quis ipſum reputaret aliquid eximiũ pręaliis in corporis ſtructura habere, quemadmodũ Lycaones dum coronas & tauros ei adducũt, ad humanæ naturę declarationẽ perpetuò cũ ægritudine cõflictabatur. Quod nã igitur lucrũ talib. à medicina cõtingat? & nõ potius periculũ, dum abalienantur à recta ratione ad corporis curationem? At uerò qui ex praua diæta infirmitatẽ ſibiipſis cõgregauerũt, his uelut forma quadam & effigie utendũ eſt corporis curatione, ad animę curã, uelut prius dictũ eſt. Nã abſtinentia ab his quæ nociua ſunt, ſecundum medicã rationẽ etiam nobis utilis eſt. Item electio utilium, & obſeruatio pręceptorũ: Sed ipſa carnis ab infirmitate ad habitudinem bonam tranſmutatio, ſolatio ſit nobis ut ne de anima deſperemus, tanquam nõ poſſit ex peccatis ad propriam rurſus integritatem per pœnitentiã redire. Neq; igitur fugienda eſt omnino ars, neq; in ipſa omnes ſpes ponere conſentaneũ eſt. Sed quemadmodum utimur quidem agricultura, petimus autẽ à Deo fructus. Et gubernatori gubernaculum cõmittimus: Deũ uerò rogamus ut ex pelago ſeruemur. Sic & medicum inducentes, ubi ratio permittit, à ſpe ad ipſum non diſcedimus. Mihi uerò & ad continentiam non parum conferre ars uidetur. Video enim quod & uoluptates amputat, & ſatietatem criminatur & uictus uarietatem, & curioſum condimentorum ſtudium uelut incommodum ablegat. Et in ſumma, inopiam ſanitatis matrem

Eſa.38. *Luc.10.* *Heb.12.* *1.Cor.11.* *Mich.7.* *Ioan.5.* *Iob.1* *Luc.16.* *Act.4.*

Vide Bellar. to. 3. lib. 1. c. 13. in principio, qui docet non solis [illegible] Basilij esse Eustachi Sebasteni cuius graues errores damnantur in concilio Gangren. Vide Sozomenum lib. 3. historiæ c. 13. Niceph. [illegible] lib. 9. c. 16 et lib. 13 c. 29. et hic autor q. 1. et 95. non uidetur admittere traditiones. at Basi. lib. de spiritu s. [illegible] locum grauiter [illegible] defendit.

uocat. Quare & ſecundum hoc, non inutile fuerit nobis conſilium ab ipſa. Siue igitur utimur aliquando medicinæ præceptis, ſiue reprobamus iuxta aliquam ex relatis ra-
1. Cor. 10. tionibus, ſcopus complacentiæ erga Deum ſeruetur, & utilitas animæ curetur, & pręceptum Apoſtoli compleatur, qui dixit: Siue igitur editis, ſiue bibitis, ſiue aliud quid facitis, omnia ad gloriam Dei facite.

D. BASILII MAGNI, QVAESTIONES COMPENDIO explicatæ. Iano Cornario medico phyſico interprete.

1. Tim. 1. Deut. 32. Benignus Deus qui docet hominem, cognitionem, his quidē quibus docendi donum cōmiſſum eſt, pręcipit per Apoſtolū ut perſeuerēt in doctrina: eos uerò qui opus habent ex diuinis dogmatib. ędificatione, per Moſen admonet dicens. Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi: ſeniores tuos, & dicent tibi. Quapropter neceſſe eſt nos quib. miniſteriū docēdi uerbi commiſſum eſt, ex omni occaſiōe promptos eſſe ad animarū perfectionem: & alia quidem in cōmuni apud totam eccleſiam cōteſtari. In alijs uerò priuatim exhibere unicuiq; noſipſos, ut liceat illis nos accedere ac interrogare, tum ea quę ad fidei ſanitatem, tum quæ ad conuerſationis ſecundum euangelium Domini noſtri Ieſu Chriſti ueritatem pertinent, ex quibus ambobus Dei homo conſtāter perficitur. Vos autem nihil citra fructum, nihil ocioſum ac neglectum uobiſipſis prætermittere, ſed ad ea quæ in communi diſcitis, etiam priuatim de conducentibus interrogare, & omne uitæ ocium ad utilitatem diſponere. Si igitur ad hoc congregauit nos Deus, & multa ab externis tumultib. eſt quies, neq; ad aliud quid agendum cōuertamur, neq; ſomno rurſus corpora tradamus, ſed in ſollicitudine & rebus neceſſarijs expendendis, reſi-
Psal. 1. duam noctis partem tranſigamus, explentes id quod dictum eſt à beato Dauide, nēpe, In lege Domini meditabitur die ac nocte.

Quæſtionum compendiò explicatarum capita.

An liceat aut expediat alicui, ut ſibijpſi permittat facere aut dicere quę bona putat, ci- I.
tra teſtimonium diuinarum Scripturarum.
Qualem profeſſionem inter ſe mutuo exigere oportet eos qui ſimul ſecundum Deū II.
uiuere uolunt.
Peccantem quomodo conuertemus, aut non conuertentem ſe quomodo habere o- III.
portet.
Si quis etiam in minimis peccatis coarctet ac urgeat fratres, dicendo quod pœnitētiā IIII.
agere debent, nunquid & ipſe immiſericors eſt, & charitatem diſſoluit. V.
Quomodo debet quis pœnitentiam agere ob ſingula peccata. VI.
Qui uerbis confitetur ſe pœnitere, peccatum uerò non corrigit, qualis eſt. VII.
Quod ſit iudicium eorum qui defendunt peccantes. VIII.
Legitimè pœnitentem quomodo ſuſcipere oportet. IX.
Quomodo erga peccantem citra pœnitentiam afficiamur.
Anima multis peccatis grauata, cum qualibus lachrymis qualiq; timore à peccatis re- X.
cedere debet. XI.
Quomodo quis acquirat odium erga peccata. XII.
Quomodo certificetur anima, quod Deus dimiſerit ipſi peccata.
An oporteat eum qui poſt baptiſma peccauit, de ſalute deſperare, ubi in multitudine XIII.
uitiorum iuuentus eſt. XIIII.
Ex quibus fructibus probari debet uera pœnitentia. XV.
Quid ſit hoc, Quoties peccarit in me frater meus, & remittam ipſi.
Cur aliquādo anima etiā id ſtudio nō habēs, ſua ſpōte ferè illapſo dolore cōpūgit: ali- XVI.
quando uerò ita doloris expers eſt, ut etiā dum cogitur, cōpungi nō poſſit.
Si quis in animo de edendo cogitet, deinde condemnet ſeipſum, an etiā hic uelut ſo- XVII.
licitus accuſabitur.
An oporteat ei qui deliquit in fraternitate, aliquando curam committere poſt multā XVIII.
exercitationem, & ſi oportet, qualem eam tandem.

Si quis ſuſpectus ſit de peccato, in conſpicuo aũt hoc nõ faciat,an oporteat ipſum obſeruare,quo inueniatur id quod ſuſpectum eſt. XIX.
An oporteat compertum ac tẽtatum in peccatis,fugere ſocietatem illorum qui aliter ſentiunt,aut etiam aduerſus male uiuen tes diſceptare. XX.
Vnde ſint animi à Deo abalienationes & uariæ cogitatiões,& quõ ipſas corrigamus. (XXI.
Vnde doctrinę imaginationes indecoræ illę fiant. XXII.
Ex quibus uerbis uaniloquentia iudicatur. XXIII.
Quid eſt conuicium. XXIIII.
Quid eſt detractio. XXV.
Quid detrahit fratri,aut detrahentem audit & tolerat,qua re dignus ſit. XXVI.
Si quis præfecto detrahat,quomodo ipſi attendemus. XXVII.
De eo qui audaciore uoce & uerbis temerarijs reſpondet XXVIII.
Quomodo quis poſſit non iraſci. XXIX.
Quomodo excindamus affectum malæ concupiſcentiæ. XXX.
An omnino ridere non liceat. XXXI.
Intempeſtiua & immodica dormitatio unde ſit,& quõ ipſam deponamus. XXXII.
Quomodo deprẽhenditur ſtudioſus ut hominibus complaceat. XXXIII.
Quomodo fugiat quis uitium complacendi hominibus. XXXIIII.
Quomodo cognoſcitur arrogans,& quomodo curatur. XXXV.
An oporteat honorem quęrere. XXXVI.
Quomodo piger ad mandatum,ſtudium ac diligentiã recuperare poſsit. XXXVII.
Si præcipiatur aliquid fratri,& contradicat,poſtea uerò à ſeipſo abeat. XXXVIII.
Si quis obediens murmuret. XXXIX.
Si frater fratrem offendat,quomodo debeat corrigi. XL.
Si non ſuſtineat ſe purgare. XLI.
Si ſe qui offendit,& offenſus reconciliari nolit. XLII.
Quomodo quis attendere debet expergefacienti ad orationem. XLIII.
Si expergefactus triſtetur aut etiam iraſcitur,qua re dignus ſit. XLIIII.
De negligente cognitionem uolũtatum Dei,ut ne amplius puniatur,uelut qui nouit & non fecit. XLV.
Qui tolerat alterum ad faciendum peccatum,an reus ſit peccati. XLVI.
An oporteat quibuſdam peccantibus ſilere. XLVII.
Auaricia quatenus damnatur. XLVIII.
Quid eſt perperam agere. XLIX.
Si quis precioſiores ueſtes repudiet, uilem autem ſiue ueſtem ſiue calceum uelut ut ipſi decorus ſit,an peccet,aut quali morbo ægrotet. L.
Quid eſt Raccha. LI.
Quis ſit uanæ gloriæ appetens,& quis complacendi hominibus ſtudioſus. LII.
Quid ſit iniquinamentum carnis,& quid iniquinamentum ſpiritus & quomodo ab ipſis puri ſimus. Aut quid ſanctificatio,& quomodo ipſam adipiſcamur. LIII.
Quid eſt amor ſui,& quomodo notum reddit ſeipſum amans. LIIII.
Quæ ſit differentia amarulentiæ,& indignationis,& iræ,& irritationis. LV.
Quid eſt qui alta ſapit,& quis ſuperbus,& quis arrogans,item quis faſtuoſus, & quis inflatus. LVI.
Si quis defectum incorribilẽ habeat,& frequentius condemnatus lædatur,an conferat ipſi magis permittere. LVII.
An qui de induſtria mentitus eſt ſolum iudicetur,aut etiam qui per ignorãtiã aliquid abſolutè citra ueritatem loquutus eſt. LVIII.
Si quis cogitauerit ſolũ aliqd facere,& nõ fecerit,an & hic uelut mẽdax iudicet. LIX.
De eo qui proteruè decreuit aliquid facere diſplicens Deo. LX.
Si quis neq; operari poteſt,neq; pſalmos diſcere uoluerit. LXI.
Quid fecerit quis,ut uelut qui talentum occultauit condemnetur. LXII.
Quid fecerit quis,ut uelut qui contra poſtremos murmurarũt cõdemnetur. LXIII.
Quid eſt ſcandalum præbere,& quomodo ipſum uitabimus. LXIIII.

Quomodo ueritatem in iniuſtitia quis continet. LXV.
Quid eſt lis, & quid contentio. LXVI.
Quid eſt immundicia, & quid petulantia. LXVII.
Quid proprium indignationis, & quid propriũ honeſtæ indignationis. LXVIII.
De eo qui neq; minus reliquis edit, neq; corpus proiectum habet, & tamen de impo
tentia ad operandum conqueritur. LXIX.
Abutentem ueſtibus aut calciamentis quomodo tractare oportet LXX.
Sunt quidam qui iucunditatem eduliorum prę copia expedunt. Alij uerò qui copiã
magis quàm iucunditatem ob ſatietatem amplectuntur. Quomodo igitur utroſq;
perfectos facere oportet. LXXI.
De eo qui irreuerenter circa cibos aſſumendos diuerſatur, & largius ſe cibo aut potu
explet. LXXII.
De eo qui nõ deſiderio corrigendi fratrem, redarguit peccantem, ſed affectu iuſtificã
di ſeipſum. LXXIII.
De his qui recedunt à fraternitate, & uitam ſolitariam malunt. LXXIIII.
An omnis peccati, ſiue in mente, ſiue in ſermone, ſiue in actione, ſatanã autorem eſſe
dicere oportet. LXXV.
An oporteat utilitatis uidelicet alicuius gratia mentiri. LXXVI.
Quid eſt dolus, & quid malignitas LXXVII.
Inuentores malorum qui ſint. LXXVIII.
Si quis aſſiduè percipiat, quòd durà tractet fratrem, quomodo corrigetur LXXIX.
Quomodo contingat, ut ueluti deficant menti cogitationes bonæ, & ſollicitudines
Deo complacentes. LXXX.
An oporteat æqualiter increpare pios ac indifferentes, LXXXI.
Si contigerit aniculam peccare, ac idem cum iuuencula delictum committere, num ei
dem pœnę ſubiacet. LXXXII.
Si quis multa rectè faciẽs in uno delinquat, quõ ipſum tractabimus. LXXXIII.
De eo qui mores tumultuoſos ac turbatorios habet. LXXXIIII.
An conueniat proprium quid habere in fraternitate. LXXXV.
Si dicat quis, neq; accipio à fraternitate, neq; do, ſed meis contentus ſum, quid opor
teat erga talem obſeruare. LXXXVI.
An liceat unicuiq; ueterem ſuam ueſtem dare cui uelit pro mandato. LXXXVII.
Quid eſt cura temporalis. LXXXVIII.
Quia ſcriptum eſt, precium redẽptionis animę uiri ſunt proprię ipſius diuitię: nobis
autem hoc non procedit, quid faciemus. LXXXIX.
An liceat nocturnam ueſtem habere, ſiue ex pilis factam, ſiue aliam. XC.
Si frater proprium nihil habens, rogatus fuerit ab aliquo ut det ueſtem quam geſtat,
quid facere debeat, maximè ſi nudus fuerit qui petit. XCI.
Cùm dñs pręcipiat uẽdere poſſeſſiões, quid intelligere oportet, & hoc facere. XCII.
Eum qui ſemel bona ſua repudiauit, & proprium nihil habere profeſſus eſt, qua mẽte
uti oportet rebus ad uitam neceſſarijs, uelut ueſte & cibo. XCIII.
De eo qui tributa reliquit, & fraternitatem acceſsit. XCIIII.
An expediat his qui recens acceſſerunt, ſtatim diuinas Scripturas ediſcere. XCV.
An omni uolenti permittere oportet ut literas diſcat, aut lectionibus attẽdat. XCVI.
Si dicat quis, uolo à uobis ad modicum tempus utilitatem capere, an oporteat ipſum
ſuſcipere. XCVII.
Quali animo ac prudentia prędítus eſſe debeat præfectus in his, quę pręcipit aut con
ſtituit. XCVIII.
Quo affectu increpantem increpare oportet. XCIX.
Extrinſecus aduenientes ac petentes quomodo dimittemus. C.
De diſpenſatore & mendicis ac petentibus. CI.
De egrediente à fraternitate quacunq; ratione. CII.
Si cõtingat etiã ipſum ſeniorẽ in aliquibus labi, an ipſum reprehendi oporteat: CIII.
Quomodo fratribus curas committere oportet. CIIII.

An

An oporteat accedentes ad fraternitatem, ſtatim artes diſcere. CV.
Qualibus pœnis in fraternitate uti oportet. CVI.
De hoc qui dicit ſe cupidum eſſe conuictus cum fratribus. CVII.
An oporteat præfectum loqui cum ſorore aliqua, citra præfectæ præſentiam, de his quæ ad ædificationem fidei pertinent: CVIII.
An oporteat præfectum cum præfecta frequenter colloqui. CIX.
An oporteat confitente ſorori ſeniori, adeſſe etiam ſeniorem ipſam. CX.
An ubi ſenior quid fieri præcepit inter ſorores, citra cōſenſum ſenioris, ſiue præfectæ: meritò indignetur ipſa ſenior. CXI.
An ſi quis ad uitam ſecundum Deum accedat, par eſt ut præfectus citra conſenſum fratrum talem ſuſpiciat. CXII.
An poſſit is cui animarum cura concredita eſt, ſeruare hoc, Niſi conuerſi fueritis, & facti uelut pueri. CXIII.
An oporteat omni & cuiq; præcipiendi obedire. CXIIII.
Quando mutua obedientia uti oportet. CXV.
Quatenus uti oportet. CXVI.
Qui non perfectus eſt in quotidianis ad propoſitū mandatū præceptis, & artem diſcere uult, quo morbo ægrotet, & an oporteat ipſum tolerare. CXVII.
Qui primus eſt ad mandatum, & operatur non quod præcipitur, ſed quod ipſe uult, qualem mercedem ferat. CXVIII.
An unicuiq; liceat reijcere datum opus, & aliud petere. CXIX.
An oporteat aliquò abire citra præfecti commonefactionem. CXX.
An liceat grauiora opera reprobare. CXXI.
Si quis pœna non accipiendæ benedictionis affectus, dicat: Si non accepero benedictionem non edo, an oporteat ipſum tolerare. CXXII.
Si quis triſtetur, quòd non permittatur facere id quod cōmode facere non poteſt, an oporteat ipſum tolerare. CXXIII.
An oporteat eum qui alicubi fortuitò in Hæreticos aut Græcos incidit, cibum cum ipſis capere, aut ipſos ſalutare. CXXIIII.
An eum cui datum eſt opus, & facit quid citra commonefactionem, præter id quod ipſi præceptum eſt, opus ipſum habere oportet. CXXV.
Quomodo quis non ſuperetur à uoluptate eduliorum. CXXVI.
Dicunt quidam, impoſſibile eſſe, hominem non iraſci. CXXVII.
Volenti abſtinentiam ſupra uires exercere, ita ut etiam ad propoſitum mandatum impediatur, an concedere oporteat. CXXVIII.
De eo qui multum ieiunat, & in aſſumptione cibum tolerare non poteſt. CXXIX.
Quomodo ieiunare oporteat, ubi ieiunio opus fuerit. CXXX.
Qui non particeps ſit eduliorum quæ fratres edunt, ſed aliud requirit, an rectè facit. CXXXI.
Qui dicit, nocet mihi hoc, & triſtitia affligitur, ſi aliud non datum fuerit. CXXXII.
Si quis murmuret propter cibum. CXXXIII.
Si quis iratus accipere recuſet neceſſaria. CXXXIIII.
An oporteat ægrotantem ipſum amplius quid conſuetis requirere. CXXXV.
An neceſſarium ſit omnis hora prandij congregari, & eum qui relictis eſt & poſt prandium uenit, quomodo tractemus. CXXXVI.
An bonum ſit aliquem decernere, ad tantum ſi ita contigat tempus abſtinere ab aliquo cibo aut potu. CXXXVII.
An oporteat in fraternitate aliquem plus alijs ieiunare. CXXXVIII.
Si ieiunium augeatur, imbecilliores euadimus ad opus, Quid igitur magis facto opus eſt, impedire, opus ob ieiunium, aut negligere ieiuniū propter opus. CXXXIX.
Si quis non continens ſit circa nociua edulia, ſed immodicè ingerens in afflictionem delabatur, an ipſius curationem facere oporteat. CXL.
An oporteat peregrinos reperi in officinis. CXLI.
An oporteat artifices aſſumere ad aliquod opus, citra conſenſum præfecti. CXLII.

Quomodo

Quomodo curam gerere debent operantes concreditę ipſis ſuppellectilis. CXLIII.

Si quis ex negligentia perdat quid, aut ex contemptu abutatur. CXLIIII.

Si à ſeipſo utatur aliquo aut accipiat. CXLV.

Si urgente neceſſitate prę̃fectus requirat ab ipſo ſupellectilē, & contradicit. CXLVI.

Qui circa opus cellarij aut culinę, aut aliud tale occupatus eſt, ſi nō feſtinet adeſſe regulæ pſalmodiæ & orationis, an nullum animę damnum incurrat. CXLVII.

Qualem poteſtatis menſuram habet in diſpenſatione is cui cellarij cura concredita eſt. CXLVIII.

Quæ ſit condemnatio diſpenſatoris, ſi quid ad perſonarum reſpectum, aut contentionem fecerit. CXLIX.

Si idem negligens non det fratri neceſſaria. CL.

An liceat miniſtranti maiore uoce loqui. CLI.

De ægrotante in miniſterio ſupra uires. CLII.

Cui lanæ concreditæ ſunt quomodo ipſas habere debet. CLIII.

Si contigerit paucos eſſe fratres, & plurib. ſororibus inſeruientes ad eam deuenire neceſſitatem, ut inter ſe diſparentur ad opera diuiſi, an hoc periculo uacet. CLIIII.

Quomodo ægrotos in hoſpitali domo tractare oportet. CLV.

An eum cui cellarij aut alterius eiuſmodi cura concredita eſt, ſemper eius curam gerere oporteat, aut permutari. CLVI.

Quo affectu quis Deo ſeruire debeat. CLVII.

Quo affectu quis pœnam ſuſcipere debeat. CLVIII.

Qui triſticia afficitur erga eum qui ipſum increpauit qualis ſit. CLIX.

Quo affectu debemus miniſtrare fratribus. CLX.

Qua humilitate debet quis miniſterium ſuſcipere à fratre. CLXI.

Qualem inter nos dilectionem habere nos oporteat CLXII.

Quomodo quis dilectionem erga proximum acquirere poſſit. CLXIII.

Quid eſt, Nolite iudicare, & non iudicabimini. CLXIIII.

Quomodo cognoſcet quis, utrum ex æmulatione Dei commoueatur contra peccantem fratrem, aut iraſcatur. CLXV.

Quo affectu obedire oportet ad opus mandati urgenti. CLXVI.

Qualis debet eſſe anima, quę omino digna facta eſt in opere dei deprehēdi. CLXVII.

Quo affectu ueſtē aut calceamentum qualecunq; fuerit, accipere oportet. CLXVIII.

Si fratri iuniori præceptū fuerit, ut doceat aliquid ætate grandiorem, quomodo ipſum adorietur. CLXIX

An æqualiter attendere oportet, tum ei qui plus, tum ei qui minus rectè facit. CLXX.

Si triſtetur qui minus rectè facit, pientiore ipſi prælato. CLXXI.

Quo timore, aut qua certitudinis perfectione, aut quo affectu corporis Domini participes fiamus. CLXXII.

An oporteat pſalmodię tempore in domo, colloquium fieri. CLXXIII.

Quomodo poſſit quis cū affectu ac promptitudine facere mādata Dñi. CLXXIIII.

Quomodo apparet qui diligit fratrem, iuxta Domini mandatum. CLXXV.

Qui ſunt inimici, quos diligere nobis præceptum eſt. CLXXVI.

Quomodo debent potentes geſtare impotentium infirmitates. CLXXVII.

Quid eſt, alterum alterius onera portare. CLXXVIII.

Quomodo poteſt quis abſq; dilectione fidem acquirere tantā, ut mōtes trāsferat, aut bona ſua omnia pauperibus det, aut corpus ſuum tradat ut exuratur. CLXXIX.

Quo affectu & attentione audire debemus ea quæ aſſumptionis cibi tempore nobis obiter prælegguntur. CLXXX.

Si fuerint fraternitates inter ſe uicinæ, & altera quidem inops degit, altera uerò adimpertiendum difficilior fuerit, quomodo oportet inopem erga impertientem affici. CLXXXI.

Ex quibus fructibus probari debet qui condolenter fratrem peccantem reprehendit. CLXXXII.

Si contigerit aliquos in fraternitate uiuētes inter ſe diſcordare, an periculo uacet charitatis

itatis gratia cum talibus conuerſari. CLXXXIII.

Quomodo poſſit quis & quum adhortatur,& quum reprehendit, non ſolùm conari ut ſcientificè loquatur,ſed etiam affectionem debitam conſeruare, & erga Deum, & erga illos ad quos uerba facit. CLXXXIIII.

Si quis in diſſertatione audientes coaffici uidens gaudeat,quomodo cognoſcet ſeipſum,an affectu bono gaudeat,aut quodam affectu proprio. CLXXXV.

Pro qualibus amicis animam ponere debemus. CLXXXVI.

An à cognatis ſecundum carnem unumquenq; quid ſuſcipere oportet. CLXXXVII.

Quomodo uideamus eos qui olim nobis cohabitarunt,aut cognatos accedentes. CLXXXVIII.

Si ijdem inuitarint nos,ad propria ducere uolentes. CLXXXIX.

An oporteat miſereri cognatorum ſecundum carnem,ita ut ſalutem ipſorum concupiſcamus. CXC.

Quis eſt manſuetus. CXCI.

Quæ eſt triſticia ſecundum Deum,& quæ ſit mundi triſticia. CXCII.

Quale eſt gaudium in Chriſto. CXCIII.

Qualem uictum ſuſceperimus,ut beatitudine digni fiamus. CXCIIII.

Quomodo omnia ad gloriam Dei quis facit. CXCV.

Quomodo edit quis ac bibit ad gloriam Dei. CXCVI.

Quomodo facit dextera,ut ne cognoſcat ſiniſtra. CXCVII.

Quid eſt humilitas,& quomodo ipſam acquiramus. CXCVIII.

Quomodo quis promptus fiat etiã ad pericula ꝓ mandato Dñi ſubeunda. CXCIX.

Qui antea in opere Dei defatigati ſunt,quomodo recẽs accedẽtes iuuare poſſint. CC.

Quomodo aſſequatur quis in oratione intentionem. CCI

An poſſibile ſit obtinere in omnibus & ſemper intentionem. CCII.

Vtrum rectè factorum ſecundum mandatum Dñi una menſura in omnibus eſt,aut alius ampliorem habet,alius minorem. CCIII.

Quomodo dignus fiat quis ſpiritus ſancti particeps fieri. CCIIII.

Qui ſunt pauperes ſpiritu. CCV.

Quum Dñs præcipiat ut ne ſoliciti ſimus,quid edamus,aut quid bibamus,aut quid induamus:quatenus tendit mandatum,& quomodo perficiatur. CCVI.

Qua ratione operari oportet. CCVII.

An bonum ſit in totum ſilentium exercere. CCVIII.

Quomodo poſſimus timere iudicia Dei. CCIX.

Qui ſit qui ab Apoſtolo traditus eſt amictus honeſtus. CCX.

Quæ eſt menſura dilectionis erga Deum. CCXI.

Quomodo acquiratur dilectio erga Deum. CCXII.

Quæ ſunt ſigna dilectionis erga Deum. CCXIII.

Benignitas & bonitas in quantum inter ſe differunt. CCXIIII.

Quis eſt pacificus ille qui à Domino beatus prædicatur. CCXV.

In qua re conuerti oportet,ac fieri uelut pueros. CCXVI.

Quomodo ſuſcipiamus regnum Dei,uelut puer. CCXVII.

Qualem prudentiam à Deo petere debemus. CCXVIII.

Si beneficiũ ab aliquo acceperimus,quõ poſſimus & Dño debitã gratiarũ actionẽ puram ac integram reddere,& erga benefactorem peritè explere. CCXIX.

An omnibus uolentibus conuenire ſorores,permittere id oportet. CCXX.

Quum Dominus doceat orare,ut ne incidamus in tentationem, an oporteat orare ne incidamus in dolores corporales. CCXXI.

Quis eſt uniuſcuiuſq; noſtrûm aduerſarius,& quomodo erga ipſum beneuoli erimus. CCXXII.

Qui ob aliquam placentem Deo rationem ieiunare uult, ubi ut non uult hominibus uidetur,quid faciet. CCXXIII.

An etiã nunc alij à prima hora operãtur,alij ab undecima:& qui ſint hi. CCXXIIII.

Quum Dñs dicat, Vbi duo aut tres fuerint congregati in nomine meo,illic ſum in me

dio ipſorum,quomodo hoc digni fieri poſſimus? CCXXV.

Quum Apoſtolus dicat, Dum obiurgamur benedicimus, dum conuicijs impetimur, conſolamur, quomodo debet benedicere is qui obiurgatur, aut quid conſolari, is qui blaſphemijs ac conuicijs impetitur. CCXXVI.

An oporteat unumquenqꝫ etiã ad alios referre ea quę ſapit,aut eum qui certitudinem de his quæ Deo placent habet,apud ſeipſum continere. CCXXVII.

An in omni re implere oporteat uoluntatem eorum qui ſcãdalo offenduntur, aut ſint quædam quæ oporteat diſſimulare,etiamſi aliqui offendantur. CCXXVIII.

An oporteat interdictas actiones impudentius omnib. publicare,aut aliquibus,& his qualibus. CCXXIX.

Quid eſt cultus diuinus,& quis eſt rationalis cultus. CCXXX.

Si frater malignè agat in me, & inimicus ſit mihi,aut aliquando etiam ſacerdos,an liceat mihi data de inimicis mandata,etiam in ipſo ſeruare. CCXXXI.

Si quis iniuria ab aliquo affectus nemini referat,ratione longanimitatis ac patientiæ, & uideatur Deo tradere iudicium, an ſecundum Dominum faciat. CCXXXII.

Ex omnibus rectè factis ſi unum deficiat alicui,an ob hoc non ſeruetur. CCXXXIII.

Quomodo quis mortem Domini annunciabit. CCXXXIIII.

An expediat multa diſcere ex Scripturis. CCXXXV.

Qui digni facti ſunt quatuor Euangelia ediſcere,quomodo hanc gratiam ſuſcipere debeant. CCXXXVI.

Qualis anima dirigitur ad uoluntatem Dei. CCXXXVII.

An poſſibile ſit indeſinenter pſallere,aut legere,aut ſeria tractare de uerbis Dei,& nullum omnino temporis ſpacium fieri,ob accidentem aliquam neceſſitatem ſordidiorum corporis officiorum. CCXXXVIII.

Quis ſit bonus theſaurus,& quis malus. CCXXXIX.

Cur ampla porta & lata uia dicta eſt quæ ducit ad interitum? CCXL.

Quomodo arcta porta & anguſtia uia ſit quæ ducit ad uitam, & quomodo quis per ipſam ingreditur. CCXLI.

Quid eſt hoc,Fraterno amore mutuò diligentes. CCXLII.

Quid uult Apoſtolus dum dicit, Iraſcimini & nolite peccare, Sol non occidat ſuper iram ueſtram:& quidem quum alibi dixerit, Omnis amarulentia & indignatio ac ira,à uobis tollatur. CCXLIII.

Quid eſt hoc,date locum iræ. CCXLIIII.

Quis eſt prudens ut ſerpens,& ſimplex uelut columba. CCXLV.

Quid eſt,Charitas non indecorè ſe gerit. CCXLVI.

Quæ eſt gloriatio in Domino,& quæ interdicta. CCXLVII.

Si Dominus dat ſapientiam,& à facie ipſius eſt cognitio & prudentia. Et ſi per ſpiritum alij datur ſermo ſapientiæ,alij ſermo cognitionis, quomodo obijcit Dominus diſcipulis adhuc & uos imprudentes eſtis: & Apoſtolus aliquos uelut imprudentes accuſat. CCXLVIII.

Quid eſt ſanctum,& quid eſt iuſtum? CCXLIX.

Quomodo dat quis ſanctum canibus,aut proijcit margaritas ante porcos,aut quomodo contingit id quod ſequitur: Ne quando conculcent ipſos pedibus ſuis,& conuerſi rumpant uos. CCL.

Quomodo aliquando interdicit Dominus portare crumenã & peram ad uiã,aliquando uerò dicit:Sed nunc qui crumenã habet,tollat,ſimiliter & peram.Et qui non habet,uendat ueſtem ſuam,& emat gladium. CCLI.

Quis eſt panis quotidianus,quem dari nobis quotidie orare docti ſumus. CCLII.

Quid eſt talentum,& quomodo ipſum multiplicabimus. CCLIII.

Quid eſt menſa,in quam timuit,inquit,Dominus mittere pecuniam. CCLIIII.

Quò abire iuſſus eſt qui audiuit,Tolle quod tuum eſt,& uade. CCLV.

Quæ eſt merces quam accipiunt etiam hi ſimiliter uelut ultimi. CCLVI.

Qui ſunt paleæ quæ exuruntur igni inextinguibili. CCLVII.

Quis eſt qui ab Apoſtolo cõdemnatur,uolẽs in humilitate ac religiõe,&c. CCLVIII.

Quis eſt feruens ſpiritu. CCLIX.
Quum Apoſtolus dicat, Nunc quidem, nolite fieri imprudentes, nũc uerò, ne ſitis prudentes apud uoſipſos: an poſsibile ſit non eſſe prudentem ad ſeipſum, eum qui non eſt imprudens. CCLX.
Quomodo etiam ipſi ſancti quæ petierunt, non acceperunt à Domino. CCLXI.
Quæ eſt differentia egeſtatis & paupertatis, & quomodo uerum dicit, Dauid dum ait, Ego autem egenus ſum & pauper. CCLXII.
Quid uult docere Dominus per exempla, ad quę infert, Sic igitur omnis ex uobis qui non renunciat omnibus bonis ſuis, non poteſt eſſe meus diſcipulus. CCLXIII.
Quid eſt ſinceritas. CCLXIIII.
An ad ſolos ſacerdotes dictum ſit, Si obtuleris munus tuum ad altare. CCLXV.
Quid eſt ſal, quem Dominus habere præcipit. CCLXVI.
Si alius multas accipiet plagas, alius paucas: quomodo dicunt aliqui non eſſe finem ſupplicij his qui puniuntur. CCLXVII.
Qua ſententia dicuntur aliqui filij inobedientiæ, & filij iræ. CCLXVIII.
Quia ſcriptum eſt, Facientes uoluntates carnis & cogitationum, num aliæ ſint carnis uoluntates, & aliæ cogitationum, & quales ſint hę. CCLXIX.
Quid eſt, Dubitantes, ſed non deſperantes. CCLXX.
An omnium peccatorum purgationem per eleemoſynam quis reperiat. CCLXXI.
Quandoquidem præceptum eſt Domini, non ſollicitum eſſe de craſtino, quomodo ſalubriter hoc præceptum intelligemus. CCLXXII.
Quid faciendo quis blaſphemiam dicit in ſpiritum ſanctum. CCLXXIII.
Quomodo fiat quis in hoc ſeculo fatuus. CCLXXIIII.
An poſſit propoſitum ſancti impedire ſatanas. CCLXXV.
Quid eſt quod ab Apoſtolo dictum eſt, Vt probetis uos quæ ſit uoluntas Dei bona, & complacens ac perfecta. CCLXXVI.
Quale eſt promptuariũ, ſiue cõclaue, in quod orantẽ dñs ingredi iubet. CCLXXVII.
Quomodo ſpiritus alicuius orat, mens uerò ipſius infructuoſa eſt. CCLXXVIII.
Quid eſt hoc, Pſallite prudenter. CCLXXIX.
Quis eſt qui mundus eſt corde. CCLXXX.
Nolens pſallere, an cogendus ſit. CCLXXXI.
Qui ſunt qui dicunt, Comedimus coram te ac bibimus, & quibus dicitur, Non noui uos. CCLXXXII.
An qui facit uoluntatem alicuius, ſocius eſt illius. CCLXXXIII.
Si inops ſit fraternitas, ob aliquã morborũ calamitatẽ, an indiſcretũ ſit, & hæſitatione careat, ab alijs accipere neceſſaria: & ſi oportet, à quib. accipiet. CCLXXXIIII.
An oporteat fraternitatem cum fraternitate negocia exercentem, dignum ſpeciei precium curioſè inquirere. CCLXXXV.
An oporteat eum qui in fraternitate uiuit, & in corporalem infirmitatem delapſus eſt, ad hoſpitalem domum abducere. CCLXXXVI.
Qui ſunt digni fructus pœnitentiæ. CCLXXXVII.
Qui uult confiteri peccata ſua, an omnibus confiteri debet, & quibuſuis, aut quibus. CCLXXXVIII.
Qui pœnituit ob peccatũ, & rurſus in idem collapſus eſt, quid faciet. CCLXXXIX.
Quomodo quis abundat in opere Domini ſemper. CCXC.
Quæ eſt arundo contrita, aut fumigans linum. Et quomodo quis illam quidem non confringet, hoc uerò non extinguet. CCXCI.
An oporteat in fraternitate puerorum ſecularium doctorem eſſe. CCXCII.
Quomodo oporteat tractare eos qui maiora peccata deuitant, parua uerò indifferenter ac indiſcriminatim faciunt. CCXCIII.
Qua de cauſa excidit quis ab aſſidua Dei memoria. CCXCIIII.
Ex quibus ſignis cognoſcitur ſubleſtus. CCXCV.
Quomodo certior fiat anima, quòd à peccatis pura ſit. CCXCVI.
Quomodo à peccatis conuerti oportet. CCXCVII.

An bona ſecundum propriũ placitum facere Scripturæ ratio permittat. CCXCVIII.
Quomodo perficiatur anima, ut ab amore gloriæ diſcedat. CCXCIX.
Quis ſit modus conuerſionis, quod de inuiſibili ſermo ſit. CCC.
Si quis dicat, Non cognoſcit mea conſcientia. CCCI.
An oporteat de diſpenſatione dare egentibus forinſecus. CCCII.
An oporteat obedire his quæ ab omnibus dicuntur in fraternitate. CCCIII.
An pro his qui traditi ſunt fraternitati, accipere oportet aliquid à cognatis dare aliquid uolentibus. CCCIIII.
An oporteat accipere ab externis, aut ſecundum amicitiæ gratiam, aut prioris cognationis. CCCV.
Quomodo intentio firma acquiratur. CCCVI.
An ex diario auſpicari oporteat pſalmodiam aut orationem. CCCVII.
An oporteat danti aliquid in fraternitate retribuere, & an iuxta proportionem domi retributionem facere oporteat. CCCVIII.
Si conſueta & quæ ſecundum naturam ſunt, ab aliquo fiant, an audere oporteat ut ad ſanctorum ſocietatem ac communionem accedat. CCCIX.
An oporteat ad communem domum deportationem fieri. CCCX.
An oporteat requirentibus aliquibus ad uiſitationem abire. CCCXI.
An oporteat eos qui uiſitant laicos exhortari ad orationem. CCCXII.
An oporteat operari uiſitantibus quibuſdam. CCCXIII.

Quæſtio. I.

An liceat aut expediat alicui, ut ſibiipſi permittat facere aut dicere quæ bona putat, citra teſtimonium diuinarum Scripturarum.

Reſponſio.

Ioan.16. Quum Dñs noſter Ieſus Chriſtus dicat de ſancto ſpiritu, Non enim loquetur à ſeipſo, ſed quęcunq; audierit, hęc loquetur. & de ſeipſo, Non poteſt filius facere à ſeipſo
Ioan.5. quicq;. Et rurſus, Ego ex meipſo nõ ſum loquutus, ſed qui miſit me pater, ipſe mihi mãdatum dedit, quid dicã, & quid loquar: & ſcio quòd mandatum ipſius eſt uita æterna. Quæ igitur loquor ego, ueluti dixit mihi pater, ita loquor. Quis'nam ad tantã deueniat inſaniã, ut à ſeipſo audeat quid uel animo cõcipere? qui duce quidem ſancto ac bono ſpiritu opus habet, ut dirigatur in uiã ueritatis & mente, & ſermone, & actione. Cæcus aũt & in tenebris degit, citra iuſticiæ ſolem, ipſum Dñm noſtrum Ieſum Chriſtum,
Pſal 145. qui mandatis ſuis uelut radiis illuminat. Mandatum enim Dñi lucidum, inquit, illumi-
Pſal.18. nans oculos. Quandoquidem uerò ex rebus quæ inter nos uertunt̃ aliqua ſunt à mandato Domini in ſancta Scriptura diſtincta, aliqua uerò ſilentio præterita: de his quæ ſcripta ſunt, nulla poteſtas omnino ulli alicui data eſt, ut faciat quid prohibitũ, aut relinquat aliquid præceptum, quum Dñs ſemel præceperit ac dixerit: Et ſeruabis uerbũ
Deut.6. quod præcipio tibi hodie: non appones ad ipſum, & nõ detrahes ab ipſo. Horrendum eſt enim, ſubire condemnationẽ & feruorem ignis qui eſurus eſt eos qui tale quid audent. Cæterũ de his quæ ſilentio pręterita ſunt, regulã expoſuit nobis apoſtolus Pau-
1.Cor.10. lus, dum ait: Omnia mihi licent, ſed nõ omnia expediunt. Omnia mihi licent, ſed non omnia ædificant. Nemo quod ſuum eſt quęrat, ſed unuſquiſq; quod alterius. Quapro-
Ephe.5. pter omni ratione neceſſarium fuerit Deo ſubiici iuxta mãdatum ipſius. Scriptum eſt enim, Subiecti inter uos mutuò in timore Chriſti. Et Dominus dicit: Qui uult inter uos eſſe magnus, ſit omnium poſtremus & omniũ ſeruus: abalienatus uidelicet à propriis uoluntatibus ad imitationem ipſius Domini, dicentis: Deſcendi de cœlo, non ut faciam uoluntatem meam, ſed uoluntatem eius qui miſit me patris.

Quæſtio II.

Qualem profeſsionem inter ſe mutuò exigere oportet eos qui ſimul ſecũdum Deum uiuere uolunt?

Reſponſio.

Eam quæ à Domino omni accedenti proproſita eſt, dum dixit, Si quis uult poſt me
Matt.10. uenire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Vnumquodq; aũt horum qualem uim habeat, dictum eſt in quæſtione de ipſo.

Quæſtio

Quæſtio III.

Peccantem quomodo conuertemus, aut non conuertentem ſe quomodo habere oportet.

Reſponſio.

Velut pręceptum eſt à Dño qui dixit, Si peccauerit frater tuus, uade reprehende ipſum inter te & ipſum ſolum: Si audierit te, lucratus es fratrem tuum. Si uerò nō audierit, aſſume tecū adhuc unum aut duos, ut in ore duorum teſtium aut trium cōſiſtat omne uerbū. Quòd ſi nō audierit eos, dic eccleſię: Si autem & eccleſiam nō audierit, ſit tibi uelut ethnicus & publicanus. Si itaq; hoc fiat, ſufficiēs eſt tali pœna hęc quę à pluribus infligit: quum Apoſtolus ſcripſerit, Argue, increpa, exhortare, cum omni patientia ac doctrina. Et rurſus, Si uerò quis nō obedit ſermoni noſtro, per epiſtolam hunc ſignificate, & non commiſceamini ipſi, ut confundatur. Mat.18. 2.Tim.4. 2.Theſſ.3.

Quæſtio IIII.

Si quis etiam in inimicis peccatis coarctet ac urgeat fratres, dicēdo, quòd pœnitentiam agere debent, nunquid & ipſe immiſericors eſt, & charitatem diſſoluit?

Reſponſio.

Quum Dñs affirmet, Iota unum aut apex unus nō pręteribit de lege, donec omnia fiant: pronunciet aūt, quòd omne uerbum ocioſum quod loquent homines, reddent de ipſo rationē in die iudicij, nihil contemnendū eſt uelut paruū. Qui eñ contēnit rē, inq̄t, cōtemnetur ab ipſa. Et alias quale peccatū audeat quis paruū dicere, quum Apoſtolus pronūciarit, per tranſgreſſionē legis Deū ignominia affici. Si uerò aculeus mortis eſt peccatū, nō hoc aut illud, ſed indefinite omne nimirum peccatum, immiſericors eſt qui ſilet, nō q reprehendit. Velut qui uenenum dimittit in eo quia à iaculante uenenum beſtia cōmorſus eſt, nō qui eximit. Sed & charitatem talis diſſoluit. Scriptum eſt enim, qui parcit baculo, odit filium ſuum, Qui uerò diligit, diligenter caſtigat. Mat.5. Heb.3. Rom.2. Prouer.13.

Quæſtio V.

Quomodo debet quis pœnitentiam agere ob ſingula peccata, & quales fructus oſtendere dignos pœnitentia?

Reſponſio.

Aſſumpto affectu eius qui dixit, iniuſticiam odio habui & abominatus ſum: & perpetratis his quæ in ſexto pſalmo ac multis alijs dicta ſunt, & his quæ conteſtatus eſt Apoſtolus pro alio qui peccauit apud eos qui ſecundum Deum contriſtati erant. Ecce enim hoc ipſum, inquit, quòd ſecundum Deum contriſtati eſtis, quantam in uobis peperit ſolicitudinem, imò defenſionem, imò indignationem, imò deſiderium, imò uindictam. In omnibus exhibuiſtis uos ipſos, ut puri eſſetis in eo negotio. Item multiplicabo oppoſito rectè facto, uelut fecit Zachæus. Pſal.118. 2.Cor.7.

Quæſtio VI.

Quis uerbis confitetur ſe pœnitere, peccatum uerò non corrigit, qualis eſt?

Reſponſio.

De hoc ſcriptum eſſe arbitror: Si te rogabit inimicus magna uoce, non crediderís ipſi, ſeptem enim maliciæ ſunt in anima ipſius. Et alibi, Quemadmodum canis quum reuerſus fuerit ad uomitum ſuum, & odibilis factus fuerit, Sic ſtultus qui propria malicia conuerſus eſt ad ſuum peccatum. 2.Pet.2.

Quæſtio VII.

Quod eſt iudicium eorum qui defendunt peccantes?

Reſponſio.

Grauius quàm illius opinor, de quo dictum eſt, Conducit ipſi magis ut ſuſpendatur mola aſinaria in collum eius, & projciatur in mare, quàm ut offendat unum ex paruis his. Non enim increpationem ad emendationem, ſed defenſionem ad peccati confirmationem, is qui peccauit ſumit, & alios ad ſimilia allicit, ut conueniat defendenti, niſi dignos pœnitentiæ fructus oſtenderit, id quòd à Domino dictum eſt: Si oculus tuus dexter offenderit te, erue ipſum, & projce à te, Conducit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, & non totum corpus tuum conijciatur in gehennam. Mar.9.

Quæſtio VIII.

Legitimè pœnitentem quomodo habere oportet?

Reſponſio.

Luc.15. Velut Dominus docuit,dum inquit,Conuocat amicos & uicinos dicens, Congaudete mihi, quia inueni ouem meam deperditam.

Quæſtio IX.

Quomodo erga peccantem citra pœnitentiam afficemur?

Reſponſio.

Matt.18. 2.Theſſ.3. Velut Dñs precipit, dum ait,Si uerò & eccleſiam nõ audierit,ſit tibi uelut ethnicus & publicanus.Et ſicut Apoſtolus docuit,dum ſcripſit: Subducite uos ab omni fratre inordinatè ambulante,& non ſecundum traditionem,quam accepi à uobis.

Quæſtio X.

Anima multis peccatis grauata,cum qualibus lachrymis qualiq; timore,à peccatis recedere debet,& cum qua ſpe ac affectu Deum acedere?

Reſponſio.

Primũ quidẽ odiſſe debet ſuã priorem condemnatã uitam,ita ut etiã à memoria ipſius abhorreat,eamq; abominetur.Scriptũ eſt enim,Iniuſticiam odio habui & abominatus ſum,legẽ uerò tuã dilexi.Deinde timoris magiſtras aſſumere minas æterni iudicij ac ſupplicij.Lachrymarũ autem tempus ſtatuere tempus pœnitentiæ,uelut docuit Dauid in ſexto pſalmo,ita ut certior facta ſit de purificatione peccatorũ per ſanguinẽ Chriſti,in magnitudine miſericordiæ,& multitudine miſerationum Dei, qui dixit:Si fuerint peccata ueſtra uelut pannus puniceus,uelut niuẽ inalbabo: Si uerò fuerint uelut occiſum,uelut lanã inalbabo: & tunc poteſtatem ac uim complacentiæ erga Deũ nacta dicat hoc,Conuertiſti luctum meum in gaudium, dirupiſti ſaccũ meum,& cinxiſti me lætitia,quo pſallat tibi gloria mea. Et ſic progreſſa ad Deum pſallat dicens, Exaltabo te Domine,quia ſuſcepiſti me,& non lætificaſti inimicos meos ſuper me.

Pſal.118.

Eſa.1.

Quæſtio XI.

Quomodo quis acquiſierit odium aduerſus peccata?

Reſponſio.

Semper ex iniucundo ac triſti euentu,odium aduerſus talium autores oboritur.Si quis igitur certior factus fuerit,quot & quantorum malorum cauſæ atq; autores ſunt peccata,ſua ſponte & cum affectu odium aduerſus ipſa acquirit:uelut oſtendit ille qui dixit, In iuſticiam odio habui & abominatus ſum.

Quæſtio XII.

Quomodo certificatur anima,quòd Deus dimiſerit ipſi peccata?

Reſponſio.

Si contemplabitur ipſum in affectu eius qui dixit,Iniuſticiam odio habui & abominatus ſum.Qui enim pro remiſsione peccatorum noſtrorum unigenitum filium ſuum demiſit,quantum in ſeipſo fuit anticipando omnibus dimiſit. Quandoquidem uerò miſericordiam & iudicium canit ſanctus, ac teſtatur quod Deus miſericors eſt & iuſtus,neceſſe eſt ea quæ relata ſunt ab apoſtolis ac prophetis in locos de pœnitentia,à nobis fieri:Vt iudicia iuſticiæ Dei declarentur,& miſericordia ipſius in remiſſionem peccatorum perficiatur.

Ioan.3.

Pſal.114.

Quæſtio XIII.

Num oportet eum qui poſt baptiſma peccauit,de ſalute deſperare, ubi in multitudine uitiorum inuentus eſt? Aut ad qualem peccatorum menſuram,ſperare oportet in benignitate Dei per pœnitentiam?

Reſponſio.

Si multitudinẽ miſerationũ Dei numerare,& magnitudinẽ Dei metiri poſſibile eſt, in cõparatione multitudinis ac magnitudinis peccatorũ deſperatio fiat. Si uerò hæc quidẽ uelut uerìſimile eſt, & menſuræ ſubijci,& numerabilia eſſe contingit,Dei uerò miſericordiã metiri ac miſerationes numerare,impoſſibile eſt, nõ deſperationis tempus eſt,ſed agnitionis miſericordiæ ac condẽnationis peccatorum, quorum remiſſio propoſita eſt in ſanguine Chriſti,uelut ſcriptum eſt. Quod autem non oporteat deſperare

ſperare in multis locis multiformiter docemur, maximè uerò ex parabola Domini noſtri Ieſu Chriſti, de filio qui accepit paternam hæreditatem, & inſumpſit in peccata. Cuius pœnitentia quali & quanta feſtiuitate digna facta eſt, ex ipſis Domini uerbis diſcimus. Sed & per Eſaiã dicit Deus: Si fuerint peccata ueſtra uelut pannus puniceus, uelut niuem inalbabo. Si uerò fuerint uelut coccinum, uelut lanam inalbabo. Id quod debemus ſcire ſolummodo uerum eſſe, ſi pœnitentiæ modus ex affectu abominanto peccatum memorabilis fiat, uelut ſcriptum eſt tum in ueteri, tum in nouo Teſtamẽto: & ſi fructu dignus, uelut in quæſtione de hoc dictum eſt. Cap. 1.

Quæſtio XIIII.

Ex quibus fructibus probari debet uera pœnitentia?

Reſponſio.

Mors pœnitentium, & affectus recedentium à peccatis, & ſtudium fructuum dignorum pœnitentia, relata ſunt in proprijs locis.

Quæſtio XV.

Quid eſt hoc, quoties peccarit in me frater meus, & remittam ipſi? & in qualibus peccatis eſt meum remittere?

Reſponſio.

Poteſtas remittẽdi nõ abſolutè data eſt, ſed in obediẽtia pœnitentis & cõcordia erga eũ qui animæ ipſius curam gerit. Scriptũ eñ eſt de talibus, Si duo ex uobis concordes fuerint in terra, de om̃i re ꝙ petierint, continget ipſis à patre meo q in cœlis eſt. At uerò in qualib. ne interrogare quidẽ licet, quum nouũ teſtamentum nullã differentiã nobis declararit, uerùm omnis peccati remiſsionẽ dignam pœnitentiam agentib. promittat, & maxime quum Dominus ex propria perſona de omni promiſerit. Mat. 18.

Quæſtio XVI.

Cur aliquando anima etiam id ſtudio non habens, ſua ſponte ferè illapſo dolore compungitur? aliquando uerò ita doloris expers, ut etiam dum cogitur, compungi non poſſit?

Reſponſio.

Talis equidẽ cõpunctio donũ Dei eſt, aut ad irritandã concupiſcentiã, ut anima guſtata huiuſmodi doloris dulcedine, ſtudiũ habeat eius exequẽdi: aut ad oſtendendũ ꝙ poſſit anima per ſedulã diligentiã ſemper in cõpunctione eſſe, ut nullam excuſationẽ habeant, qui ob ſegniciẽ illam reiecerunt. At uerò cogi & non poſſe, ſimul arguit noſtram in alio tempore negligentiã: Non eñ poſſibile eſt, ut quis citra meditationem & multã ac frequentem coexercitationem, derepentè quid aggreſſus ipſum aſſequat: ſimul aũt oſtendit animam quæ aliorũ affectuum Dominum patitur, neq; ad ea quæ uult, liberam eſſe ab illis permitti, iuxta illam ab Apoſtolo relatam ſpeculationem, qui dixit: Ego aũt carnalis ſum uenditus ſub peccatum, Non enim quod uolo, hoc facio, ſed quod odi, hoc ago: Et rurſus, Nunc aũt non iam ego operor hoc, ſed inhabitans in me peccatum: Deo ipſo etiam hoc in bonum nobis contingere permittente, ſi quo modo per ea quæ inuita patitur anima ad intelligentiam deueniat dominantis, & cognita ſeipſa quod inuita ſeruiat peccato, reſipiſcat ex laqueo diaboli, paratam reperiens miſericordiam Dei ad ſuſcipiendos legitimè pœnitentes. Rom. 7.

Quæſtio XVII.

Si quis in animo de edendo cogitet, deinde condemnet ſeipſum, an etiam hic uelut ſollicitus accuſabitur?

Reſponſio.

Si quidem natura non infeſtante ante famis tempus memoria contingat, manifeſta eſt abalienatio animæ, accuſans ipſius tum erga præſentia affectionem, tum erga ea quæ Deo placent ſegniciem. Parata eſt autem etiam ſic Dei miſericordia. Vbi enim condemnarit quis ſeipſum per rationem pœnitentiæ, abſolutus eſt à crimine: & ſi uitauerit de cætero lapſum, memor Domini qui dixit: Ecce ſanus factus es, noli amplius peccare, ut ne peius tibi fiat. Si uerò natura cogente, & fame obtinente, ſenſus memoriam mouet: Superat autem ratio per ſtudium & uacationem circa meliora, Memoria ipſa non eſt condemnationis cauſa, ſed uictoria laudis. Ioan. 5.

Quæſtio XVIII.

Non oportet ei qui deliquit aliquando in fraternitate, curam aliquam committere poſt multam exercitationem? Et ſi oportet, qualem eam tandem?

Reſponſio.

Rom.14. Memores Apoſtoli dicētis, Ne prębeatis offendiculū neq; Iudęis, neq; Gręcis, neq; eccleſię Dei, quemadmodū & ego per omĩa omnib. placeo, non quęrēs meā ipſius utilitatē, ſed multorū ut ſalui fiāt: Multā curā habere debemus, ut ne offendiculū aliquod euāgelio Chriſti demus, & ut ne debilib. offenſionis occaſionē exhibeamus, neq; aliquos ad maliciā edificemus. Quapropter neceſſarium eſt in talib. ſpectare ac expendere, quod confert ad fidei ędificationem, & profectum omnis uirtutis in Chriſto.

Quæſtio XIX.

Si quis ſuſpectus ſit de peccato, in cōſpicuo autem hoc non faciat: Num oportet ipſum obſeruare, quo inueniatur id quod ſuſpectum eſt?

Reſponſio.

1.Tim.6. Praue ſuſpiciones, & à propoſito maleuolo procedentes accuſanť ab Apoſtolo. Obſeruare autem oportet omnes in dilectione Chriſti, & cupiditate curationis eius qui Rom.12. ſuſpectus eſt, eum cui omnium cura demandata eſt, quo fiat id quod dictū eſt ab Apoſtolo, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Chriſto Ieſu.

Quæſtio XX.

Num oportet compertum ac tentatum in peccatis fugere, ſocietatem illorum qui de Deo aliter ſentiunt, aut etiā aduerſus maleuiuentes diſceptare?

Reſponſio.

2.Theſ.3. Quum Apoſtolus dicat: ſubtrahite uos ab omni fratre inordinatē ambulāte, & non ſecundū traditionē quã acceperunt à nobis: In uniuerſum omnib. omnis ſcietas, omnis interdictę rei & in animo & ſermõe & actione nociua & periculoſa eſt. Eos uerò qui in peccatis tentati ſunt, etiā amplius diligēter ſeruari conuenit, primū quod magis lubrica eſt ut plurimū anima ad peccatum, quę ipſi adſueta eſt. Deinde quemadmodū in his qui corpora infirma habent, curatio diligentiorē obſeruationē habet, ut etiam ea quæ ſanos iuuant, ſæpe reprobet. Sic etiam in his qui anima egrotant, multo ampliore cuſtodia ac cura opus eſt. Quantum aūt cõtingat ex ſocietate ad peccantes detrimen-1.Cor.5. tum, Idem Apoſtolus ex tali argumento declarat, dū inquit: Modicum fermentum totam miſſam fermētat. Si uerò eorū qui in moralib. errant, tantum eſt detrimentū, quid dicere oportet de his qui de Deo malè ſentiunt, quos mala opinio neq; in alijs ſanos eſſe permittit, traditos ſemel, ꝓpter ipſam in ignominiæ affectus, uelut ex multis locis oſtenditur, & ex his quæ in epiſtola ad Romanos de quibuſdā relata ſunt hoc modo.

Rom.1. Et quemadmodum non probauerunt Deum habere in noticia, tradidit ipſos in reprobam mentē, ut facerēt quę nõ conueniebat, repletos omni iniquitate, ſcortatione, malicia, auaricia, nequitia, plenos inuidia, cæde, contentione, dolo, malignitate, ſuſurrones, detractores, Dei oſores, cõtumelioſos, ſuperbos, arrogātes, excogitatores malorum, parentib. inobedientes, inſipientes, incõpoſitos, ſine dilectione, ſine fœdere, immiſericordes. Qui quum iuſticiam Dei nouerint, quod uidelicet hi qui talia faciunt, digni ſunt morte, non ſolum ipſa faciunt, ſed etiam facientibus aſſentiuntur.

Quæſtio XXI.

Vnde contingunt animi à Deo abalienationes, & uarię cogitationes, & quomodo ipſas corrigemus.

Reſponſio.

Contingit animi à Deo abalienatio ab ocio mentis non occupatę circa neceſſaria. Ocioſa eſt autem mens & curę expers, ex eo quod non credit Deum adeſſe, qui ſcru-Pſal.15. tatur corda & renes. Si enim hoc crederet, omnino faceret quod dictum eſt: Proſpiciebam Deum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris meis eſt, ut ne commouear. Qui autem hoc & huic ſimilia rectè facit, neq; audebit unquā, neq; habebit ocium aliquid cogitare, ex his quę non ad fidei ædificationem fiunt, etiamſi bonum eſſe uideatur, ne dum ex his quæ interdicta ſunt, & Deo non placent.

Quæſtio XXII.

Vnde fiunt nocturnæ illæ indecoræ imaginationes?

Reſponſio.

Fiunt ex diurnis alienis animæ motibus. Si uerò in meditatione iudiciorum Dei, pura fuerit ab illis anima, & in aſſidua cogitatione fuerit rerum bonarum & placentium Deo, talia habebit etiam inſomnia.

Quæſtio XXIII.

Ex quibus uerbis uaniloquentia iudicatur?

Reſponſio.

In ſumma, omne uerbũ quod nõ cõducit ad propoſitã in Dño utilitatem uanum & ocioſum eſt. Et tantum eſt huiuſmodi uerbi periculum, ut etiãſi bonum fuerit, non aũt ad fidei ædificationẽ ædificet, nõ propter uerbi bonitatẽ is qui locutus eſt, periculum effugit, ſed ob id quod nõ ædificet id quod dictum eſt, Spiritum ſanctũ Dei contriſtat & offendit. Hoc enim manifeſtè docuit Apoſtolus, dum dixit: Omnis ſermo ſpurcus ex ore ueſtro ne procedat, ſed ſi quis bonus eſt ad fidei ædificationem, ut det gratiam audientibus. Et hoc inſuper adiecit: Et ne cõtriſtetis ſpiritũ ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis. Contriſtar eaũt ſpiritum ſanctum, quantum malum ſit, quid attinet dicere? *Ephe.4.*

Queſtio XXIIII.

Quid eſt conuicium?

Reſponſio.

Omne uerbũ quod ex affectu ignominia afficiendi dicit̃, conuiciũ eſt, etiãſi ipſum uerbum non uideat̃ eſſe cõtumelioſum. Et hoc manifeſtũ eſt ex Euangelio dicente de Iudæis, quòd conuicia iaciebant in ipſum, & dicebant ipſi, Tu eſto diſcipulus illius. *Ioan.9.*

Quæſtio XXV.

Quid eſt detrectatio?

Reſponſio.

Duo tempora eſſe arbitror, in quibus dicere liceat aliquid de aliquo mali. Quum neceſſe eſt aliquem cum alijs ad hoc approbatis cõſilium inire, quo corrigatur is qui peccauit. Et rurſus quum opus fuerit munire aliquos, qui ex ignorantia ſæpe malo uelut bono ammiſceri poſſunt: quum Apoſtolus præcipiat ut ne talibus ammiſceamur, ne fortè quis capiat laqueos animæ ſuæ. Id quod eundem Apoſtolum feciſſe comperimus, dum ad Timotheum ſcribit: Alexãder faber ferrarius multa mihi mala exhibuit, quem & tu caue. Valde enim reſtitit ſermonibus noſtris. At uerò extra talem neceſſitatem, aliquid contra aliquem dicens, ut ipſum hoc criminetur, aut ipſi detrahat, detractor eſt, etiamſi uerum ſit id quod dicitur. *2.Theſ.3.* *2.Tim.4.*

Quæſtio XXVI.

Qui detrahit fratri, aut detrahentem audit & tolerat, qua re dignus eſt?

Reſponſio.

Separatione ac excõmunicatione utriꝗ. Nã detrahentẽ clàm proximo ſuo, hũc perſequebar. At alibi dictum eſt, Ne libenter audias detractorem, ut ne è medio tollaris. *Prou.24.*

Quæſtio XXVII.

Si profecto quis detrahat, quomodo ipſi attendemus?

Reſponſio.

Manifeſtum eſt & hoc iudicium ex ira Dei in Mariam, quando deriſit Moſen, cuius peccatum, neꝗ ipſo Moſe precante, impunitum dimiſit Deus. *Num.12.*

Quæſtio XXVIII.

Si quis uoce audaciore, & uerbis temerarijs reſpondeat alicui, & de hoc commonefactus dicat, Nihil habeo mali in corde, num ipſi credere oportet?

Reſponſio.

Non oẽs animæ affectus omnib. manifeſti ſunt, & ne ipſi quidẽ qui eos patitur, ſicut neꝗ corporis. Quemadmodũ igit̃ harum rerũ prudentes in corpore ſigna quædã habent occultarum affectionum & ægri ſenſum effugientium. Sic etiam anima, etiamſi non ſentiat proprium affectum is qui peccat, credere tamẽ oportet Domino, & ipſum & eos qui cũ ipſo ſunt certiores reddente, quòd malus homo ex malo theſauro cordis ſui mal*a*.

ſui mala profert. Etenim malus bonũ aliquod uerbum aut factum, etiamſi ſæpe fingat,
Rom.12. emittere non poteſt. At uerò ut bonus aliquid mali fingat, impoſſibile eſt. Prouidentes enim bona, inquit, non ſolùm corã Domino, ſed etiam coram hominibus.

Quæſtio XXIX.

Quomodo quis poterit non iraſci?

Reſponſio.

Si Deũ inſpectorẽ & Dñm præſentẽ ſemper inſpicere putat. Quis eñ ſubditus aliquãdo audet ob oculos principis aliquid quod ipſi diſplicet? Et ſi nõ expectet aliorũ obedientiã, ſed ipſe ad obedientiã præparet̃, oẽs ſeipſum excellere putans. Si enim ad ſuum uſum requirit obedientiã, noſcat quòd ſermo Dñi unũquenq; alijs inſeruire do-
2.Cor.11. cet. Si uerò in obedientiã mandati Dñi ulciſcitur, non ira opus eſt, ſed miſeratione ac condolentia, iuxta eum qui dixit: Quis infirmus eſt, & ego non ſum infirmus?

Quæſtio XXX.

Quomodo malæ concupiſcentiæ affectum excindemus?

Reſponſio.

Per fruentẽ concupiſcentiã uoluntatũ Dei, & talẽ qualẽ ſe habere oſtẽdit qui dixit:
Pſal.58. Iudicia Dñi uera, ſimulq; iuſta, deſiderabilia ſuper aurum & lapidem precioſum multum, & dulciora ſuper mel & fauum. Nam rerum meliorũ concupiſcentia, in facultate ac poteſtate habens fruitionem eorũ quę concupiſcit, minora contemnere ac auerſari cogit, uelut oſtenderunt omnes ſancti: quanto uerò magis mala & pudore digna?

Quæſtio XXXI.

Num omnino ridere non licet?

Reſponſio.

Luc.6. Quum Dominus eos qui nunc rident, condemnet, manifeſtum eſt quòd nunquam tempus riſus eſt credenti: & prꝗſertim in tanta multitudine eorum qui per trangreſſionem legis Deum ignominia afficiunt, & mortificati ſunt in peccato, propter quos triſtari ac lugere oportet.

Quæſtio. XXXII.

Intempeſtiua & immodica dormitatio unde eſt, & quõ ipſam deponemus?

Reſponſio.

Talis dormitatio fit, ubi ſegnior facta fuerit anima circa cogitationes de Deo, & ubi iudicia Dei contempſerimus. Deponimus aũt ipſam, ubi genuinam & memorabilem maieſtatis Dei conſiderationem aſſumpſerimus, & uoluntatum ipſius concupi-
Pſal.131. ſcẽtiam, iuxta eum qui dixit: Si dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, donec inuenero locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.

Quæſtio XXXIII.

Quomodo deprehenditur ſtudioſus ut hominibus placeat?

Reſponſio.

Quum coram laudantibus diligentiam oſtenderit, coram uituperantibus aũt piger fuerit. Si enim Domino placere uult, ſemper & ubiq; idem erit, implens id quod di-
2.Cor.6. ctum eſt: Per arma iuſticiæ dextra ac ſiniſtra, per gloriam ac ignominiam, per infamiã & bonam famam, uelut impoſtores, & tamen ueraces.

Quæſtio XXXIIII.

Quomodo effugerit quis uitium complacendi hominibus? & ne circunſpiciat laudes ab hominibus proficiſcentes?

Reſponſio.

Per certitudinem præſentiæ Dei, & indiſtractam curam complacendi Deo, & per feruentem concupiſcentiam beatitudinum Dei. Nemo enim in oculis Domini ad cõplacentiam conſerui, in heri ignominiam, & ſuijpſius condonationem ſubleſtus eſt.

Quæſtio XXXV.

Quomodo cognoſcitur arrogans, & quomodo curatur?

Reſponſio.

Cognoſcitur quidẽ ex eo quòd ea quæ ad præminentiam pertinent requirit: cura-
Iaco.4. tur autem, ſi crediderit iudicio eius qui dixit: Dominus ſuperbis reſiſtit. Illud tamen ſcire

ſcire oportet,quòd quomodocunq; quis arrogantiæ iudicium timuerit,non poteſt cu rari uitium,niſi ab omnibus præminentiæ ſtudijs ſeceſſerit:uelut non poteſt dediſcere linguam,aut qualemcunq; artem,qui non perfectè ſeceſſit, non ſolùm à faciendo aut loquendo aliquid de illa arte,ſed etiam ab audiendo loquentes,& uidendo facientes, Id quod in omni uitio obſeruandum eſt.

Quæſtio XXXVI.
Num oportet honorem querere?
Reſponſio.

Retribuere quidem honorem , ei cui debetur honor,docti ſumus,quærere autem honorem interdictum eſt,quum Dominus dixerit: Quomodo poteſtis uos credere, gloriam alter ab altero accipientes,gloriam autem à ſolo Deo non quærentes. Quare quærere ab hominibus gloriam,ſignum eſt incredulitatis,& abalienatæ pietatis, uelut Apoſtolus dixit,Si adhuc hominibus placerem , Chriſti ſeruus non eſſem.Si uerò hi qui accipiunt datam ab hominibus gloriam,ſic condemnati ſunt,hi qui non datam re quirunt in enarrabile iudicium ſubibunt. *Rom.13.* *Ioan.5.* *Gal.1.*

Quæſtio XXXVII.
Quomodo piger ad mandatum,ſtudium ac diligentiam recuperare poterit?
Reſponſio.

Si certior factus fuerit de præſentia Dñi Chriſti qui omnia inſpicit,& de minis contra pigrũ,& de ſpe retributionis magnæ à Dño mercedis,quæ ꝓmiſſa eſt per Paulum apoſtolum,Vnuſquiſq;,inquit,propriã mercedem accipiet iuxta proprium laborem: & quæcunq; talia ſcripta ſunt ad uniuſcuiuſq; ſtudium aut patientiam ad gloriam Dei, *1.Cor.3.*

Quæſtio XXXVIII.
Si præcipiatur aliquid fratri,& contradicat,poſtea uerò abeat?
Reſponſio.

In eo quidem quòd contradixit uelut cõtumax, & alios ad idem irritans,ſtatuatur reus eſſe iudicij illius:contradictiones excitat omnis malus,Dominus aũt angelum im miſericordem immittet ipſi.De eo aũt certus ſit,quòd non homini cõtradicit,aut obe dit,uerùm ipſi Domino qui dixit,Qui uos audit,me audit.Et qui uos reprobat,me reprobat.Et cõpunctus prius ſe excuſet,& ſic ſi permiſſum ipſi fuerit,opus faciat. *Mat.10.*

Quæſtio XXXIX.
Si uerò quis obediens murmurarit?
Reſponſio.

Quum Apoſtolus dixerit,Omnia facite citra murmurationes ac diſceptationes,ab alienatus eſt & is qui murmurat à fratrum unitate, & huius opus ab ipſorum uſu. Palàm eſt autem hunc ex incredulitate laborare,& ſpei ambiguitate. *Phil.2.*

Quæſtio XL.
Si frater fratrem moleſtia affecerit,quomodo debet corrigi?
Reſponſio

Si quidem moleſtia ac triſticia affecit,uelut Apoſtolus,dum dixit:Contriſtati enim eſtis ſecundum Deum , ut nullius rei detrimentum ex nobis perpeſſi ſitis: non is qui moleſtia affecit opus habet correctione , ſed qui contriſtatus eſt debet proprietates triſticiæ ſecundum Deum oſtendere. Si uerò in indifferentibus triſticia affecit,recordetur is qui moleſtus fuit Apoſtoli dicentis,Si propter cibum frater tuus triſtatur,non iam ſecundum charitatem ambulas.Et cognito hoc peccato impleat id quod à Domino dictum eſt:Si obtuleris munus tuum ad altare,& illic recordatus fueris quòd frater tuus habet aliquid contra te,dimitte illic munus tuũ coram altari,& uade prius reconciliari fratri tuo,& tunc accedens offer munus tuum. *2.Cor.7.* *Rom.14.* *Matt.5.*

Quæſtio XLI.
Si uerò non ſuſtineat ſe purgare?
Reſponſio.

Implere debemus in ipſo ea quæ à Dño de eo qui peccauit, & non pœnituit, dicta ſunt,dum ait;Si uerò & eccleſiam non audierit,ſit tibi uelut ethnicus ac publicanus. *Matt.18.*

Quæſtio

Quæſtio XLII.

Si uerò ſe purget qui moleſtia affecit, is aũt qui contriſtatus eſt, reconciliari nolit?

Reſponſio.

Manifeſtum eſt iudicium Domini ſuper hoc in parabola ſerui ad conſeruum, qui quum rogaretur, patientiam habere noluit. Viſo aũt hoc, inquit, conſerui ipſius manifeſtauerunt domino ſuo. Iratus autem dominus, ſuum erga ipſum beneficiũ reuocauit, & tradidit ipſum tortoribus, donec reddiderit quod debet.

Quæſtio XLIII.

Quomodo quis expergefacienti ad orationem attendere debet.

Reſponſio.

Si agnoſcit quis detrimentum ex ſomno, quòd neque ſe ipſum quis ſentit: cognoſcit autem lucrum uigiliarum, & maximè præminentem gloriam, quando adducitur aliquis Deo ad orationem: attendet expergefacienti, uelut magna & omnem concupiſcentiam excedentia beneficia cõferenti, ſiue ad orationem, ſiue ad quodcunq; tandem mandatum excitet.

Quæſtio XLIIII.

Si uerò triſtatus fuerit expergefactus, aut etiam iratus, qua re dignus eſt?

Reſpoſio.

Interea quidẽ ſeparatione ac fame, ſi fortè poſſit cõpunctus agnoſcere quot & qua-
Pſal.76. tis bonis ſeipſum ſtupidè priuat, & ſic conuerſus, beneficio eius exhilaretur qui dixit:
Memor fui Dei, & exhilaratus ſum. Si uerò ſtupidus eſſe perſeuerauerit, amputetur ue-
Mat.5. lut putrefactum ac corruptum membrum à corpore. Scriptum eſt enim, Expedit ut
pereat unum membrum tuum, & ne totum corpus tuum projiciatur in gehennam.

Quæſtio XLV.

Luc.12. Si quis audito Domino qui dixit, quòd ſeruus ſciens uoluntatem domini ſui, &
non faciens, neq; parans ſe ad ipſius uoluntatem, multas plagas accipiet. Qui uerò nõ
ſcit, digna autem plagis fecit, paucas accipiet: negligat cognitionem uoluntatum Domini, num habet quo ſe ſoletur?

Reſponſio.

Palàm declarat ſe talis quòd ignorantiam fingit, & peccati damnationẽ effugere nõ
Ioan.15. poteſt. Si non ueniſſem enim, inquit Dñs, & ad eos loquutus eſſem, peccatum non ha-
berent. Nunc aũt excuſationem non habent de peccato ſuo, quum ſacra Scriptura u-
biq; omnib. uoluntatem Dei annunciet. Quare non cum ignorantib. talis minus dam-
Pſal.57 natur, ſed cum illis uehementius damnatur, de quibus ſcriptum eſt: Sicut aſpidis ſur-
dæ & obturantis aures ſuas, quę non exaudiet uocem incantantium, intoxicatur dum
incantatur à ſapiente. At uerò cui commiſſum eſt miniſterium uerbi, ſi negligens fue-
Ezech.3. rit eius annunciandi, uelut homicida damnatur, uelut ſcriptum eſt.

Quæſtio XLVI.

Num qui tolerat alterum ad faciendum peccatum, reus eſt peccati?

Reſponſio.

Ioan.19. Hoc iudicium manifeſtum eſt ex Dñi uerbis ad Pilatum, dum dixit: Qui me tradidit tibi, maius peccatũ habet. Manifeſtum eſt enim ex hoc, quod etiã Pilatus qui tolerabat eos qui tradiderunt, habebat peccatum, etiamſi minus. Declarat hoc palam etiam Adam qui Euam ſuſtinuit, & Eua quę ſerpentem tolerauit. Nullus enim ex his uelut inſons ſine pœna dimiſſus eſt. Sed & ipſa Dei contra ipſos indignatio, exactè hoc indicat. Nam quum Adã excuſationis loco proferret hoc, Vxor quam dediſti mihi, hæc mihi dedit, & comedi: reſpondet Deus, Quia audiuiſti uocẽ uxoris tuæ, & comediſti de ligno, cuius unius eſum tibi interdixi, maledicta terra in operibus tuis, &c.

Quæſtio. XLVII.

Num oportet, dum quidam peccant, ſilere.

Reſponſio.

Quòd nõ oportet, manifeſtũ eſt ex præceptis Dñi, qui in ueteri quidẽ Teſtamento
Ezech.3. dixit: Reprehenſione reprehẽdes proximum tuũ, & nõ aſſumes ꝓpter ipſum peccatũ.
Mat.18. In Euangelio uerò, Si peccauerit in te frater tuus, uade reprehende ipſum inter te &
ipſum

ipſum ſolū. Si audierit te, lucratus es fratrē tuum. Si uerò non audierit, aſſume tecū adhuc unū aut duos, ut in ore duorum teſtium aut trium conſiſtat omne uerbū. Quòd ſi non audierit eos, dic eccleſiæ. Si aūt & eccleſiam nō audierit, ſit tibi uelut ethnicus & publicanus. Quanta aūt ſit cōdemnatio huius peccati, cognoſcere datur primū ex ſententia Dñi qui uniuerſaliter dixit: Qui non obedit filio, non uidebit uitam, ſed ira Dei manebit ſuper ipſum. *Ioch.3.* Deinde etiā ex hiſtorijs, quæ tum in ueteri tum noua Scriptura habentur. Ecce enim Achar quādo furatus eſſet linguam aureā & ueſtem tenuem, ira Dñi ſuper omnem populū orta eſt, & quidem ignorantē tum peccatorē tum peccatū, *Ioſ.7.* donec prædictus manifeſtatus eſſet, & horrendū illum interitum unà cum omnib. ſuis ſuſtinuiſſet. Heli aūt etiamſi non ſileret de filijs ſuis, qui ſanè erant peſtes, uerùm ſæpe ipſos cōmonuiſſet ac dixiſſet, Nolite filij, nō bona audio de uobis, & longiore ſermōe *1.Reg.2.* tum peccati abſurditatē, tū ineuitabilē condemnationē adſtruxiſſet: tamen quia non penitùs ultus eſſet, neq; dicentē æmulationē contra ipſos oſtendiſſet, adeò irā Dei exacerbauit, ut & populus unà cum filijs ipſius diſperderetur, & arca ipſa ab alienigenis caperetur, & ipſe inſuper miſeranda morte interiret. *1.Reg.4.* Si uerò contra eos qui conſcij nō fuerunt ei qui peccauit, & contra eos qui prohibuerunt ac conteſtati ſunt peccatū, tanta ira exarſit: quid nam quis dixerit de his qui ſciunt & inſuper cōticeſcunt? Qui certe niſi oſtenderint ea quæ ab Apoſtolo ad Corinthios dicta ſunt, dum ait: Cur nō potius luxiſtis, ut tolleret̃ de medio ueſtrū qui facinus hoc perpetrauit? *1.Cor.5.* & quę conſequenter idem apud eoſdem conteſtatus eſt, dum ſcripſit: Ecce enim hoc ipſum, quod ſecundū Deum cōtriſtati eſtis, quantū in uobis peperit ſtudiū, imò defenſionē, imò indignationem, imò timorē, imò deſideriū, imò ęmulationē, imò ultionē: *2.Cor.7.* periculum eſt omnino ut & nunc ſimul omnes in eundem interitum corruant, aut etiam deteriorem: quanto deterior eſt eo qui legem Moſis ſpreuit, is qui Dñm ſpernit, & qui idem cum eo qui antea peccauit, & prius condemnatus eſt, auſus fuit. Septies enim ultio facta eſt ex Cain, ex Lamech uerò ſeptuagies ſepties, qui ſimile peccatum commiſit. *Gen.4.*

Quæſtio XLVIII.

Auaricia quatenus damnatur?

Reſponſio.

Quum quis tranſgreſſus fuerit legis terminū. Contingit aūt hoc iuxta uetus quidē teſtamentum, ubi quis amplius ſuiipſius quàm proximi curam gerit. Scriptum eſt em̃, Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Iuxta euangelium uerò, ubi quis plus quàm ad præſentem diem opus eſt, ſui gratia conatur, uelut is qui audiuit, Stulte hac nocte animam tuam auferent à te, quod uerò paraſti, cuius erit? *Luc.18.* *Luc.12.* At quæ uniuerſalius infert, Sic qui theſaurum colligit ſibijpſi, & non in Deum diteſcens.

Quæſtio XLIX.

Quid eſt perperam agere?

Reſponſio.

Quicquid non ob neceſsitatem, ſed propter ornatum aſſumiter, petulantiæ perperam fientis accuſationem habet.

Quæſtio L.

Si quis precioſiores ueſtes repudiet, uilem autem ſiue ueſtem ſiue calceum uelit, ut ipſi decorus ſit, num peccat, aut quali morbo ægrotat?

Reſponſio.

Qui uult ut decorus ſit ipſi ueſtitus aut calceatus, ad hoc ut hominib. placeat, manifeſtum ſe facit, quod ex morbo cōplacendi hominib. ægrotat, & quòd à Deo abalienatū animū habet, & quòd perperam fientis petulātię uitium etiā in ipſis uilibus perficiat.

Quæſtio LI.

Quid eſt Raccha?

Reſponſio.

Vernaculum uerbum imitatoris contumeliæ erga familiares uſurpatum. *Mat.5.*

Quæſtio LII.

Quum Apoſtolus dicat, modò: Ne ſitis uanæ gloriæ appetentes. modò: ne in ſeruitute ad oculum uelut qui hominibus placere ſtudent. *Gal.6.* Quis eſt uanæ gloriæ appetens, & quis complacendi hominibus ſtudioſus?

Reſponſio.

Arbitror quod uanę quidem glorię appetens eſt, qui nudè in mundo glorię gratia, quæ à uidentibus aut audientibus contingit, aliquid facit & dicit. Verùm complacendi hominibus ſtudioſus, qui ad alicuius hominis uoluntatem ad complacentiam ipſius aliquid facit, etiamſi ignominia dignum ſit id quod fit.

Quæſtio LIII.

Quid eſt inquinamentum carnis, & quid inquinamentum ſpiritus, & quomodo ab ipſo puri erimus? Aut quid ſanctificatio, & quomodo ipſam adipiſcimur.

Reſponſio.

Inquinamentum ſanè carnis fuerit, ammiſceri his qui operantur interdicta, Spiritus
uerò indifferentem eſſe erga eos qui talia ſentiunt aut faciunt. Purus eſt autē aliquis,
1.Cor.5. quum fecerit, quòd Apoſtolus dixit, ut cum tali neq; cibum capiat, & quæcunq; eiuſ-
Pſal.72. modi ſunt: aut quum patietur id quod à Dauide dictum eſt, Triſticia occupauit me à
peccatoribus relinquentib. legem tuam: & quum talem mœrorem oſtenderit, qualem
1.Cor.5. oſtenderunt Corinthij, quum ipſis uitio uerteretur, quod erga eum qui peccauerat in-
differenter affecti fuiſſent, in omnibus componentes ſeipſos ut puri eſſent in negotio.
Porrò ſanctificatio, eſt deditum eſſe ſancto Deo ex toto & ſine intermiſſione in omni
tempore, per curam & ſtudium eorum quæ ipſi placent. Nam quod mutilatum eſt in-
ter donaria ac oblationes non recipitur: & quod ſemel Deo dicatum eſt in communē
ac humanum uſum trahere impium & horrendum facinus eſt.

Quæſtio LIIII.

Quid eſt amor ſui, & quomodo notum reddit ſeipſum ſui amans?

Reſponſio.

Matt.10. Multa abuſiuè dicunt̄, uelut hoc: Qui amat animā ſuā, perdet ipſam. Et, qui odit animam ſuā in hoc mundo, in uitā æternam ſeruabit ipſam. Itaq; ſui amās eſt, qui ſe ipſum amat. Notum autem facit ſeipſum, ſi ea quæ facit, propter ſeipſum fecerit, etiamſi id quod facit fuerit ſecundum mandatum. Nā ſuæ requiei gratia, ſubterfugere aliquid ex his quæ ad fratris ſiue animæ ſiue corporis neceſſitatem requiruntur, manifeſtam iam etiam alijs malitiam proprij amoris habet, cuius finis eſt interitus.

Quæſtio LV.

Quæ eſt differentia amarulentiæ & indignationis & iræ ac irritationis?

Reſponſio.

Indignationis & irę differētia fortaſſis in affectu & impetu ſita eſt, quū iratus qdem
Pſal.4. in ſolo affectu habeat uitium, uelut indicat qui dixit: Iraſcimini & nolite peccare. Is ue-
rò qui indignatur amplius iam quiddam oſtendat. Indignatio enim ipſis, inquit, ad ſi-
Act.12. militudinem ſerpentis. Et Herodes ex animi indignatione pugnabat aduerſus Tyrios
& Sidonios. At uehementior ex indignatione concitatio nominatur irritatio ſiue ex-
acerbatio. Amarulentia uerò grauiorem mali confirmationem declarat.

Quæſtio LVI.

Luc.14. Quum Dominus pronunciarit, quòd qui ſeipſum exaltat, humiliabitur, & Apoſto-
Rom.14. lus pręcipiat, ut ne alta ſentiamus: & alibi dicat, arrogantes, ſuperbi, elati: & rurſus, cha-
1.Cor.13. ritas non inflatur. Quis eſt qui alta ſapit, & quis ſuperbus, & quis arrogans. Item quis
elatus ac faſtuoſus, & quis inflatus?

Reſponſio.

Luc.18. Alta ſapiens quidē is fuerit qui ſeipſum exaltat, qui ob rectè facta ſua magnificè de
ſe ſentit, & ſe effert iuxta Phariſęū illum, & non ad humiles ſe dimittit. Idem etiā infla-
1.Cor.5. tus dici poterit, iuxta Corinthiorum crimen. Arrogans autem qui non procedit iuxta
Phil.3. legiſlationes, neq; implet illud, ut iuxta eandē regulam procedat, & idem ſentiat, ue-
rùm propriā iuſtitiæ ac pietatis uiam excogitat. Superbus uerò qui ob ea quæ ipſi ad-
ſunt ſeipſum iactat, & ſupra quàm eſt uideri ſtudio habet. Elatus aūt ac faſtuoſus aut
1.Tim.6. idem eſt cum ſuperbo aut huic propinquus: iuxta id quod ab Apoſtolo dictum eſt, Fa-
ſtuoſus eſt nihil ſciens.

Quæſtio LVII.

Si quis defectum habeat incorrigibilem, & dum frequentius condemnatur læditur, num confert potius ipſi permittere?

Reſpon-

Reſponſio.

Hoc etiam alibi dictũ eſt, quòd peccantes longanimiter conuertere oportet, iuxta oſtenſum à Domino modum. Si uerò nõ ſuffecerit ipſi ad conuerſionem plurium condemnatio ac increpatio, uelut Corinthio illi, talem uelut ethnicum uideri oportet. Nemini autem iuxta ullum aliquem modũ tutum eſt dimittere eum qui à Domino condemnatus eſt, quum Dominus dixerit: quòd expedit ut quis unum oculũ, aut unam manum, aut unum pedem non habens, in regnum ingrediatur, quàm ut dum uni ex his parcit, totus mittatur in gehennam ignis, ubi eſt ploratus & ſtridor dentium: & Apoſtolus teſtetur, quòd modicum fermentum totam maſſam fermentat. Matt.18. 1.Cor.5. Matt.5. 1.Cor.5.

Quæſtio LVIII.

Num qui de induſtria mentitus eſt ſolum iudicatur, aut etiam qui per ignorantiam aliquid abſolutè præter ueritatem loquutus eſt.

Reſponſio.

Iudicium Domini etiam de his qui per ignorantiam peccant manifeſtum eſt, dum ait: Qui non nouit, digna autem plagis facit, paucis uapulabit: ubiq; autem memorabilis pœnitentia firmam remiſsionis ſpem habet. Luc.12.

Quæſtio LIX.

Si quis cogitauerit ſolum facere aliquid, & non fecerit, num & hic uelut mendax iudicatur?

Reſponſio.

Si ſecundum mandatum eſt id quod facere cogitauit, non ſolùm uelut mendax, ſed etiam uelut inobediens condemnatur: ſcrutans enim corda & renes Deus. Pſal.7

Quæſtio LX.

Si quis præoccupatus decreuerit aliquid facere ex his quæ Deo non placent, quid potius mutare oportet, id quòd malè decretum eſt, aut ob mendacij timorem perficere peccatum?

Reſponſio.

Quum Apoſtolus dicat, Non quod à nobiſipſis ſufficiẽtes ſumus cogitare quid uelut ex nobiſipſis: & ipſe Dominus confiteatur, Non poſſum ego facere à me quicquã. Et rurſus, Verba quæ ego loquor uobis, à meipſo nõ loquor. Et alibi dicat: Deſcẽdi de cœlo, nõ ut faciam uoluntatem meam, ſed uoluntatem eius qui miſit me patris. Pœnitentiam agere debet talis, primùm quidem quòd à ſeipſo audet quid decernere, quale cunq; tandem fuerit: neq; enim ipſa etiam bona ex propria autoritate facere oportet. Deinde uerò etiã uehemẽtius, quòd præter id quod Deo placet decernere nõ timuit. Quòd aũt euertere oporteat id quod præter mandatum Domini ſecundum præſumptionem decretum eſt, manifeſtè oſtenditur in apoſtolo Petro, qui iuxta præſumptionem quidem decreuit, Non lauabis pedes meos in æternum. Poſtquam uerò audiuit Dominum pronunciantem, Si non lauero te, non habes partem mecum: ſtatim ſententiam mutauit, ac dixit: Domine, non pedes meos ſolùm, ſed & manus & caput. 2.Cor.3. Ioh.5. Ioh.14. Ioh.6. Ioh.13.

Queſtio. LXI.

Si quis neq; operari poterit, neq; pſalmos diſcere uoluerit, quid ipſi facere oportet?

Reſponſio.

Quum Dñs in parabola dixerit de infructuoſa ficu: Exſcindito ipſam: ut quid enim terram occupat, adhibere quidẽ ipſi omnem diligentiã neceſſariũ eſt. Si uerò non tolerauerit id quod præceptũ eſt, id quod de perſeuerante in peccato dictum eſt, etiam in ipſo obſeruandum eſt: nã uacuus bono cum diabolo & angelis ipſius condemnatur. Luc.13.

Quæſtio LXII.

Quid fecerit quis ut uelut qui talentum defodit, condemnetur?

Reſponſio.

Qui qualemcunq; tandem gratiam Dei apud ſeipſum in ſuijpſius fruitionem detinet, & alijs non benefacit, uelut occultans talentum, condemnatur. Mat.25.

Quæſtio LXIII.

Quid fecerit quis ut uelut illi qui contra poſtremos murmurarunt condemnetur?

Reſponſio.

Vnuſquiſq; ob propriũ peccatũ cõdemnatur, & qui murmurauerunt propter murmurationem. Alij aũt ſæpe ob aliam cauſam murmurant, partim ob pabuli defectum, Phil.2.

uelut guloſi, & qui uentrem Deũ faciunt, partim quod ęquale cum poſtremis pręmiũ
tulerunt, inuidię ſignificationẽ prębẽtes, quę eſt ſocia cædis. Et alij ob aliud quiddam.

Quæſtio LXIIII.

Matt 18. Quum Dominus noſter Ieſus Chriſtus dicat, Expedit ipſi ut ſuſpendatur mola
aſinaria in collum ipſius, & abijciatur in mare, potius quàm ut unum ex paruis
his ſcandalo afficiat: quid eſt ſcandalum præbere? aut quomodo ipſum uitabi-
mus, ut ne adeò horrendum iudicium ſuper nos ueniat?

Reſponſio.

Scandalum præbet quis uerbo aut opere in legẽ delinquens, & alium ad iniquitatẽ
Gen.3. inducens, uelut ſerpens Euã, & Eua Adã. Et qui prohibet facere uolũtatem Dei, uelut
Matt.16. Petrus Dñm, dum dixit: Propitius ſis tibi Domine, non continget tibi hoc, & audiuit:
Vade retrò me Satana, ſcandalo mihi es: quia nõ ſentis ea quæ ſunt Dei, ſed quæ homi
num. Aut qui ædificat animũ infirmi ad aliquid ex interdictis, iuxta id quod ab Apo-
1.Cor.8. ſtolo ſcriptũ eſt, ubi dixit: Si quis eñ uiderit te qui habet ſcientiã, in epulo ſimulachro-
rum diſcumbentem, nónne cõſcientia eius qui infirmus eſt ædificabit̃ ad edendum ea
quæ ſunt ſimulachris dicata? Et infert. Si eſca ſcandalũ præbet fratri meo, nõ manduca
bo carnem in æternum, ne fratri meo præbeã offendiculum. Porrò ſcandalum fit iuxta
plures cauſas. Aut enim iuxta ſcandalum præbentem fit ſcandalum: aut iuxta eum qui
ſcandalo offenditur, ſcãdalum cõtingit. Et in his rurſus diuerſimodè. Aliquando enim
ſecundum maliciã, aliquãdo ſecundum inexperientiã, aut huius aut illius. Aliquando
uerò in recta uerbi tractatione eorum qui ſcandalo offenduntur, malicia manifeſtior
redditur, & ſimiliter in ipſis rebus. Aut enim faciente aliquo mãdatum Dei, aut liberè
utente his quæ in poteſtate ſita ſunt, offenditur is qui ſcandalo afficitur. Itaq; quum his
quæ ſecundum mãdatum fiunt aut dicuntur, offenduntur homines, & ob hæc ſcanda
lo afficiuntur, uelut in Euangelio aliqui ob ea quæ à Dño iuxta uoluntatem patris fie-
bant ac dicebãtur: tunc ſanè ipſius Domini memoria nobis ſuccurrat, qui ubi acceſſiſ-
Matt.15. ſent ad ipſum diſcipuli ac dixiſſent, Noſti q́ Phariſæi audito ſermone hoc ſcandalum
perpeſſi ſunt, ipſis reſpõdit: Omnis plãtatio quã nõ plantauit pater meus cœleſtis era-
dicabitur, ſinite ipſos, cæci ſunt cęcorum duces. Cæcus cæcũ ſi deduxerit, ambo in fo-
ueam cadent. Et multa huiuſcemodi & in Euãgelijs, & apud Apoſtolum quis inuene
rit. Quũ uerò ob ea quę in noſtra poteſtate ſita ſunt offenſus quis fuerit, aut ſcandalum
paſſus: tunc uerba Domini ad Petrum dicta in memoriã reuocare oportet, dum dixit:
Matt.17. Vtiq; liberi ſunt filij: ut aũt ne ſimus ipſis offendiculo, profectus ad mare mitte hamũ,
& eum piſcem qui primus prodierit, tolle: & aperto ore eius inuenies ſtaterem: illum
acceptum da ipſis pro me & te. Item quę ab Apoſtolo ad Corinthios ſcripta ſunt, dum
1.Cor.8. ait: Non edam carnes in æternum, ut ne fratri meo præbeã offendiculum. Et rurſus, Bo
Rom.4. num eſt, non edere carnes, neq; bibere uinum, neq; quicquã in quo frater tuus offen-
ditur, aut ſcandalum patitur, aut infirmus eſt. Quàm uerò horrendũ ſit, in his quę in po
teſtate ſita eſſe uidentur, negligere fratrem qui ob hæc ſcandalo afficitur, oſtendit qui-
dem præceptum Domini, quod in uniuerſum omnem ſcandali modum interdicit, ac
Matt.18. dicit: Videte ne contemnatis unũ ex paruis his. Dico eñ uobis, quòd angeli ipſorum
ſemper uident faciẽ patris mei qui in cœlis eſt. Teſtatur aũt & Apoſtolus, nunc quidẽ
Rom.14. dicens: Verũ hoc iudicate magis, ne detis offenſionem aut ſcandalum fratri. Nunc ue-
rò per abundantiorem apparatum uehementius interdicens abſurditatem, dum ait: Si
enim quis uiderit te, qui habes ſcientiã, in epulo ſimulachrorum diſcumbentẽ, nónne
conſcientia eius qui infirmus eſt ædificabit̃ ad edendum ea quæ ſunt ſimulachris dica
ta? & perit infirmus frater ob tuã ſcientiã, propter quẽ Chriſtus mortuus eſt. Et infert:
Sic aũt peccantes in fratres, & uerberantes ipſorum conſcientiam infirmam, in Chri-
ſtum peccatis. Quapropter ſi eſca offendit fratrem meum, nõ manducabo carnem in
1.Cor.9. æternum, ut ne fratri præbeam offendiculum. Et alibi poſtq́; dixit: Aut ſolus ego &
Barnabas non habemus poteſtatem hoc faciendi? conſequenter infert, Sed nõ uſi ſu-
mus hac poteſtate, uerũ omnia ſufferimus, ut ne offendiculũ demus euangelio Chri-
ſti. At quũ ita horrendũ eſſe oſtenſum ſit, per ea quæ in poteſtate noſtra ſita ſunt ſcan-
dalum pręberè fratri, quid nã quis dixerit de his qui ſcandalũ afficiunt in eo quod in-
terdicta

verdicta faciunt aut dicunt? & præſertim ubi is qui ſcandalũ præbet ſcientiam ampliorem habere uideatur, aut in gradu ſacerdotali conſtitutus fuerit, qui uelut regula & forma alijs propoſitus eſſe debens, ſi uel paruum quiddã ex his quę ſcripta ſunt neglexerit, aut id quod prohibitum eſt fecerit, aut quod præceptum eſt reliquerit, aut omnino ob tale quiddam conticuerit, etiam in hoc ſolo tantum iudicium habet, ut ſanguis eius qui peccauit, inquit, ex manibus ipſius requiratur.

Quæſtio LXV.

Quomodo quis ueritatem in iniuſticia continet?

Reſponſio.

Quum quis datis à Deo bonis ad proprias uoluntates abutẽ. Id quod ab Apoſtolo abnegatum eſt, dũ dixit: Non enim ſumus uelut pleriq;, cauponantes uerbũ Dei. Et rurſus: Neq; eñ unq; in ſermone adulationis fuimus, uelut ſcitis, neq; occaſione auariciæ, Deus teſtis eſt, neq; quærentes ex hominibus gloriam, neq; à uobis, neq; ab alijs. 2.Theſ.2.

Quæſtio LXVI.

Quid eſt lis, & quid contentio?

Reſponſio.

Lis eſt, ubi quis ne aliquo minor uideatur, aliquid facere ſtudet. Contentio autem ex his quæ quis facit, oſtentatoriè aut iactanter prouocare, & irritare alios ad ſimilia. Nam Apoſtolus aliquando contentionis mentionem faciens, uanam gloriam conuertit, dum dixit: Nihil ſecundum contentionem aut uanam gloriam. Aliquando uerò uana gloria præpoſita, cum hac etiam contentionem alio nomine interdicit, inquiens: Ne ſimus uanè glorioſi, uiciſſim alter alterum prouocantes. Gal.5. Gal.6.

Quæſtio LXVII.

Quid eſt immundicia, & quid petulantia?

Reſponſio.

Immundiciam lex ipſa oſtendit, uoce hac uſa de his quę inuitè ex naturali neceſſitate contingunt. Petulantiam uerò ſapientiſſimus Solomon mihi declarare uidetur, iucundam & doloris expertem appellans, ut ſit petulantia affectio non habens aut non ferens dolorem athleticum. Quemadmodum intemperantia eſt, quæ non habet impetum contra infeſtantes uoluptates. Eccleſ.2.

Quæſtio LXVIII.

Quid eſt proprium indignationis? & quid proprium honeſtę indignationis? quomodo ſępe ab honeſta indignatione auſpicati, reperimur ex indignatione iraſcentes?

Reſponſio.

Indignationis propriũ eſt, impetus animæ in meditatione faciendi mala cõtra eum qui irritauit. Indignationis aũt prudentis proprium eſt, ſcopus correctionis eius qui peccauit ab affectu ægreferente, id quod factum eſt. At uerò animam incipere à bono delabi in malum, nihil miri eſt. Multa enim quis repererit talia. Quapropter diuinæ Scripturæ meminiſſe oportet, quæ dicit: Cohęrentia uiæ ſcandala poſuerunt mihi. Et rurſus, Si uerò etiam certarit quis, non coronatur niſi legitimè certauerit: & ubiq; immodeſtiam & importunitatem ac confuſionem uitare. Nam citra relatorum cauſam, ſingula etiam quæ bona eſſe uidentur, ſępe in malum delabuntur. Pſal.139. 2.Tim.2.

Quæſtio LXIX.

Eum qui non minus reliquis edit, neq; corpus proiectum ac macilentum habet, neq; affectionibus obnoxius ſcitur, & tamen de impotentia ad operandum conqueritur, quomodo tractare oportet?

Reſponſio.

Omnis prætextus ſegniciei, prętextus eſt peccati: ſtudiũ enim uſq; ad mortẽ, uelut etiam patientiã oſtendere oportet. Quòd aũt ſegnicies prauitati coniuncta ſegnem ac pigrum damnat, ex Domini uerbi manifeſtũ eſt, dum dixit: Serue male ac piger. Matt.25.

Quæſtio LXX.

Abutentem ueſtibus aut calceamentis quomodo tractare oportet? Nam dum id ei uitio uertitur, parſimoniam eius qui id criminatur, & murmurationem ſuſpectam habet, Si uerò poſt conuenientẽ ſecundam & tertiam

cohortationem in iiſdem perſeueret, quid ipſi facere oportet?

Reſponſio.

1.Cor.11. Abuſum reiicit Apoſtolus, dum ait: Velut utentes mundo hoc, & non abutentes. Vſus enim menſura, eſt ineuitabilis utendi neceſſitas. Qui uerò neceſſitatem excedit, aut auariciæ, aut uoluptatis, aut uanæ gloriæ morbum habet: qui uerò perſeuerat in peccato, iudicium non pœnitentis habet.

Quæſtio LXXI.

Sunt quidam qui iucunditatem eduliorum præ copia expetunt. Alij uerò qui copiam magis quàm iucunditatem ob ſatietatem amplectuntur. Quomodo igitur utroſq; perfectos facere oportet?

Reſponſio.

Ambo ęgrotāt, alter ex uoluptate, alter ex auaricia. Neq; aūt uoluptuarius, neq; auarus in quacūq; re extra cōdēnationē eſt. Horū itaq; ex cōmiſeratiōe curā gerere oportet: ſi uerò à morbo nō curantur, manifeſtū eſt iudiciū eorū qui pœnitentiā nō agunt.

Quæſtio LXXII.

Si quis circa ſumendum cibum in fraternitate irreuerenter ſe gerat, largius edens aut bibens, num ipſum reprehendere oportet?

Reſponſio.

1.Cor.10. Talis nō ſeruat pręceptum Apoſtoli, dicētis: Siue editis, ſiue bibitis, ſiue quid aliud
1.Cor.14. facitis, omnia ad gloriā Dei facite. Et rurſus, Omnia decorè, & iuxta ordinem fiant, & opus habet correctione, præterquam ſi qua neceſſitas laboris aut uelocitatis urgeat. Sed & tunc diligenter obſeruandum eſt, ne cui offendiculo ſimus.

Quæſtio LXXIII.

Eum qui non deſiderio corrigendi fratrem reprehēdit peccantem, ſed affectu iuſtificandi ſeipſum, quomodo corrigere oportet, ubi poſt multam commonefactionem in eodem uitio perſeuerarit?

Reſponſio.

Velut ſui amans & principatus affectator, talis cognoſcatur, & correctionis modus ipſi iuxta ſcientiam pietatis manifeſtetur. Si uerò permanſerit in malicia, manifeſtum eſt iudicium non pœnitentium.

Quæſtio LXXIIII.

Eos qui egrediuntur ex fraternitate, & ſolitariam uitam uiuere uolunt, aut cum paucis eundem pietatis ſcopum ſequi, num ſeparare oporteat, ex Scriptura doceri uolumus.

Reſponſio.

Ioh.5. Quum Dominus ſæpe dixerit, Filius à ſeipſo nihil facit. &, Deſcendi de cœlo, nō ut
Ioh.6. faciam uoluntatem meam, ſed uoluntatem eius qui miſit me patris. Et Apoſtolus teſta-
Gal.5. tur, quòd caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem contra carnem. Hæc aūt inter ſe oppoſita ſunt, ut ne quę uoluerimus faciamus. Quicquid ſecundum propriam uoluntatem eligitur, alienum eſt à pijs: uerùm plenius de talibus, in his quæ in quæſtionibus diffuſe explicatis relata ſunt reſpondimus.

Quæſtio LXXV.

Num omnis peccati, ſiue in mente, ſiue in ſermone, ſiue in actione, Satanam autorem eſſe, dicere par eſt?

Reſponſio.

In uniuerſum arbitror q; ipſe per ſe ipſum Satanas autor peccati alicui fieri non poteſt: uerū exiſtentib. in nobis quādoq; naturalib. motibus, quādoq; nō interdictis affectibus utens, per ipſos etiā ad proprios affectus abducere conat eos qui non uigilantes ſunt. Vtitur aūt naturalibus quidem, uelut in Domino facere tentauit, quādo ienſit
Matt.4. ipſum eſurientē, dicēs: Si filius Dei es, dic ut lapides iſti panes fiāt. Affectib. aūt inter-
Matt.26. dictis, uelut in Iuda, quē ubi argenti amore laborare cognouiſſet, hoc affectu uſus etiā ad proditionis cauſam auarū illū propter triginta argenteos impulit. Quod aūt etiam
Matt.15. mala ex nobiſipſis exoriuntur, manifeſtè oſtendit Dominus: Ex corde enim, inquit, egrediuntur cogitationes prauæ. Contingit aūt hoc his qui ex negligentia naturalia
Prou.24. bonorū ſemina inculta relinquunt, iuxta id q; in Prouerbijs dictum eſt: Velut ager, uir inſipiens, & uelut uinea, homo indigus rationis. Si dimiſeris ipſum, incultus euadet, & totu-

& totus in herbam inutilem eluxuriabit, & fiet derelictus. Ad incultam & derelictam animã ex tali negligentia, conſequens eſt ex neceſsitate ſpinas ac tribulos producere, & illud perpeti quod dictũ eſt: Expectaui ut produceret uuã: produxit aũt ſpinas. De qua anima prædictũ eſt: Et plantaui uineam Soreth, hoc eſt electam. Conſimile huic inuenerit quis & apud Hieremiam ex perſona Dei dicentem: Ego plantaui uitem fructiferam totam ueram, quomodo conuerſa es in amaritudinem uitis alienæ? *Eſaiæ 5.* *Cap. 2.*

Quæſtio LXXVI.

Num oportet utilitatis alicuius gratia mentiri?

Reſponſio.

Sententia Domini hoc non permittit, qui ſemel dixit, quòd mendacium ex diabolo eſt: nullam autem mendacij differẽtiam declarauit. Et Apoſtolus teſtatur dum ſcripſit, Et ſi certauerit quis, non coronatur niſi legitimè certauerit. *Ioan. 6.* *2. Tim. 2.*

Quæſtio LXXVII.

Quid eſt dolus, & quid malignitas?

Reſponſio.

Malignitas quidem eſt, uelut arbitror, ipſa prima & occulta morum malicia. Dolus autem ad tendendas inſidias curioſa ſedulitas, ubi quis bono aliquo ſimulato, eoq; uelut ineſcatione quadam propoſito, per ipſum inſidias perfecerit.

Quæſtio LXXVIII.

Inuentores malorum qui ſunt?

Reſponſio.

Qui præter ea quæ pleriſq; familiaria ac nota ſunt mala, alia quędam inſuper excogitant ac inueniunt.

Quæſtio LXXIX.

Si quis aſſiduè percipiat, quòd durè tractet fratrem, quomodo corrigetur?

Reſponſio.

Res quidẽ hæc contingit, uelut ex ipſa cõiecto, aut ob opinione præminentiã imaginante, aut à triſticia ob delicta eorũ qui rectè facere debent. nam contrarium & triſticia quæ ex bono aliquo ſperato occurrũt, uehementius quodammodo animã percellunt. Cura aũt opus eſt ampliore, ut ſi quidem primũ fuerit, caſtigemus ſuperbiæ uitiũ: ſi uerò ſecundum, ante indignationem in exhortando ac cõmonefaciendo miſericordiam oſtendamus. Si uerò hic medelæ modus inefficax apparuerit, propter ſubiecti uitij maliciã, tunc reliquum fuerit ut uehementia indignationis unà cum condolentia ob utilitatem ac correctionem eius qui peccauit, opportunè & cum ratione utamur.

Quæſtio LXXX.

Vnde contingit, ut ueluti deficiant menti cogitationes bonæ, & ſollicitudines Deo placentes, & quomodo continget ut ne hoc perpetiamur?

Reſponſio.

Quum Dauid dixerit: Dormitauit anima mea prę tędio: manifeſtum eſt quòd hoc à dormitatione ac ſtupiditate animæ contingit. Vigilanti enim animę & ſobriæ non ſollicitudo Deo placens & cogitatio bona deficit, ſed ſeipſam talibus deficientem uidet. Si enim corporis oculus non contentus eſt ſpectaculo etiam paucorum quorundam Dei opificiorum, neq; ubi ſemel quid conſpicatus eſt, ſatietatem habet: ſed quum etiam ſemper idem uideat, non ceſſat tamen uidere: quanto magis animę oculus, ſi uigilans fuerit & ſobrius, non ſufficit ad mirabilium ac iudiciorum Dei ſpeculationem: Iudicia enim tua, inquit, abyſſus multa. Et alibi, Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, confortata eſt, & non potero ad ipſam. & multa talia. Si autem deficit animę cogitatio bona, nimirum amplius deficit ipſi illuminatio: non quòd deficiat quod illuminat, ſed quòd dormitat id quod illuminari debet. *Pſal. 118.* *Pſal. 35.* *Pſal. 138.*

Quæſtio LXXXI.

Num oporteat æqualiter increpare pios ac indifferentes, ubi in eodem peccato ambo inueniuntur?

Reſponſio.

Si reſpexerimus ad affectum peccãtis, & modum peccati, cognoſcemus etiam mo-

tium increpandi. Nã etiamſi idem peccatũ eſſe uideatur, tum indifferentis, tum pij, tamen multa eſt inter ipſos differentia. Pius enim cũ pius ſit ſollicitusq́ ac contentioſius de eo ut Deo cõplaceat, iuxta circunſtantiã aliquã, & fermè uelut nõ uolens errauit ac lapſus eſt. Indifferens aũt nullã neq́ ſui ipſius, neq́ Dei rationẽ habẽs, & nullã differentiam inter peccandum ac rectè faciendum ponens, uelut ipſum indicat nomen, ex primis ac maximis malis ægrotat, aut contemptu Dei, aut quòd Deũ eſſe nõ credit. Duo enim hęc animæ peccandi cauſam prębent, uelut Scriptura teſtatᷓ dicens, nunc quidẽ:
Pſal.13. Dixit iniuſtus ut delinquat in ſemetipſo, Non eſt timor Dei ante oculos ipſius. Nunc uerò: Dixit inſipiens in corde ſuo, Non eſt Deus. Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis. Quare aũt contẽnit, & propterea peccat, aut ipſum hoc q Deus ſit negat, & propterea in ſtudijs corrumpitᷓ, etiã ſi confiteri uideatur. Deum enim noſſe confitentur, operib. uerò negant. Quibus ſic ſe habentibus, etiã increpandi modum in talib. diuerſum eſſe oportere, puto. Pius enim uelut locali quodã auxilio opus habet, & circa ipſam rem in qua errauit, increpationẽ ſufferre debet. Indifferens aũt cum totum ſimul animæ bonum corruperit, & ex ipſis uniuerſaliorib. malis ęgrotet, aut uelut contemptor, ſicut dixi, aut uelut incredulus, & luctu affici, & admoneri, & increpari debet, donec perfici poſſit, aut quòd Deus eſt iudex iuſtus, & expaueſcat ac perterreatur, aut omnino Deus eſt. Sed & illud noſſe oportet, quòd delicta piorum ſæpe fiunt etiam iuxta myſterium ad utilitatem, Deo permittente aliquando labi ad medelam
Mat.26. elationis antegreſſæ: quale eſt id quod à Petro dictum eſt, & in ipſo factum.

Quæſtio LXXXII.

Cum ſcriptum ſit, aniculas habendas uelut matres, ſi contigerit aniculam idem cum iuuencula delictum cõmittere, num eidem pœnæ ſubiacet?

Reſponſio.

1.Tim.5. Apoſtolus aniculas uelut matres colere, uelut non facientes aliquid dignum reprehenſione docuit. Si uerò contigerit aliquando aniculã idem cum iuuencula delictum cõmittere, conſiderare primùm oportet naturalia, ut ita dicã, ætatis delicta: atq́ ſic cõuenientem utriq́ ætati menſurã increpationis decernere. Velut uerbi gratia: naturalis ferè eſt ſenectæ pigritia, non aũt iuuentuti. Quemadmodum uice uerſa animi ſupinitas ac abalienatio, ac turbatio, & audacia, & quæcunq́ huiuſmodi iuuentuti, non autẽ ſenectæ & uidentur adiuuari à naturali iuuẽtutis caliditate. Quare idem peccatum, pigricia, ſi ita contingat, grauiorem accuſationem in iuuencula meretur, cum ætas nihil excuſet. Et idẽ peccatum, mentis ſupinitas, aut audacia, aut turbatio, maiore condemnatione dignam aniculam facit, cum auxilium ferat ab ipſa ætate, ad hoc ut mitis ſit ac quieta. Ad hæc & peccati modum, & peccantis affectum expendere in utraq́ perſona oportet, atq́ ſic conuenientem medelæ modum per propriam pœnam adhibere.

Quæſtio LXXXIII.

Si quis multa rectè faciens, in uno delinquat, quomodo ipſum tractabimus?

Reſponſio.

Matt.16. Velut Petrum Dominus.

Quæſtio LXXXIIII.

Si quis mores turbulentos ac tumultuoſos habens, dum ob id condemnatur dicat, quòd Deus fecit alios bonos, alios malos, num rectè dicit?

Reſponſio.

Hæc opinio iam olim uelut hæretica damnata eſt. nam blaſphema eſt & impia, & animam ad peccatum lubricam efficit. Quare aut corrigatᷓ, aut tollatur de medio, ut
1.Cor.5. ne fiat illud, Modicum fermentum totam maſſam adulterat.

Quæſtio LXXXV.

Num conuenit proprium quid habere in fraternitate?

Reſponſio.

Hoc contrariũ eſt teſtimonio quod in Actis de credentibus habetur, in quibus ſcriptum eſt: Et nemo quicquã eorum quę poſſidebant propriũ ſibi eſſe dicebat. Qui igitᷓ
Act.4. proprium quid eſſe dicit, ſeipſum alienum ab eccleſia Dei facit, & à Domini dilectio-
Ioan.10. ne, qui & uerbo & opere docuit animam ſuam pro amicis ponere, nedum externa.

Quæſtio

Quæſtio LXXXVI.

Si dicat quis, Neq; accipio à fraternitate, neq; do, ſed meis contentus ſum: quid erga talem obſeruabimus?

Reſponſio.

Si non ſuſtinuerit doctrinam Domini, qui dixit: Diligite uos mutuò, quemadmodum ego dilexi uos: ſuſtineamus Apoſtolum qui dixit, Tollite prauum ex uobiſipſis, ut ne fiat illud, Modicum fermentum totam maſſam adulterat. Ioan.13. 1.Cor.15.

Quæſtio. LXXXVII.

Num liceat unicuiq; ueſtem ſuam ueterem aut calceum dare cui uelit, pro mandato?

Reſponſio.

Dare aut accipere, idq; pro mandato, non cuiuſuis eſt, ſed eius qui cum probatione diſpenſationem ſibi commiſſam habet. Quare ſiue uetus, ſiue nouum, hic iuxta proprium ſingulorum tempus & dabit & ſuſcipiet.

Quæſtio LXXXVIII.

Quid eſt cura temporalis?

Reſponſio.

Omnis cura etiam ſi nihil ex interdictis habere uideatur, non cõferat autem ad pietatem, temporalis eſt.

Quæſtio LXXXIX.

Quia ſcriptum eſt, Precium redemptionis animæ uiri, ſunt propriæ ipſius diuitiæ: nobis autem hoc non procedit, quid faciemus? Prou.13.

Reſponſio.

Siquidem hoc nobis ſtudio fuit, & non potuimus, memores ſimus reſponſi Domini ad Petrum ob huiuſmodi rem ſollicitum ac dicentem: Ecce, nos dimiſimus omnia, & ſequuti ſumus te, quid ergo erit nobis? Reſpondet autem ipſi hoc modo: Omnis qui dimiſit domum, aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut liberos, aut agros propter me & propter Euangelium, centuplicia accipiet, & uitam æternam poſſidebit. Si uerò per negligentiam hoc non fecimus, nunc ſtudium noſtrũ oſtendamus. Si uerò non amplius eſt neq; tempus, neq; facultas, conſoletur nos Apoſtolus, dicens: Non quæro quæ ueſtra ſunt, ſed uos. Mat.19. 2.Cor.12.

Quæſtio XC.

Num licet nocturnam ueſtem habere, ſiue ex pilis factam, ſiue aliam.

Reſponſio.

Veſtis ex pilis factæ uſus tempora propria habet. Non enim corporalis neceſsitatis gratia horum uſus eſt, ſed afflictionis & humiliationis animæ. At quum duarum poſſeſsio interdicta ſit, an poſsit uſus aſſumi citra prædictam cauſam, unuſquiſq; apud ſeipſum expendat.

Quæſtio XCI.

Si frater proprium nihil habens, rogatus fuerit ab aliquo ut det ueſtem quam geſtat, quid facere debet, maximè ſi nudus fuerit qui petit.

Reſponſio.

Siue nudus, ſiue prauus, & ſiue ex neceſsitate, ſiue ex auaricia petat, ſemel dictũ eſt, quòd dare aut accipere nõ cuiuſuis eſt, ſed eius cui cum probatione talis diſpenſatio commiſſa eſt. Et ſeruetur hoc, Vnuſquiſq; in quo uocatus eſt, in eo maneat. 1.Cor.7.

Quæſtio XCII.

Quum Dominus præcipiat uendere poſſeſsiones, quid intelligere oportet, & hoc facere, uelut ipſæ poſſeſsiones naturaliter lędant, aut propter diſtractionem ex ipſis animæ contingentem. Luc.18.

Reſponſio.

Ad hoc primum quidẽ illud dicere licet, quòd unaquæq; poſſeſsio, ſi ipſa per ſeipſam mala eſſet, nõ eſſet creatura Dei. Omnis enim creatura Dei bona, & nulla reijcienda. Deinde uerò mandatum Domini non reijcere uelut malas, & fugere poſſeſsiones, ſed diſpenſare docuit. Et condẽnatur quis nõ quod omnino habuit, ſed quod malè de ipſis 1.Tim.4.

ipſis ſenſit, aut quòd non probè ipſis uſus eſt. Nam ſanus & non addictus circa ipſa af-
fectus, & diſpenſatio ipſorum ſecundum mandatum, ad multa & maximè neceſſaria
nobis conducit: aliquando quidem ad purgationem propriorum peccatorum. Qua-
Luc.11. propter ſcriptum eſt: Veruntamen quæ ſuperſunt date eleemoſynam, & ecce omnia
munda ſunt uobis. Aliquādo uerò ad hæreditatem regni cœlorum, & acquiſitionem
Luc.12. theſauri nō deficientis, iuxta id quod in alio loco ſcriptum eſt: Ne timeas puſille grex,
quia complacitum eſt patri ueſtro cœleſti dare uobis regnum. Vendite quæ poſſide-
tis, & date eleemoſynam: facite uobis ſacculos, qui non ueteraſcunt, theſaurum non
deficientem in cœlis.

Quæſtio XCIII.

Eum qui ſemel bona ſua repudiauit, & proprium nihil habere profeſſus eſt, quamē
te uti oportet rebus ad uitam neceſſarijs, uelut ueſte uel cibo?

Reſponſio.

Pſal.103. Recordantem iuxta id quod ſcriptum eſt, quòd Deus eſt qui dat eſcam omni carni.
Veruntamen cura opus eſt, uelut operarius Dei dignus ſit alimento ſuo, atq; hoc non
in propria poteſtate ſito, ſed ab eo qui hanc curam ſibi concreditam habet diſtributo,
Act.2. tum pro tempore, tum pro menſura, iuxta id quod ſcriptum eſt: Diſtribuebat autem
unicuiq; prout quis opus habebat.

Quæſtio XCIIII.

Si quis relictis tributis fraternitatem accedat: cognati autem ipſius pro ipſo affli-
guntur ab exactoribus, num affert hoc diſcrimen & detrimentum, aut illi, aut his qui
eum ſuſceperunt.

Reſponſio.

Dominus noſter Ieſus ad interrogantes, Num licet dare cenſum Cæſari, aut nō? di-
Matth.22. cit: Oſtendite mihi denarium, cuius habet imaginē ac inſcriptionem? Vbi uerò illi di-
xiſſent, Cæſaris: reſpōdit, dicēs, Date igitur quę Cæſaris ſunt, Cæſari, & quæ Dei Deo.
Itaq; cum ex hoc manifeſtum ſit, quòd hi Cęſaris pręceptis ſubiecti eſſe declarati ſunt,
apud quos ea quæ Cæſaris ſunt inueniātur: ſi quidē tale quid ex his quę Cæſaris ſunt,
etiā hic ad fraternitatem attulit, debitor ſit tributorum. Si uerò relictis omnibus ipſis
cognatis abijt, nullum diſcrimen ſit neq; ipſi, neq; his qui eum ſuſceperunt.

Quæſtio XCV.

Num expedit his qui nos acceſſerunt, ſtatim diuinas Scripturas ediſcere?

Reſponſio.

Et hæc quæſtio ex prædictis dirigatur. Nam ad uſum unumquemq; ediſcere ex ſa-
cra Scriptura conſentaneum eſt, & neceſſarium ad certam pietatis perfectionem, &
ut ne humanis traditionibus aſſueſcat.

Quæſtio XCVI.

Num omni uolenti permittere oportet ut literas diſcat, aut lectionibus attendat?

Reſponſio.

2.Theſ.3. Cum Apoſtolus dicat, Vt ne quæ uolueritis, hæc faciatis: in omni negocio id quod
iuxta propriam uoluntatem eligitur, alicui permittere nociuum eſt. Quidquid uerò à
præfectis comprobatum eſt, id ſuſcipere oportet, etiamſi temerarium exiſtat. At uerò
crimen incredulitatis etiam huic competit, cum Dominus dixerit: Eſtote parati, quia
Matt.24. qua hora non putatis, filius hominis ueniet. Manifeſtum autem ſe facit, quòd uitæ
tempora ſibiipſi præſcribat.

Quæſtio XCVII.

Si quis dicat, Volo à uobis ad modicum tempus utilitatem capere, num i-
pſum ſuſcipere oportet?

Reſponſio.

Ioan.6. Cum Dominus dixerit, Venientē ad me non eijciam foras. Et Apoſtolus expoſue-
Gal.2. rit, Sed propter ſubintroductos falſos fratres, qui ſubirrepſerunt ad explorādum liber
tatem noſtrā, quam habemus in Chriſto Ieſu, quo nos in ſeruitutem adigerent. Qui-
bus neq; ad horā ceſſimus per ſubiectionem, ut ueritas Euāgelij permaneat apud uos:
concedere quidē ipſi acceſſum conſentaneū eſt, & propter euentus ambiguitatē: ſępe
enim

enim utilitate ex tempore percepta, in totũ huius uitę complacentiã habebit, id quod ſępe factum eſt, & ad declarandã noſtram ſinceritatem ei qui fortaſſis diuerſas de nobis ſuſpiciones habet. At uerò exactiorem diligentiã etiã in ipſo ſeruare neceſſarium eſt, ut & ueritas manifeſtetur, & ſuſpicio totius indifferentis uitæ tollatur. Sic enim & nos Deo complacebimus, & ille aut utilitatem capiet, aut redarguetur.

Quæſtio XCVIII.

Quali animo ac prudẽtia p̃ditus eſſe debet, pręfectus in his quę pręcipit aut cõſtituit?

Reſponſio.

Erga Deum quidem uelut miniſter Chriſti, & diſpenſator myſteriorum Dei, timẽs ne quid præter uoluntatem Dei in Scripturis confeſſam, aut dicat aut diſponat, & inueniatur falſus teſtis Dei, aut ſacrilegus, in eo quod aut alienum quid à Domini doctrina introducat, aut aliquid complacens Deo relinquat. Erga fratres uerò uelut ſi nutrix filios ſuos foueat, uolens dare unicuiq; iuxta placitum Dei, & quod in communi omnibus expedit, non ſolum euangelium Dei, ſed etiam ſuam animam, iuxta præceptum Domini & Dei noſtri Ieſu Chriſti, qui dixit: Mandatum nouum do uobis, ut diligatis uos mutuò, quemadmodum ego dilexi uos. Maiorem hac charitatem nemo habet, ut quis animam ſuam ponat pro amicis ſuis. 1.Cor.4. Ioan.13.15.

Quæſtio XCIX.

Quo affectu increpantem increpare oportet?

Reſponſio.

Erga Deũ quidem eo qui à Dauide acquiſitus eſt dum dixit: Vidi pręuaricantes, & tabeſcebã: quia eloquia tua nõ cuſtodierũt. Erga eos uerò qui increpãtur tali, qualem aſſumpſerit pater & medicus, cũ condolentia & miſericordia ſecundũ ſcientiã curans proprium filium, & maximè ubi mœror affuerit, & laborioſus medelæ modus. Pſal.118.

Quæſtio C.

Extrinſecus aduenientes ac petẽtes quomodo dimittemus? & num unuſquiſq; qui uult debet erogare panem, aut quicquid tandem, aut uni etiam hoc commiſſum eſſe oportet?

Reſponſio.

Cum Dominus pronunciarit, quòd non eſt bonum ſumere panem filiorum, & pro ijcere canibus, & reſponſum acceperit: Nam & canes edunt de micis quæ cadunt de menſis dominorum ſuorum: is cui diſtributio commiſſa eſt cum probatione hoc faciat. Omnis autem qui præter huius ſententiam facit, uelut boni ordinis corroptor increpetur, donec ſuum locum ſeruare didicerit, cum Apoſtolus dixerit: unuſquiſq; in quo uocatus eſt fratres, in hoc permaneat. Matt.15. 1.Cor.7.

Quæſtio CI.

Num neceſſe habet is cui tradita eſt œconomia implere illud: Omni petenti te dato, & uolentem à te mutuum accipere, ne auerſeris. Luc.6.

Reſponſio.

Illud, Omni petenti te dato, & uolentem à te mutuũ accipere, ne auerſeris: uelut tentationis locum habet, uelut conſequentia connexorum oſtendit. Et in malos eſt hoc præceptum, non primordialiter, ſed iuxta circunſtantiã fieri debens. Primordiale eñ præceptum Dñi eſt. Vende poſſeſſiones tuas, & dat pauperibus. Et rurſus: Vendite poſſeſſiones ueſtras, & date eelemoſinam. Si uerò id quod alijs deſtinatum eſt, ad alios transferre periculo non uacat: cum Dominus dicat, Nõ ſum miſſus niſi ad oues quę perierunt domus Iſrael. Et, Non eſt bonum ſumere panem filiorum & proijcere canibus. Quid & à ſeipſo quis non iudicat quod iuſtum eſt? Luc.18. Luc.12. Mat.15.

Quæſtio CII.

Num oportet egredientem de fraternitate, ex quacunq; ratione, exhortatione detinere, aut non? & ſi oportet, in quibus facere oportet?

Reſponſio.

Cum Dominus dixerit, Venientẽ ad me non eijciam foras. Et rurſus, Non opus habent ualentes medico, ſed malè habentes. Et alibi, Quis ex uobis habens centũ oues, ſi aberrauerit una ex ipſis, non dimittit nonaginta nouem, & abiens quęrit errabundam Ioan.6. Matt.9. Luc.15.

donec

donec inuenerit? Omnimodo oportet debilē curare, & ſtudio habere quod eluxatū, ut ita dicam, membrum reponat. Si uerò perſeuerauerit in malitia qualicunq; tandē, uelut alienum dimittere. Scriptum eſt enim: Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cœleſtis, eradicabitur: Sinite ipſos, cæci ſunt & cætera.

Quæſtio CIII.

Quòd ſenioribus uſq; ad mortem ſubijci oportet, hoc iam didicimus. Vbi autem contingat in aliquibus labi etiam ipſum ſenem: num ipſum reprehendere oportet, & quomodo, & à quibus, doceri rogamus? Si uerò non admiſerit, quid fieri oportet?

Reſponſio.

De his abundè ac clarè dictum eſt in diffuſiore reſponſione.

Quæſtio CIIII.

Quomodo fratrib. curas cōmittere oportet, ſolòne præfecto probationem faciente, an etiam fratribus ſuffragium ferentib. Similiter aūt & de ſororibus.

Reſponſio.

Si unuſquiſq; ea quæ meditatur ad alios referre doctos eſt, quando magis talia cum probatione idoneorum ad hoc fieri oportet? tanquam œconomia Dei ſecundum Deum cōmitti debeat his qui iam demonſtrarunt ſe poſſe cōplacenter Domino id quod
Ephes. 1. commiſſum eſt gubernare. Et in ſumma, in omni negocio præfectum Scripturæ meminiſſe neceſſarium eſt, quæ dicit. Omnia cum conſilio facito.

Quæſtio CV.

Num oportet accedentes ad fraternitatem ſtatim artes diſcere?

Reſponſio.

Præfecti probabunt.

Quæſtio CVI.

Qualibus pœnis in fraternitate uti oportet ad peccantium conuerſionem?

Reſponſio.

In præfectorum examinatione & tempus & modus decernatur, iuxta ætatem & corporis ac animæ habitum, & peccati differentiam.

Quæſtio CVII.

Si quis cupidum ſe eſſe dicit conuictus cum fratribus: uerùm propter obſequium erga cognatos ſecundum carnem, aut etiam propter tributa ſæpe impediatur, ſeipſum ſemel tali uitę committere: num oportet ipſi permittere ingreſſum ad fratres.

Reſponſio.

Equidē boni appetentiā exſcindere periculo non uacat. Nec tamē ei qui ingreſſus eſt tempus dare, ut externa & aliena à uita ſecundū Deum curet, tutum eſt: Si uerò ingreſſus ſeipſum tradiderit internis, nihil externorū circumferēs, ſpē habebit meliorē.

Quæſtio CVIII.

Num oportet præfectum loqui cum ſorore aliqua, citra præfectæ præſentiam, de his quę ad fidei ædificationem pertinent?

Reſponſio.

1. Cor. 14. In his non ſeruatur Apoſtoli præceptum, qui dixit: Omnia decora & ſecundum ordinem fiant.

Quæſtio CIX.

Num oportet præfectum cum pręfecta frequenter colloqui, & pręſertim ſi quidam ex fratribus ex hoc lędantur?

Reſponſio.

1. Cor. 10. Quum Apoſtolus dixerit, ut quid enim libertas mea iudicatur ab alia conſcientia?
1. Cor. 9. bonum eſt imitari ipſum dicentem: Non uſi ſumus hac poteſtate, ut ne offendiculum aliquod daremus Euangelio Chriſti, & quantum eius fieri poteſt, rariores ac breuiores facere congreſſus.

Quæſtio CX.

Num oportet confitente ſorore ſeniori, adeſſe etiam ipſam ſeniorem?

Reſponſio.

Magis decorè ac piè per ipſam ſeniorem ad ipſum ſeniorem publicatio fiet, qui prudenter modum pœnitentiæ & correctionis ſuggerere poteſt.

Quæſtio. CXI

Num ubi ſenior quid fieri præcepit inter ſorores, citra conſenſum ſenioris ſiue præfectæ, meritò indignatur ipſa ſenior?

Reſponſio.

Et ualde meritò.

Quæſtio CXII.

Num ſi quis ad uitã ſecundum Deum accedat, par eſt ut præfectus citra conſenſum fratrum talem ſuſcipiat? aut oporteat etiam prius ad ipſos referre?

Reſponſio.

Dominus in pœnitentiam agente cõuocari amicos ac uicinos docet: quare multo magis neceſſarium eſt, ut ſcientibus his qui unanimes ſunt, accedens ſuſcipiatur: ut & congaudeant inter ſe mutuò, & ſimul comprecentur. Luc.15

Quæſtio CXIII.

Num poteſt is cui animarum cura concredita eſt ſeruare hoc: Niſi conuerſi fueritis & facti uelut pueri. quandoquidem multas & diuerſas perſonas habet? Mat.18

Reſponſio.

Quum ſapientiſſimus Solomon dixerit, Tempus in omni re eſt: noſſe oportet, quòd & humilitatis, & poteſtatis, & reprehenſionis, & exhortationis, & parſimoniæ, & libertatis dicendi, & benignitatis, & ſeueritatis, & in ſumma omnis rei tempus proprium eſt. Quare aliquando quidem ea quæ humilitatis ſunt oſtendere oportet, & in humilitatè pueros imitari, & maximè ubi tempus eſt mutui honoris & officiorum, & miniſterij ac curę circa corpus, quemadmodum Dominus docuit: aliquãdo uerò poteſtate uti, quam Dominus dedit ad ædificationem, & non ad deſtructionem, quum neceſſitas requirit dicendi libertatem. Et in tempore quidem exhortationis, oſtendere benignitatem: in tempore uerò ſecuritatis, oſtendere æmulationem & zeli feruorem, & in ſingulis alijs conſimiliter. Eccleſ.3

Quæſtio CXIIII.

Quum Dominus præcipiat, Si quis te coegerit miliarium unum, uade cum ipſo duo: & quum Apoſtolus doceat, ut ſubditi ſimus alter alteri in timore Chriſti: num oportet omni & cuicunque præcipienti obedire? Mat.5

Reſponſio.

Præcipientium differentia nihil imminuere debet eorum quibus præcipitur obedientiam. Neque enim Moſes neglexit Iothor bona conſulentem. Quum autem præceptorum differentia non exigua ſit (Alia enim contraria ſunt mandato Domini, aut corrumpentia ipſum, aut inquinantia multipliciter per prohibiti ammixtionem: alia uerò coincidunt cum mandato: alia autem, etiamſi palàm non coincidant, tamen conferunt, & uelut auxilium quoddam mandati exiſtunt:) neceſſarium eſt meminiſſe Apoſtoli, dicentis: Prophetias ne uilipendite: omnia autem probantes quod bonum eſt tenete: ab omni opere malo abſtinete. Et rurſus, Cogitationes ac conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem efferentem ſe contra cognitionem Dei, & captiuam ducentes omnem intelligentiam ad obedientiam Chriſti. Quare ſi quidem quid coincidens cum mandato Domini, aut conferens, nobis præceptum fuerit, uelut uoluntatem Dei ſtudioſius ac diligentius ſuſcipere oportet: ita, ut impleamus id quod dictum eſt, Sufferentes alter alterum in dilectione Chriſti. Quum uerò quid contrarium mandato Domini, corrumpens aut inquinans ipſum, nobis ab aliquo præceptum fuerit, tunc tempeſtiuum eſt dicere: Obedire oportet Deo magis quàm hominibus: memores Domini, dicentis, Alienum autem non ſequentur, ſed fugiunt ab ipſo, quia non noſcunt alienorum uocem: & Apoſtoli, qui propter noſtram ſecuritatem etiam ipſos angelos compeſcere auſus fuit, dum dixit: Etiamſi nos ipſi aut angelus ex cœlo, aliud Euangelium uobis annunciet, præ- Exod.18 1.Theſ.5 2.Cor.10 2.Cor.11 Act.4 Gal.1

ter id quod prædicauimus uobis, anathema ſit. Ex quibus erudimur, quòd etiamſi multũ legitimus ſit & excellenter glorioſus, qui prohibet id quod à Domino præceptum eſt, aut impellit ad faciendum quod ab ipſo prohibitum eſt: fugiendus aut etiam abominandus eſt unicuiq; diligenti Dominum.

Quæſtio CXV

Quomodo mutua obedientia uti oportet?

Reſponſio.

Mar.9 Velut ſeruus erga dominũ, iuxta id quod à Domino preceptũ eſt: Qui uult inter uos
Mat.20 eſſe magnus, ſit omnium ultimus. Et durius adhuc infert, Queadmodum filius hominis
Gal.5 non uenit ut ipſi miniſtrarẽt, ſed ut ipſe miniſtraret. Et iuxta id quod ab Apoſtolo dictũ
eſt: Per dilectionem ſpiritus alter alteri uiciſſim ſeruite.

Quæſtio CXVI

Quatenus obedire oportet in regula complacentiæ erga Deum?

Reſponſio.

Phil.2 Apoſtolus oſtendit proponens nobis Domini obedientiam: Qui factus eſt obediens uſq; ad mortem, mortem autem crucis. Et paulò antè dixerat: Hoc ſentite in uobis quod & in Chriſto Ieſu.

Quæſtio CXVII

Qui non perfectus eſt in quotidianis ad propoſitum mandatum præceptis, & artem diſcere uult, quo morbo ægrotat? & num oportet ipſum tolerare?

Reſponſio.

Talis & cõtumax, & ſibijpſi placens, & incredulus eſt, quia non timet iudiciũ Dñi, qui
Mat.24 dixit: Eſtote parati, quia qua hora nõ putatis, filius hominis ueniet. Si enĩ quotidie & ſingulis horis expectat quis Dominũ, ſolicitus eſt quõ hodiernã diem ocioſus non prætereat, & nihil amplius curioſus eſt. Si uerò præcipiatur ipſi artem diſcere, in obedientia habeat lucrum complacentiæ erga Deum, & non in dilatione iudicium.

Quæſtio CXVIII

Qui pronus eſt ad mandatum, & operatur non quod præcipitur, ſed quod ipſe uult, qualem mercedem fert?

Reſponſio.

Eius qui ſibijpſi placet. Quum autem Apoſtolus dicat: Vnuſquiſq; ueſtrum proximo
Rom.15 placeat in bonum ad ędificationem: & abundantius nos compeſcat per hoc quod infert: Nam & ipſe Chriſtus ſibijpſi non placuit: cognoſcere debet periculum ſuum is qui ſibiipſi placet. Idem etiam inobediens arguitur.

Quæſtio. CXIX

Num licet unicuiq; recuſare commiſſum opus, & aliud requirere?

Reſponſio.

Quum obedientia (uelut dictum eſt) uſq; ad mortẽ habeat menſurã, is qui cõmiſſum
Phil.2 recuſat, & aliud requirit, primũ obedientiã corrumpit, & declarat ſe non abnegaſſe ſeipſum: deinde etiam aliorum plurium malorum ſibijpſi ac alijs autor fit. Nam ianuam contradictionis pleriſq; aperit, & ſeipſum ad hanc aſſuefacit. Et quia non poteſt unuſquiſq; probare q̃d utile eſt, ſæpe nociuum opus ſibijpſi deligit. Sed & ſuſpiciones malas fratrib. inducit, uelut addictus ſit magis operi quod requirit, q̃; his cum quibus operari neceſſe eſt. Quare in ſumma non obedire, multorum & magnorum malorum radix eſt. Si uerò rationem aliquam ſe habere putat, cur opus illud detrectet, declaret ipſam præfectis, & illis expendendum relinquat.

Quæſtio CXX

Num oportet aliquò abire, citra præfecti commonefactionem?

Reſponſio.

Ioan.8 Quum Dñs dicat: Neq; à meipſo ueni, ſed ille me miſit: quanto magis unuſquiſq; noſtrũ ſibijpſi permittere nõ debet? Qui enĩ ſibijpſi permittit, manifeſtum ſe facit, q̃ magni-
Luc.16 ficè de ſe ſentit, & ſubiectus eſt iudicio Dñi, qui dixit: Quod inter homines altũ eſt, abominatio eſt coram Deo. Et in uniuerſum permittere ſibijpſi crimine non caret.

Quæſtio CXXI

Num licet grauiora opera recuſare?

Reſponſio.

Qui legitimus eſt in dilectione erga Deum, & conſtans in certitudine retribuendæ à Dño mercedis, nõ his quæ fiunt contentus eſt, ſed ſemper additionẽ requirit, & amplius appetit: & quamuis ſuprà uires quid facere uideatur, non negligens eſt uelut qui menſuram impleuit, uerùm ſemper ſolicitus eſt, uelut deſtitutus eo quod ſit pro dignitate, Dominũ præcipientẽ audiens: Quũ feceritis omnia quæ pręcepta ſunt, tunc dicite ſerui inutiles ſumus, quod debebamus facere fecimus: & Apoſtolum cui mũdus crucifixus erat, & ipſe mundo, qui non erubuit dicere: Ego meipſum nondum arbitror aſſequutum eſſe, unum autem ago, ea quidem quæ à tergo ſunt obliuiſcens, ad ea uerò quæ à frõte ſunt contendens, iuxta ſcopum perſequor ad brauium ſupernæ uocationis Dei in Chriſto Ieſu. Qui tametſi poteſtatem haberet, quum Euangelium prædicaret, ex Euangelio uiuendi: In labore & ærumna, inquit, nocte ac die operantes, non quod non habeamus poteſtatem, ſed ut nos ipſos formam demus uobis ad imitandum nos. Quis igitur adeò ſtupidus eſt & incredulus, ut nunquam contentus ſit his quæ iam fiunt, aut ut recuſet quid uelut grauius aut laborioſum? Luc. 17 Gal. 6 2. Cor. 11

Quæſtio CXXII

Si quis pœna non accipiendę benedictionis affectus, dicat, Si non accepero benedictionem non edo: num oportet ipſum ſufferre?

Reſponſio.

Si quidem tanta pœna dignũ fuerit peccatum, ut etiam ab edendo prohibeatur, is qui pœnam conſtituit omnino expẽdet. Si uerò ſola benedictione quis indignus iudicatus eſt, & permiſſum eſt ipſi ut edat, atq; hoc non ſuffert, uelut inobediens in hoc & contẽtioſus iudicetur, ſimul & notum ſeipſum reddens & cognoſcens: quia non medetur ſibiipſi hoc requirens, ſed peccatum peccato coniungit.

Quæſtio CXXIII

Si quis triſtetur quod non permittitur facere, id quod commodè facere non poteſt, num oportet ipſum ſufferre?

Reſponſio.

De hoc multis in locis dictum eſt, quod in uniuerſum uoluntate propria uti aut ſibiipſi permittere, præter ſanã eſt doctrinam. Et approbationi plurium nõ ſubijci, inobedientię ac contradictionis periculum habet.

Quæſtio. CXXIIII

Num oportet eum qui alicubi fortuito in hæreticos aut Gręcos incidit, cibum cum ipſis capere, aut ipſos ſalutare?

Reſponſio.

Salutationẽ quidem cõmunem uidelicet illã, in nullo Dñs interdixit, ubi ait: Si ſalutaueritis amicos ueſtros ſolũ, quid eximiũ facitis? Non'ne etiam ethnici ſic faciunt? Cęterũ de cibũ unà capiendo, habemus pręceptũ Apoſtoli, in quib. hoc recuſare oportet, dum dixit: Scripſi uobis in epiſtola ut ne permiſceremini ſcortatoribus, & non omnino ſcortatoribus huius mundi, aut auaris, aut raptorib. aut idolorum cultorib. Si quis qui nominatur frater, aut ſcortator eſt, aut auarus, aut ſimulachrorum cultor, aut conuitiator, aut ebrioſus, aut raptor, cum huiuſmodi ne cibum quidem capiatis. Mat. 5 1. Cor. 5

Quæſtio CXXV

Num eum cui concreditum eſt opus, & facit quid citra commonefactionem, præter id quod pręceptum eſt, aut ſupra ipſum, opus ipſum habere oportet? Act. 4

Reſponſio.

Sibiipſi quidẽ ſumere in uniuerſum diſplicet Deo, & neq; conuenit neq; expedit his qbus ſtudiũ eſt uinculũ pacis conſeruare. Si uerò proteruus eſſe perſeuerauerit, expedit ut opus ab ipſo tollatur. Non enim ſeruat pręceptũ eius qui dixit: Vnuſquiſq; in quo uocatus eſt fratres, in hoc maneat: & qui adhuc grauius ſcripſit: Non plus ſapere quã oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem, prout cuiq; Deus menſuram fidei diuiſit. 1. Cor. 7 Rom. 14

Quæſtio CXXVI

Quomodo quis non ſuperatur à uoluptate eduliorum?

Reſponſio.

Si decreuerit rationẽ utilitatis ducem ac doctorẽ habere ſemper eorũ quæ in uſum aſſumuntur, ſiue iucunda, ſiue iniucunda ea fuerint.

Quæſtio CXXVII

Dicunt quidam impoſſibile eſſe hominem non iraſci?

Reſponſio.

Si poſſibile eſt ut miles in conſpectu regis nõ iraſcat, neq; ſic rationẽ habet id quod dicitur. Si enim hominis conſpectus æqualis ſecundũ naturam, propter dignitatis eminentiam impedierit uitiũ, quanto magis ſi quis certior factus ſit, quod Deum habeat motuũ ſuorũ inſpectorẽ? Multo enĩ magis Deus q ſcrutatur corda & renes, uidet animę motus, quàm homo ea quæ ſunt ad faciem expoſita.

Quæſtio CXXVIII

Volenti abſtinentiam ſupra uires exercere, ita ut etiam ad propoſitum mandatum impediatur, num concedere oportet?

Reſponſio.

Quæſtio hęc non propriè mihi facta eſſe uidetur. Abſtinentia enim non ſita eſt in abſurdorũ eduliorum ſummotione, in qua contingit ea quæ ab Apoſtolo damnata eſt corporis inſatiabilitas: ſed in perfecto receſſu à proprijs uoluntatibus. Quantum aũt habeat periculum, ob propriam uoluntatem à mandato Domini excidere, manifeſtũ eſt ex his
Ephes. 2 quæ ab Apoſtolo dicta ſunt, dum ait: Facientes uoluntates carnis & cogitationum: & Eramus natura filij iræ.

Quæſtio CXXIX

Qui multũ ieiunat, & in aſſumẽdo cibo cõmune eduliũ ſufferre nõ poteſt, utrum magis eligere debet? num ieiunare cum fratrib., & edere cum ipſis, aut propter immodicum ieiunium, alijs edulijs opus habere in aſſumendo cibum?

Reſponſio.

Ieiunij tẽpus nõ eſt uniuſcuiuſq; uoluntas, ſed neceſſitas eorũ qui ad diuinum cultum accedunt, quemadmodũ etiam acta Apoſtolorũ narrãt, & ab electo Dauide diſcimus. Si
Act. 14 igitur quis iuxta talem rationẽ ieiunauerit, etiam ut id facere poſſit omnino dignus fiet,
Pſal. 34 Fidelis enim eſt qui hoc profeſſus eſt.

Quæſtio CXXX

Quõ oportet ieiunare, ubi opus fuerit ieiunio ad aliquid eorum quæ ad diuinum cultum requiruntur, num uelut qui cogitur, aut cum promptitudine?

Reſponſio.

Mat. 5 Quum Dominus dicat: Beati eſuriẽtes & ſitientes iuſticiam: quicquid ad pietatem cõducit ſi non cupidè ac ſtudioſè fiat, periculoſum eſt. Quare ieiunantem non promptè hoc
1. Cor. 11 facere, periculo non uacat. Ieiunare autem in tempore talis neceſſitatis neceſſarium eſt, quum Apoſtolus cum alijs ſuis rectè factis, etiam hoc ad doctrinam noſtram recenſuerit, in ieiunijs ſæpe.

Quæſtio CXXXI

Qui nõ particeps fit eduliorũ quę fratres edunt, ſed aliud requirit, nũ rectè facit?

Reſponſio

Mat. 6 In uniuerſum requirere cibum præter mandatum eſt, quum Dñs dixerit: Ne inquiratis quid manducetis & quid bibatis, & ne ſitis ſoliciti: & horribilius adhuc induxerit, Hæc e-
Act. 2 nim omnia gentes inquirunt. At uerò præfecti eſt diligenter implere illud: Diſtribuebatur unicuiq; prout quiſq; opus habebat.

Queſtio CXXXII

Qui dicit, Nocet mihi hoc, & contriſtatur ſi aliud datum non fuerit, quid eſt?

Reſponſio.

Apparet q; nõ perfectus eſt in ſpe Lazari: non nouit dilectionem eius cui omnium & ipſius cura concredita eſt. In ſumma autem: neq; de nocente, neq; de iuuante, aliqs ſibi ipſi probationẽ permittere debet, ſed præfecto ad probandum quid unicuiq; utile eſt, q principaliter

cipaliter utilitatem animæ inquirit,atq; ita ſecundaria ratione ea quæ ad corporis uſum neceſſarium pertinent diſpenſat ac miniſtrat,ad uoluntatem Dei.

Quæſtio CXXXIII

Si uerò murmurauerit propter cibum?

Reſponſio.

Iudicium eorũ qui in deſerto murmurauerũt habet. Dicit em̃ Apoſtolus: Nolite murmurare,quemadmodũ quidã illorũ murmurauerunt & interẽpti ſunt ab exterminatore. 1.Cor.10

Quæſtio CXXXIIII

Si quis iratus recuſat accipere neceſſaria?

Reſponſio.

Talis dignus eſt ut etiamſi requirat non accipiat; donec præfectus probauerit quòd curatum eſt uitium,imò potiùs uitia.

Quæſtio CXXXV

Num oportet ægrotantem ipſum amplius quid conſuetis requirere?

Reſponſio.

Si retribuendæ à Deo mercedis gratia languorem ſuffert, non inde laboris ſolatium ac mitigationem requirere debet, ſed ad mercedis à Domino retributionem ſeipſum componere: gnarus quòd uelut retributione pro labore,ita & conſolatione pro anguſtia,à benigno Deo dignus fiet. At uerò qui præfectus eſt,ut faciat hoc: Diſtribuebatur unicuiq; prout quiſque opus habebat: neceſſariò ſingulos languentes cognoſcere debet,& conuenienter curare. Act.4

Quæſtio CXXXVI

Num neceſſe eſt omnes hora prandij congregari: & eum qui relinquitur ac poſt prandium uenit,quomodo tractabimus?

Reſponſio.

Si quidem iuxta loci aut operis neceſſitatẽ relictus eſt,uelut obſeruans præceptum eius qui dixit: Vnuſquiſque in quo uocatus eſt fratres,in hoc maneat: communis diſciplinæ inſpector examinatione facta ignoſcet. Si uerò quum uenire potuiſſet non feſtinauit,uelut qui negligentiæ crimen incurrit, impranſus maneat,uſq; ad conſtitutam horam ſequentis diei. 1.Cor.7

Quæſtio CXXXVII

Num bonum eſt aliquem decernere, ad tantum ſi ita contingat tẽpus abſtinere ab aliquo cibo aut potu?

Reſponſio.

Quum Dominus dixerit: Non ut faciam uoluntatem meam,ſed eius qui me miſit: omne iudicium propriæ uoluntatis periculoſum eſt. Cuius rei gnarus Dauid, dixit: Iuraui & ſtatui ſeruare iudicia iuſticiæ tuæ,non meas uoluntates. Ioan.6 Pſal.118

Quæſtio CXXXVIII

Num permittere oportet in fraternitate,ut alius plus alijs ieiunet aut uigilet,iuxta propriam uoluntatem?

Reſponſio.

Quum Dñs dixerit, Deſcendi de cœlo,non ut faciam uoluntatem meam, ſed uolũtatem eius qui me miſit patris: quicquid ſecundum propriam uolũtatem quis fecerit,hoc facientis quidem proprium eſt,uerùm à pietate alienum: & timor eſt ne quando audiat à Deo de eo quod facere uidetur: Ad te auerſio ipſius,& tu dominaberis ipſius. Sed & in comparatione aliorũ plus uelle etiam in ipſis bonis, contentionis uitiũ eſt à uana gloria contingens.id quod Apoſtolus interdictũ oſtendens ait: Non enim audemus inſerere aut cõparare noſipſos quibuſdam qui ſeipſos cõmendant. Quapropter dimiſſis proprijs uoluntatibus,& eo quod uelimus ſuper alios aliquid facere uideri, Apoſtolo obedire oportet admonẽti ac dicenti: Siue editis, ſiue bibitis,ſiuequid aliud facitis,omnia in gloriã Dei facite. Contentio enim & uana gloria,& placere ſibijpſi,omnino aliena ſunt ab his qui bonum certamen legitimè decertant. Quapropter ait aliquando quidem, Ne fiamus inaniter glorioſi: aliquãdo uerò, Si quis uidetur cõtentioſus eſſe,nos talem conſuetudinẽ non habemus,neq; Eccleſiæ Dei. & alibi: Non debemus nos nobiſipſis placere. Ioan.6 Gal.5 1.Cor.10 Gal.6 1.Cor.11

Rom. 15 Et grauius adhuc infert, Nam & Chriſtus ſibiipſi non placuit. Si uerò quis ſe ampliore onere opus habere putat, ſiue in ieiunio, ſiue in uigilijs, ſiue in quacunq; alia re, reuelet hic rem his quibus cōmunis cura cōmiſſa eſt, ob quam uidelicet putat ſe ampliore onere opus habere: & quod ab ipſis approbatum fuerit obſeruet. Sępe enim alio potius modo, id quod ſufficiens eſt neceſſitati fieri oportebit.

Quæſtio CXXXIX

Si ieiunium augeatur, imbecilliores euadimus ad opus. Quid igitur magis facto opus eſt, impedire opus ob ieiunum, aut negligere ieiunum propter opus?

Reſponſio.

Et ieiuniū, & eſum, cum propria pietatis ratione aſſumere oportet, ut ubi quidem mādatum Dei per ieiunium perfici oportuerit, ieiunemus. Vbi uerò rurſus mandatū Dei eſum corpus potēs reddentē exigit, edamus, non uelut guloſi, ſed ut operatores Dei. Seruare enim oportet id quod ab Apoſtolo dictum eſt: Siue editis, ſiue bibitis, ſiue quid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite.
1. Cor. 10

Quæſtio CXL

Si quis non continens ſit circa nociua edulia, ſed immodicè ingerens in afflictionem delabatur, num ipſius curationem facere oportet?

Reſponſio.

Intemperantia manifeſtam habet maliciam, & huius uitij primario curam gerere neceſſe eſt ut curetur. Nam benignus Deus, uolens oſtendere quantum malum eſt non eſſe continentem, dimittit ſæpe animam, etiam in his quæ corpus lędunt, intemperantiæ afflictione affici, ſi quomodo poſſit per corporalem afflictionem, quam ex intemperantia ſuſtinet, ad proprij detrimenti intelligentiam peruenire, & ad continentiam in omnibus deduci. At uerò curam corporis in his qui ex intemperantia læduntur, citò quidem facere par eſt & benignitatē decens: non autem citra probationē, ſed ſolicitè, ne fortè in corporis curatione, animā incuratam relinquamus. Quare ſi quidem cōſpexerit quis talem ex corporis cura erudiri, & in proprijs afflictionibus etiam animæ benignè curam habere, adhibenda eſt ipſi corporalis cura. Si autem corporalem curam ſuſcipiens, deprehendatur animam contemnere: melius eſt talem in doloribus dimitti, quos ex propria intemperantia ſuffert: ſi quo modo poſſit per tempus ad ſuiipſius & æterni ſupplicij cognitionem progreſſus, ſanitatis animæ curam ſuſcipere. Dum enim iudicamur, à Domino caſtigamur, ut ne cum mundo condemnemur.

Quæſtio CXLI

Num peregrinos in officinis reperiri oportet? aut etiam aliquos ex fraternitate relicto proprio loco?

Reſponſio.

Excepto eo qui deſignatus eſt ad operantium uiſitationem, aut operum diſpenſationem: quiſquis hoc facere repertus fuerit, uelut harmoniæ membrorum bonum ordinem diſſoluens, etiam à conceſſo progreſſu prohibeatur: & deſidens in loco quodam conſtituto, ad caſtigationem idoneo, intentè & ſolito laborioſius opus reddat ac abſoluat, dum nec didicerit ſeruare id quod ab Apoſtolo dictum eſt: Vnuſquiſque in quo uocatus eſt, in hoc maneat.
1 Cor. 4

Quæſtio CXLII

Num oportet artifices ſuſcipere ab aliquo opus, citra conſenſum eius cui horum cura demandata eſt?

Reſponſio.

Iudicio furis, aut furi concurrentis, uterq; ſubiacet, & qui dat, & qui accipit.

Quæſtio CXLIII

Quomodo curam gerere debent operantes concreditæ ipſis ſuppellectilis?

Reſponſio.

Primùm uelut Deo deuotæ ac dicatæ. Deinde uelut non potentes abſq; ipſa debitum impigrum ſtudium oſtendere.

Quæſtio CXLIIII

Si uerò ex negligentia perdat quid, aut ex contemptu abutatur?

Reſponſio

Reſponſio.

Qui abutitur, uelut ſacrilegus: qui uerò perdidit uelut ſacrilegij cauſa iudicetur, omnium Deo nuncupatorum ac dedicatorum.

Quæſtio CXLV

Si uerò à ſeipſo utatur, aut accipiat?

Reſponſio.

Velut temerarius & contumax iudicetur. Hæc enim propria ſunt eius cui cura demãdata eſt diſpenſatoris.

Quæſtio CXLVI

Si uerò urgente neceſſitate præfectus requirat ab ipſo, & contradicat?

Reſponſio.

Qui ſeipſum & membra ſua aliorum uſui tradidit in dilectione Chriſti, quomodo de ſupellectile contradicere poteſt, ad quem etiam ſupellectilis cura pertinet?

Quæſtio CXLVII

Qui circa officium cellarij aut culinæ, aut aliud tale occupatus eſt, ſi non feſtinarit adeſſe regulæ pſalmodiæ & rationis, num nullum animæ detrimentum incurrit?

Reſponſio.

Vnuſquiſq; in ſuo opere ac officio propriam regulam ſeruat, uelut membrũ in corpore, & damnum quidem incurrit ipſe neglecto eo quod commiſſum eſt: ſed & communitati inſidias ſtruens, amplius periclitatur. Quare in mente impleat quæ ſcripta ſunt, Can-
tantes & pſallentes in cordibus ueſtris Domino. Si uerò corporaliter non feſtinat con- Ephe.5
currere cum alijs, in nulla re prohibeatur, quum faciat quod dictum eſt: Vnuſquiſq; in 1.Cor.7
quo uocatus eſt, in hoc maneat. Cauere autem oportet, ne quum forte poſſit implere qđ ipſi demandatum eſt, opportune & ad formam aliorum, prętexat operis occupationem, in offendiculum aliorum, & incidat in iudicium negligentium.

Quæſtio CXLVIII

Qualem poteſtatis menſuram habet in diſpenſatione, is cui cellarij cura cõmiſſa eſt?

Reſponſio.

Erga eum quidem qui commiſit, formam ab illo cum probatione expreſſam, memor Ioan.5
ipſius Domini qui dixit: Non poſſum ego facere à me quicquam. Erga eos uerò, quorũ Act.2
curam gerit, uniuſcuiuſq; neceſſitatem: ſcriptum eſt enim, Diſtribuebatur unicuiq; prout quiſq; opus habebat. Eadem ratio ſit ad omnes, qui eiuſmodi curas ſibi commiſſas habent.

Quæſtio CXLIX

Quæ eſt condemnatio diſpenſatoris, ſi quid ad perſonarum reſpectum aut contentionem fecerit?

Reſponſio.

Quum Apoſtolus nunc quidem præcipiat, nihil facere ad preces: nunc uerò pronunciet, Si quis uidetur contentioſus eſſe, nos talẽ conſuetudinem non habemus, neq; Eccle-
ſiæ Dei: alienus ab Eccleſia Dei decernatur talis, donec correctus fuerit. Oportet autem 1.Cor.11
cum multa conſideratione probare, ad quid unuſquiſq; idoneus ſit: atq; ſic quodcunq; opus ac officium committere: ut neq; hi qui committunt alicui quod non conuenit, uelut mali œconomi condemnentur, dum & animarum & mandatorum Domini curã male diſpenſant. Neq; hi quibus officium committitur, prætextum peccati hinc reperire ſibi uideantur.

Quæſtio CL

Si uerò negligens non det fratri neceſſaria?

Reſponſio.

Hoc iudicium manifeſtum eſt ex uerbis Domini, qui dixit: Abite à me uos maledicti Matt.25
in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis ipſius. Eſuriui enim, & non dedi- Hier.48
ſtis mihi edere: ſitiui, & non dediſtis mihi potum. & quę ſequuntur. &, Maledictus omnis qui facit opera Domini negligenter.

Quæſtio CLI

Num licet miniſtranti cum maiore uoce loqui?

Reſponſio.

Vocis menſuram decernit audientium neceſſitas. Itaq; ſi quidem minor fuerit, uelut languidior, propinqua eſt ſibilo & digna condemnatione. Si uerò ſupra neceſſitatem, quum poſſit auditor etiam placidè loquentē audire, clamor fit reprehendendus: niſi languiditas audientis eò neceſſitatis nos adducat, ut clamore utamur, & uelut ex ſomno hūc excitemus. Hoc enim & Dominus feciſſe narratur, uelut ait Euangeliſta: Ieſus autem cla-
Ioan.12 mauit & dixit: Qui credit in me, non credit in me, ſed in eum qui me miſit.

Quæſtio CLII

Si quis miniſterium diurnum in culina explens, ſupra uires laboret, ut impediatur ipſe ad dies aliquot à conſueto opere, num oportet ipſi tale miniſterium imponere?

Reſponſio.

Pſal.93 Dictum eſt, quòd oportet eum cui operum diſpenſatio demandata eſt, ſolerti coniectura tum aptitudinis, tum uirium operantis facta, deſignare præcepta, ut ne audiat, Qui fingit laborem inpræceptum. At eum cui quid præceptum eſt, contradicere nō oportet. Nam obedientia uſq; ad mortem terminum habet.

Quæſtio CLIII

Cui lanæ concreditæ ſunt, quomodo ipſas habere debet, & quomodo operantibus attendere?

Reſponſio.

Lanas quidem, uelut cui depoſitum Dei concreditum eſt, citra contentionem autem & abſque perſonarum acceptione, unicuique ſorori proprium opus deſignans ac diſponens.

Quæſtio CLIIII

Si contigerit paucos eſſe fratres, & pluribus ſororibus inſeruientes ad eam deuenire neceſſitatem, ut inter ſe diſparentur ad opera diuiſi, num hoc periculo uacat?

Reſponſio.

Si cura à mandato Domini teſtimonium habet, & ſecundū Deum elaboratur, unicuique operantium in proprio opere complacentia erga Deum rectè peragitur, & unitas ipſorum inter ſe in hoc quod omnes unanimes ſunt cōſiſtit, & quod idem ſentiunt, ac im-
Col.2 plent id quod ab Apoſtolo dictum eſt: Etſi enim in carne abſum, tamen ſpiritu uobiſcum ſum.

Quæſtio CLV

Quandoquidem docemur nos qui ægrotis in hoſpitali domo inſeruimus, ut cum tali
Mat.25 affectu ſeruiamus, uelut fratribus Domini miniſtrantes: ſi non fuerit talis is cui inſeruimus, quomodo debemus ipſi attendere?

Reſponſio.

Mat.12 Quum Dominus dixerit: Quicunq; fecerit uoluntatem patris mei qui in cœlis eſt, hic meus eſt frater, & ſoror, & mater. Si non quis talis, ſed peccans deprehenditur, dignus exiſtens ſententia illa, Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati: primùm quidem admonitione opus habet à præfecto. Si uerò perſeuerauerit in ipſis, manifeſtum eſt in ipſo iudicium eiuſdem Domini, inferentis: Seruus autem non manet in domo: & Apoſtoli præcipien-
1.Cor.5 tis; Tollite prauum ex uobis ipſis. ſic enim nulla adminiſtrantibus hæſitatio, & omnibus conuictoribus ſecuritas continget.

Quæſtio CLVI

Num eum cui cellarij aut alterius eiuſmodi cura concredita eſt, ſemper eius curam gerere oportet, aut permutari.

Reſponſio.

Si boni ordinis ſcientiam, & regulæ ſinceritatem ſeruat, permutari ſuperfluum eſt, immò potius graue ac difficile factu. Verùm ut aliquē aſſeclam habeat, qui particulatim ad eam curam effingatur, neceſſarium eſt: ut ne ubi neceſſitas requirit ſucceſſorem, in inopia eius conſtituti, turbemur. Sæpe uerò etiam ineptum ad hoc, adhibere ad opus cogimur, ut neceſſariò contingat, circa huius inexperientiam, tum ſinceritatem corrumpi, tum rationalem boni ordinis diſciplinam diſſolui.

Quæſtio CLVII

Quo affectu debet quis ſeruire Deo? & omnino affectus hic quid eſt?

Reſponſio.

Affectum bonum eſſe arbitror cõcupiſcentiam uehementem complacendi Deo, & inſatiabilem ac fixam & immutabilem. Acquiritur autem hic in contemplatione ſolerti ac perpetua maieſtatis gloriæ Dei, cogitationibusq; pijs, & indeſinente memoria bonorum contingentium à Deo. Ex quibus innaſcitur animæ illud: Diliges Dominum Deũ tuum ex toto corde tuo, & ex totis uiribus tuis, & ex tota mente tua. iuxta eum qui dixit: Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te Deus. Cum tali itaq; affectu ſeruire oportet Deo, ita ut expleamus id quod ab Apoſtolo dictum eſt: Quis ſeparabit nos à dilectione Christi? Tribulatio aut anguſtia, aut perſequutio, aut nuditas, aut periculum, aut gladius? & cætera. *Mat. 19* *Rom. 8*

Quæſtio CLVIII

Quo affectu quis pœnam ſufferre debet?

Reſponſio.

Eo qui decet ægrum & ſolicitum de uita, dum à patre ac medico curatur, & quamuis amarus ac doloroſus fuerit medelæ modus, in perfectione dilectionis ac experientiæ eius qui increpat ac punit, & in ſanationis cupiditate.

Quæſtio CLIX

Qui triſticia afficitur contra eum qui ipſum increpauit, qualis eſt?

Reſponſio.

Neq; periculum peccati nouit, & præſertim erga Deum: neq; pœnitentiæ lucrũ: neq; credit ei qui dixit, Qui uerò diligit diligenter caſtigat: & alienũ ab utilitate ſeipſum conſtituit eius, qui dixit: Caſtigabit me iuſtus in miſericordia, & redarguet me. Et talis cum detrimento in fraternitate uerſatur, ab exercitatione auocans eos qui cum timore ſolicite decertant. *Prou. 13* *Pſal. 140*

Quæſtio. CLX

Quo affectu debemus ſeruire fratribus?

Reſponſio.

Velut ipſi Domino exhibentes miniſterium, qui dixit: Quatenus feciſtis uni horũ fratrum meorum minimorum, mihi feciſtis. Ad hoc uerò rectè faciendũ cõfert, quòd etiam tales ſint hi quibus miniſterium contingit. Quapropter oportet præfectos diligentius ipſorum curam gerere, ut ne uelut corporum amatores, uentri & uoluptatibus ſeruiant: ſed uelut Dei & Chriſti amatores, per patientiam perfectam fiant gloriatio Domini, in opprobrium diaboli, uelut iuſtus Iob. *Mat. 25*

Quæſtio CLXI

Qua humilitate debet quis miniſterium ſuſcipere à fratre?

Reſponſio.

Velut ſeruus ab hero, & qualẽ oſtendit Petrus Apoſtolus Domino miniſtrãte: in quo etiam periculum eorum qui miniſterium non admittunt, diſcimus. *Ioan. 13*

Quæſtio CLXII

Qualem inter nos dilectionem habere nos oportet?

Reſponſio.

Qualem Dominus oſtendit ac docuit, dum ait: Diligite uos mutuò, quemadmodum ego dilexi uos. Maiorem hac charitatem nemo habet, ut quis animam ſuam ponat pro amicis ſuis. Si uerò animam ponere oportet, quanto magis promptitudinem in particularibus oſtendere neceſſarium eſt? non ad humana officia, ſed ad id quod unicuiq; conducit, iuxta ſcopum complacendi Deo. *Ioan. 15*

Quæſtio CLXIII

Quomodo poterit quis dilectionem erga proximum acquirere?

Reſponſio.

Primùm quidem ſi timeat iudicium prætergredientium mandatum Domini, qui dixit: Qui non credit filio, nõ uidebit uitã, ſed ira Dei manet ſuper ipſum. Deinde ſi quæratac uendicet uitam æternam. Nam mandatum ipſius uita æterna eſt. Primum autẽ & *Ioh. 3*

magnum

Luc.10 magnum mandatum eſt: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex omnibus uirib. tuis: Et ſecundum ſimile huic, Diliges proximũ tuum ue
Ioan.13 lut teipſum. Et ſi concupiſcat aſſimilari Domino, qui dixit: Mandatũ nouum do uobis, ut diligatis uos mutuò, quemadmodũ ego dilexi uos. Inſuper autem & ex talibus ratiocinationibus (ſi quidem benefactor eſt frater) debemus ipſi etiam ſecundum hominem charitatem, quam etiam Græci ſeruant, quemadmodum in Euangelio Dominus oſtendit
Mat.5 dicens: Et ſi diligentes uos diligitis, qualis ueſtra gratia eſt? Nam & peccatores eos qui diligunt ipſos diligunt. Si uerò maleficus, etiam ſic non ſolum propter mandatum, ſed etiam uelut maiorum beneficiorum collatorem diligere debemus, ſi modò Domino credimus, qui dixit: Beati eſtis quum opprobria in uos iecerint & perſecuti fuerint, & dixerint omne prauum uerbum contra uos, mentientes propter me: gaudete & exultate, quia merces ueſtra multa eſt in cœlis.

Quæſtio CLXIIII

Quid eſt, Nolite iudicare, & non iudicabimini, nolite condemnare & non condemnabimini?

Reſponſio.

Mat.7 Quum Dominus aliquando dicat, Nolite iudicare, & non iudicabimini: aliquando iu
Ioan.7 ſtum iudicium iudicare præcipiat, non à iudicando in totũ prohibemur, ſed iudicij differentiam docemur. In quibus autem iudicare oporteat, & in quibus non, manifeſtè tradit nobis Apoſtolus: in his quidem quæ in uniuſcuiuſq; poteſtate ſita ſunt, & à Scriptura
Rom. 2 non diſtincta dicens: Tu autem quid iudicas fratrem tuum? & rurſus: Non amplius igi
1. Cor 5 tur alter alterum iudicemus. In his uerò quæ diſplicent Deo, condemnans eos qui non iudicant, & ipſe ſuum iudicium producens dum ait: Nam ego quidẽ ut abſens corpore, præſens autem ſpiritu iam iudicaui uelut pręſens, ut is qui ſic hoc perpetrauit, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, cõgregatis uobis & meo ſpiritu, cũ poteſtate Dñi Ieſu, tradatur ſatanæ ad interitum carnis, ut ſpiritus ſeruetur in die Dñi Ieſu. Quare ſi quidem quid in noſtra poteſtate ſitum eſt, aut etiam ſæpe obſcurum eſt, ob hoc fratrem iudicare non
1. Cor. 4 oportet, iuxta id quod ab Apoſtolo de his quæ ignorantur dictum eſt: Quare non ante tempus quid iudicate, donec uenerit Dominus, qui & illuminabit occulta tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. At uerò iudicia Dei damnare, inexcuſabilis neceſſitas eſt, ut ne ſimul particeps fiat irę Dei is qui conticeſcit. Præterquam ſi quis eadem faciens cum eo qui in crimine hæret, dicendi libertatem non habeat ad iudicandum fratrem, quum audierit Dominum dicentem: Eijce primùm trabem ex oculo tuo, & tunc conſpicies ut eijcias feſtucam ex oculo fratris tui.

Quæſtio CLXV

Quomodo cognoſcet quis, utrum ex æmulatione Dei commoueatur contra fratrem peccantem, aut iraſcatur?

Reſponſio.

Pſal.105 Si cõtra omne peccatum perpeſſus fuerit id quod ſcriptũ eſt: Colliquefecit me æmulatio tua, quia obliti ſunt ſermonum tuorum inimici mei: manifeſta eſt Dei æmulatio. Ad miniſtratione autem etiam hîc prudenti ac ſolerti opus eſt, ad fidei ædificationem. Vbi autem hic affectus non prius animæ ineſt, ac ipſam mouet, motus quidem inæqualis eſt: in nulla uerò re ſcopus pietatis ac diuini cultus ſeruatur.

Quæſtio CLXVI

Quo affectu obedire oportet ad opus mandati urgenti?

Reſponſio.

Quanto affectu puer à fame detentus obedit nutrici uocanti ad ſumendum cibum, & omnis homo qui quærit uictum, obedit ei qui largitur ea quæ ad uitam conferunt: immò etiam multò plus, quanto præſtantior præſenti, eſt uita æterna. Nam mandatum Dei, inquit Dominus, uita ęterna eſt. Quod uerò eſt in pane eſus, hoc eſt in mandato operatio, ipſo rurſus Domino dicente: Meus cibus eſt ut faciam uoluntatem eius qui miſit me patris.

Quæſtio CLXVII

Qualis debet eſſe anima, quod omnino digna facta eſt in opere Dei deprehendi?

Reſponſio.

Reſponſio.

Qualis erat quæ dicit, Quis ſum ego Domine mi Dñe, & quę eſt domus mea, quod dilexiſti me? implens id quod ſcriptũ eſt: Gratias agentes patri, qui ſufficientes fecit nos Pſal. 118
ad portionem ſortis ſanctorum in luce, qui liberauit nos ex poteſtate tenebrarũ, & tran- Epheſ.5
ſtulit ad regnum filij dilectionis ipſius.

Quæſtio CLXVIII

Quo affectu ueſtitum aut calceamentum qualecunq; fuerit, accipere oportet?

Reſponſio.

Si quidem minora aut maiora quàm pro ſtatura ſunt, neceſſitatem cum conuenienti manſuetudine manifeſtet: ſi uerò de uilitate cõtendit aut quod non ſunt noua, memor ſit Domini dicentis: Dignus eſt, nõ ſimpliciter omnis, ſed operarius alimẽto ſuo: & percunctetur ſeipſum an pro dignitate præceptorum Dei aut promiſſionum quid operatus Mat.10
ſit. Et nunc non alia requiret, ſed de his quæ data ſunt ſolicitus erit, uelut qui præter meritum accipiat. Nam quod de alimento dictum eſt, in omni re corpori neceſſaria, uelut regulam habere oportet.

Quæſtio CLXIX

Si fratri iuniori præceptum fuerit, ut doceat aliquid natu grandiorem, quomodo ipſum aggredietur?

Reſponſio.

Velut qui implet miniſterium iuxta præceptum Domini Dei, timens ne cadat ſub iudicium eius qui dixit: Maledictus omnis qui facit opera Domini negligenter: cautus au- Hier.48
tem, ne forte faſtu tumens, in iudicium diaboli incidat.

Quæſtio CLXX

Num æqualiter attendere oportet: tum ei qui plus, tum qui minus rectè facit?

Reſponſio.

Quod in remiſſione peccatorum Dominus decreuit dum ait: Dimittuntur peccata ip Luc.7
ſius quia dilexit multum: cui autem parum dimittitur, parum diligit. Et quod de ſenioribus Apoſtolus conſtituit dum dixit: Qui benè præſunt ſeniores duplo honore digni 1.Tim.5
ſunt, maximè qui laborant in ſermone ac doctrina: hoc in omnibus talibus ſeruare par eſſe arbitror.

Quæſtio CLXXI

Si autem triſtetur qui minus rectè fecit, pientiore ipſi prælato, quomodo ipſi attendemus?

Reſponſio.

Talis manifeſtum ſe facit quòd ob maliciam cõdemnatus eſt, ex ſimilitudine parabolæ in Euangelio, in qua Dominus ad cõtriſtatos, quod aliqui æquale cum ipſis præmium accepiſſent, ait: Num oculus tuus malus eſt, quod ego bonus ſum. Et manifeſtum eſt in Mat.20
hoc & talibus iudicium Dei, per prophetam dicentem: Annihilatus eſt coram ipſo om- Pſal.14
nis malignè agens: eos uerò qui timent Dominum glorificabit.

Quæſtio CLXXII

Quali timore, aut quali certitudinis perfectione, aut quo affectu, corporis ac ſanguinis Chriſti participes fiemus?

Reſponſio.

Timorem quidem docet nos Apoſtolus dicens: Qui edit ac bibit indignè, iudicium 1.Cor.11
ſibiipſi edit ac bibit. At uerò certitudinis perfectionem inducit fides uerborum Dñi, qui dixit: Hoc eſt corpus meum, quod pro uobis datur, hoc facite in meam commemorationem. Et quum teſtimonium Ioannis prius gloriam uerbi teſtatum ſit, & incarnationis modum induxerit, dum dixit: Et uerbum caro factum eſt, & habitauit inter nos, & uidimus gloriam eius, gloriam uelut unigeniti à patre, plenum gratia & ueritate. Et quum Apoſtolus ſcripſerit: ui quum Q in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum inaniuit, forma ſerui aſſumpta, in ſimilitudinem hominum Phil.2
conſtitutus, & habitu repertus ut homo, humiliauit ſeipſum, factus obediens uſq; ad mortem, mortẽ autem crucis. Quum igitur anima his & talibus uerbis credens, maieſtatem gloriæ didicerit, & excellentiam humilitatis ac obedientiæ admirata fuerit, quod talis ac

tantus

tantus obediuit patri uſq; ad mortem pro noſtra uita. Arbitror quòd ac quiſierit affectū ad dilectionem, tum erga Deum & patrem, qui proprio filio nō pepercit, ſed pro nobis
Ioan.3 omnibus tradidit illum: tum erga unigenitum ipſius filium, qui obediuit uſq; ad mortē, pro noſtra redemptione ac ſalute. Et poteſt ſic Apoſtolum ſufferre, qui uelut terminum
2. Cor.5 quendam ſanis expoſuit bonam in his conſcientiam, dum inquit: Charitas enim Chriſti conſtringit nos illud iudicantes: Quod ſi unus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui erant, & pro omnibus mortuus eſt: ut uiuentes non amplius ſibijpſis uiuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit. Talem affectum ac præparationem habere debet is, qui particeps fit panis & poculi.

Quæſtio CLXXIII.

Num oportet pſalmodiæ tempore in domo, colloquium fieri?

Reſponſio.

Neutiquam oportet: exceptis his quibus cura demandata eſt, & obſeruatio boni ordinis, & adminiſtrationis ac operum atq;, hoc iuxta neceſſitatem urgentem: & neq; tūc incircumſpectè, ſed coniectatione facta & loci, & bonæ diſciplinæ, & reuerentiæ ac uitandæ offenſionis. Reliquis omnibus neceſſarium eſt ſilentium. Si enim in tempore diſſerendi, & in his quibus demandata eſt doctrinæ ratio, præceptum eſt ut ſileat primus, ſi
1. Cor.14 alij reuelatum fuerit, quanto magis in tempore pſalmodiæ ſilentium multis neceſſarium eſt?

Quæſtio CLXXIIII.

Quomodo poterit quis cum affectu & promptitudine facere mandata Domini?

Reſponſio.

Secundum naturam eſt experimentum iucundi ac utilis, & ipſa talium rerum expectatio inducit animæ affectum harum ac cupiditatem. Si igitur quis odio habuerit & abominatus fuerit iniquitatem, & purus fuerit ab omni peccato, à quo uelut à morbo corpus perdit cibi appetentiam, & patitur ciborum iniucunditatem; ſic etiam anima patitur circa iuſticias Dei ſegniciem ac tarditatem: & certior factus fuerit, quòd mandatum Dei uita æterna eſt, & omnia promiſſa ſeruantibus ipſum certa ac uera, acquiritur ab ip-
Pſal. 18 ſo affectus eius qui dixit: Iudicia Domini uera iuſtificata in idem, deſiderabilia ſuper aurum, & lapidem precioſum multum, & dulciora ſuper mel & fauum. Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea, in cuſtodiendis illis retributio multa.

Quæſtio CLXXV.

Quomodo apparet qui diligit fratrem iuxta Domini mandatum, & quomodo deprehenditur qui non ſic diligit?

Reſponſio.

Dilectionis duo hæc præcipua ſunt: triſtari quidem & ſolicitum eſſe ob ea, in quibus
Eſa.66. læditur is qui diligitur: gaudere autem contendere pro ipſius utilitate. Beatus igitur qui luget ob peccantem, cuius periculum horrendum eſt: & qui gaudet ſuper rectè facientē, cuius lucrum incomparabile, uelut ſcriptum eſt. Teſtatur autem & Paulus Apoſtolus dicens: Si afflictum fuerit unum membrum, compatiuntur omnia membra: pro ratione omnino dilectionis in Chriſto. Et ſi glorificatum fuerit unum membrum, iuxta ſcopum uidelicet complacentiæ erga Deum, congaudent omnia membra. Qui uerò non ita affe-
1. Cor.12 ctus eſt, manifeſtum ſe facit quod fratrem non diligit.

Quæſtio CLXXVI.

Mat. 5 Qui ſunt inimici quos diligere nobis præceptum eſt? & quomodo diligemus inimicos beneficentia erga ipſos ſolum, aut etiam ipſo affectu? & num hoc poſſibile eſt?

Reſponſio.

Inimici proprium eſt nocere ac inſidiari. Omnis igitur quocunq; modo lædēs aliquē, inimicus dici poterit, præcipuè uerò qui peccat. Nam quantum in ipſo eſt, lædit per diuerſos modos, & inſidiatur ei cum quo uerſatur ac congreditur. Quando quidem autem ex corpore & anima conſtat homo, ſecundum animam quidem diligamus tales, redarguentes ipſos ac commonefacientes, omniq; modo ad conuerſionē inducētes: ſecundū corpus uerò benefacientes ipſis, ubi opus habent rebus ad uitam neceſſarijs. Quòd autem dilectio in affectu eſt, omnibus manifeſtum eſt. Poſſibilitatem uerò oſtendit ac docuit Dominus, qui dilectionem patris & ſuam ipſius in obedientia uſq; ad mortem declarauit

clarauit pro inimicis,nō pro amicis. Velut teſtatur Apoſtolus dicens: Declarat autem Rom.5.
ſuam dilectionem erga nos: quod quum adhuc eſſemus nos peccatores, Chriſtus pro
nobis mortuus eſt. Et nos ad idem hoc adhortatur,dum dicit: Eſte igitur imitatores Dei Ephe.5.
uelut filij dilecti,& ambulate in dilectione: quemadmodum & Chriſtus dilexit nos,&
tradidit ſeipſum pro nobis oblationem & ſacrificiū Deo. Neq; uerò præcepiſſet bonus
ille & iuſtus,ſi non poſsibilitatem largitus eſſet: quam etiam in natura coactim ſitam eſſe
declarauit. Nam benefactores etiam beſtiæ naturaliter amant. Quid uerò tantum bene- Mat.10.
facit amicus,quantum inimici? qui propinant nobis beatitudinem,uelut Dominus di-
xit: Beati eſtis quum perſequuti fuerint uos,& contumelia affecerint, & dixerint omne
uerbum malum contra uos,mentientes propter me: gaudete & exultate,quoniam mer-
ces ueſtra multa eſt in cœlis.

Quæſtio CLXXVII.

Quomodo debent potentes geſtare impotentium infirmitates?

Reſponſio.

Si geſtare ac portare eſt tollere ac curare, iuxta id quod ſcriptum eſt, Ipſe infirmitates Eſaiæ 55.
noſtras ſuſcepit,& morbos portauit: non ſuſcipiēdo in ſeipſum,ſed in patientes curando
hæc ſita ſunt. Atque hic pœnitentiæ modus ac ratio congruet,per quem curabuntur im-
potentes ex potentiorum cura.

Quæſtio CLXXVIII.

Quid eſt illud, Alter alterius onera portate? & qualem legem impleueri- Rom.12.
mus hoc facientes?

Reſponſio.

Idem eſt cum prædicto. Graue enim eſt peccatum,trahens animam ad fundum infer-
ni,quod alter ab altero tollat ac auferat,ad conuerſionē ducendo peccātes. At uerò por-
tare pro tollere,familiare eſt etiam in uernaculo uſu, uelut ſæpe à multis ipſe audiui. Le-
gem autem Chriſti implebimus,qui dixit: Non ueni ad uocandum iuſtos, ſed peccato-
res ad pœnitentiam: & legem nobis poſuit, Si peccauerit frater tuus, uade reprehende Mat.18.
ipſum: ſi audierit te,lucratus es fratrem tuum.

Quæſtio CLXXIX.

Quomodo poteſt quis abſq; dilectione tantam fidem acquirere,ut montes transfe- 1.Cor.13.
rat: aut bona ſua omnia pauperibus det: aut tradat corpus ſuum ut exuratur?

Reſponſio.

Si recordamur Domini qui dixit: Faciunt enī ut ſpectentur ab hominibus: et reſpon- Mat.6.
ſi ipſius ad eos qui dixerunt: Domine Domine,nónne in nomine tuo prophetauimus?
& in nomine tuo dæmonia eiecimus? et in nomine tuo uirtutes multas fecimus? ad quos
dicit: Non noui uos unde ſitis. Non quòd mentiebantur, ſed quod Dei gratia ad pro-
prias uoluntates abuſi fuerant, id quod à dilectione erga Deum alienū eſt: nō difficulter
contemplari quæ dicta ſunt poſſumus. At uerò donum Dei fruſtra accipere & indignū,
nihil miri eſt. Deus enim in tempore bonitatis & longanimitatis,ſolem ſuum exoriri ſi-
nit ſuper bonos & malos. Sæpe uerò etiam ad utilitatem, aut illius ipſius qui donum ſu-
ſcipit,ſi fortè bonitatem Dei reueritus,pelliceatur ad curam complacendi ipſi, aut etiam
aliorum,iuxta id quod ab Apoſtolo dictum eſt: Quidam propter inuidiam & contentio Phil.1.
nem: quidam uerò etiam propter bonam uoluntatem Chriſtum prædicant. Quibus pau
lò poſt ſubiungit: Veruntamen omni modo,ſiue prætextu,ſiue in ueritate Chriſtus an-
nunciatur,etiam in hoc gaudeo.

Quæſtio CLXXX.

Quo affectu & attentione audire debemus ea,quæ aſſumptionis cibi tempore nobis
obiter prælegantur.

Reſponſio.

Ampliore uoluptate quàm qua edimus ac bibimus: ut demonſtretur mens, non ab- Pſal.18.
alienata ad corporis uoluptates: ſed quæ amplius exhilaretur uerbis Domini,iuxta affe-
ctum eius qui dixit: Et dulciora ſuper mel & fauum.

Queſtio CLXXXI.

Si fuerint fraternitates inter ſe uicinæ, & altera quidem inops degit,altera uerò ad im

pertiendum difficilior fuerit, quomodo oportet inopem erga non impertientem affici?

Reſponſio.

Qui docti ſunt in dilectione Chriſti etiam animam alter pro altero ponere, quomo-
Mat.25. do corporalibus rebus parcere poſſunt? uelut obliti eius qui dixit: Eſuriui, & non dedi-
Luc.16. ſtis mihi edere, &c. Si uerò contingat hoc, patientes eſſe oportet eos qui inopes ſunt, in certitudine ſolatij in futuro ſeculo, imitantes Lazarum.

Quæſtio CLXXXII.

Ex quibus fructibus probari debet, qui condolenter fratrem peccantẽ reprehendit?

Reſponſio.

Primùm quidem ex præcipuis cõdolentiæ affectibus, iuxta id quod ab Apoſtolo di-
ctum eſt: Si afflictum fuerit unum membrum, compatiuntur omnia mẽbra. Et quis ſcan-
1.Cor.12. dalo afficitur, & ego non uror? Deinde uerò, ſi ob omne peccatum ſimiliter cõteratur: & propter omnes peccantes, tum in ipſum, tum in alios ſimiliter contriſtetur ac lugeat: & ſi dum reprehendit non corrumpat traditum à Domino modum.

Quæſtio CLXXXIII.

Si contingat aliquos in fraternitate uiuentes inter ſe diſcordare, num periculo uacat charitatis gratia cum talibus conuerſari?

Reſponſio.

Ioan.17. Quum Dominus dixerit: Da pater, ut quemadmodum ego & tu unum ſumus, ſic etiã
Phil.2. ipſi unum ſint in nobis. Et quum Apoſtolus ſcripſerit: Vnanimes, idem ſentientes. Et
Act.4. quum Acta referant, quòd erat credentium cor unum, & anima una: hi quidem qui di-
ſcordant alieni à relatis ſunt. Dilectio uerò ſecundum rationem contingens, ſeruat quod
Prou.13. dictum eſt: Qui autem diligit, diligenter caſtigat. Quæ uerò non contingit ſecundum rationem, qualiſcunque tandem fuerit, reproba eſt: Domino ipſo dicente, Qui diligit patrẽ aut matrem ſuper me, non eſt me dignus.

Quæſtio CLXXXIIII.

Quomodo poterit quis, & quum adhortatur, & quum reprehendit, non ſolum conari ut ſcientificè loquatur: ſed etiam affectionem debitam conſeruare, & erga Deum, & erga illos ad quos uerba facit?

Reſponſio.

1.Cor.4. Si memor fuerit Apoſtoli qui dixit: Sic nos reputet homo, uelut miniſtros Chriſti, &
diſpenſatores myſteriorum Dei: non uelut propriam aliquam ſcientiam ex autoritate
1.Theſſ.2. diſpenſet: ſed uelut miniſterium Dei, in cura animarum ſanguine Chriſti redemptarum impleat, cum timore ac tremore erga Deum, iuxta eum qui dixit: Sic loquimur, non uelut hominibus placentes, ſed Deo probanti corda noſtra, & cum affectu & miſericordia erga audientes faciens quod dictum eſt: Velut ſi nutrix foueat filios ſuos, ſic deſiderantes uos uolumus tradere uobis non ſolum Euangelium Dei, ſed etiam animas noſtras.

Quæſtio CLXXXV.

Si quis in diſſertatione audientes coaffici uidens gaudeat, quomodo cognoſcet ſe ipſum, an affectu bono gaudeat, aut quodam affectu proprio?

Reſponſio.

Si in laudibus ſolis gaudium ſtatuerit, manifeſtus eſt quod proprio affectu mouetur. Si uerò laudantium ſtatim quidem circa audiendum prudentiã, ſpem obedientiæ ſubſeminantem doctus exhilaretur: poſtea uerò de utilitate ſolicitus, & aut conſentanea laudibus rectè facta in ipſis reperiens, gaudeat: aut nullam utilitatem cepiſſe laudatores uidens, triſtetur: gratias agat Deo, quòd uelut amans Deũ & fratres, dignus factus eſt commoueri, non quærens gloriam ſuam, ſed gloriam Dei & fratrum ædificationem.

Quæſtio CLXXXVI.

Quandoquidem talem dilectionem habere docemur, ut etiam animam pro amicis ponamus, diſcere auemus, pro qualibus amicis hoc uelle oportet?

Reſponſio.

Affectum quidem aut modum huius rectè facti, certum eſt eſſe diuerſum: alia enim ſæpe pro peccatoribus ſuſcipere licet, & alia pro iuſtis conari debemus. At uerò dile-

ctionem uſq; ad mortem oſtendere,& pro peccatoribus,& pro iuſtis docemur,nullo diſcrimine facto. Declarat enim dilectionē ſuam, inquit,erga nos Deus,quod quum adhuc peccatores eſſemus,Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Cæterùm ad ſanctos dicit Apoſtolus: Velut ſi nutrix foueat filios ſuos,ſic deſiderantes uos uolumus tradere uobis non ſolùm Euangelium Dei,ſed etiam animas noſtras,propterea quòd chariſsimi nobis facti eſtis. Rom.5. 1.Theſſ.2.

Quæſtio CLXXXVII.

Num à cognatis ſecundum carnem,unumquenq; aliquid ſuſcipere oportet?

Reſponſio.

Vt dent quidem cognati ea quæ ad ipſos pertinent,his qui ad Dominum acceſſerūt, neceſſarium eſt,& ut nihil ſubtrahant,ut ne ſacrilegij iudicium ſubeant. At uerò conſumi hæc in conſpectu illorum ad quos pertinere uidentur,plerunq; & illis ipſis elationis cauſa fit,& pauperibus qui ad eandem uitam acceſſerunt triſticiæ occaſio. Quare contingit illud,ob quod reprehēduntur Corinthij ab Apoſtolo,dum dixit: Pudefacitis eos qui non habent. Quapropter is cui cura eccleſiarum in loco demandata eſt,ſi fidelis fuerit,& prudenter diſpenſare potens,hunc ad imitationem eorum qui in actis ſunt tractet, qui ſanè ferentes ponebant ante pedes Apoſtolorum. Si autem talia diſpenſare non eſt omnium,ſed ſolum eorum qui cum probatione ad hoc deſignati ſunt, etiam id quod à talibus datum eſt,hic prout probauerit diſpenſabit. 1.Cor.11. Act.4.

Quæſtio CLXXXVIII.

Quomodo uidebimus eos qui olim nobis cohabitarunt,aut cognatos accedentes?

Reſponſio.

Velut Dominus oſtendit ac docuit,quum annunciatū eſſet ipſi: Mater tua & fratres tui foris ſtant,uidere te uolentes: ad quos obiurgatorio modo reſpondit, Quæ eſt mater mea,et qui ſunt fratres mei? Qicunq; enim fecerit uolūtatem patris mei,qui in cœlis eſt, hic meus frater & ſoror & mater eſt. Math.12.

Quæſtio CLXXXIX.

Si uerò etiam inuitarint nos,ad propria abducere uolētes, num oportet ipſos ferre?

Reſponſio.

Siquidem propter ædificationem fidei,is qui poteſt ſic abire cum probatione mittatur. Si uerò propter officium humanum,audiat Dominum dicentem ad eum,qui dixit: Permitte mihi ut abeam prius & renunciem his qui ſunt domi meæ. Nemo admota ad aratrum manu,& reſpiciens ad ea quæ poſt tergum ſunt,idoneus eſt ad regnum Dei. Si uerò de eo qui ſemel renunciare uoluit,tale iudicium eſt, quid oportet dicere de hoc? Luc.9.

Quæſtio CXC.

Num oportet miſereri cognatorum ſecundum carnem, ita ut ſalutem ipſorum concupiſcamus?

Reſponſio.

Qui natus eſt ex ſpiritu iuxta Domini uocem,& poteſtatē accepit fieri filius Dei,eum cognationis ſecundum carnem pudet. Cognatos autem ſtatuit eos qui cognati ſunt fidei,de quibus Dominus teſtatus eſt,dum dixit: Mater mea & fratres mei hi ſunt qui audiunt ac faciunt ſermonem Dei. Et miſereatur hic omnium quidem qui à Domino elongantur,ſed & cognatorum ſecundum carnem, uelut omnium. Si uerò quis amplius ergà hos affectus,proprij affectus patronum habere ſe putat Apoſtolum dicentem: Optarim enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto,pro fratribus meis cognatis ſecundum carnem: talis diſcat ex his quæ ſequuntur, quod non cognationem ſecundum carnem: ſed ipſum Iſrael,& egregia Dei in ipſum facta Apoſtolus magnifacit ac honorat. Neque quoniam cognati ipſius eſſent ipſi Iſraelitæ,ſed quia Iſraelitæ erant qui eius ſecundum carnē cognati erant: & quia tot ac tantis beneficijs à Deo affecti eſſent. Nam ipſorum erat adoptio in filios,& gloria,ipſorum legislatio & cultus: ipſorū teſtamenta & promiſsiones: ipſorum patres,ex ipſis Chriſtus,quantum ad carnem attinet. Quapropter tanti ipſorū ſalutem facit,non ad cognationē reſpiciens,ſed ad Domini pro ipſis incarnationem,qui dixit: Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. Ioan.3.

Quæſtio CXCI.

Quis eſt manſuetus?

Reſponſio.

Qui immutabilis eſt in iudicijs eorum quæ ad complacendum Deo ſtudio habemus.

Quæſtio CXCII.

Quæ eſt triſticia ſecundum Deum, & quæ mundi?

Reſponſio.

Triſticia ſecundum Deum eſt, quum quis ob mandati negligentiam ac contemptum
Pſal.129. triſtatur, iuxta id quod ſcriptum eſt: Triſticia occupauit me præ peccatoribus relinquentibus legem tuam. At uerò mundi triſticia eſt, ubi quid humanum & mundo dignũ fuerit quod triſticia afficit.

Quæſtio CXCIII.

Quale eſt gaudium in Domino, & quid ubi fecerimus gaudere debemus?

Reſponſio.

Gaudere his quæ ſecũdum mandatum Domini ac gloriam Dei fiunt, gaudium in Do
Math.10. mino eſt. Quũ igitur mandata Domini fecerimus, aut propter nomen Domini aliquid perpetiemur, gaudere & alter alteri congaudere debemus.

Quæſtio CXCIIII.

Qualem luctum ſuſceperimus ut beatitudine digni fiamus?

Reſponſio.

Continetur hæc quæſtio in triſticia ſecundum Deum, quum ob peccata lugemus, aut
Ezech 18. ob ignominiam Dei, quod per legis tranſgreſſum quis Deum ignominia afficit, aut ob
Eſa. 59. periclitantes in peccato: Anima enim, inquit, peccans, ipſa morietur: imitantes eum qui dixit, Et lugebo multos qui prius peccauerunt.

Quæſtio CXCV.

Quomodo omnia ad gloriam Dei quis facit?

Reſponſio.

Quum omnia propter Deum ſecundum mandatum Dei fecerit, & in nulla re laudes
Mat.5. ab hominibus reſpexerit. Vbiq; uerò Domini memor fuerit qui dixit: Sic luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uideant ueſtra bona opera, & glorificent patrem ueſtrum qui in cœlis eſt.

Quæſtio CXCVI.

Quomodo edit ac bibit quis ad gloriam Dei?

Reſponſio.

In memoria benefactoris, & in tali animæ affectu qui teſtatur ex corporis ſtatu, quòd non uelut curarum exors edit, ſed uelut qui habet inſpectorem Deum. Sed & in ſcopo aſſumptionis, quum nõ uelut ſeruus uentris propter uoluptatem edat: ſed uelut operarius Dei, propter firmitatem in operibus ſecundum mandatum Domini.

Quæſtio CXCVII.

Quomodo facit dextera, ut ne cognoſcat ſiniſtra?

Reſponſio.

Quum minimè ſubleſta & intenta cupiditate complacendi Deo, mens ex toto ſolicita ne à conuenienti officio excidat, legitimè decertat: tunc nullius rei ac ne partis quidem alterius corporis cogitationem ſuſcipit, niſi illius ſolum quæ ad propoſitum conducit. Quemadmodum artifex in ſingulis operibus ad ſolum illud reſpicit inſtrumẽtum, quod ipſi ad opus abſoluendum confert.

Quæſtio CXCVIII.

Quid eſt humilitas? & quomodo ipſam acquiremus?

Reſponſio.

Phil.2. Humilitas quidem eſt putare omnes ſibijpſi præminere, iuxta Apoſtoli definitionẽ.
Mat.11. Acquiſierit autem quis ipſam, primùm ſi recordatus fuerit mãdati Domini, qui dixit: Di
Luc.17. ſcite à me quod mitis ſum ac humilis corde: id quod multis locis ac modis, & demonſtrauit & docuit. Et ſi crediderit quod qui humiliat ſeipſum, exaltabitur. Deinde, ſi ex æquo & indeſinenter in omni negocio, humilitatis ſtudijs deditus fuerit, & in ipſis ſe exercebit. Vix

bit. Vix enim hoc modo per aſsiduam meditationem humilitatis habitum adipiſci poterit: quemadmodum etiam in artibus fieri ſolet. Idem modus acquiſitionis etiam in omni uirtute ſecundum mandatum Domini noſtri Ieſu Chriſti exiſtit.

Quæſtio CXCIX.

Quomodo quis promptus fieri poterit, etiam ad pericula pro mandato Domini ſubeunda?

Reſponſio.

Primùm quidem ſi recordatus fuerit, quòd ipſe Dominus pro nobis obediuit patri uſque ad mortē. Deinde ſi certior factus fuerit de poteſtate mandati, quod uita æterna eſt, uelut ſcriptum eſt. Deinde ſi crediderit Domino, qui dixit: Quicunque uoluerit animā ſuam ſeruare, perdet ipſam: qui uerò perdiderit animam ſuam propter me, & Euangelium, hic ſeruabit ipſam. Phil.2 Mat.16

Quæſtio CC.

Qui antea in opere Dei defatigati ſunt, quomodo recens accedentes iuuare poſſunt?

Reſponſio.

Siquidem robuſti ſunt corpore, in eo quod impigrum ſtudium oſtendant, & formam ſeipſos exhibeant omnis rectè facti. Si uerò debiles ſunt, in tali animæ ſtatu, ut appareat & in facie, & in omni motu certitudo de inſpectiōe Dei, & præſentia Domini, & in proprietatibus charitatis ab Apoſtolo enumeratis, dum dixit: Charitas patiens eſt, benigna eſt, non inuidet, non agit perperam, non inflatur, non inhoneſtè ſe gerit, non quærit quæ ſua ſunt: nō irritatur, non reputat malum: non gaudet in iniuſticia, congaudet autem ueritati: omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet: charitas nunquam excidit. Hæc enim omnia etiam in debili corpore perfici poſſunt. 1.Cor.13

Quæſtio CCI.

Quomodo poterit quis aſſequi in oratione intentionem?

Reſponſio.

Si certus fuerit ob oculos eſſe Deum. Si enim quis principem uidens aut præfectum, & cum ipſo loquens, intentos oculos habet: quanto magis is qui adorat Deum, minimè ſubleſtam mentem habebit ab eo qui ſcrutatur corda & renes, implens id quod ſcriptum eſt: Eleuantes ſanctas manus abſq; ira & diſceptationibus. Pſal.7 1Tim.2

Quæſtio CCII.

Num poſsibile eſt in omnibus & ſemper obtinere intentionē, & quomodo quis hāc acquiſierit?

Reſponſio.

Quod poſsibile eſt oſtēdit is qui dixit: Oculi mei ſemper ad Dominum: et, Conſpiciebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quia à dextris meis eſt, ut ne cōmouear. Quo modo autem poſsibile ſit, prædictum eſt. Nempe in eo, quòd quis nō dat tempus ocij animæ, à meditatione de Deo, & operibus Dei ac donis, & à confeſsione ac gratiarum actione pro omnibus. Pſal.24

Quæſtio CCIII.

Vtrum rectè factorum, ſecundum mandatum Domini, una menſura in omnibus eſt, aut alius ampliorem habet, alius uerò minorem?

Reſponſio.

Quod non eſt una menſura in omnibus, ſed alij plus concreditum eſt, itemq; plus oſtendit: alij uerò minus, ex Domini uerbis manifeſtum eſt, qui nunc quidem dixit: Qui uerò in terram bonam ſeminatus eſt, hic eſt qui uerbum audit & intelligit, qui ſanè fructum fert & facit, alius centuplum, alius ſexagecuplum, alius trigecuplum: id quod etiā in eo qui minam ſuſcepit reperitur: nūc uerò, Alij quidem dedit quinq; talenta, alij duo, alij unum. Mat.13

Quæſtio CCIIII.

Quomodo dignus fit quis Spiritus ſancti particeps fieri?

Reſponſio.

Dominus noſter Ieſus Chriſtus docuit, ubi dixit: Si diligitis me, mandata mea ſeruate, & ego rogabo patrem, & alium paracletū dabit uobis, ſpiritum ueritatis, quem mun- Ioan.14

dus non poteſt capere.Quamdiu igitur omnia mandata Domini non ſeruamus,neq; ſu-
mus tales ut teſtimonium ab ipſo feramus,nimirum Vos non eſtis ex hoc mundo:Spiri-
Ioan.15 tus ſancti participes fieri ne ſperemus.

Quæſtio CCV

Mat.5 Qui ſunt pauperes ſpiritu?

Reſponſio.

Ioan.6 Quum Dominus dicat,nunc quidem, Verba quæ ego loquutus ſum uobis,ſpiritus
ſunt & uita:nunc uerò,Spiritus ſanctus docebit uos omnia, & cõmonefaciet de his quæ
dixero uobis.Non eñ loquetur,inquit,à ſemetipſo, ſed quæcunq; audiet à me, hæc lo-
quetur. Hi pauperes ſunt ſpiritu,qui non ob aliam cauſam pauperes facti ſunt, ſed pro-
Luc.18 pter doctrinam Domini qui dixit: Vade,uende omnia quæ habes, & da pauperibus.Si
uerò quis etiam quomodocunq; accedentem paupertatem ſuſceptam gubernet ad uo-
luntatem Dei,uelut Lazarus,neq; hic à beatitudine alienus eſt.

Quæſtio CCVI

Mat.6 Quum Dominus præcipiat,ut ne ſoliciti ſimus, quid edamus aut quid bibamus,aut
quid induamus,quatenus tendit mandatum,aut quomodo perficitur?

Reſponſio.

Phil.2 Mandatum quidẽ tendit uſq; ad mortẽ,uelut etiam omne mandatũ.Nam & Dñs obe-
diuit uſq; ad mortẽ.Perficitur aũt per confidentiam in Deum.Nam Dominus ubi ſolici-
tudinem interdixit,adiungit promiſsionem,dicens: Nouit enim pater ueſter quibus o-
2.Cor.1 pus habetis,antequam uos petatis ipſum.Talis erat Apoſtolus,dicens:Sententiam mor-
tis habuimus,ne confidentes eſſemus in nobiſipſis,ſed in Deo qui ſuſcitat mortuos:iux-
ta iudicium quidem & animæ promptitudinem quotidie moriens:iuxta bonã uerò Dei
uoluntatem ſeruatus.Quapropter cũ fiducia dixit, Velut moriẽtes,& ecce uiuimus.Ad-
iuuat autem talem promptitudinẽ etiam feruens ſtudium, & inexplebilis concupiſcen-
tia circa mandata Domini: à qua detẽtus neq; ociũ habet,ut ſolicitus ſit de corporis cura.

Quæſtio CCVII

Itaq; ſi neq; ſolicitum eſſe oportet de neceſſarijs ad uitam,& aliud præceptum eſt Do-
mini qui dixit:Operamini non cibum qui perit:ſuperfluum eſt operari?

Reſponſio.

Ipſe Dominus in utroq; loco præceptum ſuum declarauit. Illic enim poſtquam inter-
dixit,quærere ea quæ pertinent ad uitã,dum ait:Ne quærite quid edatis aut bibatis,hæc
enim omnia gentes mundi requirunt,imperauit dicens: Verùm quærite regnum Dei &
iuſticiam ipſius.Quomodo uerò quærere oportet, per eos qui digni facti ſunt,declara-
uit.Hic uerò ubi prohibuit operari cibum qui perit,docuit operari cibũ qui permanet in
uitam æternam.Quem ipſe rurſus in alio loco indicauit, dum dixit: Meus cibus eſt ut fa-
Ioan.4 ciam uoluntatem eius qui me miſit patris.Si autem uoluntas Dei eſt eſurientem nutrire,
Mat.25 ſitientẽ potare,nudum ueſtire,& reliqua:omnino neceſſe eſt imitari Apoſtolum dicen-
tem: Omnia oſtendi uobis, quod ſic laborantes oportet ſubuenire infirmis: & obedire
Act.20 ipſi dicenti,Imò potius laboret operans proprijs manibus bonum, ut habeat quod im-
1.Theſſ.4 pertiat ei qui opus habet.His igitur ſic nobis à Domino per Euangelium & Apoſtolum
traditis,manifeſtum eſt,quod ſuijpſius cauſa ſolicitum eſſe aut operari, omnino interdi-
ctum eſt.Verùm iuxta mandatum Domini,propter neceſsitatem proximi ſolicitũ eſſe,
ac diligentius operari oportet:maximè quum in ſeipſum recipiat ſtudium in eos qui ipſi
ſunt dicati,& pro hoc regnum cœlorum promittat.

Quæſtio CCVIII

Num bonum eſt in totum ſilentium exercere?

Reſponſio.

Silentij bonitas tẽpore & perſona probatur,uelut ex diuina Scriptura diſcimus.Tem-
Prou.11 pore quidem,ut quum dicat: Prudens in tempore illo tacebit,quia tempus malum eſt.
Pſal.38 & rurſus:Poſui ori meo cuſtodiam, quum conſiſteret peccator aduerſum me.Perſona
1.Cor.14 uerò,uelut quum ſcribat Apoſtolus:Si uerò alij reuelatum fuerit ſedenti, primus taceat.
& rurſus:Mulieres ueſtræ in Eccleſijs taceant. Aliquando uerò etiam in his qui intem-
perantiorem linguam habent,& hoc ſeruare non poſſunt: Omnis ſermo prauus ex ore
ueſtro

ueſtro ne procedat, ſed qui bonus eſt ad fidei ædificationem: neceſſarium eſt perfectum ſilentium, donec in hoc à uitio petulantiæ in ſermonibus curentur, ut diſcere per ocium poſsint, quando & quid, quomodo loqui oportet, quo (uelut ſcriptum eſt) det gratiam audientibus.

Quæſtio CCIX

Quomodo poterimus timere iudicia Dei?

Reſponſio.

Omnis mali expectatio ſecundum naturam timorem inducit. Sic enim & beſtias timemus, & principes, mali alicuius experientiam ex ipſis expectantes. Si igitur quis crediderit ueras eſſe minas Domini, et expectauerit horrendam ac uehementiſsimam ipſorum experientiam, timebit iudicia.

Quæſtio CCX

Quis eſt qui ab Apoſtolo traditus eſt amictus honeſtus?

Reſponſio.

Vſus ad proprium ſcopum decorus, qui coniectat tempus, locum, perſonam, neceſsitatem. Non enim eadem approbat ratio tempore hyemis ac æſtatis: neq; idem eſt habitus operarij & quieſcentis, militis & priuati, uiri & fœminæ.

Quæſtio CCXI

Quæ eſt menſura dilectionis erga Deum?

Reſponſio.

Supra uires ſemper animam extendere ad uoluntatem Dei, iuxta ſcopum & concupiſcentiam gloriæ ipſius.

Quæſtio CCXII

Quomodo acquiritur dilectio erga Deum?

Reſponſio.

Si cum bona conſcientia & bono animo affecti fuerimus ob ipſius beneficia, id quod & in brutis contingit. Videmus enim & canes panem ſolum dantem diligentes. Diſcimus etiam hoc ex his, quæ per Eſaiam prophetam reprehenſorio modo dicta ſunt, ſic: Filios genui & exaltaui, ipſi aũt ſpreuerunt me: cognouit bos poſſeſſorem, & aſinus præſepe Domini ſui, Iſrael aũt me non cognouit, & populus me non intellexit. Quemadmodũ enim boui & aſino, ex beneficentia altoris dilectio erga ipſum ſua ſponte innaſcitur: ſic & nos ſi intelligentes ac grati beneficia ſuſceperimus, quõ Deum tot ac tantorum benefactorem nõ diligemus? quum ſecundum naturam (ut ita dicam) & citra doctrinam talis affectus ſanæ animæ innaſcatur. Eſa.1

Quæſtio CCXIII

Quæ ſunt ſigna dilectionis erga Deum?

Reſponſio.

Ipſe Dominus docuit nos, ubi inquit: Si diligitis me, mandata mea ſeruate. Ioan.14

Quæſtio CCXIIII

Benignitas & bonitas quatenus inter ſe differunt?

Reſponſio.

Quum Dauid dixerit, nunc quidem: Benignus eſt Dominus uniuerſis. &, Benignus homo qui miſeretur ac commodat. nunc uero: Benefac Domine bonis. Et Hieremias, Bonus eſt Dominus ſuſtinentibus ipſum: amplius ſeipſam dilatare arbitror benignitatẽ ad ipſum factum, erga quoſcunq; tandem qui hac opus habent. Contractam autem eſſe bonitatem & iuſticiæ rationibus in beneficijs utentem. Pſal.144 Pſal 124 Thren.3

Quæſtio CCXV

Quis eſt pacificus ille qui à Domino beatus prædicatur?

Reſponſio.

Qui Dño cooperatᷓ, iuxta Apoſtolũ qui dixit: Pro Chriſto legatione fungimur, tanq̃ Deo exhortante per nos, obſecramus pro Chriſto, reconciliemini Deo. & rurſus: Iuſtificati ex fide, pacem habeamus erga Deum. Nam pax quæ aliter ſe habet, relata eſt à Domino, ubi ait, Pacem meam do uobis, non uelut mundus dat ego do uobis. 2.Cor.5 Rom.5 Ioan.14

Quæſtio CCXVI

In qua re conuerti oportet ac fieri uelut pueros?

Reſponſio.

Mat.18 Ipſa Euangelij tractatio docet nos propoſitũ, declarãs ad quid dictũ ſit hoc, ut ne queramus præminentiã: uerũ naturæ æqualitatẽ cognoſcamus, & æqualitatẽ amplectamur erga eos qui in quibuſdã inferiores eſſe uidentur. Tales enim ſunt etiã pueri inter ſe, qui ſanè nondum ſunt adſueti ad maliciam in mundo diuerſantium.

Quæſtio CCXVII

Quomodo ſuſceperimus regnum Dei uelut puer?

Reſponſio.

Si tales fiamus ad doctrinã Dñi, qualis eſt puer in diſciplinis, non contradicens, neq; contendens aduerſus præceptores: ſed fideliter & obedienter ſuſcipiens doctrinas.

Quæſtio CCXVIII

Qualem prudentiam à Deo petere debemus, aut quomodo ipſa digni fieri poſſumus?

Reſponſio.

Hier.9 Prudentiam quidem ab ipſo Deo per Prophetam diſcimus, dicentem: Ne glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & ne glorietur fortis in fortitudine ſua, & ne glorietur diues in diuitijs ſuis: ſed in hoc glorietur qui gloriatur, quod intelligat ac cognoſcat Dominum.
Rom.12 & per Apoſtolum, dum ait: Sed intelligentes quę ſit uoluntas Domini. Poſſumus autem
Ioan.5. hac digni fieri, ſi fecerimus id quod ſcriptum eſt: Operam date & cognoſcite quod ego ſum Deus: & ſi crediderimus uerum eſſe omne uerbum Dei. Si enim non credetis, inquit, non intelligetis.

Quæſtio CCXIX

Si beneficium ab aliquo acceperimus, quõ poterimus & Dño debitam gratiarum actionem puram ac integram reddere: & erga benefactorem peritè explere, ita ut neq; relinquamus neq; tranſgrediamur menſuram?

Reſponſio.

Si Deum quidem & principem & autorem omnis boni eſſe certò cognouerimus: iſtum uerò uelut miniſtrum actionis Dei agnouerimus.

Quæſtio CCXX

Num omnibus uolentibus conuenire ſorores, permittere id oportet? Aut quis, & quando, & quomodo ſorores conueniet?

Reſponſio.

De his dictum eſt in quæſtionibus diffuſè explicatis, quod neq; uirum uir, ita ut cuiq; pro poteſtate liceat, ſimpliciter & pro ut contigit, alter alterum conuenire debet: uerùm cum probatione is qui poteſt iuuare & iuuari, nedum mulierem. Si uerò quis memor eſt
Mat.12 Domini, qui dixit: Omne ocioſum uerbum quod loquẽtur homines, reddent de ipſo rationem, in die iudicij: is in omni negocio tale iudicium timuerit, & obedit Apoſtolo qui
1.Cor.10 dixit: Siue editis, ſiue bibitis, ſiue aliquid facitis, omnia ad gloriam Dei facite. & alibi:
1.Cor.14 Omnia ad ædificationem fiant: & nihil ſuſtinet facere ocioſè & inutiliter. At uerò quis, & quando, & quomodo, ut tempus & locus & perſona probetur, à quibus alicuius mali ne ſuſpicio quidem erit, & offendiculum in omnibus cauebitur, & congreſſus ad fidei ædificationem contingit. Sed neq; unam perſonam cum una congredi, doctrinæ ratio
Eccle.4 permittit. Boni ſunt duo, inquit, potius quàm unus, ſimul aũt & fide digni. Væ aũt uni, quia ſi ceciderit, non eſt qui leuet ipſum.

Quæſtio CCXXI.

Mat.26 Quum Dñs doceat orare, ut ne incidamus in tentationem, num oportet orare ut ne in corporales dolores incidamus? Si uerò quis inciderit, quomodo tranſibit?

Reſponſio.

Mat.6 Non diſtinxit tentationis qualitatem, uerùm uniuerſaliter præcepit: Orate ne intretis in tentationem. Inductum autem unà cum tentatione etiam euentum ſufferre poſſe,
Mat.24 à Domino petendum eſt, ut perficiatur nobis illud: Qui uerò uſq; in finem perſeuerauerit, hic ſaluus erit.

Quæſtio CCXXII.

Quis eſt uniuſcuiuſq; noſtrum aduerſarius? aut quomodo erga ipſum beneuoli erimus?

Reſponſio.

Obſeruanter hîc Dn̄s aduerſariū uocat eum, qui auferre quid conat̄ ex his quæ ad nos pertinent. Beneuoli aut ſumus erga ipſum, ſi ſeruauerimus pręceptū Dn̄i, qui dixit: Qui uult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam accipere, ei dimitte etiam pallium: & in omni huiuſmodi re ſimiliter. Mat.5.

Quæſtio CCXXIII.

Quum Dn̄s dixerit: Tu uerò quum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua, ne uidearis hominibus ieiunare: qui ob aliquam placentem Deo rationem ieiunare uult, quemadmodum etiam ſancti ſæpe feciſſe comperiuntur, ubi non uult ab hominibus uideri, quid facere debet? Mat.6.

Reſponſio.

Hoc præceptū pertinet ad eos qui ſtudio habent facere mandatū Dei, ad hoc ut ab hominibus uideantur, ut à uitio cōplacendi hominibus curentur. Nam quod mandatū Dn̄i ad gloriā Dei fiens ſecundum naturā, ineptum eſt ad hoc ut celetur apud eos qui Deū amant, Dominus oſtendit dum ait: Non poteſt ciuitas occultari quæ ſupra montem ſita eſt, neq; accendunt lucernam, & ponunt ipſam ſub modium. Mat.5.

Quæſtio CCXXIIII.

Num etiam nunc alij à prima hora operantur, alij ab undecima, & qui ſunt?

Reſponſio.

Fortaſsis nouiſsimū eſt hoc omnib. ex his quæ in diuina Scriptura narrant̄, quòd multi quidem ſunt iuxta Apoſtoli teſtimoniū, qui à puero ſacras literas diſcunt. Multi uerò ad Cornelij ſimilitudinē, qui naturalibus motibus integrè utuntur: uerùm ad perfectionem ſecundū ſcientiā tardi ſunt, propter defectum præceptorum. Quō enim credēt, in quit, ſi nō audierint? Si igit̄ contigerit aliquos eſſe ad Cornelij ſimilitudinē, qui circa nullum malum occupati ſint, & in concupiſcentia perfectionis, ea quæ ipſis poſsibilia ſunt, & in ipſorū noticiā ueniunt bona legitimè oſtēdant, his Deus largit̄ ea quæ & Cornelio, non reputans præteritum tempus ad ſegniciei crimen: nam non ipſorum culpa (ueluti dixi) admiſſa eſt: ſed contentus concupiſcentia declarata per ea quæ opportunè ſtudio habuerunt, & ob finem diligentius perfecerunt. 2.Tim.3. Rom.10.

Quæſtio CCXXV.

Quum Dominus dixerit, Vbi duo aut tres fuerint congregati in nomine meo, illic ſum in medio ipſorum: quomodo hoc digni fieri poterimus? Mat.18.

Reſponſio.

Qui in nomine alicuius congregati ſunt, omninò ſcire debent ſcopum eius qui ipſos congregauit, & ad ipſum ſeipſos componere, ut complacentiæ gratiam inueniant, & non maliciæ aut negligentiæ iudicium incidant. Quemadmodum enim qui uocati ſunt ab aliquo, ſiquidem ſcopus metendi propoſitus fuerit ei qui uocauit, ad ipſum ſe ipſos præparant: ſi uerò ſcopus ædificandi, ad ædificationem ſe parant. Sic nos qui uocati ſumus à Domino, memores eſſe debemus Pauli dicentis: Adhortor uos ego uinctus in Domino, ut dignè uocatione ambuletis, qua uocati eſtis, cum omni humilitate & manſuetudine, cum patientia ſufferentes uos mutuò in dilectione, ſtudentes ſeruare unitatem ſpiritus in uinculo pacis, unum corpus, & unum ſpiritum, quemadmodum & uocati eſtis in una ſpe uocationis ueſtræ. Clarius autem oſtendit nobis totam rem Dominus per promiſsionem ad unum, dicens: Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diliget ipſum, & ad ipſum ueniemus, & manſionem apud ipſum faciemus. Sicut igitur manſio fit apud hunc ex mandatorum obſeruatione: ſic etiam duobus aut tribus congregatis, in medio ipſorum eſt, ſi ad uoluntatem ipſius ſe compoſuerint. Qui uerò non dignè uocatione, neq; ad uoluntatem Domini cōgregati ſunt, etiamſi in nomine Domini ſimul congregati eſſe uideantur, audiunt tamen: Quid me uocatis Domine Domine, & non facitis ea quæ dico? Ephe.4. Ioan.14.

Quæſtio

Quæſtio CCXXVI.

Quum Apoſtolus dicat, dum obiurgamur, benedicimus, dum conuicijs im-
1.Cor.4. petimur, cõſolamur: quomodo debet benedicere is qui obiurgatur, aut quid
conſolari is qui conuicijs ac blaſphemijs impetitur?

Reſponſio.

In uniuerſum arbitror Apoſtolum hîc docere nos à ſuis ipſius factis, omnes patientia
malorum uti, & bona rependere his qui mala faciũt: ut non ſolum in cõuiciante hoc fiat,
Rom.12. ſed etiam in omni perperam agente, ut impleatur id quod dictum eſt: Ne uincaris à ma-
Eſa.40. lo, ſed uince in bono malum. Conſolationis aũt uocem uſurpare ſolet Scriptura, nõ iuxta
conſuetudinis uſum: ſed ad inducendum cor ad certitudinem ueritatis: uelut in hoc, Cõ-
Rom.1. ſolamini populum meũ dicit Deus. Sed & Apoſtolus dicit: Deſidero enim uidere uos,
ut impertiar uobis donum aliquod ſpirituale, ad confirmandũ uos: hoc eſt, ut conſolatio
2.Cor.7 nem capiatis in uobis per fidem mutuam, ueſtram & meam. Et alibi: Sed qui conſolatur
humiles, conſolatus eſt nos Deus in præſentia Titi.

Quæſtio CCXXVII.

Num oportet unũquenq; etiã ad alios referre ea quæ ſapit, aut eum qui certi-
tudinem de his quæ Deo placent, habet, apud ſeipſum continere?

Reſponſio.

Eſa.5. Memores ſententię Dei qui dixit per Prophetam: Væ uobis qui prudentes eſtis in uo
Rom.1. bisipſis, & coram uobisipſis ſcientes: & Apoſtoli dicentis, Deſidero enim uidere uos, ut
impertiar uobis donum aliquod ſpirituale ad confirmandum uos: hoc eſt, ut conſolatio-
nem capiatis in uobis per fidem mutuam, ueſtram & meã: arbitramur neceſſarium eſſe re
ferre nos ad unanimes, & eos qui fidem ac intelligentiam declararunt, ut aut quod erro-
neum eſt corrigatur, aut quod ſincerum eſt confirmetur: & nos effugiamus prædictum
iudicium, quod eſt contra eos qui ſibijpſis prudentes ſunt.

Quæſtio CCXXVIII.

Num in omni re implere oportet uoluntatem eorum qui ſcandalo
offenduntur: aut ſunt quædam quæ oportet diſſimulare, etiamſi ali
qui offenduntur?

Reſponſio.

Manifeſtam in his differentiam in proprio loco interrogati declarauimus, & exactam
de hoc rationem, quantum uires noſtræ tulerunt, tradidimus.

Quæſtio CCXXIX.

Num oportet interdictas actiones impudentius omnibus publicare:
aut aliquibus, & his quibus?

Reſponſio.

Publicatio peccatorum hanc rationem habet: quã habet demõſtratio affectionũ cor-
poralium. Sicut igitur affectiones corporis nõ omnibus reuelant homines, neq; quibus-
Hier.10. uis, ſed his qui curationis ipſarũ experientiã habẽt: ſic etiã publicatio peccatorũ fieri de-
bet, coram his qui mederi poſſunt, iuxta id quod ſcriptũ eſt: Vos qui potentes eſtis, infir
mitates impotentium portate, hoc eſt, tollite per curationem.

Quæſtio CCXXX.

Quid eſt cultus diuinus? & quis rationalis cultus?

Latria, id eſt, cultus, eſt uelut arbitror, incerta & perpetua ac minimè ſubleſta cultura
1.Cor.12. eius quod colitur. At uerò differentiam rationalis cultus & irrationalis declarat nobis
Rom.12. Apoſtolus dum ait, nunc quidẽ: Scitis quòd quum gentes eratis, ad ſimulacra muta ab-
ducebamini, prout ducebamini: nunc uerò, Vt exhibeatis corpora ueſtra hoſtiam uiuen
tem, ſanctam, placentem Deo, rationalẽ cultum ueſtrũ. Qui enim abducitur prout duci-
tur, irrationalem cultũ præſtat, ut qui non præeunte ratione, proprio impetu ac propoſi
to mouetur, ſed ducentis poteſtate quocunq; ducat, & ut non uult fertur. Qui uerò cum
ratiõe ſana & cõſilio bono multaq; cura ſemper & ubiq; ſpectat ea quę Deo placẽt, eaq;
Pſal.118 peragit, hic implet mandatũ rationalis cultus, iuxta eum qui dixit: Lucerna pedibus meis
Lex tua, & lumen ſemitis meis. Et rurſus: Conſilium meum iuſtificationes tuæ.

Quæſtio CCXXXI.

Si frater malignè agat in me, & inimicus ſit mihi, aut aliquando etiã ſacerdos, num licet mihi data de inimico mandata etiam in ipſo ſeruare?

Reſponſio.

Dominus in mãdatis de inimicis, neq; inimici, neq; inimicitiæ differentiã inſinuauit: imò potius in præminentibus gradibus idẽ peccatũ grauius eſſe definiuit, dum dixit ad ipſos: Quid aũt uides feſtucã in oculo fratris tui, trabem uerò in oculo tuo nõ uides? Maximè igitur in talibus & his qui uidentur eſſe præminentiores ſtudio ac conſideratione opus eſt: ut & debitam curã ipſorũ, ſiue in conſolando, ſiue in redarguendo, cum conuenienti longanimitate faciamus, & reliquis omnibus ſecũdum Domini mandatũ in ipſis obſeruatis, inculpabiles noſipſos etiam hac parte ſeruemus. *Mat.7.*

Quæſtio CCXXXII.

Si quis iniuria ab aliquo affectus, nemini referat, ratione longanimitatis ac patiẽtiæ: uideatur aũt Deo iudicium deferre, num ſecundum Dominum facit?

Reſponſio.

Quum Dñs dixerit, aliquando quidẽ, Dimittite ſi quid habetis cõtra aliquẽ: aliquando uerò, Si peccauerit in te frater tuus, uade redargue ipſum inter te & ipſum ſolum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum: ſi uerò non audierit, aſſume tecum adhuc unum aut duos, ut in ore duorũ aut trium teſtium ſtet omne uerbũ. Si uerò non audierit ipſos, dic Eccleſiæ: ſi aũt & Eccleſiam non audierit, ſit tibi uelut ethnicus & publicanus. Longanimitatis fructum oſtendere oportet, ita ut Deo orationẽ pro eo qui iniuriam fecit, ex uero affectu offeramus, ac dicamus: Domine, ne ſtatuas ipſi peccatum: ut ne uelut iraſcentes fratri noſtro, iudicij rei ſiamus. Admonitionẽ autem & redargutionem afferre ei qui iniurius fuit, conſentaneum eſt: ut & illum ab ira ueniente ſuper filios inobedientiæ liberet: ſi uerò neglexerit, & ratione uidelicet propriæ longanimitatis conticuerit, duplex peccatum committit. Et quod ipſe mandatum tranſgreditur quod dicit, Redargutione redargues proximũ tuum, & non aſſumes propter ipſum peccatum: & particeps peccãtis ſit per ſilentium. Et quod eum quem poterat fortaſsis lucrari per redargutiones, uelut Dominus præcepit, in mundo perire dimittit. *Mat.6.* *Mat.18.* *Act.7.* *Ezech.3.*

Quæſtio CCXXXIII.

Ex omnibus rectè factis, ſi unum deficiat alicui, num ob hoc non ſaluatur?

Reſponſio.

Quum multa ſint tum in ueteri, tum in nouo Teſtamento, quæ nos de hoc certiores reddere poſsint, ſufficere arbitror credenti, etiam ſolum illud de Petro iudicium, qui in tot ac tantis rectè factis, & talibus prædicationibus ac laudibus Domini, ubi in uno ſolo non obedire uidetur, atque hoc neque ob ſegniciem, neque ob contemptum, ſed propter reuerentiam ac honorem Domini: ob ſolum hoc audit, Si non lauero te, non habes partem mecum. *Ioan.13.*

Quæſtio CCXXXIIII.

Quomodo mortem Domini quis annunciat?

Reſponſio.

Sicut Dñs docuit, dum dixit: Si quis uenit ad me, abneget ſeipſum, & tollat crucem ſuam: & Apoſtolus declarauit, ubi confeſſus eſt hoc, Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo: id quod in ipſo Baptiſmate iam ante pacti ſumus. Quicunq; eñ, inquit, baptizati ſumus in Chriſtũ Ieſum, in mortẽ ipſius baptizati ſumus. Ad quæ ſubiũgit interpretãs quid eſt in mortẽ Dñi baptizari: nempe, Vetus noſter homo ſimul crucifixus eſt, ut aboleretur corpus peccati, ut non amplius ſeruiamus nos peccato, uerùm ab omni ad uitam affectu mundi, digni ſiamus teſtimonio Apoſtoli, qui dixit: Mortui enim eſtis, & uita ueſtra occultata eſt cũ Chriſto in Deo, ut cõndẽtes liberè dicere poſsimus: Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. *Mar.10.* *Gal.6.* *Rom.6.* *Coloſ.3.*

Quæſtio CCXXXV.

Num conducit multa ediſcere ex Scripturis?

Reſponſio.

Quum duo ordines uniuerſales ſint, tum eorum quibus præfectura demandata eſt, tum

tum eorum qui ad obediendũ ut ſubditi ſint, ordinati ſunt in diuerſis donis: arbitrorq̧ is cui præfectura & cura plurium concredita eſt, ea quæ ad oẽs pertinent, ſcire ac ediſcere debet: ut oẽs doceat uoluntates Dei, ita ut ſingulis oſtendat ea quæ ad ipſos pertinẽt. V-
Rom.14. nuſquiſq; aũt aliorum memor Apoſtoli qui dixit: Ne quis plus ſapiat q̃ oportet ſapere: ſed ſapiat ad modeſtiã, prout unicuiq; Deus diuiſit: ea quæ ad ſe pertinent, diligenter di-
Mat.25. ſcat ac faciat, de nulla re amplius curioſus: quo dignus fiat uoce Domini qui dixit: Huc ades ſerue bone, ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam.

Quæſtio CCXXXVI.

Qui digni facti ſunt quatuor Euangelia ediſcere, quomodo hanc gratiam ſuſcipere debent?

Reſponſio.

Luc 12. Quum Dñs pronunciarit, Cui cõmiſſum eſt multum, ab eo abundantius exigent: am-
2.Cor.6. plius timere ac ſtudioſi eſſe debent, uelut Apoſtolus docuit, dum dixit: Cooperãtes aũt, etiã adhortamur, ne in uanum gratiam Dei ſuſcipiatis. Hoc aũt cõtingit, ſi crediderimus
Ioan.13. Domino dicenti: Si hęc ſcitis, beati eſtis ſi ipſa facitis.

Quæſtio CCXXXVII.

Qualis anima dirigitur ad uoluntatem Dei?

Reſponſio.

Mat.19. Quę ſuſcepit pręfecturã ac pręceptũ Dñi, qui dixit: Si q̃s uenit ad me, abneget ſemet-ipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Si eñ quis nõ antea perfecerit illud, abnegare ſemetipſum: &, tollere crucẽ: multa ex ſeipſo inuenit ſequendi impedimenta.

Quæſtio CCXXXVIII.

Num poſsibile eſt indeſinenter pſallere, aut legere, aut ſeria tractare de uerbis Dei: & nullum omnino temporis ſpacium fieri, ob accidentem aliquam neceſsitatem ſordidorum corporis officiorum?

Reſponſio.

De hoc Apoſtolus nobis regulam præſcribit, dum ait: Omnia honeſtè & ſecundum
1.Cor.14. ordinem fiant. Quare oportet magis honeſtatis ac boni ordinis curam habere, tum pro tempore, tum pro loco.

Quæſtio CCXXXIX.

Quis eſt bonus theſaurus, & quis malus?

Reſponſio.

Intelligẽtia quidẽ omnis in Chriſto uirtutis ad gloriã Dei, theſaurus bonus eſt. Intelligentia uerò maliciei eorũ, quę interdicta ſunt à Dño, theſaurus malus eſt. Ex quibus proferuntur (iuxta Dñi uocem) in proprijs utriuſq; factis ac uerbis, aut mala, aut bona.

Quæſtio CCXL.

Cur ampla porta & lata uia dicta eſt: quæ ducit ad interitum?

Reſponſio.

Dominus propter multã humanitatẽ, nominibus & uerbis rerum quæ fiunt uſus eſt, ad ueritatis dogmata declaranda. Quemadmodum igitur digreſsio à recta uia, in terra multam amplitudinem habet: ſic, inquit, qui digreditur à uia ducente ad regnum cœlorum, in multa amplitudine erroris reperitur. Amplam aũt & latam eandem eſſe arbi-
Phil.3. tror. Nam latum etiam apud externæ eruditionis doctos, amplum dicitur. Regio igitur, hoc eſt, locus erroris amplus eſt, cuius finis interitus eſt.

Quæſtio CCXLI.

Quomodo arcta porta, & anguſta eſt uia, quæ ducit ad uitã? & quomodo quis per ipſam ingreditur?

Reſponſio.

Rurſus etiam hic arctum & anguſtum, non aliud & aliud quid ſignificant, ſed arctitudinis intenſionem anguſtum declarat, in tantum uia coarctata, ut prematur, hoc eſt, in anguſtijs concludatur uiator utrinq;, omni digreſsione periculoſa exiſtente, ſiue ad dexteram ſiue ad ſiniſtram: uelut in ponte, undiquaq; ſubterlabente fluuio declinantẽ ſuſcipi-
Pſal.139. ente. Quapropter, inquit Dauid, contigua uiæ ſcandala poſuerunt mihi. Oportet igitur eum qui per arctam & anguſtam uiam ingredi ad uitam propoſuit, ſeruare ſeipſum ab omni

omni digreſsione ac præuaricatione mandatorum Domini, implentem id quod ſcriptũ eſt: Ne declines ad dextram, neq; ſiniſtram.

Quæſtio CCXLII

Quid eſt hoc, Fraterno amore mutuò diligentes? Rom.12

Reſponſio.

Dilectio de intento amore dicitur, in concupiſcentia ac affectu ignito diligentis erga eum qui diligitur. Vt ne igitur leuis ſit fraternus amor, uerùm affectu præditus ac feruidus, dictum eſt illud, Fraterno amore mutuò diligentes.

Quæſtio CCXLIII

Quid uult Apoſtolus dum dicit, Iraſcimini & nolite peccare, Sol ne occidat ſuper iram ueſtram: & quidem quum alibi dixerit, Omnis amarulentia & ira & indignatio tollatur à uobis? Ephe.4

Reſponſio.

Ad imitationem Domini arbitror Apoſtolum hîc uſurpaſſe ſermonem. Quemadmodum enim in Euangelio Dominus ubi prius dixit, Dictum eſt antiquis hoc: deinde inducit, Ego autem dico uobis hoc: ſic etiam hîc Apoſtolus ubi prius ueteris mentionem fecit, & eius quod tunc dictum fuit, Iraſcimini & nolite peccare: paulò poſt infert id quod à ſeipſo nobis congruit, dicens: Omnis amarulentia, & indignatio, & ira, & clamor tollatur à uobis. Mat.5

Quæſtio CCXLIIII

Quid eſt hoc, Date locum iræ? Rom.12

Reſponſio.

Aut non reſiſtere malo, uelut ſcriptũ eſt: ſed & percutienti in dextrã maxillã, aduertere etiã alterã, &c. Aut quum perſecuti fuerint uos in hac ciuitate, fugite in aliam. Mat.25

Quæſtio CCXLV

Quis eſt prudens ut ſerpens, & ſimplex uelut columba? Mat.10

Reſponſio.

Prudens quidem ut ſerpens eſt, qui cum conſideratione & cognitione potentiæ ac boni odoris ad audientium obedientiam adminiſtrat doctrinam: ſimplex autem uelut columba, qui ne cogitat quidem de ulciſcendo eum qui inſidias ſtruxit: ſed in beneficentia perſeuerat, iuxta Apoſtoli præceptum: Vos autem ne defatigemini benefaciendo. Nam Dominus mittens diſcipulos ad prædicandum, hæc ipſis præcipit: ubi & ſapientia opus erat ad perſuadendum, & tolerantia malorum erga inſidiatores. Vt quemadmodum illic ſerpens nouit, & facie blandiore accedere, & probabiliter loqui, ad abducendum à Deo, & ſubiugandum peccato: ſic & nos & perſonæ faciem & locum & tempus deligamus, & omnibus modis doctrinas cum iudicio adminiſtremus, ad abducendum à peccato, & reducendum ad Deum. At uerò patientiam in tentationibus uſq; in finem perducamus, uelut ſcriptum eſt. Mat.24

Quæſtio CCXLVI

Quid eſt hoc, Charitas non indecorè ſe gerit?

Reſponſio. 1.Cor.13

Aequale ac ſi dicas, à proprio habitu non excidit. Habitus aũt charitatis ſunt proprietates charitatis, quæ in eodem loco ab Apoſtolo enumeratæ ſunt.

Quæſtio CCXLVII

Quum Scriptura dicat, Nolite gloriari, & ne loquimini alta: & Apoſtolus aliquando confiteatur, Quod loquor, non ſecundum Dominum loquor, ſed uelut in inſipientia, in hac audacia gloriationis. & rurſus: Factus ſum inſipiens gloriando: aliquando uerò præcipiat, Qui gloriatur, in Domino glorietur: quæ eſt gloriatio in Domino, & quæ interdicta? Iaco.3 2.Cor.11 2.Cor.10

Reſponſio.

Apoſtoli quidẽ inſtantia ad uitia ſecundũ neceſsitatẽ, manifeſta eſt. Nõ eñ ut ſeipſum cõmendet hæc dicit, ſed ut audaciã ac temeritatẽ arrogãtię quorundã & elationẽ deſtruat. Gloria aũt in Dño eſt, quũ quis rectè facta non ſibijpſi, ſed Dño defert, dicens: Omnia poſſum in eo qui me potentẽ facit Chriſto. Interdicta uerò gloriatio duplicẽ habuerit ra- Phil.4

 tionem,

tionem,aut iuxta hoc,Laudat̃ peccator in cõcupiſcẽtijs animę ſuę:& hoc, Quid gloriat̃ potens in malicia?aut iuxta hoc,Faciunt ut uideantur ab hominibus: per hoc quod uolunt laudari ob ea quę faciunt,uelut gloriãtes in his quæ fiunt. Tales aũt etiã ſacrilegi fuerint,dona Dei propria ſibi facientes,& gloriam quę debet̃ Deo in ſeipſos rapientes.

Quæſtio CCXLVIII

1.Cor.12 Si Dñs dat ſapientiã,& à facie ipſius eſt cognitio & prudẽtia:& ſi per Spũm alij
Ioan.14 datur ſermo ſapiẽtię,alij ſermo cognitionis:quõ obijcit Dñs diſcipulis,Adhuc
Ephe.5 & uos imprudentes eſtis?& Apoſtolus aliquos uelut imprudentes accuſat?

Reſponſio.

Si quis bonitatẽ Dei nouit,qui uult oẽs homines ſaluari, & ad ueritatis cognitionem peruenire:& Spũs ſancti diligentiã didicit,in diuiſione & actiõe donorũ Dei:hic cognoſcit prudentiæ tarditatẽ,non circa ſegniciẽ benefactoris,ſed circa incredulitatem eorum quibus beneficia contingunt.Et rectè accuſatur imprudens,uelut qui orto Sole oculos claudit,ut in tenebris degat,& non aperiens oculos ut illuminetur.

Quæſtio CCXLIX

Quid eſt ſanctum?& quid eſt iuſtum?

Reſponſio.

Mat.7 Sanctum eſſe arbitror,id quod decet & quod debetur ab inferioribus præminenti,iuxta præminentiæ rationem.Iuſtum aũt quod pro operum merito ac dignitate unicuique redditur.Et ſanctitatis quidem optimorum tantum eſt gratitudo ac retributio: iuſticiæ uerò etiam malorum probatio ac retributio.

Quæſtio CCL

Quomodo dat quis ſanctum canibus,& proijcit margaritas ante porcos: aut quomodo contingit id quod ſequitur: Ne quando conculcent ipſas pedibus ſuis,& conuerſi rumpant uos?

Reſponſio.

Rom.2 Manifeſtè tradit nobis Apoſtolus, dum his quæ ab ipſo dicta ſunt ad Iudæos infert: Qui in lege gloriaris,per trãſgreſſionẽ legis Deum ignominia afficis. Itaq; ignominiam qua per legis transgreſſionem ſanctos Domini ſermones afficimus, Dñs hic interdixit. A qua tranſgreſſione cõtingit etiam,ut hi qui alieni ſunt à fide,ſimulq; contẽnenda ducant Domini dogmata,& ab illis ipſis maiore audacia cõtra nos inſurgant,& tranſgreſſorem opprobrijs ac redargutionibus ueluti rumpant.

Quæſtio CCLI

Mat.10 Quomodo aliquando interdicit Dñs portare crumenam & peram ad uiam,
Luc.22 aliquãdo uerò dicit:Sed nunc qui crumenã habet,tollat, ſimiliter & peram:
& qui non habet,uendat pallium ſuum,& emat gladium?

Reſponſio.

Hoc declarat idem Dñs,dum ait:Oportet enim adhuc hoc perfici in me, nempe,cum
Mat.26 iniquis reputatus ſum.Statim enim poſtq; cõpleta fuit prophetia de gladio,dicit Petro:
Conuerte gladiũ tuũ in uaginam ſuam,omnes eñ qui gladiũ accipiunt, gladio peribũt:
ut non ſit præceptũ,Sed nunc qui habet crumenã tollat,aut tollit (ſic enim multa exem-
Pſal.108 plaria habent)ſed prophetia prædicentis Dñi,quòd Apoſtoli obliti donorũ & legis Domini, gladios arrepturi eſſent.Quod aũt imperatiua ſermonis ſpecie prophetica ſæpenumerò uſa eſt Scriptura,ex multis locis manifeſtũ eſt,uelut eſt illud:Fiant filij ipſorum orphani: &,Diabolus ſtet à dextris ipſius.Et quæcunq; talia.

Quæſtio CCLII.

Quis eſt panis quotidianus, quem dari nobis quotidie orare docti ſumus?

Reſponſio.

Mat.6 Cum is qui operat̃ memor Dñi dicentis:Ne ſitis ſoliciti animæ ueſtræ quid mandu-
Ephe.4 cetis,aut quid bibatis:& Apoſtoli præcipiẽtis operari,ut habeamus quod impertiamur ei qui opus habet:nõ propriè neceſſitatis,ſed mandati Domini gratia operat̃,nã dignus eſt operarius alimento ſuo:tunc eſſentialem ſiue quotidianum panem, hoc eſt,eum qui ad quotidianam uitam,eſſentiæ ſiue naturæ noſtræ utilis eſt,non ſibiipſi permittit,ſed à Deo hunc petit,& oſtẽſa ipſi inopiæ neceſſitate, ſic edit id quod datur ab eo qui cũ probatione

batione ſingulis diebus ſibi demandatum habet ut illud faciat, Diſtribuebatur unicuiq; prout quiſq; opus habebat.

Quæſtio CCLIII

Quid eſt talentum, & quomodo ipſum multiplicabimus?

Reſponſio.

Arbitror parabolam ad omne donũ Dei dictam eſſe, ut unuſquiſq; quãcunq; gratiam habere à Deo probatus fuerit, eam multiplicet, ad beneficentiam ac utilitatem plurium prolatam. Nemo enim eſt qui non particeps ſit benignitatis Dei.

Quæſtio CCLIIII

Quæ eſt menſa in quam oportebat te, inquit Dominus, mittere pecuniam?

Reſponſio.

Parabolæ nõ in ſpecie ſpeculationes explent, uerũ ad propòſitũ mentem deducunt. Quẽadmodum igitur pecunia conſequentiã habet, ut detur nũmularijs ad quæſtũ (ſunt enim, uelut in Alexandria noui, qui recipiunt & hoc faciunt) ſic neceſſe eſt, ut qui quamcunq; gratiã ſuſcepit, impertiat ei qui opus habet, aut illud faciat quod dictũ eſt ab Apoſtolo, de uerbi doctrina: Hæc cõmenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt etiã alios docere. Non eñ ſolũ in uerbi doctrina hoc fieri ſolet, ſed etiam in omni negocio, Quòd alij id habent ut poſsint, alij uerò experientiam diſpenſandi acceperunt. 2.Tim.2

Quæſtio CCLV

Quo abire iuſſus eſt qui audiuit, Tolle quod tuum eſt, & uade? Mat.20

Reſponſio.

Fortaſsis eò quò etiam qui à ſiniſtris ſteterunt, abire iuſſi ſunt, qui propter ſegniciem ad facienda bona accuſati ſunt. Omnis aũt qui inuidet fratri, peior eſt ſegni, quum Scripturæ mos ſit in multis locis, inuidiam ad cędem locare.

Quæſtio CCLVI

Quæ eſt merces, quam accipiunt etiam hi ſimiliter uelut ultimi?

Reſponſio.

Fortaſsis ut non accuſentur, propter ea quæ quis fecit bona, commune eſt omnium obedientium. Nam coronari proprium eſt eorum qui bonum certamen legitimè decertauerunt, qui curſum perfecerunt, qui fidem ſeruauerunt in dilectione Chriſti Ieſu Domini noſtri. Poſſunt autem pacta merces eſſe etiam centuplicia illa, quæ in hoc tempore recepturos eſſe, promiſit Dominus his qui propter mandatum ipſius dimiſerunt quodcunque tandem ex rebus præſentibus: ut Tolle quod tuum eſt, de hac mercede dictum ſit. Mat.19 Quandoquidem uerò ex inuidiæ uitio ægrotarunt hi, qui ſibi prædefatigati eſſe uidebantur, aduerſus eos qui æqualem fructum conſequuti ſunt, ipſos non amplius æternam uitam ſortiri innuit: ſed ſola centuplicia illa nunc accipientes, in futuro condemnari propter inuidiam: & audire illud, Vade.

Quæſtio CCLVII

Quæ ſunt paleæ quæ exuruntur igni inextinguibili?

Reſponſio.

Qui utiles quidẽ ſunt his qui digni ſunt regno cœlorum, uelut paleæ frumẽto: uerùm non in affectu dilectionis erga Deũ & proximũ hoc faciunt, ſiue in ſpiritualibus donis, ſiue in corporalibus beneficijs. Atq; ſic imperfectos ſeipſos dimittunt.

Quæſtio CCLVIII

Quis eſt qui ab Apoſtolo condemnatur, uolens in humilitate ac religione, & cætera?

Reſponſio.

Arbitror id quod ſubſequitur declarare propoſitum quod hoc loco indicatur. nam in progreſſu nominat eos qui corpori non parcunt, quales ſunt Manichæi, & ſi qui his ſimiles exiſtunt.

Quæſtio CCLIX

Quis eſt feruens ſpiritu? Rom.12

Reſponſio.

Qui feruenti promptitudine, & inexplebili concupiſcentia, & impigro ſtudio facit

uoluntatem Dei in dilectione Ieſu Chriſti Domini noſtri, iuxta id quod ſcriptum eſt, in
Pſal.111 mandatis eius uolet nimis.

Quæſtio CCLX

Ephe.5 Quum Apoſtolus dicat, nunc quidem, Nolite fieri imprudentes: nunc uerò,
Rom.14 Ne ſitis prudentes apud uoſipſos: num poſsibile eſt non eſſe prudentē apud ſemetipſum, eum qui non eſt imprudens?

Reſponſio.

Vnumquodq; præceptū habet proprium terminū. Nam ad hoc, Nolite fieri imprudētes, ſubiungit, Sed intelligentes uoluntatem Dei. Et ad illud, Ne ſis prudens apud teipſum, infert hoc, Verùm time Dñm, & declina ab omni malo. Quare imprudens quidē eſt, qui non intelligit uoluntatem Dñi: prudens autē apud ſemetipſum, omnis qui proprijs rationib. utitur, & non iuxta fidem procedit ſecundū uerba Dei. Si igitur uult quis neq; imprudens eſſe, neq; prudens apud ſeipſum, intelligere debet uoluntatem Domini per fidem in ipſum, & in timore Dei imitari Apoſtolum dicentem: Cōſilia deſtruentes,
2.Cor.10 & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus cognitionem Dei, & captiuam ducentes omnem intelligentiam ad obedientiam Chriſti.

Quæſtio CCLXI

Mat.11 Quum Dñs promiſerit, Omnia quæcunq; petieritis in oratione credentes,
Mat.18 accipietis. & rurſus: Si duo ueſtrûm conſenſerint in terra, de omni re quamcunque petierint, continget ipſis: quomodo etiam ipſi ſancti quæ petierunt non acceperunt? uelut etiam Apoſtolus dum ait: Pro hoc ter Dominum ro-
2.Cor.12 gaui, ut diſcederet à me: & uoti compos factus non eſt. Sed & Hieremias propheta, & ipſe Moſes?

Reſponſio.

Mat.26 Quum Dñs noſter Ieſus Chriſtus dixerit in oratione, Pater ſi poſsibile eſt, trāſeat à me calix iſte: deinde induxerit, Veruntamē nō uoluntas mea, ſed tua fiat: Primū noſſe oportet, quod nō omne quod uolumus, petere nobis præceptū eſt, neq; uerò quod nobis cōducit, petere omnino nouimus. Nam quid oramus, prout oportet neſcimus. Quare cum multa conſideratione ſecundum uoluntatē Dei, petitiones facere oportet. Si uerò nō audimur, noſſe oportet quod aut perſeuerātia opus eſt, aut etiā firma intentione, iuxta Do-
Luc 18. mini parabolam ad hoc quod oportet nos ſemper orare, & non defatigari. Et iuxta hoc quod alio loco ab ipſo dictum eſt, Quod propter impudentiā ipſius excitatus dabit ipſi
Eſa.1 quantū opus habet: aut etiā correctiōe & cura, iuxta id quod per Prophetā à Deo ad aliquos dictū eſt, dum ait: Quum extendetis manus ueſtras ad me, auertam faciem meam à uobis, & ſi preces multiplicaueritis, nō exaudiā uos. Manus enim ueſtræ ſanguine plenę ſunt, lauate, mundi eſte. & quæ ſequuntur. Quod aūt & nunc fiunt, & ſunt multorum manus ſanguine plenæ, nihil ambigere oportet eos qui credunt iudicio Dei. ꝙ contra eum cui præceptū fuit prædicare populo & conticuit, pronunciauit. Nimirū ſanguis peccatoris ex manibus ſpeculatoris requiretur. Id quod uerū & ineuitabile eſſe certior factus A-
Act.20 poſtolus dixit: Mundus ego ex hoc tempore ſum à ſanguine omnium. Non enim ſubduxi me ab eo ut non annunciarē uobis omnem uoluntatē Dei. Si aūt qui conticuit ſolum, reus ſanguinis peccantium reperitur, quid'nam quis dixerit de his qui per ea quæ faciūt aut quæ loquuntur, ſcandalo alios afficiunt? Aliquando uerò & propter indignitatē petentis non acquirit petitum: uelut in Dauide, qui petiuit ædificare domum Deo, & prohibitus eſt, & à complacentia quidem erga Deum abalienatus non eſt: non tamen etiam
Hier.37 illo uoto dignus iudicatus eſt. At uerò Hieremias propter maliciam illorum pro quibus precatus eſt, nō exauditus eſſe uidetur. Sæpe uerò etiam temporis occaſione per ſocordiam neglecta, iuxta quam facere petitionem oportebat, poſtea importunè ac fruſtrà pe-
2.Cor.12 tere cōperimur. De eo uerò dicto, Pro hoc ter Dominū rogaui, ut diſcederet à me: noſſe oportet, Quod calamitatū tum externarū, tum circa corpus, multa & uaria eſt ratio. Deo aut inducente, aut permittente, propter diſpenſationē meliorē, ꝗ remiſſio eſt circa hæc.
Mat.9 Si quidem igitur poterit quis cognoſcere, quod per orationem ac petitionē à calamitate
Luc 17 liberari oportet, exauditur: uelut duo cæci in Euangelio, & decem leproſi, & multi alij. Si uerò quis nō cognouerit rationem, iuxta quam incidit in tentationem. Sępe enim & per patientiam

patientiam corrigi ab ipſo ſcopus eorũ quæ inducuntur debet, & quũ oportuerat uſq; in finem ſufferre, recuſat ac deprecatur calamitatẽ: non exaudit, quia non reſpondet ſcopo humanitatis ac benignitatis Dei. Illud uerò, Si duo ueſtrũ conſenſerit, ipſa tractatio declarat, nam de redarguente peccatorẽ & de redarguto uerba facit: Quod Deus non uelit mortem peccatoris, ſicut ut conuertatur & uiuat: ſi is qui reprehẽſus eſt anima cõpungatur, & correſpondeat ſcopo redarguentis, de omni re, hoc eſt, de omni peccato, cuius petierint remiſsionẽ, dabitur ipſis à benigno Deo. Si enim nõ conſenſerit is qui reprehenditur cum reprehẽdente, nõ amplius remiſſio cõtingit, ſed ligatio, iuxta id quod ſubiũgitur: Quæcunq; ligaueritis in terra, erunt ligata in cœlo: ita ut impleatur iudiciũ illud, Si uerò & Eccleſiã non audierit reprehenſus, ſit tibi uelut ethnicus & publicanus. Mat.18 Ezech.18 Mat.18

Quæſtio CCLXII

Quum Scriptura inter res laudatas ponat egeſtatem & paupertatẽ, uelut in hoc, Beati pauperes: & in hoc, Deſideriũ pauperum exaudiuiſti Domine: & rurſus, Egenus & pauper laudabunt nomen tuum: quæ eſt differentia egeſtatis & paupertatis? & quomodo uerum dicit Dauid dum ait: Ego autem egenus ſum & pauper? Mat.5 Pſal.9 Pſal.73 Pſal.69

Reſponſio.

Quum recordor Apoſtoli qui dixit de Dño, quod propter nos egenus factus eſt, quũ diues eſſet: arbitror q egenus quidem eſt qui à diuitijs ad egeſtatẽ deuenit: pauper uerò qui ab initio in egeſtate fuit, & talẽ calamitatẽ ad cõplacentiam Dñi gubernauit. Dauid aũt egenum & pauperẽ ſe eſſe cõfitetur, fortaſſis in Dñi perſonam etiam hoc dicens: qui egenus quidẽ nominatur ſecundũ illud, Qui propter nos egenus factus eſt quum diues eſſet: pauper uerò propterea quòd non diuitis alicuius, ſed fabri lignarij filius ſecundum carnem appellatus eſt. Fortaſsis autem etiam quandoquidẽ ſecundũ Iob res ſuas in theſaurum recondere non nouerat, neq; attendere diuitijs uelut proprijs: uerùm diſpenſaret omnia ſecundum uoluntatem Domini. 2.Cor.8 Iob.38

Quæſtio CCLXIII

Quid uult docere Dñs per exempla, ad quæ infert, Sic omnis ex uobis qui non renunciat omnibus bonis ſuis, non poteſt eſſe meus diſcipulus. Si enim qui turrim ædificare uult, aut prælium cõmittere cum alio rege, præparari debet aut ad ædificationem, aut ad bellum: Si uerò non fuerit potens, licet ipſi, aut non iacere fundamentum ab initio, aut pacem petere? num itaq; & qui uoluerit diſcipulus Domini fieri, renunciare debet? ſi uerò ſenſerit ad hoc ægre ſeipſum diſpoſitum eſſe, licet ipſi ne ab initio quidem diſcipulum Domini fieri? Luc.18 Luc.14

Reſponſio.

Scopus in his exemplis Dño eſt, nõ ut poteſtatẽ det fieri diſcipulũ Dñi, aut non: ſed ut demonſtret impoſsibilitatẽ, cõplacentiæ erga Deum in his quæ animã diſtrahunt. In quibus etiam periculũ eſt, ne quis per diaboli inſidias facile capiatur: & riſu ac ſubſannatione dignus, propter earũ rerum quarum ſtudio teneri uidetur imperfectionẽ, declaretur. Id quod ne ſibi accederet deprecãs propheta dixit: Ne fortè gaudeãt inimici mei de me: Et, Dum commouerentur pedes mei, in me magna iactantia uſi ſunt. Pſal.37 Pſal.72

Quæſtio CCLXIIII

Quum Apoſtolus dicat, Vt ſitis ſinceri: & rurſus, Sed uelut ex ſinceritate: quid eſt ſinceritas? Phil.1 2.Cor.1

Reſponſio.

Sincerum eſſe arbitror id quod immixtum eſt, ac ſummè purgatum ab omni contrario: coactum aũt & ordinatũ ad ſolam pietatem. Et non hoc ſolum, ſed & ea quæ in ſingulis temporibus ac rebus ad pietatis ſcopum exactè requiruntur: ita ut neque ad cognata officia abalienetur is, qui ad aliquid horum ordinatus eſt. Declaratur aũt prius quidẽ ex ipſa conſequentia. Infert enim ad hoc, Sed uelut ex ſinceritate, illud, Sed uelut ex Deo, in conſpectu Dei in Chriſto loquimur: poſterius uerò ex eo quod alibi dicit, Nõ plus ſapere quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem, ut unicuiq; diuiſit Deus menſuram fidei: & ex his quæ ad hæc ſequuntur. Rom.14.

Quæſtio CCLXV

Num ad ſolos ſacerdotes dictum eſt, Si obtuleris munus tuũ ad altare, & iſthic recor- Mat.5

datus fueris, quod habet aliquid frater aduerſus te, dimitte illic munus tuum coram altari, & uade prius reconciliare fratri tuo, & tunc accedens offer munus tuum? aut etiam ad omnes? & quomodo unuſquiſq; noſtrum offert ad altare?

Reſponſio.

Hoc præcipuè quidem ac primario ad ſacerdotes referre conſentaneum fuerit, quoniam ſcriptum eſt:
Eſa.91 Vos aũt ſacerdotes Domini uocabimini, miniſtri Dei omnes, & ſacrificium laudis glorificabit me.
Pſal.50 Et rurſus, Sacrificium Deo cor contritum. Sed & Apoſtolus
Rom.12 ait: Vt exhibeatis corpora ueſtra hoſtiam uiuentem, ſanctam, Deo placentem, rationale cultum ueſtrum. Quorum ſanè quum unumquodq; commune omnibus ſit, neceſſe eſt unumquenq; noſtrum tale peragere.

Quæſtio CCLXVI

Luc.14 Quid eſt ſal quem Dominus præcepit, dum ait: Habete in uobiſipſis ſalem,
Col.4 & pacem mutuam habete. & Apoſtolus dum inquit: Sermo ueſter ſemper in gratia ſale ſit conditus?

Reſponſio.

Et hîc per ea quę ſingulis capitibus coniuncta ſunt, ſentẽtia manifeſta redditur. Nam in uerbis Domini, nullam cauſam aut occaſionem mutuę diſſolutionis ac diſsidij exhibere, ſed ſemper in uinculo pacis ad unitatem ſpiritus conſeruari docemur. In uerbis autem
Ephe.4 Apoſtoli, ſi recordatus fuerit quis eius qui dixit, Si comedetur panis ſine ſale. Si uerò eſt & ſapor in uerbis inanibus: docebitur diſpenſare ſermones ad fidei ædificationem, ut det gratiam audientibus, tempore accommodato & ordine honeſto utens, quo obedientiores fiant audientes.

Quæſtio CCLXVII

Si alius multas accipiet plagas, alius paucas, quomodo dicunt aliqui non eſſe finem ſupplicij his qui puniuntur?

Reſponſio.

Quæ ambigua ſunt, & rectè dicta eſſe in quibuſdam diuinę Scripturæ locis uidentur,
Mat.25 ea ab alijs locis manifeſtis declarantur. Quum igitur Dominus pronunciet aliquando, ꝙ
Mar.9 hi deuenient ad ſuppliciũ æternum: aliquando uerò aliquos demittat in ignem ęternum, paratum diabolo & angelis eius: & alibi nominet gehẽnam ignis, & inferat, Vbi uermis non moritur, & ignis non extinguitur. Inſuperq; olim per prophetam de aliquibus præ
Eſa 66 dixerit, quòd uermis ipſorum non morietur, & ignis non extinguetur. Hæc & huiuſmodi quum in multis diuinę Scripturæ locis habeantur, unum eſt & hoc ex diaboli inſidijs, quod plerique homines uelut obliti tot & talium Domini uerborũ ac ſententiarũ, quo magis peccare audeant, finem ſupplicij ſibijpſis præſcribunt. Si enim æterni ſupplicij erit aliquando finis, finem habebit omnino etiam uita æterna. Si uerò de uita hoc accipere non admittimus, qualem rationẽ habet ſupplicio æterno finem dare? Nam æterni appoſitio in utriſq; pariter habetur: Deuenięt, inquit, hi ad ſupplicium æternum: iuſti uerò in uitam eternã. His itaq; ſic confeſsis, noſſe oportet quod & hoc, Multas accipiet plagas, & illud
Cap.9 Paucas accipiet, non finem, ſed ſupplicij differentiam ſignificant. Si enim Deus iuſtus iudex eſt, non ſolum bonis, ſed etiam malis reddens unicuiq; iuxta actionem ipſius, poteſt eſſe aliquis igne inextinguibili dignus, & eo aut molliore, aut magis ardente: alius uerò uerme nõ moriẽte, atq; hoc rurſus aut mitius affligẽte, aut uehemẽtius, iuxta uniuſcuiuſque meritum: alius gehenna, quæ uaria ac diuerſa penitus ſupplicia habet: & alius exterioribus tenebris, ubi alius in fletu ſolum, alius uerò etiam in dentium ſtridore propter dolorum intentionem exiſtit. Sed & exteriores tenebræ indicant omnino eſſe quaſdam etiam interiores. Quin & quod in prouerbijs in fundum inferni dictum eſt, indicat quod ſunt quidam in inferno quidem, ſed non in inferni fundo, leuiorem pœnam perferentes. Huius rei ſimilitudinem etiam nunc in corporis affectionibus ſumere licet. Nam alius febricitat cum accedentibus ſymptomatibus ac alijs affectionibus. Alius febricitat ſolum, & hic non ſimiliter ut alter. Et alius non febrit quidem, uerùm dolore alicuius membri affligitur: & hic rurſus alio plus aut minus. Dictum eſt autem & hoc à Domino (multas & paucas uidelicet) iuxta conſuetudinis uſum, uelut etiam alia quædam huiuſmodi. Nouimus enim talem ſermonis ſpeciem, ſæpe etiam de his qui ab uno aliquo malo affligun-tur

tur uſurpari: uelut quum de quodam febriente ſolum, aut oculum dolente dicimus, admi
rantes quanta pertulerit mala, aut quantas ſuſtinuerit neceſsitates. Quare multas & pau
cas plagas accipere, rurſus repeto quod dixi, non in temporis extenſione aut compleme
to, ſed in ſupplicij differentia contingit.

Quæſtio CCLXVIII

Qua ſententia dicuntur aliqui filij inobedientiæ, & filij iræ? Ephe.2

Reſponſio.

Filios aliquos nominare ſolet Dominus qui faciunt uoluntates ipſius ſiue boni, ſiue
mali. Si enim filij, inquit, Abraham eſſetis, opera Abraham faceretis: & rurſus: Vos ex pa
tre diabolo eſtis, & concupiſcentias patris ueſtri facere uultis. Quare etiam inobedien- Ioan.8
tiæ filius eſt, qui in obedientiæ opera operatur. Fortaſsis autem quemadmodum non ſo-
lum peccator, ſed etiam ipſum peccatũ diabolus nominatur, propterea quod princeps,
ut opinor, fuerit peccati: Sic etiam ipſa inobedientia dici poterit diabolus, propter ean-
dem cauſam. Filius autem iræ eſt quis, prout ſeipſum dignum ira fecit. Quemadmodum Ephe.5
enim dignos Domino, & facientes opera lucis ac diei, filios diei Apoſtolus appellauit:
ſic conſentaneum eſt intelligere etiam hoc, Eramus filij iræ. Scire autem oportet quod fi
lius inobedientiæ, idem eſt qui filius iræ, quum Dominus pronunciauerit: Qui non obe-
dit filio, non uidebit uitam, ſed ira Dei manet ſuper ipſum.

Quæſtio CCLXIX

Quandoquidem ſcriptum eſt, Facientes uoluntates carnis & cogitationum: num aliæ Ioan.3
ſunt carnis uoluntates, & aliæ cogitationum? & quales ſunt hæ?

Reſponſio.

Carnis quidem uoluntates in alio loco particulatim ac nominatim recenſet Apoſto- Gal.5
lus, dicens: Manifeſta autem ſunt opera carnium: quę ſunt, adulterium, ſcortatio, immun-
dicia, proteruitas, ſimulacrorum cultus, ueneficium, inimicitiæ, lites, æmulationes, indi-
gnationes, contentiones, diſsidia, ſectæ, inuidiæ, cædes, ebrietates, comeſſationes, & Rom.8
quę his ſimilia ſunt. Et alibi compendioſius, Sapientia carnis inimicitia aduerſus Deum.
Legi enim Dei non ſubijcitur, neq; enim poteſt. Cogitationum uerò uoluntates, conſilia
ſanè fuerint, quibus teſtimonium nõ prębet Scriptura, qualia ſunt illa de quibus dictum
eſt: Conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe contra cognitionẽ Dei:
& intelligentiæ quę non captiuæ ducuntur ad obedientiam Chriſti. Quapropter neceſ- Pſal.118
ſarium & tutum eſt, ſemper & ubiq; ſeruare illud quod à Dauide dictum eſt: Conſilium
meum iuſtificationes tuæ.

Quæſtio CCLXX

Quid eſt, Dubitantes, ſed non deſperantes?

Reſponſio.

Perfectionem ac certitudinem ſuæ in Deum cõfidentię, ex oppoſitione humanæ ſapi 2.Cor.4
entiæ oſtendens Apoſtolus, ſingula quæ in hoc loco habentᷓ, ſic ponit. Nam quo ad hu-
manam ſapientiam, dum in omnibus premimur ait: Verùm quo ad confidentiam erga
Deum, ſed non anxij reddimur. Rurſus quantum ad humanam ſapientiam, Dubitantes:
uerùm quantum ad confidentiam in Deum, Sed non deſperantes. & reliqua ſimiliter.
Qualia ſunt etiam illa alibi ab ipſo dicta, Velut morientes, & ecce uiuimus: uelut egeni,
uerùm multos ditantes: uelut nihil habentes, & omnia poſsidentes.

Quæſtio CCLXXI

Quum Dominus dicat, Veruntamen quod ſupereſt, date eleemoſynam, & ecce om- Luc.11
nia munda ſunt uobis: num omnium peccatorum purgationem per eleemoſynam quis
reperit?

Reſponſio.

Ipſa cõſequentia eorum quæ precedunt declarat quod dictũ eſt. Quũ enim antea di-
xiſſet, ꝙ purgatur externa poculi & patinæ pars, quod uerò intra uos eſt, plenũ eſt rapi-
na doloq; ac malicia, ſic induxit: Veruntamen quod ſupereſt, date eleemoſynã, & ecce
omnia munda uobis ſunt. Omnia uidelicet hæc quæ rapiendo & auaricia peccamus ac
malè agimus. Declarat hoc etiam Zacchæus, dũ ait: Ecce dimidium bonorum meorum
do pauperibus, & ſi quem defraudaui, reddo quadruplum. Quare quæcunque talia

ſunt peccata,quæ diſſolui poſſunt, & pro quib. licet reddere multiplex, hoc modo pur-
gantur.Et hoc,inquam,modo,nõ ipſo per ſę ipſum ſufficiente ad purgationẽ, uerùm e-
gente primordialiter miſericordia Dei,& ſanguine Chriſti:in quo etiam aliorũ omnium
habemus redemptionem,ſi ob ſingula dignos pœnitentiæ fructus fecerimus.

Quæſtio CCLXXII

Mat.6 Quum præceptum Domini ſit,ut ne ſoliciti ſimus de craſtino: quõ ſalubriter præcep-
tum hoc intelligemus? uidemus enim quod multum ſtudium habemus rerum neceſſa-
riarum gratia,ut deponamus etiam quæ ad longius tempus ſufficere poſſunt?

Reſponſio.

Qui ſuſcepit Domini doctrinam,qui dixit,Quærite primum regnum Dei, & iuſticiã
eius:& certus eſt de ueritate promiſsionis ipſius dum ſubiungit,Et hæc omnia adijcien-
tur uobis:is nõ in temporalibus curis,rationem ſuffocantibus & infructuoſam facienti-
bus, animam occupat:uerùm in bono certamine cõplacentię erga Deum decertans,cre-
dit Domino,qui dixit:Dignus eſt operarius alimento ſuo:& nihil huius gratia ſolicitus
eſt.Operatur autem & ſolicitus eſt, nõ propter ſeipſum,ſed propter mandatum Chriſti,
Act.20 quemadmodum oſtendit ac docuit Apoſtolus dum ait:Omnia oſtendi uobis, quòd ſic
laborantes oportet ſuccurrere infirmis. Nam propter ſeipſum ſolicitum eſſe, proprij a-
moris crimen eſt : uerùm propter mandatum ſolicitum eſſe & operari,laus eſt amantis
Chriſtum,& affectus amoris fraterni encomium.

Quæſtio CCLXXIII

Quid faciendo quis blaſphemiam dicit in Spiritum ſanctum?

Reſponſio.

Mat.12 Ex ea quæ tunc facta eſt blaſphemia à phariſæis,ob quos etiam hoc iudiciũ prolatum
eſt,manifeſtũ eſt,ꝙ etiam nunc ille blaſphemus eſt in Spiritum ſanctum,qui actiones &
fructus ſancti Spiritus contrario defert,id quod pleriꝗ facimus:probum quidẽ ſępe ua-
næ gloriæ cupidum periculoſè appellantes: eius uerò qui bonam ęmulationem oſten-
dit,iram ementientes,& alia eiuſmodi in prauis ſuſpicionibus falſò producentes.

Quæſtio CCLXXIIII

Quomodo fit aliquis in hoc ſeculo fatuus?

Reſponſio.

Luc.16 Si timuerit iudiciũ Domini dicentis : Væ uobis qui prudentes eſtis in uobiſipſis, &
coram uobis ſciẽtes:& imitabitur eum qui dixit,Brutus factus ſum apud te:& omni pru-
dentiæ opinione reiecta,nõ prius quicꝗ propriarum cogitationũ uelut bonum appro-
bauerit:imò neꝗ omnino cogitauerit,priuſquam ab ipſo Domini præcepto aſſuefactus
2.Cor.3 fuerit ad id quod Deo placet,ſiue in opere,ſiue in cogitatione,uelut Apoſtolus dixit:Fi-
duciam autem talem habemus per Dominum ad Deum, non quòd â nobis ipſis ſuffici-
entes ſumus cogitare aliquid uelut ex nobiſipſis: ſed ſufficiẽtia noſtra ex Deo eſt,qui do-
cet hominem cognitionem, uelut ſcriptum eſt.

Quæſtio CCLXXV

1.Theſſ.2 Num poteſt impedire propoſitum ſancti ſatanas,quia ſcriptum eſt:Ego quidem Pau-
lus propoſui uenire ſemel atque iterum,& impediuit nos ſatanas?

Reſponſio.

Ex rectè factis in Domino,alia propoſito ac iudicio animæ perficiuntur,alia per corpus
fiunt,aut in ſtudio,aut in patiẽtia.Quæcunꝗ igitur in propoſito animæ ſita ſunt, ea nul-
lo modo impedire ſatanas poteſt.In his uerò quæ per corporalem actionem peragũtur,
ſæpe permittit Deus impedimentum fieri,ad probationem ac reprehenſionem eius q im-
peditur:ut aut mutato bono propoſito redarguatur,uelut hi qui ſupra petram ſeminati
Mat.13 fuerũt,qui ad breue quidem tempus ſermonem cũ gaudio ſuſceperunt:cõtingente uerò
afflictione,ſtatim defecerunt:aut perſeuerans in bonis, in rectè factorum ſtudio laude-
detur:quemadmodum ipſe Apoſtolus , qui ſępe propoſuit uenire ad Romanos, & im-
petibus uelut ipſe confeſſus eſt, tamen non deſtitit à uolũtate,donec quod propoſuerat
impleuit.In patientia uerò,uelut Iob , qui tanta mala à diabolo perpeſſus , cogente lo-
qui aliquid blaſphemi,aut ingratum eſſe Deo, etiam ad extremas uſque calamitates non
deſtitit

deſtitit à pio iudicio, & à ſana de Deo ſententia. Scriptum eſt enim de ipſo, In omnibus his nihil peccauit Iob labijs ſuis coram Deo, & non dedit inſipientiam Deo. Iob.1

Quæſtio CCLXXVI

Quid eſt quod ab Apoſtolo dictum eſt, Vt probetis quæ ſit uoluntas Dei bona, & complacens ac perfecta? Rom.12

Reſponſio.

Multa ſunt quæ uult Deus: alia quidem per longanimitatem ac benignitatem, quę & bona ſunt & dicuntur: alia uerò per iram, propter peccata noſtra, quæ nominantur mala. Ego enim ſum, inquit, qui facio pacem & creo mala. Mala autem, non propter quę puni- Eſa.45
mur, ſed per quę erudimur. Quæ uerò erudiunt & per afflictionem ad conuerſionem du cunt, cedunt in bonum. Quęcunque igitur longanimus & benignus Deus uult, hęc & nos uelle ac imitari neceſſe eſt. Eſtote enim, inquit, miſericordes, ſicut & pater ueſter miſeri- Mat.5
cors eſt. Et Apoſtolus, Eſtote, inquit, imitatores Dei, uelut filij dilecti, & ambulate in dilectione, quemadmodum etiam Chriſtus dilexit nos. Quęcunque uerò per iram propter peccata noſtra inducit, ea mala, uelut dixi, appellata pro afflictionis ratione, non omnino etiam nobis facere licet. Non enim quia uoluntas Dei eſt, ſępe fame, aut peſte, aut bel lo, aut alio quopiam huiuſmodi perdere homines, ob id uoluntati huic nos inſeruire con uenit. Nam ad talia etiam miniſtris malis Deus utitur, iuxta id quod ſcriptum eſt: Emiſit Pſal.29
in ipſos iram indignationis ſuæ. Indignationem & iram & tribulationem, immiſsionem per angelos malos. Itaque primùm quęrere oportet quę ſit bona Dei uoluntas: deinde ubi cognouerimus bonam, expendere an bona hęc complacens eſt etiam Deo. Eſt enim quid quod propria quidem ratione & uoluntas Dei eſt, & bonum eſt: quum uerò aut pręter perſonam, aut præter tempus factum fuerit, non amplius etiam complacens Deo eſt. uelut uerbi cauſa: Voluntas Dei erat, & bonum erat ſuffire Deo: ſed non erat compla cens Deo, quod Dathan & Abiron hoc facerent. & rurſus: Voluntas Dei eſt, & bonum Num.16
eſt dare eleemoſynam: uerùm hoc facere ut ab hominibus glorificeris, nō amplius Deo complacet. Et rurſus, Voluntas Dei erat, & bonum erat, diſcipulos id quod in aurem audiuiſſent prędicare in domibus: uerùm ante temporis occaſionem dicere aliquid, non item complacens erat Deo: Nulli enim dixeritis, inquit, uiſionem hanc, donec filius hominis à mortuis reſurrexerit. Et in ſumma, omnis uoluntas Dei bona, tunc etiam com- Mat.17
placens eſt, ubi impletum fuerit in ipſa id quod ab Apoſtolo dictum eſt: Omnia ad glo- 1.Cor.10
riam Dei facite. &, Omnia decorè & ſecundum ordinem fiant. Rurſus uerò, quum & uoluntas Dei quid fuerit, & bonum fuerit, & complacens fuerit: neque ſic negligentem eſſe oportet, ſed contendere ac curare, quo perfectum ac non defectuoſum hoc ſit in menſura aliquando eius quod ſit, an prout pręceptum eſt fiat: aliquando uirium eius qui facit. Diliges enim, inquit, Dominum Deum tuum ex tota anima tua, & ex totis uiribus tuis, & ex toto robore tuo, & ex tota mente tua: & proximum uelut Dominus in Euangelio ſecundum Ioannem docuit. Sed & omne mandatum quemadmodum ſcriptum eſt: Beatus enim, inquit Dominus, quem ubi uenerit Dominus reperiet ſic facientem.

Quæſtio CCLXXVII

Quale eſt promptuarium ſiue conclaue, in quod orantem Dominus ingredi iubet?

Reſponſio.

Promptuarium ſiue cōclaue conſuetudo nominare ſolet, domum uacantem ac ſeparatam, in qua reponimus quęcunque aſſeruare uoluerimus: aut in qua quis occultari poteſt, iuxta id quod in Propheta dictum eſt: Vade populus meus, ingredere in promptuarium tuum, occultare. At uerò uim mandati ipſum propoſitum declarat, nam ad eos qui Eſaie 26
ex uitio complacentiæ humanę ægrotant, ſermo eſt. Quare ſi quidem quis ab illo uitio infeſtetur, probè facit ſi ſecedat & ſolitarius ſit in oratione, donec potuerit aſſumere habitum: ut non reſpiciat ad laudes ab hominibus procedentes, ſed ad ſolum Deum reſpiciat, qui dixit: Ecce ſicut oculi ſeruorum in manns dominorum ſuorum, ſicut oculi ancillæ in manus dominę ſuæ: ſic oculi noſtri ad Dominū Deū noſtrū. Si uerò quis per gra- Pſal.122
tiam Dei purus ſit à uitio illo, nō habet opus occultare bonum. id quod docens ipſe Dominus dicit: Non poteſt ciuitas occultari ſupra montem ſita, neque accendunt lucernam, & ponunt ſub modium, ſed ſuper candelabrum, & lucet omnibus qui ſunt in domo.

Sic

Mat.6 Sic luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uideant ueſtra bona opera, & glorificent patrem ueſtrum qui in cœlis eſt. Eadem ſententia eſt & in eleemoſyna & in ieiunio, quæ in eodem loco habentur, & in uniuerſum in omni negocio pietatis.

Quæſtio CCLXXVIII

Quomodo ſpiritus alicuius orat, mens uerò infructuoſa eſt?

Reſponſio.

1.Cor.14 Hoc de his qui in lingua audientibus ignota orationes ædunt, dictum eſt. Dicit enim, Si orem lingua, ſpiritus meus orat: mens uerò mea infructuoſa eſt. Quum enim ignota fuerint præſentibus uerba orationis, infructuoſa eſt mens orantis, quum nemo utilitatem capiat: quum uerò præſentes intellexerint orationem prodeſſe audientibus potentem, tunc is qui orat, fructum habet: quod hi qui utilitatem capiunt, meliores redduntur. Simi-
Ephe.4 liter autem et in omni pronunciatione uerborum Dei. ſcriptũ eſt enim: Sed ſi quis bonus eſt ad fidei ædificationem.

Quæſtio CCLXXIX

Quid eſt hoc, Pſallite prudenter?

Reſponſio.

Quod in edulijs eſt ſenſus qualitatis uniuſcuiuſqꝫ edulij, hoc in uerbis ſanctę Scripturę eſt intellectus. Gula eñ, inquit, cibos guſtat, mens uerba dijudicat. Si igit quis ſic coaffectus fuerit anima per poteſtatem uniuſcuiuſqꝫ uerbi, uelut coafficitur guſtu per qualitatem uniuſcuiuſqꝫ edulij, talis impleuit mandatum, quod dixit: Pſallite prudenter.

Quæſtio CCLXXX

Mat.5 Quis eſt qui mundus eſt corde?

Reſponſio.

Qui non prehendit ſeipſum in reprobatione, aut defectu, aut negligẽtia mãdati Dei.

Quæſtio CCLXXXI

Nolentem pſallere num cogi oportet?

Reſponſio.

Pſal.18 Si non cum cupiditate uenit ad pſallendum, & ſi non apparet ipſe affectus in ipſa eius qui dixit: Quàm dulcia gutturi meo eloquia tua, ſuper mel ori meo: & ſi non magnum
1.Cor.5 damnum ducit ſegniciem: aut corrigatur, aut tollatur, ut ne modicum fermentum totam maſſam adulteret.

Quæſtio CCLXXXII

Mat.7 Qui ſunt qui dicunt, Comedimus coram te ac bibimus: & qui audiunt, Nõ noui uos?

Reſponſio.

1.Cor.15 Fortaſsis illi quos deſcripſit Apoſtolus in propria perſona, dum ait: Si linguis hominum loquar & angelorum, &c. Et ſi habuero omnem cognitionẽ, & omnem fidem: & ſi diſtribuero in alendos pauperes omnes facultates meas: & ſi tradidero corpus meum ut exurar, charitatem autem non habeo, nihil mihi prodeſt. Id quod eruditus eſt Apoſtolus à Domino, qui de aliquibus dixit: Faciunt enim ut uideantur ab hominibus: amen dico uobis, habent mercedem ſuam. Nam quod non propter dilectionem erga Deum, ſed ob laudem ab hominibus fit, qualecunqꝫ fuerit, non pietatis laudem reperit: ſed complacentiæ humanæ, aut complacentiæ propriæ, aut contentionis, aut inuidiæ, aut cuiuſdam talis cauſæ iudicium habet. Quapropter etiam iniuſticię opus tale Dominus nominat, dicens ad eos qui dixerunt, Comedimus coram te, &c. Diſcedite à me omnes operatores iniquitatis. Quomodo eñ nõ ſunt operatores iniquitatis, qui donis Dei ad propriarum uoluptatum negocia abutuntur? quales erant illi de quibus dicit Apoſtolus: Non enim ſumus uelut pleriqꝫ cauponantes uerbum Dei. & rurſus: Qui putant quæſtũ eſſe pietatẽ, & multa eiuſmodi. A' quibus omnibus purus demonſtratus eſt nobis idem Apoſtolus, dum dicit: Nõ uelut hominibus placentes, ſed Deo, qui examinat corda noſtra. Neque
1.Theſſ.2 enim unquam in ſermone adulationis fuimus uobis, uelut ſcitis, neqꝫ prætextu auariciæ, Deus teſtis: neque quærentes ex hominibus gloriam, neque à uobis, neqꝫ ab alijs.

Quæſtio CCLXXXIII

Num qui facit uoluntatem alicuius, ſocius ac particeps eſt illius?

Reſponſio.

Si credimus Domino dicenti, Omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. & rurſus: Vos ex patre diabolo eſtis, & cōcupiſcentias patris ueſtri facere uultis: ſcimus quod nō ſimpliciter ſocium, ſed Dominum ſuum & patrem inſcribit illum cuius opus facit, iuxta ipſam Domini uocem. Teſtatur autem hoc manifeſtè etiā Apoſtolus dicens: Non ſcitis quod cui præbuiſtis uoſipſos ſeruos ad obedientiam, ſerui eſtis cui obeditis, aut peccati ad mortem, aut obedientiæ ad iuſticiam? Ioan.8 Rom.6

Quæſtio CCLXXXIIII

Si inops ſit fraternitas ob morborum calamitatem, num indiſcriminatum eſt, & hæſitatione caret, accipere ab alijs neceſſaria? & ſi conuenit, à quibus accipiet?

Reſponſio.

Qui memor eſt Domini qui dixit, In quantum feciſtis uni horum fratrum meorum minimorum, mihi feciſtis: is multam curam cum ampliore ſtudio ac diligentia facit, ut dignus ſit fratris Domini locum obtinere. Si igitur quis fuerit talis, ne hæſitet accipere, ſed gratias agat. A' quibus autem accipere oportet, & quando, & quomodo, is qui communem curam ſibi demandatam habet, expendere debet, ita ut memor ſit Dauidis qui dixit: Oleum peccatoris ne pinguefaciat caput meum. & rurſus: Qui ambulat in uia inculpata, hic miniſtrabat mihi. Mat.25 Pſal.140

Quæſtio CCLXXXV

Num oportet fraternitatem cum fraternitate negocia exercentem, dignū ſpeciei precium curioſè inquirere?

Reſponſio.

An quidem concedat uerbi doctrina, emptionem ac uenditionem mutuam fratres inter ſe exercere, non habeo quid dicam. Communicare enim mutuò inter nos docemur ad uſum ac neceſsitatem, iuxta id quod ſcriptum eſt: Veſtra redundantia in illorum defectum, & illorum redundantia, in ueſtrum defectum, ut fiat æqualitas. Si uerò coincidit aliquando talis neceſsitas, oportet ementem magis ſincerum eſſe, ne minus quàm pro dignitate precium det, quàm uendentem. Ambo autem memores ſint eius qui dixit: Damno afficere uirum iuſtum, non eſt bonum. 2.Cor.8 Prou.17.

Quæſtio CCLXXXVI

Num oportet eum qui in fraternitate uiuit, & in corporalem infirmitatem delapſus eſt, ad hoſpitalem domum abducere?

Reſponſio.

Coniectationem facere oportet uniuſcuiuſq; loci & ſcopi proprij, ad hoc quod in cōmune conducit ad gloriam Dei.

Quæſtio CCLXXXVII

Qui ſunt digni fructus pœnitentiæ? Mat.3

Reſponſio.

Oppoſita peccato opera iuſticiæ, quæ pœnitentiam agens fructificare debet, faciens quod dictum eſt: In omni opere bono fructificantes. Col.1

Quæſtio CCLXXXVIII

Qui uult confiteri peccata ſua, num omnibus confiteri debet & quibuſcunque, aut quibus?

Reſponſio.

Scopus benignitatis Dei in peccantibus manifeſtus eſt, iuxta id quod ſcriptum eſt: Non uolo mortem peccatoris, ſicut ut conuertatur ipſe & uiuat. Quandoquidem igitur & conuerſionis modus proprius eſſe debet peccantis: ſed & fructibus opus eſt dignis pœnitentiæ iuxta id quod ſcriptum eſt: Facite fructus dignos pœnitentiæ: ut ne in fructuum defectu contingant minæ quæ ſubſequuntur: Omnis enim arbor quæ non facit fructum bonum exſcinditur, & in ignem mittitur: neceſſarium eſt confiteri peccata his quibus adminiſtratio myſteriorum Dei concredita eſt. Sic enim & qui olim pœnitentiam egerunt, coram ſanctis feciſſe comperiuntur. Scriptum eſt enim: in Euangelio quidē, quod Ioanni Baptiſtæ confitebantur peccata ſua: in Actis uerò, Apoſtolis ipſis, à quibus etiam omnes baptizabantur. Ezech.18 Act.

Quæſtio

Quæſtio CCLXXXIX

Qui pœnitentiam egit ob peccatum, & rurſus in idem peccatum delapſus eſt, quid
faciet?

Reſponſio.

Eum qui ſemel pœnitentiam egit, idem peccatum rurſus facere, ſignificatio eſt quod
prima peccati illius cauſa non expurgata eſt, à qua rurſus uelut à radice quadam neceſ-
ſe eſt æqualia produci. Quemadmodum enim ſi quis arboris ramos reſecare uoluerit
dimiſſa radice, nihil minus radix manens illos rurſus producit. Sic quandoquidem ali-
qua peccata non in ſeipſis habent principium, ſed ex alijs naſcuntur, neceſſe omnino
eſt eum qui ab ipſis purus eſſe uult, primas peccatorum illorum cauſas tollere. Velut e-
xempli cauſa, Lis aut inuidia, non à ſeipſis exordium capiunt, ſed ex radice ambitionis
pullulant. Nam qui gloriam apud homines querit, is litigat cum eo qui clari nominis eſt,
aut inuidet eidem, & maiori. Si igitur quis ſemel ſeipſum prehendit in inuidia aut lite,
& rurſus in eadem uitia inciderit, manifeſtum ſe facit, quod ex prima inuidiæ aut litis cau-
ſa, ipſa uidelicet ambitione, in profundo ægrotat. Et oportet ſanè ipſum ex contrario per
humilitatis exercitia (exercitium enim humilitatis eſt in uilioribus negocijs conuerſa-
tio) ambitionis uitium curare, ut ſic in humilitatis affectu exiſtens, non amplius exci-
dat in prædicta ambitionis germina. Quæ res ſe eodem modo in ſingulis huiuſmodi
peccatis habet.

Quæſtio CCXC

1.Cor.15 Quomodo abundat quis in opere Domini ſemper?

Reſponſio.

Aut datam gratiam multiplicando per utilitatem ac profectum eorum quibus ipſe be-
nefacit: aut ex humanorum ſtudiorum comparatione, amplius ſtudium in opere Domi-
ni oſtendendo.

Quæſtio CCXCI

Eſa.42 Quæ eſt arundo contrita, aut fumigans linum? Et quomodo quis illam quidem non
confringet, hoc uerò non extinguit?

Reſponſio.

Contritam arundinem arbitror eſſe eum qui in uitio aliquo mandatũ Dei facit: quem
confringere & abſcindere nõ oportet, ſed magis curare, uelut Dominus docuit, dum ait:
Mat.6 Attendite ne eleemoſynam ueſtram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab ipſis. Et
Phil.2 Apoſtolus præcipit, dicens: Omnia facite ſine murmurationibus ac diſceptationibus,
& alibi: Nihil per contentionem aut uanam gloriam. Linum uerò fumigans eſſe puto,
quum quis fecerit mandatum nõ feruenti cupiditate, & perfecto ſtudio, uerùm ſegnius
quodammodo & laxius: quem non conuenit compeſcere, ſed magis excitare commone-
faciendo de iudicijs Dei, ac promiſsionibus ipſius.

Quæſtio CCXCII

Num oportet in fraternitate puerorum ſecularium doctorem eſſe?

Reſponſio.

Quum Apoſtolus dixerit: Vos patres ne prouocetis ad iram filios ueſtros, ſed edu-
Ephe.6 cate ipſos in diſciplina & correctione Domini. Si qui filios adducunt, tali ſcopo addu-
cunt, & qui eos ſuſcipiunt, perfectionem habent, quod poſſunt eos qui offeruntur in di-
ſciplina ac correctione Domini educare, ſeruetur id quod à Domino præceptum eſt, dũ
Mat.18 ait: Sinite pueros uenire ad me, & ne prohibete ipſos: talium enim eſt regnum cœlorum.
At uerò citra talem ſcopum & huiuſmodi ſpem, neq; Deo placens hoc, neq; nos decens,
neq; utile nobis arbitror.

Quæſtio CCXCIII

Quomodo tractare oportet eos qui maiora peccata deuitant, parua uerò indifferen-
ter ac indiſcriminatim faciunt?

Reſponſio.

Primùm quidem ſcire oportet, quod in nouo Teſtamento hanc differentiam diſcere
non datur. Vna enim ſententia contra omnia peccata habetur, quum Dñs dicat: Quòd
Ioan.8 qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Et rurſus, Sermo quem locutus ſum, ille iudica-
bit ip-

bit ipſum in extrema die. Et Ioannes clamet, Qui non obedit filio, non uidebit uitam, ſed ira Dei manet ſuper ipſum: inobedientia non in peccatorum differentia, ſed in negligentia minas habente. In ſumma, ſi permiſerimus dicere paruum & magnum peccatum, ſequetur demonſtratio cui contradicere non eſt, Vnicuiq; magnum eſſe quod unumquenque ſuperat, & paruum hoc cui unuſquiſque dominatur. Quemadmodum inter athletas, qui uincit fortis eſt: uictus uerò debilior ſuperante eſt, quiſquis tandem fuerit. Oportet igitur in omni peccante qualecunque peccatum, ſeruare iudicium Domini, qui dixit: Si peccauerit frater tuus, uade argue ipſum inter te & ipſum ſolum: ſi te audierit, lucratus es fratrum tuum: ſi uerò non audierit, aſſume tecum unum aut duos, ut in ore duorum aut trium ſtet omne uerbum. Si uerò non audierit ipſos, dic Eccleſiæ: ſi uerò etiam Eccleſiam non audierit, ſit tibi uelut ethnicus ac publicanus. Seruetur autem in omnibus talibus id quod ab Apoſtolo dictum eſt: Cur non potius luxiſtis, ut tolleretur è medio ueſtrûm, qui hoc facinus commiſit. Conuenit enim longanimitatem & miſericordiam ſuperinferri ſeueritati.

Ioan.3 — *Mat.18* — *1.Cor.5*

Quæſtio CCXCIIII

Qua de cauſa excidit quis ab aſsidua Dei memoria?

Reſponſio.

Si quis immemor fiat beneficiorum Dei, & ſine conſcientia repertus fuerit erga benefactorem.

Quæſtio CCXCV

Ex quibus ſignis cognoſcitur ſubleſtus?

Reſponſio.

Quum negligens fuerit quis eorum quæ ad complacentiam Dei pertinent, quũ Propheta dixerit: Proſpiciebam Dominum in cõſpectu meo ſemper, quia à dextris meis eſt, ut ne commouear. *Pſal.15*

Quæſtio CCXCVI

Quomodo certior reddetur anima, quod à peccatis pura eſt?

Reſponſio.

Si cõſideret quis in ſeipſo affectum Dauidis, qui dixit: Iniquitatem odio habui & abominatus ſum: aut conſideret num perpetrarit in ſeipſo id quod ab Apoſtolo præceptum eſt, dum ait: Mortificate igitur membra ueſtra terreſtria, ſcortationẽ, immundiciam, libidinem, concupiſcentiam malam, & auariciam, quę eſt ſimulachrorum cultus, propter quæ uenit ira Dei. Quo loco etiam contra omne peccatum dilatans tale iudicium, induxit: Super filios inobedientiæ. ut dicere poſſit: Non adhæſit mihi cor prauum: declinantem à me malignum non cognoſcebam. Cognoſcit aũt ſeipſum quis in tali affectu conſiſtentem, ſi etiam aduerſus peccantes, eandem cum ſanctis horrendam condolentiam aſſumpſerit, quum Dauid quidem dixerit: Videbam præuaricatores & contabeſcebam, quia eloquia tua non cuſtodierunt. Apoſtolus autem dicat: Quis infirmus eſt, & ego nõ infirmus ſum? quis offenditur, & ego non uror? Si enim reuera anima præſtantior eſt corpore, uidemus autem in corpore quod omnes ſordes auerſamur & abominamur: omnis autem lancinationis & omnium inſidiarum ſpeculatio, contritionem ac triſticiam in corde operatur: quanto magis par eſt ut prædicta ob peccantes patiatur is, qui Chriſtum amat, & fraterno amore præditus eſt: ubi uiderit peccantium animam uelut à beſtijs sauciari ac corrodi, & uelut ſanioſum cruorem ac putredinem oſtendere, Dauide quidem dicente: Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, uelut onus graue grauatæ ſunt ſuper me: computruerunt & oluerunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ. Miſer factus ſum & curuatus ſum uſque in finem, tota die contriſtatus ingrediebar: Apoſtolo uerò ſcribẽte, Stimulus mortis peccatum eſt. Quum igitur aut ob propria peccata, aut ob aliena, prout prædictum eſt ab initio, ita animam ſuam affectam cognouerit: tunc certus ſit quòd à peccato purus exiſtit.

Pſal.140 — *Pſal.100* — *1.Cor.11* — *Rom.5*

Quæſtio. CCXCVII

Quomodo à peccatis ſe conuertere oportet?

Reſponſio.

Declarando affectũ Dauidis, primũ quidem dicentis, Iniquitatem meam cognitam

tibi feci, & peccatum meum non abſcondi: dixi, confitebor aduerſus me iniuſticiã meam
Pſal.31 Domino. deinde in recenſendo mores ſexti Pſalmi: & tum per alios multiformiter, tum
2.Cor.5 per Apoſtolum diſcendo hæc, quæ ad Corinthios teſtatus eſt pro alieno peccato, dum
dixit: Quæ enim ſecundum Deum eſt triſticia, pœnitentiam ad ſalutem haud pœniten-
dam operatur. & triſticiæ proprietates ſubinfert: Ecce enim hoc ipſum quod ſecundum
Deum contriſtati fuiſtis, quãtam in uobis genuit ſolicitudinem? imò defenſionem, imò
indignationem, imò timorem, imò deſiderium, imò æmulationem, imò uindictã. In om-
nibus enim exhibuiſtis uos ipſos quod puri ſitis in negocio. Quare ex his manifeſtum
eſt, quod non ſolum ſecedere oportet à peccato, & pro peccantibus talia pati, ſed etiam
ab ipſis peccantib. diſcedere, quum Dauid quidem hoc declarauerit, dum dicit: Diſcedi-
te à me omnes qui operamini iniquitatem. Apoſtolus autem preceperit, ut cum taline-
que cibum ſumamus.

Quæſtio CCXCVIII

Num bona ſecundum proprium placitum facere, Scripturæ ratio permittit?

Reſponſio.

Qui ſibiipſi placet, homini placet. Homo enim & ipſe unuſquiſque eſt. Quemadmodũ
Hier.17 igitur, Maledictus eſt homo, qui ſpem habet in hominem, & fulcrum ponit carnem bra-
chij ipſius: id quod ſuiipſius confidentiam ſignificat: & ſubiungit, Et à Domino recedit
anima ipſius: ſic etiam qui alij placet, aut ſecundum propriam complacentiam aliquid fa
Mat.6 cit, à pietate excidit. Faciunt enim, inquit Dominus, ut ſpectentur ab hominibus: amen
dico uobis, habent mercedem ſuam. Sed & Apoſtolus confitetur, Si adhuc hominibus
placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. Grauiores porrò minæ habentur in diuinitus inſpi-
rata Scriptura: quæ dicit, quòd diſperſit Deus oſſa eorum qui placendi hominibus ſtu-
dio tenentur.

Quæſtio CCXCIX

Quomodo perficietur anima, ut ab ambitione & gloriæ amore diſcedat?

Reſponſio.

Mat.5 Si ſuſtinuerit Dominum dicentem: Sic luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uideant
ueſtra bona opera, & glorificent patrem ueſtrum qui in cœlis eſt: & Apoſtolum præcipi-
1.Cor.10 entem, Siue editis, ſiue bibitis, ſiue quid aliud facitis, omnia ad gloriam Dei facite: quo
ipſe pius neque præſentem neque futuram gloriam ambiens, uerùm dilectionem erga Deũ
omnibus rebus præferens, fiduciam habeat dicendi cum propoſitis etiam hoc: Neque præ-
ſentia neque futura poterunt nos ſaparare à dilectione Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domi-
Rom.8 no noſtro. Quum ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus dixerit, Ego autem non quæro
gloriam meam: &, Qui à ſeipſo loquitur, gloriam propriam quærit: qui uerò quærit glo-
riam eius qui miſit ipſum, hic uerus eſt.

Quæſtio CCC

Quis eſt modus conuerſionis, quod de inuiſibili ſermo eſt?

Reſponſio.

Modus quidem conuerſionis in illa quæſtione declaratur, quomodo uidelicet à pec-
catis ſe conuertere oportet. Quod autem de inuiſibili ſermo ſit, recordabimur Domini,
quod nihil eſt occultum, quod non cognoſcetur: & quòd ex abundantia cordis os lo-
quitur.

Quæſtio CCCI

Si uerò dicat, Non cognoſcit conſcientia mea?

Reſponſio.

Hoc etiam in corporalibus affectionib. cõtingit. Multæ enim ſunt affectiones, quas
non ſentiunt ægrotantes: & tamen medicorum notis credunt potius, quàm ſuæ ipſo-
rum ſtupiditati attendant. Sic etiam in animæ affectionibus, hoc eſt, in peccatis, etiamſi
quis nõ cognoſcat ſeipſum, non percipiens peccatum: credere tamen debet his, qui ip-
ſius uitia plus uidere poſſunt. Atque hoc oſtenderunt ſancti Apoſtoli, quum in certitudi-
ne ſuæ ſinceræ erga Dominũ affectionis eſſent, & audiſſent, Vnus ex uobis tradet me:
Mat.26 uerbis Domini crediderunt magis, & diſſidebant contendendo dicentes Nunquid ego
ſum Domine. Manifeſtius autem docet nos hoc ſanctus Petrus, qui feruente quidem hu
militate

militate miniſterium Domini Dei ac magiſtri recuſat. Certitudine autem ueritatis uerborum Domini audita, Si non lauero te, non habes partem mecum, dicit: Non pedes ſolum meos, ſed & manus & caput.

Quæſtio CCCII

Num conuenit de diſpenſatione dare egentibus forinſecus?

Reſponſio.

Quum Dominus dixerit, Non ſum miſſus niſi ad oues quę perierunt domus Iſrael. &, Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & proijcere canibus: ea quæ ordinata ac conſtituta ſunt dicatis Deo, non neceſſarium eſt in indifferentes ꝓmiſcuè inſumere. Si uerò fieri poterit id quod à laudata in fide muliere dictum eſt, Etiam Domine, nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa dominorum ſuorũ: in diſpenſatoris probatione re poſitum ſit, accedente communi præminentium poſt eum ſententia: quo ex redundanti ſol oriatur, uelut ſcriptum eſt, ſuper malos & bonos. Mat.15 Mat.6

Quæſtio CCCIII

Num oportet obedire his quæ ab omnibus dicuntur in fraternitate?

Reſponſio.

Hæc quæſtio multam reſpondendi difficultatem habet. Primùm quidem, quòd confuſionis ſignificationem palàm exhibet, in eo quod ab omnibus aliquid dicitur: quum Apoſtolus dicat, Prophetę duo aut tres loquantur, & alij dijudicēt; & idem in gratiarum diſtributionibus, proprium uniuſcuiuſque loquētis ordinem conſtituat, dum dicit: Vnicuiq; prout Deus partitus eſt fidei menſuram: & in exemplo membrorum corporis manifeſtè declaret, particularem eſſe ſortem dicentis: & exactius diſcriminet in eo, quòd dicit: Siue qui docet in doctrina, ſiue qui exhortatur in exhortatione, &c. ut manifeſtum ex his ſit, non omnia omnibus permiſſa eſſe: uerùm unumquenque in propria uocatione manere, & diligentius id quod à Domino concreditum eſt, perficere. Oportet igitur communitatis præfectum, & omnibus præpoſitum, cum multa experientia hanc curam commiſſam ſibi habere: ita ut pro ſingulis iuxta officium ſolicitè uigilet, quo ad complacentiam Dei, & coniectura aptitudinis ac uirium uniuſcuiuſq; facta, ad communem utilitatem ordinet ac præcipiat: ſubditos uerò ſeruata boni ordinis diſciplina, & obedientia propriam menſuram noſcente, meminiſſe Domini dicentis: Oues meę uocem meam audiunt, & ego cognoſco ipſas, & ſequuntur me, & ego uitam æternam do ipſis: & antea loquuti, Alienum autem non ſequentur, ſed fugient ab ipſo, quia non noſcunt alienorum uocem: & Apoſtoli dicentis, Si quis aliud docet, & non acquieſcit ſanis ſermonibus Dñi noſtri Ieſu Chriſti, & ei quę ſecundũ pietatē eſt doctrinæ: is inflatus eſt nihil ſciens: & poſt ea quæ accidere ſolent inducentis, Diſcede à talibus. & rurſus alibi, Prophetias ne uilipendite: omnia probate, quod bonum eſt tenete: ab omni mala ſpecie abſtinete. Quare ſi quidem quid eſt ſecundum mandatum Domini dictum, ad mandatum directum, etiãſi mortis minas habeat, obedire oportet: ſi uerò quid præter mandatum eſt, aut mandatum lędit, etiamſi angelus ex cœlo, aut quis ex Apoſtolis præcipiat, etiamſi uitæ promiſsionem habeat, etiamſi mortis minas, nequaquã ſufferre oportet, quum Apoſtolus dixerit: Etiamſi nos ipſi, aut angelus ex cœlo prædicet uobis aliud quàm quod prędicauimus uobis, anathema ſit. 1.Cor.14 Ephes.4 Ioan.10

Quæſtio CCCIIII

Num pro his qui traditi ſunt fraternitati, accipere aliquid oportet à cognatis, dare aliquid uolentibus?

Reſponſio.

Huius rei cura & probatio pertinet ad præfectum. Verùm pro mea ſententia, arbitror quod magis offendiculo caret apud multos, & ad fidei ædificationē utilius eſt, talia beneficia repudiare. Nã ex acceptione primũ quidē cōtingit etiã opprobrium contra communitatē ſæpe proferri: deinde etiam elationis occaſionem exhibet, cognato eorum qui aliquid attulerunt: adhæc, iuxta id quod dictum eſt ab Apoſtolo, de his qui in cōmune propria edunt ac bibunt fit hoc, Pudefacitis eos qui non habent: & multa huiuſcemodi. Quum aũt tot occaſiones ad peccatũ contingant, bonũ eſt talia non ſuſcipere, uerũ permittere præfecto, ut probet & expendat, à quibus accipere, & quō diſpenſare oportet. 1.Cor.11

Quæſtio CCCV

Num accipere oportet ab externis,aut ſecundum amicitiæ gratiam aut prioris cognationis?

Reſponſio.

Hæc quæſtio ſimilem uim habet cum quæſtione pręcedente:Num à cognatis aliquid accipere oportet?

Quæſtio CCCVI

Quomodo intentio firma ac minimè ſubleſta acquiritur?

Reſponſio.

Pſal.15 Si quis electi Dauidis animũ aſſumat,qui dixit:Proſpiciebam Dominum in conſpectu meo ſemper,quoniã à dextris meis eſt,ne commouear.& alibi: Oculi mei ſemper ad Dominum,quia ipſe extrahet pedes meos à laqueo.& rurſus:Ecce ſicut oculi ſeruorum in manus dominorum ſuorum,ſicut oculi ancillæ in manus dominæ ſuæ: ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum.Et ut minore exemplo maiora diligentius perpetrare ſtudeamus,quiſq; apud ſeipſum reputet,qualis eſt coram præſentibus,etiamſi ęquales ſint, quomodo ſe à contemptu eximere ſtudet,& in ſtando,& in ambulando, & in cuiuſque membri motu,& in dicendo.Quemadmodum autem hęc coram hominibus ſeruare ſtudemus,ſic etiam multò amplius,ſi quis certus ſit ſe habere Deum inſpectorem, ſcrutantem corda & renes,uelut ſcriptum eſt:& unigenitum filium Dei,implentem promiſſionem,
Mat.18 Vbi duo aut tres fuerint congregati in nomine meo,illic ſum in medio ipſorum: & Spiritum ſanctum pręſidentem & partiẽtem dona ac operantem: angelos obſeruatores uniuſcuiuſq;,iuxta id quod dictum eſt à Domino: Videte ne contemnatis unum ex paruis his.Dico enim uobis,q angeli ipſorum in cœlo,ſemper uident faciem patris mei,qui in cœlis eſt:multiplex & uehementius certamen habet, quõ cõplacentem Deo pietatẽ acquirat.Atq; ſic intentio uehementior ac ſincerior cõfirmatur.Inſuper autẽ ſi ſtuduerit implere hoc,Benedicã Dominum in omni tẽpore,ſemper laus eius in ore meo. & hoc,
Pſal.33. Meditabitur in lege ipſius die ac nocte:ut præ æquali & perpetua meditatione, ac ſpeculatione uoluntatum ac gloriæ Dei,non reperiat mens abalienationis occaſionem.

Quæſtio CCCVII

Num ex diario auſpicari oportet pſalmodiam,aut orationem?

Reſponſio.

Hoc quæſitum in multitudine dignorum bonam ordinis diſciplinam ſeruet, ut neq; uile,ac indifferens res putetur,neq; æqualitas in una atq; altera perſona, ſuſpicionẽ præbeat arrogantiæ præfecti,& contemptus reliquorum.

Quæſtio CCCVIII

Num oportet danti aliquid in fraternitate retribuere? & num iuxta proportionem doni retributionem facere oportet?

Reſponſio.

Hæc tota quæſtio humana eſt.An autem gratitudinis ſignificationem præbere oporteat,in diſpenſatore ſitum ſit experimentum,& accipiendi ea quæ dantur, & retribuendi ei qui dedit.

Quæſtio CCCIX

Si conſueta & quæ ſecundum naturam ſunt ab aliquo fiant,num audere oportet ut ad ſanctorum ſocietatem ac communionem accedat?

Reſponſio.

Meliorem ac ſuperiorem natura & cõſuetudine,oſtendit Apoſtolus eſſe eum, qui in Baptiſmo cum Chriſto conſepultus eſt,aliquãdo quidẽ in loco de Baptiſmate in aqua,
Rom.6 poſt propoſita dicẽs:Hoc cognoſcentes, quòd uetus noſter homo ſimul crucifixus eſt, ut aboleretũ corpus peccati,ut nõ amplius ſeruiamus nos peccato. aliquando uerò præ-
Col.3 cipiens:Mortificate igitũ membra ueſtra terreſtria,ſcortationẽ,immũdiciam, libidinem, concupiſcentiam malam,& auaritiam,quæ eſt cultus ſimulachrorũ: propter quæ uenit ira Dei ſuper filios inobedientiæ.aliquando uerò terminũ præſcribens, dum dicit: Qui
Epheſ.5 autem Chriſti ſunt,carnem ſuam crucifixerunt cum affectibus & concupiſcentijs. Ego autem noui quod hæc rectè peraguntur per gratiam Chriſti, & in uiris & in fœminis, per

per genuinam in Dominum fidem. At uerò aliquem in immundicia degentem, accedere ad ſancta, etiam ex ueteri Teſtamento horribilius iudicium docemur. Si aũt amplius templo hic eſt horribilius nimirum erudit nos Apoſtolus, dum ait: Qui edit ac bibit indignè, iudicium ſibiipſi edit ac bibit. 1.Cor.11

Quæſtio CCCX

Num ad communem domum deportationem fieri oportet?

Reſponſio.

Quemadmodum nullum commune uas Scripturæ ratio permittit ad ſancta deferri: ſic neq; ſancta in cõmuni domo perfici, quũ uetus Teſtamentũ manifeſtè precepto Dei nihil tale fieri permittat, Domino dicente itidem, Plus templo hic eſt. & Apoſtolo ſcribente: Nunquid domos nõ habetis ad manducandum ac bibendũ? quid dicam uobis, laudabo uos in hoc? non laudo. Ego enim tradidi uobis quod & accepi. & quæ ſequunt. Ex quibus erudimur, neq; communem cœnam in eccleſia edere ac bibere, neq; Dominicam cœnam in domo contumelia afficere. Præterquam ſi quis in neceſsitate delegerit puriorem locum, aut domum in tempore opportuno. Luc.11

Quæſtio CCCXI

Num oportet requirentibus aliquibus ad uiſitationem abire?

Reſponſio.

Viſitare equidem res eſt complacens Deo. Oportet autem uiſitatorem prudentem eſſe auditorem, & ſapientem in reſponſionibus, explentem id quod dictum eſt: Sit ſermo ueſter in gratia ſale conditus, ut ſciatis quomodo oportet unicuiq; reſpondere. At uerò, aut propter cognationem, aut propter amicitiam uiſitationem facere, alienum eſt à noſtra profeſsione. Col.4.

Quæſtio CCCXII

Num oportet eos qui uiſitant laicos, excitari ad orationem?

Reſponſio.

Si amici Dei ſunt, par hoc eſt & conſentaneum, quum Apoſtolus ſcripſerit ipſis: Orate & pro me, ut mihi detur ſermo in apertione oris mei, ad loquendum cum fiducia myſterium Dei. Ephe.6

Quæſtio CCCXIII

Num oportet operari uiſitantibus quibuſdam?

Reſponſio.

Nihil ex his quæ ſecundum mandatum fiunt omittere oportet, propter eos qui amici officij gratia ſuperueniunt. Niſi propria aliqua animæ cura corporale ſtudium iuxta Domini præceptum præuertat, quum ſancti Apoſtoli in Actis dixerint: Non placitum eſt, ut nos relicto ſermone Dei, menſis miniſtremus. Act.6

DIVI BASILII MAGNI CONSTITVTIONES EXERCITARORIAE, AD EOS QVI COMMVNEM IN cœnobio uitam, itemq; ſolitariam degunt: Iano Cornario medico phyſico interprete.

QVVM Chriſti Philoſophiam elegeris, & ſupra mundanas cupiditates & uoluptates ac curas animum extuleris, & à carnalibus affectionibus cogitationem omni modo abducere ac ſeparare ſtudueris: ſæpe quidem nos alloquutus es, ac interrogaſti, quomodo oporteat certaminis inſtantem contentionem perficere: ita ut nuſq; carnalibus cupiditatibus per corpus ad animã obrepentib. capereris: & quid primũ quàm maximè obſeruandũ ſit, & quid poſt primum: & quę bona imitãda. ut per illorũ quidem obſeruationem, abſurdorum operum fugias actionem: per horum uerò imitationem, perficias bonorum operationem: poſtea uerò, cupiuiſti etiam conſcriptam tibi noſtri de hac re conſilij fieri expoſitionẽ. Quapropter etiam ipſi inducti ſumus ad bonũ feruorẽ æmulationis tuæ non contemnendum, ſed & eos quos iam habes mores, noſtris conſilijs fulciendos ac confirmandos. Non uelut ſufficientem ad propoſi-

tum rationẽ ac doctrinam exhibentes: ſed uelut eam quæ in nobis eſt non occultantes, per ſilentium uelut aggerem quendã contectã, atq; hac uia pœnarum minas ei qui talen-
Mat.25 tũ in terrã abſcondit intentatas euitãtes. Prætextus itaq;, plerunq; hominib. circa mũdanas concupiſcentias ac uoluptates & curas occupatis, ſunt nuptię. Neq; enim uehemẽtiorem ac uiolentiorem aliam quis inuenerit cupiditatem naturę corporis inſitam, quàm eſt in uiris fœminæ, aut in fœminis maſculi: & ualde ſanè meritò, nẽpe circa ſobolis productionem conſiſtentem: (Nuptiæ itaq; familiariſsimam habentes actionem, etiam impetum uehementiorem inducturæ erant) neq; curas grauiores hominibus accidentes,
1.Cor.7 quàm ſunt hæ quę propter coniugium aceruatim aduolant, uelut Paulus ait: Qui uxorẽ duxit, ſolicitus eſt de his quæ ſunt mundi, curis oneratus. Nam qui ſolus degit, ſuipſius ſolum & propriarum corporis neceſsitatum curam geſſerit, aut fortaſsis etiam has contempſerit, ſeipſum ad hoc facilè perſuadere potens. Qui uerò uxoris ac liberorum curam gerit, non amplius proprię mentis Dominus exiſtit: ſed neceſſe habet ut illi quidem ad uoluptates inſeruiat, & circa liberorum curam occupatus, multam curarum abyſſum exhauriat: quas recenſere longius fuerit, quàm præſens fert occaſio. Itaq; qui à mundi uinculis liber eſſe cupit, nuptias uelut pedicas quaſdam fugit: his autem relictis, uitam ſuam Deo conſecrat, & caſtitatem profitetur: ut neq; facultas ipſi ſit conuerſionis ad nuptias, ſed omni modo hæreat ex certaminibus pro caſtitate aduerſus naturam luctans, eiusq; impetus uiolentiores. Talis enim amator Dei exiſtens, & illius ab affectibus puritatem uel leuiſsimè acquirere deſiderans, & ſpiritualem ſanctitatem tranquillitatemq; ac quietem & manſuetudinem, & eam quę ex his gignitur læticiam ac gaudium deguſtare cupiens, ab omni materiali ac corporali affectu animam turbante, cogitationes procul abducere ſtudet. Puro autem & minimè obfuſcato animę uiſu res diuinas contemplatur, & lumine hinc emanante inexplebiliter ſatiatur. Et ubi ad talem habitum ac ſtatum animam exercuit, iuxta ſimilitudinẽ homini poſsibilem Deo aſsimilatur, amabilisq; ac chariſsimus ipſi ſit. Nempe qui magnum ac arduum quoddam certamen ſuſtinuit, & ex materiali commixtione, ſincera ac ſeparata mente à corporalium affectionum mixtura, cum Deo conuerſari potuerit. Decens itaq; ac par eſt, ut is qui ad talem habitum per prędictam exercitationem deuenit ac aſcendit, non rurſus per carnis irritamẽta ad affectuum illius ſocietatem detrahatur: neq; illinc exhalantes uapores ſuſcipiens, uelut per profundiſsimam aliquam caliginem, animæ oculo obfuſcetur, & à diuina ac ſpirituali ſpeculatione excidat, dum ab affectuum fumo rationis uiſus exaſperatur.

Conſtitutionum exercitatoriarum capita. Caput I

Quòd oportet orationem omnibus pręponere.
De cogitationibus cohibendis, & quòd non malum eſt corpus, uelut quidam II
putant. III
Quòd non oportet mulierum congreſſus incautè facere.
Quòd ex corporis uiribus continentiam metiri oportet, & quòd bonum ac legitimum eſt ipſa corporis operatio. IIII
V
Quòd conuenit exercitatorem operum decentium ſtudioſum eſſe. VI
Quòd non cum omnibus hominibus incautè conuerſari conuenit exercitatorem. VII
Quòd non oportet frequentes & inexaminatos facere progreſſus.
Quòd in conſtantibus exercitatoribus non conuenit imperturi confidentiam, ac VIII
dicendi libertatem, ſed etiam hos uitare.
Quòd neutiquã conuenit exercitatorem cupere poteſtatem fratrum aut prefe- IX
cturam. X
Quòd non uanæ gloriæ reſpectu æmulari bona conuenit. XI
De ſermonum oportunitate. XII
Quòd non conuenit exercitatorem ad facetias reſpicere. XIII
De manſuetudine, & quomodo dilectio conſiſtit. XIIII
De prudentia. XV
De fide & ſpe. XVI
De humilitate.

Quot modis prauæ cogitationes conſiſtunt. XVII
Ad regulares in cœnobio. XVIII
Quòd oportet exercitatorem firmo iudicio accedere ad exercitationem, & de obedientia. XIX
Quòd non oportet ad cognatos ſeculares conuerſiones perſequi, aut illorum res curare. XX
Quòd non oportet à ſpirituali fraternitate reſecari. XXI
De obedientia plenius. XXII
Quòd etiam uilia opera cum promptitudine & alacritate eligere ac ſuſcipere exercitatorem oportet. XXIII
Quòd non conuenit exercitatorem honores ac prærogatiuas querere. XXIIII
De frugalitate ac ſimplicitate circa edulia. XXV
Quòd reſpicientem ad perfectionem, progreſſus nihil lędere poteſt. XXVI
Quòd non oportet priuatas occupationes habere exercitatorem. XXVII
Quòd oportet prefectum paterna beneuolentia, ſubditorum res ac negocia diſpenſare ac miniſtrare. XXVIII
Quòd non conuenit duorum aut trium fratrum ſocietates in una congregatione exercitatoria eſſe. XXIX
Quòd non conuenit indumentorum aut calceamentorum electionem expetere exercitatorem. XXX
Quòd oportet prefectum iuxta uirium corporis portionem præcepta conſtituere & de his qui uires ſuas occultant. XXXI
Quòd non oportet contriſtari fratres, dum debilioribus in corporis indulgentiam aliquid conceditur. XXXII
Quòd non oportet præfectos exercitatoribus propriam congregationem deſerentibus libertatem tradere, aut ipſos ad uitę ſocietatem ſuſcipere. XXXIII
Quòd non oportet exercitatorem in congregatione degentem priuatim aliquid rerum aut materierum poſsidere. XXXIIII

QVOD OPORTET ORATIONEM OMNIBVS PRAEPONERE. CAPVT I

OMNIS actio, omniſcq́ Sermo ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti, pietatis ac uirtutis regula eſt. Et ꝑpterea incarnatus eſt, uelut in imagine deſcribens nobis pietatem ac uirtutem, quo unuſqu ſcq́ & unaquęcq́ uidentes, pro uiribus archetypum ac exemplar imitemur. Ob hoc enim noſtrũ fert corpus, ut & nos ipſius uitam, quantũ eius fieri poteſt, imitemur. Tu itacq́ ubi audieris ſermonẽ aut actionẽ ipſius, ne oſcitanter ac ſimpliciter prout contigit audias: ſed ad ſpeculationũ profunditatẽ deſcende, fias particeps eorũ quæ myſticè tradita ſunt. Martha equidẽ Dominum ſuſcipit: deſidet autem ad pedes ipſius Maria. In duabus ſororibus bona eſt promptitudo: uerùm deſtingue res ipſas. Martha etenim miniſtrabat, præparans quæ ad corporalis ipſius neceſsitatis ſolatium pertinebant: Maria uerò deſidens ad pedes ipſius, ſermones eius audiebat. Illa igitur reficiebat quod apparebat, hæc inuiſibili ſeruiebat: erat enim reuera & homo & Deus qui præſens erat: idem Dominus utriuſque mulieris promptitudinem ſuſcepit & amplexus eſt. Verùm Martha dum labore premeretur, mediatorem fieri Dominum adhortabatur, ut miniſterij auxiliariam propriam ſororem aſſumeret: Dic, inquit, ipſi, ut exurgens unà mecum miniſtret. Dominus autem ad ipſam: Martha Martha, ſolicita es & turbaris circa multa, uno autem opus eſt. Maria enim bonam partem elegit, quę non auferetur ab ipſa. Necq́ enim ob id adſumus, ut in ſtragulis recumbamus, & uentrẽ nutriamus: ſed adſumus ut uos ſermone ueritatis nutriamus & myſteriorũ ſpeculatione. Illam quidẽ nõ auertit ab his quæ faciebat: hanc uerò amplexus eſt propterea quod attendebat. Vide mihi itacq́ duas portiones, per duas mulieres inductas. Alteram quidem minus miniſterium corporalius illud eligentem, ueruntamen etiam ipſum utiliſsimum: alteram uerò melius Luc.10

& ſpiritualius, ut quæ ad myſteriorum ſpeculationem aſcendit. Hæc tu qui auditor es, ſpi
ritualiter accipe, & utrum uis elige. Si quidē uolueris miniſtrare, miniſtra nomine Chri
Mat.25 ſti. Ipſe enim dixit: In quantum feciſtis uni horum fratrum meorum minimorum, mihi fe
ciſtis. Siue enim peregrinos ſuſceperis, ſiue egenos refeceris, ſiue ob dolentes fleueris,
ſiue in neceſsitate ac calamitate conſtitutis auxiliarem manum porrexeris, ſiue infirmis
inſeruieris, omnia in ſeipſum Chriſtus recipit. Si uerò Mariā imitari uolueris, quæ corpo
ris miniſterium reliquit, & ad ſpiritualium ſpeculationem contemplatione aſcendit, le
gitimè rem ipſam tracta. Relinque corpus, ſiue agriculturā, obſoniorum ſtructuram &
apparatum: deſide ad pedes Domini, & audi ſermones eius, ut Deitatis myſteriorum par
ticeps fias. Nam ſpeculatio diſciplinarum Ieſu, corporis miniſterium tranſcendit. Acce
piſti itaque dilecte exemplar ac demonſtrationem: imitare utrum uoles, aut miniſter
ſis pauperum, aut amator Chriſti dogmatum. Si uerò poteris utraque imitari, utrinque
auferes ſalutis fructum. Primus tamen eſt ſpiritualis ſermo, reliqua omnia poſteriora.
Luc.10 Maria enim, inquit, bonam partem elegit. Si igitur & tu Chriſti myſtes eſſe uolueris: de
ſide ad ipſius pedes, ſuſcipe ipſius Euangelium, relinques totam uitam tuam, & abſque
ſolicitudine deges, obliuiſceris autem & proprij corporis: & ſic poteris cum ſpeculatio
nibus ipſius colloqui, ut imiteris Mariam, & ſupremæ gloriæ fructum capies. Cæterùm
orans uide, ne alia pro alijs petas, & Dominum ne irrites, non pecunias, non humanam
gloriam, non potentatum, non aliud quid rerum fluxarum: ſed pete regnum Dei, & o
mnia ad corporis neceſsitatem pertinentia ipſe tibi exhibebit. quemadmodum ipſe
Mat.6 Dominus dicit: Quærite regnum Dei, & iuſticiam ipſius, & hæc omnia adijcientur uo
bis. Orationis autem duo ſunt modi, alter glorificationis cum humilitate: alter petitio
nis, illo inferior. Orans igitur, ne ſtatim ad petitionem deuenias: id quod ſi non feceris,
detegis propoſitum tuum, quod à neceſsitate coactus Deum adoras. Vbi itaque incipis
orationem, relinque teipſum, uxorem, liberos, ſine terram, tranſcende cœlum, relinque
omnem uiſibilem ac inuiſibilem creaturam: & incipe à glorificatione conditoris uniuer
ſorum, & ubi glorificaueris ipſum, non uagus mente huc & illuc, neque Græcorum mo
re fabulans, ſed à ſacris Scripturis eligens ac dicens: Benedico te Domine longanimum
& tolerantem malorum, qui pateris me quotidie peccantem, & das nobis omnibus pœ
nitentiæ poteſtatem. Propterea enim taces, ac ſuſtines nos Domine, ut te generis noſtri
ſalutem diſponentē glorificemus: qui alquando per timorem, aliquando per admonitio
nem, aliquando per Prophetas. poſtea uerò per pręſentiam Chriſti tui nos uiſitaſti. tue
nim feciſti nos, & non nos: tu es Deus noſter. Quum autem glorificaueris ex Scripturis
ut potes, & emiſeris laudem ad Deum: tunc incipe cum humilitate, & dic: Ego quidem
Domine non ſum dignus ut loquar coram te, quia ualde peccator ſum. etſi nullius mali
Luc.18 tibi conſcius ſis, ſic te dicere conuenit. Nemo enim ſine peccato eſt, niſi ſolus Deus. Mul
1.Cor.4 ta enim peccantes, plurima neq; intelligimus. Quapropter dicit Apoſtolus: Nullius rei
Pſal.18 mihi conſcius ſum, ſed nō in hoc iuſtificatus ſum: hoc eſt, multa pecco, et non intelligo.
Vnde etiam Propheta ait: Delicta quis intelliget? Quare non mentiris, ſi teip ſum pecca
torem dicis: ſi enim intelligis etiam hoc ipſum peccas, quod dicis, Nō ſum peccator. Ve
rùm potius dic: Super omnes peccatores ego ſum, qui trāſgredior diuinum pręceptum,
quod iubet: Quum omnia rectè feceritis, dicite inutiles ſerui ſumus, quæ enim debemus
facere fecimus. Sic te ſemper cogitare oportet, Inutilis ſum. Et Apoſtolus rurſus, Per hu
militatem alius alium ſe præſtantiorem eſſe ducat. Adora itaq; Deum cum timore & hu
Phil.2 militate. Quū igit̄ ſermonē humilitatis produxeris, ac dixeris: Gratias ago tibi Domine,
quod patiens fuiſti ob peccata mea, & uſq; ad hoc tempus me impunitum dimiſiſti: ego
enim dignus eram olim innumera mala pati, & à facie tua abijci: uerùm tolerans malorū
benignitas tua erga humanū genus, patiens fuit ob me. Gratias ago tibi, etiamſi non ſum
ſufficiens ad gratiarū actionē pro illa malorū tolerātia tua. Et ubi duas partes abſolueris,
glorificationis & humilitatis, tunc deinceps pete quod debes petere: non diuitias, uelut
antea dixi, neq; gloriā terrenā, non corporis ſanitatē: ipſe eñ te fecit, & tuæ ſalutis curam
gerit, & nouit quod unicuiq; conducit, ſiue ſanum eſſe, ſiue ęgrotare: ſed pete quemad
modum tibi pręceptum eſt, regnum cœlorum ſolum. Et de neceſsitate corporis tui uelut
prædixi, ipſe curat. Munificentiſsimus ęſt enim rex noſter, & indignatur ſi quis paruum
quid

quid ab ipſo petat, ſi quis noſtrûm de nihil attinentibus ipſum ſolicitet. Ne igitur in ora-
tione tua indignationem tibiÿpſi inducas, ſed pete tibiÿſi digna rege Deo. Petens autem
digna Deo, ne deſtiteris donec accipias. Hoc em̄ innuens Dominus in Euangelio dicit:
Quis ex uobis habebit amicum, & uadet ad ipſum media nocte, & dicet ipſi: amice da Luc.11
mihi mutuo tres panes, quia amicus me acceſsit de uia, & non habeo quod apponam ip-
ſi. Et ille intus reſpondeat, Noli mihi moleſtus eſſe: iam enim oſtium clauſum eſt, & pue-
ri mei mecum ſunt in cubili, non poſſum ſurgere & dare tibi. Dico uobis, etiamſi non
dabit ipſi ſurgens eo quòd amicus eius ſit, propter improbitatem tamen eius ſurget, ac
dabit ipſi quotquot opus habet. Exemplum dat nobis Dominus, ut doceat nos robu-
ſtos eſſe ac contentioſos in fide. Exemplum enim ſumit ab homine ad hominem, ut di-
ſcas nunquam deſperare: ut ubi petieris & non acceperis, non deſiſtas donec accipias:
ueruntamen ſi, uelut antea dixi, petieris ea quæ Deus uult, & non dixeris, peccator ſum,
& non audior. Vt enim ne deſperes, ob id dicit: Etiamſi eo quod amicus eius ſit non da-
bit ipſi, tamen propter improbitatem eius dabit ipſi quotquot opus habet. Igitur ſiue
menſis tempus interceſſerit, ſiue anni, ſiue trienniÿ, ſiue quadrienniÿ tempus, ſiue plures
anni, donec accipias ne ceſſaueris: ſed cum fide pete, ſemper quod bonum eſt operans.
Sæpe enim ex nobis aliquis in iuuentute deditus fuit temperantiæ, deinde ſubintrauit
uoluptas, commotæ ſunt naturales cupiditates, elanguit oratio, accitum eſt iuuentuti
uinum, periÿt temperantia, & euaſit homo alius pro alio. Sic mutationes fiunt, propte-
rea quòd non generoſo animo reſiſtamus affectibus. Quare de ſeipſo quidem omnia in-
ferre oportet: ad Deum uerò clamare ut ipſe auxilium ferat. Si quis enim per molliciem
ſeipſum concupiſcentiÿs dedat, & ſeipſum hoſtib. prodat, huic Deus auxilium non fert,
neque exaudit. Nam per antegreſſum peccatum à Deo ſeipſum abalienauit. Qui enim
à Deo auxilium expectat, decorum non admittit: qui autem decorum non amittit, diui-
no auxilio nunquam deſtituitur. Oportet itaq; in nulla re à propria conſcientia condem
nari, atq; ſic diuinum auxilium inuocare. Inuocare autem non ſegniter, neq; mente ſub-
leſta huc & illuc nutante: nam talis non ſolum non accipiet petitionem, ſed grauius eti-
am Dominum exaſperat. Si enim coram principe quis conſtitutus ac dicens, cum mul-
to timore conſiſtit, & externum & internum animæ oculum minimè uagum ſed inten-
tum habens, ne fortè periculum incurrat: quãto magis coram Deo cum timore ac tremo
re ſtare oportet, totam mentem ad ipſum ſolum intentam habendo, & nuſquã aliò: pro-
pterea quòd non ſolum externum hominem uidet, uelut homines, ſed etiam internum
intuetũ. Si itaq; ſic uelut conuenit ſteteris coram Deo, & de te ipſo omnia intuleris, ne de-
ſtiteris donec petitionem tuam acceperis. Si uerò à propria conſcientia tua condemna-
ris, uelut ſi contemnas, & ſi ſubleſta mente ad orationem ſteteris: quum non ſubleſtè ſta-
re poſsis, ne audeas ſtare coram Deo, ut ne cedat oratio tua tibi in peccatum. Si autem à
peccato debilitatus, non poteris orare citra diſtractionem, quãtum potes teipſum coge,
ac cõſtans ſta coram Deo, mentem ad ipſum habens, & teipſum apud teipſum colligens.
Et Deus ueniam dat, quia non ex contemptu, ſed ex debilitate, non ualet uelut conuenit
ſtare coram Deo. Si ſic coegeris teipſum ad omne opus bonum, ne deſtiteris donec acce
peris petitionem tuam, ſed patienter pulſa oſtium ipſius, petens petitionẽ tuam: Omnis
enim qui petit, accipit, inquit: & qui quærit inuenit, & pulſanti aperietur. Quam enim ali Mat.7
am rem aſſequi uis, præterquam ſolã ſecũdum Deum ſalutem? Vis diſcere ô dilecte quo
modo patientes fuerint ſancti & non deſperarunt? Abrahã Deus iuniorẽ uocauit, & ip-
ſum ex Aſſyriorum terra in Paleſtinã tranſtulit, dixitq; ad eum: Tibi dabo terram hãc, &
ſemini tuo poſt te, & uelut ſydera cœli, ſic erit ſemen tuum, quod nõ enumerabit. Et præ Gen 12
teriÿt multus annorum numerus, & mortificata fuit ipſius natura, præ foribus aũt ipſius
erat mors, & nõ dixit: Dñe ſemper mihi filios promittis, & patrẽ me omniũ gentiũ futu-
rum prędicis: mortui ſunt mei propter ſenectã naturæ motus, & Sara uxor mea nõ ampli Gen.15
us aliquid muliebre ſuffert propter ſenectã, quare falſa eſt promiſsio tua: duo enim ſenes
qualem ſpem habemus? Non dixit hæc, nõ cogitauit, ſed fide incõmotus permãſit, & æ-
tate quidem ſeneſcebat, ſpes aũt iuueneſcebat. Et corpus quidẽ ad debilitatẽ ueniebat,
& deſperationẽ inducebat: fides uerò & animã & corpus uelut neruis firmabat: Deus, in-
quit, eſt qui promiſit, Dominus ipſe naturæ: & aliter fieri non poteſt. Ipſe eſt qui etiam
impoſsibi-

impoſsibilia poſsibilia facit:nam facit omnia,& prout uult tranſmutat. Imitare fidem A-
brahæ.Quum igitur debilitata eſſet natura,& mortificati eſſent motus, tunc uixit pro-
miſsio Dei,Suſcipe exempla.Nos autem annum oramus & ſecedimus,duos annos ieiu-
namus,& deſinimus.Ne igitur deficiamus ad promiſsionem Dei: nam qui illi promiſit
multiplicare ſemen ipſius, etiam nobis promiſit petentibus exhibere petitionem no-
Mat.11 ſtram:dicit enim, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis,& ego reficiam uos.
Nam quum tu longè ab ipſo abeſſes,ob languentem te & peccati onere grauatum miſe-
ricordia motus,te accerſiuit, ut te onere leuaret, & de cætero requiem largiretur. Et tu
non credis ipſi? At enim etiamſi tacere uoluerimus, à conſcientia noſtra redarguimur.
Non enim fidem non habemus ipſi,uelut non potenti reficere nos: ſed ſubterfugimus
tollere iugum ipſius in noſipſos,bonum illud & leue:& per anguſtam portam ingredi in
regnum Dei.Malumus autem peccatorum onus portare, & per uoluptuarios affectus
lata uia ire,& per amplam portam ingredi ad interitum.At ſæpe,inquis,petiui,& non ac-
cepi?Omnino quia malè petiuiſti,aut inexplebiliter,aut ſubleſtè,aut ea quæ tibi non cō-
Luc.21 ducunt.Si uerò etiam conducibilia ſępe petiuiſti,at non perſeueraſti.Scriptum eſt enim:
Mat.24 In patientia ueſtra poſsidebitis animas ueſtras.&,Qui perſeuerauerit in finem,hic ſaluus
erit.Si nouit Deus orantium cor,quid igitur inquis,noſtra petitione opus habet Deus?
Si non nouit quibus opus habemus,quis uſus eſt petitionis?nouit quidem Deus quibus
Mat.6 opus habemus,& omnia corporalia opulenter nobis fruenda exhibet: & quum bonus
ſit,pluit ſuper iuſtos & iniuſtos,& ſolem ſuum oriri ſinit ſuper bonos & malos,etiam an-
tea quàm nos petamus.At fidem & recta uirtutis facta,& regnum cœlorum,niſi petieris
cum labore & multa perſeuerantia,non acceperis.Oportet enim prius deſiderare,& ha-
bito deſiderio quærere ex ueritate,in fide & patiētia omnia de ſeipſo inferendo: ita ut in
nulla re quis à propria conſcientia iudicetur,uelut aut negligenter aut oſcitanter petat,&
tunc accipere ubi Dominus uult.Melius enim ea quę conducunt tibi nouit quàm tu: &
fortaſsis ob id dare differt,perſeuerantiā tuā erga ipſum hoc modo excogitans, & ut ag-
noſcas quid eſt Domini Dei, & quod datum eſt cum timore cuſtodias. Quicquid enim
cum multo labore quis acquirit,hoc cuſtodire debet,ut ne deperdito ipſo, perdat etiam
multum ſuum laborem,& gratia Dei reprobata,indignus fiat uita æterna. Quid enim p-
fuit Solomoni,ut citò acciperet ſapiētiæ gratiā, quum perdiderit ipſam? ne igitur puſil-
lanimis ſis, ſi non accipias citò petitionē.Si enim nouiſſet bonus Dn̄s, quod citò accipi-
ens gratiā,non perderes ipſam,promptus eſſet etiā antequā tu peteres ipſam exhibere.
Mat.25 Nūc aūt tui curam gerens,hoc facit.Si enim is qui talentum accepit,& ſaluum ipſum ſer-
uauit,propterea quòd non negocia exercuit per ipſum,condemnatus eſt:quantò magis
condemnabitur is qui ipſum perdidit?Hęc igitur ſcientes,ſiue citius, ſiue tardius acce-
perimus,perſeueremus gratias agētes Domino.Nam omnia quæ facit Dn̄s, pro noſtra
ſalute diſponit:modò nos non puſillanimes à petendo deſiſtamus.Propterea enim Dn̄s
parabolam de uidua dixit,quę per perſeuerantiam ſuam iniquum iudicem flexit, quo &
nos per perſeuerantiā,petitionē noſtram accipiamus.Hinc enim & fides noſtra, & dile-
ctio erga Deum oſtenditur,ubi etiam non citò accipientes, perſeuerauimus gratias ipſi
agere.Itaq; gratias ipſi ſemper agamus,ut ęterna ipſius bona aſſequi digni fiamus,nam
ipſum decet gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

De cogitationibus cohibendis:& quòd non malum eſt corpus,uelut quidam putant. Cap. 11

PRimùm quidē igitur om̄ibus modis cōtinenda eſt cogitatio,ita ut uigilantē mentis
uiſitationē præficiamus,ut ne permittat animæ,quo facilè per incōſiderantes impe-
tus ad corporis retractiōes inclinet ac emolliatur. Viſus etem̄ corporis eſt oculus: uiſus
uerò animæ eſt mens ipſi inſita,ſed non ut alterū in altero:ſed idem eſt & anima & mens,
uis quædā naturalis exiſtēs,& nō inductitia rationalis animæ partis.Quādo enim anima
ſuam ipſius mentē cōmouens,(quæ naturaliter ipſi à ſancta Trinitate,quæ ipſam creauit,
inſita eſt)ea quæ oportet ac conueniunt deliberat:tūc corporis inſultus effugit, & inor-
dinatos ipſius motus proſpiciēs ac reprimēs,tum quietē ipſam decentē agit,tum in ocio
minimè tumultuario,in ſpeculationib.ſecundū naturā exiſtit:partim in ſanctam & ado-
randam Trinitatem pro uiribus intentè intuens,& diuinæ maieſtatis inacceſſibilitatem,
propter

propter ſplendoris excellentiam reputans beatitudinis pelluciditatem,ſapientię infinita
tem,quietis firmitatē ac tranquillitatē,purā ab effectibus & immobilē naturā. Cui enim
nihil ex improuiſo accidere poterit,nempe habēti apud ſe repoſitā & præſentiū & futu
rorum omniū agnitionē,& cōplexo uniuerſa,& omnia ſub manu habēti:& cui nihil om-
nino reſiſtere,aut ſaltē uiſum obuertere poteſt:huic conſentaneū eſt adeſſe tranquillitatē
ac perpetuā quietē.Nā rerum inexpectatarū repentinę calamitates, turbationes homi-
num mentib.inducere ſolent.Quare quē nullum uitium infeſtat, uerùm omnis uirtus &
omne bonum ſequitur,hic utiq; meritò immutabili ac indeſinēte lætitia exhilarari pote-
rit. Virtutis em̄ & bonitatis comes lęticia,quēadmodū propheta dicit: Lętabit̄ Domi- Pſal.103
nus ob opera ipſius.Anima itaq; mentem ſuam in uigilantia & conuenientib. actionib.
conſeruans,tum in prædictis ſpeculationibus conſiſtet,& mores ſuos ad rectitudinem
& iuſticiam,honeſtatemq; ac pacem exercebit.Quando aūt à cogitatione ac integritate
conuenientium ſpeculationum deſtiterit:tunc corporis affectus inſurgentes, uelut ca-
nes temerarij & audaces amiſſo pręfecto, multum animę allatrant,& uarijs modis ipſam
dilaniare conant̄:ita ut unuſquiſq; affectus uitalem ipſius uim ad ſeipſum trahat.Dupli-
cem enim ego animæ uim eſſe arbitror, quum una & eadem exiſtat: alteram quandam
corporis uitalem ſiue uiuificam: alteram uerò rerum ſpeculatiuam,quam etiam rationa-
lem nominamus. Verùm uiuificā quidem uim,quoniam permixta eſt corpori anima,na-
turaliter propter cōmixtionem,& non ex propoſito ſuppeditat.Quemadmodum enim
non eſt poſsibile, ut ſol affulgens non illuminet hoc in quod ſplendores emiſit: ſic im-
poſsibile eſt animā non uiuificare corpus in quo fuerit.At uerò ſpeculatiua uis in propo
ſito motum habet.Si quidem igitur ſemper ſpeculatiuam & rationalem uim ſuam uigila
re effecerit,uelut propheta dicit:Neq; dormitabit qui cuſtodit te: duplices ſepit corpo- Pſal.120
ris affectus.Nam & ſpeculatio ipſius de melioribus ac commodis occupata eſt:& ea quę
confuſiones corporis inſpectat,has caſtigat ac ſedat.Si uerò ocium amplexa, ſpeculati-
uam uim immotam habeat: affectus corporis uiuifica ui paulatim reperta ac inter ſe di-
ſtributa,nemine pręſidente ac prohibente,animā ſimul ad proprios impetus ac opera-
tiones detrahunt.Quare ſunt quidem affectus corporis uiolenti, ratione in nobis ocium
agente:obedientes uerò illa ordinante ac gubernante. Non itaq; reprehendi meret̄ cor-
pus,ſi qui rectè de ipſo iudicare uelint.decet enim per conſilij expoſitionē, etiam uanas
opiniones eorū qui malè de corpore ſentiunt,tollere. Quemadmodum enim,ô dilecte,
bona res eſt equus,& quanto natura uegetior ac calidior fuerit, tanto melior: opus autē
habet moderatore ac gubernatore:nempe rationis expers exiſtens. Vbi uerò inſcende-
rit ipſum auriga,ipſe natura uti conabitur.Siquidem igitur auriga impetus iumenti con-
uenienter gubernauerit,& ſibijpſi ad utilitatem utitur, & propoſitū ſcopum aſſequitur:
ſed & ipſe ſeruatur,& iumentum ad uſum optimum conſpicitur. Vbi uerò auriga malè
rexerit pullum:ſępe & ipſe pullus à publica uia pręuaricatur,& ad inuia delabitur:aliquā
do uerò etiam ipſum ſeſſorem ſimul defert: & utriuſq; periculum fit aurigæ negligen-
tia.Sic etiam de anima & corpore intellige. Corpus enim naturales impetus accepit non
abſurdos,ſed omnino ad aliquid bonos ac utiles: & rationis hoc expers eſt, quo anima
ob rationis prærogatiuam colatur.Si enim ipſa corporis impetus decenter gubernarit,
& ipſum conſeruat, & ipſa extra pericula permanet:ſi uerò præfectura negligēs fuerit,
& ſomno uicta,per ſocordiam corporis gubernationem dimiſerit:tum ipſum uelut rati-
one deſtitutum,à recta uia aberrat,& animam æqualibus erroribus inuoluit:non ex pro
pria malicia,ſed propter illius negligentiam.Siquidem enim eſſent affectus corporis ta-
les,ut ab anima domari non poſſent, meritò ſanè culpam haberet corpus. Quum uerò
multis ſubditi facti ſint,qui ipſis dominari ſtuduerunt,innoxium quidē eſt corpus apud
eos,qui ipſum uelut maliciei principem criminari conantur. Reprehenſione autē digna
eſt ob negligentiam anima,cui dominium corporis alligatum eſt:quæ neq; ipſa ex natu-
ra malum in ſeipſa habet,ſed ob defectum boni in hoc conſiſtit. Vitium enim nihil aliud
eſt,quàm defectus uirtutis.

Quòd non oportet mulierum congreſſus incautē facere. Cap. III

DE cohibendis quidem cogitationibus,& affectuum corporis gubernatione,& am-
plitudine ac tranquillitate interni hominis, & de ſpeculatione ac ſtudio eorum
quæ

quę ad ipſum pertinent,ſufficienter pro uiribus noſtris prędiximus.Oportet aũt non ſo-
lum cogitationes moderari,ſed etiã à rerũ cõuerſatione,quãtum eius fieri poteſt,diſcede
re:maximè earũ,quę accedẽtes nos,& ad affectuũ recordationẽ ducẽtes,rationẽ turbant
ac confundunt,& bella ac anxietates animę inducunt. Nam bellum quidẽ quod inuitis
nobis accidit,ſufferre fortaſsis neceſſariũ fuerit:uerùm ultroneũ ſibijpſis acerſere,abſur
diſsimum exiſtit.In priore enim etiã ſi quis ſuperetur fortè, ueniam allequetur. abſit aũt
hoc à Chriſti athletis.in hoc uerò ſi quis capiatur, ſupra hoc quod id maximè ridiculum
eſt,etiam uenia nulla patet.Oportet igitur etiam mulierũ cõuerſationes & congreſſus q̃
maximè fugere:niſi aliqua ineuitabilis neceſsitas ad congreſſum cogat. Quæ ſi etiã con-
tingat,uelut ab igne cauere conuenit,ita ut celeres ac repentinos diſceſſus faciamus.Cõ-
Pro.6 ſidera uerò,quid de hoc ſapientia ipſa inquit:Deligabit quis ignẽ in ſinu, & ueſtimenta
non comburet?aut,Ambulabit quis ſuper prunas ignis,& pedes non comburet?Si uerò
quis dicit ſe ex congreſſu ac cõuictu muliebri amplius non lædi,hic aut nõ particeps eſt
maſculę naturæ:& eſt res quędam maximè admiranda,in confinio utriuſq; naturæ con-
ſiſtens,quales eunuchos ex natiuitate dicunt:ſi ſanè etiam illis demus, quod ſint ab affe-
Eccle.20 ctibus ac motibus erga fœminã puri. Deſiderium enim eunuchi eſt deuirginare puellã,
inquit Sapiens.Aut ſi particeps eſt,uitijs immerſus non ſentit,ebrios aut phrenitide cor
reptos imitans:qui quum grauiſsima perpetiuntur,extra afflictionẽ ſe eſſe putant.Con-
cedamus aũt rationi id quod extra rationem eſt:eſſe aliquem qui nõ ſtimuletur à maſcu-
lo affectu:at etiam ſi ipſe non patiaẽ,non facilè utiq; etiã alijs perſuaſerit, quod non pa-
tiatur.Cęterùm nullo uirtutis facto propoſito multis ſcandalo eſſe,non arbitror periculo
carere ei qui hoc facit.Deinde etiam aliud uidere contingit,quod etiamſi uir non ſuſcipi-
at corruptionem in cogitationibus : at non iam etiam de muliere nobiſcum contendet,
quod ipſa quoq; corporis affectuum expers ſit:ſed ſæpe illa debili ratione prædita,& af-
fectum facilè repentem habens, patitur aliquid ex eo qui incautè congreſſum fecit: &
ipſe quidem non ſauciatur,ſauciat autem ſæpe ſicut non nouit.Et ſtimulata nimirum ſpi
rituali dilectione muliercula,ſæpe ad pietatis exercitatorem accedens,per oculos pecca-
to impleri incipit,& laſciuo aſpectu proximi ſpeciem depaſcitur:& internam uirginem,
quam maximè ſponſus amat,impuris cogitationibus corrumpit. Quo igitur nihil relato
rum contingat,cauere conuenit,ſi quidem id fieri poſsit, ex toto:ſin minus, frequentes
ſaltem & longas mulierum conuerſationes ac congreſſus:non uelut odio habeamus ip-
ſum genus,abſit:neq; uelut abnegemus illarum cognationem : ſed uelut præſidentes &
opem pro uiribus ferentes omnibus quidem humanæ naturæ conſortibus:præcipuè ue-
rò his quæ certamina pro caſtitate ſuſceperunt,uelut quæ communia nobiſcum certami
na ſubeunt.Congreſſum autem uitantes,ut ne affectum quem recuſauimus, & cui renũ-
ciauimus,in memoriam reuocemus.

Quòd ex corporis uiribus continentiam metiri oportet: & quòd bona ac
legitima res eſt corporis operatio. Cap. IIII.

CONſequens porrò eſt etiam uentri dominari:uentris enim cuſtodia, affectuũ eſt ca-
ſtigatio:affectuũ aũt caſtigatio,eſt quies ac tranquillitas animæ, fœcũdiſsimus uir-
tutum fons exiſtens.Cõtinentia aũt uentris optima eſt,quæ unicuiq; ad corporis faculta
tem pręſcribitur.Aliquibus enim etiam intenta afflictio iucunda uiſa eſt,& remiſsio ma-
gis quàm labor putata,propter ſtructurę ac uirium corporis firmitatem ac pertinaciam.
Verùm quod his tolerabile fuit,alijs periculorũ cauſa factum eſt. Corporũ enim ad cor-
pora tantam differentiã quis inuenerit, quantã æris ac ferri ad ſarmenticia ligna.Quare
continentiã eligere cõuenit pro ratione earum quæ nobis adſunt uirium. Nam uirtutes
quæ in ſola anima peragũtur,omnes in omnibus æqualem locũ habent:uelut manſuetu-
do,æquitas,humilitas, bonitas, fraternus amor,ſinceritas,ueritatis amor, condolentia,
benignitas,& erga homines amor.Has enim præcipuas animæ uirtutes dicimus, quãdo
quidem ad ipſarũ acquiſitionẽ ac impetrationẽ, nihil amplius confert corpus animę,q̃
quod cõſilij locus ac curia eſt ipſi de illis conſideranti.At uerò cõtinentia unicuiq; iuxta
corporis uires præſcribẽ,ut neq; minus q̃ pro uiribus decertemus, neq; ultra uires nos
extendamus.Hoc enim,arbitror,cõſiderare cõuenit,ut ne per immodicã continentiam
uiribus corporis reſolutis, ſegne ipſum ac inualidum ad uirtuoſas actiones reddamus.
Non

Non enim Deus quũ faceret hominẽ, ſegnẽ & immobilẽ ipſum eſſe uoluit: ſed actuoſum
eſſe ad officia ſua, ut qui iuſſerit in paradiſo Adam operari, & ipſum cauere (Nam etiãſi
ſpeculatio huic dicto adeſt, attamen & peculiari æmulatione ac ſtudio dignum eſt) poſt
elapſum uerò illinc, in ſudore uultus panem comedere pronunciauit. Quod aũt ea quæ Gen. 3
ad Adam dicta ſunt, omnibus ex ipſo generatis dicta ſunt, hinc manifeſtum eſt. Etenim
mortem decreuit quidem contra illum, dum dixit: Terra es, & in terram reuerteris. Om-
nes autem ex ipſo generati cõſimiliter uelut ille afflictionis participes facti ſunt. Conue-
nit itaq; nihil innouare præter naturam, & terminos benefactoris naturæ, ſed in his per-
manere, & actuoſum corpus habere, quod nuſquam per immodeſtiã reſoluatur. Hoc e-
nim optimæ œconomiæ eſſe arbitror, poſitos modos ac terminos ſequi, cum aliâs, tum
quòd ex diuina Scriptura plura nobis ſuppetunt teſtimonia, quæ ſermonem noſtrum cõ
firmant. Diuina enim ſcriptura operari quidem iubet ac corpore moueri, & magis alio-
rum fulcire debilitatẽ, q̃; alterius opus habere manu. Verùm cõtabefacere hoc, & immo-
dicis eliquationibus reſoluere, nequaquã. Atq; huius rei fide digniſſimum tibi adducam
teſtem ſanctum Paulum, alicubi dicentem: Audimus quoſdam inter uos inordinatẽ am-
bulantes, nihil operantes: & ſegniciem confuſionem ordinis pronunciantẽ: Non enim 1.Cor.4
inordinati fuimus, inquit, inter uos, neq; gratis panem comedimus ab aliquo, ſed in labo
re & erumna nocte ac die operantes. Et hoc quod amplius eſt: Neceſſitatibus meis & Eph.4
his qui mecum ſunt inſeruierunt manus hæ. Et alibi rurſus: Vt operantes, inquit, ſuum pa 2.Theſ.3
nem comedant. Et rurſus alibi: Quieſcere ac facere propria. & operari manibus ueſtris.
Ab omni faſtu alienum eſſe conuenit pietatis exercitatorem, & mediam reuera ac regi-
am uiam ambulantem ad neutram partem nuſquam declinare, neq; remiſſionem ample
ctentem, neq; per continentiæ exceſſum corpus inutile reddentem. Si quidem enim bo
num eſſet corpore reſolutum eſſe, & ſpirantem ac uiuum mortuum iacere, Deus nos ab
initio omnes tales creaſſet. Si uerò non fecit ſic, omnino quod bonum nouit, hoc etiam
perfecit. Si autem quod bonum eſt, hoc nos effecit, peccant qui quod bene factum eſt,
uelut expedit non ſeruant. Vnum igitur pietatis exercitator conſideret. Num alicubi
malicia per negligentiam in anima nidificauit? Num uigilantia & intenta mentis ad De-
um extenſio exoluta eſt? Num ſpiritus ſanctificatio, & quæ illinc animæ acceſſit illumina
tio obſcurata eſt? Nam ſi quidem prædicta uiguerint bona, nequaquam occaſionem ha-
bebunt corporis affectus ut contrà inſurgant, quum anima ad ſuperna occupata ſit, & oc
caſionem non concedat corpori ut inſurgant affectus. Si enim dum nos aliquid re-
rum in uita intenta cogitatione ratiocinamur, ſæpe & uiſus & auditus à ſua actione di-
ſcedunt, & tota anima in cogitatione hæret, ſenſibus deſertis relictis: quanto magis ſi di-
uinus amor in anima noſtra uiguerit, ne modicam quidem circa affectus cogitationem
habebimus. Si uerò etiam hi paululum inſurrexerint, citò per animæ prudentiam
ſedabuntur. Quid enim melius eſt, dic mihi, imitari arbores fructuoſas, quæ & ipſæ opu
lentæ ſunt, & alios fertilitate exhilarant? Aut ſimilem eſſe oleribus quæ ab æſtu & ſicci-
tate contabeſcunt? & eſſe iuxta Prophetam, uelut betam ſemicoctam, neque proprijs u- Pſal.36
ſibus inſeruire potentem? Atq; hæc quum perfectam propriæ medelę potentiam à na-
tura habeamus, ex dimidio ſaltem, anima ſola, & non etiam corpore philoſophiam ope-
rari. Siquidem enim extra corpus conſtituti eſſemus, neceſſariò per animam ſolam opti-
ma conaremur. Quandoquidem uerò duplex eſt homo, duplex eſſe conuenit etiam uir-
tutis ſtudium, quod & corporis laboribus, & animę exercitijs peragitur. Labores autem
corporis ſunt, non ocium, ſed ipſum opus. Oportet autem & hoc conſiderare, quomo-
do non prętextu corporis neceſſitatis, ad uoluptatũ miniſteriũ deferamur. Siquidem e-
nim in perpetua indigentia degentes, debitas operationes corpore perficere poſſemus,
hoc ſanè optimum eſſet. Quum uerò perpaucorũ corporum ſit tali uictu non concide-
re, oportet & moderatè ieiunare, & auxiliũ maximè neceſſariũ corpori afferre, non uolu-
ptate circa edulia pereunte, ſed ratione neceſſitatẽ exactè deſcribente, & uelut prudens
aliquis medicus, per conueniẽtia citra fauoris affectũ infirmitatẽ curante: ubi enim talis
affectus in anima fuerit, is qui cibum ſumit, in nulla parte poſterior eo qui non ſumit, ad
philoſophiam apparet. Sed per intentionẽ quidẽ, non ſolũ perpetuũ ieiunium, ſed etiam
alimenti neglectũ perpetrauit, per prouidentiã uerò circa corpus optimę diſpenſationis

laudem habet. Non enim ſolet moderatus corporis uictus & abſtinentia, concupiſcenti
as accendere, & affectus indomitos efficere. Auaritiæ enim & deliciarum hoc eſt. Atque
hoc quidem ex naturæ legibus, & diuinæ Scripturæ teſtimonijs confirmare, nunc nobis
propoſitum eſt. Quandoquidem uerò oportet non ſolum per ſermonem monitus rela
ta corroborare, ſed etiam actiuis & efficacibus exemplis conſilium ipſum cõfirmare: ad
ipſam iam progredior Seruatoris noſtri uitam, quam ſecundum carnem tranſactam, om
nibus piè uiuere uolentibus, uirtutis formam ac præſcriptum propoſuit: ut reliqui ad illas
figuras reſpicientes, ſimilem per uitas ſuas ſpeciem exprimant, nuſquam exemplar peri
mitationis euariationem peruertentes. Quod enim propriam uitam Seruator optimæ
uitæ imaginem omnibus ipſi obedire uolentibus propoſuit, audi ipſum palàm hoc do
Ioan.12 centem. Si quis enim, inquit, mihi miniſtrat, me ſequatur. Non ſequelam ſecundum car
nem indicans: erat enim omnibus imperuia, quum Dominus nunc in cœlis eſſe ſecundũ
corpus noſcatur: ſed exactam uitæ quantũ eius fieri poteſt imitationem. Quomodo igi
tur Seruator noſter uixit, & quomodo conuerſatus eſt? Peccatũ quidem non fecit. Quo
modo enim iuſticia à peccato ſuperari poſſit? Quomodo uerò mendacium ueritatem
uinceret? Quomodo potentia à debilitate debellaretur? aut quomodo, id quod non eſt,
eo qui eſt ſuperius euaderet? Nam Deus ſemper exiſtens, & ſubſtantię terminum non ha
bens, finem non admittens. Peccatum uerò eſt quidem nunquam, neq; in propria ſub
ſtantia deprehenditur. Verùm in facientibus ipſum, magis quàm in his quibus malè fit,
per defectum boni ſubſiſtentiam habens, tenebræ, intelligibiles per iniuſticias exprimũ
tur, quæ per iuſticiæ lumen diſſoluuntur. Nam lux in tenebris lucet, unà cum fine ab
ſurditatum diſcurrens. Sedatis enim prauis actionibus, etiam ſubſtantia peccati ſimul
deletur; Quæretur, inquit, peccatum ipſius, & non inuenietur: etiam ſi ſupplicium ob pec
cata peccantibus reſeruatum ſit, & indiſſolubilis propter iniquitates pœna. Peccatum
itaq; non fecit, neq; inuentus eſt dolus in ore eius. Longanimitatis autem & tolerantiæ
malorum, & benignitatis, manſuetudinisq; ac amoris erga homines, & lenitatis: humili
tatis item ac prudentiæ, & omnis ſummatis uirtutis multa exempla exhibuit, quæ clarè
in Euangelijs recenſentur. Et longanimitatis quidem ac tolerantiæ malorũ eſt, quod tu
lit Iudęorum inſidias, poſterioribus exceſſibus ſemper priores malignitates tegentib. Et
redarguit quidem ipſos leniter, quo malignitatem coerceat, & ne leuiter quidem ulci
Mat.26 ſcitur ac reos peragit, ſed beneficijs illorum inhumanitatem, & bonorum ſuppeditatiõe
grauitatis incrementum uincere cõtendit: & poſtremùm crucem pro his qui ipſum cru
cifixerunt aſſumit. Manſuetudinis autem & lenitatis eſt, quod omnes cum decente ip
ſum benignitate admittit, & colloquendi audaciam præbet non ſolum Iudæis, ſed etiam
his quibus turpiſſima ſtudia familiaria ac conſueta erant. Sic itaq; ſcorta ac publicani ac
ceſſerunt, non ut libidinis aut auaritiæ morbum augerent, ſed ut animæ morbum deter
gerent: & non magis confundebantur ob prauitatis conſcientiam, quàm confidebant
propter medelæ ſpem. Inueniebant enim etiam experientiam ſpe altiorem. At amoris
erga homines & miſericordiæ ipſius quę ſunt exempla? Quod nunc quidem in deſerto
his qui præ fame exoluebantur menſam copioſam ex tempore inſtruxit, quæ duplici mo
do inuitaret, tum neceſſitatis luculentia, tum ſuppeditationis miraculo. Quod item ob
iacentes miſericordia commouebatur, quod erant diſperſi ac diſſipati uelut oues non ha
bentes paſtorem, & quod corporales infirmitates ſanabat, cladesq; ac mutilationes mẽ
brorum corrigebat, & animæ morbos, & indiſſolubilia peccatorũ uincula, & uiolento
rum contractuum illaqueamenta ac obligationes, quas ad patrem peccati diabolum
fecimus, ſoluebat. Humilitatis autem quanta ſunt exempla, quòd non ſolum uoluerit
carne indui: ſed etiam humilium iuxta præſentem habitum parentum filius, partim fieri,
partim putari: fieri quidem matris, putari autem appellati patris. Prudentiæ uerò, quòd
Sadducæos deridere reſurrectionem conantes figmento ſeptem fratrum ab una uxore
mortuorum, redarguit: & quòd Phariſæorum diſcipulos cum Herodianis pudore con
fudit, quando ambiguam quæſtionem proponentes: Num Cæſari cenſum dare oporte
ret, aut non: reſponſum ambidextrum acceperunt, quod in utramq; partem amentiam
illorum trahere poſſet, non dare, ſed reddere præcipiens. Reddite enim, inquit, quæ Cę
ſaris ſunt Cęſari: nam numiſma Cęſaris erat, cuius imaginem & inſcriptionem ferebat. Et

Et præcipua quidem animæ uirtutis facta hæc ſunt, & his infinito numero adhuc plura.
At corporis quot ac quanta? quorum gratia maximè productum eſt exemplum. In prima quidem ætate ſubditus parentibus, omnem laborem corporalem manſuetè & obedienter ſuſtinuit. Quum enim homines illi eſſent iuſti quidem ac pij, uerùm pauperes & rebus neceſſarijs non abundantes: cui rei teſtis eſt præſepe quod ueneranđo partuiin ſeruiuit: meritò laboribus corporis aſſiduis dediti erant, per hos neceſſarias res ſibiipſis acquirentes. Ieſus autem his ſubditus, uelut ait Scriptura, omnino etiam ſimul perferēdo labores, obedientiam declarabat. Progreſſu uerò temporis etiam heriles & diuinas beneficentias denudans, & deinceps diſcipulos eligens, & regnum cœlorum prędicare cogitans, non in uno angulo poſitus, & corpore exolutus, aliorum miniſterio opus habebat, ſed nunc quidem iter pedibus faciens & aſſiduè peregrinans, & ſimul diſcipulis mi- *Mat.4*
niſtrans, uelut ipſe dixit: Ego autem ſum in medio ueſtrûm uelut qui miniſtrat. &: Quē- *Luc.22*
admodum filius hominis non uenit ut ipſi miniſtraretur, ſed ut ipſe miniſtraret: nunc ue- *Mat.20*
rò lauans pedes diſcipulorum. Rurſus autem in docendo diutius perſeuerauit, locumq; *Ioan.13*
ex loco impigrè permutauit, idq; propter ſalutem noſtram fecit. Semel autem iumento, *Mat.21*
eoq; ad breue tempus uſus eſſe uidetur, non ut corpus reficeret, ſed ut ipſis operibus prophetiam obſignaret. Quid uerò Apoſtoli, nónne Dominum imitati ſunt? nónne in labo- *1.Cor.1*
ribus aſſiduè uerſati? Conſidera Paulum indeſinenter operantem, iugiter iter facientem, nauigantem, periclitantem, hybernam tempeſtatem ferentem, fugatum, flagellatum, lapidibus petitum, promptitudine animę omnibus tentationibus ſufficientem, itemq; corporis firmitate. Si uerò ex immodeſtia, corporis uires exoluiſſet, non utiq; ob hæc coronatus fuiſſet. Bonum eſt igitur Domini eiusq; diſcipulorũ Apoſtolorum uitam, tum per animæ uirtutes, tum per corporis exercitia imitando, ſtrenuũ exhibere corpus optimis actionibus inſeruiendo. Animæ etenim eſt diligere bona, quæ corpore cooperante perficiuntur: corporis uerò, operari quæ anima elegit. Vbi uerò infirmum eſt hoc ad operãdum, ſemiperfectum eſt uirtutis factum, ut quod in propoſito occultatur, quemadmodũ germen quoddam quod in terræ finibus emarceſcit, & non ad uſum eorum procedit, ꝓpter quos productum eſt. At inquit aliquis, & Dominus inediã longam pertulit, & Mo- *Mat.4*
ſes nihilo minus, & Helias propheta? Verùm tu etiam hoc conſidera, quod Dominus noſter ſemel tantum hoc fecit. Et Moſes ac Helias ſimiliter. Reliquo uerò uniuerſo tempo- *Deu.9*
re in conuenienti ordine gubernantes corpus, & ſtrenuum hoc exhibētes, in laboribúſque ac erumnis ſemper uerſantes: ſic animæ uirtutes per corporis cooperationem illuſtrarunt, actiuam uitam ſigillum & perfectionem ſpiritualis uitæ facientes. Atq; hoc Moſes, hoc Helias, hoc ipſe Ioannes fecit, qui inenarrabili myſterio longam conuerſationem in deſerto duxit: poſt myſterij uerò complementũ, ad regionem cultam progreſſus, prędicanſq; ac baptizans, ab agendo & ex dicendi aduerſus Herodem libertate, certamen finiuit ac curſum conſummauit. Hoc item totus ſanctorum catalogus, & ipſe Ieſus fecit, in agendo nimirum perſeuerans, ut undiquaq; manifeſtum ſit, & ex naturæ legibus, & diuinarum ſcripturarum doctrina, & ex omnium ſanctorum factis, & ex ipſius Seruatoris noſtri uita, & ex regula piè degentium uitæ, quòd bonum & conducibile magis eſt, firmo & excitato corpore eſſe q̃ exoluto, & hoc ipſum ad bonas actiones exhibere ſtrenuum, quàm ultrò deſes ac pigrum efficere.

Quòd conuenit exercitatorem operum decentium ſtudioſum eſſe. Caput V

OPerari porrò pietatis operatorē conuenit opera decentia, quę ab omni arte cauponaria, & longioribus diſtractionibus, ac turpi lucro aliena ſunt, quæ ſub tecto manentibus nobis ut plurimũ perfici poſſunt, ut & opus cõpleatur, & quies ſeruetur. Si uerò oportuerit ob neceſſariũ uſum, etiã opus aliquod ſub dio perficere, neq; hoc philoſophiam impediet. Nam exactus philoſophus ſcholã & ſedem animę habens corpus, etiã ſi in foro fuerit, ſiue in cõuentu, ſiue in mõte, ſiue in agro, ſiue inter magnã multitudinē, in naturali monaſterio deſidet, intus cõtrahēs mētem, & ipſum decētia cõmentans. Poſſibile eſt enim etiã domi deſidentē, foris cogitationib. oberrare, & in foro exiſtentē, modeſtũ uelut in ſolitudine eſſe, & ad ſeipſum, & ad Deum ſolum ſe conuertere, & tumultus ex ſenſilibus animæ allabentes, ſenſibus non ſuſcipere.

Quòd non cum omnibus hominibus incautè conuerſari conuenit pietatis exercitatorem. Cap. VI

COncredere aũt non hominibus omnibus ſeipſum, neq; denudare, neq; incautè reuelare cõuenit: multos enĩ inſidiatores habet qui ſecundum Deũ uitam degit, atq;
eos ſæpe familiariſſimos uitæ ſuæ exploratores. Cõuenit itaq; nõ inexploratos facere ad
externos congreſſus. Si enĩ Seruator, uelut Euangeliũ dicit, nõ omnib. ſeipſum concredi
Ioh.2 dit: Ipſe enim, inquit, Ieſus non credebat ſeipſum ipſis: ſi ille purus, inculpatus, irreprehẽ
ſibilis, iuſtus, in totum ipſa uirtus: quõ nos peccatores, ad lapſum faciles, quibus non ſem
per iuxta ſcopum proſperè procedit, partim propter naturalem debilitatem, partim ob
eũ qui malignè & inceſſanter aduerſus nos luctatur, nos ipſos curioſis hominib. exponẽ
tes, non malas calumnias attrahemus, & nobis ipſis offendicula defigemus? Sæpe enim
maligni etiam ea quæ bene fiunt calumniari conantur, & minutiſſimos errores cõuitijs
proſcindunt. Oportet itaq; cautas facere conuerſationes cum externis. Accidit enim ip
ſis etiam aliud quoddam uitium, præ rationis experientia, de his qui de uita hac ſeceſſe
runt. Arbitrantur enim non mentem tranſmutatam eſſe, in his qui uitam tranſmutarunt,
ſed naturam omnino humanam ipſis transformatam eſſe: & non iudicant exercitatores
pietatis in ijſdem quidem affectibus uerſari, uerùm animæ uiribus & abalienatione à uo
luptatibus illis dominari: ſed putant affectus naturæ corporis ipſorum penitus amotos
eſſe. Vnde ſanè etiamſi parum quid à bono ſpiritualis delinquat, ſtatim omnes etiam qui
prius feruentiſſimi erant laudatores ac admiratores, amarulenti accuſatores fiunt, & re
darguunt ſeipſos, quod neq; prius ueras laudes effuderint. Quemadmodum enim ubi
athleta aliquis lapſus eſt, ſtatim aduerſarius inſurgit feriens ac amplius proſternẽs ipſum:
ſic etiam illi, ubi uiderint eum qui in uirtutis exercitio uiuit paululum à bono deliquiſſe,
aggrediuntur conuitijs ac calumnijs uelut ſpiculis impetentes: non reputantes ſecum,
quod ipſi quidem ſingulis diebus infinitis ſauciantur affectuum ſagittis: pietatis uerò
decertatores, etiamſi ab ijſdem obſideantur affectibus, aut parum, aut ſæpe nihil ab his
læduntur, atq; hoc, quum aduerſarium uehementiorem quàm illi ſuſtineant. Nam hi qui
dem certamẽ aduerſus illos profeſſi ſunt, & magna laus fuerit aduerſario ſi uictoriam de
his ferat. Rurſus autem ſi ſuperetur, grauiſſimam plagam ipſi incutiat, uelut ex toto &
omnibus uirtutis partibus uicto. At uerò bellum aduerſus eos qui ſe huic uitæ addixe
runt, contemptibile eſt, partim quod ipſorum ſua ſponte ad uictoriæ amiſſionem currũt,
uarijs uoluptatibus ac concupiſcentijs ad peccatum inelcati, & minimè laborioſam ui
ctoriam illi de ſeipſis præbentes: partim quòd etiam hi qui parum contra peccatum re
niti uidentur, uarijs diſtractionibus facilè à palæſtra abſtrahuntur, & terga uertentes, &
pertinaciter ſagittis petiti, multas & turpes amiſſæ uictoriæ notas ferunt. Si uerò fortè ali
qui impetu diſtractionum huius uitæ domito, aduerſus maligni illius bellum faciem ob
uertere potuerunt, attamen non talia certamina pertulerunt, ſed multa & infinita menſu
ra exercitatorijs certaminibus minora. Alius enim ut in iuſtis rebus dominetur ac obti
neat ſtudio habet, & contentioſè decertat in diſceptationibus circa præſentia. Alius ue
Luc.6 rò etiam diſceptantibus de iuſtis cedit, implens illud: A tollente tua ne repete. Alius uer
beratus reuerberat, & iniuria affectus rurſus iniuriam infert, atq; hac uia æqualitatem ha
bere ſe putat. Alius tolerat hactenus, donec iurianti ac ferienti ſatietatem inducat. Et
alius quidẽ omnibus corporis uoluptatibus dominari ſtudet. Alius uerò in uoluptatum
ſatietate uerſatur. Quõ igitur uerè decertator cenſeri poſſit ſecularis aliquis, ſi ad pietatis
exercitatorem comparetur? Conſidera uerò etiam aliud, quòd pati familiare eſt his qui
præſenti uitæ deditiſunt, ubi exercitatorum res expendunt. Quum enim exercitator bo
num eſſe duxerit corpus ex longa fame alimẽto ſuffulcire, tanquam omnino incorpore
us ſit & immaterialis, aut alimento non participare, aut penitus modico uolunt: & ſi ui
derint exercitatorem non omnino crudeliter corpus tractare, ſed in parte ſaltẽ aliqua præ
ſentẽ indigẽtiam curare, conuiciantur ac calumniantur, & heluones ac ingluuioſos ap
pellant, contumeliam ac debacchationẽ contra unum in omnes extẽdentes: nõ reputan
tes quod ipſi bis, aliqui uerò ex ipſis etiam ter in die cibum capientes, & edulijs craſſiſſi
mis ac pinguiſſimis, ingentiq; carnium mole ſeipſos exſatiantes, & uini immodicam co
piam infundentes, ſic ad menſas hiant, uelut canes poſt longam famem à uinculis emiſſi.
At

Atqui reuera pietatis ſunt exercitatores, & alimento ſicciſſimo utuntur, & quod cū debilitate modicè nutrit, & per totam diem ſemel, etiamſi hi qui uitā ordinatè degere ſtatuerunt, & moderatè ac prudenter cibum ſumunt, meritò ac iure optimo præter cibi ſumēdi tēpus, neceſſariū ciborū uſum cum conſcientię libertate corpori ſuppeditant. Quapropter cōuenit, ut ne libertas noſtra ab alia conſcientia iudicetur. Si enim nos in gratia participamus, quid reprehendimur propter ea pro quibus gratias agimus? qui indigentiam & cibi uilitatem cū tanta hilaritate eligimus, cū quanta neq; illi ſplendidum & omnigenū multis obſonijs inſtructæ menſæ apparatū. Si uerò quis ex relatis hominibus ob prudentiā ac pietatē notus ſit, & noſtram uitā in reuerentia habeat, cum hoc menſæ participē fieri circumſpectè, ſi ita opus fuerit, à ratione alienum non eſt.

Quòd non oportet frequentes & inexploratos progreſſus facere. Cap. VII

OPortet aūt neq; prętextu uiſitationis fratrum, & congreſſus cum ipſis, multas & frequentes facere peregrinationes. Eſt enim & hoc diabolicū quoddā inuentum, conante inimico per tales inſidias conſtantiam noſtrā & ordinatā uitam diſſoluere, & in uoluptates ac uarias cogitationū ſeditiones immittere: uerùm in quiete cum nobiſipſis conuerſari, cōſiderareq; ac corrigere animæ peccata. Qui enim nuper uinculum per affectū reliquit, ab inclinatione quidem ad bona laudem habet, nondū aūt perfectionē uirtutū acquiſiuit. Sæpe uerò neq; de modo cogitauit ipſas acquirendi, ſed opus habet ut conſideratiōe ſui in quiete habita, inordinatos animæ motus ac impetus inſpectet, ipſiſq; ſtrenuè reluctetur, & in melioribus cogitationibus ordinis confuſionem corrigat. Ordo enim animæ, eſt uirtutis cōpoſitio. Qui igitur ſemper in peregrinationibus eſt ac tranſitionibus, & ſemper animæ meditationem ac prudentiā uentilat ac diffundit, & ad uoluptates corporis paulatim reſpicere adſueſcit, quō ſeipſum inſpicere poteſt? aut cognoſcere ea quæ non rectè habent? aut ipſa ad id quod decet accōmodare, quū animā amplius irritet ad uitioſos affectus? Oportet itaq; ut plurimùm in quiete manere, & unumquemq; in propria ſede perſiſtere, ut hoc habeat conſtantiæ morum teſtimoniū: non penitus tamē concluſum eſſe, ſed neceſſarios progreſſus liberè facere, in quibus conſcientia nihil impingit, & optimos ac utiliſſimos propter uitæ ſinceritatē fratres uiſitare: ita ut uirtutū exempla ex utili cōgreſſu ſumat, moderatos uelut diximus, & irreprehēſibiles progreſſus faciendo. Sæpe enim tædium animę inſitum progreſſus ipſe diſſoluit: & rurſus uelut cōualeſcere ac paulum reſpirare exhibens, certamina pro pietate alacriter adire facit. Si uerò quis ob id quod domo non progrediatur, ſibi magnopere placeat, ſciat ſe ob inanē rem inflari. Nam neq; non progredi, per ſeipſum bonum, aut tempeſtiuè prodire, bonū aut malum operari nouit: ſed conſtans & immutabile circa bonum, iudiciū: neq; uice uerſa facilem ad tranſitionē eſſe, probum aut malum efficit. Si uerò quis bonum animę firmiter inſidens habens, & per diuturnum exercitium experientiā gubernandi affectus adeptus, & qui corporales intemperantias domuit, & animales confuſiones frenauit, & rationis freno confiſus, frequentiores progreſſus facere uelit, ad fratrum ædificationem ac uiſitationem: talem impellet magis uerbi doctrina ad progreſſum, ut lucernam ſuper cādelabrum ponens, omnibus lumen doctrinæ bonorum ſuppeditet: ſi modò confidentiam habuerit, quod & ſermone & opere, uirtutum doctorem poſſit ſeipſum his cum quibus congreditur exhibere: & ſic muniuerit ſeipſum, uelut Apoſtolus dixit, Ne fortè alijs 1.Cor.9
prædicans ipſe reprobus fiam.

Quòd inconſtantibus exercitatoribus non conuenit impertiri confidentiam, ac dicendi libertatem: ſed etiam hos uitare. Cap. VIII

VItare porrò conuenit etiam inconſtantes, & alios fratres tranſeuntes, & indeſinentibus ac perpetuis motibus ſemper monaſteria circumeuntes: & ſpiritualis uidelicet dilectionis prætextu, uoluntates carnis explentes, nihil conſtans, nihil firmū, nihil ordinatum, nihil prudentia ornatum in animis habentes: ſed quicquid curioſum ac malignum eſt, mentiſq; occupatione ac abſurditate refertum, dolo item ac ſimulatione, mendacióq; ac fraudulenta adulatione. Hi lingua quidem inerudíti, uentre uerò incontinentes, anima autem elati ac uentilati, cogitationes ad uerſpertilionum uolatus ſimilitudinem ha-

nem habentes, nuſquam ad rectitudinem reſpicientes, ſed obliquè ac peruersè uolãtes: imò quę circa primos motus apparent, & ad aliud propter facilem mentis mutationem præter omnem opinionem feruntur, multum repentes, & nihil progredientes. Similes ſunt item iumentis, quæ circum molas aguntur: quæ multum itineris conficiẽtia, ſemper in eodem loco reperiuntur: & corpus quidem oberrat, breuem autem regionem nequaquam transgrediuntur. Sic etiam illi ſemper circa corporis affectus inuoluti, nihil ad ſpiritualem altitudinem proficiunt: uerùm circulum infinitum currunt, dum unà cum corporis concupiſcentijs ac uoluptatibus circumuoluuntur, & ab ijſdem ad eadẽ rurſus feruntur, & à praua ſeruitute non liberantur, propter propoſiti malignitatem. Hi habitum ouillum ad ſpectantium ineſcationem prætendentes, intus auidam ac malignam & fraudulentam uulpeculam occultant, & multos ad æqualem maliciam peruertere ſtudent: qui rationis gubernaculo priuati, & benè & malè ducenti facilè accedunt: hoc bonum arbitrati, quod quis aut rectè, aut probabiliter expoſuerit. Itaq; etiam hos ad proprium peruerſitatis ſuæ barathrum detrahere conantur, propriam ſuam excuſationem eſſe putantes, & prauitatis ſocietatem criminum imminutionem. Hos igitur omni modo uitare conuenit, ut neq; alios lædant per animalis peſtis diſtributionem, & ipſi undequaq; prohibiti, uel ſerò ad bonum conuertantur, pędagogum pudorem ſuſcipientes, & quòd boni ipſos auerſãt, pro admonitione capientes ut à malicia diſcedant. Hoc enim etiam Paulus docuit, loquens de his qui nihil operantur, ſed curiosè agunt: Hunc, inquit, notate, & ne permiſceamini ipſi, ut confundatur.

2. Theſ. 3

Quòd neutiquam conuenit exercitatorem pietatis, cupere poteſtatem aut præfecturam fratrum. Cap. IX.

POteſtatem uerò aut præfecturam fratrum deſiderare, exercitatori neutiquàm conuenit: diabolicus enim morbus eſt, & ambitionis crimen, quod ſupremæ diaboli maliciæ ſignum eſt. Nam & ille ab hoc uitio in conſpicuã ruinam delatus eſt: & qui ab hoc uitio tenetur, æqualiter cum illo ægrotat. Deinde uerò & inuidos, & contentioſos, & accuſatores, & impudentes, & calumniatores, & adulatores, & uaria molientes, & prçter decorum humiles, & ſeruiles, & arrogantes, & infinitis turbis plenos, facit hoc uitium eo correptos. Nam talis inuidet dignis, & calumniatur ipſos: ſæpe uerò etiam mortem ipſorum precatur, ut ob penuriam idoneorum ad id opus, ſuffragia ad ipſum deueniant: adulabitur autem his apud quos electionis dominium eſt, & propterea ſeruilis erit: audax uerò fit contra minores, ſi reluctentur. Dolos igitur conſuet, turbasq; ac ſuſpiciones innumeras habebit, & animæ tranquillitatem diſſoluet: & Deus pacis fugabitur, non habens ubi acquieſcat. Cognito itaq; detrimento, fugiamus cupiditatis abſurditatem. Si uerò Deus aliquem ad huiuſmodi delegerit, nouit induſtrius ille quomodo exhibeat aliquem dignum: ita ut nos nequaquam nobiſipſis cõſcij ſimus, quod aliquid tale affectauerimus, aut omnino concupiſcentiam in anima habuerimus. nam & hic animę morbus grauiſſimus eſt, & à bonis lapſus.

Quòd non uanæ gloriæ reſpectu, æmulari bona conuenit. Cap. X.

VAnam gloriam ꝙ maximè fugere conuenit, quæ non ante labores à laborando abducit: nam hoc minus mali erat, ſed poſt labores coronis ſpoliat, ægrè capi potens ſalutis noſtræ inſidiatrix: quæ apud cæleſtes orbes inſidias contra nos locat, & uirtutes ad cœlũ uſq; ramis ſuis progreſſas deijcere contendit. Vbi eñ uiderit pietatis mercatorẽ, omnib. uirtutum mercibus onerariam mentis nauem impleuiſſe: tunc cõmota ſua procella euertere ac ſubmergere nauem conatur. Nam mentem nautæ ſuperni regni, ad inferna & humanas glorias reſpicere perſuadens, omnes animæ diuitias derepentè diſſlat: & uirtutum fundamentis ad terram detractis, labores ad cœlum extentos diruit: mercedem ob peractos labores ab hominibus petere inſtruens eos, quos oportebat ad Deum ſolum reſpicere, & huic noſtra rectè facta recondere, & ab illo ſolo pro meritò accipere. Nos aũt operari propter hominum gloriam, præferentes ei ut propter Deum bonarũ rerum ſtudio teneamur, ab illis inanem laudis mercedẽ exigentes, meritò & iure à diuinis retributionibus excidimus, nõ Deo laborantes, ſed hominibus nosipſos operarios ſtatuentes: à quib. detrimentum mercedis pro mercede ferentes, quid etiam à Deo exigemus, cui nihil operari propoſuimus? Et hoc quod uerum eſt, audi ſacrum Euangelium, quod de his

de his qui propter homines faciunt bona, dicit: Amen dico uobis habent mercedem ſuam. Fugiamus igitur uanã gloriam, dulcem illum ſpiritualium diuitiarũ prædonem, iucũdum animarum noſtrarum hoſtem, uirtutum uermem, cum uoluptate noſtra deprædantem: qui propriæ fraudis uenenum melle colorat, & mentibus hominum perniciosum poculum porrigit: ut uitio uelut opinor inexplebiliter exſatientur. Dulcis enim res eſt humana gloria ineruditis, & aliàs captos ab ipſa à recto iudicio facilè aberrare facit. Nam qui hanc deſiderat, proprium iudicium deſtruit: id uerò eximium putat, quòd ſanè obuiam uenientes admirantur, ut ſi quidem praui ſint aut temerarij qui admirantur mala, hoc omnino faciat qui laudatur, quod propriorũ ſtudiorum iudices bonum cenſuiſſe putat: ut inanis gloria non ſolum ſit bonarum actionum extirpatrix, ſed etiam malarum dux. Quapropter conuenit ad rectam rationem, & ad Deum rectæ rationis præceptorem reſpiciendo, hac uia ire qua Deus præit ac ducit: & ſiue laudent quidam talem uiam, illorum laudem non magnifacere, reſpectu ad ſupernum laudatorem facto: uerũ ſolum ipſis de recto bonorum iudicio congaudere, ſiue uituperent alij nequaquam confundi: uerùm miſereri ipſorum, quòd uero iudicio careant, & tenebras mentis grauiſſimas ſufferant.

De ſermonum opportunitate. Cap. XI

Hæc quidem igitur capita ſunt rectè factorum, quæ non ad propriæ uirtutis magnitudinem prolata ſunt: uerùm ad noſtræ facultatis menſuram. Quæ porrò deinceps ſequuntur uirtutes, quæ uulgatos mores ornant, facilè ab omnibus ut puto uidentur: uelut eſt ſermonum opportunitas, & ad utilitatem prolatio. Vtile autem fuerit, aut de uirtute in tẽpore diſſerere: aut ad inſtantem & urgentem neceſſitatem uerba facere: aut etiam omnino ad audientium ædificationem. Reliquos uerò ſermones uelut ſuperfluos & inutiles reprobare oportet.

Quòd non conuenit exercitatorem ad facetias reſpicere. Cap. XII

Ab omni facetia ac urbanitate abſtinere conuenit. Contingit enim ut multi circa talia occupati, à recta ratione aberrent: anima ad riſum mouendum diffuſa, & prudentiæ meditationem ac puritatẽ deſtruente. Sæpe uerò malum hoc uia procedens, & in turpiloquentiam & extremam abſurditatem deſinit: ut non competant in eodem, animæ ſobrietas, & per facetias diffuſio. Si uerò alicubi opus fuerit exhilaratione per ſermones, ut paululum triſticia remittatur: ſit ſermo ueſter gratia refertus ſpirituali, & Euangelico ſale conditus: ut internæ ſapientis gubernationis fragrãtiam afferat, & dupliciter auditorem exhilaret, tum per remiſſionem, tum per prudentiæ gratiam. Coloſ. 4

De manſuetudine, & quomodo dilectio conſiſtit. Cap. XIII

Manſuetudine quàm maximè plenum eſſe oportet exercitatorem: quũ manſuetudinis ſpiritus aut particeps factus ſit, aut particeps fieri deſideret: & conuenit huius hoſpitem ei qui hoſpitio excipitur ſimilem eſſe. Si uerò alicubi etiam indignatione opus fuerit, contra ſocordem nobis uidelicet ſubditũ, ſit ratione temperata indignatio. Nam gladijs utuntur & homicidæ, & medici. Verùm illi ubi ira & crudelitate feruentes enſem corripuerint, omniũ abſurdiſſima faciunt, eos qui eiuſdem generis ſunt interficientes: hi uerò, ubi per rationem ad enſis actionem perueniunt, maximam hinc utilitatem inducunt. periclitantes enĩ conſeruant. Sic & qui cum ratione indignari nouit, magnopere prodeſt ei contra quem indignationem fecit, ſegniciem aut maliciã corrigens: qui uerò iræ uitio captus eſt, nihil ſani operatur. Quod autem & hos qui manſuetudinis curam gerunt, decet opportuna indignatio, hinc clarum efficitur: Moſes enim, qui manſuetudinis teſtimonium ab omnib. hominibus tulit, occaſione poſtulante, indignatus eſt: & ad tantam concitationẽ proceſſit, ut contribulium cæde indignationẽ finiuerit: partim quũ uitulum erigebant, partim quum ex Beelphegor inquinati eſſent. Quare poteſt etiam manſuetus cum ratione excaleſcere, & manſuetudinis uirtutem nõ corrumpere: at uerò immobilem manere: aut decenter & ubi oportet non indignari, hebetudo naturæ fuerit, nõ manſuetudo. At manſuetudinem porrò etiam tolerantia malorum ſequi ſolet: manſuetudo enim tolerantiæ malorum mater eſt. Nihilominus autem in his qui reuera manſueti ſunt, & non ſeueritate perculſos mores habent, etiam benignitas permixta eſt. Exod. 32 Num. 25

Benignitas enim materia eſt manſuetudinis. hæc autem inter ſe permixta ac compoſita, optimam uirtutem ipſam dilectionem efficiunt.

De prudentia. Cap. XIIII

In omnibus porrò quæ aguntur, prudentiam præire conuenit. Nam citra prudentiam omnia etiam quæ bona eſſe uidentur, ad uitium per importunitatem ac immodeſtiam dilabuntur: quum autem ratio & prudentia tempus & menſuram bonis præſcribat, mirabile quoddam uſus ipſarum lucrum, tum dantibus, tum accipientibus contingit.

De fide & ſpe. Cap. XV

Omnes uerò aggreſsiones præcedat fides in Deum, & bonam ſpem comitetur: ut per fidem quidem animæ uires fulciamus, per bonam uerò ſpem, ad bona alacres reddamur. Neqꝫ enim conatus hominum circa bona, citra ſupernum auxilium perficietur: neqꝫ ſuperna gratia ad non ſtudioſè agentem acceſſerit: ſed utraqꝫ permixta eſſe conuenit, tum ſtudium humanum, tum ſupernum auxilium, ad uirtutis perfectionem per fidem deſcendens.

De humilitate. Cap. XVI

In omnibus tamen quæ à nobis rectè fiunt, anima rectè faciendi cauſas ad Dominum referat: nihil omnino ſe rectè facere ex propria potentia putans. Talis enim affectus humilitatem nobis inducere ſolet. Humilitas autem uirtutum theſaurophylaciũ eſt. Hæc tibi de nobis, ut ita dixerim ſemina ſunt, ſermonum ac tractationis de uirtute: tu uerò his hinc acceptis, multiplicem nobis fructum profer, & illum ſapientię ſermonem exple, qui Prou.9 dare iubet ſapientibus occaſiones, ut ſapientiores fiant.

Quot modis prauæ cogitationes in anima conſiſtunt. Cap. XVII

Quandoquidem iam ante de cogitationibus tractauimus, non diſtinximus autem quot modis praua conſilia in rectis cogitationibus exoriantur: nunc etiam hoc apponere iuſtum duximus, ut perfectiſsima ſit huius partis tractatio. Duo igitur ſunt modi, per quos indecora conſilia rectas cogitationes infeſtant: aut anima ſecundum propriam negligentiam circa non conuenientia errante, & in abſurdas imaginationes ex imaginationibus incidente: aut iuxta diaboli inſidias, qui res abſurdas menti oſtendere conatur, & hanc à rerum laudatarum ſpeculatione ac conſideratione abducere. Quum igitur anima denſitate ac firmitate mentis laxata, memorias occurrentes & uulgarium rerum ſuſceperit, tum cogitatio inerudité & imprudenter ad res commemoratas delata, & in his diutius occupata, errores ex erroribus longos tranſmutat: & ſæpe in turpitudines, & poſtremum in notiones abſurdas deſinit. At talem quidem animæ negligentiam ac diffuſionem, denſiore ac coarctiore mentis cohibitione corrigere ac reducere oportet, & per bonorum conſiderationem ſemper ad præſens deſtinare. Quum autem diabolus inſidiari aggreditur, & cum multa uehementia ſuas cogitationes, uelut ignita quædam ſpicula, quieſcenti ac ſilenti animæ immittere nititur, & hanc derepente incendere, longasqꝫ ac ægrè diſſolubiles memorias, earum quæ ſemel immiſſæ ſunt efficere: tunc uigilantia ac animaduertentia intenſiore tales inſidias ſubterfugere oportet: uelut athleta quiſpiam per diligentiſſimam cuſtodiam, & corporis agilitatem, aduerſariorum aggreſſiones euitat: & in uniuerſum orationi & ſuperni auxilij inuocationi deferre hoſtis ſubuerſionem & ſpiculorum auerſionem. hoc enim nos Paulus docuit, dicens: Super omnia Eph.6 aſſumpto ſcuto fidei, quo poſſitis omnia ſpicula maligni illius ignita extinguere. Itaque etiamſi in ipſis orationibus prauas imaginationes ſuggerit, ne deſiſtat anima ab orando, neqꝫ putet propriam eſſe agriculturam prauas hoſtis conſeminationes, & uerſuti illius miraculorum editoris imaginationes. Verùm reputans per impudentiam illius prauitatis repertoris fieri abſurdarum notionum imaginationẽ, magis intendat ſupplicationẽ, rogetqꝫ Deum ut diſſipet ipſi prauam memoriæ abſurdarum cogitationũ ſtructuram: quo citra impedimentũ, per mẽtis motũ repente nulla tẽporis mora interpoſita, ad Deum penetrare poſſit, nuſqꝫ prauarũ cogitationũ inſidijs ꝓhibita. Si uerò etiã augeat talis cogitationũ inſultus, propter aduerſarij impudentiã: neqꝫ ſic deſperare, neqꝫ ſemiperfecta relinquere certamina conuenit: ſed eo uſqꝫ tolerare, donec Deus noſtra inſtantia cõſpecta, per gratiã Spiritus affulgeat, quæ & inſidiatorẽ fugat, & mentẽ noſtrã purgat, ipſamqꝫ

ipſamq́ꝫ diuino lumine implet, & cogitationem imperturbata tranquillitate Deo cũ læticia ſeruire præbet.

Ad regulares in cœnobio. Cap. XVIII

De ſingulari exercitatore pietatis, & eo qui ſolitariam uitam amplexus eſt, in ſuperio
ribus pro uiribus expoſuimus, quomodo & animam ad bonũ exercens, & corpus ad id
quod oportet gubernans, exactum philoſophum nobis exprimere poſſit. Quando uerò
plurimi exercitatores in congregationibus degunt, ſtudia inter ſe mutuò ad uirtutes ex-
acuentes, & rectè factorum oppoſitione ſeipſos ad boni profectum concitantes: iuſtum
eſſe duximus, etiam his exhortationem per ſermones afferre. Oportet autem ubi prius
cognouerint ſeipſos quantum ac quale uendicant ſibi bonum, ſic exhortationem ad hoc
ſuſcipere, ut promptitudinem ac ſtudium dignum uirtute rectè factorum declarent ac
deſignent. Primùm quidem igitur ad bonum quod ſecundum naturam eſt reuertũtur, ſo
cietatem ac communẽ uictum amplectentes. Societatẽ enim uitæ perfectiſſimam appel
lo ego, in qua poſſeſſionis proprietas exterminata eſt, & mẽtis contrarietas fugata: om-
nis aũt turbatio & contentio ac lites abſunt. Communia uerò uniuerſa ſunt, animæ, ſen-
tentiæ, corpora nutriuntur ac curant͂. Communis Deus, communis pietatis negociatio,
cõmunis ſalus, communia certamina, cõmunes labores, cõmunes coronę: multi unus, &
unus non ſolus, ſed in pluribus. Quid huic uitæ comparandũ? quid beatius? quid coniũ-
ctione & unitate ſincerius? quid morum & animarum conſpiratione gratioſius? Homi-
nes ex diuerſis generibus ac regionibus orti, ad tantam identitatis ſinceritatem coapta-
ti ſunt, ut una anima in multis corporibus conſpiciatur, & multa corpora unius animę ac
ſententiæ inſtrumenta oſtendantur. Qui infirmus eſt corpore, multos habet affectu co-
ægrotantes. Qui anima ægrotat ac concidit, multos habet ſanantes ac erigentes ipſum.
Inter ſe mutuò æqualiter ſerui, æqualiter domini, & in libertate inexpugnabili ſincerio-
rem ſeruitutem inter ſe uiciſſim declarant: quam uim non calamitatis neceſſitas induxit,
quæ multam affert his qui ea apprehenſi ſunt triſticiam, ſed mentis liberum arbitrium cũ
læticia produxit, charitate liberos inter ſe mutuò ſubiugante, & libero arbitrio ſuam li-
bertatem ſeruante. Tales nos ab initio Deus eſſe uoluit, & ad hæc creauit. Hi uetus re-
uocant bonum, primi parentis Adæ peccatum occultantes. Diuiſio enim & diſſenſio
atq́ꝫ bellum non eſſent inter homines, ſi peccatum naturam non diuiſiſſet. Hi ſinceri imi Gen. 3
tatores Seruatoris & uitæ ipſius in carne exiſtunt. Quẽadmodum enim ille congregato
diſcipulorũ cœtu, cõmunia omnia, & communem ſeipſum Apoſtolis exhibuit: ſic & hi
præceptori obediẽtes, qui ſanè probè regulam uitæ obſeruant, Apoſtolorum Domini
uitam ſinceritate imitantur. Hi angelorum uitam ęmulantur, ſocietatem uelut illi exactè
obſeruantes: non eſt inter angelos lis, non contẽtio, non ambiguitas, ſed unuſquiſq́ꝫ quæ
omnium ſunt habet, & omnes integra apud ſeipſos bona recondunt. Non enim ſunt ma
teria circumſcripta angelorum diuitiæ, quæ ſectione opus habet, ubi ipſam pluribus di-
ſtribuere opus eſt: ſed immaterialis poſſeſſio, & mẽtis diuitiæ. Et ob id bona apud ſingu
los integra manentia, omnes æqualiter diuites efficiunt, minimè ambiguam & citra con
tentionem ipſis propriam poſſeſſionem exhibẽtia. Nam ſpeculatio ſummi boni, & uirtu
tum manifeſtiſſima comprehenſio, angelorum eſt theſaurus, ad quæ reſpicere omnibus
licet, ita ut ipſorum cognitionem & poſſeſſionem unuſquiſq́ꝫ accipiat. Tales ſunt qui
reuera ſunt exercitatores, non terreſtria uendicantes, ſed de cœleſtibus diſceptantes, &
indiuiſibilibus diſtributionibus eadem omnes apud ſeipſos integra unuſquiſque repo-
nentes. Virtutis enim eſt poſſeſſio, & rectè factorum diuitiæ, & auaricia illa laudata, &
rapina ſine lachrymis, & inſatietas quæ coronatur, & reus non uiolentus: omnes rapien-
tes, & nemo qui iniuria afficitur, & propterea pax diuitijs ſeruiens. Hi promiſſi regni bo
na præripiunt, uirtuoſam uitam ſuam ac ſocietatem, exactam imitationem uitæ ac ſta-
tus eius qui illic eſt exhibentes. Hi inopiam perfectè acquiſiuerunt, nihil proprium ha-
bentes, ſed inter ſe communia. Quantorum bonorum largitrix Seruatoris incarnatio no
bis fuit, hi humanæ uitæ palam oſtenderunt, confractam hominum naturam, & in innu
meras partes diſſectam, quantum in ipſis eſt rurſum coagmentantes, tum ad ſeipſam, tũ
ad Deum. Hæc enim ſumma eſt adminiſtrationis myſterij ſecundum carnẽ ipſius Salua-
toris, ut humanam naturam & ad ſeipſam, & erga ſeſe reconciliaret, & maligna exem-

pta diſſectione,priſcam unitatem reuocaret,quemadmodū optimus quiſpiam medicus corpus in multis partibus diuiſum,ſalutaribus medicamentis religans. Atq; hæc recenſui non ut glorier aliquid,& cœnobitarū recta facta uerbis extollam:neq; enim tanta mihi adeſt dicendi facultas,ut magna ornare poſſim:imò potius obſcuro ipſa per meam ad dicendum infirmitatem:ſed ut pro uiribus recenſeā ac oſtendā huius uirtutis altitudinē ac magnitudinē.Quid enim ex æquo cum hoc bono comparari poſſit? Vbi enim pater quidem unus imitans ſupernū parentem,filij uerò multi beneuolentia circa præſidem ſe mutuò uincere ſtudentes,filij ad ſeipſos conſentientes,& patrem uirtuoſis actionib. excipientes,non naturam coniunctionis cauſam inſcribentes,uerùm uerbi doctrinam firmiorem unitatis autorem ac cuſtodē facientes : & Spiritus ſancti uinculo colligati; quā nam ſimilitudinē terreſtriū rerum habere poſſint ad rectè factorum uirtutis declarationem? Imò rerum terrenarum nulla reperiri poteſt ſimilitudo,reliquum itaq; eſt ut ſolum aliqua ſit in ſupernis.Ab affectibus purus eſt ſupernus pater,ſine affectibus eſt & hic,doctrinæ ratione uniuerſos adducens.Incorrupti ſunt filij ſuperni parentis, integritas etiā hos adoptauit.Charitas connectit ſuperna,charitas etiā hos inter ſe coaptat. Reuera ad talem phalangem etiam ipſe diabolus deſperat,non ſufficiens ad tot certatores adeò compoſitè ac per unum plauſum cōgregatos,aduerſus illum militantes,& in tantū charitatis teſtudine tectos, & Spiritu ſeptos ac munitos,ut neq; minimum accedendi locum illi-
2. Mach. 7 us ictibus exhibeant.Conſidera mihi ſeptem Maccabæorum cōcordem pugnam,& inuenies apud hos concordiam feruentiorem.De his Dauid propheta in odis exclamauit
Pſal. 131 dicens:Ecce quid bonum,aut quid iucundum,quàm habitare fratres ſimul: per bonum quidem,uitæ integritatem declarans: per iucundum uerò,concordiæ & unitatis lætitiam. Qui horum uitam cum ſinceritate exercent,hi ſupremam uirtutem mihi æmulari uidentur.

Quòd oportet exercitatorem firmo iudicio accedere ad exercitationem,& de obedientia. Cap. XIX

His equidem qui perſpicaci mēte præditi ſunt,in prægreſſa expoſitione de uitæ proprietatibus,ſermo noſter uitæ regulam præſcripſit.Quandoquidē uerò cōuenit propter ſimpliciores fratres,etiam manifeſtius exponere uitæ regulam in unoquoq;,ad hoc ſanè conuertemur.Conuenit itaq; præ omnibus eum qui ad talem uitam accedit,ſtabilem ac firmum & immobilem animū habere:& iudicium,quod ſpiritus prauitatis inuadere ac mutare non poſſint:& martyrum inſtantiam per animæ firmitatem uſq; ad mortem oſtēdere,ita ut mandata Dei amplectatur,& obedientiam præeuntibus præceptoribus exhibeat.Hæc enim uitæ ſumma eſt.Quemadmodum igitur Deus pater omnium & exiſtēs, & uocari uolens,exactiſſimam à ſeruis ſuis exigit obedientiam:ſic etiam ſpiritualis pater inter homines,ad Dei leges ſuas conſtitutiones adaptans, minimè dubiam obedientiam requirit.Si enim is qui arti alicui mechanicæ:ex harum uidelicet numero quæ ad præſentem uitam utiles ſunt:ſeipſum tradit,omni modo obedit artifici,& in nulla re aduerſatur illius præceptis,& neq; paululum ab hoc diſcedit:ſed omni tempore in oculis magiſtri eſt,cibumq; ac potum & reliquam diætam eandem ſuffert,quam ille præſcripſerit: multò magis qui ad pietatis & ſanctitatis diſciplinam proficiſcuntur, ubi ſemel ſibiipſis perſuaſerunt quod talem ſcientiam à præceptore diſcere poterint, omnem obedientiam & circa omnia exactiſſimam ſubditionem ſibi exhibebunt: & non rationem præceptorum exigent,ſed opus ipſum præceptorum perficient:niſi quantum honeſtè & cum decenti pudore interrogent ac erudiantur , ſi quid ignorent ex his quæ ad ſalutem attinent.

Quòd non oportet ad cognatos ſeculares conuerſationes perſequi aut illorum res curare. Cap. XX

A' cognatis porrò & amicis ac parentibus in tantum affectu ſeparatos eſſe conuenit, quantum mortuos à uiuentibus diſparatos eſſe uidemus . Nam qui ſe reuera ad uirtutis certamina accinxit,& uniuerſo mundo cum omnibus in mundo renūciauit,& (ut plenè
Gal. 6 dicam)ſeipſum mundo crucifixit,mortuus eſt mundo,& omnibus quæ ſunt in mundo, ſiue parentes ſunt,ſiue fratres,ſiue tertium aut quartum aut minimum & ultimum cognationis gradum obtinētes,Siquidem igitur deſtiterint parentes à uita ſua, & ad filij uitam

tranſie-

tranſierint;uerè ſunt cognati,nō parentum,ſed fratrum locum obtinentes. Pater enim eſt ueriſſimus,primus quidem uniuerſorum pater.Secundus uerò poſt illum,qui in ſpirituali uita præit:ſi uerò manſerint cognati in prioris uitæ complexu,pars ſunt mūdi,à qua nos ſeparati ſumus,& nulla parte nobis cognati qui carnalem hominem depoſuimus,& cognationem ad illos exuimus.Qui autem ſecularium amicitiam exactè amplectitur,& cum his ſemper conuerſari deſiderat, is illorum affectus per aſſiduam conuerſationem in animam introducit,rurſusq; mundana ſapientia mente repletus,à bono propoſito excidit,& à ſpirituali ſapientia ſeparatur,& priorem uomitum animæ affricat, & ab hoſte ſauciatur,qui per carnalem cognationē uitam ſpiritualē conturbat.Cognatis itaq; precamur optima:iuſticiam inquam,& pietatem,& ea quæ nos precioſa fecimus.Hęc enim decet nos precari,& illis utile eſt à nobis ferre. Verùm ipſi à cura & ſolicitudine de illis cogitationes liberemus.Nam diabolus ubi conſpexit nos omnem temporalem curam exuiſſe,& ſuccinctos ad cœlum currere,cogitationem de cognatis nobis inducit,& ubi illorū res curare nos fecit,etiam de temporalibus curis mentem cogitare ac ſolicitam eſſe ſubornat:nempe quæ ſit cognatorum opulentia, & num ſufficiens aut indiga, & quæ ſint ex commercijs ipſis accidentia lucra,& quantum ea diuitias augeant, & quæ detrimenta ex uitæ calamitatibus accidant,& quantum ea præſentem opulentiam imminuant. Et ſucceſſibus quidem ipſorum nos congaudere facit,ob infortunia uerò contriſtari: & ut inimicis ipſorum inimici ſimus,atque hoc cum iubeamur nullum inimicum habere:& congaudeamus amicis qui ſępe indigni ſunt ſpirituali cognatione:& ut gaudeamus propter iniuſta & fraudulenta ipſorum lucra:& omnes malos ſecularium propoſitorum affectus,quibus exutis ſpirituales meditationes introduximus, rurſus ille cogitationibus inducit,& materialibus ac mundanis ſtudijs rurſus in anima effectis,internum exercitatorem peſſundat,& ſtatuam ſolum exercitatoris habitum circumferre facit, nullatenus uirtutibus animatam.Sæpe uerò propter intentas erga cognatos beneuolentias auſus fuit exercitator etiam ſacrilegium committere,quo cognatorum inopiæ mederetur. Nam quæ in ſanctos qui ſeipſos Deo dicarunt reponuntur,ſacra & reuera oblationes & donatia intelliguntur ac appellantur.Qui igitur talium quid aufert,unus eſt ex his qui ſacrilegium perpetrare audent. Cum itaq; ſciamus affectus circa cognatos intolerabile damnum,fugiamus curam de illis,uelut quæ telum diaboli exiſtat.Nam ipſe Dominus talem habitum ac conſuetudinem interdixit,qui uni ex diſcipulis neq; hoc ipſum ſolum permiſit,ut res domi ſuæ diſponeret,alteri uerò neq; ut corpori patris mortui terrā inijceret.Illi enim qui res ſuas cōponere ac ordinare uolebat,dixit: Nemo qui admota ad aratrum manu retro reſpexerit,aptus eſt ad regnum Dei.Ei uerò qui ſepelire patrem uolebat: Sequere me,inquit,& ſine mortuos ſepelire mortuos ſuos: quanq; uterq; probabiliſſimas Luc. 9 ac iuſtiſſimas preces ſacere uideretur.Sed non approbauit Seruator,neq; minimo temporis momēto permiſit à ſe ſeparari alūnos regni cœlorū,ut ne quid humilius alta & cœleſti meditatione,aut facerent aut cogitarent,per inclinationē ad terrenos & carnales affectus.Tanq; non liceat cœleſtia curantes,aliquam habere rerū terrenarū rationē, uelut iā tranſmutatos,& mente ſupermundanos factos.Si uerò dixerit quis,quomodo igitur lex iubet cognatorū curā gerere,dicēs: Et cognatos ſeminis tui ne deſpicias:ſimiliter item 1. Tim. 5 Apoſtolus,Si quis proprijs & maximè cognatis nō proſpicit,fidē abnegauit,& eſt deterior non credente:compendiarium reſponſum præbebimus, quòd diuinus Apoſtolus ad ſeculares,ac materiales diuitias habentes, & cognatorum inopiam mitigare potentes,hoc dixit.Similiter etiam lex hæc dicit,& ut compendioſius dicam,ad uiuentes, non ad mortuos.Omnes enim tales huic debito non ſunt obnoxij.Tu uerò mortuus quidem es,& crucifixus uniuerſo mundo.Dum enim materialibus diuitijs renūciaſti, inopiā amplexus es:dum uerò teipſum Deo dicaſti,theſaurus Dei factus es.Itaq; uelut mortuus liber es ab omni collatione in cognatos,uelut inops nihil habes quod ſuppedites. Sed & cum ipſum corpus obtuleris,& neq; illius de cætero poteſtatem habeas,uelut donarij & oblationis,nefas eſt illud in hominum uſum trahi.Solis autem his qui eoſdem mores habent,uelut etiam ipſis Deo in totum dicatis,conuiuere conuenit. Vnde igitur tibi conuenient recitata ſacræ Scripturæ uerba? aut quomodo non peccabis, ſiquidem tuam ipſius profeſſionem circa exercendam pietatem irritam facis?

Quòd

Quòd non oportet à ſpirituali fraternitate reſecari. Cap. XXI

Oportet porrò etiam hoc palàm credere, quòd is qui ſemel ad uinculum ac coniun-
ctionem ſpiritualis fraternitatis deuenit, nullo modo reſecari poterit ac ſeparari ab his
quibus coaptatus eſt. Si eñ homines in ſocietatem huius materialis uitæ conuenientes,
non poterunt citra pacta ſeparari, & qui hoc facit, reus erit pręfinitarum pœnarum: mul-
to magis qui ad ſpiritualis conuictus pactum deuenit, qui indiſſolubilem & perpetuā cō
iunctionem poſſidet, non poterit ſeipſum ſeparare ac reſecare ab his quibus permixtus
eſt: aut ſi hoc facit, grauiſſimis ſeipſum ſupernis pœnis ſubijcit. Si eñ mulier quæ ad uiri
Rom. 7 ſocietatem peruenit, & carnalē ipſius coniūctionem habet huic inſidias ſtruere deprehē
ſa, morte condemnatur: quanto magis qui ſpirituali ſocietati coniunctus eſt, ipſo ſpiritu
teſte ac mediatore, reus ob ſeceſſum fit? Quemadmodum igitur corporis membra na-
turæ uinculo colligata, à corpore abrumpi non poſſunt, aut ſi abrupta fuerint, mortuum
ſanè id quòd abrumpitur euadit: ſic & exercitator qui fraternitati connectitur, & pacto
ſpiritus naturæ uinculo fortiore tenetur, non utiq; habuerit poteſtatē, ut reſecetur ab his
quibus coaptatus eſt: aut ſi hoc facit, mortuus eſt anima, & priuatus ſpiritus gratia, nimi-
rum pactum ſuum irritum faciens. Si uerò dixerit quis, quod mali ſunt quidam ex fratri-
bus (non eñ omnes accuſabit, neq; enim ob maliciam faciet ſocietatē, ut omnes concor-
diter mali exiſtant) Si igitur dixerit, quod mali ſunt aliqui ex fratrib. & incautè bonū diſ-
ſoluentes, & honeſtatis negligentes, & decentem exercitatoris ſinceritatem contemnē-
tes, & propterea conuenit à talibus ſeparari: is non ſufficientem habet hanc excuſationē
ſeparationis à ſe excogitatam. Neq; enim Petrus, aut Andreas, aut Ioannes, propter Iu-
dæ prauitatem, à reliquo Apoſtolorum choro diſceſſerunt. Neq; alius quiſpiam Apoſto-
lus hanc defectionis cauſam fecit, neq; quicq; ad obediendum Chriſto ab illius nequitia
Mat. 13 impeditus eſt: ſed Domini obedientes doctrinis, pietatem & uirtutem æmulabantur,
nec uerò ad illius prauitatem conuertebantur. Sic qui dicit, propter malos à ſpirituali cō-
iunctione ſeparari cogor, non probabilem prætextum propriæ inconſtantiæ excogita-
uit: uerum eſt ipſe terra petroſa, ueritatis doctrinam propter mentis inconſtantiam edu-
care non ualens, ſed per modicæ tentationis appulſum, aut affectuum intemperantiam,
modeſtam uitam non ſufferens: ſtatimq; recens productum doctrinæ germen, per affe-
ctuum æſtum reſecatur, prætextus uanos & non ſufficientes ad excuſationem coram tri-
bunali Chriſti, iuxta propriam certitudinem excogitans, & ſeipſum facilè fallens. Nihil
enim facilius quàm ſeipſum fallere. Nam unuſquiſq; ſibijpſi iudex benignus eſt, iucunda
iudicans eſſe conducibilia. Sit itaq; talis condemnatus à ueritate ipſa iudicante, uelut of-
fendiculorum occaſio pluribus conſiſtens, aut per malum exemplum ad æqualium ab-
ſurditatum imitationem iritans ſemper, & ipſius uocis Væ hæres ſiens: & conducit ipſi
Mat. 18 magis ut mola aſinaria ſuſpendatur ad collum ipſius, & demergatur in profundum ma-
ris. Vbi enim anima ad defectionem adſueuerit, multa intemperātia repletur auariciaq;
& guloſitate, mendacioq; ac omni malignitate. Et poſtremùm in fundum deſinit praui-
tatis, extremis malis infixa. Qui igitur talium dux conſiſtit, cōſideret quot animarum inte-
ritus reus fiat, qui neq; ad ſuæ ipſius animæ pœnas ſufficere poteſt. Cur enim non magis
talis magnum Petrum imitatur, & conſtantis fidei exemplum & inſtātiæ circa bona, reli-
quis euadit: ut lumine rectè factorum illius lucente, etiam hi qui in tenebris prauitatis de-
gunt, ad melius deducantur? Deinde uerò Noe iuſtus ille, non dixit ad Deum: Opor-
Gen. 7 tet me exire de mundo, nam omnes ſunt praui: ſed magis athletico ac generoſo animo
perſeuerauit, & inter prauitatis abyſſum pietatem inuexatam conſeruauit: & aduerſus
Dominum nequaq; ſeditionē mouit, ſed patientia ac tolerantia inter fluctus impietatis,
pietatis curam ſeruauit. Et Loth in Sodomis inter tantam impietatem iniquitatemq; ac
Gen. 19 iniuſticiam degēs, uirtutem incorruptam cuſtodiuit, nullatenus malis inſidijs captam.
Sed inter hoſpitum occiſores, & eos qui contumelia ac proteruitate multa contra natu-
ræ leges ferebantur, ſanctitatem impollutam tum ipſe conſeruauit, tum reliquis pro uiri-
bus expoſuit, factis ante ſermones bonum ac uirtutem edocens. Tu uerò prætexis fra-
trum negligentias, aut exiſtentes, aut à te confictas, defectionem meditans, & tuæ ipſius
prauitatis, & ſegniciei ad labores pro uirtute ſubeundos uelamentum, fratrum calumni-
am facis. Quare talis per exempla ad modeſtiam reuocatus, ſpiritus harmoniam com-
plectatur

plectat̃, cui ſeipſum circa primas cœleſtis fœturæ in faſcias inuolutiones adaptauit. Neque enĩ ſi contigerit in manu unum digitum aliquid moleſtè pati, iam etiam alius reſecari contendet: ſed primùm quidem ſectionis dolorem effugiet, deinde uerò & firmiter permanebit: ut & pro periclitante uſum corpori exhibeat, & manus non penitus naturalibus ramis ſpoliata, proprio & cognato ornatu priuetur. Transfer itaque exemplum ad pietatis exercitatorem, & conſidera quãtum dolorem & turpitudinem ſenſitiuis animis per reſectionem operetur: & quomodo ſeipſum mortuum ac uitæ exortem oſtendit. Quod autem præceptor non uelit diſcipulum ſuum ad prauitatẽ inducere, ut praua præceptoris inſtitutio, ſeceſſus ac defectionis occaſio diſcipulo fiat, hoc modo ſi ita uidetur conſideremus: pater equidem & præceptor, ſiue pædotriba, uterq; alter quidem filio, alter uerò diſcipulo, precari ac uelle meliora ſtudet. Natura enim eſt patribus ut optent filios quàm optimos & prudentiſsimos fieri, honeſtiſsimosq; & modeſtiſsimos: quo filij quidem clari euadant, patres uerò celebriores fiant, per filij uirtutum ad ipſos relationẽ. Studium autem eſt & pædotribis, ut fortiſsimi & artificioſiſsimi fiant hi, qui ab ipſis exercent̃: quo robore & experientia dextro certamine peracto, ſplendidi uictores aduerſariorum declarentur, & horum legitima decertatio, manifeſta præceptorum laus fiat. Natura eſt autem omni qui docere propoſuit, quòd diſcipulos ad exactiſsimam doctrinarum perceptionem peruenire uelit. Cum itaq; patrum natura hanc rationem obtineat, quomodò non ſanctitatis doctor optarit, ut is qui ab ipſo eruditur optimus temperantiſsimusq; & prudentiſsimus circa ſpiritualem ſapientiam reddatur? & quidem cum palam ſciat, φ ubi talis euaſerit diſcipulus, & apud homines celebris erit, & à Chriſto ſplendidas coronas ſuſcipiet: ut qui famulos eius, imò potius fratres (nam & hoc Chriſtus uoluit) dignos ipſius conſortio, per diligentiam ſuam effecit. Sed & aliud conſideremus: quòd ſi malus euaſerit diſcipulus, præter ipſius inſtitutionem, ignominiam immitigabilem habebit præceptor coram orbis terrarum publico conuentu, circa iudicij tempus: & ſanctitatis doctor coram uniuerſali cœlitum congregatione, non ſolum pudore confundetur, ſed etiam punietur. Vnde igitur continget, ut præceptor non uelit honeſtum & æquum eſſe ſuum diſcipulum? Et aliàs minime cõmoda eſt præceptori diſcipuli prauitas. Quum enim mutuum inter ſe conuictum elegerunt, cuius prauitatis particeps factus fuerit diſcipulus, eius fructus primùm impertit præceptori. Quemadmodum uenenum eiaculantia reptilia, fouentibus primum immittunt uirus. Vt undiquaque manifeſtum fiat, tum ex rerum natura, tum ex utilitate doctoris, quod optabit & omni modo ſtudio habebit, ut æquum & honeſtum eum, qui ab ipſo inſtituitur, efficiat. Si quidem enim maliciæ ac prauitatis eſſet alipta, ad hunc omnino finem perducere eos qui ab ipſo exercentur ſtuderet. Si uerò uirtutis & iuſticiæ eſt doctor, non utique contrarium ſtudijs ſuis [illegible] nem in diſcipulum euenire optauerit: uelut mea fert opinio. Omnis itaque probabilis prætextus & excuſatio ſublata eſt ei qui uult à ſpirituali congregatione ſeparari. Cauſa autem talis ſententiæ ipſi demonſtrata eſt, affectuum intemperantia, & laborum negligentia, & iudicij impuritas ac inconſtantia. Non enim audiuit hic à propheta Dauide, Beati qui ſeruant iudicium. qui ſeruant, non qui deſtruunt. Hi ſunt qui fatuis aſsimilati ſunt: qui ſuper arenam inconſtantiæ mentis, fundamentum ſpiritualis ædificationis po- *Pſ.* ſuerunt: quod paucæ tentationum guttæ, & modicus inſultuum maligni illius torrens, *Ma. 7* ſubtracto fulcro diſſoluit ac diſsipat.

De obedientia plenius. Cap. XXII

Quomodo quidem igitur cõuenit eum qui ſemel ſpirituali congregationi unitus eſt, unionem indiſſolubilem ſeruare, pro uiribus admonuimus: nunc uerò rurſus ſermonem de obedientia exerceamus, prius quidem breuiter perſtrictum, nũc uerò perfectius explicantes, & oſtendentes quantam obedientiam ab exercitatoribus erga præfectum exacta doctrinæ ratio exigat. Ex ipſa enim ſacra Scriptura huius menſurã declarabo. Paulus Apoſtolus Romanis ſcribens, præcipit omnibus poteſtatibus præminentibus ſubijci, poteſtatibus mundi, non ſpiritualibus. Atq; hoc ex his quæ ſequuntur declarauit, ubi de tributis ac uectigali loquitur, & eum qui ſe uel in minimo poteſtati opponit, Deo *Rom. 13.* ſe opponere pronunciat. Si itaq; mundi huius principibus, qui ſecundum humanam legem principatũ acceperunt, tãtam ſubiectionẽ à pijs diuina lex decreuit, atq; hoc tunc

in impietate degentibus: quantam obedientiã pietatis exercitator debet principi à Deo
conſtituto, & qui ex legibus illius poteſtatẽ accepit? Quomodo uerò nõ reſtiterit ordi-
nationi Dei, qui ſe præuio præceptori opponit? quũ aliàs etiam palam Apoſtolus iube-
Tit.3 at ſpiritualibus ducibus obedire in omnib. Obedite em̃, inquit, pręfectis ueſtris, & ſub-
iecti eſtote. Ipſi enim uigilant pro animis ueſtris tanquam rationem reddituri: ut cum
gaudio hoc faciant, & nõ gementes: inutile enim hoc uobis eſt. Si igitur nõ exactè obe-
dire inutile eſt, conuenit ut nos quod utilius eſt perſequamur. Inutile enim uelut ego pu-
to, magnum damnum pœnitentiamꝗ ac correctionem ſignificat. Aemulari autem con-
uenit maximè ſanctorum obedientiam, quam erga Deum declararunt: ſi modo uelimus
ſufficienti exemplo circa propoſitũ utentes, obedientiã probè declarare. Et nemo putet
me ad corroborandam erga præfectos obedientiam, immenſa producere exempla, &
obedientiæ erga Deũ, cõtumaciter audere aſsimilare obedientiam erga homines. Non
enim ex propria ſententia impulſus, ſed ex ipſis diuinis Scripturis hanc ſimilitudinẽ feci.
Conſidera enim quid Dominus in Euangelijs dicit, obedientiam erga ſeruos ſuos uaticí
Mat.10 nans: Qui uos ſuſcipit, me ſuſcipit. & rurſus alibi, Qui uos audit, me audit: & qui uos re-
probat, me reprobat. Quod autem id quod Apoſtolis dixit, de omnibus poſt ipſos præ-
ficiendis ſanciuit, ex multis & minimè ambiguis ſacræ Scripturæ teſtimonijs, atꝗ euidẽ-
tiſsimis ſignis probare licet. Quare conſequenter ad diuinas uaticinationes etiam nos
ſermonem fecimus, ubi diximus, Oportere nos ſanctorum erga Deum obedientiam, ex-
emplum obedientiæ erga præfectos proponere. Quomodo igitur ſancti obedientiam
Domino præſtiterunt? Conſidera mihi Abraham iuſſum relinquere domum, patriam,
Gen.12 opes, poſſeſsiones, cognatos, amicos: & perſequi his contraria, externos, ignotos, erro-
res, paupertatem, timores, pericula, & moleſtias, quæ ad peregrinationes ſequuntur: con
ſidera inquam mihi, & promptè obedientẽ, & domeſticã felicitatem ac quietẽ reliquen-
tem: eligentẽ autem pro hac erumnas & errores in terra aliena. Vides exercitatorẽ exa-
ctiſsimũ, & uniuerſæ mundanę felicitatis cõtemptorem propter Deũ? Sed recenſeamus
quę ſequuntur. Occupat quidem Palæſtinam, locum à Deo demonſtratum ad cohabi-
tationem. Quum autem fames inuaſiſſet regionem, in Aegyptũ tranſmigrat, & illic uxo-
re ablata, nihil puſillanimis redditur, neꝗ gubernationem Dei increpat, uelut pro obe-
dientia tales uiciſsitudines experiatur. Sed leniter etiam hanc iniuriam omnium grauiſsi
mam pertulit, nõ ſemel, ſed rurſus etiam à Gerarorũ rege illatam. Quum enim ſemel de
creuiſſet obedire Deo, non cõſiderabat quid ob ipſum diſponeret Deus: ſed quomodo
ipſe exactiſsimam ac irreprehenſibilẽ obedientiam afferret. Et propterea poſtremum ac
Gen.20 cipit filium Iſaac, longæ orationis ac fidei prẽmium ac donum. Quum autem uideret ip-
ſum ad ætatis uigorem progredientẽ, & parentibus bonam ſucceſsionis ſpem exhiben-
tem, & generis ad poſteros propagandi: tunc poſt tãtas ſpes iubetur à Deo, ut ipſum ad
montem altum perducat, & ei qui ipſum dedit immolet. Accepta autem crudeli hac uo-
ce, & horrẽdo miniſterio, & non ſolum iuſsione quã pro natura fortiore, ſed etiam fama:
quomodo leniter tulit, quõ non mente motus eſt, quomodo non animo concidit? ſed ue
lut agnum aliquẽ mactaturus, ſic quieto & imperturbato animo obedientiæ iugum im-
ponens, ibat cũ filio quod imperatũ erat expleturus: nihil ob hoc de Dei iudicio curio-
ſus, neꝗ indignans, ſed quod ſuũ erat reſpiciens, quõ nulla parte obedientiam diſſolue-
ret. Sic itaꝗ & ſplendidam coronam accepit, per fidei ac obedientiæ columnam in uni-
uerſo terrarũ orbe cõſecratus. Poteram igitur etiam reliquorũ ſanctorũ, qui in ueteri hi-
ſtoria claruerunt obedientiam recenſere, ad obedientiam exercitatorum minimè ambi-
guam erudiendam. Sed ut ne longum ſermonem faciamus, unumquenꝗ hęc diſcere uo-
lentem, ad ſacrarũ Scripturarũ auſcultationem demittentes, ipſi ad diſcipulos ſeruatoris
noſtri orationem conuertemus: oſtenſuri quõ obedierunt, & quõ ſubditi fuerunt. Dice-
bat ipſis Ieſus adhuc in principio diſciplinę conſiſtentib. ac ſperantibus Dominũ quan-
tum adhuc nõdum regnaturũ eſſe, & putantibus quod etiam ipſi nihil perpeſſuri eſſent,
neꝗ periclitaturi, neꝗ laboraturi: ſed cũ Chriſto regnaturi, & regię glorię ac cultus & ho
noris participes futuri. Atꝗ hoc indicat Petrus increpans Ieſum, quando de propria paſ-
ſione uerba faciebat. Aſſumens enim ipſum, inquit, Petrus, incepit increpare ipſum, di-
cens: Propitius ſis tibi Dñe, non erit hoc. Oſtendens per hanc uocem ꝙ nihil penitus ma
li ex-

li expectabat. Indicant hoc etiam filij Zebedæi, matrē intercedentem ac orantē pro ipſis
adducentes, ut ſede ex dextris ac ſiniſtris honorarentᷣ: ſi eñ non ſtatim ualde ipſum reg-
naturum eſſe putaſſent, non utiq; hoc petere auſi fuiſſent, de ſede ſaluatoris ex dextris pa
tris in cœlis non cogitantes. Quid igiᷣ hęc expectantib. ipſis ac ſperantib. dicebat? Ecce
ego mitto uos uelut oues in medio luporum. Et quũ rem ſuæ ſpei maximè contrariam au- Mat.10
diuiſſent, non dixerunt, ob alias ſpes te acceſsimus, & contraria his quæ ſperauimus no-
bis præcipis? remiſsionē ſperauimus, & ad pericula emittis? honores expectauimus, &
ignominias immittis? regnũ ſperauimus, & fugari ac omniũ ſeruos eſſe iubes? Nihil tale
dixerunt, & quidem quum alia relatis ampliora ac grauiora audiuiſſent, uelut hoc: Tra-
dent uos in tribulationes, & occident uos, & eritis odio omnibus gentibus propter no-
men meum: &, Ad duces ac reges ducemini propter me. Hæc itaq; omnia præter expe-
ctationem ubi audiuiſſent, inclinata mentis ceruice iugum ſubierunt: & prompte ad pe-
ricula, ad forum & tribunalia, ad contumelias, ad lapidationes, ad ignominias, ad cruces,
ad uarias mortes proceſſerunt, & cũ tãta alacritate hęc ſuſtinuerũt, ut gauiſi ſint ac ſplen-
dida feſta celebrarint, quando Chriſti paſsionum participes fieri digni facti ſunt. Gaude Act.4
bant eñ inquit, quod digni facti fuiſſent pro nomine ipſius ignominia affici. Hæc obedi
entia à pietatis exercitatore exigiᷣ, ut ipſam præfecto exhibeat. Chriſtus enim uoluit di-
ſcipulos hanc uitam imitari, uelut iam diximus, hominibus ipſam deſignans: prefectus
eñ nihil aliud eſt, q̃ qui ſeruatoris perſonã obtinet, & mediator Dei & hominum factus
eſt, & qui ſalutem obedientiũ ipſi ſacrificat. Atq; hoc ab ipſo Chriſto docemur, qui Pe-
trum paſtorem Eccleſiæ ſuę poſt ſeipſum conſtituit: Petre eñ, inquit, amas me plus his? Ioan.21
paſce oues meas: & omnibus deinceps paſtoribus ac doctoribus æqualem poteſtatem
exhibuit. Et huius rei ſignum eſt, q̃ omnes ſimiliter uelut ille ligant ac ſoluunt. Quemad
modum igitur oues paſtori obediunt, ea pergẽtes qua duxerit ipſas paſtor. Sic conuenit
exercitatores pietatis obedire prefectis, non curioſè inueſtigando præcepta, ubi à pec-
cato fuerint pura: ſed cum omni alacritate ac ſtudio explendo ea quæ ſunt demandata.
Quemadmodum enim faber lignarius aut ędificator, unoquoq; artis inſtrumento utiᷣ
ad propriam uoluntatem, & non dixerit inſtrumentum, quod nõ impleturũ ſit uſum, ad
quem artifex ipſum uſurpat, ſed paret manui ducentis: ſic conuenit exercitatorē, uelut in
ſtrumentum conferens artifici, ad ſpiritualis ædificij complementum, in omnibus obedi
re in quibus præfectus miniſterium ipſius requiſierit, ne ſpiritualis operis perfectionem
corrumpat, proprium ſui uſum non conferens. Et quemadmodum inſtrumentum non
ſibijpſi eligit quod operari oportet ad artis collationem: ſic etiam conuenit exercitatorē
non ſibijpſi opera eligere, ſed cedere prudentiæ ac gubernationi artificis, ut de ſeipſo ſta
tuat quod uelit. Nam qui prudenter præfecti officium agit, uniuſcuiuſq; & mores, & af-
fectus, & animales impetus exactè expendere nouit, & ad hæc etiam de ſeipſo miniſteri
um unicuiq; adaptare. Quapropter conuenit ipſius conſtitutionibus nullatenus aduer-
ſari, ſed perſuaſum eſſe, quod omnium difficillimũ eſt ſeipſum cognoſcere ac curare, pro-
pterea quòd ingenitus eſt hominibus ſui amor, & quiſq; per fauorem erga ſeipſum ueri-
tatis iudicium celat. At uerò ab alio cognoſci ac curari facilè eſt, quum proprij amoris af-
fectus in his qui alios iudicant, ueram dinotionem non perturbet. Hac enim concor-
dia in exercitatoria congregatione conſiſtente, facilè & pax inter ipſos diuerſabitur, &
ſalus cum charitate & conſenſu uniuerſorum acquiretur.

Quòd etiam uilia opera cum multa promptitudine & alacritate
eligere ac ſuſcipere exercitatorem oportet. Cap. XXII

Conuenit porrò exercitatorem etiam uiliora opera cum multa eligere promptitudi-
ne ac ſtudio, hoc ſcientem, quod quicquid propter Deum fit, non eſt paruum, ſed mag-
num & ſpirituale, & cœlo dignum, & mercedē illinc nobis trahens. Itaq; etiamſi iumenta
oneraria ad cõmunem utilitatē ſequi oporteat, reluctari non conuenit, ita ut cogitemus
quomodo Apoſtoli promptè obediuerunt Dño pullũ adducere iubenti, & reputemus
quod etiam hi propter quos nos iumentorũ curam ſuſcipimus, fratres ſeruatoris ſunt, &
beneuolentia ac ſtudium erga hos relationem ad Dominũ habet, qui dixit: In quantum
feciſtis uni horũ fratrum meorũ minimorum, mihi feciſtis. Si uerò ea quæ minimis fiunt
nos Deo coniungunt, multò magis ea quæ electis fecimus, nos ipſi cõiungent, modò nõ

Hh 2 miniſte-

miniſterium indifferentię occaſionem putauerimus, uerùm in omni uigilantia nós ipſos
Ioan.13 muniuerimus, ut & nobiſipſis & conuerſantibus nobiſcum utilitas contingat. Si uerò a-
liquod uiliorũ operũ facere oportuerit, noſſe oportet quòd ſeruator diſcipulis ſeruiuit,
& uilia opera facere dedignatus non eſt. Et profectò magnum eſt homini, imitatorem fi-
eri Dei, dum per humilia hæc in altitudinem imitationis illius perducitur. Quis uerò di-
xerit de cætero humilia ea quorum Deus actionem attigit?

Quòd non conuenit exercitatorem honores ac prærogatiuas quærere. Cap. XXIIII

Honores nullo modo quærere exercitatori conuenit. Si enim hic laborum ac rectè fa-
ctorũ retributiones quærit, uerè miſerabilis ob mercedis repenſionem eſt, propter tem-
poralia æternorum damnũ patiens. Si uerò delegerit hic quidem decertare, in cœlo aũt
coronas ferre, non ſolum honores quærere non debet, ſed eos etiam qui dantur recuſare
ac repellere, ut ne præſens honor, gloriæ quæ illic eſt imminutio fiat. Nam præſens uita
tota operum ac certaminum eſt. Futura uerò coronarum ac retributionum, quemadmo-
dum magnus ille Paulus præſentem uitam conſummaturus, & ad ea quæ illic ſunt tranſi-
turus dixit: Certamen bonum decertaui, curſum perfeci, fidem ſeruaui, de cætero repoſi-
2.Tim.4 ta eſt mihi iuſticię corona, quam reddet mihi Dñs, non hîc, ſed in illa die iuſtus iudex. Et
rurſus ipſe ſeruator ait, In mundo hoc tribulationem habebitis. Et rurſus ipſe Apoſtolus:
Per multas tribulationes oportet nos ingredi in regnum cœlorum. Si itaqꝫ regnare uis in
Act.14 futurum, hîc remiſsionẽ & honorem ne quæras; ſed etiamſi tribuleris in præſens propter
doctrinam, ueritatis uidelicet, ſcias quòd regnabis poſtea. præſentis enim propter uirtu-
tem afflictionis hæc merces conſtituta eſt. Si uerò non affligeris, ne expectes illic coro-
nas, ut qui non fueris hîc conſtitutis ob coronas certaminibus ac laboribus obiectus. Ho-
nores itaqꝫ neutiquam requirat exercitator, neqꝫ ut reliquis præferat, Omnis enim qui ſe
ipſum exaltat, humiliabitur: qui uerò humiliat ſeipſum, exaltabit. Si ſeipſum exaltauerit
exercitator, grauem & potentem habet humiliatorẽ, & qui uſqꝫ ad orcũ demergere po-
teſt: ſi uerò ſeipſum humiliauerit, ſplendidè & excellenter exaltabit, Deo ad propriã po-
teſtatem humiliatũ exaltante. Expecta igitur probè exaltantẽ ô exercitator, & nullate-
nus ad pręſentia puſillanimis ſis. Athleta enim es & operarius Chriſti, qui totam diem de-
certare, & totius diei æſtũ ſufferre pactus es. Cur cũ nondũ diei menſuram impleueris, re-
miſsionem perſequeris? Expecta ueſperam, finem huius uitæ, quo paterfamilias pro-
greſſus mercedẽ tibi numeret: Veſpere enim facto dixit Dñs uineæ procuratori ſuo: Vo-
Mat.20 ca operarios, & redde ipſis mercedem: non in meridie, neqꝫ in principio conductionis.
Expecta igitur finem uitæ, & tunc reuerſus mercedem aufer. Nunc uerò occupa extre-
mum locum, ut tunc accipias primum.

De frugalitate ac ſimplicitate circa edulia. Cap. XXV

Eduliorum porrò uarietatem nullatenus requirere exercitator debet. & per continen-
tiæ ſimulationem ciborum alterationem. Hoc enim euerſio eſt communis diſciplinæ &
ſcandalorum cauſa, & ipſius uæ hæres fit, is qui in exercitatoria congregatione tales tur-
barum cauſas ſerit. Verùm etiamſi obſonium hoc ſalſamentarium, quod à ſanctis patri-
bus pro alio quopiam condimento approbatum eſt, uel minimum edulijs inijci, reliquo
cibo aquæ aut olerum immixtum contingat, ne prætextu uanæ uidelicet & uoluntariæ
pietatis, uelut qui carnes recuſet, edulia precioſiora ac meliora requirat: ſed iuſculo
minimi fruſti ſalſamenti, panis fruſtum citra animaduerſionem madefaciens, cum om-
ni gratiarum actione aſſumat. Nam minimum illud fruſtum, in tantam aquæ multitudi-
nem, aut oleracei, ſi ita contingat, edulij copiam iniectum, non prędicat delicias, ſed ex-
actiſsima eſt reuera miſera exercitatorum continentia. Oportet itaqꝫ talia non uitare ſan-
ctitatis exercitatorem. non enim à talibus abſtinemus Iudaizantes, ſed deliciarum ſatie-
tatem fugientes.

Qui reſpicientem ad perfectionem progreſſus nihil lædere poteſt. Cap. XXVI

Si uerò dicat pietatis exercitator ſe lædi progreſsibus aut peregrinationibus, propter
neceſſarios cõmunitatis uſus fientes, & propterea progreſſum recuſet, nondum obedi-
entiæ ſinceritatem intelligit, neqꝫ nouit ꝙ hoc rectè factum per talem mollitiem non per-
licitu

ficitur. Reſpiciat itaq; exempla ſanctorum, quomodo obedientiam præſtiterunt, ad nullum quantumuis difficile preceptum, ne minimum quidem contradicentes aut reluctantes, & diſcat obedientiæ perfectionē. Si uerò quis etiam uerè lędat, roget fraternitatem ut pro ipſo Deum orent. Sed & ipſe petat Deum cū ſpe pertinaci, ut fiat uas tum in omnibus ſpiritualibus rectè factis, tum in corporalibus circa bona opera miniſterijs, efficax & utile. Et omnino is qui ſuſcipit promptitudines eorum qui quærunt bonum, dabit potētiam & uires, quum ipſe ad petendum inhortatus ſit, ac dixerit: Petite & dabitur uobis, pulſate & aperietur uobis. Et rurſus alibi, Si cui ueſtrum deeſt ſapientia, petat à Deo dante omnibus ſimpliciter, & non exprobrante, & dabitur ipſi. Petat autem in fide nihil diſcriminans, & in omnibus ſummatim, in quibus mens labat circa perfectam obedictiam: aut quæ promptitudinem impediunt obtundens ac reſidens. Hoc auxilio utentes Deū placemus, & petamus dari nobis rectè factorum facilitatem, & ut configant carnes noſtræ timore Dei, & ut intenta ac minimè uaga ſit mens noſtra: ita ut nullatenus carnalib. concupiſcentijs ac uoluptatibus capiatur. In mente enim uaga ac ſubleſta mundanæ cōcupiſcentiæ animæ innaſcentes, uarias inæqualitates in cogitationibus efficiunt, & pigros nos ad bona opera reddunt. Ne itaq; recuſemus, ut unuſquiſq; ad communes & neceſſarios corporis uſus proprium auxilium afferat: ſed rogemus Deum ut auxiliandi uires ſumamus. Nam ſi omnes ad priorum imitationem recuſarint, quis explebit ea quæ ſunt neceſſaria? & aliàs ab exemplo hoc diſcere expedit. Nam miles qui recens in ordinē militarem allectus eſt, non eos qui in exercitu ſunt ad proprium habitum transferrè conatur, ſed ipſe ad ordinis inſtituta ac conſuetudinem ſe adaptat. Conuenit itaq; etiam in ſpirituale congregationē allectum, non illos ad ſuos mores adaptare uelle: ſed proprios mores, ad formas ac conſuetudines quæ in congregatione ſunt aſsimilare. *Pſal.118*

Quòd non oportet priuatas occupationes habere exercitatorem. Cap. XXVII

Poteſtatem autem ſui ne ad minimum quidem temporis momentum habeat pietatis exercitator, ut proprijs occupationib. immoretˉ. Neq; em̄ inſtrumentū citra artificē moueri poterit: neq; membrum totius corporis ad breue ſaltem tēpus ſeparari poterit aut moueri, præter uoluntatē interni artificis, & præfecti totius corporis: neq; exercitator præter uoluntatē prefecti, faciendi aut operandi quid locum habet. Si uerò dicat propter corporis infirmitatem, inualidum eſſe ad præcepta, prefecto permittet probationem ſuę firmitatis. & aliàs reputatione Scripturæ facta, ſeipſum impellet ac cohortabitur, ad ea quæ mandata ſunt explenda, quum audiet Scripturam dicentem: Nundum uſq; ad ſanguinem reſtitiſtis decertantes cōtra peccatum. Et rurſus alibi: Quapropter laxatas manus, & reſoluta genua corrigite. *Heb.12*

Quòd oportet præfectum paterna beneuolentia ſubditorum res ac negocia diſpenſare ac adminiſtrare. Cap. XXVIII

Sed & ipſe præfectus, uelut pater legitimorum filiorum curam gerens, ſingulorum fratrum neceſsitatem uiſitabit: & conuenientem curam ac medelam pro uiribus afferet: & quod reuera infirmum eſt membrum, ſiue animaliter, ſiue corporaliter, cum charitate, & decente patrem beneuolentia ſuſtentabit.

Quòd non conuenit duorum aut trium fratrum ſocietates, in una exercitatoria congregatione eſſe. Cap. XXIX

Conuenit porrò fratres charitatem inter ſe mutuam habere: non tamen ita, ut duo aut tres ſimul conuerſantes, ſocietates aliquas conſtituant. Non enim hoc charitas eſt, ſed ſeditio & diuiſio, & maliciæ conuerſantiū declaratio. Si enim tales cōmunitatē boni ordinis ac diſciplinæ diligerent, communem utiq; ęqualem erga omnes dilectionem haberent. Si uerò reſecantes ac ſeparantes ſeipſos, congregatio in congregatione fiunt: malum eſt talis amicitiæ cōuenticulum, & alia quædam præter communem rem tales conciliat, nempe nouatio præter eam quæ obtinet ſtabilitatem. Conuenit itaq; neq; tales ſocietates in congregationibus concedere, neq; charitatis obſeruationem ad ſocietatē aliquam uenire, ſi frater malignè agere uelit, & cōmunis diſciplinæ ſtatuta adulterare. Verùm uſq; quo uniuerſi in bono permanſerint, uniuſcuiuſq; ad uniuerſos ſocietatem ac unionem eſſe. Si uerò quis obtinenti ſtatui aduerſari uolens, fratrem ſimul attrahit, hunc

primum quidem à ſano, uelut ratione ægrotantem in arcano admoneri oportet. Si uerò
non uelit priuatim curari, etiam alios fratres prudentiores ad ipſius curam aſſumi iuxta
ſacri Euangelij doctrinam: Si autem non audierit te, aſſume tecũ adhuc unum aut duos.
Mat.18 Si uerò neqꝫ ipſis obediat, profecto morbũ animæ ipſius notum fieri. Si autem neqꝫ præ-
fectum ſuſtinuerit, uelut ethnicum & publicanũ ipſum reputari, & uelut ouem peſte cor-
reptam ab ouili arceri, ut ne etiam reliquis morbum affricet. Si uerò nullus fuerit qui præ-
uo hoc exemplo lædatur, tunc ſolum ob ipſum & poſt relata, patientia locum habebit,
propter ſpem correctionis. Verùm patientia in eo ut non reſecemus ipſum, non in eo ut
non admoneamus ac caſtigemus per legitimas pœnas.

Quòd non conuenit indumentorum aut calceamentorum electionem expe-
tere exercitatorem pietatis. Cap. XXX

Cæterùm ex indumentis ac calceamentis non electa expetere oportet, ſed eligere uí-
liora, ut etiam hac parte humilitatem oſtendamus, & non fucatorum & ſe amantium, &
fraterni amoris exortium opinionem auferamus. Qui enim primaria cupit, à charitate &
humilitate ſeparatus eſt.

Quòd oportet præfectum iuxta uirium corporis portionem, præcepta con-
ſtituere, & de his qui uires ſuas occultant. Cap. XXXI

Præfectum porrò animaduertere oportet, ut ne maioribus mãdatis quàm pro corpo-
ris uiribus conſtitutis, infirmum ad contradictionem irritet: ſed uelut pater omnibus æ-
qualiter beneuolus ac legitimus, uniuſcuiuſque corporis uires inſpiciat, & ſic mandata
imponat ac diſtribuat. Iudicium autem maximum habebunt hi qui præſentes corporis
uires à Deo datas negant, & contra præfectos impudenter ſe gerunt, & mandatis non
obediunt. Si enim præfecto periculum ingens & intolerabile affert, ſi occultet doctrinæ
talentum, & non antea ſignificet uenientem ob peccatũ gladium: multo magis pericu-
lum afferet ei qui uires corporis à Deo accepit ad communitatis utilitatem, ſi has abo-
let & occultat.

Quòd non oportet contriſtari fratres, dum debilioribus in corporis indul-
gentiam aliquid conceditur. Cap. XXXII

Minimè uerò cõuenit triſtari fratres ac indignari, ubi præfectus imbecillioribus con-
uenientia demandarit miniſteria, & indulgentia hos dignatus fuerit, neceſsitate ſic ex-
petente. Imò decet potentiores uelut membris debilioribus parcere indigentibus indul-
1.Cor.12 gentia, atqꝫ hanc ſpiritualem charitatem explere. Neqꝫ enim pes in corpore contra ma-
num inſurgit, aut hanc ad propriũ miniſteriũ coegerit. Neqꝫ manus uniuerſa minimo di-
gitulo propriæ actionis onus imponet. Verùm unũquodqꝫ membrũ uim quam à natura
ſortitum eſt, hanc operat̃ ſufferens debiliora. Hic ordo ſi in ſpirituali congregatione ſer-
uetur, demonſtrabit̃ quod reuera ſumus corpus Chriſti, & membra ex parte, coniunctio
nis harmoniam & unionem ſeditionis expertem inter nos ſemper conſeruantes.

Quòd non oportet præfectos exercitatoribus propriam congregationem
deſerentibus, libertatem tradere, aut ipſos ad uitæ ſocietatem
ſuſcipere. Cap. XXXIII

Oportet aũt & ſpiritualiũ congregationũ præfectos, mutuam exercentes beneuolen-
tiam, & mutuã aſſumentes curã, alterum alterius ſtudia non deſtruere, neqꝫ ſimpliciter &
ſine experimento deſciſcentes fratres ab alijs ſuſcipere. Hoc eñ eſt perfecta confuſio ac
diſſolutio, & ſpiritualis operis ſubuerſio. Nã prudentiores fratres timore Dei retẽti, con-
ſtanter in bono perſeuerãt. Segniores autem & pigriores, etiã ex pudore ad homines, &
neceſsitate ex hominibus impendente, ad bonum erudiuntur ac diriguntur. Si itaqꝫ ſeg-
nior uiderit ſibi licere ut libere effugiat labores ſemel electæ congregationis, & tranſire
ad aliã ſedẽ, uiuereqꝫ incautè ac incontinenter, facilè abrumpetur, & interitus ipſius reus
erit qui ipſum promptè ſuſcipit, & malũ hoc ſæpe progrediens etiã eos qui recta uia pro
cedunt, à recta ac iuſta uia decedere facit: & interitus omnium in eum qui lapſibus oc-
caſionem dedit cumulabitur. Vt igitur hoc ne fiat, deſertores fratres aut commonefacia-
mus aut reducamus eò unde exierũt. Aut nõ obedientes nobis uitemus & auerſemur, &
cõgreſſum ipſorũ recuſemus, & ad hoc fratres omnes adhortemur. Quo ipſi illi per talẽ
auerſationem caſtigati reuertant̃, ad proprium ouile, & à delecto paſtore paſcant̃. Aut
ſi illi

ſi illi in reprobatione ſpiritualis ſocietatis perſeuerarint,ſaltem reliqui conſpecto eo quo
modo abominabiles facti ſunt,per exemplum modeſti fiant & fugiant imitationem, tur
pitudinem effugientes.Quod autem non ſint mei hi ſermones,ſed euidentes leges Spi-
ritus,ipſius Pauli uerba apponã,per quæ intemperãter uiuentes caſtigauit,unà cum alijs
etiã ebrios & cõuiciatores pœnis ſubijciẽs:Si enim quis frater fuerit ſcortator,aut cõui- 1.Cor.5
ciator,aut ebrius,cum tali neque cibum ſumatis. Et rurſus alibi, de nihil operantibus ſed
curioſè inquirentibus dixit:Hunc notate,& nolite cum ipſo permiſceri. Quod autem is 2.Theſſ.3
qui ſpiritualia pacta diuellit,peiora audet quàm conuiciatores,& ebrioſi, & qui in ſegni
tie uitam tranſigunt,omnibus ſanè manifeſtum eſt. Quare conſequenter ratio ipſa ad-
hortatur nos,ut eos qui ſpiritualem boni ordinis diſciplinam deſtruunt,à conuerſatione
eorum qui ipſam conſeruant arceamus ac prohibeamus.Tunc autem ſolum irreprehen-
ſibilem manere conuenit fratris ſeparationem,quum ex iudicio præfecti ob aliquam ad-
miniſtrationem facta fuerit.

Quòd non oportet exercitatorẽ in congregatione degentem, priuatim aliquid
rerum aut materiarum poſsidere. Cap. XXXIIII

CONuenit autem exercitatorem qui propoſitam ſocietatem delegit, ab omni priua-
ta rerum materialium poſſeſsione liberum eſſe. Si enim non hoc facit, primum qui
dem exactam ac ſinceram ſocietatem per poſſeſsionis proprietatem corrumpit.Deinde
uerò etiam incredulitatis magna ſigna cõtra ſeipſum producit,uelut diffidẽs Deo,quòd
in nomine ipſius congregatos non enutriet : & qui non audiuit Dauidem prophetam
dicentem:Iunior fui,etenim conſenui,& non uidi iuſtum derelictum, neque ſemen ip- Pſal.36
ſius quærens panes:aut ſpirituales intelligentiæ, aut ſenſibiles quibus corpus nutritur.
Si enim ubi duo aut tres ſunt in nomine Chriſti congregati,in medio ipſorum eſt,multo
magis ubi longe amplior ac frequentior eſt congregatio.Aut itaque nihil neceſſariorum
deficiet præſente nobis Chriſto : ſiquidem neque Iſraelitis in deſerto aliquid rerum uti-
lium defuit : aut etiamſi defecerit, ad probationem noſtri melius eſt nos indigere, &
eſſe cum Chriſto , quàm citra illius ſocietatem omnibus mundi rebus diteſcere. Sed &
talis poſſeſsio non hactenus detrimentum ſiſtit,ſed ulterius producit. Qui enim propri-
um quid habere ſtudet,nihil aliud quàm ſeparationem ac defectionem cogitat. Qui e-
nim ad hoc non reſpicit,quid nam poſſederit,gnarus quod per gratiam Chriſti, ſerui ip-
ſius in omni rerum neceſſariarum ubertate ſemper degunt.Declarat igitur talis quòd re-
fectionem ac mortificationem propriæ animæ meditatur,& quòd propter paucos obo-
los propriam ſalutem amittit:& concedite mihi ut paulo audentius loquar,quòd ſecun-
dum quiſpiam Iudas fit, à furto initium faciens(furtum eſt enim priuata illa poſſeſsio) &
in proditionem deſinens.Nam & ipſe ueritatis doctrinam prodit,uelut ille Dominum.
Quum enim regula uitæ habeat,neq; ſeparari à congregatione, cum qua coniuncti ſu-
mus,neq; priuatam aliquam poſſeſsionem comparare,neq; omnino clanculariũ aliquid
perpetrare,aut in detrimentũ fratrũ malum exemplum cõuerſantibus exhibere : deinde
quis contẽpto timore Dei,& ſtatutis ſancti Spiritus,primũ quidẽ defraudationẽ(defrau
datio enim eſt qualitercunq; & undecunq; collecta priuata poſſeſsio)deinde uerò etiam
defectionem ac ſeparationem meditatus eſt, quõ non ueritatis doctrinam prodidit? &
ſecundus Iudas factus eſt,quum quantũ poſsibile fuit,ueritatẽ prodiderit?Oportet itaq;
omni modo fugere,ne quicq̃; priuatim poſsideamus,præter ea quæ in cõmuni omnibus
ſuppeditantur:& nõ hac parte ſolum mentem immaculatã ſeruare,ſed etiam internũ ho
minem ab omnibus inquinamentis expurgare,partim à cogitationibus impuris ac pra-
uis,quæ internũ ſpiritus habitaculũ conſpurcant:partim à dolo & ſimulatione,inuidiaq;
& contentione,quę charitatẽ radicitus euellunt,& Deum ab horũ anima fugant.Si enim
Deus charitas eſt,qui charitatẽ non habet,diuina gratia priuatus eſt. In omni aũt humili-
tate & ſanctificatione,ac promptitudine circa bona opera,unũquenq; animã ſuam con-
ſeruare oportet,& ad præſentia cogitationẽ concludere,ita ut cõſideret ne iuxta preſen
tem occaſionẽ ab aliqua uoluntate Dei aberret,& inſtantiã uitæ ac conuerſationem diia
niet. Talis enim animæ ſtatus ab omni ſupinitate nos liberabit, & in reuerentia ac firmo
ſtudio omnia bona perſequi faciet,ubi hoc præ omnibus in anima firmatũ habuerimus,
quod Deus bonus eſt,& omniũ bonorum autor,mali aũt penitus nullius,etiamſi nos ad

correctionis utilitatem acriorem medelam guſtauerimus. Nam quum medicus ſit humanarum animarũ Deus, ad naturã morborũ, medicamentorũ uim ſufficientem temperat, expurgans grauiſsimã maliciã, ubi hoc opus fuerit. Huius itaq; rei palàm gnari, gratias agamus ſemper, etiãſi uehementiorẽ medelam percipiamus, dum à negligentia expurgamur. At uerò tentationẽ ac experimentũ ſuferre, ualde paucorũ & Abraamicorũ hominum eſt. Hęc igitur ſunt quæ diuina gratia noſtrę mentis humilitati ad exhortationem ueſtram qui cõmunem ac ſocialem uitam amplexi eſtis, ſuppeditauit. Qua uita uelut ratio & noſtra mens perſpexit, nulla ſplendidior, neq; iucundior ac gratioſior, neq; ſublimior cõuerſatio, inter homines reperiri poterit. Quandoquidẽ uerò etiam his qui ſolitariam uitam degunt, exhortationẽ pro uiribus attulimus: unus aũt & idem utriſq; eſt ſcopus, nempe cõplacere Chriſto, & cognatæ ſunt etiam horũ inſtitutiões, etiam ſermonem ad ipſos habitũ relegamus: fortaſsis enim etiam illinc aliquid utile ad hunc ſermonẽ referetur, ad hanc uitam amplius illuſtrandam ac exornandam.

DIVI BASILII MAGNI, POENAE IN DELINQVENTES EXercitatores pietatis ſtatutæ, Iano Cornario medico phyſico interprete.

I. Si quis ſanus corpore neglexerit orationes, aut ediſcere pſalmos, prætexens prætextus in peccatis, hic excommunicetur, aut ieiunet hebdomada unam.

II. Si quis redarguatur ob errorem cum dilectione, & non ſuſceperit reprehenſionem cum omni reuerentia, rogans ac petens ueniam propter delicta: etiam ipſe excommunicetur hebdomada unam.

III. Si quis conſcius fuerit alicui in peccato, & non correxerit ipſum, aut redarguerit in pace cum charitate in Chriſto: ſed cum triſticia ac moleſtia, uelut qui triumphum magis ducat de fratre, quàm qui curet autorem peccati: etiam ipſe ſimul excommunicetur cum eo qui deprehenſus eſt in peccato, ad hebdomadas duas: quia uelut hoſtis, non ut frater reprehendit.

IIII. Si quis dum pro uiribus à fratre mandata accipit, cõtumelia afficiat, aut contradicat, & non obediat cum omni in Chriſto gaudio, uelut certum faciens ipſum de uoluntate ſua, ſimiliter excommunicetur hebdomada unam.

V. Si quis inaniter garriat, aut facetijs ludat, non ſeruans cũ timore ac tremore doctrinam beati Pauli & Euangeliorũ: etiam ipſe excommunicetur hebdomada unam.

VI. Si quis præter eſt & non aliud iuſiurandum iuret, etiam ipſe hebdomada unam excommunicetur.

VII. Si quis conſcius alicui fratri erroris, poſtea in medium progreſſo exprobrarit, uelut obiter glorians ac ſe oſtentans: etiam ipſe uelut incondolens & in alienis malis gaudens, hebdomada unam excommunicetur.

VIII. Si quis conſcius fuerit alicui de peccato, & uidet ipſum indifferenter ferre, & nõ cum cordis cõtritione ac multis lachrymis placare Deum: adhortetẽ & admoneat ipſum, ut pœnitentiã agat, & pœnitentiæ opera oſtendat. Si uerò his factis, negligens fuerit ille ſuæ ſalutis, talis excommunicetur penitus à congregatione. Modicum enim fermentum totam maſſam fermentat, uelut ſanctus ille dixit.

IX. Si quis progrediatur citra neceſſarias cauſas intẽpeſtiuẽ circũiens, talis excõmunicetur, ut quieſcant in domo pedes ipſius, uelut ſcriptum eſt.

X. Si quis temere iraſcatũ, & nõ e ueſtigio cõſoletur fratrẽ quẽ cõtriſtauit, ut dimittat ipſi peccatũ, quod in ipſum peccauit, excommunicetur hebdomada unam.

XI. Si quis iniuria affectus fuerit à frare, & inhortatus à cõgregatione, non remiſerit peccatũ, recordatus eius qui dicit, Si quis aduerſus aliquẽ habuerit querelã, quemadmodum & Chriſtus condonauit: & ipſe ſimiliter excommunicetur hebdomada unam.

Pœnæ in regulares uirgines ſtatutæ.

I. Quæ iurauit uulgare iuſiurandum, excommunicetur hebdomadas duas.

II. Quæ maledixit alicui ex ſenioribus, cui res exercitatoriæ domus curãdæ cõmiſſæ ſunt, excommunicetur hebdomada unam.

III. Quæ

III. Quæ detrahit ſorori, dicens aliquid intentione ipſam calumniandi, excommunicetur hebdomada unam.

IIII. Quę uulgarē aliquā contumeliā intulit, excōmunicetur hebdomada unam.

V. Quæ contra ſororem abſentem dicit intentione gubernandi, exceptis ſenioribus quæ rebus curandis præfectæ ſunt, & quæ alia ſuſurrans comperta fuerit, excommunicetur hebdomada unam.

VI. Quę circa neceſſariam cauſam, intempeſtiuum colloquium proponens, inaniter garrit, excommunicetur hebdomada unam.

VII. Quæ facetias loquitur, aut riſum indecorum mouet, excommunicetur hebdomada unam.

VIII. Quę in opere miniſterij exiſtens, & neceſſariū uſum habens, cum proxima colloquetur, aut clamore aut temerario ſermone, excōmunicetur hebdomada unam.

IX. Quæ defendit eam quę condemnata eſt ob errorem, ab his quibus adminiſtratio & cura rerum demandata eſt, ſimul excommunicetur cum illa quam defendit hebdomadas duas.

X. Quæ cum aliqua forinſecus accedente colloquetur, priuſquam permiſſum ipſi fuerit ab ea cui cura demandata eſt, in omni bonæ diſciplinæ poteſtate, ſeparetur hebdomada unam.

XI. Quę reperta fuerit murmurās ob anguſtiam rerum neceſſariarum, aut ob laborem operum, ſeparetur ſiue excommunicetur hebdomada unam.

XII. Quæ reluctatur pręcepto pręfectarum, excommunicetur hebdomada unam.

XIII. Quæ contemptim, nonquieta uidelicet implet pręceptum, excommnnicetur hebdomada unam.

XIIII. Quæ ſe effert ac iactat, ſemel atque iterum cōmonefacta, coram præfecto redarguatur.

XV. Quę citra uoluntatem pręfectaram curę publicę, ad matrem aut ſororem abierit, excommunicetur hebdomada unam.

XVI. Quæ maligno oculi nutu proximæ moleſta eſt, excōmunicetur hebd. unam.

XVII. Quę poſt abſolutam communionem cum aliqua externa muliere conuerſatur, ſeparetur hebdomadas duas.

XVIII. Quę ab opere ad opus tranſit, citra iuſsionem earum quibus cura rerum demandata eſt, excommunicetur hebdomada unam.

XIX. Quę pœnam reiecerit, aut cōtradixerit, aut murmurauerit, non agnoſcens ſuam ipſius utilitatem in correctione, excommunicetur hebdomadas duas.

POENAE INCERTI AVTORIS ET INSCRIPTIONE CArentes, inter Baſilij ſcripta repertæ.

I. Si quis egrediatur de monaſterio, non accepta benedictione, aut non dimiſſus ab Archimandrita, hoc eſt, patre & pręfecto monaſterij, ſit excommunicatus.

II. Si quis poſsidet aliquid in monaſterio, aut extra monaſteriū, ſit excommunicatus.

III. Si quis priuatim agit cum aliquo, de recedendo à monaſterio, ob aliud quoddam malum, ſit excommunicatus.

IIII. Si quis ex cubiculorū pręfectis inueniat aliquē turbas facientem aut colloquentem in cubiculo, & non eijcit ipſum extra cœtum, ipſe careat benedictione.

V. Si quis careat benedictione caſtigationis gratia, & ex contēptu ſe non excuſarit, & acceperit benedictionem, excommunicetur.

VI. Si quis apponit in menſa aut ſibijpſi aut alteri, ſi non permiſſum fuerit ipſi ab Archimandrita, careat benedictione.

VII. Si quis abſq; capitis uelamine opus faciat in quocūq; loco, careat benedictione.

VIII. Si quis cum externis aut proprijs accedentibus conuerſatur, non permiſſus ab Archimandrita, exceptis adhoc deſignatis, careat benedictione.

IX. Si quis tulerit aliquid à fratre, & occultauerit, careat benedictione.

X. Si quis nō acceperit benedictionē, & comedit citra caſtigationē, excōmunicetur.

XI. Si quis non acceperit benedictionē, ad ordinē miniſterij ſui, careat benedictione. Si uerò neceſsitatis gratia id intermiſit, ſe excuſet.

XII. Si quis inueniatur noctu priuatim cum aliquo agens, aut locũ ubi dormit mutās præter uoluntatem ad hoc deſignatorum, excommunicetur.

XIII. Si quis immittat ſeipſum ad aliud opus, nõ permiſſus, careat benedictione.

XIIII. Si quis permutet aliquid cum aliquo, aut quid largiatur, prçter uoluntatẽ Archimandritæ, careat benedictione.

XV. Si quis ueſperi poſt Pater noſter, inueniatur colloquens, excommunicetur.

XVI. Si quis ex ſanis extra oratorium dormit, ſit excommunicatus.

XVII. Si quis in menſa comedens nugatur, ſuſcitetur ut exurgat ad orationem.

XVIII. Si quis caruerit benedictione, & contriſtatus caſtigantem rurſus caſtigauerit, aut contradicens nõ ſuſceperit, excõmunicetur. Si uerò immerito ſe caſtigari dixerit, notam faciat cauſam Archimandritæ, & iuxta Pauli decretum ſuſtineat.

XIX. Si quis habet aduerſus aliquem offenſam, eamq; contẽnens nõ recõciliatur ante miniſteriũ, aut dicit cauſam Archimãdritę aut cubiculorũ præfecto, excõmunicatur.

XX. Si quis in die oblationis impedierit ſeipſum à communione, præter uoluntatem Archimandritæ, careat benedictione.

XXI. Si quis è Scripturis cõtentioſè diſputat, careat benedictione. Si uerò commonitus perſeueret, uelut inobediens excommunicetur.

XXII. Si quis lauat aut alterius aut ſuam ueſtem, præter uoluntatem Archimandritæ, careat benedictione.

XXIII. Si quis abſit à menſis non dicta cauſa, maneat ieiunus.

XXIIII. Si quis aliquid perdiderit, idq; non inuẽtum, non ad Archimandritam detulerit, careat benedictione.

XXV. Si duo reperti fuerint ſimul inter ſe conuerſantes, & cõmoniti non ſeceſſerint, ſint excommunicati donec corrigantur.

XXVI. Si quis ueſper non acceſſerit ad Pater noſter, abſq; aliqua cauſa, ſiſtatur in orationem donec omnes dormierint.

XXVII. Si quis in tempore cõmunionis, offenſam habens aduerſus fratrem, non dederit ipſi pacem, ſit excommunicatus.

XXVIII. Si quis remouet fatrẽ ſuum ab ordine miniſterij, exceptis his quibus publica cura demandata eſt, careat benedictione.

XXIX. Si quis nouerit fratrem clam ſecedere de monaſterio uolentem, & non ſignificauerit Archimandritæ, aut præfectis, excommunicetur.

XXX. Si quis ſurgit de menſa prçter uoluntatem Archimandritæ, ſiſtatur in orationem uſq; ad tempus lucernarum.

XXXI. Si quis poſt cõmunionem egreditur de miniſterio, quouſq; oẽs acceperint benedictionem, extra humanam neceſsitatem, ſolus per ipſum cibum ſumat.

XXXII. Si quis facit aliquem benedictione carere importunè, ipſe careat benedict.

XXXIII. Si quis inuentus fuerit loquens in cellas, exceptis his qui inhabitant ipſas, aut his qui quietem ac ſilentium imperant, careat benedictione.

XXXIIII. Si quis facetias loquatur, aut inaniter garriat careat benedictione.

XXXV. Si quis inuẽtus fuerit detrahens aliquibus, aut aliquos detrahẽtes audiens, & non increpans ipſos, aut indicans Archimandritæ, unà cum ipſis excommunicetur.

XXXVI. Si quis repertus fuerit in horto loquens cum aliquo, aut cum aliquo pſallẽs, aut dormiens, exceptis operantibus, & qui ad ipſos deſignati ſunt hortos, careat benedictione.

XXXVII. Si quis egreſſus fuerit ad oſtiarium ſiue ianitorem, ſi non permiſſum fuerit ipſi à deſignatis præfectis, careat benedictione. Si uerò egreſſus fuerit ad munitionis proſpectum, excommunicetur.

XXXVIII. Si quis dederit foras aliquid aut acceperit, præter uoluntatem Archimandritæ, excommunicetur.

XXXIX. Si quis cum accedentibus peregrinis congreſſus colloquatur, præterquam quo det pacem, exceptis ad hoc deſignatis, careat benedictione.

XL. Si quis moleſtus eſt Archimandritæ, prætextu diurnæ operæ, excepto cellario aut hebdomadis præfecto, careat benedictione. Quo uniuſcuiuſq; diuinæ operæ præfectus

ctus ipſe hebdomadis ac procurator, de omni neceſsitate diligẽtem curam gerant, ut ne in iudicium negligentiæ incidant.

XLI. Si quis importunè uenit in culinam, aut in cellarium, exceptis deſignatis, aut his qui diſciplinę boni ordinis curam gerunt, careat benedictione.

XLII. Si quis expergefactus ab aliquo in tempore miniſterij, aut lectionis, ęgrè ferat, excommunicetur.

XLIII. Si quis ſuperfluè poſt uiſitationem matutinam ingreditur in ægrotorum refectorium, exceptis his qui ſilentium imperant, & rerum curam ſibi demandatam habent, careat benedictione.

XLIIII. Si quis pręter uoluntatem curatoris ęgrotorum, ingreſſus in noſocomium, ubi ęgri curantur, illic requieſcit, careat benedictione. Si uerò affligitur aut ęgrotat, indicet id prius curatori.

XLV. Si quis malè habentium mutat locum ubi dormit, præter uoluntatem curatoris, excommunicetur.

XLVI. Si quis ex deſignatis ad ſeruiendum in noſocomio, apponit aliquid fratri, prę ter uoluntatem curatoris, careat benedictione.

XLVII. Si quis ex ęgrotãtibus inuẽtus fuerit cõparans aliquid aut mutãs, præter uoluntatẽ curatoris, aut alicuius ex deſignatis ad miniſteriũ, careat benedictione.

XLVIII. Si quis inuentus fuerit ſcribens aut ſuſcipiens literas, excepto Archimandrita, ſit excommunicatus.

XLIX. Si quis mittit alicui benedictionem, aut accipit aliquid alicunde, excepto Archimandrita, careat benedictione.

FINIS TERTII TOMI OPERVM DIVI BASILII
Magni, Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopi,
Iano Cornario medico phyſico
interprete.

DIVI BASILII MAGNI CAESAREAE CAPPADOCIAE ARCHIEPISCOPI, OPERVM TOMVS QVARTVS,

Continens epiſtolas eius, itemq́ꝫ Gregorij theologi quæ extant omnes: quibus etiam alia quædam ad finem adiecta ſunt.

Iano Cornario medico phyſico interprete.

INDEX QVARTI TOMI.

Epiſtolæ diui Baſilij, & Gregorij theologi.

HIS ACCESSERVNT,

Epiſtola diui Baſilij ad Chilonem diſcipulum ſuum.
Admonitio ad adoleſcentes monaſticæ uitæ deditos.
Epiſtola ad monachum elapſum.
Epiſtola alia ad alium monachum elapſum.
Epiſtola ad uirginem elapſam.
Oratio aduerſus eos qui calumniantur nos, quòd tres deos dicimus.

EPISTOLAE SANCTORVM PATRVM NOSTRORVM, DIVI BASILII MAGNI ET GREGORII THEOLOGI,

Iano Cornario medico phyſico interprete.

BASILIVS MAGNVS GREGORIO THEOLOGO, EPISTOLA I.

AGNOVI epiſtolam tuam, quemadmodum hi qui amicorum liberos, ex apparẽte ipſis ſimilitudine ad parentes cognoſcũt. Nam loci ſtructuram non magnũ quid eſſe dicere, ad inducendam animo tuo appetẽtiã, quo nobiſcũ uiuas, priuſquã de modo ac uitæ ratione addiſcas, reuera tua animiq́; tui ſentẽtia eſt, qui omnia in hac uita pro nihilo ducit, ad cõparationem eius quæ nobis in promiſsionibus repoſita eſt beatitudinis. Ego uerò quæ ipſe in hac extremitate noctu ac inter diu facio, ſcribere erubeſco. Reliqui equidem urbis cõuerſationes, uelut infinitorum malorũ occaſiones, meipſum uerò nõdum relinquere potui. Verùm ſimilis ſum his qui prę inexperientia nauigandi è mari diſcedunt ac nauſeant, quiq́; magnitudinẽ nauigij grauiter ferunt, tanquã multam cõmotionem exhibentẽ, & inde in lembum aut paruam nauiculam trãſeuntes, ubiq́; nauſeant ac deſperãt. Simul enim cum ipſis tranſit moleſtiæ impatientia ac bilis. Ad hunc igitur modum & res noſtræ ſe habent: domeſticas enim affectiones ſimul circũferentes, ubiq́; in ſimilibus turbationibus ſumus. Quare nullam adeò magnã utilitatẽ ex hac ſolitudine cępimus: quæ tamen facere oportebat, & unde cõtingit nobis inhærere ueſtigijs eius qui ad ſalutẽ nobis præiuit (Si quis eñ, inquit, uult poſt me uenire, abneget ſemetipſum, & tollat crucẽ ſuam, & ſequatur me) hæc ſunt. Conuenit conari, ut mentẽ in quiete habeamus. Quemadmodum enim oculum aſſiduè circumactũ, & nunc in obliqua circumlatũ, nunc ſurſum ac deorſum frequẽter tranſuerſum, impoſsibile eſt euidenter uidere, ſed uiſum applicari oportet rei obiectæ, ſi certam ipſius inſpectionẽ facere debeat: ſic & hominis mentẽ ab infinitis mũdi curis diſtractã, impoſsibile eſt euidenter ueritati intentã eſſe. Verùm eum qui nondũ uinculis nuptiarũ coniugatus eſt, rabioſæ concupiſcentiæ, & impetus qui ægrè contineri poſſunt, & amores quidã infeliciter torquentes perturbant. Eum uerò qui coniugio occupatus eſt, alius curarũ tumultus excipit: ſi liberis careat, liberorũ concupiſcentia: ſi liberos acquirat, de educandis ſollicitudo, uxoris cuſtodia, domus cura, ſeruorũ ac familiæ gubernatio, commerciorũ detrimenta, contentiones cum uicinis, litium in foro iudiciali conflictus, negociationis pericula, agriculturæ labores. Omnis dies propriam ſuo acceſſu tenebroſitatẽ animæ affert, & noctes diurnas curas excipientes, in ijſdem imaginationibus mentẽ fallunt. Horũ unica fuga eſt, ſeparatio à toto mundo. Verùm ſeceſſus à mundo, non eſt corporaliter extra ipſum eſſe, ſed animã à conſenſu ad corpus auellere, & eſſe extorrem, ſine domo, ſine re priuata, ſine amicorũ ſodalitate, inopem, uitæ negligentẽ, à negocijs alienum, ab omnibus uitæ cõmercijs ſeparatũ, humanarũ doctrinarũ indoctum, paratũ ad ſuſcipiendas in corde formas, quæ ex diuina doctrina imprimuntur. Pręparatio aũt cordis eſt, dediſcere doctrinas quę ex praua cõſuetudine ipſum pręoccuparunt. Neq́; enim in cera ſcribere poſſibile eſt, inſitis prius characteribus non deletis. Neq́; animæ diuina dogmata apponi, anticipationibus ipſius ex conſuetudine non prius exemptis. Ad hoc ſanè maximã utilitatem nobis ſolitudo exhibet, & affectiones noſtras ſopiens, & rationi ocium præbens, ut ipſas penitùs ex animo exſcindat. Quemadmodũ enim ſerpentiũ genera facilè uinci poſſunt ubi ſunt perfrigerata: ſic cupiditates & iræ & timores ac triſtitiæ, uenenũ iactantia animę reptilia, per quietẽ ſopita, & aſſidua irritatione nõ efferata, per uim rationis facilius ſuperari poſſunt. Sit igitur locus talis, qualis eſt etiam noſter, ab hominum cõmercio liber, ut ne ab ullo extrinſeco exercitationis continuitas dirimatur: exercitatio aũt pietatis, animã diuinis cogitationibus alit. Quid igitur beatius, quàm an-

gelorum tripudiũ in terra imitari: ſtatim quidẽ ubi dies exordium ſumit ad preces proce
dendo, & hymnis ac cantilenis conditorẽ honorando. Deinde ſole purè illuceſcente ad
opera cõuerti, ita ut ubiq; preces ſimul adſint, & operas per hymnos uelut per ſalem, cõ
diamus: hilarem enim ac iucundum animæ ſtatum hymnorũ conſolationes largiuntur.
Quies igitur principiũ eſt purgationis ac expiationis animæ, quũ neq; lingua res huma-
nas loquatur, neq; oculi pulchritudinẽ ſymmetriamq; ac congruentiã corporũ circum-
ſpectent, neq; auditus animæ firmitatẽ exoluat, per auditum cantilenarũ ad uoluptatem
factarum, aut uerborum hominũ feſtiuorum ac ridiculorũ, quibus maximè animi firmi-
tas exolui ſolet. Etenim mens ad externa non diſperſa, neq; à ſenſibus in mundum diffu-
ſa, redit ad ſeipſam: per ſeipſam uerò ad Dei notionem aſcendit, & dum illa pulchritudi-
ne circumluſtratur ac illuſtratur, etiam ipſius naturæ obliuionem capit, neq; ad alimen-
torum curam, neq; ad amictus ſollicitudinem, animam detrahẽs. Sed ab omnibus terre-
nis curis ocium agens, omne ſuum ſtudium ad æternorum bonorum adeptionem tranſ-
fert, quomodo temperantiam ac fortitudinem perpetret, quomodo iuſticiã & pruden-
tiam, & reliquas uirtutes, quæ generalibus his ſubdiuiduntur, & uiro bono ſingula in ui
ta decenter tranſigenda ſubijciunt. Maxima autem uia ad officij decentis inuentionem,
eſt meditatio ac ſtudium Scripturarũ diuinitùs inſpiratarũ. In his enim & unctionũ præ-
cepta inueniãtur, & beatorum uirorũ uitæ literis traditæ, uelut imagines quædam uiuæ
diuinæ reipub. ad bonorum operum imitationem propoſitæ ſunt. Itaq; in quacunq; re ſe
unuſquiſq; indigum eſſe ſenſerit, ſi in illis conuerſetur, uelut ex cõmuni medicamẽtaria
officina, medicamentum ægritudini cõmodum reperit. Et qui quidem temperãtiæ ama
tor eſt, hiſtoriam de Ioſeph aſſiduè reuoluit, & ab ipſo temperantiæ actiones edocetur,
quum reperiat ipſum non ſolùm cõtinenter ſe habere ad uoluptates, ſed etiam habituali
ter ad uirtutem diſpoſitum. Fortitudinem uerò diſcit à Iob, qui nõ ſolùm quum uita ipſi
in contrarium mutata eſſet, pauperq; ex diuite, & orbus ex pulchros liberos habente, in
uno temporis momento factus eſſet, idem permanſit, inuictam ubiq; animi cõſtantiam
conſeruans, ſed neq; amicis ad conſolandũ ipſum uenientibus, ipſiq; inſultãtibus, & do-
lorem exacerbantibus, exaſperatus eſt. Rurſum ſi quis conſideret, quomodo mitis in ea-
dem re & ſimul magnanimus fiat, ut animi quidem indignatione aduerſus peccatũ uta-
tur, lenitate uerò erga homines, inuenit Dauid generoſum quidẽ in uirilibus belli factis:
mitem uerò & immobilem in hoſtibus retaliandis. Talis erat & Moſes magno quidem
animo contra eos qui in Deum delinquunt exurgens: leni uerò animo calumnias cõtra
ſe ſuſtinens. Et ubiq; uelut pictores, quum imaginẽ de imagine pingunt, frequenter ad
exemplar reſpiciẽtes, lineamentũ inde ad ſuum opificiũ trãsferre ſtudio habẽt. Sic opor-
tet eum qui ſtudio habet ſeipſum omnibus uirtutis partibus perfectum efficere, ad ſan-
ctorũ uitas, uelut ſtatuas mobiles & actuoſas reſpicere, & illorũ bona per imitationẽ ſua
facere. Preces rurſus lectionibus ſuccedẽtes, fortiorẽ & uigentiorẽ animã deſiderio ad
Deũ cõmotã ſuſcipiunt. Bona aũt eſt precatio, quæ euidentẽ Dei notionẽ animo indu-
cit, & hoc eſt Dei inhabitatio, nimirũ Deũ per memoriã ſibijpſi inſidentẽ habere. Sic ef-
ficimur templũ Dei, quũ nõ curis terrenis memoriæ cõtinuitas dirimatur, neq; inopina-
tis affectionibus mens turbetur, ſed amans Deũ omnibus relictis ad Deũ ſecedat, expel
lens prouocantes nos ad intẽperantiam affectiones; & in ſtudijs ad uirtutem ducẽtibus
cõuerſetur. Et primũ quidẽ omniũ ſtudioſum eſſe cõuenit, ut ne circa ſermonis uſum ru
des ſimus, ſed & citra contentionẽ interrògemus, & citra ambitionẽ reſpondeamus, nõ
interpellato eius ſermone qui nobiſcũ diſputat, ubi utile quid dixerit. Neq; uerò nos ea
cupiditas inceſſat, ut noſtrũ ſermonẽ cum oſtentatione interſeramus, ſed modum defini
tum tum dicendi, tum audiendi habeamus. Diſcendum eſt aũt citra pudorẽ, & docendũ
citra inuidiã. Et ſi quid ab altero edocti ſimus, idipſum nõ occultandũ eſt, uelut impro-
bæ mulieres ſpurios partus ſubijciunt, ſed dicti parens cũ gratitudine prędicetur. Vocis
porrò tonus medius præferendus eſt, ut neq; præ paruitate auditũ diffugiamus, neq; di-
ſtentionis magnitudine oneroſi ſimus. Id uerò quod dicendum eſt prius nobiſcũ expen-
damus, atq; ita ſermonẽ proferamus. Cæterùm in colloquijs ac cõgreſſibus compellatu
facilem eſſe cõuenit, in cõcionibus dulcẽ, non ut per urbanitatẽ dulcedinẽ uenemur, ſed
per beneuolam cohortationẽ blãdi ſimus, ubiq; aſperitate, etiamſi obiurgare oporteat,
repulſa,

repulſa. Vbi enim teipſum per humilitatem præoccupaueris, ita curatione opus habenti toleratu facilis eris. Sæpe uerò etiam utilis eſt nobis caſtigationis Prophetæ modus, qui Dauid peccanti non à ſeipſo induxit condemnationis modum, ſed perſonę ſubmiſſione uſus, ipſum ſuijpſius peccati iudicem conſtituit, ut ipſe contra ſeipſum ſententia lata nō amplius haberet, cur increpanti indignaretur. Sequitur autem ad humilem ac deiectum animum, uiſus triſtis, & ad terram pronus, habitus neglectus, coma ſqualida, ueſtis ſordida, ut ea quæ lugentes de induſtria faciunt, in nobis ſponte appareant, tunica per cingulum ad corpus adſtricta. Cinctura tamē neq; ſupra ilia ſit: muliebre enim id eſt: neq; laxa, ut diffluat tunica: hoc enim ſtultorū exiſtit. Et inceſſus ipſe neq; ſegnis ſit, ut animæ exolutionē declaret: neq; rurſus uehemens ac inſolens & cōcitatus, ut temerarios ipſius impetus oſtendat. Scopus ueſtitus unus ſit, ut tegumentum carnis ſit aduerſus hyemem & æſtatem ſufficiens. At uerò neq; in colore floriditatem perſequi oportet, neq; in ſtructura tenuitatē ac molliciem: nam in ueſtitu colorum pulchritudinē ſpectare, ſimile eſt muliebri ornatui, cuius illæ ſtudioſæ ſunt, alieno flore genas ac capillos ſuos tingentes. Sed eam craſſitudinem tunica habere debet, ut non opus ſit ipſi ſocio ad fouendū ea indutum. Calceus uilis quidem ſit pretij, uerùm qui uſum ſui citra defectum ſuppleat. Et in ſumma, queādmodū in indumentis pręire cōuenit uſus neceſſitatē: ſic in uictu panis neceſſitatem explebit, & aqua medebitur ſiti hominis ſani, & quęcunq; ex ſeminibus obſōnia, robur corpori ad neceſſarios uſus conſeruare poſſunt. In edendo aūt non eſt rabioſa guloſitas detegēda, ſed ubiq; ſtabilitas & manſuetudo, ac continentia circa uoluptates conſeruanda: & neq; tunc animus à meditatione de Deo ocioſus habēdus eſt, ſed ipſorum eduliorum naturam, & corporis ea ſuſcipiētis ſtructuram, occaſionē facere oportet glorificationis Dei: quomodo uariæ ciborū ſpecies proprietati corporū cōuenietes ab eo qui omnia gubernat excogitatæ ſint. Preces ante cibū fiant pro dignitate donorū ac largitionū Dei, tum eorū quæ nunc dat, tum eorum quæ ad futurū recondidit. Preces etiam poſt cibum, gratiarū actionem pro datis habētes, & petitionē promiſſorum. Hora una ſit ad capiendū cibum deſtinata, eademq; per circuitū reuertens, ut ex uiginti quatuor horis diei ac noctis, uix hæc ſit quæ in corpus inſumatur: reliquas in mentis operationibus pietatis exercitator cōſumere debet. Somni leues ſint, & qui facilè excludātur, naturaliter ad diætæ ac uictus moderationem conſequentes, qui de induſtria per ſollicitudines de magnis rebus dirimantur. Nam graui ſopore detentū eſſe, ita ut ſolutis membris, ocium abſurdis imaginationibus exhibeatur, in quotidiana morte ſic dormientes cōſtituit. Verùm quod alijs eſt tempus matutinum, hoc exercitatoribus pietatis ſit medium noctis, quum nocturna quies maximè ocium animæ largiatur, & neq; oculi neq; aures, noxias auſcultationes aut ſpectacula in cor demittāt, ſed mens ſola per ſe cū Deo uerſetur, & per memoriam delictorum ſeipſam corrigat, ſibiq; terminos ad declinandū malum præſtituat, & auxilium à Deo ad perficienda ea quæ ſtudio habet imploret.

Baſilius Gregorio theologo. Epiſt. 11.

NVnquam ignoraui, quādo ad prudentiā tuam ſcripſi, quòd omnis uox theologica minor eſt intelligentia ac cogitatione dicentis, minor item deſiderio inquirentis, propterea quòd oratio debilius quodāmodo exequi ſolet mente concepta. Si igitur debilis eſt noſtra intelligētia, inferior aūt adhuc hac, lingua ipſa, quid oportebat expectare noſtram in dictis ſententiā, & non orationis paupertatē uitio uerti? non tamē propterea poſſibile erat mihi ſilentio præterire ipſum quæſitum. Periculū eſt conſequens eſt, ut ſuſpecti ſimus proditionis, in hoc quòd non promptè reſponſiones de Deo reddimus his qui diligunt Dn̄m. Illa quidem igitur ſiue ſufficiēter habere uidēt, ſiue exactiore quodā additamento indigent proprio tempore ad correctionē opus habēt. Verùm in præſens adhortamur te, uelut etiā iam inhortati ſumus, ut teipſo toto ad ueritatis patrociniū utaris, & tu motibus mēti tuę à Deo inſitis, ad boni conſtitutionē cōtentus ſis, & à nobis nihil amplius inquiras, qui minores q̄ pleriq; ſuſpicant̄ exiſtētes, noſtra debilitate magis lædimus uerbū, quàm quòd robur aliquod per patrocinium noſtrum ueritati addamus.

Baſilius Gregorio theologo.

LIteræ uenerunt mihi à te, exactè tuæ, non adeò propter manus characterē, quantum ob epiſtolæ proprietatem: pauca enim erant uerba multam ſententiam exhibentia.

Ad quas ſtatim quidem non reſpondebamus, propterea quòd ipſi quidem peregrina-
bamur, qui uerò ipſas attulerat, data uni ex familiaribus noſtris epiſtola abierat. Verùm
nunc per Petrum alloquimur te, ſimul compellationis debitum perſoluentes, ſimulq́ꝫ ſe-
cundarum literarum occaſionem exhibentes. Omnino autem nullus labor eſt epiſtolæ
Laconicæ, quales ſunt quæ à te ſemper ad nos perueniunt.

Baſilius Gregorio theologo. Epiſt. III.

QVis dabit mihi alas ueluti columbæ? aut quomodo ſenecta mea renouari poterit?
ut ad ueſtram dilectionẽ tranſire queam, & deſiderium quod ob uos habeo, refice-
re, & moleſtias animi narrare, & per uos aliquã tribulationũ conſolationẽ inuenire. Ob
dormitionẽ enim beati Euſebij epiſcopi, non paruus timor nos occupauit, ne quãdo hi
qui aliquando eccleſiæ Metropolis noſtræ inſidiantur, & ipſam hęreticis zizanijs com-
plere uolunt, occaſionem adepti, pietatem multo labore in animis hominum cõſemina-
tam, prauis ſuis doctrinis eradicent, & huius quoq́ꝫ unitatem exſcindant, quòd ipſum e-
tiam in multis eccleſijs fecerunt. Quandoquidẽ uerò etiã literę ad nos peruenerunt for-
tis & electionis, adhortantes ut nihil in tali occaſione negligenter agatur, circũcirca ne-
gocio expenſo, ueſtrę dilectionis memor fui, & rectę fidei ac feruoris, quem ſemper pro
eccleſijs Dei habetis. Atq́ꝫ ea gratia dimiſi dilectum Euſtachium in miniſterio conſortẽ,
ut exhortetur ueſtrã grauitatem, exoretq́ꝫ, ut omnibus pro eccleſijs ſuſceptis laboribus,
etiam præſentem addatis, & ſenectam meam ueſtro congreſſu ac colloquio reficiatis, &
rectæ eccleſię celebrem pietatem diſponatis, ita ut detis ipſi nobiſcum (ſi modò digni fa-
cti fuerimus uobiſcum bonum opus adiuuare) paſtorem iuxta uoluntatẽ Domini qui
populũ ipſius dirigere poſſit. Habemus quidem ob oculos uirũ, quẽ neq́ꝫ ipſi ignoratis:
quem ſi adipiſci digni facti fuerimus, ſcio ꝙ magnã fiduciã ad Deũ acquiremus, & apud
populũ qui nos inuocauit maximũ beneficium deponemus. Verùm adhortor & rurſus
& ſæpe, ut omni cunctatione dilata, nos accedatis & hyemis difficultates anteuertatis.

Baſilius Euſebio epiſcopo Samoſatenſium. Epiſt. IIII.

QVomodo facere poſſim in pręſenti rerum ſtatu? & quum cõtinere me nõ poſſim,
quomodo dignam aliquam rebus orationẽ reperiã, ut non ſuſpirio ſimilis ſit uox
noſtra, ſed lamentationi grauitatem mali ſufficienter declaranti? Perit nobis etiam Tar-
ſus, & nõ hoc ſolùm graue eſt, etiamſi intolerabile exiſtat. Nam eo adhuc grauius eſt, ur-
bẽ tantã tali felicitate præditã ut Iſauros & Cilices, Cappadocesq́ꝫ ac Syros per ſeipſam
coniungat, unius aut duorũ hominũ uecordia, ſtragis acceſſionem factam eſſe, dum nos
cunctamur & conſultamus, & inter nos mutuò reſpectu facto deliberamus. Optimũ igi-
tur fuerit iuxta medicorum ſolertiam (Eſt aũt larga omnino mihi talium exemplorum,
ob morborũ familiaritatem, ubertas) qui ubi doloris magnitudo ſuperexceſſerit, ægro-
tanti ſtuporem ad percipiendos dolores excogitant, etiam noſtris ipſorum animis ma-
lorũ ſtupiditatẽ comprecari, ut ne intolerabilibus doloribus cõprimantur. Veruntamen
etiamſi reuera miſerè afflicti ſumus, unica conſolatione uſi ſumus, ad tuam nimirũ man-
ſuetudinem reſpiciendo, & ex cogitatione de te ac tui memoria, animæ triſticiã mitigan-
do. Quemadmodum enim oculis, ſi quando intentè ſplendida inſpexerint ad cæruleos
ac herbidos colores reuerſio refocillationẽ quãdam affert: ſic & animis noſtris uelut le-
nis quidã contactus dolorem eximens, eſt memoria tuæ manſuetudinis ac concinnita-
tis, & pręſertim quũ cogitemus, quòd totũ quantũ in te fuit perfeciſti. Ex quibus abun-
dè etiam nobis demonſtraſti, ſi modò candidè res ipſas iudicare uolumus, quòd nihil ex
tua culpa perijt: & ꝙ magnã tibijpſi mercedẽ à Deo pro prõptitudine ad bona ac hone-
ſta acquiſiuiſti. Porrò rogamus ut Dñs te nobis & eccleſijs ſuis donet, in uitę utilitatẽ, &
animarũ noſtrarum correctionẽ, & dignetur nos rurſus utili tuo cõgreſſu ac colloquio.

Baſilius Euſebio epiſcopo Samoſatenſium. Epiſt. V.

QVando per gratiam Dei, & precũ tuarum auxiliũ, paululũ ex infirmitate conuale-
ſcere mihi uiſus ſum, & uires meas recolligebã: tũc ſanè hyems ſucceſsit: domi nos
concludens, & in regione manere cogens. Quamuis enim multo leuior ſolito fuerit, at
certe ſatis magnum mihi impedimentũ fuit, quod non ſolùm non uiam per meipſum in-
gredi poteram, ſed ne paululum quidem ex domo proſpicere. Eſt aũt neq́ꝫ hoc mihi par-
uum ſolatium, quòd dignus iudicor qui per literas cum pietate tua cõuerſer, & quòd in-
retribu-

retributionum ac reſponſionis ſpe iam antè requieſcã. Si uerò etiam tempus opportunũ permiſerit, & uitæ tempus me nõ defecerit, & fames nobis uiam non imperuiam reddiderit, fortaſſis precum ac orationum tuarum deſiderium conſequemur, & ubi te intra ædes deprehenderimus, per multũ ocium magnis ſapiẽtiæ tuæ theſauris exſatiabimur.

Baſilius Euſebio epiſcopo Samoſatenſium. Epiſt. VI.

SI omnes ex ordine cauſas ſcriberem, à quibus uſque in præſens tempus retentus ſum, & hoc ualde ad pietatẽ tuam accedere geſtiens, infinitam hiſtoriæ longitudinẽ perficere poſſem. Morborũ quidẽ uiciſſitudinẽ, & hyemis ſæuitiã, & negociorũ occupationes dicere relinquo, quum nota ſint & iam antè perfectioni tuæ manifeſtata. Nunc uerò etiã matrẽ, quam ſolã uitæ ſolatiũ habebã, præ peccatis meis amiſi. Et ne derideas me uelut qui hac ætate orbitatẽ lugeã. Verũ ignoſce mihi animæ ſeparationẽ impatienter ferenti, cui nihil cõparandũ in his quæ reliqua ſunt uideo. Rurſus igitur reuerſi ſunt morbi, & rurſus in lecto decũbo, exiguis admodũ uiribus fluctuans, & tantũ non ſingulis horis neceſſariũ uitæ finẽ expectans. At uerò Eccleſiæ fermè cõſimiliter cum corpore meo affectæ ſunt, bona quidẽ ſpe nulla apparente, rebus uerò ſemper in peius diffluentibus. Interim aũt Neocæſarea & Ancyra ſucceſſores eorum qui abierunt habere uiſæ ſunt, & hucuſque conquieſcunt. At neque nobis inſidiantes, uſque in præſens permiſſi ſunt facere aliquid iracundia & amarulentia dignum, atque huius rei cauſam tuis pro eccleſijs deprecationibus palàm acceptum ferimus. Quare pro eccleſijs orare, & Deum placare ne delaſſeris. Et dignos factos miniſtrare ac inſeruire ſanctitati tuæ frequenter alloquere.

Baſilius Euſebio epiſcopo Samoſatenſium. Epiſt. VII.

QValem animum me habuiſſe putas, quũ pietatis tuæ epiſtolam accepi? Nam quũ ad affectum in ipſis literis reſpiciebam, ſtatim recta ad Syros auolare gẽſtiebam: quum uerò ad corporis infirmitatẽ, à qua illigatus decumbebã, non ſolũ non uolare, ſed ne conuertere quidẽ in lecto me poſſe ſentiebam. Quinquageſimũ enim hunc diem in ægritudine agebã, in quo ad me uenit dilectus & optimus frater noſter ac comminiſter Elpidius, multum quidem febre conſumptus, quæ ob penuriã nutriẽtis ipſam materiæ, aridæ huic carni, uelut thriallidi uſtæ, & ad lucernarum funiculos aptatæ, circunuoluta, tabificam & longam ægritudinem induxit. Deinde uerò uetus plaga mea inſuper accedens, excluſit me à cibis, fugauit ſomnum ab oculis, & in uitæ ac mortis confinijs me detinuit, tantum uiuere permittens, quantum moleſtias ex ipſa percipiebã. Quare & aquis uſus ſum ſponte naturæ calidis, & aliquas à medicis curationes ſuſcepi. Omnia tamen ſuperauit ingens hoc malum, quòd conſuetudine præſente alius fortaſſis ferre potuiſſet, ex improuiſo uerò allapſum, nullus adeò adamantinus eſt, ut ſufferre poſſit: à quo multo tempore uexatus, nunquam ſic triſticia afflictus ſum, quantũ nunc, impeditus ab ipſo à ueræ dilectionis tuæ congreſſu. Quali enim priuatus ſum animi uoluptate, noui etiam ego, quamuis ſummo digito dulciſſimi mellis eccleſiæ ueſtræ anno pręterito fructũ percepimus. Ego uerò etiam aliorũ neceſſariorum negociorum gratia opus habebam, ut te conuenirem, & ut multa communicarem, & multa diſcerem. Neque enim hic ueram dilectionem conſequi datur. Quum autem quis etiam ualde diligentem inuenerit, non eſt qui ſimiliter perfectę prudentiæ ac experientiæ tuæ, quam ex multis circa eccleſias laboribus collegiſti, ſententiã nobis ac conſiliũ de propoſitis dare poſſit. Et reliqua quidem ſcribere non expediebat: quę uerò efferre tutũ eſt, hæc ſunt. Senior Euagrius, filius Pampiani Antiochenſis, qui aliquando ad occidentẽ cum beato Euſebio profectus eſt, redijt nunc ex Roma, exigens à nobis epiſtolam, ea quæ ab illis ſcripta ſunt habentem ad uerbum. Reportauit autem nobis retrò ea quæ à nobis ſcripta ſunt, uelut non placentia acutioribus ex his qui iſthic degunt: & legationem quandam per uiros fide dignos mitti petebat, quo ad facilem habeant uiri illi occaſionem noſtræ uiſitationis. Sebaſteni nobiſcum ſentientes, Euſtathij putri malarum opinionum ulcere denudato, expetunt quandam à nobis eccleſiaſticam curam. Iconium ciuitas eſt Piſidiæ, olim poſt maximam prima: nunc uerò etiam ipſa præſidet parti, quæ ex multis particulis collecta, propriæ prouinciæ gubernationem ſuſcepit. Hæc uocat etiam nos ad uiſitationem ut ipſi epiſcopum demus. Mortuus eſt enim Fauſtinus. An igitur non oporteat cunctari & ſegnem eſſe in electionibus extra terminos faciendis, & qualem'nam oporteat

dare Sebaſtenis reſponſionem, & quomodo erga Euagrij ſententias affici conueniat, opus erat mihi diſcere, ita ut ipſe per meipſum præſtantiam tuam conuenirem, quibus omnibus priuatus ſum propter præſentem infirmitatem. Siquidem igitur adipiſci poteris aliquem qui citò ad nos perueniat, dignare de omnibus reſponſiones mihi remittere: ſin minus, precare ut mihi in mentem ueniat, quod placitũ ſit Domino. Porrò in concilio memoriam noſtri fieri iubeas, & tu ipſe quoq; ora pro nobis, ſimulq; populũ aſſume, quo reliquos dies aut horas cohabitationis noſtræ, digni fiamus ſeruire, prout beneplacitum eſt Domino.

Baſilius Euſebio Epiſcopo Samoſat. Epiſt. VII.

OStendit etiam in nobis Dominus, quòd non derelinquit ſanctos ſuos, quũ magna & potenti manu ſua uitam ſanctitatis tuæ protexit. Fermè enim conſimile hoc du-
Ion.1. cimus ei quod in uentre ceti illæſus permanſit ſanctus, & quod in uehemẽti flamma incolumes uiuere potuerunt timentes Dominum, quando ſanè etiam tuam pietatem, undiquaq; circum uos, ut audio, bello diffuſo, incolumem conſeruauit, & conſeruet etiã ro-
Dan.6. gamus, deinceps nobis ipſe potens Deus optabile hoc ſpectaculum, ſi ſuperuixerimus, aut ſaltem alijs, qui reditum tuum uelut propriam ſuam ſalutem expectãt. Credo enim, quòd lachrymis Eccleſiarum, & ſuſpirijs quibus pro te omnes ingemiſcunt, attentus ille hominum amator, cõſeruabit te in uita, donec dederit gratiam his qui nocte ac die ipſo opus habent. Quæ quidem igitur uſq; ad aduentum dilecti nobis fratris Libanij conſertis ac comminiſtri facta ſunt aduerſus uos, per ipſum in acceſſu ſatis edocti ſumus. Quæ uerò ab illo tempore acciderunt, diſcere auemus: maiores enim & grauiores afflictiones interiecto tempore factas eſſe audimus circa illos locos, quas ſi quidem poſſibile fuerit, citius: ſin minus, ſaltem per pientiſſimum fratrem Paulum in presbyterio conſortem reuertentem cognoſcere nobis contingat, optamus, nimirum quòd uita ueſtra incolumis & inoffenſa conſeruetur. At uerò quia audiuimus omnes uias prædonibus & internuncijs plenas eſſe, reueriti ſumus aliquid in manus fratris immittere, ne ipſi mortis cauſa fiamus. Si uerò dederit Dominus mediocrem tranquillitatem, uelut audimus exercitus diſceſſum, curabimus etiam noſtrorum aliquem emittere, qui uos uiſitet, & ſingula nobis de uobis annunciet.

Baſilius Euſebio epiſcopo Samoſat. Epiſt. VIII.

DEdit nobis Dominus, etiã nunc per chariſsimũ ac pientiſſimũ fratrem noſtrũ Antiochum in presbyterio conſortem, alloqui pietatem tuam, & te quidem adhortari ut conſueta facias, ac pro nobis ores: nobiſipſis autem inuenire aliquam longæ derelictionis cõſolationem ex colloquio quod per literas contigit. Illud autem primum ac maximum precibus à te cõtendimus. Pete à Domino, ut nos ab abſurdis ac malignis hominibus liberemur, qui in tantum populis dominantur, ut ad nihil aliud quàm Iudaicam captiuitatem, res noſtræ aſſimilari poſſint. Quanto enim eccleſiæ debiliores fiunt magiſq; diffluunt, tanto amplius imperandi libido in hominibus eſſloreſcit. Et ad infelices homines ſeruos ſeruorum dominatorum Epiſcopatus nomen nunc deuenit, nemine ex ſeruis Dei aut repudiatis ſeipſum contrà inducere uolente. Quales ſunt qui nunc immiſſi ſunt ab Anyſio alumno Euippij, & Ecdicio Parnaſſeno, quem qui eccleſijs præfecit, malum ſibijpſi futuræ uitæ uiaticum immiſit. Hi nunc fratrem meũ ex Nyſſa expulerunt, & pro eo induxerunt uirum, imò potius mancipiũ paucis obolis dignum, fidei uerò corruptionẽ conſimilem his qui ipſum præfecerunt. Doaris autẽ pago, hominẽ pernicioſum, pupillorũ famulum, à dominis ſuis fugitiuũ, propter impiæ mulierculæ blandicias, quæ prius quidem Georgio ad propriã uoluntatẽ uſa erat, nunc uerò hunc habebat, ſucceſſorem illius miſerũt, miſerabile epiſcopatus nomẽ cõtumelia afficientes. At uerò Nicopolitarum res quis digno luctu proſequi poſſit? Miſero illo Phortone primum quidem ueritatis patrociniũ quàm maximè fingente: poſtremũ uerò turpiter & fidẽ & ſeipſum prodente, & proditionis mercedẽ accipiente, ipſam uidelicet ignominię notam. Suſcepit equidẽ ab ipſis epiſcopatus dignitatẽ uelut putat. Factus eſt autẽ per gratiam Dei cõmunis abominatio totius Armeniæ. Veruntamen neq; ipſi quicquã non audent, neque dignis ſe cooperatoribus deſtituũtur. Cæterùm reliqua de Syria melius quàm nos & nouit & exponet frater noſter Antiochus. At uerò res occidentales ipſe prior cognouiſti, quum

quum omnia narrauerit frater Dorotheus: cui quales epiſtolas rurſus dare oportet abeunti? Fortaſſis enim uiæ ſocius futurus eſt optimo Sacteſimo, qui multo ſtudio orientem circuit, & à ſingulis inſignioribus ſubſcriptiones & epiſtolas colligit. Quæ igitur literis per ipſos ſignificare oportet, & quomodo cum epiſtolas mittentibus paciſcendū ſit, ipſe quidem dubito. Si itaq; citò reperias aliquos qui huc tranſeant, dignare nobis id ipſum notum facere. Mihi equidem illud Diomedis dicere in mentem uenit, Nec ſupplex huic eſſe uelis, propterea quòd, inquit, ſuperbus & contumax ille uir eſt. Reuera enim mores faſtuoſi, dum obſequium ipſis contingit, magis ſeipſis contumaces euadere ſolent. Etenim ſi nobis propitius fuerit Dominus, quali alio additamēto ac auxilio opus habemus? Si uerò perſeuerauerit ira Dei, qualem opem nobis occidentale ſupercilium feret? qui ueritatem neq; ſciunt, neq; diſcere ſuſtinent. Verùm falſis ſuſpicionibus præoccupati, nunc illa faciunt, quæ prius in Marcello, ad eos quidem qui ueritatem ipſis annunciant contentioſi, hæreſim uerò per ſeipſos confirmantes. Ego quidē ipſe, citra communem formam, uolebam principi ipſorum per epiſtolam ſignificare: de eccleſiaſticis quidem rebus nihil, præterquam quantum obiter inſinuare poſſem, quòd neq; ſciunt rerum apud nos ueritatem, neque uiam per quam diſcant admittunt. Verùm in ſumma de eo quod non conueniat his qui à tentationibus depreſſi ac humiliati ſunt inſidias ſtruere, in ipſosq́; irruere, neq; magiſtratum & dignitatem, iudicare faſtum eſſe ac ſuperbiā, peccatum etiam ſolum ſufficiens ut inimicitiam aduerſus Deum faciat.

Baſilius Euſebio ſodali. Epiſtola IX.

QVantam triſticiam in animo concepi, ex eo quòd ſtatim ad pedes tui diſceſſus urbem ingreſſus, te non comperi, quid opus eſt dicere ad uirum uerbis nō indigentem, ſed qui experiētia nouit ſimilia ſe paſſum eſſe? Quanti enim precij mihi fuerat omnium optimum Euſebium uidere & amplecti? & rurſus ad iuuentutem per memoriam reuerti, & illorum dierum meminiſſe, in quibus nobis & domus una, & focus unus, & idem pædagogus, & remiſſio, & ſtudiū, & uoluptas, & inopia, & omnia nobis ex æquo inter nos fuerunt. Quanti me æſtimare putas omnia hæc per tuum cōgreſſum in memoriam reuocaſſe? & deraſa graui hac ſenecta, iuuenem rurſus ex ſene factum eſſe mihi uideri? Verùm illorum quidem omnium fruitio me effugit. Quòd uerò per literas eloquētiam ac ingenium tuum uiderim, id ipſum facit ut ſolatio penitus non priuatus ſim, idq; per congreſſum uenerabilis Cyriaci noſtri in presbyterio cōſortis, quem erubeſco tibi commendare, & familiarem per me ipſum facere, ne fortè uidear ſuperfluū quid facere, adducens tibi tua propria ac præcipua. Verùm quoniam etiam me teſtem ueritatis eſſe oportet, & coniunctis mihi ſpiritualiter quæ habeo maxima largiri, innocentiā quidem ac integritatem uiri circa ſacerdotium, arbitror etiam tibi manifeſtam eſſe: atq; ego ſanè confirmo, me nullam penitùs cognouiſſe contra ipſum calumniam, ex his qui omnibus manus immittunt, ac Dominū non timent. Quāquam, ſi qua etiam ab ipſis facta fuiſſet, neq; ſic adeò indignus eſſet hic uir. Nam inimici Domini confirmant magis acies inſtructas quas bello impetunt, quàm ut auferant aliquid gratiæ quæ ipſis ex ſpiritu adeſt. Veruntamen ueluti dixi, ne excogitatum quidem eſt quicquam contra uirum. Itaq; tanquā presbyterum integrum & nobis coniunctum, ac omni ueneratione dignum, ſic dignare ipſum uidere, & tibiipſi commodans, & nobis gratificans.

Gregorius theologus Nicobulo. Epiſtola X.

QVum ſemper Magnum illum Baſilium mihiipſi prætulerim, etiam ſi illi contrariū uidetur, etiam nunc præfero, non minus propter ueritatem quàm ob amicitiam. Quapropter præpoſitis illius epiſtolis, meas ſubiungo: cupio enim ubique nos mutuò coniunctos eſſe, & ſimul exemplum exhibeo alijs modeſtiæ ac ſubmiſſionis.

Gregorius theologus Nicobulo. Epiſtola XI.

LAconiſmus non eſt hoc quod putas, paucas ſyllabas ſcribere, ſed de plurimis paucas: ſic ego breuiloquentiſſimum Homerum dico, & longum Antimachum. Quomodo? rebus longitudinem iudicans, non ſcriptis.

Theologus Celeuſio principi. Epiſtola XII.

QVandoquidē ſilentiū mihi exprobras ac ruſticitatem, ô belle & urbane: age ſanè fabulam tibi recenſebo, non ita à Muſis alienam, ſi fortè hoc modo poſſim nugas

tuas

tuas compeſcere. Cauillabantur hirundines in cygnos, propterea quòd non uellent conuerſari cũ hominibus, neq; Muſicam publicare, ſed circa prata degerent ac flumina, & ſolitudinem amplecterent, & quòd breuia quædã canerent, atq; ea etiã quæ canerent, in ſeipſis canerent, uelut ipſos Muſices puderet. Noſtræ autẽ, dicebant, ſunt urbes, & homines ac thalami: & circa homines loquimur, & res noſtras ipſis exponimus, priſcas ſanè has & Atticas, Pandionẽ, Athenas: Terea, Thraciã, peregrinationem, dolorem, iniuriam, linguæ exectionem, literas: & ad hæc omnia ipſum Ityn, & quomodo ex hominibus uolucres factæ ſumus. At uerò illi loquacitatẽ ipſarum peroſi, uix quidem alloquio ipſas dignati ſunt. Poſtquam uerò dignati ſunt: At nos, inquiunt, ſumus, ô bonæ, quorũ gratia uel in ſolitudinẽ quis acceſſerit, ut Muſicam audiat, quum Fauonio alas expandimus ut iucũdum quid ac concinnũ inſpiret. Quare ſi nõ multa & inter multos canimus: at hoc ipſum in nobis optimum eſt, quòd menſura ac certo modo cantilenã tractamus, & Muſicam tumultibus non permiſcemus. Vos autem etiam cohabitantes, homines ægreferunt, & canentes auerſantur, atq; hoc ualde meritò, ut quæ neq; exciſa lingua ſilere poſsitis, ſed ipſæ ob ueſtram afflictionem, & quòd mutæ factæ eſtis lamentantes, deinde quo non ex muſicis ac ſonora lingua prẹditis loquaciores eſtis? Intellige quod dico, inquit Pindarus, & ſi repereris meam taciturnitatem meliorem eſſe tua garrulitate, deſine ſilentium noſtrum nugis tuis inſectari, aut prouerbium tibi dicam maximè quidem uerũ, maximè item compendiarium: Tunc canent cygni, quum tacuerint graculi.

Theologus Nectario. Epiſt. XIII.

RES quidem noſtræ habent ut habent: citra bellum & negocia deſidemus, ſilentij tutum præmium omnibus præferentes: quanquam etiam utilitatem ex quiete accepimus, per miſericordiam Dei ſufficienter ſanitati reſtituti. Tu uerò proſperè procede
Pſal.44. & regna, uelut diuinus Dauid dicit: & tibi coadminiſtret ſacerdotium qui te honorauit Deus, omni calumnia altius hoc ipſum largiens. Quo uerò mutuæ inter nos confidentiæ exemplum demus, & ne quid humanum patiamur Deo aſſiſtentes, ego quidem hæc apud te uelut legatus ago: tu uerò mihi promptè annue. Genuini filij noſtri Pancratij magnam curam gerimus, neceſſariò hoc multis de cauſis facientes. Hunc & beneuolè admittere uelis, & præſtantioribus amicis cõmendare, ut ſcopum contingat & aſſequatur. Scopus autem eſt, ut expeditionem quandam militarem per ocium alloqui poſſit: quandoquidem nullum uitæ genus calumnia apud malos uacat: quod etiam ipſe noſti.

Theologus Nectario. Epiſt. XIIII.

QVid'nam feciſſes, ſi præſens ipſe negocia habuiſſem? Aut manifeſtũ eſt, quòd omne ſtudium huc collocaſſes, ut me à calumnia liberares, ſiquidem ſanè ex prægreſſis coniecturam facere oportet? In hoc etiam nunc nobis gratificare per honeſtiſſimam conſobrinam noſtram, quum ipſa tibi per nos ſupplex fiat: ueritus ætatem ſupplicis, ueritus mores & pietatem, quam non in multis mulieribus reperias: ueritus etiam ſupra alia ocium mulieris & quietem, & quod nunc ex familiaribus ac neceſſarijs negocia habet: præ omnibus uerò noſtram exhortationem. Maior autem gratia fuerit, celeritas ipſa beneficentiæ quam exigimus. Nam humanitatem etiam iniuſtus iudex in E-
Luc.18. uangelio uiduæ exhibuit, ſed poſt multam ſupplicationem & perſeuerantiam. A nobis autem contingat celeritas, ut ne diutius curis uexetur & afflictionibus in peregrina regione. Quanquam ſatis clarè ſciam, quòd pietas tua etiam peregrinam, ipſi domeſticam ac familiarem faciet.

Theologus Helladio. Cap. XV.

GAuiſus ſum literis tuis, quomodo uerò non gauderem, propterea quòd memoria apud te ſit etiam mortuorum? Quum uerò adſint feſtiuitatis collationes, amplior eſt gratia. Verùm adde his quæ dediſti, etiam ea quæ petis. Ora autem pro nobis, ut ſi quidem utile eſt, rurſus nos commonefiamus ac commonefaciamus uiciſſim de feſtiuitate: ſin minus, ut ad ea quæ illic ſunt transferamur, & ueram feſtiuitatem aut accipiamus, aut uideamus, ubi omnium lætorum eſt habitatio: uitæ enim uerſutiarum ſaturi ſumus.

Theologus Helladio. Cap. XVI.

EA quę ſperamus procul uidere edocti (utar enim tuo prooemio) etiam his quæ iam adſunt lætamur. Nam ſanctam paſchatis diem ad quam deuenimus, bonorum quæ illhic ſunt myſticum ductum ac diſciplinam eſſe noui, ut quæ tranſitus feſtiuitas exiſtat. De quibus probè feciſti, quòd etiã ipſe nos literis ac ſcriptis tuis cõmonefeciſti. Ego uerò multa iam paſchatis feſta pertranſiui, & hanc longioris uitę utilitatem percepi. Nunc autem ſincerius concupiſco, Aegyptum hanc uitæ grauem ac tenebroſam egreſſus: & à luto ac lateritia in qua illigatus ſum officina liberatus, ad terrã promiſſionis tranſmigrare. Hanc nobis à Deo ora, ſi quid tibi curę eſt ut in maximis nobis benefacias. Tibi uerò uita comite contingat ut unà cum communi Eccleſia ſæpe hanc feſtiuitatem celebres. Vtinam autem daretis mihi ut ſenectam hanc in bono conſumerem, deſignato in Epiſcopum eccleſiæ huius eo quem demõſtrarit ſpiritus ſanctus: in hoc certe bonum opus perageretis, & paternis benedictionibus, ut ita dicam, dignum.

Baſilius Magnus Gregorio Theologo. Epiſt. XVII.

QVum Gregorius frater ad me ſcripſerit, diu iam te cupere nobiſcum cõuerſari, appoſueritq́ quod etiã tibiipſi hoc ita ſtatutũ ſit, Ego quidẽ partim ob id quod iam ſæpe deceptus ſum, ſegnior ad id credendum exiſtens, partim uerò & per occupationes diſtractus, expectare nõ potui. Oportet enim me in Pontum proficiſci, in quo fortaſſis aliquando Deo uolente ab errore uagandi deſinemus. Vix enim tandẽ uana ſpe, quã in te aliquando habebã reprobata, imò ſi quod uerius eſt dicere oportet, ſomnijs reprobatis (Laudo enim eum qui dixit, ſpes uigilantiũ ſomnia eſſe) ad inquirẽdã uitã in Pontũ deueni. Vbi ſanè mihi Deus locũ oſtendit, exactè moribus meis cõgruentẽ. Quare qualem ſæpe ſoliti fuimus per ocium ac ſimul colludentes mente effingere, talem reuera uidere eſt. Eſt em̃ mons altus denſa ſylua contectus, frigidis ac pellucidis aquis ad ſeptentrionale latus profluentibus. Ad huius infimã partem campus planus proſtratus eſt, humiditatibus ex monte perpetuò pingueſcens. Sylua uerò circũ illum ſua ſpõte enaſcẽs uariarum ac omnis generis arborũ, ferè ſepti ac ualli loco ipſi exiſtit, ut exigua ſit ad hũc collata Calypſonis inſula, cuius pulchritudinẽ amplius omnibus alijs Homerus admiratus eſſe uidetur. Etenim neq́ multũ abeſt ut inſula ſit, propterea quòd undiquaq́ munimentis cõcluſus ſit. Valles em̃ profundæ à duabus ipſius partibus circumdiffractæ ſunt. A latere uerò de præcipitio fluuius ſubterfluens, munimentũ eſt etiam ipſe perpetuũ, & quod difficulter ſuperari poteſt. Ex eo uerò quod in utranq́ partem extentus eſt mons, & per cubitos ac angulos inſtar lunæ falcatos uallibus cõiunctus, peruias infimas montis partes munit: unus autẽ eſt in hac peruia parte introitus, cuius nos ſumus Dñi. Porrò habitationẽ ceruix quædã alia ſuſcipit, altũ quendã in ſummitate tendinẽ erigens ac extendẽs, ut campus ille ad oculos expaſſus ſitus ſit, & ex ſublimi etiam fluuiũ ipſum ſubterlabentem conſpicere liceat, nõ minorem uoluptatẽ, quantũ ſanè mihi uidere uideor, exhibentẽ, quàm his qui ex Amphipoli Strymonem cõtemplantur. Hic em̃ lentiore fluxu circumſtagnans, ferè eo quod fluuius eſt prę quiete ſpoliatur. Ille uerò omniũ quos ego uidi fluuiorũ celerrimè fluens, parum quid ad uicinam petrã exaſperat, à qua dum diffunditur in uorticem profundum deuoluitur, & aſpectũ omniũ ſpectaculorũ iucundiſſimum mihi exhibens, & utilitatẽ indigenis ac incolis ſufficientiſſimam: piſcium uerò copiam inenarrabilẽ in uorticibus nutriens. Quid autẽ referre opus eſt reſpirationes ex terra? aut auras ex fluuio? Cæterũ florũ, aut canorarũ uolucriũ multitudinẽ, alius quiſpiã fortaſſis admiretr. Mihi uerò non uacat his animũ aduertere. At uerò quod maximum de hoc loco dicere poſſum, hoc eſt, quod ad omnẽ fructuũ fertilitatẽ idoneus exiſtẽs, propter ſitus oportunitatem: iucundiſſimã mihi omnium fructuũ quierẽ ipſam nutrit. Non ſolum ob id quod ab urbium tumultibus liber ac remotus eſt, ſed quod neq́ uiatorẽ aliquem tranſmittit, exceptis his qui in uenatione nobis ammiſcentur. Rurſus em̃ ſupra reliqua etiam feras nutrit, non urſos aut lupos ueſtros. Abſit, ſed ceruorũ greges & caprarum ſylueſtrium. Itemq́ lepores paſcit, & ſi quid his ſimile exiſtit. Nónne igitur tecum cogitas ad quantum periculum deuenerim uanus ego, pro tali loco, Tiberinen orbis terrarum barathrum permutare cõtendens. Ad quẽ ſane locũ nũc feſtinanti mihi ignoſces: omnino em̃ neq́ Alcmæon ubi Echinadas inueniſſet, amplius uagandi errorẽ ſuſtinuit.

Gregorius Theologus Baſilio Magno. Epiſt. XVIII.

VT mandatũ tuum perficiatur, partim in nobis ſitum eſt, partim uerò, & ut arbitror maior pars, in tua pietate. In nobis quidẽ alacritas & promptitudo: neq; enim aliàs unquã cõgreſſum tuum fugimus, ſed hunc ſemper perſequimur, & nunc ipſum amplius deſideramus. In tua uerò ſanctitate, ut res noſtræ corrigant: aſſidemus enim dominę matri, quæ iam longo tempore ex ægritudine laborauit, & niſi ipſam in ambiguo relicturi ſimus, præſentiæ damnum non perpetiemur. Tu modò precibus, illi quidem ad ſanitatem recuperandam, nobis uerò ad iter perficiendum, auxilium affer.

Theologus Baſilio Magno. Epiſt. XIX.

MEntitus ſum fateor promiſſionem comparandi apud te & ſimul philoſophandi, promiſſione facta ex Athenis adhuc, & amicitia ac coniunctione illic habita. Nihil enim habeo quod his magis propriè dicam. Mentitus autem ſum non uolens, ſed lege legem uincente, ea quæ parentes colere iuſſit, illam quæ eſt ſocietatis & conſuetudinis. Non tamen omnino mentiar, hoc ipſum ſi ſuſceperis: partim enim nos tibi aderimus, partim tu ipſe nobis, Velis modò ut ſint omnia amicorum communia, & amicitiæ æqualitas: ſic enim continget, ut & illis triſticiam non inferamus, & tecum coniuncti conuerſemur.

Theologus Baſilio Magno. Epiſt. XX.

NOn fero Tiberinen mihi exprobrari, & quòd hic eſt lutum & tempeſtates, heus tu ualde luti exors, & in ſumma ſuperficie gradiens, & latas cruſtas pedibus pulſans, & alate adeò leuisq; ac ſublimis, & qui cum Abaridis ſagitta circũ uagaris, ut quũ Cappadox ſis, ea quæ Cappadociæ ſunt fugeris. Aut iniuriam facimus, quod uos quidẽ palletis, & anguſtè reſpiratis, & eleuati eſtis ad ſolem. Nos autem pingues ſumus, & ſaturamur, & non circumſcripti ſumus, imò uerò hæc ueſtra ſunt. Deliciamini, & diteſcitis, & in foro uerſamini: hoc non laudo. Aut igitur deſine lutum nobis exprobrare, neq; enim tu urbem condidiſti, neq; nos tempeſtatem. Aut etiam nos tibi afferemus pro luto, pelo Græcis appellato, Capelos id eſt Caupones, & quæcunq; mala urbes ferunt.

Theologus Baſilio Magno. Epiſt. XXI.

TV quidem cauillare & obtrecta rebus noſtris, ſiue ioco ſiue ſerio: nihil moleſti eſt. Ride modò & luſu ſatiare, & amicitia noſtra fruere. Omnia nobis iucunda ſunt quæ de te ueniunt, qualiacunq; tandem fuerint, & quomodocunq; habuerint. Nam mihi ea quæ hic ſunt ſubſannare uideris, non ut ſubſannes, ſed ut ad te ipſum trahas, ſi quid ego te intelligo, quemadmodum qui fluenta obturbant, ut aliò transferant, Talia nobis ſemper tua exiſtunt. Ego uerò tuum Pontum admirabor, & ponticam tenebroſam ſterilitatem, & exilio dignam manſionem, & colles ſuper caput eminentes, & feras quæ fidẽ ueſtram probant, & ſubiectam extremitatem ſiue murum ſpeluncam, cum uenerandis nominibus phrontiſterij, & monaſterij & ſcholæ: & ſylueſtrium arborum lucos, & montiũ præcipitium coronam, à qua non coronamini, ſed concludimini: & menſura conceſſum aerem, & deſideratum ſolem, quem uelut per fumarium aſpicitis ô Pontici Cimmerij & ſole carentes, & tantũ non ſemeſtri nocte condemnati, quod ſanè de quibuſdam proditur, imò ne partem quidem uitæ ſine umbra habentes. Verùm noctem unam longam,
Mat.7. omnem uitam habentes, & reuera umbram mortis, ut illud Scripturæ uſurpem. Laudo etiam anguſtam, & artam uiam, non ſcio an ad regnum aut ad orcum tendentẽ: tua tamẽ gratia ad regnũ tendat. Et eam quæ in medio eſt, & fontem qui in quatuor principia diuiditur, ex quo terrarum orbis irrigatur, quid uis utrum Edem mẽtiens nominabo? aut
Gen.2. aridam & ſiccam ſolitudinem, quam Moſes aliquis manſuefaciet, petra per uirgã in fontem conuerſa? Eſt enim quantum quidem petras perlabitur, torrens: quantum uerò ualles, ſpinetum, quantum ſuper ſpinas, præcipitiũ. Et ſuper hoc uia prærupta & in utranq; partem inſtar trutinæ inclinans, quæ uiatorũ mentem excitat ac colligit exercetq; ad ſecuritatem. Fluuius uerò infernè reſonat. Hic tibi Amphipolites Strymon eſt & quietus, & nõ magis piſcifer quàm lapidifer, neq; in ſtagnum diffunditur, ſed in profundum deuoluitur. O nimium altiloque, tu & nouorum nominum poeta. Eſt enim magnus & horrendus, & eorũ qui in ſupernis pſalmos canunt uociferationes longe excedens. Nihil ad hunc collatæ ſunt cataractæ & petræ præruptę aquarũ fragore quaſſatæ, in tantum contra uos

tra uos

trauos fragorem ac ſonitum edens, die ac nocte uos ſuperat. Aſper quidem exiſtens, uerùm imperius, & turbidus quidem, uerùm impotabilis. Cuius ea ſaltem humanitas eſt, quod manſionem ueſtram non detrahit, quum torrentes ac tempeſtates ipſum furioſum reddunt. Quæ quidem igitur de beatis his inſulis, ſiue de uobis beatis nouimus, hæc ſunt. Tu uerò ne mireris cubitos illos inſtar lunę falcatos, qui imam montis peruiam partem magis uobis ſuffocant quàm muniunt, & uerticis eminentem tendinem, qui tantaliam uobis uitam facit, & exhalantes de fluuio auras, & terræ reſpirationes, quæ uos animo delinquentes refrigerant: & canoras uolucres, canẽtes quidem, ſed famẽ, & circumuolantes quidem, ſed ſolitudinem. Accedit autem nullus homo inquis, niſi in uenatione: Adde etiam, ut uos mortuos uiſitet. Hæc longiora fortaſsis ſunt quàm pro epiſtolæ ratione, breuiora uerò comœdia. Tu uerò ſi quidẽ moderatẽ fers luſum ac iocum, rectẽ facies. Sin minus, etiam plura addemus.

Theologus Magno Baſilio. Epiſt. XXIIII.

QVandoquidem moderatè fers luſum, etiam conſequentia addemus. Ex Homerò autem ſit procœmium.

Eia age tranſgredere hinc, internos concine cultus,

Tugurium tecto carens & fores non habens, & focum ſine igne & fumo, parietes ignẽ ſiccatos, ut ne luti aſpergine imperẽtur. O uos Tantalij in medijs aquis ſitientes, & in miſerabilem illam omnium rerum penuriam condemnati, ad quam è Cappadocia uocati ſumus, non ut ad Lotophagorum paupertatem, ſed ueiut ad Alcinoi menſam, nos iuuenes naufragi & miſerijs afflicti. Reminiſcor enim panum illorum ac iuſculorum, ſic enim nominabantur, ſed ut memor ero, dilabentibus etiam dentibus à morſibus, qui ſanè poſtea emergebant & uelut ex cœno extrahebantur. Tu ipſe hæc altius per tragœdiam celebrabis, utpote cui ex proprijs afflictionibus uocalitas adeſt. Ex quibus niſi citò nos magna illa & reuera pauperum nutrix liberaſſet, matrem tuam dico, quæ nobis tempeſtate uexatis uelut portus tempeſtiuè apparuit, iam dudum mortui eſſemus, non magis ob ponticam fidem laudabiles quàm miſerabiles. Quomodo præteriero hortos illos nõ hortos & oleribus carentes? & Augeæ fimum ex ædibus expurgatum? quo hos impleuimus quando lutulentum illud plauſtrum, ego Botryo & tu Lamyrus, his ceruicibus & his manibus, quæ laborum ueſtigia adhuc ferunt, traximus. O terra & Sol, uir & uirtus, tragice enim paululum loquar, non ut helleſpontum iungeremus, ſed ut præcipitiũ exæquaremus. His dictis ſi quidem non grauaberis, omnino neq; nos grauabimur. Si uerò grauaberis aliquantulum factis, nos etiam plura omittemus, ob reuerentiam aliorũ multorum quorum uoluptatem percepimus.

Theologus Magno Baſilio. Epiſt. XXV.

QVæ prius de pontica conuerſatione ſcripſimus, ludentium erant, non ſeriò agentium. Quæ uerò nunc ſcribo, etiam ualde ſeriò agentiũ ſunt. Quis mihi dabit uel menſem pręteritorum illorũ dierum, in quibus tecum in afflictionibus deliciabar? Nam uoluntarię moleſtię inuoluntaria uoluptatem potiores exiſtunt. Quis dabit pſalmodias illas, & uigilias, & ad Deum per preces peregrinationes? & illam ueluti materię exortẽ & incorpoream uitam? Quis fratrum conſenſum ac unanimitatem, qui à te deificantur ac exaltantur? Quis certamen uirtutis, quo uelut ad cotem exacuimur, dum præſcriptis finibus ac regulis muniti ſumus? Quis diuinorum oraculorũ ſtudium? & lucem quæ in ipſis reperitur, per ſpiritus ductum? Aut ut minora & uiliora dicam, quis familiam & diurnas manuarias operas? Quis lignorum uecturas & lapicidinas? Quis plantarũ curas, & riuorum atq; aquę ductus? Quis Platanum illam auream & Xerxis Platano præferendam, ſub qua nõ rex delicians ſedebat, ſed monachus ſolitarius detritus: quam ego plantaui, Apollo rigauit, tua nimirum præſtantia, Verùm utinam Deus augeat in honorem noſtrum, ut monimentum apud uos conſeruet noſtri ſtudij ac laboris: quemadmodum uirga Aaron in arca germinaſſe dicitur ac creditur. Hæc autem optare quidem facillimũ eſt, aſſequi uerò non procliue. Cæterum tu mihi adſis, & conſpires ac coopereris uirtutem, & quam aliquando collegi utilitatem per orationem conſerues, ut ne paulatim uelut umbra declinante die diſſoluamur. Sic ego te ſpiro magis quàm aerem, & hoc ſolum uiuo, quod tecum ſum, aut præſens aut abſens cum ſimulachris.

Theologus Baſilio Magno. Epiſt. XXVI.

QVomodo res tuæ parui botryunculi nobis ſunt, ô diuinum ac ſacrum capitulum? Dentibus elapſum eſt tibi uerbum quale rogamus? aut quomodo hoc dicere auſus es? Et ut ipſe etiam paulò confidentius dicam, quomodo mens tibi concitata eſt? aut atramentum ſcripſit? aut charta excepit? O eloquentia & Athenæ & uirtutes & eloquentiæ ſudores. Fermè enim me tragœdum per ea quæ ſcribis facis. Vtrum nos ignoras aut teipſum? Tu orbis terrarum oculus, tu magna uox ac tuba, tu eloquentię regia, paruæ ſunt Gregorio res tuę? Quid igitur aliud quis omniũ ſuper terram rerum admiratione dignum cenſuerit, ſi nõ te Gregorius? Vnum quidem eſt uer inter tempora, unus ſol inter aſtra, unum omnia ambiens ac complectẽs cœlum. Vna autem aduerſus omnes uox tua, ſi quid ego talia iudicare poſſum, nec me fallit amoris philtrum, quod ſanè non puto. Si quidem hoc exprobras quod nõ pro dignitate admiramur, exprobras etiam omnibus hominibus. Neque enim etiam alius quiſpiam digne admiratus eſt aut admiratur, niſi tu & magnifica uox tua, ſiquidem decorum eſſet ſeipſum laudare, & hoc eloquentiæ leges permitterent. Si uerò nobis tui contemptus uitio uertitur, cur non inſania potius obijcitur? At propterea quòd ſtudijs dediti commentamur ac philoſophamur indignaris? permitte dicere, hoc ſolum etiam eloquentia tua altius exiſtit.

Theologus Baſilio Magno. Epiſt. XXVII.

LAudo epiſtolæ tuæ procœmium, quid uerò ex rebus tuis non eſt laudabile? Et tu deprehenſus es quemadmodum etiam nos inter ſcribendum, ubi ad presbyterij gradum coacti ſumus, quanquã ſanè non hoc nobis ſtudio fuit. Sumus enim nos inter nos, ut ſi qui alij, fide digni teſtes, quod pedeſtrem ac inferius manentẽ philoſophiam amauimus. Verũ hoc quidẽ non factum fuiſſe, fortaſſis melius eſſet, Aut nõ ſcio quid dico, donec ſpiritus diſpenſationem cognouero. Poſtquã uerò factũ eſt, ferre neceſſe eſt, uelut mihi uidelicet uidetur: & maximè propter tempus, quod multas nobis hæreticorum linguas producit, ita ut neq; credentium ſpes, neq; uitam noſtram pudefaciamus.

Theologus Baſilio Magno. Epiſt. XXVIII.

TEmpus eſt boni conſilij ac tolerantiæ, & ut nemo nobis fortior appareat, neq; multi ſudores ac labores in breui tempore exoluantur. Cur uerò hæc & unde ſcribo? Pientiſſimus epiſcopus noſter Euſebius (ita enim oportet de ipſo deinceps & ſentire & ſcribere) ualde concorditer & amanter erga nos affectus eſt, & uelut ferrum igne, tempore mollitur. Et puto etiam literas ad te uenturas eſſe, conſolationis & uocationis, ue-
Exod.31. lut & mihi indicauit & pleriq; nos perſuadent ex his qui rerum illius probe conſcij exiſtunt, quem ſanè præuertamus, aut pręſentes aut per epiſtolas. Magis uerò epiſtolis pręmiſſis, deinde præſentes, ut ne pudefiamus poſtea uicti, quum liceat uincere, hoc eſt, honeſtè & ſapiẽter uinci, quod multi à nobis exigunt. Venias igitur à me perſuaſus, & propter hoc, & propter tempus ipſum. Nam congregatio hæreticorũ contra eccleſiam concurrit, & partim iam præſentes ſunt & turbationes moliuntur, partim aduenturi ſunt, uelut fama refert, eſtq; timor ne uerbum ueritatis detrahatur ac ſubuertatur, ſi non quàm celerrime commotus fuerit ſpiritus Beſeleel, ſapientis Architecti talium ſermonum ac dogmatum. Si uerò tibi uiſum fuerit, ut ego adſim & hæc exequar, & ſimul iter faciam, neq; hoc recuſabimus.

Theologus Euſebio epiſcopo Cæſareæ. Epiſt. XXIX.

QVandoquidem ad uirum uerba facio, neq; mendaciũ amantẽ, & id in alio deprehendere omnium acutiſſimum, etiamſi maxime ſapientibus ac uarijs labyrinthis implicetur: Inſuperq; neq; mihiipſi gratum ſit artificiũ, (dicam enim etiamſi faſtuoſius hoc ſit) ſic partim à natura diſpoſito, partim per uerbũ efformato: ob id ex tẽpore quicquid in mentem uenit ſcribo, & ſuſcipe quæſo meam in dicendo fiduciam. Aut ſanè iniuriam facies, libertate me priuans, & mœroris dolorem conceptum in meipſo detinere cogens, uelum morbũ aliquem putrem ac malignũ. Ego gaudeo quidem à te honorari, ſiquidem homo ſum, uelut quidam ante me dixit: & uocari ad concilium ac ſpirituales cõuentus: Nõ patior autẽ cõtumeliam uenerandiſsimo fratri Baſilio factam, & adhucà pietate tua cõtingentem, quem & uitæ ſtudiorũ & altiſsimæ philoſophiæ ſocium, tum ab ini-

ab initio elegi, tum nunc habeo, & neque mihi ipſi ob iudicium de ipſo indignor, ſic enim dicere moderatius eſt, ut ne meipſum laudare uidear, dum illum admiror. Tu uerò conſimile mihi facere uideris, dum illum ignominia afficis, nos uerò honoras, uelut ſi quis unius uiri altera manu demulceat caput, altera genam cædat. Aut etiã, ſi quis ſubtractis fundamentis domus, parietes pingat, & externas partes accuratè ornet. Si quid igitur mihi credis, hoc facies: credere autem omnino te uolo. Etenim iuſtum eſt, ſi illum ueneraberis meritò, etiam ab illo coleris. Quòd uerò ad me attinet, ſequar uos uelut umbræ corpora, quum & parui ſimus, & ad pacem paratiores. Neque enim ita miſerè nobiſcum agitur, ut in cæteris quidem philoſophari uelimus, & melioris partis eſſe, negligamus autem rem, quæ noſtræ doctrinæ caput eſt ipſam dilectionem ac charitatem, quum aliàs, tum erga uirum ſacerdotem & tantum, quem & uita & doctrina atque ipſa canicie, omnium quos nouimus optimum eſſe ſcimus. Nam triſticia affectum eſſe nullas ueritati tenebras obducet.

Theologus Cæſarienſibus, uelut ex perſona ſui patris. Epiſt. XXX.

SVm quidem paſtor modicus, & ouili exiguo præfectus, & unus è multis inter ſpiritus miniſtros. Gratia uerò nõ anguſta eſt, neque locis circumſcribit. Quapropter detur etiam paruis dicendi libertas, quum aliàs, tum ubi de communibus ac tantis rebus tractatio habetur, & ubi illi cum tam profunda canicie conſilium afferant, quæ fortaſſis aliquid amplioris prudentiæ ſuprà uulgus habet. Non de paruis neque uulgaribus cõſultatis, ſed de his ad quæ prout bene aut malè habent, neceſſe eſt etiam rempublicam illo uel hoc modo ſe habere. De eccleſia enim uobis cõſultatio eſt, pro qua Chriſtus mortuus eſt, & de eo qui hanc Deo conciliauit & adduxit. Lucerna enim corporis eſt oculus, uelut audiuimus, non ſolùm hic qui corporaliter uidet ac uidetur: ſed etiam qui ſpiritualiter ſpeculatur & conſideratur. Lucerna autem eccleſiæ Epiſcopus, quòd manifeſtum uobis eſt, etiam ſi nos non ſcribamus. Quemadmodum igitur illo puro exiſtente, neceſſe eſt corpus rectè duci, ubi uerò purus non eſt, non rectè. Sic ſanè etiam cum eccleſiæ prȩſide, utro modo ſe habeat, omnino neceſſe eſt, aut cõpericlitari, aut unà conſeruari. Omnis quidem igitur eccleſiæ, uelut corporis Chriſti cura habenda eſt, maximè autem noſtræ, quæ mater fermè omnium eccleſiarum & ab initio fuit, & nunc eſſe cenſetur: & ad quam reſpublica reſpicit, quemadmodum circulus centro circumſcriptus. Nõ ſolùm propter rectam de fide ſententiam ab antiquo omnibus prædicatam, ſed etiam concordiæ gratiam manifeſtè ipſi ex Deo datam. Quandoquidem igitur etiam nos uocaſtis ad conſiderationem ac conſultationem de hac re, rectè id facientes ac regulariter: detinemur autem à ſenectute & infirmitate, ſi quidem etiam ipſi affuerimus, ſpiritu ſanitatem ac robur largiente, (nihil enim credentibus incredibile eſt) hoc utique omnibus melius fuerit, & nobis iucundius, quo & unà uobiſcum aliquid afferamus, & ipſi benedictionis participes fiamus. Si uerò infirmitate uincente relictus fuero, quæcunque ab abſentibus fieri poſſunt cõferemus. Credo equidem etiam alios eſſe apud uos prȩſidentia dignos, uelut ex urbe tanta, & ſic, & à talibus, ab antiquo inſtituta. Verùm neminem ex his qui apud uos honorantur, uni prȩferre poſſum pientiſſimo filio noſtro Baſilio preſbytero: dico autem Deum teſtem ſtatuens, uiro & uita & doctrina purgato, & ſolo ex omnibus quàm maximè in utranque partem ſtare potente, ad hoc tempus, & ad eas quæ nunc obtinent hæreticorum nugas. Hæc & ſacerdotibus ſcribo & ſolitariam uitam degentibus, & his qui ex dignitatum ac conſiliariorum ordine ſunt, & ex omni populo delecti. Si quidem igitur hoc ſimul uiſum fuerit, & ſuffragium noſtrum obtinuerit, ita integrè ac rectè ſe habens, uelut cum Deo ſuffragium ferimus: & adſum ſpiritualiter & adero. Imò etiam iam manum impoſui: & confido ſpiritui. Si uerò aliud quid & non hoc uiſum fuerit, & inter fraternitates ac cogitationes talia iudicata fuerint: ipſa turbatrix manus rurſus decretum detrahat, & uos ex ueſtra ſententia quod placuerit facite, nos uerò deiecto animo in arctum contrahemur. 1.Cor.1. Matth.6.

Theologus epiſcopis, uelut ex perſona ſui patris. Epiſt. XXXI.

QVàm ſuaues uos & humani, & dilectione prȩſtãtes, uocaſtis nos ad Metropolim, uelut arbitror de Epiſcopo cõſilium inituri: hoc enim de uobis percipio, qui neque quod adeſſe oportet, neque ob quam cauſam, neque quando denunciantes, de repente no-

bis quòd animum ad faciendum aliquid induxiſtis, manifeſtaſtis: uelut homines quinō honorare didicerint, aut habere nos ſtudio habeant, ſed adeſſe accelerantes, quo neque in uolentes ac paratos nos incidatis. Veſtrum quidem igitur factum tale eſt, & feremus contumelia affecti. Noſtrę autem res quomodo ſe habeant, proponemus. Alij equidem alios proponent, ſinguli iuxta ſuos mores aut commoda, quod ipſum in eiuſmodi rebus fieri ſolet. Nos autem neminem præferre poſſumus (neq; enim pium eſt) uenerandiſſimo filio noſtro Baſilio in presbyterio conſorti. Quem enim ex his quos nouimus repe‑riamus, aut uitæ magis probatæ, aut doctrina præſtantiorem, & undiquaque ad uirtutis pulchritudinem exercitatum? Si uerò debilitas cauſæ loco prętexitur: non athletam deſignabitis, ſed doctorem. Et ſimul hoc fieri poteſt, ut ſpiritus debiles ubi tales facti fuerint, corroboret & ſuffulciat. Si hoc ſuffragiū ſuſceperitis, & adero & adiuuabo, aut ſpiritualiter aut corporaliter. Si uerò iam certa ac decreta conditione procedetis, & uicturæ ſunt ſeditiones præterita iuſticia: gaudemus nos eſſe cōtemptos. Veſtrum ſit opus: pro nobis uerò orate.

Theologus Baſilio Magno. Epiſt. XXXII.

EGo te & uitæ præceptorem, & doctrinæ magiſtrum, & quicquid honeſti quis dicere poſſit, & ab initio ſtatui, & nunc ſtatuo. Et ſi quis alius tuarū rerum laudator eſt, aut mecum omnino eſt, aut poſt me. In tātum uictus ſum à tua pietate, adeoq; purè tuus ſum. Et ſanè nihil miri eſt. Cuius enim amplior eſt conſuetudo, eius etiam amplius eſt experimentum. Cuius autem experimentum largius eſt, eius etiam perfectius eſt teſtimonium. Et ſi qua eſt alia uitæ utilitas, cuius gratia uiuere uelim, ea eſt tua amicitia ac cōſuetudo. Atq; circa hæc quidem ſic affectus ſum. Quæ uerò nunc ſcribo, ſcribo quidem non uolens, ſcribo tamen. Et ne mihi quicquam indigneris, aut ipſe ualde indignabor, ſi non ex beneuolentia hæc & dicere & ſcribere, apud te ſuſpectus ſum. Multi damnant nos, uelut circa fidem non fortes nec conſtantes, qui ſanè res noſtras communes & nihil inter ſe differentes faciunt, rectè in hoc facientes. Et alij quidem impietatem manifeſtè exprobrant. Alij uerò timiditatem. Et impietatem quidem qui neque ſanè ac integrè dicere nos credunt. Timiditatem uerò qui tergiuerſationē accuſant. Et quid ea quæ à reliquis dicuntur referre opus eſt? Quòd recens accidit, idipſum tibi exponam. Cōuiuium erat, & in conuiuio aderant non pauci ex illuſtribus & amicis noſtris. Inter hos uerò etiā uir quidam, ex eorum numero qui nomine & habitu pietatis amiciuntur. Nondum cœperat potus, & ſermo erat de nobis, (id quod in ſympoſiis contingere ſolet) pro omnibus alijs introduci cōſuetis, propoſitus. Quum uerò omnes tuas res admirarentur, & apponerent quoq; nos uelut æqualiter philoſophantes, & producerēt amicitiam & Athenas, & in omnibus conſpirationem ac cōcordiam: graue quoddā factū philoſophus ille deſignat. Et quid hoc, inquit, ô uos, forti admodū uoce ſublata, quàm ualde mendaces uos & adulatores eſtis. In reliquis quidem collaudētur hi uiri, ſi ita uidetur, neq; ipſe contradico. Quod uerò maximū eſt, non concedo. A rectæ fidei ſententia falſò laudatur Baſilius, falſò Gregorius: alter perdens fidem per ea quæ loquitur, alter ſimul perdens

Num.16. per ea quæ tolerat. Vnde hoc, inquam, ô uane tu & nouelle Dathan, & Abiron dementia? Vnde nobis uenis arbiter? quomodo teipſum tantorum iudicem facis? Ex cōcilio, inquit, apud Eupſychium nunc uenio teſtis, (etenim habebat ſe ſic res ipſa) & illic audiui Magnum Baſiliū de Deo loquentem, de patre quidem & filio optimè ac perfectiſſimè, & quomodo non facilè alius quiſpiam dixerit, ſpiritū uerò detrahentem ac euertentem. Et apponebat quandam ſimilitudinem, uelut fluuiorū qui petras prætereunt, arenā uerò cauant. Aut quid tandem tu, ô admirande, inquit, (ad me oculos conuertens) iam

Matth.5. manifeſtè de ſpiritu diſſeris? Et quū quidam ex meis mihiq; commorans, uelut in multorum hominum concilio de Deo diſſeruiſſet, deindeq; de ſpiritu celebre hoc protuliſſet, nempe, uſquequò ſub modio lucernam occultabimus? Hic ſanè obſcurè ſubindicat, & uelut adumbrat doctrinam, nō autem liberè profert ueritatem, ciuilius magis quàm piè aures colluens, & eloquentiæ facultate fraudem integens. Ego equidem, inquam, in abſcondito poſitus, & pleriſq; ignotus, quum neq; quæ dico, neq; quod omnino dico ſermè cognoſcar, citra periculum in philoſophia uerſor. Illius autem amplior eſt doctrina, utpote illuſtrioris & ex ſeipſo, & ab eccleſia, & omne quod dicit publicū eſt, multumq; circa

circa ipſum bellum eſt, quũ hæretici etiam nudam uocem ipſius Baſilij ꝑhẽdere quærant: quo hic quidem ab eccleſia depellatur, qui ſolus ferme relictus eſt ueritatis ſcintilla, & uiuax potentia omniũ in circuitu comprehenſorum. Radices autem agat malum in urbe, & ab hac eccleſia uelut quodam propugnaculo omnem terrarũ orbem percurrat. Melius igitur eſt diſpẽſari ueritatem, paululum cedentibus nobis tempori, uelut nebulæ, quàm manifeſta prædicatione pelſundari. Nobis enim nullum detrimentum eſt etiam ab alijs Scripturæ locis qui hoc colligũt, Deum eſſe ſpiritũ ipſum cognoſcere. Nõ enim in ſono magis quàm mente ſita eſt ueritas. Eccleſiæ uerò magnũ damnum acciderit, ſi propter unum uirum ueritas perſecutionem patiatur. Non ſuſceperunt diſpẽſationem præſentes, uelut friuolam, & ipſis illudẽtem, ſed contrà nos proclamabant, tanquã qui magis timiditatem quàm doctrinã uerbi diſpenſemus. Multo eñ melius eſſe, ut noſtrum conſeruemus per ueritatem, quàm ut hoc inutile faciamus, & alienum non aſſumamus, per hanc ſcilicet diſpenſationẽ. Singula quidem igitur quæ dixi, & quæ audiui, & quomodo indignatus ſim aduerſus reſiſtentes, ultrà conſuetudinis etiam meæ menſurã, longum fuerit nunc recenſere, & fortaſſis nõ neceſſarium. In ſumma, illos quidem ſic repudiaui. Tu uerò, ô diuinũ ac ſacrum caput, doce nos, uſq; quò progrediẽdum ſit nobis in ſpiritus Theologia, & quibus uocibus utendum ſit, & uſquequò diſpenſandum, ut habeamus hæc aduerſus contradicentes. Ego enim ſi opus haberem nunc hoc diſcere, quũ maximè omnium & te & tua cognoſcam, & de his ſæpe certitudinem declarauerim, dederimq; ac ſuſceperim, rudiſſimus utiq; & miſerrimus omnium eſſem.

Baſilius Magnus Theologo. Epiſt. XXXIII.

Accepi literas pietatis tuæ per uenerabilem fratrem Hellenium, & quum audierimus ea quæ nobis ipſe manifeſtaſti, atq; ea nudis uerbis declaraſti, omnino ambigere non potes quomodo affecti fuerimus. Veruntamen quia decreuimus dilectionem erga te, omni triſticia ac moleſtia potiorẽ facere, ſuſcepimus & hęc, uelut par erat, & rogamus ſanctum Deum ut reliqui dies aut horę ſic nobis conſeruentur in affectu erga te, uelut in ſuperiori tempore, in quo neque parui neq; magni defectus aut offenſæ nobiſipſis conſcij fuimus. Si uerò ille qui nuper ad uitam Chriſtianorũ reſpicere conatus eſt, & ex eo quòd nobiſcum conflictatur autoritatem ſibi parêre putat, tum quæ non audiuit affirmat, tum quæ non intellexit recenſet, nihil miri eſt. Verùm illud mirabile & præter omnem opinionem, quòd horum auditores habet genuiſſimos ex fratribus meis apud uos, & non ſolùm auditores, ſed etiam diſcipulos, uelut apparet. Etiamſi enim aliàs mirũ ſit, talem eſſe doctorem, tales qui tolerant, me qui euertor, & cui detrahitur: at certè temporum ſtatus erudijt nos, ut ne nihili rem ægreferamus. Iam diu enim magis ignominioſa his, nobis familiaria fuerunt propter peccata noſtra. Ego itaq; ſi quidem nondum fratribus ipſius experimẽtũ meæ de Deo ſectæ ac ſentẽtię dedi, neq; nũc habeo quid quod reſpondeam. Quos enim non perſuaſit longum tempus, quomodo breuis epiſtola perſuadebit? Si uerò illa ſufficiunt, nugę cenſeantur ea quæ nobis à calumniatoribus obijciuntur. Veruntamen ſi permittemus ut ora effrenata & corda inerudita loquantur de quibus uelint, & paratas habuerimus ad ſuſcipiendũ aures: non ſolũ nos res aliorum ſuſcipiemus, ſed etiam alij noſtras. Horum uerò cauſa illa eſt, quam iam olim nos non admittere debere inhortatus ſum: nunc uerò renunciatione facta taceo, quòd uidelicet inter nos mutuò non conuerſamur. Si enim iuxta uetus pactum, & iuxta eam quæ nunc eccleſijs nobis debetur curam, maximam anni partem ſimul tranſigeremus, calumniatoribus aditum non dediſſemus. Tu uerò, ſi ita uidetur, illos quidem ualere ſinito. Ipſe autem admonitus ſis ut auxiliarius nobis adſis in præſenti certamine, & nobiſcum incurras in eum qui contra nos arma mouet. Si enim uiſus ſolùm fueris, impetum ipſius compeſces, & eos qui ad patriæ res euertendas congregantur diſſipabis, notum ipſis faciens, quòd ipſe per gratiam Dei, noſtri conuentus ac militum delectus dux eris, & obturabis omne os loquentiũ contra Deum iniquitatem. Si hæc facta fuerint, res ipſa indicabit quis te ſequatur in perpetrandis honeſtis, & quis claudicet ac prodat ob timiditatem, doctrinã ueritatis. Si uerò res eccleſię proditæ ac amiſſæ fuerint, parum mihi curæ eſt ut per uerba perſuadeam eos qui tanti te faciunt, quantum coluerint homines, qui nondum ſeipſos metiri didicerunt. Nam non longè poſtea per gratiam Dei, ipſa demonſtratio

ſtratio per opera calumnias declarabit ac redarguet, quia ſperamus pro doctrina ueritatis fortaſſis etiam amplius quid nos paſſuros eſſe. Sin minus, omnino tamen ab eccleſiis ac patrijs fugandos ac expellendos eſſe. Si uerò nihil eorum quæ ſperamus factum fuerit, non longè abeſt Chriſti iudicium. Quare ſi quidem propter eccleſias congreſſum noſtrum requiris, paratus ſum te conuenire, ubicunq; tandem nos aduocaueris. Si uerò ut calumnias diluam, non eſt ocium mihi de his reſpondere.

Theologus Baſilio Magno. Epiſt. XXXIIII.

HOc erat ſanè quod alius quidem quiſpiam ex prudentioribus ſuſpectũ habuiſſet. Ego uerò ualde ineptus ac ſtultus ad te ſcribere non ſum ueritus. Moleſtiam tibi attulerunt literæ, uerùm ut ego ſentio non rectè nec iuſtè, ſed etiam omnino ſuperfluè: & triſticiam non confeſſus quidem es, uerùm occultaſti, etiamſi ſapienter hoc feciſti, per pudorem uelut laruam quandam mœroris faciem occultans. Ego uerò ſi hoc doloſè ac malignè feci, non magis à tua triſticia quàm ueritate damnum patiar. Si uerò ſimpliciter & cum conſueta beneuolentia, peccatum meum, non tuam affectionem accuſabo. Veruntamen corrigere hæc melius fuerat, quàm conſilium dantibus indignari. Quòd igitur ad te pertinet, etiam ipſe uidebis, quum etiam alijs eadem conſulere potẽs ſis. Me uerò promptum habes, ſi uoluerit Deus & affuturum, & ſimul decertaturum, & quæ noſtrę facultatis fuerint collaturum. Quis enim impotens ſit, & quis non confidat ſub te, & unà tecum, de ueritate dicere ac contendere,

Theologus Baſilio Magno. Epiſt. XXXV.

NOn deſines nobis maledicere, uelut ineruditis ac rudibus minimeq; amicis, & neque uita dignis, propterea quòd auſi fuimus intelligere ac indicare quæ paſſi ſumus. Neq; enim aliud quicquã iniuſtè fecimus, quòd ipſe etiã teſtaberis. Neq; ullius nobis conſcij ſumus aut parui aut magni circa te facti mali, neq; conſcij fuerimus. Verùm hoc ſolùm nouimus quod decepti ſumus, ſerò quidem ualde: cognouimus autẽ, & thronum accuſamus, uelut qui te confeſtim altiorem nobis fecit, & dolemus quòd tua nobis exprobrantur, eaq; defendimus, aduerſus eos qui manifeſtè ſciunt, & prima noſtra & præſentia. Hoc enim ex his quæ patimur maximè ridiculum eſt, aut potius miſerrimũ, eoſdem & iniuria affici, & accuſari, id quod etiam nobis accidit. Obijciunt aũt alij aliud quid, & quod quiſq; uoluerit, iuxta ſuos mores, aut menſuram iræ contra nos. Qui uerò humaniſſimi ſunt, deſpectum & contemptum & quòd abiecti ſumus poſt uſum, quemadmodum uiliſſima uaſa & nullius amplius penſi, aut ſuſtentacula illa ſuper quæ teſtudines firmantur, quæ facto ſtabilimento ſubtrahuntur ac conſpuuntur. Illos quidem igitur ualere ſinemus, ac dicere quicquid uoluerint ac dixerint tandem. Nemo compeſcet linguæ libertatem. Et tu mihi mercedem exolue, beatas & inanes ſpes, quas contra maledicos excogitaſti, uelut propter dignitatem cõtumelia afficiens leues nos, & ad talia ferenda expoſitos. Ego uerò mentem meam tibi declarabo, & nihil mihi iraſcaris. Dicã enim ea quæ confeſtim in ipſa affectione protuli, non adeò aut ira feruens, aut facto conſternatus, ut mens mihi ſubducta fuerit, ac ignorauerim quæ dicebam. Neq; arma comparabo, neq; rem militarem diſcam, quam prius non didici, quando magis tempeſtiuum id eſſe uidebatur, quum omnes armarentur ac inſanirent. Noſti debilium infirmitates. Neque bellicoſum Anthimum ſuſtinebo, quanquam immaturus ſit bellator, quum ipſe nudus ſim & belli rudis, & ad uulnera magis idoneus. Verùm aduerſus illum ipſe bellum ſuſcipe, ſi id tibi placet. Nam etiã infirmos multoties neceſſitates faciunt bellatores. Aut quære bellum geſturos, ubi tuos mulos corripuerit, anguſtias ſeruans, & uelut Amalec ille Iſraelem prohibens ac arcens. Nobis autem pro omnibus des quietem. Quid enim opus eſt pugnare pro lactẽtibus & uolucribus, & hoc alienis, tanquam ſanè pro animis ac legibus inuiolabiliter conſeruandis? Quid uerò ſplendidis Saſimis metropolim ſpoliare? aut denudare ac reuelare mentis arcanum, quod abſcondere oportebat? Cæterũ tu quidem uiriliter age & confortare, atq; omnia ad tuam gloriam trahe, quemadmodũ flumina torrentes, neq; amicitiam neq; conſuetudinẽ honeſto ac pietati præferens, neq; curioſus exiſtens, de eo qualis nam ex eo quòd hæc facis, uideberis: ſed unius ſpiritus exiſtens. Nos autem hoc ſolùm ex amicitia tua lucramur, ut neq; amicis credamus, neq; quicquam Deo magis colendum eſſe ſentiamus.

Theo-

Theologus Baſilio Magno. Epiſt. XXXVI.

EXprobras nobis ocium & ſegniciem, quòd non Saſima tua inuaſimus, neq; uelut epiſcopos decet concitamur, dum uos uelut eſca canibus in medium proiecta, contra uos mutuo arma induitis. Mihi uerò maxima actio eſt ocium. Et ut ſcias aliquid mearum uirtutum, adeò ipſo ocio glorior, ut putem me etiam legem eſſe omnibus magnanimitatis circa hoc ipſum. Et ſi omnes nos imitarentur, neq; negocia eccleſiis eſſent, neq; fides diſtraheretur, propriarum cuiq; contentionum ſcutum exiſtens.

Theologus Magno Baſilio. Epiſt. XXXVII.

QVàm calidum & equeſtre exilis in literis: & nihil miri eſt, te recens guſtata gloria, nobis oſtentare uelle, quam'nam gloriam repereris, quo teipſum ſic anguſtiorem ac maioris autoritatis facias: quemadmodum pictores qui horas ac pulchritudines pingunt. Mihi uerò omnia epiſcoporum facta recenſere, & ea quæ in epiſtola habentur, ob quam tu indignaris, & unde incepimus, & quò greſſi ſumus, & ubi deſiuimus, longius quàm pro epiſtolari ratione eſſe uidetur, & non magis Apologiæ quàm hiſtoriæ opus. Quo uerò compendio declarem. Venit ad nos generoſiſſimus ille Anthimus cum quibuſdam epiſcopis, ſiue ut patrem meum uiſitaturus, nam & hoc uiſum, ſiue ſerio acturus ea quæ egit. Multo autem & de multis experimento ſubmiſſo, de parœcijs ac cohabitationibus, de Saſimorum ſtagnis, de noſtra electione, largitus, precatus, minatus, lite intentata, uituperijs emiſſis, laudibus effuſis, circulis ſibijpſi circumſcriptis, tanquam oportet nos ad ipſum ſolum reſpicere, & ad nouam metropolim maiorem exiſtentem: Quid inquam, circumſcribis noſtram ciuitatem, quum & nos eccleſiam faciamus reuera eccleſiarum matrem, idq; ab antiquo. Tandem abijt rebus infectis, multa ſpirans, & Baſiliſmum nobis uelut Philippiſmum obijciens. Num hoc iniuſtè facere tibi uidemur? non arbitror. Vide uerò etiam epiſtolam quomodo habuit à cõuiciatoribus noſtris. Vocationem ad concilium efformarunt ad nos. Me uerò contradicente, & iniuriam hac re nobis fieri proferente, tamen rurſus cupierunt ut per me aduocaremini uos de his conſulturi, hoc promiſi, ut ne fieret prius illud, toto negocio in uobis collocato, an uelitis cõgregare ipſos, & ubi & quando: id quod honorantis erat, non contumeliam facientis. Quandoquidem uerò neq; hoc iniuſtè facimus, dic reliquum. Si à me hoc diſcere uos oportet, ipſam uobis legam Anthimi epiſtolam, quam quum ſtagna occupaſſet, renunciantibus nobis ac interminantibus, ad nos miſit, & cõuicians & contumelijs afficiens, & uelut carmen quoddam uictoriale contra nos uelut uictos canens. Et quam rationẽ habet, illum quidem offendere propter uos, uobis autem diſplicere, uelut illi gratificãtes? Hæc prius diſcere oportebat, ô admirande, & neq; tunc conuicijs inceſſere, ſi non aliam ob cauſam, ſaltem ut ſeniores. Si uerò oſtẽtatorum more glorioſè te geris, & ex altis nos alloqueris, uelut Metropolites & magnæ urbis epiſcopus, nobis Micropolitis & paruæ urbis præſidibus, aut etiam urbe carentibus: eſt etiam nobis ſupercilium quod cõtra obtendemus. Facillimum enim hoc omnibus eſt, & fortaſſis etiam honeſtius.

Theologus Magno Baſilio. Epiſt. XXXVIII.

POſtquã cognoui te in altũ thronũ collocatũ, & uicit ſpiritus qui lucernã ſuper candelabrum publicauit, quæ neq; prius obſcurè lucebat, gauiſus ſum, fateor. Cur uerò non deberem? quũ cõmunitatẽ eccleſię malè habere uiderẽ, & tali manuductione indigere. Accurri aũt non ſtatim, neq; accurrã, neq; ſanè hoc ipſe exegeris. Primũ quidem, ut tibi autoritatem conſeruem, & ne tui ſtudioſos congregare uidearis, præ calore quodã & ambitione, quod dicere poſſint calumniatores. Deinde uerò, ut mihi cõparem ſtabilitatẽ, & depoſito liuore candorẽ. Quando igitur uenies, fortaſſis dices, & uſq; quò recuſabis? donec Deus iuſſerit, & ubi præterierint umbræ eorũ qui nunc inſidias tendunt ac inuident. Non enim diutius reſiſtent leproſi, ſatis ſcio, Dauidi Hieruſalem occludentes.

Theologus Magno Baſilio. Epiſt. XXXIX.

AVdio te turbari à recenti innouatione, & negocia habere ex quadam ſophiſtica, eorum qui conſuetam curioſitatem obtinent. Et nihil miri eſt. Neq; enim ignorabam inuidiam, & quòd multi ex his qui circa te ſunt, res ſuas per te curant, & ſcintillam puſillanimitatis accendunt. Illud igitur non timeo, ne quid facias in rebus triſtibus à philoſophia alienum, & teipſo ac nobis indignum. Verùm arbitror nunc ſanè quàm maxi-

me notum fieri meum Baſilium, & quam per omne tempus collegiſti philoſophiam demonſtraturum eſſe, & calumnias uelut altis undis ſuperaturum, atq; alijs turbatis immotum manſurum. Si uerò uidebitur, etiam ipſe adero: fortaſſis etiam cõſilium aliquod impertiturus, ſi quidem mari opus eſt aqua, & tibi conſultore: omnino autem utilitatem accepturus, & ſimul philoſophaturus, eo quòd ſimul contumelijs afficior.

Theologus Magno Baſilio. Epiſt. XL.

NE mireris ſi quid præter opinionem dicere uidebor, & non prius ab aliquibus dictum. Mihi uideris tu gloriã quidem habere uiri certi ac muniti, & mente firmi ac conſtantis. Multa uerò cõſultare ac facere ſimplicius, potius quàm ſecurius aut firmius. Qui enim à malicia alienus eſt, tardius maliciã ac uitium deprehendit. Quale eſt etiam quod nunc inſtat. Vocaſti nos ad metropolim, conſultatione de epiſcopo propoſita, & deſiderares, ut decẽs eſt, ita ueriſimilis, ægrotare uiſus es, & poſtremũ ſpiritũ ducere, & deſiderare tũ uidere nos, tũ exitũ atq; extrema uerba effari. Nõ noui aũt cur id fiat, & quid præſentes rei cõferamus. Ego uerò concitatus fui, ob rem ipſam dolore affectus. Quid em̃ mihi uita tua lætius eſt? aut deceſſu è uita triſtius accidere poſſit? & lachrymarũ fontes effudi, & ploraui, & nũc primũ percepi alieno à philoſophia modo me affectũ eſſe. Et quid non epitaphiorũ perfeci? Poſtquã uerò ſenſi epiſcopos cõcurrere ad urbẽ, retractus ſum ab impetus alacritate. Miratus autẽ ſum, primũ quidẽ q̃ nõ reſpexiſti decorũ, neq; multorũ ac uulgi linguas uitaſti, quæ celerrimè ſimplicioribus calũnias ſtruũt. Deinde uerò quòd non eadẽ & tibi & nobis cõuenire putas: quibus & uita & doctrina & omnia cõmunia, ſic ex Deo ab initio cõiunctis. Tertiò, liceat enim & hoc dicere, quòd pientiorũ putaſti tales eſſe prætextus, nõ potentiorũ ac multitudini addictorũ. Ego quidẽ igitur propter hæc puppim pulſaui, & terga uerto. Tibi uerò, ſi uidetur, etiã hoc ipſum probetur, fugere uidelicet medios tumultus, & prauas ſuſpiciones. Porrò pietatẽ tuam tũc uidebo quũ negocia ſedata quieuerint, & tempeſtiuum fuerit, & exprobrabo ſanè plura & grauiora.

Magnus Baſilius Maximo philoſopho. Epiſt. XLI.

IMagines animarũ reuera ſunt ſermones. Cognouimus igitur te per literas, uelut aiũt, ex unguibus leonem, & gauiſi ſumus quòd te compererimus circa prima ac potiſſima bona non ſegniter affectum eſſe, nempe dilectionẽ & erga Deum, & ad proximum. Signum autem facimus prioris quidem, dexteritatẽ tuam circa nos, poſterioris uerò, ſtudium tuum circa ſcientiam. Quòd uerò in duobus his totum ſitum eſt, notum eſt cuiuis Chriſti diſcipulo. Cæterùm quæ requiris Dionyſij ſcripta, peruenerunt quidem ad nos, & ualde multa: non tamen adſunt libri ipſi, quapropter non miſimus. Sic aũt ſentẽtia noſtra eſt. Non omnia admiramur eius uiri. Imò ſunt quædam quæ penitus abrogamus: ferè enim eius quæ nunc uulgata eſt impietatis (de ea quæ inæqualitatem docet, dico) hic primus, quantũ nos ſcimus, hominibus ſemina exhibuit. Cauſam uerò arbitror, nõ mentis malignitatẽ, ſed quòd uehemẽter uoluit reſiſtere Sabellio. Solitus itaq; ſum ego aſſimilare ipſum arborũ plantatori, nouellæ plantæ torturam corrigenti, deinde ob immoderatam retractionem à medio aberranti, & germen ad contrariã partem abducenti. Talequid etiam circa hunc uirũ factũ eſſe comperimus. Dum enim uehementer reſiſtit Libyis impietati, non animaduertit ſeipſum ad contrariũ malum prę nimio uincẽdi ſtudio deferri. Cui ſanè tantũ ſatis fuiſſet oſtendere, quòd nõ idem eſt ſubiecto pater & filius, & hæc habere contra blaſphemum uictorię ſigna. Ille uerò unum ualde manifeſtè ex abundanti obtinet, & non ſolùm ſubſtantiarum diuerſitatem ponit, ſed etiam eſſentiæ differentiam, & potentię diminutionem, & gloriæ ac maieſtatis euariationem. Quare ex hoc contigit, ut ipſe malum malo permutarit, à rectitudine uerò doctrinę aberrarit. Quapropter etiam uarius eſt in ſcriptis, nunc quidem deſtruens coeſſentialitatem, per ea quę ob ſubſtantiarum reprobationem malè ab ipſo uſurpata ſunt. Nunc uerò admittens, in apologia ad ſibi cognominem. Adhæc etiam de ſpiritu emiſit uoces, ſpiritui minimè conuenientes, exterminans ipſum à deitate quæ adoratur, & paulo pòſt alicubi, creatæ ac miniſtranti naturæ annumerans. Vir igitur ipſe talis eſt. Ego uerò, ſi meã propriã opinionem dicere debeo, ſimile ſecundum eſſentiam, ſi aditum habet, citra euariationẽ: ſuſcipio uocem, uelut idem cum coeſſentiali ſignificantem, iuxta ſanam uidelicet coeſſentialis ſignificationem. Quẽadmodũ etiam eos qui in Nicæno concilio dixerunt, Lumẽ de lumine, & Deum

&Deum uerũ de Deo uero, & talibus uocibus unigenitum appellarunt, conſequenter
coeſſentialẽ inducentes. Neq; igitur luminis ad lumen, neq; ueritatis ad ueritatem, neq;
eſſentiæ unigeniti ad eam quæ patris eſt, unquam aliquam euariationẽ mente concipe-
re poſſibile eſt. Si quis ſic, uelut dixi, acceperit, admitto uocẽ ipſius. Si uerò quis à ſimili,
uocem non euarians reſcindat: quod ipſum Conſtantinopolitani fecerũt: ſuſpectum ha-
beo uerbum, uelut quod unigeniti maieſtatem imminuat. Nam & obſcuris ſimilitudini-
bus, & multum ab archetypo ac exemplari deficientibus ſæpenumero ſimile animo con
cipere ſolemus. Quandoquidẽ igitur minus puto fraudulentã eſſe coeſſentialis uocem,
ſic etiam ipſe uſurpo. Cæterũ cur non accedis nos, ô optime, ut præſentes nos inter nos
de his colloquamur, & non literis inanimis cõcredamus, quum aliâs nõ ita ualde res no-
ſtras publicare nouerimus? Quo igitur non Diogenis illud ad Alexandrũ, etiam ipſe nõ
bis dicas. Quòd tantundẽ uiæ eſt à uobis huc, & ad uos hinc. Nos quidẽ præ infirmitate
fermè uelut plantæ ſemper in eodem loco detinemur, & ſimul illud, Viue latẽs, inter pri
ma bona ducimus. Tu uerò ſanus es, uelut dicũt, & quum teipſum orbis terrarum ciuem
feceris, meritò etiam huc ad nos acceſſeris, uelut ad tuam ipſius portionem. Si enim uos,
qui in actu rerum uerſamini, & populi & urbes decẽt, quibus actiones ſecundum uirtu-
tem oſtenditis: at certè ad ſpeculationem & mentis actionem, per quam Deo coniun-
gimur, bonus auxiliarius eſt quies, quam multam & luculentam in hac extremitate coli-
mus, atq; utinam ipſe nobiſcum. Si uerò omnino oportet potentatus circuire, & nos hu-
mi poſitos contemnere: tu ſaltem alia ſcribas, atq; ſic nobis delectationem afferas.

Baſilius Magnus Maximo philoſopho. Epiſt. XLII.

ANnunciauit mihi honeſtus ac bonus Theotecnus præſtantiæ tuæ ſtatũ, & cõgreſ-
ſus tui deſideriũ mihi induxit, animæ tuæ figurã per ſermonẽ manifeſtè delinians:
& in tantũ amorẽ meum erga te incendit, ut niſi ſenectute grauarer, & à cõnutrita debi-
litate detinerer, & infinitis circa eccleſiam curis illigatus eſſem, nihil me remoratum fuiſ-
ſet quo minus ipſe te acceſſiſſem. Nam reuera non eſt paruum lucrum, ex domo magna
& genere illuſtri ad angelicam uitam tranſgreſſum, ratione iuuentutem refrenare, & car
nis affectus rationis ſeruos facere, & humilitatẽ uti quę decet Chriſtianũ, qui de ſeipſo,
uelut par eſt, ſentit, unde productus eſt, & quò abibit. Naturæ enim conſideratio animæ
quidẽ tumorẽ reprimit, omnẽ uerò arrogantiã ac cõtumaciã exterminat, & in ſumma, di
ſcipulum Chriſti facit, qui dixit: Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Reuera e- *Matt. 11.*
nim, chariſſime fili, ſolùm ſtudio dignũ & laudabile eſt, perpetuum bonum, hoc aũt eſt
præmium à Deo. Verùm humana hæc, umbra obſcuriora ſunt, & ſomnijs faciliora. Iuuẽ-
ta enim citius uernis floribus defluit, & corporis pulchritudo, aut morbo aut tempore
marceſcit. Et diuitiæ inſtabiles ſunt. Et gloria facilè mutari ac circumuerti poteſt. Et ope
ra per artes effecta unà cũ tempore abſoluuntur, ac finem ſortiuntur. Sed & eloquentia,
cuius ſtudio omnes tenentur, uſq; ad aures gratiam habet. Virtutis aũt exercitatio, pre-
cioſa poſſeſſio eſt habenti, & iucũdiſſimum ſpectaculum his qui in ipſam incidunt. Cu-
ius ſi curam habueris, efficies teipſum dignum bonis in promiſſionibus à Deo repoſitis.
Cæterùm quomodo ad bonorum adeptionem peruenire poſſis, & quomodo acquiſita
conſeruaueris, longiorem orationem requiſierit, quàm pro preſenti inſtituto. Porrò hęc
uiſum eſt mihi ad te ſcribere, propter ea quæ à fratre Theotecno audiui, quem ſemper
quidem opto uerum dicere, maximè uerò in ſermonibus quos de te facit, ut propter te
Dominus amplius glorificetur, qui à radice aliena precioſiſsimis pietatis fructib. turges.

Baſilius Magnus Gregorio fratri, de eſſentiæ & ſubſtantiæ dif-
ferentia. Epiſtola XLIII.

QVandoquidem multi ſocietatem eſſentiæ in myſticis dogmatibus à ſubſtantiarũ
ratione non diſcernentes, in eaſdem coincidunt ſuſpiciones, & nihil differre putãt
eſſentiam aut ſubſtantiam dicere, unde etiam quibuſdam citra expenſionem talia reci-
pientibus placuit, quemadmodum unam eſſentiam, ita etiam unam ſubſtantiam dicere:
Et uice uerſa, qui tres ſubſtãtias ſuſcipiunt, etiam eſſentiarum diuiſionem iuxta eundem
numerum, ex hac confeſſione decernere oportere putant. Quapropter ut ne etiam tu ſi-
milia facias, breuem tibi cõmentarium de hac re feci. Eſt igitur, ut paucis rem declarem,
talis harum uocum ſignificatio. Omnia nomina quorum res de pluribus & numero diſ-
ferenti-

ferentibus dicuntur, uniuerſaliorem quãdam ſignificationem habent, uelut homo. Qui
enim hoc dixit, communi natura per nomen oſtenſa, non circumſcripſit hac uoce aliquẽ
hominem, qui priuatim à nomine hoc notus reddatur. Non enim magis Petrus homo
eſt, quàm Andreas & Ioannes ac Iacobus. Communitas igitur eius quod ſignificatur, ſi-
militer in omnes in idem nomen ordinatos, procedens, ſubdiſtinctione opus habet, per
quam non uniuerſalem hominem, ſed Petrum aut Ioannem cognoſcamus. Quædam
uerò nomina peculiarem habent indicationem, per quam non naturæ communitatem
in ſignificato ſpeculamur, ſed cuiuſdam rei circumſcriptionem, quæ nullam ad id quod
eiuſdem generis eſt, iuxta ſuam proprietatem, habet communitatem. Velut Paulus aut
Timotheus. Non enim amplius hæc uox ad naturæ communitatem fertur, ſed compre-
henſiuam ſignificationem complexa, quarũdam circumſcriptarũ rerum indicationem,
per nomina declarat. Quum igitur duo aut plures ſimul in eodẽ loco fuerint, uelut Pau-
lus, & Syluanus & Timotheus, & de eſſentia hominum ratio inquiſita fuerit, non aliam
quis reddet eſſentiæ in Paulo rationem, aliam in Syluano, & aliam in Timotheo, ſed per
quę uerba Pauli eſſentia demonſtrata fuerit, ea etiam alijs conuenient, & ſunt inter ſe co
eſſentiales, qui eadem eſſentiæ ratione deſcribũtur. Vbi uerò quis cognita communita-
te, ad peculiaria conuerterit ſpeculationem, per quæ alterum ab altero ſeparatur, nõ am-
plius rationi quę unumquemq; notum reddit, cum ea quæ de alio redditur, conueniet:
etiamſi in quibuſdam communitatem habere comperta fuerit. Hoc igitur quòd peculia
riter dicitur, ſubſtantiæ uerbo ſignificari dicimus. Qui enim hominem dixit, diſperſam
quandã notionem, propter ſignificationem indefinitam auribus immiſit: ut natura qui-
dem ex nomine declarata ſit, ſubſtantia uerò & res quæ peculiariter à nomine declara-
tur, non ſit ſignificata. Qui uerò Paulum dixit, in re quę à nomine ſignificatur ſubſiſten-
tem naturam oſtendit, hoc igitur eſt ſubſtantia, non indefinita eſſentiæ notio, nullam ex
communitate eius quòd ſignificatur ſtabilitatem reperiens, ſed id quod commune & in
circumſcriptum in aliqua re eſt, per apparẽtes proprietates declarãs ac circumſcribens.
Quemadmodum etiam Scripturę huiuſmodi facere familiare eſt, quũ in multis alijs lo-
cis, tum in hiſtoria Iob. Poſtquam enim de ipſo natura erat, communis prius mentio-
Iob 1. ne facta, & ubi dixit homo, ſtatim ſecat per proprietatem, in eo quod apponit quis. Ve-
rùm eſſentiæ quidem deſcriptionem, uelut ad propoſitum ſermonis ſcopum nihil utili-
tatis conferentem, ſilentio præterijt, particularem uerò hominem per propria ſigna de-
lineat, & locum dicens & morum notas, & quæcũq; externa coaſſumpta, diſparatura ac
ſeparatura erant ipſum à communi ſignificatione, ut ex omnibus euidens eius de quo
narratur deſcriptio fieret, ex nomine, ex loco, ex animę proprietatibus, ex his quę forin
ſecus circa ipſum uiſebantur. Si uerò eſſentiæ rationem dediſſet, nulla ſanè relatorũ men
tio facta eſſet in naturę declaratione. Idem enim fuiſſet ſermo, qui etiam de Baldad San-
chita, & Sophar Minnæo, & de ſingulis quorum iſthic mentio fit hominibus. Quam igi
tur in rebus noſtris cognouiſti rationem in eſſentia ac ſubſtãtia, eam ſi etiã ad diuina do-
gmata transtuleris, non aberrabis. Quomodo igitur eſſentiam patris qualemcunq; tan-
dem ſuggerit tibi mens tua (Nam ad nullum deſtinatum intellectum animam fulcire da
tur, propterea quòd credat ipſam ſuper omnem intellectum eſſe) hanc etiam in filio in-
telliges, hanc ſimiliter etiam in ſpiritu ſancto. Nam non creati & incomprehenſibilis
ratio, una & eadem eſt, & in patre & filio & ſpiritu ſancto. Non enim aliud magis incom
prehenſibile ac increatum eſt, aliud uerò minus. Quandoquidem uerò per peculiaria
ſigna, inconfuſam in trinitate comparationem habere oportet, id quidem quod com-
muniter ſpeculamur, uelut eſt increatum eſſe, & omnem comprehenſionem excedere,
aut ſi quid huiuſmodi eſt, non ſimul ad peculiare iudicandũ aſſumemus, ſed ea ſolùm in-
quiremus, per quę notio uniuſcuiuſq; clarè & impermixtè, ab ea quam ſimul contem-
plamur ſecernetur. Rectè itaque mihi habere uidetur, ut ſic inueſtigemus rationem. O-
mne bonum quod ad nos ex diuina potentia peruenerit, gratię omnia in omnibus ope-
1.Cor.12. rantis actionem eſſe dicimus, quemadmodum dicit Apoſtolus, quòd hęc omnia opera-
tur unus & idem ſpiritus, diuidens peculiariter unicuiq; ſicut uult. Quęrentes autẽ an ex
ſolo ſpiritu ſancto, bonorum ſuppeditatio principium ſumẽs, ſic dignis cõtingat: rurſus
à Scriptura manu ducimur, ad hoc ut ſuppeditationis bonorũ quæ ſpiritus in nobis ope
ratur

ratur, principem & autorem unigenitum Deum eſſe credamus. Omnia enim per ipſum facta eſſe, & in ipſo conſiſtere, à ſacra Scriptura edocti ſumus. Quum itaq; ad hanc intelligẽtiam exaltati fuerimus, rurſus à diuinitùs inſpirata manuductione inducti docemur, quod per illam quidem potentiam omnia ex non exiſtentibus adeſſe producũtur, non tamen ex illa citra principium. Sed eſt quædam potentia ingenite & ſine principio ſubſiſtens, quæ ſanè cauſa eſt uniuerſorũ exiſtentium cauſę. Ex patre enim eſt filius, per quem omnia, cum quo ſemper ſpiritus ſanctus inſeparabiliter cointelligitur. Non enim poteſt quis de filio cogitare, qui non prius ſit ſpiritu illuminatus. Quandoquidem igitur ſpiritus, à quo omnis bonorum contributio in creaturã ſcaturit, ex filio dependet, cum quo inſeparabiliter comprehenditur: eſſe uerò ex patris cauſa appenſum habet, unde etiam procedit: hoc proprietatis ſecundum ſubſtantiam ſignum notum ipſum reddens habet, Quod per filium & unà cũ ipſò cognoſcitur, & quod ex patre ſubſiſtit. Filius uerò qui ex patre procedentẽ ſpiritũ, per ſe ipſum & unà cũ ipſo notũ reddit, ſolus unigenite ex ingenita luce relucens, nullam in ſignorũ proprietate, ad patrem aut ſpiritum ſanctum ſocietatem habet. Sed ex relatis ſignis ſolus cognoſcitur. Deus uerò ſuper omnes, præcipuum quoddã ſubſtantię ſuæ ſignum ſolus habet, quod pater eſt, & ex nulla cauſa ſubſiſtit. Et per hoc rurſus ſignum etiã ipſe peculiariter cognoſcitur. Quapropter in eſſentiæ cõmunitate, diſcordia & inſociabilia eſſe dicimus ſigna cognitionis quæ in trinitate ſpeculamur, quorum proprietas declaratur, quum unaquæque in fide tradita perſona, proprijs cognitionis ſignis diſcretè comprehenditur. Quare per relata ſigna, ſeparatio ſubſtantiarum inuenta eſt. Verùm iuxta immẽſitatem & incomprehenſibilitatem, & quod increati ſunt, & nullo loco conſtricti, quod etiam omnibus talibus nulla ſit alteratio in uiuifica natura, in patre dico & filio & ſpiritu ſancto, ſed perpetuam quandam & inſeparabilem ſocietatem in ipſis ſpeculemur. Et per quas ſanè cogitationes quis maieſtatem unius ex his quos in ſancta trinitate credimus conſiderauerit, per eaſdem procedet, citra euariationem in patre & in filio & ſpiritu ſancto maieſtatẽ uidens, in nulla diſtantia inter patrem & filium & ſpiritum ſanctum mẽte per uacua eunte. Propterea quòd nihil eſt quod per medium horum interſeratur, neque alia quædam res ſubſiſtens præter diuinam naturam, ut ipſam ad ſeipſam per alieni interlapſum diuidere poſſit: neque ſpacij alicuius ſubſtantia carentis uacuitas, quæ diuinæ eſſentiæ harmoniam ad ſeipſam hiare faciat, per uacui interpoſitionem, ipſam continuitatem dirimens. Sed qui patrem mente concepit, tum ipſum in ſeipſo mente cõcepit, tum filium ſimul ſuſcepit. Qui uerò hũc dicit, à filio ſpiritum non diuiſit, ſed conſequenter quidem, ſecundum ordinem, coniuncte uerò, ſecundum naturam, trium in idem commixtam in ſeipſo fidem expreſſit. Et qui ſpiritum ſolum dixit, comprehendit ſimul hac confeſſione, etiam eum cuius eſt ſpiritus. Et quandoquidem Chriſti eſt ſpiritus, & ex Deo, quemadmodum dicit Paulus: ſicut in catena, qui unam extremitatem contigit, etiam alteram extremitatem ſimul attraxit. Sic qui ſpiritum traxit, uelut ait Propheta, per ipſum etiam filium & patrem ſimul attraxit. Et ſi filium uerè quis apprehenderit, habebit ipſum utrinq;, ab altera quidem parte, ſuum ipſius patrem, ab altera uerò, ſpiritum ſanctum ſimul adducentem. Neq; enim à patre is qui ſemper in patre eſt diſſectus eſſe poterit, neque à ſpiritu unquam ſeparabitur proprio, is qui omnia in ipſo operatur. Similiter autem & qui patrem ſuſcepit, etiam filium & ſpiritum potentia ſimul ſuſcepit. Non enim excogitari poteſt ſectio aut diuiſio iuxta ullum aliquem modum, ut aut filius ſine patre mente concipiatur, aut ſpiritus à filio disiungatur. Sed arcana quædam ac imperceptibilis tum cõmunitas, tum diſcretio, in his comprehenditur, neque ſubſtantiarum differentia, naturæ coniunctionem diuellente, neq; communitate ſecundum eſſentiã, ſignorum proprietatem confundente. Neque uerò mireris ſi idem & coniunctum, & diſcretum eſſe dicimus, & quandam uelut in ænigmate excogitamus nouam admirabilem diſcretionem coniunctam, & coniunctionem diſcretam. Siquis enim non contentioſò & ad calumniam audit ſermonẽ, etiam in ſenſibilibus fieri poteſt ut tale inueniat. Et uerba mea accipite uelut exemplum & umbram ueritatis, non uelut ipſam rerum ueritatẽ. Non enim fieri poteſt ut per omnia quadret id quod in exemplis ſpeculamur, ad ea ad quæ exemplorũ uſus aſſumitur. Vnde igitur dicimus diſcretum ſimul & coniunctum, ex his quæ ſenſui noſtro apparẽt, reputari?

Rom. 8.

Eſa. 30.

Si unquam

Si unquam arcus in nube ſplẽdorem in uere uidiſti, illum arcum dico quem communis
ſermo irim cognominare ſolet: quem tunc generari dicunt qui harũ rerum ſcientiam ia-
ctant, quũ humiditas aliqua ad aerem fuerit ammixta, uentorũ uiolẽtia, id quod in uapo
ribus craſſum ac humidum eſt, nubiloſum iam factum, in pluuiam exprimente. Genera
ri uerò dicunt hoc modo. Quum ſolis radius denſitatem ac umbroſitatem nubis per ob-
liquum ſubtergreſſus, deinde per directum nubi cuidam proprium circulum impreſſe-
rit, uelut flexura quædam ac reditus lucis ad ſeipſam fit, ſplendore uice uerſa ab humido
ac lucente effulgente. Quandoquidem enim flãmeis ſplendoribus ea natura eſt, ut ſi cui
læui allabantur rurſus ad ſeipſos refringãtur, circularis autem eſt hæc figura, per radium
in humiditate ac leuitate aeris effecta: neceſſariò iuxta ſolaris circuli figuram, etiam pro-
pinquus nubi aer per relucẽtem ſplendorem circumſcribitur. Hic itaq; ſplendor & con-
iunctus eſt ad ſeipſum, & diuiſus quoq; eſt. Multicolor enim ac multiformis exiſtens, ua
rijs tincturæ floribus incõſpicuè ad ſeipſum contẽperatur, diuerſorum colorum inter ſe
cõmiſſurã, ex oculis noſtris latenter ſubtrahens, ut non cognoſci poſsit intermedius, in-
ter glaucum ac rutilum locus, qui per ſeipſum miſcet ac ſeparat colorum diuerſitatem,
aut rutili ad purpureum, aut illius ad electrinum: Omnium enim ſplendores ſimul in eo-
dem uiſuntur, & lucidi ſunt, & cõiunctionis inter ſe ſigna occultantes, deprehenſionem
effugiunt, ut impoſsibile ſit inuenire, uſquequo conſiſtat rutilus aut ſmaragdinus ſplen-
dor, & unde initium ſumat, non amplius talis exiſtens, qualis in lucido conſpicitur. Quẽ
admodum igitur in hoc exemplo, & colorum differentias manifeſtè dignoſcimus, & di-
ſtantiam alterius ad alterum ſenſu comprehendere non datur: Sic intellige mihi, poſſibi
le eſſe etiam de diuinis dogmatibus ratiocinari. Subſtantiarum quidem proprietates, ue
lut florem quendam ex his qui in iride apparent, in unoquoq; ex his quos in ſancta trini
tate credimus effulgere. Verùm proprietatis ſecundum naturam, nullam alterius ad alte
rum differentiam mente concipi, ſed in eſſentiæ communitate, notorias proprietates in
unoquoq; elucere. Nam & illic in exẽplo, Vna eſſentia erat quæ multicolorẽ illum ſplen
dorem effundebat, nimirum per ſolarẽ radium refracta. Color uerò apparens multifor-
mis, erudiente nos per creaturã ratione, ut ne inanem laborem inſumamus in dogmatis
rationibus exquirendis, ubi in difficilem ſpeculationem illapſi, ad eorum quæ dicuntur
aſſenſum uertigine affecti fuerimus. Quemadmodum enim in his quæ oculis apparent,
potior uidetur experientia quàm ratio cauſæ: Sic in ſublimibus dogmatibus potior eſt
ratiocinationũ cõprehenſione ipſa fides, quæ & ſeparationẽ in ſubſtãtia, & coniunctio-
nem in eſſentia docet. Quandoquidem igitur Scriptura aliud cõmune, aliud proprium,
in ſancta trinitate ſpeculata eſt, cõmunitatis quidẽ ratio ad eſſentiã reducit, ſubſtãtia ue
rò proprium uniuſcuiuſq; ſignum eſt, At fortaſſis putat quis redditam rationẽ non cõue
Heb.1. nire ſentẽtię Scripturę Apoſtoli, ubi dicit de Dño, quod ſit ſplendor glorię ipſius, & cha
racter ſubſtãtiæ. Si enim ſubſtantiã tradidimus eſſe cõcurſum proprietatũ uniuſcuiuſq;
cõfeſſum aũt eſt, quod uelut in patre eſt quid quod propriè ſpeculamur, per quod ſolus
cognoſcit, iuxta eundẽ modũ etiã de unigenito pariter creditur: quomodo hic ſubſtãtię
nomen ſoli patri Scriptura attribuit, filiũ uerò formã ſubſtãtiæ dicit, non in proprijs, ſed
in patris ſignis cognitionis, expreſſam imaginem habentẽ? Si enim ſubſtãtia proprium
uniuſcuiuſq; ſubſtãtię ſignũ eſt, patris uerò propriũ ſignum, ingenitũ eſſe, confeſſum eſt,
formatus eſt aũt filius patris proprietatibus: num permanet patri præcipuũ illud in ipſo
ſolo, quod ingenitus dicitur, ſi quidem proprietate patris, etiã unigeniti ſubſiſtẽtia figu-
ratur? At nos hęc dicimus, quod uerba Apoſtoli hoc loco alium ſcopum habent, ad quẽ
intuens his uocibus uſus eſt, gloriæ ſplendorẽ & ſubſtantiæ characterem dicens, quem
ſanè ſcopum ſi quis diligenter conſiderauerit, nihil cõperiet his quæ à nobis dicta ſunt
pugnantem, ſed in quadam propria notione ſermonem tranſigentem. Non enim quo-
modo inter ſe diſcernantur ſubſtantiæ, per apparentia ſigna, apoſtolicus ſermo tractat,
ſed quomodo genuinus & inſeparabilis ac coniunctus filij ad patrem habitus intelliga
tur. Quemadmodũ enim non dixit, qui gloria exiſtens patris: quanquam reuera ſic ha-
beat: ſed hoc uelut confeſſo relicto, non aliam quandam gloriæ ſpeciem in patre, & a-
liam in filio intelligere docens, ipſius patris gloriæ ſplendorem, unigeniti gloriã decer-
nit, ex lucis exemplo id aſtruens, quòd filius inſeparabiliter unà cum patre intelligatur.

Quemad-

Quemadmodum enim ex flamma quidem eſt ſplendor, non tamen poſterior poſt flam-
mam eſt ipſe ſplendor, ſed ſimul ut flamma effulſit, etiam lux ſimul reſplenduit. Sic uult
etiam ex patre quidem filiũ intelligi, non tamen aliqua interuallari diſtantia à patris ſub-
ſiſtentia unigenitum ſeparari, ſed ſemper unà cum cauſa id quod ex ipſa eſt apprehendi.
Iuxta eundem igitur modum, uelut conſequenter interpretans ſententiam prius tradi-
tam, etiam ſubſtantiæ characterem dixit, corporalibus exemplis ad inuiſibilium cogni-
tionẽ nos manu ducens. Non enim corpus omnino eſt in figura: ſed alia figuræ, alia cor-
poris eſt ratio. Si quis enim utriuſuis horum definitionem tradiderit, neutiquam ad eam
quæ alterius eſt deferri poterit. Veruntamen etiamſi ratione figuram à corpore diſcreue-
ris, natura diſcretionem non admittit, ſed coniunctè alterum cum altero intelligitur. Sic
Apoſtolus conuenire putat, etiamſi fidei doctrina inconfuſa, diuiſam ſubſtantiarum dif-
ferentiam doceat, attamen etiam coniunctionem, & uelut concretionem unigeniti ad
patrem per prædicta declarat, non uelut non ſit in ſubſtantia etiam unigenitus, ſed uelut
qui non admittat medium quid inter ſuam ad patrẽ unionem. Quare qui ad characterẽ
unigeniti per animæ oculos intentè reſpicit, ex patris ſubſtantia cogitationem concipit,
quòd non permutatur, neq; permiſcetur proprietas quã ſpeculamur in ipſis, ut aut patri
genitũ eſſe, aut filio ingenitũ eſſe, formã inducat, ſed quod fieri non poſſit, ut altero ab al-
tero diſiuncto, in ſeipſo ſolũ id quod reliquũ eſt quis cõprehendat. Neq; enim poſſibile
eſt, eum qui filium nominauit, non etiam de patre cogitare, quum appellatio hæc habi-
tualiter etiam patrẽ ſimul oſtendat. Quandoquidẽ igitur qui filium uidit, uidet & patrẽ, Ioh.14.
uelut in Euãgelijs Dominus dicit, propterea unigenitum ſubſtãtiæ patris characterem
eſſe dicit. Et quo ſanè magis cognoſci poſſit ſententia, etiam alias Apoſtoli uoces ſimul
aſſumemus, in quibus imaginẽ Dei inuiſibilis, & bonitatis ipſius rurſus imaginem dicit. Col.1.
Non quòd differat imago ab exemplari, iuxta inuiſibilitatis & bonitatis rationem, ſed ut
demonſtretur quòd idem cum exemplari eſt, etiamſi aliud ſit. Non enim imaginis ratio
cõſeruari poſſit, ſi non per omnia euidentiam & nihil euarians haberet. Qui igitur ima-
ginis pulchritudinẽ conſiderauit, cogitationem de exemplari concipit. Et qui filij uelut
formam mente concepit, paternæ ſubſtantiæ characterem impreſſit, uidens per hunc il-
lum, non quòd ingenitus eſt pater, in imagine cernẽs: ſic enim certè idem per totũ eſſet,
& non aliud: ſed ingenitam pulchritudinem in genita uidens. Quemadmodũ qui in pu-
ro ſpeculo offerentem ſe formæ apparitionem conſiderauit, euidentem perſonæ cuius
imago reddita eſt, cognitionem habuit. Sic qui filium cognouit, characterem paternæ
ſubſtantiæ per filij cognitionem in corde ſuſcepit. Omnia enim quæ patris ſunt, in filio Ioh.10.
conſpiciuntur, & omnia filij patris ſunt: quandoquidem & totus filius in patre manet, &
totum habet rurſus in ſeipſo patrem. Quare filij ſubſtantia, uelut forma & perſona fit co-
gnitionis patris. Et patris ſubſtantia, in filij forma cognoſcitur, manente ipſis proprieta-
te quam ſpeculamur, ad euidentem ſubſtantiarum diſcretionem.

Baſilius Magnus Gregorio fratri. Epiſtola XLIIII.

QVomodo aduerſus te per ſcripta pugnare poſſim? quomodo te pro merito repre-
hẽderim, propter eam quam circa omnia habes ſimplicitatem? Tertium dic mihi
quis in eadem retia incidit? Tertium quis in eoſdem laqueos incidit? ne brutum quidẽ
aliquod facilè hoc faciat. Vnam mihi cõcinnatã à te epiſtolam obtuliſti, uelut à ueneran-
diſſimo & communi noſtro auunculo, decipiens me neſcio qua gratia. Suſcepi uelut ab
epiſcopo & communi patre per te allatam. Cur enim non facerẽ? oſtendi multis amicis
præ gaudio, & gratias egi Deo. deprehenſum eſt figmentum, ipſo epiſcopo per propriã
uocem negante: pudefacti ſumus ob illam, optauimus nobis dehiſcere terram, maliciæ
& fraudis ac mendacij opprobrio circumdati. Secundam rurſus reddidiſti mihi, uelut
per famulum tuum Aſterium, ab ipſo epiſcopo mihi miſſam: neq; illam uerè ipſe epiſco-
pus miſerat, uelut uenerabiliſſimus frater Anthimus nobis annunciauit. Tertiam rurſus
Adamantius uenit ad nos portãs, quomodo oportebat me ſuſcipere per te & tuos miſ-
ſam? optabam enim lapideum cor habere, ut neq; præteritorum meminiſſem, neq; præ-
ſentia perciperem, quo omnem plagam in terram pronus uelut pecora ferrem. Sed quid
faciam contra meum ipſius animum, poſt unum atq; alterũ experimentũ, nihil potẽtem
citra examinationem admittere? Hæc ſimplicitatem tuam obiurgans ſcripſi, quam neq;

aliâs Chriſtianis conuenientem, præſenti tempori minimè quadrare uideo, quo ſaltem
decætero & teipſum cuſtodias, & mihi parcas: quandoquidem oportet enim me liberè
ad te loqui, minimè fide dignus es talium miniſter. Veruntamen ſi qui ſint, qui epiſtolas
miſerint, reſpōdimus ipſis meritò. Siue igitur ipſe experimentū mihi ſummiſiſti, ſiue re-
uera ab epiſcopis acceptam epiſtolam miſiſti, habes reſponſiones. Verùm par erat te in
præſenti alia curare, quum & frater ſis, & nondum naturæ oblitus, neqꝫ in hoſtium ſorte
nos aſpicias: quandoquidē ad uitam peruenimus, conterentē quidem corpus noſtrum,
Eccleſ.40. conterentem autem etiam animã, propterea quòd uires noſtras excedat. Attamen quan-
doquidem ſic me ad bellum paro, ea gratia oportebat te nunc adeſſe, & negociorū ſo-
cium eſſe. fratres enim, inquit, in neceſſitatibus utiles ſint. Si uerò cōgreſſum noſtrum re-
uera expectant uenerandiſſimi epiſcopi, & locum nobis definitū ac tempus cōſtituant,
& per proprios nos homines accerſant. Quemadmodū enim ipſe obuiam uenire auun-
culo meo non recuſo, ſic niſi cum decenti forma uocatio fiat, non feram.

Baſilius Magnus Gregorio auunculo. Epiſtola XLV.

ET prius libenter uidi fratrem meum: cur enim non facerem, quum & frater meus ſit,
& talis? Et nūc eodem affectu aduenientē ſuſcepi, nihil mutato meo amore. Abſit
enim ut tale quid faciam, quòd me naturæ obliuiſci, & bellum aduerſus domeſticos pa-
rare faciat. Sed & corporis infirmitatū, & aliorum animæ dolorum ſolatium, uiri aduen-
tum eſſe exiſtimaui, & pręſtantię tuę literis per ipſum allatis ualde delectatus ſum, quas
multo iam tempore ueniſſe cupiebã, non alterius cuiuſdam rei cauſa, quàm ut ne etiam
nos triſtem aliquam narrationē uitæ apponamus, tanquam ſanè ſit familiariſſimis ac ma-
ximè neceſſarijs inter ſe ſeditio, inimicis quidem uoluptatē afferens, amicis uerò calami-
tatem: diſplicens autem Deo, qui in perfecta dilectione characterem ac notam ſuorū di
Ioh.13. ſcipulorū poſuit. Quapropter reſcribo etiam neceſſariò, orare te pro nobis exhortans, &
aliarum quoqꝫ rerum curam gerere, uelut propriarum. Cæterùm ſententiã eorū quæ ſcri
pta ſunt, quandoquidem ipſi præ ruditate intelligere nō poſſumus, illam ueram eſſe pu-
tare decreuimus, quam ipſe nobis exponere dignaberis. Neceſſe eſt autem etiam reli-
qua per induſtriam tuam definiri, congreſſum noſtrum inter nos, & tempus decens, &
locum idoneum. Siquidem igitur omnino ſuſtinet reuerētia tua deſcendere ad humili-
tatem noſtram, & conſilium quoddam nobis impertiri, ſiue cum alijs, ſiue per teipſum,
fieri congreſſum uolueris, obediemus: quum ſemel hoc nobis ipſis conſuluerimus, ſer-
uituros nos eſſe tibi in dilectione, & facturos omni modo, ea quæ ad gloriam Dei à pie-
tate tua nobis ſcribuntur. Venerabiliſſimum fratrem nihil coegimus de lingua nobis di-
cere, propterea quòd neqꝫ prius uerba ipſius operum teſtimonium habuerunt.

Baſilius Magnus Gregorio auunculo. Epiſtola XLVI.

SIlui: num & ſemper ſilebo ac tolerabo moleſtiſſimū ſilentij damnum diutius contra
meipſum dominari, neqꝫ ipſe ſcribens, neqꝫ alloquentē audiens? Ego equidē quum
uſqꝫ in præſens in triſti hoc dogmate tolerans fuerim, arbitror etiam mihi conuenire ut
Prophetæ uerba dicam: Toleraui uelut pariens, ſemper quidem concupiſcens aut con-
greſſum, aut conſilium, ſemper uerò compos non euadens, propter mea peccata. Non
enim aliam aliquam cauſam excogitare poſſum cur hæc fiant, quàm ut credam me uete-
rum peccatorū pœnas perſoluere, in dilectionis tuę ſeparatione. Si etiã nominare opor-
tet ſeparationē, ſanctam in te & quocunqꝫ tandem ex uulgaribus, nedum in nobis, qui-
bus ab initio patris loco fuiſti. Verùm peccatū meum nūc uelut profunda aliqua nubes
obtinens, omnium illorū ignorantiã ac obliuionem induxit. Cùm enim ad rem hanc re-
ſpexero, quòd pręterquã quod mihi mœrorē affert, nihil aliud ex ipſa peragitur, quomo
do non meritò uitijs meis præſentia adſcribo? Cæterùm ſiue peccata eorum quæ conti-
gerunt cauſa ſunt, hic mihi finis ſit malorum. Siue quid erat quod diſpenſaretur, comple-
tum penitùs ſit id quòd quærebatur. Non enim modicum eſt damni tempus. Quapro-
pter nō amplius occultans, prior uocem rupi, exhortãs ut & noſtri ipſorum memor ſis,
& tuijpſius, qui amplius quàm cognatio noſtra expetere uidetur, per omnem uitam no
ſtri curam demonſtraſti: & urbē nunc noſtri gratia diligas, & non propter nos teipſum
Phil.2. ab urbe alienes. Si qua igitur conſolatio in Chriſto, ſi qua ſocietas ſpiritus, ſi qua uiſcera
& miſerationes, exple uotum noſtrum, res triſtes hic diſſolue, principiū quoddam dato
alacrio-

alacrioribus ad ſucceſſionē ac te ſequendū, & alijs præuius ſis ad optima, & non alium ſequens ad ea quæ non oportet. Nam neq; corporis character proprius ſic alicuius reputatus eſt, uelut animæ tuæ, pax & manſuetudo. Decet igitur talem, alios trahere ad ſeipſum, & exhibere te accedētibus, ut morum tuorū dexteritate uelut ungenti cuiuſdam fragrantia impleantur. Nam etiamſi nunc aliquid eſt quod reſiſtit, at paulo poſt etiam ipſum pacis bonum cognoſcetur. Quouſq; uerò ex ſeditione calumniæ locum habent, neceſſe eſt ſemper ſuſpiciones in peius coaugeri. Itaq; neq; illis decorum eſt nos negligere, uerū maximè omnium præſtantiam tuam id non decet. Nam ſi quidem peccamus quid, meliores erimus dum admonemur. Hoc autē fieri non poteſt citra congreſſum. Si uerò nihil iniuſtè facimus, qua gratia odio habemur? Hæc quidem igitur propriæ meæ ambiguitati prætendo. Quæ uerò pro ſeipſis eccleſiæ dicere poſſint, quæ non ſuo commodo noſtrę ſeditionis participes fiunt, melius eſt ſilere. Non enim ut moleſtus ſim, uerbis utor, ſed ut moleſtias ſedem. Tuam uerò prudentiā nihil fugit, ſed multo maiora ac perfectiora his quæ nos ſentimus, ipſe mente tua excogitaueris, alijsq; dixeris, qui ſanè & ante nos uidiſti eccleſiarū detrimentum, & magis q̄ nos triſtaris, olim prædoctus à Domino, ut nihil ex minimis contemnas. Nunc aūt damnū non in uno aut altero circūſcribitur: ſed totæ ciuitates ac populi noſtrarū calamitatū participes fiunt. Nam famam apud externos quid opus eſt referre, qualis de nobis erit. Decet igitur tuam magnanimitatē, cōtentionis ſtudiū alijs cedere, imò potius etiā illorum animis eximere, ſi id fieri poſſit: teipſum autē per malorū tolerantiam, moleſtias omnes ſuperare. Nam uindicare quidem, cuiuſuis irati eſt: uerùm ira etiam ſuperiorem eſſe, hoc tuum ſolius eſt, & ſi quis tibi uirtute conſimilis exiſtit. Illud porrò non dicam, quòd ille qui nobis indignatur, in eos qui nihil iniuriæ fecerunt iram immittit. Itaq; ſiue præſentia tua, ſiue literis, ſiue uocatione ad teipſum, ſiue quocunq; uolueris modo, animā noſtrā conſolari dignare. Noſtrum equidem uotum eſt, ut pietas tua in eccleſia appareat, & nos ſimul ac populū ipſo conſpectu ac ſermonibus gratiæ tuæ curet ac placet. Siquidem igitur hoc fieri poterit, hoc optimum exiſtit. Si uerò aliud quid uiſum fuerit, etiam illud ſuſcipiemus: ſolum de eo admonitus ſis, ut quod prudentiæ tuæ uiſum fuerit, id firmiter nobis notum facias.

Baſilius Magnus Magno Athanaſio. Epiſt. XLVII.

INcidi in pietatis tuæ literas, per quas contra Libyæ ducem infamem illum uirum ingemuiſti, & indoluimus quidem ob patriam tuam, quòd talium malorum mater eſt & nutrix: indoluimus autem & ob uicinam noſtræ patriæ Libyam, quæ ueſtrorum malorū particeps fit, & ferinis uiri morib. tradita eſt, qui in crudelitate ſimul ac proteruitate degit. Hoc igitur erat illud Eccleſiaſtæ ſapiens dictum, Væ tibi ciuitas cuius rex iunior eſt, & principes non à nocte comedunt, ſed in media die laſciuiunt, brutis & pecoribus magis abſurdè in alienas nuptias effurentes. Illum equidem flagra à iuſto iudice expectant, pari menſura rependenda, quæ ipſe prior ſanctis ipſius incuſſit. Cognitus aūt factus eſt etiā eccleſiæ noſtræ, ex pietatis tuæ literis, & abominandum ipſum omnes putant, non ignē, nō aquā, nō tectū cū ipſo cōmune habērēs. Si tamen aliqua utilitas eſt his qui adeò ſubiugati tenenť, cōmunis & paribus ſuffragijs decretæ cōdēnationis. Sufficiēs aūt ipſi ſtatuta ſunt literæ ipſæ quę ubiq; legunť. Non em̄ ceſſabimus ipſas omnib. & familiarib. & amicis itēq; peregrinis oſtendere. Omnino aūt etiā nō attigerint ipſum pœnæ eueſtigiò uelut Pharaonē: at in poſterū aliquando grauē ipſi ac doloroſam retributionē feret.

Cap.10.

Matt.7.

Exod.14.

Matt.18.

Baſilius Magnus Magno Athanaſio. Epiſt. XLVIII.

NEminē arbitror adeò præſentē eccleſiarū ſtatū triſticia afficere, quantū præſtantiā tuam, dum comparas quidem præſentia priſcis, reputasq; in quantum hæc ab illis immutata ſunt. & quòd ſi iuxta eundē motum res in peius defluxerint, nihil fuerit quòd prohibeat, quo minus intra modicum tempus eccleſiæ penitùs ad aliam formam tranſmutentur. Hæc ſanè ſæpenumero mecum ipſe cogitaui, quòd ſi nobis adeò miſerabilis eccleſiarum peruerſio apparet, qualem nam uериſimile eſt animam habere propter hæc, eum qui ueteris boni ſtatus & concordiæ eccleſiarū Dei circa fidem experimentum fecit. At quemadmodum multa triſticia præſtantiæ tuæ incumbit: ita arbitror conuenire, ut etiam maior pars curę pro eccleſijs ad tuam prudentiam pertineat. Iam olim noui & ipſe, iuxta eam quæ in nobis mediocriter eſt rerum intelligentiam, unicam auxilij uiam

me cognouiſſe eccleſijs noſtris, Occidentalium nimirum epiſcoporum conſpiratione. Si enim uellent eum feruorem & zelum, quem ſuper uno aut altero in Occidente, in mala opinione de religione deprehenſo ſuſceperunt, etiam ſuper noſtrarum partium parœcijs ac cohabitationibus oſtendere, fortaſſis aliqua rebus cõmunibus utilitas inde oboriatur, quum & hi qui dominantur, multitudinis circa fidem dignitatem reuererētur, & qui ubilibet ſunt populi, ipſos citra contradictionem ſequerentur. Quis igitur ad hæc perficienda potentior eſt prudentia tua? quis acutior ad ea quæ opus eſt intelligenda? quis ad ea quæ utilia ſunt agenda efficacior? Quis ad cognitionem fratrum magis condolens? quis reuerenda canicie tua toti Occidenti uenerabilior? Relinq; aliquod memoriale poſteris dignum uita tua, præſtantiſſime pater: innumera illa pro pietate certamina, uno hoc facto cõfirma: demitte aliquos ex ſancta eccleſia tua uiros in ſana doctrina præſtantes, ad Occidentis epiſcopos, ut incũbentes nobis calamitates ipſis exponãt.
1.Reg.5. Suggere modum conuenientem. Fias Samuel eccleſijs. unà cum bello infeſtatis populis, malis affligere, proferto orationes pacificas, pete gratiam à Domino, ut pacis memoriale aliquod eccleſijs immittat. Noui debiles eſſe epiſtolas ad tantũ negociũ conficiendum. Sed neq; tu exhortatione aliorũ indiges, non magis ſanè quàm generoſiſſimi pugiles puerorũ acclamatione: neq; nos ignorantē docemus, ſed iam feſtinanti alacritatē augemus. Ad reliquas equidem Oriētis res cõponendas, fortaſſis ampliore auxilio tibi opus eſt, & neceſſe eſt expectare Occidentales. Antiochenſis uerò eccleſiæ ordinatio palàm ex pietate tua depēdet, ut alios gubernes, alios quietos reddas, eccleſiæ uerò robur per concordiã reddas. Nam quòd debes ſapientiſſimorũ medicorũ more, à principaliſſimis partibus curationē ordiri, quouis melius ipſe noſti. Quid autem contingere poſſit orbis terrarũ eccleſijs magis principale quàm eſt Antiochia? quam ſi contigerit ad concordiam redire, nihil impedierit uelut caput ſanum uniuerſo corpori ſuppeditare ſanitatem. Reuera autē tua ſapientia & Euangelica condolentia, illius urbis infirmitates opus habent, quæ non ſolùm ab hæreticis diſſecta eſt, ſed etiam ab his qui eadem inter ſe ſapere dicuntur, conuellitur. Hæc uerò unire, & in unius corporis harmoniam conciliare, illius eſt qui ſiccis oſſibus, ad neruos & carnes reditum, inenarrabili potentia ſua largitur. Dominus autem omnino magna per eos qui ipſo digni ſunt operatur. Rurſus igitur et à hic tantarum rerum adminiſtrationem, tuam magnificentiam decere ſperamus, ut proſternas quidem populi tumultum, ſedes autem particulares pręſidentias, & ſubiuges omnes inter ſe in dilectione, ac priſcum robur eccleſiæ reddas.

Baſilius Magnus Magno Athanaſio. Epiſtola XLIX.

QVanto magis eccleſiarum morbi incrementum capiunt, tanto amplius omnes ad præſtantiam tuam conuertimur, unicum nobis ipſis malorum ſolatium reliquum eſſe, tuam præſidentiam confiſi: qui & orationũ potentia, & ſcientia ſuggerendi in negocijs quæ optima ſunt, conſeruare nos poſſe ex horrenda hac tempeſtate, ab omnibus æqualiter qui uel modicè aut auditu, aut experientia, præſtantiam tuam nouerunt, crederis. Quapropter ne cuncteris & orare pro animis noſtris, & excitare literis, quarũ ſi ſcieris quanta eſt utilitas, nunquã oblatam tibi literarum occaſionem ad nos tranſgredieris. Si uerò precum tuarũ auxilio digni facti fuerimus te uidere, & bonis quæ in te ſunt frui, & ad uitæ noſtræ hiſtoriam apponere congreſſum magnæ ac reuera Apoſtolicæ animæ tuæ, omnino iam nobiſcum rationem iniuimus, pro omnibus malis quibus in uita noſtra preſſi fuimus, æqualem ex Dei benignitate conſolationem nobis contigiſſe.

Baſilius Magnus Magno Athanaſio. Epiſtola L.

MIhi quidem ſufficiens uiſum fuit, in prioribus literis ad pręſtantiam tuam tantum indicaſſe, quod partem illam circa fidem ſanam populi Antiochenſis eccleſiæ, ad unam concordiam ac unionem congregare oportet: ad hoc ut oſtenderem, quòd pientiſſimum epiſcopum Meletium oporteat ea quæ in plures partes nunc diuiſa ſunt coniungere. Quandoquidem uerò hic ipſe dilectus comminiſter noſter Dorotheus euidentiorē de his mentionē exegit, neceſſariò ſubſcribimus ac approbamus, quòd & uniuerſo Oriēti in uotis eſt, & à nobis ipſi omnino cõiunctis expetitur, ut ipſum uideamus eccleſiam Domini adminiſtrantem, fide irreprehenſibilem exiſtentem, & uita nullam ad alios comparationē admittentem, & ut totius (ut ita dicam) corporis eccleſię ipſe pręſes ſit, reli-

ſit,reliqui uerò uelut partium ſegmēta. Quare undiquaq; neceſſarium ſimul & utile eſt, ut huic uiro alij coniungantur,uelut magnis fluminibus minora. Circa alios uerò ut fiat quædam gubernatio etiam illos decens, & populum pacificans, & prudentiæ tuæ, & celebri ſedulitati ac ſtudio conueniens.Omnino autem non latet inſuperabilem prudē-tiam tuam,quòd iam etiam unanimis noſtris qui in occidente ſunt,eadem complacue-runt,uelut oſtendunt literæ per beatum Syluanum nobis allatæ.

Baſilius Magnus Magno Athanaſio. Epiſtola LI.

QVum quidē ad negocia reſpexerimus,& difficultates conſiderauerimus,à quibus omnis boni actio,uelut ligamento quodam impedita,detinetur:ad deſperationē de nobis penitùs peruenimus.Quum uerò rurſus ad tuam reuerentiam reſpexerimus,ac reputauerimus,quòd Dominus noſter te medicū morborū in Eccleſiis ordinauit,reuo-camus ac recipimus animum noſtrum,& ex deſperationis caſu,ad ſpem meliorum erigi mur. Diſſoluta eſt uniuerſa Eccleſia,uelut neq; prudentia tua ignorat, & uides penitùs rerum ſtatum ubilibet à mētis ſpeculatione,uelut alta quadā ſpecula:quomodo uelut in pelago multis ſimul connauigantibus, præ uiolentia & undis omnes ſimul inter ſe alli-duntur,& fit naufragium,partim ab externa cauſa uiolenter mare exagitante, partim ex innatantium turbatione inter ſe mutuò reſiſtentium ac impellentium.Sufficit in ſimilitu dine finere ſermonem, quum neq; ſapientia tua amplius requirat,neq; ſtatus permittat nobis dicendi libertatem. Et ad hæc quis ſufficiens eſt gubernator,quis fide dignus ad exuſcitandum Dominum,ut increpet uentos ac mare?quis alius quàm is qui à puero in *Mat.8.* certaminibus pro pietate decertauit?Quandoquidem igitur nunc ingenuè promptum eſt,omne quod apud nos citra fidem ſanum eſt,ad ſocietatem ac unionē cum his qui de fide idem ſentiunt,confidentes ad exhortationem tolerantiæ tuæ deuenimus,quo omni bus nobis unam Epiſtolam cōmonefactionem de his quæ facienda ſunt habentem mit tas.Sic enim à te initium cōtingere uolunt ipſis communiū colloquiorū. Quia uerò for-taſſis ſuſpecti uidebuntur tibi ob memoriam pręteritorum , illud fac pientiſſime pater, ad me Epiſtolas ad Epiſcopos ſcriptas tranſmitte, aut per aliquē iſthic fidelem,aut etiā per fratrē noſtrū Dorotheū in miniſterio nobis conſortē, quas acceptas nō prius exhi-bebo quàm acceptis ab ipſis reſponſionib. quod ſi nō fecero,peccauero in te omnib.diebus uitæ meę.Fuit aūt hoc omnino neq; maiori timore dignum apud eum qui hoc ab initio ad patrē dixit,quàm apud me nūc eſt qui id ad te ſpiritualē patrem dico.Si uerò hoc omnib. modis renunciatū eſt apud te, at nos ſanè à culpa ob miniſterium liberos dimitte,qui ci tra dolum & imparati,ob pacis deſiderium,& coniunctionē noſtram mutuam qui idem ſentimus,in his quæ Domini ſunt,ad hanc legationem ac interceſſionem deuenimus.

Baſilius Magnus Magno Athanaſio. Epiſtola LII.

QVam iam olim de pręſtantia tua opinionem habuimus,eam temporis progreſſus ſemper confirmat:imò potius adauget particularib.eorum quę fiunt acceſſionib. Nam plerisq; alijs hoc ſatis eſt,ut unuſquiſq; id quod ad ſe pertinet conſideret, ac curet. Tibi uerò hoc ſatis non eſt,uerū ſollicitudo tua pro omnib.Eccleſiis tāta eſt,quanta pro ea quæ priuatim à cōmuni noſtro Dn̄o concredita eſt tibi,incumbit:qui ſanè nullū tem pus intermittis alloquendo,admonendo,ſcribendo, mittendo ſemper aliquos qui opti ma ſuggerant.Et nunc quoq; ex ſacro numero electorum ſub te ad miniſteriū,ueneran-diſſimum fratrē Petrum emiſſum,cum magno gaudio ſuſcepimus , & bonū ipſius pere-grinationis laborē amplexi ſumus,quē cōmonſtrat iuxta pręſtātiæ tuæ præcepta,relu-ctantia adducēs,& diuulſa cōiungens. Vnde & nos cōferre aliquid eius ſtudio uolētes, aptiſſimū initiū rebus nos daturos eſſe putauimus,ſi uelut ad uniuerſorū apicē, ad præ-ſtantiā tuā recurreremus,& te conſultore ac duce actionum uteremur. Vnde etiā fratrē Dorotheum,miniſtrū Eccleſiæ ſub reuerendiſſimo epiſcopo Meletio, bono uſum circa fidei rectitudinem feruore ac cœlo,cupientēq; etiā ipſum pacē Eccleſiarum uidere:ad pietatem tuā remiſimus,ut tua conſilia ſequentes(quæ & tempore,& rerū experientia, & quod prę alijs conſultationē ex ſpiritu habes,ſecuriora facere potes) ſic ea quorū ſtu dio tenemur aggrediamur. Quem & ſuſpicies nimirum , & aſpicies pacificis oculis , i-pſumq; orationū auxilio firmatum,ac literis ad uiam inſtructū:imò magis adiunctis ipſi aliquib.iſthic uiris præſtantibus,ad propoſita deduces. Viſum autē eſt nobis , ut literas

ad epiſcopum Rom. mittamus, quo res hic conſideret, ac conſilium det: ut qui à communi & conciliari ſynodi doctrina, aliquos illinc mitti difficile eſt, ipſe autoritatem rei concilii et, electis uiris ſufficientib. ad profectionis labores ferendos, ſufficientibus item manſuetudine ac morum integritate ad peruerſos apud nos cõmonefaciendos: qui aptè & cum gubernandi peritia doctrina uerbi utantur, omniaq; habeãt ſecum quæ in Arimino facta ſunt, ad diſſoluenda ea quæ illic neceſſariò fiebãt: atq; hoc nemine ſciente, ita ut citra ſtrepitum per mare hic adſint, quo ſenſum ac animaduerſionem inimicorum pacis præuertamus. Requirit porrò etiã illud à quibuſdam ex his qui hic ſunt neceſſariò, uelut etiã nobis ipſis uidetur, ut uidelicet ipſi Marcelli ſectam uelut malignam & noxiam, & à ſana fide alienam exterminent, quandoquidem uſq; ad hoc tempus in omnibus quas ſcribunt literis, Arium quidem infamem ſurſum ac deorſum deteſtantur, ac anathemate ferientes ab Eccleſiis ipſum exterminare non ceſſant. Marcello uerò qui ex diametro impietatem cum illo oſtendit, & in ipſam ſubſtantiã Deitatis unigeniti impius fuit, & uerbi appellationem malè accepit, nullam reprehenſionem inferre uidentur. Qui uerbum quidem dictum eſſe unigenitum concedit, iuxta uſum & in tempore progreſſum, rurſus aũt in eum unde egreſſum eſt, euerſum, neq; ante exitum eſſe, neq; poſt reditum ſubſiſtere. Atq; huius rei demonſtratio, ſunt liberi iniuſtę illius opinionis apud nos repoſiti. Attamen hũc nequaq; reprobare uiſi ſunt, & ob id culpã incurrunt, uelut qui per ignorantiam ueritatis ab initio, etiam in Eccleſiaſticam ſocietatem ipſum ſuſceperunt. Illius igitur & decenter meminiſſe, res pręſentes poſtulant, ut ne habeant occaſionem hi qui uolunt occaſionẽ, ex eo quòd ſani ad tuam ſanctitatem ſe adiungunt: & eos qui ad uerã fidem claudicant omnib. manifeſtos facere, ut decæterò nos cognoſcamus conſentientes nobiſcum, & non uelut in nocturna pugna, nullum amicorum ac hoſtium diſcrimen habeamus. De hoc ſolum admonemus ut ſtatim ad primam nauigationem prędictus diaconus ac miniſter emittatur, ut per conſequentem ſaltem annum fieri poſſint ea, quorum ipſe uidelicet ſtudio teneris. quo ubi pręſentes affuerint (ſi Deus uoluerit) non immittant Eccleſiis diſſenſiones, ſed eos qui eadem ſentiunt omnib. modis ad unionẽ compellant, etiãſi quoſdã ꝓprias inter ſe diſſenſionũ occaſiones habere cõpererint: ut ne rectè de fide ſentiẽs populus in multas partes ſcindaẽ, unà cũ pręfectis diſcendes. Omnia enĩ ſeriò agere oportet, ut paci omnia poſthabẽda ducamus, & pręomnib. Eccleſię Antiochenſis curã habere oportet, ut nõ debiles ſint in ipſa qui rectã partẽ quę circa perſonas ſindit, ſequunẽ. Imò potius horũ omniũ etiã ipſe in poſterũ curam geres, poſtquam quod optamus cooperãte tibi Deo, oẽs acceperis ea quæ ad Eccleſiarũ ſtatũ pertinent tibi cõmittentes.

Baſilius Magnus Athanaſio epiſcopo Ancyræ. Epiſt. LIII.

DEnunciauerũt mihi quidã qui ex Ancyra ad nos uenerũt: multi aũt ſunt hi, & quos neq; numerare facile ſit, cõcorditer uerò omnes loquẽtes, te charũ caput (quomodo enim ſatis gratioſe dixerim) non ꝙ ſuauiſſimè noſtri mentionem feciſſe, neq; pro tuo more. Me uerò nihil rerũ humanarũ, probè noſti, perturbat, neq; inexpectata eſt mihi ullius alicuius rei mutatio, qui iam olim naturæ debilitatẽ, & ex facili ad cõtraria cõuerſionem didici. Quare neq; ſi quid noſtrarũ rerum tranſmutatũ eſt, & ex priore honore, cõuicia ac cõtumeliæ circa nos nũc fiunt, hoc ipſum magnifacio. Verũ illud mihi reuera admirabile ac immane uiſum eſt, te eſſe qui ſic erga nos te habeas, ut iraſcaris nobis ac indigneris. Iã uerò etiam quid mineris, uelut hi qui audiuerunt narrant. Minas quidẽ igiẽ etiã ualde, ut quod uerum eſt dicam, deriſi. Profectò enim ualde puer eſſem, ſi eiuſmodi terriculamenta formidarẽ. Illud uerò mihi etiam horrendũ, & multa cura dignum uiſum eſt, quòd ſinceritas tua, quam inter paucos fulcrũ rectitudinis, & ueteris ac ueræ dilectionis ſemẽ, ad conſolationẽ Eccleſiis ſeruari credidimus: in tantũ pręſentis ſtatus particeps eſt, ut blaſphemias à uulgaribus, potiores ducat noſtra longa experiẽtia, & ad abſurdarum rerum ſuſpicionẽ, citra probationes deducatur. Quanquã quid dico ſuſpicionẽ? Qui enim indignatus eſt ac minatus, uelut dicunt, non ſuſpicantis, ſed palàm iam & citra contradictionem perſuaſi, irã quodammodo oſtendiſſe uidetur. Verùm uelut dixi, in hunc temporis ſtatum cauſam reiicimus. Nam quanti laboris erat, ô admirande, in breui Epiſtola, de quibus uolebas, uelut ſolum ſoli uerba facere. Aut ſi res ipſas literis non credebas, nos ad te accerſere. Si uerò omnino etiã hoc non oportebat, & iræ incontinenti

tinentia dilationi tempus nō dabat, at uno ſaltē ex familiarib. & talia continere ſolitis ſermonum ad nos perferendorū miniſtro uti licebat. Nūc uerò ad cuius aures non diuulgatum eſt, ex his qui iuxta quamcunq; tandem neceſſitatē ad uos proficiſcunt. Quod nos noxas ac Atas quaſdam ſcribimus, aut cōponimus, hoc eñ uerbo te uſum eſſe aiunt, qui uerba tua recenſent. Me uerò ad multa mentē ac cogitationem meā conuertentē, nihil à conſilij ac mentis inopia liberat. Quare tale quid mihi in mentē uenit, Num quis hæreticus malignè ſuis ſcriptis meū nomē adſcribens, rectitudinem tuā triſticia affecit, & ad illā uocem emittendā perduxit. Nō eñ de his quæ ſcripta ſunt à nobis, cōtra eos qui inæqualem ſecundum eſſentiam dicere auſi ſunt, filium & Deum Deo & patri: aut contra eos qui creaturā & opificium eſſe ſpiritum ſanctum blaſphema lingua prodiderunt: hoc utiq; conuicium ꝓferr eſuſtinuiſſes, qui magna illa & celebria certamina pro recta fide pertuliſti. Solues porrò tu nobis hanc mentis ac conſilij inopiam, ſi uolueris ea quæ te ad hoc ut nobis moleſtus eſſes, commouerunt, manifeſtè declarare.

Baſilius Magnus Athanaſio patri Athanaſij Ancyræ epiſcopi. Epiſt. LIIII.

QVòd quidem humanā uitā calumnijs ſuperiorem eſſe, difficillimū eſt, ut ne dicam impoſſibile, & ipſe perſuaſus ſum, & integritatem tuā minimè ambigere arbitror. Verum nullā exhibere ex ſeipſis anſam, neq; his qui diligēter res noſtras obſeruāt, neq; his qui per calumniā noſtris lapſib. inſidiantur, hoc & poſſibile eſt, & proprium prudentium, & eorum qui iuxta pietatis ſcopum uitā ſuam tranſigunt. Nos autem ne adeò faciles putes, neq; ita leuiter adduci poſſe, ut citra examinationem à quibuſq; detractiones admittamus. Memores eñ ſumus ſpiritualis præcepti, non oportere uanā auditionem admittere adhortantis. Veruntamen quoniā uos ipſi qui circa dicendi artem ſtudioſi eſtis, ea quæ apparent obſcurorum ſigna eſſe dicitis, hoc ipſum ꝓbamus, & ne feras grauiter, ſi quid in doctrinæ ſpecie à nobis dicet. Imbecillia enim mūdi, & annihilata elegit Deus, & per hos ſæpe diſpoſuit ſalutem eorum qui ſeruātur. Quod uerò dico ac præcipio hoc eſt, ut omnem ſermonem & omnem actionem decentem circumſpectè perficias, & iuxta Apoſtolicū præceptum, nullā in ulla aliqua re offenſionem des. Hoc enim decorum eſſe duco uiro, qui multum in eloquentiæ ſtudijs inſudauit, & gentium ac urbium magiſtratus direxit, & ad magnam progenitorum uirtutem æmulationem habet, quòd uita ipſorum propoſita eſt uirtutis exemplum. At uerò affectionem erga liberos, non ſermone nunc oſtendere debes, qui ſanè iam olim oſtendiſti, ex quo pater factus es nō ſolùm naturali amore uſus, quem etiā bruta ſoboli ſuæ exhibent, uelut & ipſe dixiſti, & experimentum demonſtrat: ſed etiam augere dilectionem, ex propoſito uidelicet ac uoluntate, in his quæ talia eſſe uides, ut digna ſint paternis ad Deum precibus. Quare non opus eſt nos de his perſuaderi. Sufficiens eſt enim ex ipſis quæ fiunt teſtimonium. Illud tamen non intempeſtiuū fuerit ueritatis gratia apponere, quòd nō eſt frater Timotheus ille Chorepiſcopus qui ad nos diuulgata illa detulit. Neq; enim in congreſſu, neq; per literas, paruum quid aut magnum cum calumnia coniunctum, unquā de te locutus eſſe uiſus eſt. Quare audiuiſſe quidem non negamus, non tamen Timotheum eſſe qui calumnias tibi conſtruxit. Cum aūt omnino audiuerimus, ſi non quid aliud, ſaltem illud Alexandri nos dicemus, alteram aurem integram calumniam perpeſſo conſeruamus.

1. Cor. 1.

2. Cor. 6.

Baſilius Magnus Ambroſio epiſcopo Mediolanenſi. Epiſt. LV.

MAgna ſemper & multa Dñi noſtri dona, & neq; magnitudo ipſorū mēſurari, neq; multitudo numerari poteſt. Vnum aūt maximum donum eſt, ſi quis non ſtupidis ſenſib. gratias ſuſcipiat, etiā pręſens hoc. Quod nos locorum ſitu lōgiſſimè diſtantes mutuò inter nos coniungi dedit, per literarum colloquium, & cognitionis modum duplicem nobis largitus eſt: unū quidem per congreſſum, alterū uerò per literarū colloquiū. Quandoquidem igit cognouimus te per ea quæ locutus es, & cognouimus non corporali figura memoriæ noſtrę impreſſa, ſed interni hominis pulchritudinem, ex eloquentiæ uarietate edocti (nam unuſquiſq; noſtrū ex ſuperabundantia cordis loquitur) glorificauimus Deū noſtrum, qui per ſingulas nationes elegit eos qui ipſi complacent. Qui prius quidem ex ouium gregibus ſuſcitauit principem populo ſuo, & Amos ex caprili per ſpiritum potentem reddens, ad Prophetam exaltauit: nunc uerò uirum ex regnante urbe, cui totius gentis principatus cōcreditus fuit, altū prudentia, generis ſplendore, ui-

tæ claritudine,eloquentię uiribus,factis uitæ illuſtrem,ad ouilium Chriſti curam traxit,
qui abiectis omnib. uitæ bonis ac poſſeſſionibus,ipſa detrimentum eſſe ratus, ut Chri-
ſtum lucrifaceret,gubernaculorum magnæ ac celebris nauis pręfectus factus eſt,Eccle-
ſię Dei in fide in Chriſtum.Age igitur,ô Dei homo, quandoquidem non ab hominibus
accepiſti,aut doctus es Euangelium Chriſti,ſed ipſe te Dominus, à iudicibus terræ,ad
primam Apoſtolorum ſedem tranſtulit,decerta honeſtum certamen,corrige populi in-
firmitates,ſi fortè aliquem Arianæ inſaniæ morbus attigit.Renoua uetera patrum ueſti-
gia,& quod ieciſti fundamentum dilectionis erga nos, ſuperædificare ſtude,per allo-
quendi nos frequentiam ac aſſiduitatem. Sic enim poterimus ſpiritu inter nos uicini
eſſe,etiam ſi habitatione terrena plurimùm ſeiuncti ſimus.

Baſilius Magnus Meletio epiſcopo. Epiſtola LVI.

SI aliquo modo manifeſta fieret pietati tuæ lętitiæ magnitudo, quam nobis inducis
quoties ad nos ſcribis,ſcio quòd nunquam allapſam ac oblatam literarum occaſio-
nem prætermitteres:ſed excogitares etiam quomodo ſemper multas ad nos Epiſtolas
Matt.20. facere poſſis,quum ſcias mercedem in requie tribulatorum à benigno Deo repoſitam
eſſe.Omnia enim in hac uita dolore repleta ſunt,& ſola eſt nobis malorum auerſio,cogi-
tatio de ſanctitate tua,quam euidentiorem nobis inducit colloquium tuum ac conuer-
ſatio per literas omni ſapientia ac gratia refertas. Quare quum Epiſtolam tuam in ma-
nus acceperimus,primùm quidem menſuram ipſius inſpicimus,& tantum ipſam diligi-
mus,quanto ſanè copia magis abundauerit.Deinde perlegentes,ſermone quidem ſem-
per nobis occurrente gaudemus, ad finem uerò Epiſtolæ accedentes indignamur. Ita
Matt.15. quicquid modò dixeris in literis,bonum ineſt. A' bono enim corde bonum eſt quod re
dundat.Si uerò per preces tuas ad Deum digni facti fuerimus,donec in terra ſumus,eti
am tuo ad oculos cõgreſſu,& ab ipſa uiua uoce utilia dogmata accipere,aut uiatica tum
ad pręſentem tum ad futuram uitam, hoc ſanè maximum bonorum iudicauerimus,&
procemium beneuolentiæ à Deo nobiſipſis ſtatuimus,& ſanè iam ex huius motus ac in-
ſtituti alacritate hærebamus,uelut ingenuiſſimi,& per omnia chariſſimi fratres nos inci
tarant,quorum ut ne in literis publicem propoſitum ac uoluntatem,expoſui fratri The-
ophraſto ut ſingula præſtantiæ tuę denunciet,

Baſilius Magnus Meletio epiſcopo. Epiſtola LVII.

HActenus quidem uoluimus retinere apud nos pientiſſimum fratrem Dorotheum
in miniſterio conſortem,ut ad finem peractorum eo ablegato, ſingula quæ facta
ſunt per ipſum pręſtantię tuæ nota faceremus. Quandoquidem uerò de die in diem di-
latione facta,ad multum tempus prolati ſumus,& ſimul propoſitarum rerum gratia,de-
miſimus prenominatum uirum ut ueſtram ſanctitatem alloquatur,& per ſeipſum ſingu
la referat,& monitus ac tractationes noſtras indicet,ut ſi cõmodè ſe habere uiſa fuerint
ea quæ à nobis ſunt excogitata, per ſtudium ac ſedulitatem præſtantię ueſtræ ad opus
perueniant.Quo uerò compendio dicam, ſententia obtinuit, ut Romam proficiſcatur
idem hic frater noſter Dorotheus,ut excitet aliquos ab Italia ad noſtri uiſitationem,qui
mari utantur, quo lateant impedientes. Nam eos qui potentes ſunt apud obtinentes
nunc principes,uidi nihil uolentes,neq; potentes commonefacere ipſos de eiectis,ſed
ut ne quid deterius fieri in Eccleſiis uideant,pro lucro ducentes.Si igitur etiam tuę pru-
dentiæ utile eſſe conſilium uiſum fuerit,dignaberis & Epiſtolas formare,& monitus fa-
ciendorum indicare,de quibus ipſum uerba facere oportet,& ad quos,& quando.Quo
uerò fide dignę fiant literę,coaſſumes etiam ſic nobiſcum concordes,etiamſi non affue-
rint.Cæterùm res hic incertæ ſunt,& in obſcuro,quum Euippius aduenerit quidem,ni-
hil uerò hactenus manifeſtauerit. Minantur autem & concurſum quendam eorum qui
idem cum ipſis ſentiunt,& ex Armeniæ Tetrapoli & Cilicia.

Baſilius Magnus Meletio epiſcopo. Epiſtola LVIII.

LIteras accepi à pientiſſimo epiſcopo Euſebio,imperantes rurſus ſcribi occidentali-
bus,de quibuſdam Eccleſiaſticis:& uoluit à nobis efformari Epiſtolã, ſubſcribi ue-
rò ab omnibus noſtræ ſocietatis.Quandoquidem igitur non inueni quomodo ſcribam
de his quæ pręcepit,demiſi cõmonefactionem ad pietatem tuam, ut & ipſam adeptus,
& his quæ à chariſſ.in presbyterio cõſorte Sanctiſſimo referent attendens, ipſe digneris
prout

prout in mētem uenerit, ac de his uidebitur formare. Nos certè prompti ſumus & ad aſſentiēdum tibijpſi, & procurandum ut celerrimè perferantur ad ſocietatem, ut is qui ad Occidētales epiſcopos profecturus eſt, omnium ſubſcriptiones habeat. Quòd igitur uiſum fuerit ſanctitati tuæ, id celeriter nobis cognitum reddi iube, ut ne quæ tibi uiſa fuerint ignoremus. Cæterùm de proficiſcentibus, aut etiam iam præparatis contra nos in Antiochia, aperiet idem frater præſtantiæ tuæ, ſi non prægreſſa rerum fama, ea quæ facta ſunt manifeſta faciet. Nam prope eſt ſpes euentus eorum quæ minati ſunt. Noſſe autem uolo pietatem tuam, quòd frater Anthimus Fauſtum qui uerſatus eſt apud Papam, epiſcopum elegit, ne ſuffragijs quidem ſuſceptis, & electione contra uenerandiſſimum fratrem Cyrum facta, ut Armeniam ſeditione compleuerit. Vide igitur ne contra nos mentiantur, neq; ipſi confuſionis rerum conuicium toleremus. Hæc præſtantiæ tuæ nota reddidi: manifeſtum uerò eſt, quod etiam ipſe reliquis nota facere dignaberis. Arbitror enim multos triſticia affecturam eſſe hanc confuſionem.

Baſilius Magnus Meletio epiſcopo. Epiſtola LIX.

NOueram quòd conſternaturum erat ob nouitatem pręſtantię tuæ aures, quòd nūc exortum ac nos adortum eſt crimen, ex eo quòd omnia leui Apollinario dixi. Nā neq; ipſe ante hoc tempus habere me noui. Verùm nunc Sebaſteni alicunde ipſum perſcrutati in medium protulerunt, & circumferunt librum, ex quo maximè etiam nos condemnant, uelut eadem ſentientes, qui uoces tales habet. Quare ubiq; coniunctè, magis uerò unitè cum diuerſitate, neceſſariū eſt intelligere, primam identitatem & ſecundam & tertiam, eandem dicendo. Quod enim primario eſt pater, hoc ſecundario eſt filius, & tertio ſpiritus ſanctus. Rurſus autem, quod primario eſt ſpiritus, id ſecūdario eſſe filium, in quantū ſanè ſpiritus eſt Deus. Et uelut uehementius ſignificat arcanū, patrem paternè filium eſſe, filium uerò filialiter patrē. Et ſimiliter de ſpiritu, in quantū ſane unus Deus eſt trinitas ipſa. Hæc ſunt illa diuulgata, quæ nunquam credere poſſum proferentiū figmenta eſſe, etiā ſi ex calumnia cōtra nos, nihil arbitrer ipſos nō audere. Scribentes enim ſuas ipſorum ſentētias, & apponentes contra nos calumniā, induxerunt: alia quidem uerba hæreticorum nominantes, parentē uerò libri occultantes, ut apud uulgus nos putemur eſſe autores. Veruntamen nō uſq; ad uerborum compoſitionē proceſſit ipſorum induſtria, uelut meipſum perſuadeo. Vnde & propulſandæ inualeſcentis cōtra nos blaſphemię gratia: & ut oſtendā omnibus, quòd nihil nobis cōmune eſt cum his qui illud dicūt, coacti fuimus meminiſſe uiri, uelut ad Sabellij impietatem accedētis. Atq; hæc quidem hactenus. Cæterū ex caſtris uenit quidam nuncius, in primo motu principis, quo cōmouerunt ipſum qui calumnias nobis diffundunt, latam eſſe unam quandā atq; alteram ſententiam, ut ne traderemur nos accuſatoribus, neq; traderemur nos illius uolūtati, quod ipſum erat ab initio decretum: ſed factam eſſe quandam hactenus dilationem. Si igitur aut hæc permanſerint, aut aliquid humanius factum fuerit, ſignificabimus tuæ pietati: ſi uerò priora præualuerint, neq; hoc te clam erit. At uerò frater Sanctesimus omnino eſt apud uos iamdiu, & quæ exigit manifeſta facta ſunt pręſtantię tuæ. Si igitur epiſtola ad Occidentales neceſſariū quid habere uidetur, pro dignitate ipſam efformatā ad nos mitte, ut faciam ipſam ſubſcribi à concordi ſocietate, & paratā habeat ſubſcriptionē in charta expreſſam, quam cōnectere poſſim cū ea quæ à fratre Dorotheo in presbyterio conſorti circumfertur. Ego quidem cum nō inuenirem in cōmonefactione ſententiā quam complecti debet, nō habebam quod Occidētalibus ſcriberē. Neceſſaria enim iam præſumpta ſunt, & nos anteuerterūt. Superflua autē ſcribere, penitùs uanum eſt. De ijſdem uerò ſcribere, num etiā ridiculū fuerit? Illud uerò uiſum eſt mihi, uelut inexercitatū eſſe, argumentum & locum epiſtolæ dare, ut adhortemur ipſos ne ſocietates citra iudiciū ſuſcipiant eorum qui ex Oriente perueniunt, ſed ſemel una parte electa, reliquos ex teſtimonio ſocietatis aſſumant, & non omni fidem ſcribenti, ob rectæ fidei ſententiæ prętextum aſſentiantur. Sic enim reperientur cum pugnātibus inter ſe ſocietatem habere: qui uerba quidē ſæpè eadem prętendūt, pugnant aūt inter ſe quantū qui longiſſimè diſtant. Quò igitur non diutius hæreſis decipiat, dum hi qui inter ſe diſſident, literas ab ipſis mutuò prętendunt: admonere ipſos oportebat, ut cum iudicio faciant, cum his qui ad ipſos perueniunt ſocietates, & eas quæ cum ſcriptis fiunt iuxta eccleſiæ ritum ac formam.

Baſilius

Baſilius Magnus Antiochenſium eccleſiæ. Epiſtola LX.

QVis dabit mihi alas uelut columbæ? & uolabo ad uos, & reficiã deſideriũ quod ha-
beo ob ueſtræ dilectionis cõgreſſum. Nunc uerò non ſolùm alarum indigus ſum,
ſed & ipſius corporis, iam olim quidem mihi præ longa infirmitate confecti, nunc uerò
ab aſſiduis tribulationibus penitùs contriti. Quis enim adeò adamantina anima prædi-
tus eſt? quis adeò penitùs incondolens ac immitis, ut audiens gemitum undiquaq; nos
impetentem, uelut à quodam choro triſti, cõmunem quandam lamentationem ac con-
ſonam accinentem, non animo doleat, & ad terram incuruetur, & immenſis his ærum-
nis penitùs colliqueſcat? At potens eſt ſanctus Deus dare aliquam difficultatũ ſolutio-
nem, & largiri quandam à longis laboribus reſpirationem. Quare etiam uos cupio ean-
dem adhortationem habere, & ob ſpem conſolationis præſentes tribulationum dolores
cum gaudio uos ſuſtinere. Siue enim peccatorum pendimus pœnas, ſufficientia ſunt fla-
gella ad exoluendam decæterò Dei in nos iram. Siue certamina pro pietate per has ten-
tationes confirmamus, iuſtus eſt certaminum præſes ac arbiter, ut ne ſinat nos tentari ſu-
pra quàm ſufferre poſſumus: ſed pro his quę perpeſſi ſumus, reddat nobis patientiæ &
ſpei in ipſum coronam. Ne igitur langueamus ad certamina pro pietate decertãda, neq;
per deſperationẽ ea quæ nobis elaborata ſunt perdamus. Neq; enim unica fortitudinis
actio, neq; breuis animę labor fortem declarat: ſed qui probat corda noſtra, per longam
& extentam experientiã uult nos iuſticiæ athletas coronatos declarari. Solum pertinax
ſeruetur conſtantia noſtra, firmamentum fidei noſtræ in Chriſtum inconcuſſum ſerue-
tur, & ueniet citò defenſor noſter: ueniet & non cunctabitur. Expecta tribulationem ſu-
per tribulationem, ſpem ſuper ſpem, adhuc parum, adhuc parum. Sic enim ſpiritus ſan-
ctus per futuri promiſſionem, alumnos ſuos conſolari nouit. Poſt tribulationes ſpes: ex
propinquo autem adſunt quæ ſperamus. Etiamſi enim totam quis humanã uitam dicat,
minimũ eſt ſpacium comparatione illius infiniti ſeculi in ſpe repoſiti. Fidem porrò nos
neq; ab alijs ſcriptam nobis recentiorem ſuſcipimus, neq; ipſi noſtræ mẽtis ſobolem tra-
dere audemus, ut ne humana arbitrentur eſſe pietatis uerba: ſed quæ à ſanctis patribus
edocti ſumus, ea interrogãtibus nos annunciamus. Eſt igitur ex patribus gubernatæ ec-
cleſiæ noſtræ fides hæc à ſanctis patribus ſcripta, qui apud Nicæam conuenerunt, quam
putamus etiam apud uos in ore eſſe: non recuſamus autem, ne ſegniciei crimen aufera-
mus, etiam ipſa uerba epiſtolæ inſcribere. Sunt autem hæc: Credimus in unũ Deum pa-
trem omnipotentem, & uiſibilium omnium & inuiſibilium creatorem. Et in unum Do-
minum noſtrum Ieſum Chriſtum, filiũ Dei, genitum ex patre unigenitũ, hoc eſt ex eſſen-
tia patris, lumen de lumine, Deum uerum ex Deo uero: genitum non factum, coeſſentia-
lem patri, per quem omnia facta ſunt, quę in cœlo ſunt & in terra: qui propter nos homi-
nes, & propter noſtram ſalutẽ deſcendit de cœlis: incarnatus eſt, homo factus eſt, paſſus
eſt, & reſurrexit tertia die: aſcendit ad cœlos, uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos. Et
in ſpiritũ ſanctum. Cæterùm dicentes, erat aliquando quando non erat, & priuſquam ge-
nitus eſſet, non erat: & quod ex non exiſtentibus factus eſt, aut ex altera ſubſtãtia aut eſ-
ſentia eſſe dicẽtes, aut mutabilem aut alterabilem filium Dei: hos reprobat ac deteſtatur ca-
tholica & Apoſtolica eccleſia. His credimus. Quãdoquidem uerò indefinitus eſt de ſpi-
ritu ſancto ſermo, quum nondum tunc contra ſpiritum pugnantes apparuiſſent: quod
oporteat reprobari eos qui dicunt creatæ ac ſeruilis naturæ eſſe ſpiritum ſanctum, conti-
cuerunt. Nihil enim ex toto diuinæ ac beatæ trinitatis creatum eſt.

Baſilius Magnus fratribus ac epiſcopis in Occidente. Epiſt. LXI.

BOnus ille Deus, qui ſemper tribulationibus conſolationes adiungit, dedit etiã nũc
nobis in multitudine dolorum, moderatam aliquam conſolationẽ reperire, ex lite-
ris quas à ueſtra rectitudine uenerandiſſimus pater noſter Athanaſius epiſcopus ſuſce-
ptas ad nos tranſmiſit, ſanę fidei teſtimonium, & irreprehenſibilis concordię ac conſpi-
rationis declarationem habentes, ut & paſtores declaremini ueſtigia patrum ſequentes,
& populum Domini cum ſcientia paſcentes. Hęc omnia in tantũ exhilararũt nos, ut tri-
ſticiam noſtrã diſſoluerint, & leuẽ quendam riſum animis noſtris induxerint à triſti hoc
rerũ ſtatu, in quo nũc conſiſtimus. Auxit aũt nobis conſolationẽ Dominus, etiã per pien-
tiſſimũ filium, ac in miniſterio conſortẽ Sabinũ: qui bonis apud uos diligenter expoſitis,
animas

animas noſtras nutriuit. Sed & idem noſtrarum rerum per experientiam gnarus, manifeſtè uobis denunciabit ipſas, quo præcipuè quidẽ per prolixas ac ſedulas preces ad Dominum nobiſcum decertetis: deinde quantum eius fieri poteſt, conſolationem afflictis eccleſijs afferre ne recuſetis. Elanguit enim hic reuerendiſſ. fratres, & deſperauit eccleſia, ad aſſiduos aduerſariorum incurſus, dum uelut nauigium in medio pelago aſſiduis undarũ plagis torquetur, niſi uelox aliqua cõtigerit bonitatis Domini uiſitatio. Quemadmodum igitur nos propriũ noſtrum bonum facimus, ueſtram inter uos mutuam conſpirationem ac unitatem: ſic oportet uos cum noſtris diuiſionibus cõſpirare, & nõ quia locorum ſitu ſeiuncti ſumus, nos à uobiſipſis ſeparare, ſed quia ſocietate ſecundum ſpiritum unimur, ad unius corporis conſonantiam nos aſſumere. Nota autẽ ſunt quæ nos tribulant, etiã ſi nos nulli dicamus. In omnẽ enim terrarũ orbem reſonuerunt. Contempta ſunt patrum dogmata, Apoſtolicæ traditiones annihilatæ ſunt, nouorum hominum inuenta in eccleſijs regnant. Artes decæterò tractant homines, nõ Theologiam. Mundi ſapientia primas fert. Paſtores excuſſa crucis gloria fugantur. Introducuntur aũt pro ipſis lupi graues diuellentes ouile Chriſti, ædes ſacræ precibus deſtinatæ concionatoribus deſtitutæ ſunt, ſolitudines lamẽtantibus refertæ. Seniores lugent uetera præſentibus cõparantes, iuuenes miſerabiliores, ignorãtes quibus priuati ſunt. Hæc ſufficientia ſunt ad commouendos ad condolentiam eos qui Chriſti dilectione eruditi ſunt. Verùm ſi conferantur uerba rerum ueritati, multum à dignitate ipſarum abſunt. Si quod igitur ſolatiũ dilectionis, ſi qua ſocietas ſpiritus, ſi qua uiſcera ac commiſerationes, cõmoueamini ad noſtram protectionem, accipite feruorem pietatis, eximite nos ab hac tempeſtate. Dicatur & apud nos cum libertate, bonum illud patrum præconium, quod infamem Arij hæreſim ſubuertit, eccleſias uerò in ſana doctrina confirmauit, in qua filium coeſſentialem patri confitemur, & ſpiritus ſanctus æqualiter cõnumeratur ac colitur: ut quam dedit uobis Dominus fiduciam dicendi pro ueritate, & gloriationem ob confeſſionem ueritatis & ſalutaris trinitatis, hanc etiam nobis per ueſtras preces, & per auxiliũ ueſtrum largiatur. Porrò ſingulatim hęc omnia ueſtrę dilectioni idem prędictus cõminiſter noſter denunciabit. Sed & omnibus quæ regulariter à ueſtra reuerentia facta ſunt, aſſenſi ſumus, Apoſtolicum ueſtrum pro recta fide feruorem amplexi.

Baſilius Magnus eccleſiæ Neocæſareæ. Epiſtola LXII.

Exigebant quidem ea quæ contigerũt, noſtram ipſorum pręſentiam, ut & honorem beato illi unà cum uobis mihi coniunctiſſimis ac familiariſſimis perſoluerem, & triſticiei ob afflictionem, in ipſo rerum triſtiũ ſpectaculo, particeps fierem, & ut neceſſaria conſilia uobis cõmunicarem. Quandoquidem uerò multa ſunt quę corporalem cõiunctionem impediunt, reliquũ erat per literas uobiſcum pręſentium participem fieri. Ipſa quidẽ igitur uiri miracula, propter quæ etiã maximè damnũ uobis intolerabile factum eſſe arbitramur, neq; epiſtolæ mẽſura ſuſceperit, & aliâs intempeſtiuũ eſt ad uirilium factorum copiam ſermonẽ conuertere, quum ita collapſa ac contracta ſit anima noſtra ob mœrorẽ. Quid enim illius tale eſt, ut aut ex memoria noſtra elabi, aut ſileri, aut proferri, ac comportari poſſit? Omnia enim aceruatim ſemel dicere, impoſſibile eſt. Verũ ex parte dicere, timeo ne quid amittat ueritatis. Perijt uir omniũ ſui temporis, omnibus ſimul humanis bonis excellentiſſimus, firmamentum patriæ, eccleſiarum ornatus, columna & fundamentum ueritatis, ſuſtentaculum fidei in Chriſtum, familiarium ſecuritas, inexpugnabilis aduerſarijs, cuſtos legum paternarum, hoſtis innouationis. In ſeipſo oſtendens ueterẽ eccleſiæ formam, à ueteri ſtatu uelut ſacra quadam imagine, ſpeciem eccleſiæ ipſi ſubditæ efformans, ut hi qui cum ipſo uixerunt, unà cum his qui ante ducẽtos & ulterius annos inſtar luminarium effulſerunt, uixiſſe ſibi uiſi ſint, adeò nihil ex ſeipſo, neq; recentioris mentis inuentum, uir ille prętulit, ſed iuxta Moſis benedictionem, nouerat proferre ex adytis cordis ſui bonos theſauros, uetera ueterum, & uetera à nouis perſonis. Quapropter etiam prælatione, non ſecundum ætatem in æqualium conuentibus dignus iudicabatur, ſed omnes excedebat uetere ſapientia, ex cõmuni conceſſione primas ferẽs. Quantum uerò eiuſmodi inſtituti ſit lucrum, nemo requiſierit qui ad uos reſpexerit. Soli enim quos nouimus, aut cum ualde paucis, in hac rerum tempeſtate ac procella, tranquillam uitam per illius gubernationẽ tranſegiſtis: non enim contigit uos hæreticorum Deut.27.28.

uentorum

uentorum tempeſtas, quæ demerſiones ac naufragia animis qui facilè circumuertuntur
inducit, neq; cõtingat unquam opto, ô uniuerſorum Domine, qui ſeruo tuo Gregorio,
qui ab initio baſim eccleſiæ probè circumpoſuit, conſtantē quietis gratiã dediſti, quã ne
amittatis uos in præſenti tempore, neq; ob immodicas lachrymas, & uos totos rebus tri
ſtibus deditos faciendo, neceſſariorũ occaſiones inſidiãtibus dimittatis. Verũ ſi oportet
omnino lamentari, uelut ſanè nõ ſentio, ut ne in hoc his qui ſpem non habent ſimiles fia-
mus: uos ſi uidetur uelut chorus quiſpiã lugens, principe uobis inſtar coryphæi præfe-
cto, concinnius cum illo id quod accidit deplorabitis. Quanquam autem non ad extre-
mam ſenectutem peruenerit uir ille, attamen temporis gratia quo uobis præfectus fuit,
non defectuoſam uitam habuit. Corporis autem in tantũ particeps fuit, ut animæ robur
in ipſius afflictionibus oſtenderit. Fortaſſis autē aliquis ueſtrûm ſuſpicatur, quòd etiam
tempus augmentũ cõdolentiæ, & additamentũ amoris, non occaſio ſocietatis, tentatis
exiſtit. Quare quanto longiori tempore beneficentiã experti eſtis, tanto magis orbatio-
nem percipitis. Corporis uerò iuſti etiam umbra quauis re digna pijs eſt. Et ſit ſanè ple-
roſq; ex uobis in hac ſententia eſſe: neq; enim ipſe uirum negligenter habendũ eſſe ſen-
tio, ſed humano more cõſulo triſticiã ſufferre. Nam quæ dicere poſſunt deplorãtes dam
num, neq; meipſum latent: ſilet equidem lingua inſtar fluminis aures colluẽs. cordis autē
profunditas nemini comprehenſibilis, ſomnijs debilior (quantũ ſanè ad homines) per-
uolans abijt. Quis illo acutior ad præuidendum futurum? Quis in adeò ſtabilibus ac fir-
mis moribus, fulgure citius res aggredi potẽs? O ciuitas multis quidem iam præoccupa
ta afflictionibus, à nulla tamen adeò ipſas principales uitæ partes damnum perpeſſa.
Nunc defloruit tibi ornatus pulcherrimus, eccleſia autem nictat, & conuentus triſtes
ſunt, & ſacer conſeſſus principem deſiderat. Sermones uerò myſtici expoſitorem expe-
ctant, pueri patrem, ſenes coætaneum, illuſtres ducem, populus præfectum, uictus indi-
gi alumnum, omnes ex proprijs ſuis nominibus ipſum implorantes, ob propriam affli-
ctionem, propriam ac conuenientem ipſi lamentationem unuſquiſq; dicit. At quo mihi
oratio præ lachrymarum iucunditate effertur? non reſipiſcemus? non noſtri ipſorum eri
mus? non reſpiciemus ad communem Dominum? qui unumquenque ſanctum proprię
nationi ac ætati miniſtrare permiſſum, debitis temporibus rurſus ad ſeipſum reuocat.
Nunc in opportuno tempore uocum illius memores eſtote, qui pro cõcione ad uos uer
ba faciens ſemper præcipiebat, uidete inquiens canes, uidete malos operatores. Multi
ſunt canes. Quid dico canes? Lupi equidem graues in ouium cute dolum occultantes,
ubiq; terrarum ouile Chriſti diuellentes, qui cauẽdi uobis ſunt per uigilantis alicuius pa
ſtoris præfecturam, quem ueſtrum quidem eſt petere, ita ut ab omni contentione & pri
matus ſtudio animas puras habeatis, Domini uerò eſt oſtendere: qui à magno illo eccle-
ſiæ ueſtræ præſide Gregorio, uſq; ad hunc beatum, alium ſuper alium apponens ac ſem-
per coadaptans, uelut ex quodam precioſorum lapidum monili, mirum qualem pulchri
tudinem eccleſiæ ueſtræ largitus eſt. Quare neq; de ſucceſſuris deſperandum eſt. Nouit
enim Dominus qui ipſius ſunt, & perduxerit utiq; in medium eos à nobis, qui fortaſſis
non expectantur. Iamdiu uolentem me à ſcribendo ceſſare, dolor cordis non permittit.
Verùm obteſtor uos per patres, per rectam fidem, per hunc beatum, erigatis animã, ita
ut unuſquiſq; ſuum ipſius proprium iudicet id quod ſtudio habetis, putetq; ſeipſum pri
mum participem futurum eſſe euentus rerum in utramuis partem, neque ad proximum
communium rerum curam detrudat, id quod plerique facere ſolent: deinde contingat
ut dum unuſquiſq; in animo ſuo negociorum negligens eſt, omnes proprium uobiſip-
ſis malum per negligentiam attraxiſſe non animaduertatis. Hæc ſiue ut ex uicinorũ con
dolentia profecta, ſiue ut ex eorum qui idem uobiſcũ ſentiunt ſocietate, ſiue quod & ue-
rius eſt, ut ex dilectionis lege perſuaſorũ, & periculum ex ſilentio declinantium, cum o-
mni beneuolentia ſuſcipite: perſuaſi quòd gloriatio noſtra eſtis, quẽadmodũ & nos ue-
ſtra, ad Domini diem: & quòd ex eo qui dabitur uobis paſtore, aut amplius dilectionis
uinculo uniemur, aut ad perfectam ſeditionẽ perueniemus, quòd abſit, neq; per gratiã
Dei contin get, neq; ſanè ipſe nunc dixerim aliquid blaſphemi. Hoc autem noſſe uos uo
lumus: quòd etiam ſi ad pacem eccleſiarum concurrentem nobis beatum illum nõ ha-
bebamus, propter quaſdam, uelut ipſe nobis affirmauit, anticipationes ac animo ipſius
impreſſas

impreſſas notiones: attamen à concordi ad ipſum de fide ſententia, & ab eo quòd ſocium ſemper in certaminibus aduerſus hæreticos ipſum inuocauerimus, teſte Deo & hominibus quibus nos noti ſumus, nullo unquam tempore defecimus.

Baſilius Magnus clericis in Neocæſarea. Epiſtola LXIII.

CONcordia quidem odij cōtra nos, & quòd ad unum omnes ſequimini præfectum belli contra nos, perſuaſit me æqualiter ad omnes conticeſcere, & neq; literis amicis, neq; aliqua conuerſatione laceſſere, ſed in ſilentio mœrorē meum cōcoquere. Quando quidem uerò ad calumnias conticeſcere non oportet: non ut per contradictionē nos ipſos defendamus, ſed ut ne mēdacio ſucceſſum permittamus, & deceptos in dāno non ſinamus: neceſſariū uiſum eſt mihi & hoc proponere omnibus, & ueſtræ prudentiæ ſcribere, etiamſi nuper ubi omnibus presbyteris ſcripſimus, nullo à uobis reſponſo digni facti fuerimus. Ne aſſentimini, fratres, his qui praua dogmata animis ueſtris inducūt, neq; admittite ut cōtemnatis in ueſtra cognitione ac uobis ſcientibus populū Dei per impia dogmata ſubuerti. Sabellius Libys, & Marcellus Galata, ſoli ex omnibus auſi fuerunt, & docere hæc & ſcribere, quæ nunc apud uos uelut propria ſua ipſorum inuenta proferre conantur præceptores populi, reſonantes lingua, & neq; ad probabilem ſtructurā perducere hæc ſophiſmata & deceptiones ſufficiētes. Hi fanda atq; nefanda cōtra nos concionantur, & omnibus modis congreſſum noſtrum declinant. Qua gratia? Non ob mala ſua dogmata reprehenſionem uerentes? qui ſanè in tantū à nobis cōfuſi ſunt, ut etiam ſomnia quædā contra nos confinxerint, calumniantes doctrinas noſtras uelut nociuas. Qui etiamſi omnia folijfluorū menſium phantaſmata ac uiſa in capitibus ſuis ſuſcipiant, nullam nobis poterint blaſphemiam affricare, quum multi ſint in ſingulis eccleſijs teſtes ueritatis. Quòd ſi cauſam interrogentur belli huius nec indicti & implacabilis, pſalmos dicunt & melodiæ modum, à conſuetudine apud uos obtinente immutatū, & talia quędam, propter quæ ipſos obuelari oportebat. Porrò uitio uertitur nobis etiam, quòd homines habemus exercitatores pietatis, qui renunciauerunt mundo ac omnibus temporalibus ſolicitudinibus, quas ſpinis aſſimilat Dominus, non permittentibus uerbo, ut ad *Matt.13.* fertilitatem perueniat. Tales mortificationē Ieſu in corpore circumferunt, & leuata cruce ſua ſequuntur Deum. Ego uerò totius uitæ meæ precio æſtimauerim, meas eſſe has *Matt.10.* iniurias, & habere apud meipſum uiros, qui ſub me præceptore exercitationē hanc elegiſſent. Nunc autem in Aegypto talem eſſe audio uirorū uirtutem. Et fortaſſis quidam etiam in Palæſtina uitam ſecundum Euangeliū ritè peragunt. Audio uerò etiam in Meſopotamia eſſe uiros perfectos ac beatos. Nos autem pueri ſumus, ad perfectorum ſanè comparationem. Si uerò & mulieres ſunt Euangelicè uiuere eligentes, uirginitatem nuptijs præferentes, elationē carnis in ſeruitutem redigentes, & in luctu qui beatus prædicatur uiuentes, beatæ illæ ob hoc propoſitum ubicunq; terrarum fuerint. Apud nos uerò parua hæc, elementariorū adhuc & eorum qui introducuntur ad pietatē. Si uerò dedecus aliquod uitæ mulierum inferunt, pro ipſis quidem reſpondere non ſuſtineo. Illud aūt apud uos conteſtor, quòd quæ uſq; in hunc diem ſatanas mendacij pater, dicere non ſuſtinuit, ea impauida illa corda & effrenata ora ſemper intrepidè loquūtur. Notum autem uobis eſſe uolo, quòd nos optamus & uirorū & mulierum congregationes habere, quorum conuerſatio eſt in cœlis, qui carnem crucifixerunt unà cum affectionibus ac cupiditatibus, qui non ſoliciti ſunt de cibis ac indumentis, ſed indiſtracti exiſtentes & aſſidentes Domino, noctem ac diem in orationibus perſeuerant: quorū os nō loquitur opera hominū, ſed pſallunt hymnum Deo noſtro, aſſiduè operātes ſuis manibus, ut habeant quod impertiantur indigentibus. Cæterū ad obiectum in pſalmodijs crimen, quo maximè ſimpliciores terrent calumniatores noſtri, illud dicere habeo. Quòd conſuetudines obtinentes nunc in omnibus eccleſijs concinnæ ſunt ac conſonæ. Ex nocte enim conſurgit apud nos populus ad domū orationis, & in labore ac tribulatione & aſſiduis lachrymis confitentes Deo, poſtremùm ſurgentes ab orationibus ad pſalmodiam perueniūt. Et nunc bifariam diuiſi, alterna uiciſſitudine inter ſe pſallunt, ſimul quidem meditationem oraculorū inde corroborantes, ſimul autem & attentionem, & cordis ab alijs rebus abalienatam intētionem ſibijpſis parantes. Deinde uni permittentes auſpicari cantum, reliqui ſubſonāt: & ſic in pſalmodiæ uarietate, noctem ſufferentes precibus intermixtis

die iam illuceſcente, omnes in cõmune uelut ex uno ore & uno corde, confeſſionis pſalmum proferũt Domino, propria ſui ipſorũ unuſquiſq; uerba pœnitentię facientes. Propter hæc de cætero ſi fugietis nos, fugietis Aegyptios, fugietis utroſq; Libyas, Thebanos, Palæſtinos, Arabas, Phœnices, Syros, & eos qui ad Euphratem habitant, & in ſumma omnes apud quos uigiliæ, & preces, & cõmunes pſalmodiæ in honore ſunt. At non erant, inquiunt, hæc tempore Gregorij Magni. Sed neq; ſupplicationes quas uos nunc facitis, Et nõ accuſans uos dico: optarem enim omnes uos in lachrymis uiuere & in aſſidua pœnitentia. Nam & nos nihil aliud quàm pro peccatis noſtris ſupplicamus: præterquam quòd nõ humanis uerbis uelut uos, ſed oraculis ſpiritus Deũ noſtrum placamus. Quòd uerò hæc non erant temporibus admirandi illius Gregorij, quæ teſtimonia producere poteſtis? Nihil enim illius inſtitutorum uſq; ad hoc tempus conſeruaſtis. Gregorius non contegebatur in orationibus, quomodo enim id faceret ille apoſtoli diſcipulus genuinus qui dixit: Omnis uir orans aut prophetans uelato capite, dedecore afficit caput ſuum. Et uir quidem non debet uelare caput ſuum, imago & gloria Dei exiſtens. Fugiebat iuſiurandum pura illa anima, & digna ſpiritus ſancti ſocietate, cõtenta uerbis, Ita, & Non, propter præceptũ Domini qui dixit: Ego autem dico uobis, ne iuretis omnino. Nõ ſuſtinebat ille fratrẽ ſuum appellare fatuum. timebat enim minas Domini. Indignatio & ira & amarulentia ex ore illius nõ proficiſcebatur, conuicium odio habebat, uelut ad regnum cœlorum non inducens. Inuidia & arrogantia ab illa doli experte anima fugata erant. Non aſtitiſſet utiq; altari, priuſquam recõciliatus fuiſſet fratri. Falſum ſermonem & artificioſum ob calumniam aliquorũ excogitatum, ſic abominabatur, uelut gnarus quòd mendacium ex diabolo genitum eſt, & quòd Dominus perdet omnes loquentes mendacium. Horum ſi nihil eſt in uobis, ſed puri eſtis ab omnibus, reuera eſtis diſcipuli, diſcipuli mandatorum Domini: ſin minus, uidete ne culicem coletis, circa ſonum quidem uocis circa pſalmodias, exactam rationẽ perſcrutantes, maxima uerò mandata diſſoluentes. In hos ſermones perduxit me neceſſitas reſpondendi, quo doceamini eijcere trabem de oculis ueſtris, & tunc alienas eximere feſtucas. Veruntamen omnia concedimus, etiamſi nihil non examinet Deus. Solùm ſana ſint præcipua, & innouationes circa fidem obticete, ſubſtantias ne reprobate, nomen Chriſti ne abnegate, Gregorij uoces ne falſo exponite: ſin minus, donec ſanè inſpirauerimus & loqui poterimus, fieri non poterit, ut ob tantam animarum perniciem ſileamus.

Baſilius Magnus præcipuis in Neocæſarea. Epiſt. LXIIII.

IN totum equidem nihil opus habebam, ut uobis ſententiam meam publicarem, & ut cauſas dicerem, propter quas nunc in his locis ſim. Nam neq; aliàs ex eorum numero ſum qui ſe libenter manifeſtant, neq; res ipſa tot teſtibus digna eſt: uerùm puto, nõ quæ uolumus facimus, ſed ea ad quæ nos inuitant autores ac præceptores. Mihi enim id magis ſtudio eſt, ut penitus ignotus ſim, quàm ambitioſis ut illuceſcãt. Quandoquidem uerò audio ad omnium in urbe ueſtra aures diuulgatum eſſe, & ſunt quidam fabularum fictores, opifices mendacij, ad hoc ipſum conducti, qui res meas uobis exponunt, non putaui oportere uos negligere, qui opiniõe praua & uoce ſordida erudimini, ſed meipſum dicere res meas quomodo ſe habent. Ego & propter conſuetudinẽ quã à puero ad hanc regionem habeo: hic enim educatus ſum apud meam nutricem: & poſtea propter diutinam conuerſationem, quando fugiẽs ciuiles tumultus, ubi hanc regionem idoneam ad philoſophandum, propter ſolitudinis quietem didiciſſem, multorũ conſequẽter annorum tempus contriui: & propter ſecuram hoc tempore inhabitationem, breuem reſpirationem ex detinẽtibus nos occupationibus nactus, libens ad hanc extremitatẽ perueni, non ut alijs negocia exhibiturus, ſed ut deſideriũ meum curaturus. Quid igitur opus eſt ad ſomnia confugere, & ſomniſpices mercede conducere? & in publicis epulationibus uinariã fabulam nos facere? Ego uerò etiãſi apud alios calumniæ mihi cõſtructæ eſſent, uos ſanè meæ uoluntatis ac doctrinæ teſtes produxiſſem, & nũc cupio unumquenq; ueſtrûm uetera illa in memoriã reuocare, quando uocabat nos urbs hæc ad adoleſcentium curam, legatioq; aderat uirorũ apud uos illuſtriũ. Poſtea uerò quomodo paſſim omnes circum nos diffuſi, quid non dantes? quid non promittentes? detinere tamen nos nõ potuerunt. Quomodo igitur qui tunc uocabar, & non obediebam, nunc citra uocationem

apud

apud uos cohabitare conarer? Quomodo uerò q̃ laudãtes ac admirãtes me effugi, nũc
perſequar calũniantes? Ne puteris, ô optimi, non ita uilia ſunt noſtra. Neq; em̃ quis pru-
dens nauigium gubernatore carens inſcenderit, neq; eccleſiæ ſe obtulerit, cui fluctus &
tempeſtatem ipſi qui ad gubernacula ſedent inducunt. Vnde enim tumultu repleta eſt
ciuitas, quando alij fugiebãt nemine perſequente, alij ſe ſubtrahebãt nemine inuadẽte,
arioli uerò & ſomniſpices omnes perterrebant? Vnde aliunde hæc? aut non etiam pue-
ro notum eſt, quod ex ducibus multitudinis? quorum inimicitiæ cauſas mihi quidem di
cere non decorum eſt, uobis uerò contueri etiam ualde procliue. Cum enim amarulen-
tia & diſſidium nullum reliquum habet ad ſæuitiam exceſſum, cauſę autem expoſitio in
conſiſtens omnino ac ridicula fuerit, manifeſtum eſt animæ eſſe morbum, ob aliena qui-
dem bona contingentem, proprium autem & primarium malum poſſeſſori exiſtentem.
Quibus etiam aliud quid feſtiuum adeſt. Dum enim lancinãtur & dolent in profundo,
manifeſtare calamitatem non permittuntur præ pudore. Hęc quidem igitur animę ipſo
rum affectio, nõ ſolùm ex his quæ contra nos faciunt, ſed etiam ex reliqua uita nota eſt.
Si uerò etiam ignota eſſet, nõ magnum accederet rebus detrimentũ. Maximam autem
cauſam propter quam congreſſum noſtrum fugiendũ cenſent, quæ fortaſſis multos ue-
ſtrûm latet, ego docebo. Verùm audite, fidei peruerſio apud uos exercet, inimica Apo-
ſtolicis ac Euangelicis doctrinis, inimica traditioni Magni reuera Gregorij, & eorũ qui
illi ſucceſſerunt, uſq; ad beatum Muſonium, cuius doctrinæ etiam nunc nimirũ in auri-
bus ueſtris reſonant. Nam Sabellij malum olim quidem commotum, traditione autem
Magni illius extinctum, nunc hi renouare conãtur, ob reprehenſionis timorem, ſomnia
contra nos fingentes. At uos uino grauata capita, quæ uapor ex crapula ſurſum latus, de
inde exæſtuans, imaginationibus replet, ualere ſinentes, à uigilantibus, & propter timo
rem Dei tacere nõ potentib. damnum ueſtrum audite. Iudaiſmus eſt Sabelliſmus, qui in
Chriſtianiſmi prætextu, Euangelica prædicatione introducitur. Qui enim unam rem
multorum nominum, patrem & filium & ſpiritum ſanctum dicit, & unam trium ſuſtan-
tiam proponit, quid aliud facit? nónne negat quidem unigeniti ante ſecula ſubſiſtentiã?
negat autem & myſterialem ipſius ad homines acceſſum, deſcenſum ad inferos, reſurre-
ctionem, iudiciũ? Negat autem & proprias ſpiritus operationes? Porrò apud uos nunc
audio etiam grauiora his quę Sabellius uana ſapiẽtia ſua auſus fuit tentare. Narrãt enim
uelut hi qui audierunt dicunt, ſapiẽtes apud uos uehemẽter cõtendere ac dicere, Quòd
nomen quidem unigeniti non traditum eſt, nomen autem aduerſarij eſt. & propter hoc
quidem lætari ac ſe iactare, uelut propriũ inuentum. Dictum eſt enim, inquiunt, Ego ue Ioan.5.
ni in nomine patris mei, & nõ recepiſtis me: ſi alius uenerit in proprio nomine, illum reci
pietis. Et propterea quòd dictum eſt, Docete omnes gentes, baptizantes ipſos in nomẽ Matt.28.
patris & filij & ſpiritus ſancti: manifeſtũ eſt, inquiunt, quòd unum eſt nomen: non enim
dictum eſt In nomina, ſed In nomen. Hęc erubeſcens ſcripſi uobis, quia de ſanguine no-
ſtro ſunt qui his ſunt obnoxij, & ingemiſco propter animam meã, quòd cogor uelut hi
qui contra duos pugnant, præuaricationes doctrinæ in utramq; partẽ redargutionibus
pulſare ac deijcere, & cõueniens robur ueritati contribuere. Hinc enim nos inæqualita
tis doctor lancinat, illinc Sabellius, uelut apparet. Cæterũ uos adhortor ut abominãdis
his & neminem peruertere potentibus ſophiſmatis ac cõmentis animum ne aduertatis,
uerùm ſciatis quòd eſt nomen Chriſti, quod ſuper omne nomen eſt, hoc ipſo uocari ip-
ſum filium Dei, iuxta Petri uerba, Neq; eſt aliud nomen ſub cœlo datum hominibus, in Act.4.
quo ſaluari nos oportet. Ad hoc uerò quod dictum eſt, Ego ueni in nomine patris mei,
illud noſſe oportet. Quod principium ſuijpſius ac cauſam inſcribens patrem, hæc dicit.
Si uerò dictum eſt, profecti baptizate in nomen patris & filij & ſpiritus ſancti, non pro-
pterea putare oportet unum nobis nomen traditum eſſe. Quemadmodum enim qui di 1.Theſſ.1.
xit, Paulus, Et Syluanus, & Timotheus, tria quidem nomina dixit: colligauit autem hæc
inter ſe per ſyllabam &. Ita qui dixit nomen patris & filij & ſpiritus ſancti, tria loquutus,
connexuit ipſa per coniunctionẽ, unicuiq; nomini propriũ ſubiectum eſſe ſignificatum
docẽs. Nam rerum ſunt ſignificatiua ipſa nomina. Res uerò propriã per ſe & perfectam
ſubſiſtentiam habere, nemo qui uel parum prudentiæ particeps eſt ambigit. Patris em̃
& filij & ſpiritus ſancti, natura quidẽ eadẽ, & deitas una, nomina uerò diuerſa, definitas

ac abſolutas notiones nobis declarantia. Impoſſibile eſt enim, mentẽ quę nõ in uniuſcuiuſq; proprietatib. uerſatur, inconfuſam, poſſe patri & filio & ſpiritui ſancto glorificationem perſoluere. Siquidem igitur negauerint quòd hæc non dicant, nec ſic doceant, per acta ſunt nobis ea quę uolebamus. Quanquã difficilẽ ipſis eſſe uideo negationem, propterea quòd multos habeant horum ſermonum teſtes. Veruntamen non conſideramus præterita: prę̨ſentia ſolùm ſint ſana. Si uerò in ijſdem perſeuerarint, neceſſe eſt etiã ad alias Eccleſias nos exclamare eam contra nos calamitatem, & facere ut à plurib. Epiſcopis literę ad uos perueniant, quę magnitudinem eius quę conſtruit̃ impietatis diruant. Aut enim aliquid operæprecij ſtudio noſtro conſequemur, aut omnino prę̨ſens teſtimoniũ dimittet nos à culpa in iudicio. Iam uerò etiam in priuatis libellis harum ſententiarum fundamenta iecerunt, quos ſanè etiam dimiſerunt primùm ad hominem Dei Meletium epiſcopum, & acceptis ab ipſo conuenientib. reſponſis, quemadmodum monſtrorum matres ob naturę mutilationes pudefactę, ſic etiã ipſi turpes ſuos partus, conuenientib. tenebris occultatos enutriunt. Demiſerunt autem & experimẽtum quoddã per Epiſtolam ad unanimem nobiſcum Anthimũ Tyanorum epiſcopum, tanq; Gregorius in fidei editione dixerit, patrem & filium mentis quidem cogitatione eſſe duos, ſubſtantia uerò unum. Hoc autem non ex decreto, ſed contentione dictum eſſe, in diſputatione aduerſum Aelianum, intelligere non potuerunt illi qui ob mentis ſubtilitatem ſeipſos beatos prędicant. In qua diſputatione multi ſunt eorum qui deſcripſerunt errores, uelut in ipſis dictionib. demonſtrabimus nos, ſi Deus uoluerit. Deinde uerò Græcum hominem perſuadens, non putabat oportere exactè circa uerba diſceptare, ſed alicubi etiã concedere moribus eius qui inducit̃, ut ne reluctetur ad principaliſſima. Quaꝓpter etiam multas iſthic inuenias uoces, quæ nunc maximum robur hæreticis præbent: uelut ſunt, creatura & opificiũ, & ſi quid eiuſcemodi eſt. Multa quoque ex coniunctione ad hominẽ dicta, ad Deitatis rationẽ referũt hi q inerudité ea quę ſcripta ſunt intelligũt, quale eſt & hoc q̃d ab his circumfert̃. Probe enim etiã hoc noſſe oportet, quòd quemadmodum qui cõmunitatem eſſentiæ non confitetur, ad multitudinem deorum excidit. Sic qui proprietatẽ ſubſtantiarum non concedit, ad Iudaiſmum defertur. Oportet enim mentem noſtrã uelut alicui ſubiecto innixã, & figuris ipſius manifeſtis impreſſis, ſic de eo quod deſideramus cogitare. Si eñ non mente concepimus paternitatem, neq; circa quẽ aſſignata eſt hęc ꝓprietas cogitauimus, quomodo fieri poteſt ut de Deo notionẽ ſuſcipiamus? Nõ eñ ſufficit differentias perſonarũ enumerare, ſed oportet unãquanq; perſonam in uera ſubſtantia exiſtere confiteri. Nam effectionem perſorarum non ſubſiſtentem neq; Sabellius reprobauit, cum dixit, Eundem Deum unum ſubiecto eſſe, qui ad neceſſitates ſemper accidentes transformetur, & nunc quidem uelut patrem, nũc uerò uelut filium, nunc ut ſpiritum ſanctum loqui. Hunc olim extinctum errorẽ renouant nunc infamis huius ſectæ repertores, qui ſubſtantias reprobant, & nomen filij Dei abnegant. Quos niſi ceſſauerint loqui contra Deum iniuriã, deplangere oportet cum his qui Chriſtum abnegarũt. Hęc neceſſariò ſcripſimus uobis, quo detrimenta ex malis dogmatib. caueatis. Reuera enim praua dogmata pernicioſis medicamẽtis aſſimilare oportet, quemadmodum ueſtri ſomniſpices dicunt. Hęc aũt ſunt cicuta & aconitum, & ſi quod aliud eſt pharmacum hominem occidens. Hæc animarum uenena non ſunt noſtræ doctrinę, ſed ea quæ ebria cerebellorum ipſorum inuolucra exclamant, propter affectionem multis imaginationibus referta. Quos ſiquidem prudentes eſſent, noſſe oportebat, quod in puris & ab omni macula purgatis animis prophetica gratia illuceſcit. Neq; eñ poſſibile eſt ut ſpeculum ſordidum imaginum aſpectus ſuſcipiat, neq; ut anima temporalib. curis præoccupata, & cui ex ſapientię carnis affectib. tenebræ offuſæ ſunt, ſpiritus ſancti illuminationes ſuſcipiat. Non enim omne ſomnium ſtatim prophetia eſt, ut inquit Zacharias:
Cap.10. Dominus fecit imaginationem & pluuiam hybernam, quia proloquentes loquuti ſunt
Eſaiæ 29. labores, & ſomnia falſa loquebantur. Hi uerò etiã illud ignorant, qui ſecundum Eſaiam ſomniãt, & in cubili dormitare ſolent, quod ſæpe actio erroris demittit̃ in filios inobedi-
3.Reg.21. entiæ, & eſt ſpiritus falſus, qui in falſis prophetis exiſtens ipſum Achaab decepit. Hæc ſanè gnaros non oportebat intantum extolli, ut ſibijpſis Prophetæ teſtimonium attribue-
Num.22. rent, qui indicant etiam ſomniſpice Balaam ſe longè inferiores certitudine eſſe, qui à re-

ge

ge Moabitarum magnis muneribus propoſitis accerſitus, non ſuſtinuit emittere uocē præter Dei uoluntatem, neq; execrare Iſrael, quem non execratur Dñs. Siquidem igitur imaginationes ipſorum in ſomno mandatis Domini correſpondent, contenti ſint Euāgelijs, quæ nullo auxilio ad fidem ac dignitatem ex ſomnijs opus habent. Si uerò Dominus pacem ſuam nobis dimiſit, & mandatum nouum nobis dedit, ut mutuò diligamus: ſomnia autem pugnam & ſeditionem & dilectionis diſſipationē denarrant, ne dent occaſionem diabolo inuadendi animas ipſorum per ſomnum, neq; potiores faciant ab ipſo inductas imaginationes doctrinis ſalutaribus.

Baſilius Magnus Sozopolitanis. Epiſtola LXV.

ADeptus ſum literas ueſtras, fratres uenerandiſſimi, quas de reb. ueſtris ſcripſiſtis. & quòd quidē nos ſocios curarum ſuſcepiſtis, ad neceſſariorū uobis ac ſtudio dignorū curā, gratias agimus Dño. Ingemuimus aūt, ubi audiuimus, ꝙ ad eā quæ ab Arianis introducta eſt Eccleſiis perturbationē, & ad cōfuſionē quā illi circa fidei doctrinā fecerūt, etiam alia adhuc quædā uobis apparuit nouitas, quæ ad multā anxietatem immittit fraternitatē: cum homines quidā, uelut nobis ſcripſiſtis, noua & credentiū aurib. incōſueta, uelut ex Scripturarū uidelicet doctrina falſo inducant. Scripſiſtis aūt, eſſe quoſdā apud uos, q ſalutare diſpenſationis myſteriū Dñi noſtri Ieſu Chriſti diſſoluunt, quantum eius per ipſos fieri poteſt, & qui magni myſterij beneficiū reprobant: quod quidē à ſeculis tacitū fuit, manifeſtatū eſt aūt ꝓprijs temporib. quando Dñs omnia pergreſſus quæ ad totius generis humani curā pertinent, ſuper omnia propriū largitus eſt nobis aduentum. Auxilium enim tulit ſuo ipſius plaſmati ac figmēto: primū quidē per patriarchas, quorū uitæ, exempla ac regulę propoſita ſunt, his qui ueſtigia ſanctorū ſequi uolunt, & iuxta conſimilem illis feruorem peruenire ad bonorum operum perfectionē. Deinde legem in auxilium dedit, per angelos ipſam ordinans ac conſtituens in manu Moſis. Deinde Prophetas prędenunciantes futuram ſalutem, Iudices, Reges, Iuſtos, facientes uirtutes in manu occulta. Poſt omnes hos in extremis dieb. manifeſtatus eſt ipſe in carne, factus ex muliere, factus ſub lege, ut eos qui ſub lege eſſent redimeret, ut adoptionem in filios acciperemus. Si itaq; non factus eſſet Domini in carne aduentus, non ſanè dediſſet liberator pro nobis precium morti, nō diſcidiſſet per ſeipſum mortis regnum. Si enim aliud quidem erat quod ſub mortis regno erat, aliud uerò quod à Domino aſſumptum eſt: nō utiq; deſiuiſſet mors operari ea quæ ſua ſunt: neq; noſtrum lucrum factæ eſſent Deiferæ carnis paſſiones, non occidiſſet peccatum in carne, nō uiuificati eſſemus in Chriſto, qui in Adam mortui eramus, non reformatum eſſet quod fuit collapſum, non erectum eſſet quod fuit confractum ac dirutum, non coniunctum eſſet Deo quod per ſerpentis fraudem fuit abalienatum. Hæc enim omnia tolluntur ab his qui Dominū cœleſte corpus habentem aduenisſe dicunt. Quis uerò uſus fuiſſet ſanctæ uirginis, ſi non ex maſſa ipſius Adam Chriſtifera caro aſſumenda erat? At quis eſt qui ita audax eſt, ut olim ſilentio ſopitum Valentini dogma, nunc rurſus per ſophiſtica uerba, & per teſtimonium uidelicet Scripturarum renouet? Non enim recentior quàm putatis eſt hæc impietas, ſed iam olim ab inaniter ſapiente Valentino initium ſumpſit: qui paucas Apoſtoli dictiones diuellens, impium figmentum ſibijpſi conſtruxit, formā dicens ſerui, & non ipſum ſeruum ſuſcepiſſe, & in figura dicens Dominum natum eſſe, ſed non ipſum hominem ab ipſo ſuſceptum eſſe. His cognata uidentur etiam hi loqui, quos deplorare conuenit, recētiores nobis turbationes ſuperinducētes. At uerò dicere, in ipſam Deitatem tranſire hominū affectus ac paſſiones, eorum eſt qui nullatenus ſeruant intelligentiæ conſequentiam, & qui nō ſciunt, quòd aliæ ſunt carnis paſſiones, & alię carnis animatæ, & aliæ animæ corpore utentis. Carnis quidem igitur proprium eſt, ſecari & imminui, ac diſſolui. Et rurſus carnis animatæ, fatigari, & dolere, & eſurire, & ſitire, & ſommo ſuperari. Animæ uerò corpore utentis mœrores, & anxietates, & curæ, & quęcunq; eiuſcemodi. Quorum aliqua naturalia ſunt, & animali neceſſaria, alia ex praua uoluntate, propter uitam malè inſtitutam, & quod ad uirtutem inexercitati ſumus, ſuperinducuntur. Vnde apparet Dominum naturales quidem affectus ſuſcepiſſe ad confirmationem ueræ & non imaginariæ incarnationis. Verùm maliciæ affectus qui uitę noſtræ puritatem fœdant, uelut indignos immaculata Deitate repuliſſe. Quapropter dictum eſt, in ſimilitudine natum eſſe

Exod. 20.

Gal. 4.

carnis peccati. Non enim in ſimilitudine carnis, uelut his uidetur, ſed in ſimilitudine car-
nis peccati. Quare carnem quidem noſtram aſſumpſit, unà cum naturalibus ipſius affe-
ctibus, peccatum uerò nõ fecit. Sed quemadmodum mors in carne per ipſum Adam in
nos tranſmiſſa abſorpta eſt à Deitate, ſic peccatũ cõſumptum eſt à iuſticia in Chriſto Ie-
ſu: ut nos in reſurrectione recipiamus carnem neq; obnoxiam morti, neq; ſubditam pec-
cato. Hęc ſunt, fratres, Eccleſiæ myſteria, hę patrum traditiones. Conteſtor apud omnes
homines timentes Dñm, & iudicium Dei expectantes, ut ne uarijs doctrinis in errorẽ
deferantur, & ſi quis alia docet, & nõ accedit ſanos de fide ſermones, ſed detrudens ſpiri-
tus oracula, propriam doctrinam Euangelicis dogmatib. potiorem facit, ut talem deui-
tent. Opto autem ut Dominus prębeat, ut aliquãdo ſimul inter nos conueniamus, quo
ea quæ nunc ſermonem noſtrum effugerũt, per congreſſum ob oculos expleamus. nam
pauca de multis uobis ſcripſimus, modum Epiſtolæ excedere nolentes: & ſimul perſua-
ſi quòd timentibus Dominum ſufficit per pauca contingens commonefactio.

Baſilius Magnus Nicopolitis. Epiſtola LXVI.

CVm uideo malum proſperè procedere, & ueſtram pietatem fatigatã eſſe, & ad aſſi-
duam perſequutionem renunciaſſe, triſticia repleor: cum uerò rurſus magnã Dei
manum mecum animo expendo, & quòd nouit erigere confractos ac dirutos, & dilige-
re ac amplecti iuſtos: conterere autem arrogantes, & deponere potentes de ſedibus, rur-
ſus tranſmutatus ſpe leuior euado. Et noui, quòd per preces ueſtras celerẽ oſtendet uo-
bis Dñs tranquillitatẽ, ſolum ne defatigemini orando. Sed quorũ uerbis eſtis doctores,
eorum in præſenti tempore manifeſta exempla omnib. ipſo facto proponere ſtudete.

Baſilius Magnus eccleſiæ Ancyræ. Epiſtola LXVII.

PEr multum tempus ſilentium nobis induxit perturbatio ob grauiſſimum nuncium
eius quod accidit mali. Poſtquã uerò paululũ quodãmodo ex taciturnitate nos re-
collegimus, quam uelut magno tonitruo aurib. perculſis paſſi ſumus, neceſſariò nũc ob
id quod accidit ingemuimus, & interim lugentes Epiſtolam hanc uobis dimiſimus, nõ
conſolandi gratia. quæ enim oratio inueniri poſſit ut tantę calamitates medicus exiſtat?
Sed dolorẽ cordis noſtri, quantũ eius fieri ex hac uoce poteſt, uobis ſignificantes. Nunc
opus habeãt Hieremię Lamentationibus, & ſi quis ſanè alius beatus uir calamitatis ma-
gnitudinẽ condolenter deplanxit. Cecidit uir columna & firmamentum Eccleſiæ, imò
potius ipſe ad beatam uitam à nobis ſublatus abijt. periculum autẽ non paruum eſt, ne
multi hoc fulcimento ſublato corruãt, & putria quorundũ manifeſta fiant. Clauſum eſt
os iuſta dicendi libertate, & uerbis gratiæ, ad fraternitatis ædificationem ſcaturiens. Pe-
rierunt mentis conſilia, quæ reuera in Deo commouebatur. O quoties in mentem uenit
mihi (accuſabo enim meipſum) indignari contra uirum, quod totus in deſiderio conſti-
tutus, ut diſſolueretur, & eſſet cum Chriſto, non potius duxit in carne permanere pro-
pter nos. Ad quem decæterò curas Eccleſiarum ſuperimponemus? Quem ſocium rerũ
triſtium acciperemus? quem modeſtiæ diſtributorẽ? O horrendam reuera ac triſtem ſo-
litudinẽ. Quomodo exactè aſſimilati ſumus pelicano ſolitudinis. At uerò Eccleſiæ con-
iuncta membra, ab illius præſidentia uelut anima aliqua, ad unũ conſenſum & exactam
ſocietatem coadaptata, & conſeruantur per pacis uinculum firmiter ad ſpiritualem con-
cordiam, & conſeruabuntur ſemper, Deo hoc largiente, ut firma maneant, & incommo-
ta beatę illius animæ opera ac facta, quæ in Eccleſiis Dei decertauit. ueruntamen aliud
certamen non paruum inſtat, ne lites aliquę ac ſeditiones, ad pręſidis electionem exur-
gentes, omnem ſimul laborem ex contingente rixa ſubuertant.

Baſilius Magnus ſenatui Tyanorum. Epiſtola LXVIII.

QVi reuelat occulta, & manifeſta facit cõſilia cordiũ Dominus, dedit etiam humili-
bus intellectum machinamentorum quæ ægrè cognoſci poterant, uelut quidam
putant. Nihil igitur nos latuit, neq; quicquam factorum occultum eſt. attamen nos neq;
uidemus, neq; audimus aliud quid quàm pacem Dei, & quæ ad ipſam tendunt ac conſe-
runt. Nam etiamſi alij potentes ſunt & magni, & in ſeipſis fiduciam habentes, tamẽ nos
qui nihil & nullius precij ſumus, nunquam tantum de nobiſipſis pręſumpſerimus, ut ſo-
li negocia ſuperare poſſimus, exactè gnari, quòd plus uno uniuſcuiuſq; fratris auxilio o-
pus habemus, quàm alterius altera manus. Nam ex ipſa corporis noſtri ſtructura, ſocie-
tatis

tatis neceſſitatem Dñs nos docuit. Quum enim ad ipſa hæc reſpexerimus membra noſtra,quod nullum ex ipſis ſibijpſi ad actionem ſufficiens eſt,quomodo meipſum reputabo ſufficere mihijpſi ad uitæ negocia? Neq; enim pes tuto greſſum fecerit, non ſimul ſufſulciente altero:neq; rurſus oculus integrè uiderit, non habens alterum ſocium,& cum ipſo cōcorditer uiſibilia impetens. Et auditus exactior eſt qui per utroſq; meatus uocē ſuſcipit. Et apprehenſio fortior per ſocietatē digitorū. Et in ſumma,nihil neq; ex naturalibus,neq; ex his quæ ex propoſito peraguntur,citra conſpirationem eorum quæ eiuſdem generis ſunt,perfici uideo: quando ſanè etiam ipſa ad Deum oratio non habens cōcinentes,multo ſeipſa debilior eſt. Et Dñs promiſit ſe medium fore , duobus aut tribus inuocantibus ipſum in concordia. Sed & ipſum diſpenſationis myſterium Dominus aſſumpſit,quo pacificaret per ſanguinem crucis ſuæ,& quæ in terra ſunt, & quæ in cœlis. Quare propter omnia hæc,in pace manere reliquos dies noſtros optamus. In pace item fieri obdormitionem noſtrā precamur. Pro hac neq; laborē quemcunq; tandem ſubterfugere ſtatui,non humile quicquam loqui aut facere,nō peregrinationis longitudinem ſupputare,non aliud quid moleſtiarum declinare, quo mercedem pacificationis adipiſcar. Et ſi quidem quis ſequutus fuerit nos hæc præcipientes, hoc optimum & uoti finis exiſtit. Si uerò ad contrarium diſtraxerit,ego neq; ſic ab eodem iudicio deſiſtam. Vnuſquiſq; autem propriæ actionis fructus,in die retributionis ipſe cognoſcet.

Pientiſſimis ac ſanctiſſimis fratribus,in miniſterio conſortibus per Italiam ac Galliam unanimis epiſcopis, Meletius, Euſebius, Baſilius, & reliqui in Domino gaudium. Epiſtola LXIX.

Fert equidem conſolationem quandam afflictis animis,etiam ſuſpirium ſæpenumero ex profundo cordis emiſſum,& aliquando etiam lachryma effuſa multitudinem tribulationis diſcuſſit. Nobis autem non quantum ſuſpirium & lachryma ſolatiū habet, quod noſtras afflictiones apud ueſtrā dilectionem proferimus: ſed nos etiam blandior quædā ſpes fouet,fore ut ubi aduerſitates noſtras uobis denunciauerimus,ad protectionem noſtri uos excitemus: quam olim quidem à uobis Eccleſiis orientalibus affuturam ſperauimus,nunq; aūt aſſequuti ſumus , omnino fortaſſis Deo res noſtras gubernante, iuxta inæſtimabilia iuſticiæ ſuę iudicia,ad longius tempus has tentationes nobis extendi diſponente. Nec enim ignoraſtis,fratres uenerandiſſ. rerum noſtrarū ſtatum, quarum fama etiā ad extremas orbis terrarum partes peruenit. Neq; ſanè cōdolentiæ uos expertes erga unanimes fratres eſtis,quū Apoſtoli diſcipuli ſitis,q̃ cōplementum legis eſſe docet erga proximū dilectionē. Verùm uelut diximus,inhibuit ueſtrā alacritatem iuſtum Dei iudicium,conſtitutā nobis propter peccata noſtra tribulationem ad complementum dimetiens. At nunc ſaltem,& ad feruorem pro ueritate,& ad condolendum nobis, excitari uos hortamur,ubi omnia didiceritis etiam quę antea aures ueſtras effugerunt,à pientiſſ. fratre noſtro in miniſterio conſorte Sabino,qui poterit uobis etiam ea quæ Epiſtolā effugerunt,de ſeipſo exponere. per quē exhortamur uos ut induamini uiſcera miſericordiæ,& omnem cunctationem deponatis,aſſumatis autem laborem dilectionis,& neq; uiæ longitudinē,neq; domeſticas occupationes,neq; aliud quid rerum humanarū ſupputetis. Non enim de una Eccleſia periculum eſt, neq; duæ aut tres in grauem hanc tempeſtatem collapſæ ſunt. Nam fermè à finibus Illyrici uſq; ad Thebaidem hęreſis malum depaſcitur. Cuius praua ſemina prius quidem infamis Arius iecit,actis aūt per profundum radicib. dum multi in medio impietatē ſtudioſè excoluerūt,nūc pernicioſos fructus protulerunt. Euerſa enim ſunt pietatis dogmata: confuſæ ſunt pietatis leges. Ambitiones aūt eorū qui Dñm non timent,præſidentias inuadunt, & in propatulo decæterò impietatis prēmium propoſita eſt prima ſedes. Quare qui grauiores blaſphemias protulit,ad populi Epiſcopū potior habetur. Perijt autoritas ſacerdotalis: defecerūt qui paſcunt cum ſcientia ouile Dñi,dum hi qui primos locos ambiunt œconomias pauperū in proprias uoluptates & munerū diſtributiones inſumūt: annihilata eſt canonū ſinceritas, licentia peccandi multa eſt. Nā qui hominū ſtudijs ad principatū accedunt,in hoc ipſo ſtudij gratiam rependunt. Perijt iudicium iuſtum. Vnuſquiſque in uoluntate cordis ſui ambulat: prauitas immenſa eſt. Populi admoneri nolunt. Prę ſides dicēdi libertatem nō habent. Serui enim ſunt eorū qui beneficiū contulerūt, hi qui per homines ſibijpſis po-

Col. 3.

tentiam compararunt.Iam uerò à quibuſdam uelut ſcutum mutui inter ipſos belli, exco
gitata eſt defenſio,rectę uidelicet de fide ſententię,& proprijs inimicitijs occultatis,pro
pietate inimicitias gerere ſe confingunt.Alij uerò reprehenſionem ob turpiſſima decli-
nantes,populos ad mutuam contentionem excitant,quo per communia mala,proprio
umbras obducant.Quapropter etiam implacabile bellum eſt,dum hi qui mala operati
ſunt,communem pacem uelut occultam ipſorum turpitudinem reuelantem uerentur.
Ob hæc rident increduli,fluctuant hi qui modicæ ſunt fidei.ambigua eſt fides.ignoran-
tia in animas diffuſa eſt,propterea quòd imitantur ueritatem hi qui doctrinam in mali-
cia adulterant. Silent enim piorum ora:permiſſum eſt aũt dicere omni blaſphemæ lin-
guæ,Profanata ſunt ſacra,fugiunt domus orationum populi ſani,uelut doctrinę impie-
tatis locos.Verùm in ſolitudinibus,ad Dominum in cœlis cum gemitibus & lachrymis
manus eleuant.Peruenit aũt iam,credo,etiam ad uos fama eorum quæ in plurimis urbi-
bus fiunt.Quod populi cum uxoribus ac mulieribus & pueris & ipſis ſenibus,ante por-
tas effuſi,ſub dio preces faciunt,omnes ex aere afflictiones multa longanimitate feren-
tes,& auxilium à Dño expectantes. Quę lamentatio his calamitatib. digna eſſe poſſit?
qui fontes lachrymarum tantis malis ſuffecerint?Donec igitur adhuc aliqui ſtare uiden
tur donec adhuc ueſtigium ueteris ſtatus conſeruatur,priuſquam perfectum naufragiũ
eccleſiis accedat,feſtinate ad nos:feſtinate iam reuera fratres germaniſſimi date: manum
inclinatis in genua:cõmoueantur propter nos fraterna ueſtra uiſcera :profundantur la-
chrymæ cõdolentię: & ne negligite ut media pars orbis terrarũ ab errore deuoretur:ne
ſuſtinete extingui fidem,apud eos ubi primùm effulſit. Quid igitur facto opus ſit ut res
noſtras defendatis, & quomodo condolentiam erga afflictos oſtendatis, non à nobis
omnino opus erit uos diſcere: ſed ipſe ſpiritus ſanctus uobis ſuggeret, prętereꝗ quòd
celeritate opus eſt ad conſeruandos eos qui ſunt comprehenſi,& plurium fratrum præ-
ſentia,ut concilij numerum expleant qui huc proficiſcentur,ut non ſolùm ex eorum qui
ipſos miſerunt autoritate,ſed etiam ex proprio numero , ad res corrigendas fide digni
fiant.Qui & fidem in Nicæa à patribus ueſtris ſcriptam renouabunt,& hæreſim extirpa
bunt,& Eccleſiis ea quæ ad pacem faciunt tradent,eos qui eadem ſentiunt ad concordi
am congregantes. Hoc enim profecto omnium miſeratione uel maximè dignum eſt,
quod etiam id quod ſanum eſſe putatum eſt,in ſepſum diuiſum eſt. Et circumſtant nos,
uelut apparet,conſimilia mala his quę aliquando Hieroſolymitas circũdederunt,dum à
Veſpaſiano obſiderentur.Nã & illi ſimul externo bello cõprimebantur,ſimulꝗ interna
inter ſe ſeditione conſumebantur.Nobis aũt ad manifeſtum hæreticorum bellum,ampli
us etiam id quod ab his qui idem ſentire uidentur exortum , ad extremam debilitatem
Eccleſias perduxit.Ad quæ ſanè mala etiam maximè ueſtro auxilio opus habemus,quo
hi qui Apoſtolicam fidem confitentur,diſſolutis ſectis quas excogitauerunt, decętero
autoritati Eccleſiæ ſubditi ſint,ut integrum fiat corpus Chriſti omnibus membris ad in-
tegritatẽ reuerſum.Et non ſolùm apud alios prædicemus bona, id quod nunc facimus,
ſed etiam noſtras ipſorum Eccleſias, ueterem de recta fide gloriationem recepiſſe ui-
deamus.Reuera enim ſuprema beatitudine dignum eſt id quod ueſtræ pietati à Domi-
no datum eſt:nimirum adulterium à probo ſinceroꝗ ac puro diſcernere patrũ uerò fidẽ
citra aliquam detrectationem prædicare,quam etiam nos ſuſcepimus, & cognouimus
ex Apoſtolicis notis efformatam,conſentientes & ipſi,& omnibus in concilij ſcripto re
gulariter ac legaliter decretis.

Pientiſſimis reuera ac chariſſimis fratribus , & in miniſterio conſortibus,
unanimis per Galliam & Italiam epiſcopis,Baſilius Cęſareę Cappadociæ
epiſcopus. Epiſtola LXX.

1.Cor.6. DOminus noſter Ieſus Chriſtus, qui corpus ſuum ſuſtinuit nominare omnem Dei
eccleſiam,& ſingulos nos inter nos membra eſſe oſtendit,dedit etiam nobis ut ad
omnes familiariter nos geramus,iuxta membrorum uidelicet cõcordiam.Quapropter
etiamſi plurimùm inter nos habitationibus diſparati ſumus,tamen ratione coniunctio-
nis propinqui inter nos ſumus.Quandoquidem igitur caput dicere nõ poteſt pedibus,
Non eſt opus mihi uobis:omnino neq; uos ſuſtinebitis nos repudiare. Sed tantum con
dolebitis tribulationibus noſtris,quibus traditi ſumus propter peccata noſtra,quãtum
nos

nos congaudemus uobis, qui glorificamini in pace, quam largitus eſt uobis Dominus. Iam quidem igitur etiam aliàs ueſtram dilectionem implorauimus, ad defenſionem noſtri & ad cōdolendū: uerùm omnino quia non impleta eſt ultio diuina de nobis, nō permiſſi eſtis exurgere ad ferendū auxilium. Expetimus eñ maximè quidem etiā ipſi imperatori terræ ueſtræ, manifeſtā fieri per ueſtrā pietatē, noſtram confuſionem. Si uerò hoc difficile eſt, attamē uenire aliquos à uobis ad uiſitationem ac conſolationem afflictorū, ut oculis ſubijciant afflictiones orientis, quas aurib. ſuſcipere impoſſibile eſt, propterea quòd nullus ſermo reperiatur, qui uobis res noſtras euidēter declaret. Perſequutio nos apprehendit, fratres uenerandiſſimi, & perſequutionum horrēdiſſima: perſequutionem enim patiuntur paſtores, ut diſpergantur oues gregis: & quod grauiſſimum eſt, neque qui malis uexantur, in perfectione martyrij afflictiones ſuſcipiunt, neq; populi in martyrum loco athletas hos colunt: propterea quòd Chriſtianorum nomen perſequentibus incumbit. Vnum eſt crimen quod nunc uehementer damnatur ac punitur, diligens obſeruatio traditionum patrum. Ob hoc fugantur patrijs pij, & ad ſolitudines habitationem transferunt. Non canicies apud iudices iniquitatis uenerabilis eſt, non exercitatio pietatis, non uita iuxta Euangelium à iuuentute uſque ad ſenectam peracta. At maleficus quidem nullus citra hoc ut de crimine conuictus ſit, condemnatur. Epiſcopi uerò ex ſola calumnia capti ſunt, & nulla comprobatione criminum inducta ſupplicijs traduntur. Quidam uerò neque nouerunt accuſatores, neque uiderunt iudicium, neq; omnino calumniam perpeſſi ſunt: ſed intempeſta nocte uiolenter rapti, in exilium fugati ſunt, ob afflictiones ex ſolitudine, traditi in mortem. Quæ uerò ad hęc conſequuntur, nota omnibus ſunt, etiamſi nos taceamus, fugæ presbyterorum, fugę diaconorum, & totius cleri depopulationes. Neceſſe eſt enim aut adorare imaginem, aut prauæ flagellorum flammæ tradi. Gemitus fiunt populorum, lachrymæ aſſiduæ, & domi & publicè, omnibus inter ſe deplagentibus ea quæ patiuntur. Nemo enim ita lapideo præditus eſt corde, ut patre priuatus, leuiter ferat orbitatem. Sonitus eſt lamentantium in urbe, ſonitus in agris, in uijs, in ſolitudinibus. Vna uox, miſerabilia ac triſtia omnibus proloquentibus. Ablatum eſt gaudium & lætitia ſpiritualis. In luctum conuerſæ ſunt noſtræ feſtiuitates, domus orationum concluſæ ſunt. Vacua ſunt altaria ſpirituali cultu. Non amplius conuentus fiunt Chriſtianorum, non amplius doctorum præſidentiæ, non dogmata ſalutaria, non feſta, non hymni nocturni, neque beatum illud gaudium quod in conuentibus ac communione ſpiritualium gratiarum, animis credentium in Dominum accedit. Nobis conuenit dicere, quòd non eſt in hoc tempore princeps, neque propheta, neque dux, neq; oblatio, neq; ſuffumigium, non locus ſacrificandi in conſpectu Domini, & inueniendi miſericordiam. Hæc ſcientibus ſcribimus, quia nulla terrarum orbis pars eſt, quæ noſtras decætero calamitates ignoret. Quare non docendi gratia ſermones hos nos facere, putare uos conuenit, neq; ut cōmonefaciamus ueſtram diligentiam. Nouimus enim quòd nunquam obliuiſcimini noſtri, non magis ſanè quàm mater filiorum uentris ſui. Sed quandoquidem hi qui dolore aliquo detinentur, per ſuſpiria leuare, quo modo dolores ſolent, hoc etiam nos facimus, mœroris grauitatem uelut remouemus per hoc quòd multiformes noſtras calamitates dilectioni ueſtræ denunciamus, ſi quo modo ad preces pro nobis uehementius commoti, placare poſſitis Dominum ut nobiſcum reconcilietur. Siquidem igitur tribulationes ſolæ eſſent quæ nos conficiunt, conſuluiſſemus utiq; nobis ipſis, quietem agere ac gaudere ob afflictiones pro Chriſto. Nam non ſunt dignæ afflictiones huius temporis ut cōparentur ad futurā gloriam, quę reuelabitur in nos. Nunc uerò timemus ne quando augeſcens malū, uelut flamma quędam per ardentem materiam penetrans, ubi apprehenderit ac conſumpſerit uicina, attingat quoq; ea quę procul diſtāt. Depaſcitur enim hęreſis malum, & timor eſt ne ubi Eccleſias noſtras exedit, deinceps ſerpat, & ſanam partē parœciæ ac cohabitationis apud uos inuadat. Fortaſſis equidē propterea quòd abundauit apud nos peccatum, primi traditi ſumus in cibum crudiuoris dentibus inimicorum Chriſti. Fortaſſis autem & quod magis uerſimile eſt: quandoquidem Euangelium regni à noſtris locis initio facto, in omnem exiuit terrarum orbem, propterea communis animarū noſtrarum hoſtis, defectionis ſemina ab ijſdem locis initio ſumpto, in omnem terram diſtribui contendit. In quos enim

Matt.26.
Dan.3.
Amos 8.
Iud.17.
Rom.8.
Pſal.18.

enim effulſit illuminatio cognitionis Chriſti,in hos etiam impietatis tenebras uenturas
cogitat. Veſtras igit̃ reputate eſſe noſtras afflictiones,uelut genuini diſcipuli Domini.
Non propter pecunias,non propter gloriam,non propter aliud quippiam rerum tem-
poralium bello infeſtamur,ſed propter cõmunem theſaurũ paternę poſſeſſionis,ſanã ui
delicet fidem,conſiſtimus decertantes. Cõdolete nobis,ô uos fraterno amore inſignes,
quia clauſa ſunt apud nos piorum ora:aperta eſt aũt omnis audacula & blaſphema lin-
gua eorum qui loquuntur iniuſticiam contra Deum. Columnæ & fundamentum uerita
tis diſperſa ſunt:nos ob tenuitatem contempti,libertatẽ dicendi nõ habemus. Decerta
te pro populis,& non ſolùm quomodo uobiſcum agitur conſiderate, quod in portibus
tranquillis ſtationem habetis,gratia Dei omnẽ uobis protectionẽ à tempeſtate uento-
rum prauitatis largiente:ſed etiam eccleſiis tempeſtatẽ ferentibus manus porrigite,ne
quando penitùs relictæ,fidei naufragium perpetiantur. Ingemiſcite propter nos, quòd
unigenitus blaſphematur,& non eſt qui contradicat. Spiritus ſanctus ignominia affici
tur,& qui poteſt redarguere,fugatur. Multitudo deorum inualuit. Magnus Deus apud
ipſos eſt & paruus. Filius nõ eſt naturæ nomen,ſed dignitatis appellatio eſſe iudicatur.
Spiritus ſanctus non creditur cõplere ſanctã trinitatẽ,nec ſocius eſſe diuinę & beatę na
turę,ſed una aliqua ex creaturis,temerè,& prout cõtigit, patri & filio adiecta eſſe. Quis
Hier. 9. dabit capiti meo aquã,& palpebris meis fontẽ lachrymarũ? & deplorabo populum die-
bus multis,qui unà cum prauis his doctrinis ad interitũ detruditur. Diſtrahuntur ſimpli
ciorũ aures,in conſuetudinẽ de cætero uenerunt hæreticæ impietatis. Infantes ac pueri
eccleſiæ cõnutriuntur doctrinis impijs. Quid enim faciãt? Baptiſmi ſunt apud illos. De-
ductiones peregrè proficiſcentiũ,uiſitationes infirmorũ,conſolationes afflictorũ,auxi-
lia oppreſſorũ,protectiones omnigenæ,myſteriorũ cõmuniones. Omnia quæ per illos
perficiunt̃,uinculũ fiunt populis cõcordiæ ad ipſos,adeò ut paruo temporis progreſſu,
ne ſi cõtingat quidẽ aliqua libertas,ſpes ſuperſit eos qui diuturna dilectiõe detẽti ſunt,
rurſus ad ueritatis agnitionẽ reuocãdi. Quapropter multos ex nobis oportebat ad ue-
ſtrã reuerẽtiã cõcurrere,& unũquenq; ſuijpſius negociorũ ac moleſtiarũ narratorẽ eſſe.
Nũc uerò etiã hoc exemplũ afflictionis uobis ſit in qua degimus,quod neq; peregrina
tionis dñi ſumus:ſi quis enim uel breuiſſimo tempore ab eccleſia ſua diſceſſerit,populos
inſidiantib. expoſitos dimittet. At per gratiam Dei,unũ miſimus pro multis,pientiſſimũ
& dilectũ fratrem Dorotheũ in presbyterio cõſortem. Qui etiã ea quæ literas noſtras ef
fugerunt,ſua narratione poterit explere,quũ obſeruauerit omnia diligenter,& rectæ fi-
dei ſit æmulator,quem exceptum in pace citiſſimè remittite, ita ut ſtudij ac diligentiæ
ueſtræ,quam ad protegendam fraternitatem habetis,bonum nuncium nobis afferat.

Baſilius Magnus Alexandrinis. Epiſtola LXXI.

FAma equidem earum quæ factę ſunt per Alexandriam ac reliquam Aegyptum per-
ſequutionum,iam olim ad nos peruenit,& animas noſtras ita affecit,uelut par erat.
Expendimus enim artem diabolici belli:quomodo poſtquã uidit in hoſtium perſequu-
tionibus eccleſiam multiplicari ac magis florere , tranſmutauit conſilium ſuum,& non
amplius ex propatulo bellum gerit,ſed occultas nobis inſidias ſtruit:occultans inſidias
per nomen quod circumferunt,ut & patiamur eadem quæ patris noſtri , & non uidea-
mur pati pro Chriſto,propterea quòd Chriſtianorum nomen habeant etiam perſequẽ-
tes. Hæc reputantes multo tempore conſedimus ob nunciũ factorũ perturbati ac con-
ſternati. Nam reuera ambæ aures noſtræ inſonuerunt, ubi didicimus impudent & ho-
minum odio rabientem hæreſim,eorum qui uos perſequuti ſunt: quòd non ætatẽ reue-
riti ſunt,non in canicie labores,non populorũ dilectionem,ſed torſerunt corpora,& ig-
nominia affecerunt,& in exilium miſerunt , & diripuerunt bona eorum quos inuenire
potuerunt,neq; hominum reprehenſionem reuerentes,neq; horrendam iuſti iudicis re
tributionem præuidentes. Hæc nos conſternarunt,& ferè mente emouerunt. Et dũ hęc
conſideraremus, ſimul etiam illa cogitatio in mentem uenit. Nunquid Dominus eccle-
ſias ſuas penitùs reliquit? Nunquid extremũ tempus inſtat, & defectio per hæc ingreſ-
ſum ſumit? ut de cætero reueletur iniquus ille filius perditionis,aduerſarius & qui effer-
2. Theſ. 2. tur aduerſus omnẽ qui dicitur Deus aut & numen. Veruntamen ſiue tẽporaria eſt tenta
tio,ſufferte ipſam uos boni Chriſti pugiles:ſiue etiam in perfectũ interitum res tradun-
tur

tur, ne negligamus præſentia, ſed expectemus reuelationem ex cœlis & aduentū magni
Dei, & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Si enim omnis creatura diſſoluetur, & figura mundi Rom. 8.
huius tranſmutabitur, quid miri eſt etiam nos qui pars creaturæ ſumus, communes affli-
ctiones perpeti, & tribulationibus tradi, quas iuxta menſuram uirium inducit nobis iu-
ſtus iudex, non ſinens nos tentari ſupra quàm ferre ualemus, ſed dans unà cum tentatio-
ne etiam euentum ut ſufferre poſſimus. Expectant uos fratres, martyrum coronæ, para- 1. Cor. 7.
ti ſunt chori confeſſorum, ad porrigendum uobis manus & ſuſcipiendum uos in pro-
prium numerum. Memores eſte ueterum ſanctorum, quòd nullus delicijs aut adulato-
ribus deditus, patientiæ coronis dignus factus eſt, ſed omnes per magnas tribulationes
progreſſi, probationem oſtenderunt: alij enim illuſionum & flagellorum experientiam
ac tormenta pertulerūt: alij torti ſunt, ſecti ſunt, in cæde gladij mortui ſunt. Hæ ſunt glo-
riationes ſanctorū. Beatus qui dignus factus eſt afflictionibus pro Chriſto. Beatior qui Rom. 8.
abundauit in afflictionibus, quia non ſunt dignæ afflictiones huius temporis ut compa
rentur ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nos. Siquidem igitur fieri potuiſſet, ut i-
pſe ad uos acceſſiſſem, nihil ſanè potius ueſtro congreſſu duxiſſem, ut & uiderem athle-
tas Chriſti, & amplecterer, & orationum ac ſpiritualium gratiarū particeps fierē. Quan-
doquidem uerò corpus mihi præ longa ægritudine cōſumptum eſt, ut neq; delecto de-
ſcendere poſſim: & qui inſidiantur nobis multi ſunt, uelut lupi rapaces, temporis occa-
ſionem obſeruantes, quo ouiculas Chriſti rapere ualeant: neceſſariò ad uiſitationem per Matt. 7.
literas deueni, adhortans uos primariò quidem, ut intentas pro me orationes faciatis, ut
dignus fiam reliquos ſaltem dies aut horas ſeruire Domino, ſecundum Euangelium re-
gni. Deinde uerò etiam ut ignoſcatis defectui & abſentiæ meæ, & harum literarum tar-
ditati. Vix enim copiam habuimus hominis, qui poſſet deſiderio noſtro inſeruire. Dici-
mus autem filium noſtrum Eugenium ſolitariam uitam degentem, per quem adhortor
uos ut oretis pro nobis & uniuerſa eccleſia, & uiciſſim reſcribatis nobis de rebus ueſtris,
ut his cognitis lætiores degamus.

Baſilius Magnus Magno Euaiſenis. Epiſt. LXXII.

TAmetſi magna ſit multitudo negociorū quibus detinemur, & infinitis curis mens
noſtra prematur, tamē nunquam ex memoria noſtra eiecimus de ueſtra dilectione
ſollicitudinem, rogantes Deum noſtrū ut uos in fide perſeueretis, in qua cōſiſtitis & glo
riamini ob ſpem gloriæ Dei. Nam reuera difficile de cætero eſt, & ualde rarū, uidere ec-
cleſiam ſinceram, nihil ex temporum difficultate detrimenti paſſam, ſed integram & in-
fractam conſeruantem Apoſtolicam doctrinam. Qualem ueſtrā oſtendit in prēſentibus
temporibus, is qui in ſingulis nationibns ac generationibus ſua uocatione dignos oſten
dere ſolet. Et dabit utiq; Dominus uobis bona ſupernæ Hieruſalem, propterea quòd fal
ſas calumnias contra nos excogitatas, in mentientiū capita remiſiſtis, non conceſſo ipſis
in corda ueſtra introitu. Et noui & perſuaſus ſum in Dn̄o, quòd merces ueſtra multa erit Gal. 4.
in cœlis etiam propter hoc factū. Conſideraſtis enim hoc ſapienter apud uoſipſos, quòd
etiam reuera ita eſt. Quòd retribuentes mihi mala pro bonis, & odiū pro dilectione mea
erga ipſos, calumniantur nunc ac criminantur me propter ea, in quæ ipſi reperiuntur cō
ſcriptas confeſſiones edidiſſe, & non ſolum in hanc inciderūt contrarietatē, proprias ſcri
ptis conteſtatas confeſſiones nobis accuſationis loco offerentes, ſed quòd etiam ōmniū
ſuffragijs ab his qui ad Conſtantinopolim conuenerūt euerſi, non ſuſceperūt depoſitio-
nem ac euerſionem ſuam, ſynodum ac concilium ignominia afficientium appellantes,
& non ſuſtinentes ipſos epiſcopos dicere, ut ne contra ipſos latum ſuffragium cōfirma-
rent: & cauſam addiderū cur non eſſent epiſcopi, propterea quòd hæreſis, inquiūt, pra-
uæ præſides exiſtunt. Hæc aūt facta ſunt ante decē & ſeptem non totos annos. Fuerunt
aūt principes ex his qui ſeipſos depoſuerūt, Eudoxius, Euippius, Georgius, Acacius, &
reliqui nobis ignoti. Qui uerò nunc eccleſias obtinent, illorum ſunt ſucceſſores, partim
pro ipſis electi, partim ab illis ipſis producti ac euecti. Nunc igitur qui nobis falſæ defi-
de ſententiæ crimen obijciunt, dicant nobis, quomodo hęretici fuerint illi quorū depo-
ſitionē non ſuſceperunt: & quomodo Orthodoxi ac recta fide prēditi, hi qui ab illis ſunt
euecti, & qui eandē quā patres ipſorū ſententiam conſeruant. Si enim Orthodoxus fuit
Euippius, quō nō laicus Euſtathius qui ab illo depoſitus eſt? Si uerò hæreticus ille, quo

modo

modo ſocius Euſtathio erat, is qui per illius manum productus eſt? Verùm hi ſunt luſus qui contra eccleſias Dei luduntur, ab his qui ad ſuam utilitatem, & calumnias ſtruere hominibus, & rurſus commendare eoſdem conantur. Baſilidæ Paphlagonis altaria euertit in Paphlagoniam profectus Euſtathius, & in proprijs menſis miniſterium ſacrorũ perficiebat. Et nunc ſupplex eſt Baſilidæ ut ſuſcipiatur. Excõmunicauit Elpidium pientiſſimum fratrem, propter coniunctionem eorum qui in Amaſea ſunt, & nunc ſupplex eſt Amaſeorum expetens ipſorum coniunctionem. Præconia & edicta contra Euippium, etiam uos ipſi ſcitis quàm erãt horrenda, & nunc eos qui cum illo ſentiunt ob fidei rectitudinem magnificat, ſi modò reſtitutionis ipſius ſtudium adiuuẽt. Nobis autem calumniæ ſtruuntur, non quia nos aliquid iniurię facimus, ſed quia hoc ſibi utile fore putauit apud Antiochenſes. Porrò quos anno ſuperiore ex Galatia accerſiuerunt, uelut qui per ipſos poſſent epiſcopatus facultatem recuperare, tales ſunt, quales nouerunt hi qui uel modicè ipſis conuerſati ſunt. Mihi uerò nunquã tantum ocij prębeat Dominus, ut ipſorum facta recenſeam. Veruntamen ſtipati ſatellitibus, uenerandiſſimis ex ipſis & in myſterio cõiunctis ſymmyſtis, deducti per omnem ipſorum regionem pertranſiuerũt quidem, epiſcoporum & dignitatem & cultũ habentes. Introducti aũt ſunt ſplendidè in urbem, & concionati ſunt cũ autoritate: traditus eſt enim ipſis populus, tradita altaria. Qui ubi uſq; ad Nicopolim progreſſi, nihil potuiſſent eorũ quæ promiſerãt, pręſtare, quomodo reuerſi ſunt, & quomodo in reditu aſpecti ſint, norunt qui præſentes fuerunt. Sic ſemper ad ſuam ipſorum utilitatem omnia facere uidentur. Si uerò pœnitentiam ſe egiſſe dicunt, oſtendant ſuam conſcriptã pœnitentiam, & deteſtationem fidei in Conſtãtinopoli, & ſeparationẽ hæreticorum, & ne decipiant ſimpliciores. Et illorum quidem res tales ſunt. Nos autem, dilecti fratres, parui quidem & humiles ſumus, ſemper tamẽ ijdem per gratiam Dei, nunquam ſimul cum rerum immutationibus coaffecti fuimus. Fides apud nos nõ alia in Seleucia, alia in Conſtantinopoli, & alia in Zelis, & alia in Lampſaco, & alia Romæ: & quę nunc circũfertur nõ diuerſa eſt à prioribus, ſed una & eadem. Sicut enim traditum à Domino accepimus, ſic baptizamur. Sicut baptizamur, ita credimus. Sicut credimus, ita glorificamus: neq; ſeparantes à patre & filio ſpiritum ſanctum, neq; patri præponentes, aut antiquiorem filio eſſe ſpiritum dicentes, uelut blaſphemorũ linguæ adſtruunt. Quis enim ita audax ſit, ut Dominica legislatione protruſa, propriũ audeat nominibus ordinem excogitare? Sed neq; creatum dicimus ſpiritum, qui cum patre & filio locutus eſt, neq; ſeruilẽ audemus dicere eum qui eſt principalis. Et uos exhortamur ut minarum Domini memores ſitis, qui dixit. Omne peccatum & blaſphemia remittetur hominibus, uerùm blaſphemia in ſpiritum ſanctum non remittetur, neque hoc in ſeculo, neque in futuro. Cuſtodite igitur uos ipſos à prauis contra ſpiritum dogmatibus. Conſiſtite in fide, circumluſtrate orbem terrarũ, & uidete quòd parua eſt hæc pars ægrota. Reliqua uerò uniuerſa eccleſia à finibus uſq; ad extremos terminos, ſuſcepto Euangelio, in ſana hac & imperuerſa doctrina perſtat. E quorũ ſocietate etiam ut nos non excidamus precamur, & unà uobiſcum oramus ut portionem accipiamus, in die Domini noſtri Ieſu Chriſti iuſta illa, quando ueniet ut det nobis, unicuiq; iuxta facta ſua.

Matt.12.

Baſilius Magnus exercitatoribus ſub ſeipſo. Epiſtola LXXIII.

POtens eſt equidem ſanctus Deus, etiam læticiam per congreſſum nobis largiri, qui deſideramus & uidere uos ſemper, & de uobis audire. Nam in nulla alia re animarum refectionem habemus, quàm in ueſtro profectu, & per Chriſti mandata perfectione. Quàm diu autem hoc nobis non licet, neceſſarium ducimus, per genuinos & timentes Dominum fratres noſtros, uos uiſitare, & per literas cum dilectione ueſtra colloqui. Huius igitur ipſius rei gratia demiſimus pientiſſimum & genuinum fratrem noſtrum, & cooperatorem in Euangelio, Meletium in presbyterio conſortem. Qui exponet uobis noſtrum deſiderium quod habemus propter uos, & animarum ſolicitudinem, quod nocte ac interdiu rogamus Dominum pro profectu ueſtro, quo & nos habeamus fiduciã in die Domini noſtri Ieſu Chriſti per ſalutẽ noſtram, & uos effulgeatis in ſplendore ſanctorum, dum approbatur opus noſtrum à iuſto Dei iudicio. Simul autem multam ſollicitudinem inducit nobis præſentis temporis difficultas, in quo omnes eccleſiæ cõmotæ ſunt, & omnes animæ concutiuntur. Aperuerunt enim aliqui immodicè ora ſua contra conſeruos

1. Ioan. 4.

conſcriptos,narratur mendacium intrepidè,ueritas occultata eſt.Et qui quidem accuſantur,condemnantur citra iudicium.Qui uerò accuſant,fidem reperiunt citra examinationem. Vnde ſanè etiam ego quum audiſſem,quod multæ epiſtolæ contra me circumferuntur, quę pungunt ac notant & accuſant nos propter ſcripta,quorum defenſionem coram ueritatis iudicio paratam habemus:conſtitui ſilere,id quod etiam feci. Tertius enim iam hic annus eſt,in quo calumnijs impetitus,accuſationis flagella fero: contentus quod Dominum habeo occultorum cognitorem,calumniæ teſtem. Quandoquidem uerò uideo quod multi ſilentium noſtrum ad calumniarum confirmationem ſuſceperūt, & non ob longanimitatem putauerunt nos ſilere, ſed quod non poſſim os diducere ad ueritatem: ea gratia conatus ſum ſcribere uobis,adhortans ueſtram in Chriſto dilectionem,ut calumnias ex una parte proficiſcentes,non omnino ſuſcipiatis uelut ueras. Nam quemadmodū ſcriptum eſt,Neminem iudicat lex,niſi primum audierit & nouerit quid fecerit, quāquam candido iudici ſufficiunt ipſæ res ad ueritatis manifeſtationem.Quare etiamſi nos taceamus,licet uobis ad res ipſas quę fiunt reſpicere.Qui enim nobis malam de fide opinionem obijciunt,hęreticorum ſectæ palàm uiſi ſunt addicti eſſe,qui propter aliena ſcripta nos condemnantes,proprijs confeſſionibus, quas conſcriptas nobis propoſuerunt,aduerſari uidentur.Conſiderate conſuetudinem eorum qui hęc audēt, quod mos eſt ipſis ſemper ad potentem partem tranſire,& debiles quidem amicos conculcare,potentibus aūt inſeruire.Nam qui uulgatiſſimas illas epiſtolas contra Eudoxiū & omnem ipſorum ſocietatem conſcripſerunt, & ad omnes fraternitates dimiſerunt, conteſtatiq; ſunt ſe fugere ipſorum ſocietatē uelut animarū perniciem,& propterea non ſuſcepiſſe ſuffragia ob ipſorum depoſitionem prolata,quia ab hæreticis eſſent data,uelut nos tunc perſuaſerunt: hi nunc omniū obliti,cum ipſis conuerſati ſunt,& nulla ipſis reliqua eſt negatio.Palàm enim reuelarunt uoluntatem ſuam,in Ancyra domeſticas ipſorum ſocietates amplexi.Quando igitur in communitatem ab ipſis ita ſuſcepti ſunt, interrogate ipſos,Si orthodoxus nunc eſt Baſilides ſocius ille Ecdicij,cur ipſi à Dardania reuerſi, altaria illius in Gangrenorum regione ſubuerterunt,& ſuas menſas poſuerunt? Cur uſque ad hoc tempus accedunt ad Eccleſias Amaſeæ & Zelorum,& ex ſeipſis cōſtituunt preſbyteros & diaconos? Si enim uelut cum orthodoxis ſocietatem habent, qua gratia uelut hæreticos perſequuntur? Si uerò uelut hæreticos deprehenderunt, quomodo ſocietatem ipſorum non auerſantur? Hæc nónne etiam puerili intelligentiæ manifeſta ſunt, uenerandiſsimi fratres? quòd ſemper ad propriam utilitatem reſpicientes,aut calumnias ſtruere,aut commendare aliquos ſolent.Et à nobis itaque defecerunt, neque indignati: hoc enim eſt ob quod maximè ſe exacerbatos eſſe dicunt, neque quod chorepiſcopos quos ſe miſiſſe dicunt,non ſuſcepimus.Quanquam dabunt rationem Domino qui hoc adſtruunt.Vnus enim eſt Euſtathius qui miſſus eſt,& literas collegio Icarij dedit,tres dies in urbe moratus,& iam ad propria reuerſurus,ſumma ueſpera me iam dormiēte ædes meas acceſsiſſe dicitur.Vbi uerò audiuiſſet quod dormirem,digreſſus non amplius poſtridie nos conuenit: ſed ſic re apud nos defunctoriè acta reuerſus eſt.Atq; hoc eſt crimē quod nos iniuſtè agimus,& longanimi illi non contra expenderunt ad hoc peccatū collatam,antea præſtitam ſeruitutem noſtram,qua ipſis in dilectione ſeruiuimus. Sed adeò iram contra nos aggrauarunt,ob hoc peccatum,ut in omnibus orbis terrarum Eccleſiis, quantum in ipſis ſitum fuit,nos diffamarint ac excommunicarint.Non tamen hæc eſt reuera ſeditionis ac diſsidij cauſa.Sed quoniam putauerunt ſe tunc acceptos fore apud Euzoium,ſi ſeipſos à nobis abalienaſſent,illas ſibijpſis cauſas excogitauerunt,quo aliquam apud ipſos commendationem reperirent per bellum aduerſum nos.Itaq; etiam fidem in Nicæa calumnijs inſectantur,& nos coeſſentialiſtas appellant, propterea quod in illa fide,unigenitū filium Deo patri coeſſentialem eſſe,confeſsio habetur:non uelut una eſſentia in duas diuiſa,abſit fratres.Non enim hoc ſenſit ſancta illa & pientiſsima ſynodus, ſed ut quod eſt ſecundum eſſentiam pater, hoc debeat etiam intelligi filius. Ita enim nobis illi ipſi interpretati ſunt,quum dixerunt,Lumen de lumine. Eſt autem Nicæna fides quæ ab ipſis de Occidente allata eſt,quam dederunt concilio in Tyanis,propter quam etiam ſuſcepti ſunt. Verùm ſapiens quoddam dogma ad eiuſmodi ſuas tranſmutationes habent.Quod uerbis fidei uelut medici utuntur pro temporis occaſione,aliâs aliter ad ſub-

ſectos affectus accommodantes.Huius aũt ſophiſmatis ac commenti putorem,non cõuenit me redarguere,ſed uos intelligere.Dabit eñ uobis Dominus intellectũ,ad cognoſcendum,quę recta ſit doctrina,& quę obliqua ac peruerſa. Si enim aliâs oportet alias fides conſcribere,& pro occaſionibus alterari,falſa eſt ſententia eius qui dixit: Vnus Dñs,

Ephe.4 una fides,unum baptiſma:ſi uerò illa uera ſunt, nemo uos decipiat inanibus his uerbis. Calumnias enim de nobis proferunt,uelut qui noua tradamus de Spiritu ſancto. Interrogate igitur quæ ſit nouitas.Nos enim cõfitemur quod etiam traditũ accepimus,cum patre & filio locatum eſſe Spiritũ paracletum.non cum creatura numerari.Nam in patrẽ & filium & ſpiritum ſanctum credimus,& baptizamur in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Quapropter nunquã à coniunctione ad patrem & filium, paracletum auellimus. Mens enim noſtra illuminata à ſpiritu ad filiũ reſpicit,& in ipſo uelut in imagine uidet patrem. Neq; igit̃ à nobiſipſis excogitamus nomina,ſed ſpiritum ſanctum etiã paracletum nominamus,neq; debitã ipſi gloriam reprobari admittimus. Hęc ſunt noſtra cum omni ueritate. Propter hęc accuſans accuſet,perſequens nos perſequat̃,credens calumnijs cõtra nos,ad iudicium pręparet̃. Dominus prope eſt,nihil ſoliciti ſumus. Si quis in Syria libros componit,hoc nihil ad nos. Ex ſermonibus enim tuis iuſtificaberis,inquit, & ex ſermonibus tuis condemnaberis. Mei ſermones me iudicẽt,propter alienos errores nemo condemnet:neq; epiſtolas ante uiginti annos à nobis ſcriptas, ad probationem prætendat,quod nunc ſocij ſimus nos illorum qui illa ſcripſerunt. Nos enim ante editos libros Laici exiſtentes,ad Laicos ſcripſimus,antequam etiam ſuſpicio aliqua talis contra ipſos commoueret̃,& ſcripſimus nihil de fide, neq; talia qualia nunc in calumnijs contra nos circumferunt illi:ſed nudas ſalutationes,dilectionis ſignificatiuam compellationem implentes. Nos enim æqualiter & eos qui Sabellij morbo laborant,& eos qui Arij dogmata defendunt,uelut impios fugimus ac deteſtamur. Si quis eundem patrem dicit & filiũ & ſpiritum ſanctum,& unam rem multorum nominum ſupponit ac pronunciat, & unã ſubſtantiam quæ tribus appellationibus pronuncietur:talem nos in ſorte Iudæorum locamus. Similiter etiam ſi quis inæqualem dicit ſecundum etiam filium patri, aut ad creaturam deducit ſpiritum ſanctum:eum execramur & Græco errori propinquũ eſſe cenſemus. At uerò ut ora accuſantium nos cohibeantur per noſtras literas,impoſſibile eſt: immò magis uerisimile eſt, etiam irritari ipſos propter defenſiones noſtras, & maiora ac grauiora contra nos parare ac moliri. Veſtras tamen aures cuſtodiri non eſt difficile. Quare quod in uobis eſt,hoc facite. Integrum nobis & inpręoccupatum calumnijs cor ueſtrum conſeruate : & ad ea quæ obijciuntur crimina, à nobis correctiones exigite. Et ſi quidem apud nos inueneritis ueritatem,ne detis locum mendacio:ſi uerò inualidos nos ad defenſionem perceperitis,tunc accuſatoribus noſtris,uelut uera dicentibus,credatis. Vigilant illi ad hoc,ut nobis mala faciant. Hoc à uobis non exigimus. Qui mercatoriam uitam exercent,noſtram calumniam obiter ſupra iuſtas merces ſibi comparant: uos aũt domi manere,& in quiete decenter degere, opus Domini explentes adhortamur: congreſſus aũt ipſorum,qui doloſè ad euertendos auditores fieri ſolent, declinare:quo & dilectionem erga nos integram conſeruetis,& patrum fidem infractã cuſtodiatis, & apud Dominum accepti,uelut ueritatis amici appareatis.

Baſilius magnus Epiſcopis Occidentis. De Euſtathio Sebaſteno,& Apolinario, & Paulino,& uniuſcuiuſq; horum hęreſi. Epiſt. LXXIIII

DOminus Deus noſter in quem ſperamus,tantam unicuique ueſtrûm gratiã largiatur,ad propoſitam ſpem aſſequendam, quanto ipſi gaudio corda noſtra impleuiſtis:tum ex literis quas per chariſsimos nobis in presbyterio cõſortes nobis miſiſtis:tum ex condolentia afflictionum noſtrarum.qua condoluiſtis nobis,uelut uiſcera miſericordiæ induti,quemadmodũ prædicti nobis annunciauerunt. Tametſi enim uulnera noſtra ſimilia permanent,tamen affert nobis aliquam refocillationẽ, quod promptos habemus medicos,qui ſi temporis occaſionem adipiſcantur,celerem dolorum ſanationẽ inducere poſſint. Quapropter etiam rurſus uos per dilectos & alloquimur,& adhortamur,ut ſi quidem dederit uobis Dominus facultatem ad nos proficiſcendi,ne cunctemini nos uiſitare. Maximum enim præceptum eſt,ipſa debilium uiſitatio. Si uerò bonus Deus & ſapiens uitæ noſtræ gubernator,gratiam hanc in aliud tempus reſeruat,attamen ſcribite

nobis

nobis quæ à uobis ſcribi decet ad tribulatorum conſolationē, & contritorum correctio
nem. Multæ enim iam contritiones Eccleſiæ factæ ſunt, & multa eſt noſtra propter ipſas
tribulatio, & expectatio auxilīj aliunde nuſquam, ſi non Dn̄s per uos legitimè ipſi ſer-
uientes medelam demiſerit. Violentia itaq; ac impudentia hæreſis Arianorum palàm à
corpore Eccleſiæ diffracta, manet in proprio errore, & parum nos lædit, propterea quod
omnibus manifeſta eſt ipſorum impietas. Qui uerò pelle ouilla amicti ſunt, & ſuperficiē
manſuetam ac lenem prętendunt, intus uerò crudeliter ouilia Chriſti dilaniāt, & propte
rea quod ex nobis progreſsi ſunt, ſimplicioribus facilè damnum inferunt, hi ſunt qui gra-
ues ſunt ac ægrè caueri poſſunt, quos cupimus per ueſtram ſinceritatem ad omnes Ori-
entis Eccleſias publicari: quo aut rectam uiam ingreſsi, legitimè ſint nobiſcū, aut manen
tes in peruerſitate, in ſeipſis ſolis detrimentum habeant, non potentes ex incauta ſocieta
te proprium morbum appropinquantibus affricare. Neceſſe eſt autem horū nominatim
meminiſſe, quo & ipſi cognoſcatis eos qui turbas apud nos & ſcandala operantur, & Ec
cleſiis noſtris manifeſtos faciatis. Nam noſter ſermo ſuſpectus eſt pleriſq;, tanquam for-
taſsis propter aliquas priuatas contentiones, puſillanimitatem ad ipſos arripiamus. Vos
autem quanto longius ab ipſis habitatione diſtatis, tanto plus apud populos fide digni
eſtis, ſupra hoc quod gratia Dei auxiliatur uobis ad oppreſſorum curam. Si uerò etiam
concorditer plures ſimul eadem decernetis, manifeſtum eſt quod multitudo eorum qui
decreuerunt, dogmatis ſuſceptionem apud omnes talem efficiet, cui cōtradici non poſ-
ſit. Eſt itaque unus ex his qui multum mœroris inducunt, Euſthatius ex Sebaſtea in mi-
nore Armenia, qui olim edoctus ab Ario quum floreret in Alexandria, & prauas con-
tra unigenitum componeret blaſphemias, illum ſequutus & inter legitimos ipſius diſci-
pulos numeratus, poſtquam reuerſus eſt in patriam ſuam beatiſsimo epiſcopo Cæſareæ
Hermogeni, iudicanti ipſum malè de fide ſentire, confeſsionem exhibuit fidei ſanæ. Atq;
ita quum Euſtathius electionem ab ipſo accepiſſet, poſt illius obdormitionem, ſtatim ad
Euſebium in Cōſtantinopoli decurrit, qui etiam ipſe nullo inferior impium Arīj dogma
profitetur. Deinde illinc ob quaſcunque tandem cauſas fugatus, progreſſus ad patriam
rurſus ſe purgauit, impium quidem animum occultans, uerùm rectitudinem quandam
uerborum prætendens, & nactus fortuitò epiſcopatum, ſtatim apparet ſcripſiſſe execra-
tionem coeſſentialis, in concilio ab ipſis in Ancyra facto. Et illinc ad Seleuciam profe-
ctus, perfecit cum ſuis ſodalibus ea quæ omnes ſciunt. In Conſtantinopoli uerò rurſus
aſſenſus eſt his quæ ab hæreticis ſunt propoſita. Et ſic fugatus ab epiſcopatu, propterea
quod in Meletina antea depoſitus eſſet, uiam ſibīj pſi reſtitutionis excogitauit, ad uos ac
ceſſum. Et quædam equidem ſunt quæ propoſita ſunt ipſi à beatiſsimo Epiſcopo Libe-
rio, quædam uerò quæ ipſe pactus eſt ignoramus, præter quàm quod epiſtolam attulit
ipſum reſtituentem, qua in concilio Tyano oſtenſa reſtitutus eſt in locum. Hic nunc de-
populatur fidem illam propter quam ſuſceptus eſt: & his qui reprobant ac deteſtantur
coeſſentialem adeſt, ac cum ipſis conuerſatur, & præfectus eſt pugnantium contra Spiri
tum ſanctum. Quandoquidem igitur illinc contigit ipſi potentia iniuriam inferendi Ec-
cleſiis, & facultate ipſi à uobis data utitur ad multorum euerſionem, neceſſe eſt illinc ue-
nire etiam correctionem, & ſcribi Eccleſījs, quænam ſunt propter quæ ſuſceptus eſt, &
quomodo nunc tranſmutatus irritum facit beneficium, quod ipſi tunc per patres datum
eſt. Secundus poſt ipſum eſt Apolinarius, non parum etiam ipſe Eccleſias mœrore affici
ens. Scribendi enim facilitate ad omnes occaſionem habens ſufficientem ipſi linguam
ipſam, repleuit quidē ſcriptis ſuis orbem terrarū, negligēs eccleſiaſten, qui dicit: Caue fa
cere libros multos. In multitudine aūt nimirum etiam multa peccata ſunt. Quomodo e- Cap.11
nim poſsibile eſt ex multiloquio effugere peccatū? Habent equidem ipſius de Theolo
gia ſcripta non ex Scripturæ probationibus, ſed ex humanis impetibus ac cauſificatio-
nib. conſtitutionem. Sunt aūt & de reſurrectione tradita, fabuloſè ab ipſo compoſita, im
mò potius Iudaicè: in quibus dicit nos rurſus ad legalem diuinū cultum reuerſuros eſſe,
& rurſus nos circuncidendos eſſe, & ſabbatum conſtituturos eſſe, & ab edulījs abſtentu-
ros, & ſacrificia Deo oblaturos, & adoraturos in Hieroſolymis in tēplo, & in ſumma, ex
Chriſtianis Iudæos futuros eſſe. Quibus quid magis ridiculum fieri poſsit, & magis ab
Euangelico dogmate alienum? Deinde etiam ea quæ de incarnatione tradidit tātam in-

duxerunt fraternitati turbationem,ut pauci ex his qui in eum inciderunt,ueterem de ex-
tero pietatis figuram conſeruent:pleriq; nouitatibus intenti,cõuerſi ſunt ad queſtiones,
& contentioſas ſectas inutilium horũ uerborum.At uerò Paulinus an quid reprehenſio
ne dignum circa electionẽ habeat,uos ſanè dixeritis;nobis aũt triſticiam infert Marcelli
dogmatibus cõfiſus,& ipſum ſequentes indiſcriminatim ad illius ſocietatem dimittens.
Nouiſtis fratres uenerandiſsimi,quod Marcelli dogma omnis ſpei noſtræ reprobationẽ
habet,neque filium in propria ſubſtantia confitens, ſed progreſſum & rurſus reuerſum
unde proceſsit:neq; paracletum propriè ſubſiſtere concedens. Quare non utiq; pecca-
rit,qui hanc hæreſim à Chriſtianiſmo penitus alienam pronunciarit,Iudaiſmum aũt cor-
ruptum ipſam appellarit.Horũ curam à uobis fieri ac contingere nobis expetimus.Cõ-
tigerit autem ſanè ſi ſcribere dignati fueritis omnibus Eccleſijs Orientis: ut ſi quidẽ cor-
rigantur qui hæc adulterant,ſocij ſint & cõmunitatis participes. Si uerò contentioſe per
ſeuerare uoluerint,ſeparentur ab ipſis.Et quod quidem oportebat nos ueſtræ prudentię
aſſidentes,in cõmuni conſideratione de his rebus tractare,neq; ipſi ignoramus. Verùm
quoniam tempus non permittit,& differre nociuum eſt,quum detrimentum ab ipſis ra-
dices egerit:neceſſario miſimus fratres,quo ea quæ noſtram per literas declarationẽ effu
gerunt,de ſeipſis edocentes,pietatem ueſtram commoneant ad exhibendum auxilium,
quod pro Eccleſiis Dei à uobis expetimus.

Baſilius Magnus Neocæſarienſibus. Epiſt. LXXV

MVlto iam tempore conſiluimus inter nos fratres uenerandiſsimi ac nobis chariſſi-
mi,quemadmodum hi qui ad iram ſunt concitati. Quanquã quis adeo graui præ-
ditus eſt ira,& ita irreconciliabilis eſt erga eum qui offendit,ut ferme per totum uitæ hu
manæ ſpacium iram ex odio extendat?quod circa nos uidere eſt factum,quum nulla iu-
ſta diſiunctionis cauſa exiſtat,qnãtum ſanè ipſi nouimus:ſed uice uerſa multa & magna
ad ſummam noſtram amicitiam ac unionem ab initio extent. Vnum quidem,quod ma-
Ioan.13 ximum & primum Domini prẽceptũ expreſſè dicat:In hoc cognoſcẽt omnes quod mei
diſcipuli eſtis,ſi diligitis uos mutuo:& quod rurſus Apoſtolus manifeſtè dilectionis bo-
num nobis proponit,partim ubi pronunciat complementũ legis eſſe dilectionem:par-
1.Cor.13 tim quum præponit omnibus ſimul magnis dilectionis bonum, dum inquit: Si linguis
hominum loquar & angelorum,charitatem autem non habeam,factus ſum æs reſonans
aut cymbalum tinniens. Et ſi habeam prophetiam,& nouerim myſteria omnia, & om-
nem ſcientiam , & habeam omnem fidem,ita ut montes transferam , charitatem autem
non habeam,nihil ſum. Et ſi diſtribuam in pauperes alendos omnes facultates meas,&
tradam corpus meum ut exuratur,charitatem autem non habeam , nihil utilitatis capio.
Non quod poſſint unquam ſingula enumerata citra dilectionem perfici , ſed quod uult
ſanctus,uelut ipſe dixit per exceſſus modum,excellentiæ teſtimonium ſupra omnia huic
mandato præbere. Secundum uerò , quod ſi magnum quid confert ad coniunctionem
eoſdem nactos eſſe præceptores,ijdem & nobis & uobis ſunt,tum doctores myſterio-
rum Dei,tum patres ſpirituales qui ab initio Eccleſiam ueſtram fundauerũt. Gregorium
dico illum Magnum, & quicunque conſequenter ab illo in epiſcopatus apud uos thro-
no ſucceſſerunt , & alius ſuper alium uelut ſtellæ quædam exorientes, ijſdem ueſtigijs
inſtiterunt,ut conſpicua relicta ſint uitę ac conuerſationis ipſorum ſigna his qui ipſa co-
gnoſcere cupiunt.Si uerò etiam corporales neceſsitudines non contemnendæ ſunt,ſed
multum ad infractam coniunctionem & uitæ ſocietatem conducunt, & hæc iura uobis
ad nos contigerunt Cuius igitur gratia ô clariſsima urbs(per uos enim urbem totam al-
loquor)non literæ ueſtræ illinc,non uox dextra,uerùm apertę ſunt aures ueſtræ calum-
niatoribus,ut tanto plus ingemiſcere debeam,quanto magis uideo etiam id quod ſtu-
dio habent ab ipſis peragi. Nam calumniæ factum manifeſtum habet autorem, qui ex
multis iniquitatibus notus,ab hac maximè malicia inſignitur,ut etiam nomen ipſi pec-
catum fiat. Veruntamen uos ſuſtinete meam dicendi libertatem,qui utraſq; aures calum
niatoribus noſtris expandiſtis,& omnia citra expenſionem animis ſuſcepiſtis, & nemo
eſt qui mendacium à ueritate diſcernere ſtudeat. Quis unquam malis criminibus deſti-
tutus fuit ſolus litigans?quis mendacij conuictus eſt non præſente eo cui calumniæ ſtru-
untur?quod uerbũ non eſt credibile audientibus?ſi cõuiciator quidẽ iureiurando con-
tenderit

tenderit ac affirmauerit rem ita habere, is uerò cui conuiciũ fit neq; affuerit, neq; blaſphe
mias audierit. Neq; ipſa uitæ cõſuetudo erudit uos ad hæc. Nam oportet eum qui ęquus
& communis auditor fieri uolet, nõ totum abduci à præoccupante in dicendo, ſed expe-
ctare etiam reſponſum eius qui accuſatur: quo ſic ex collatione utriuſq; ſermonis ueritas
demonſtretur. Iudicium rectum iudicate, præceptum eſt unum maximè neceſſarium ad
ſalutem. Atque hæc dico nõ oblitus Apoſtolicorum uerborum, quod fugiens ille huma
na iudicia, totam ſuam uitam ad infallibis iudicij cenſuram reſeruabat, dum inquit: Mihi
uerò pro minimo eſt ut à uobis dijudicer, aut ab humana die. Attamẽ quia pręgreſſæ fal
ſæ calumniæ aures ueſtras occuparunt, & calumnias paſſa eſt uita noſtra, calumnias item
paſſa eſt noſtra circa Deum fides, gnarus quod tribus ſimul perſonis detrimentum calũ-
niator affricat: nam & eum de quo calumnias profert iniuria afficit, & eos ad quos uerba
facit, & ipſe ſeipſum: de meo quidem detrimento conticuiſſem uelut probè noſtis: non
quod contemnam ueſtram de me opinionem. quomodo enim hoc faciam, qui ut ne eius
damnum patiar, hęc nũc ſcribo ac contendo? ſed quod uideam quod ex tribus qui læ-
duntur, is qui minimo damno afficitur ego ſum. Ego enim uobis, uos autem ueritate pri
uamini. Et qui horum autor eſt, me quidem à uobis ſeiungit, ſeipſum uerò à Domino aba
lienat. Non enim poteſt quiſquam ex his quę interdicta ſunt Deo coniungi. Veſtri igitũ
magis quàm meijpſius cauſa uerba facio, & ut uos ab intolerabili detrimento eximam.
Quod enim maius malum quis perpeti poſsit, ſi præcioſiſsimæ rei ipſius ueritatis damnũ
ſit paſſus? Quid igitur dico fratres? Nõ quod ſine peccato ſum ego, neq; quod uita mea
non plena eſt innumerabilibus delictis. Noui enim meipſum, & non ceſſo lachrymas
effundere pro peccatis, ſi quomodo poſſim placare Deum meum, & pœnarũ minas effu
gere. Sed quod is qui noſtra iudicat, ſi quidem purum ſe habere oculum affirmat, feſtu-
cas de oculo noſtro colligat: confitemur enim multa ſanorũ cura nos opus habere. Si ue-
rò hoc quidem non dixerit, & tanto ſanè amplius non dicet, quantò magis fuerit purus:
nam proprium eſt perfectorũ ſeipſos nõ efferre, alioqui omnino arrogantię phariſæi rei
fient, qui ſeipſum iuſtificans, publicanum condemnabat: neq; meum medicum quærat,
neq; ante tẽpus iudicet, donec ueniat Dominus, qui reuelabit occulta tenebrarũ, & ma- *Mat.7*
nifeſtabit conſilia cordium. Memor autem ſit etiam eius qui dixit, Ne iudicate, ut ne iudi
cemini, & ne condemnetis, ut ne condemnemini. In ſumma uerò fratres, ſi quidem ſana-
bilia ſunt noſtra delicta, cur non creditis Eccleſiarum doctori dicenti, Argue, increpa, ex *2.Tim.4*
hortare? Si uerò incurabilis eſt noſtra iniquitas, cur non in faciem nobis reſiſtit, & publi-
catis noſtris delictis, liberat Eccleſias à detrimento ex nobis? Ne itaq; ſuſtineatis conuici
um quod ſub dentibus contra nos profertur. Hoc enim ancilla una ex molendino facere
poterit, & aliquis ex rabulis forenſibns cum exceſſu deſignarit, quibus lingua ad omne
conuicium exacuta eſt. Verùm ſunt epiſcopi, uocent ad auſcultationem. Eſt clerus per
omnem Dei parœciam ac cohabitationem. Congregentur probatiſsimi quiq;. dicat cũ
libertate qui uult, ut redargutio ſit quod fit, & non conuiciũ. Sub oculos proferantur oc-
culta meę malicię: & neq; tunc odio nos perſequatur, ſed commonefaciat uelut fratrem.
iuſtius utiq; eſt ut miſericordiam reperiamus apud beatos & peccatum non habentes ui
ros, ſi peccatores ſumus, quàm ut indignationem feramus. Si uerò circa fidem eſt error,
demonſtretur nobis liber, rurſus æquum & commune iudicium conſideat, legatur cri-
men, examinetur, an ne ob ignorantiam potius criminantis, crimen eſſe uidetur, quàm
quod ex natura ſua condemnari mereatur id quod ſcriptum eſt. Multa enim bona non
uidenter eſſe talia his qui animi iudicium non ſincerum habent. Nam & æqualiter gra-
ues moles, non æquales eſſe uidentur, quum non æquale inter ſe momentum habue-
rint lances. Et mel iam quibuſdam amarum uiſum eſt, qui guſtus ſenſum ab affectione
corruptum habuerunt. Sed & oculus ſi non ſit ſanus, multa eorum quæ ſunt non uidet,
& multa quæ non ſunt, eſſe putat. Itaque & in librorum facultate conſimile ſæpe con-
tingere uideo, ubi iudex eorum qui conſcripſerunt habitu inferior eſt. Oportet enim fer
me ex eadem præparatione concitari ac procedere, tum eum qui de libris ac ſcriptis iudi
cat, tum ipſum ſcriptorem. Aut agriculturæ quidem opera non poterit iudicare qui non
eſt agricola: & diſſonantiam ac conſonantiam modulationum in Muſica, non dinoſcet
qui muſices ſcientiam non habet. Scriptorum uerò ac librorum iudex ſtatim quicunque

uolet erit, qui neque præceptorem ſuum oſtendere poterit, neq; tempus in quo didicit, neq; omnino paruum aut magnum quicquam de conſcribendorum librorum ratione audiuit. Amplius porrò & in oraculis ſpiritus non cuiuis licet contingere eorum quæ dicta ſunt examinationem, ſed ei qui ſpiritum habet diſcretionis, quemadmodum docuit nos Paulus, qui in diuiſionibus gratiarum dixit: Huic equidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alij uerò ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum. Alij uerò fides in eodem ſpiritu: alij uerò dona ſanationum in eodem ſpiritu: alij actiones uirtutum: alij prophetía, alij diſcretiones ſpirituum. Quare ſi quidem ſpiritualia ſunt noſtra, oſtendat ſeipſum habere donũ diſcretionis ſpiritualiũ qui noſtra uult iudicare. Si uerò uelut ipſe conuiciatur, à ſapientia huius mundi ſunt, oſtendat ſe expertum eſſe mundanæ ſapientiæ, & tunc ipſi ſuffragium iudicij permittemus. Et nemo putet hæc ad fugã reprehenſionum à nobis excogitari. Vobis enim permitto chariſsimi fratres, ut eorum quæ obijciuntur nobis examinationem apud uos ipſos faciatis (an ſic intelligentia hebetes eſtis, ut omnino aduocatis opus ſit uobis ad ueritatis inuentionem?) Et ſi quidem apparuerint uobis talia quibus contradici non poſsit: perſuadete mordaces illos nugatores ut omnem contentionem dimittant. Si uerò quid uiſum fuerit ambiguum eſſe, interrogate nos per mediatores quoſdam, qui poſsint noſtra fideliter exequi, aut etiam conſcriptas, ſi ita uidetur, à nobis comprobationes exigite. Omnino autem omni modo ſtudete, ut ne inexpenſa hæc relinquatis. At uerò fidei noſtræ quæ poſsit eſſe euidentior comprobatio ac demonſtratio, quàm quod nos educati ſumus ſub nutrice beata muliere, à uobis originem ducente, Macrinam dico celebrem illam, à qua edocti ſumus beatiſsimi Gregorij uerba, quæ uſq; ad ipſam per memoriæ conſequentiam cõſeruata, tum ipſa cuſtodiebat, tum nos adhuc paruulos pietatis dogmatibus effingebat ac efformabat. Poſtquam uerò etiam ipſi ſapientiæ ac intelligentiæ facultatẽ accepimus, ratione nobis per ætatem cõpleta, multã terram ac mare pergreſsi, ſi quos inueniebamus iuxta traditam regulam pietatis ordine procedentes, eos & patres inſcripſimus, & duces animarũ noſtrarum ad iter ad Deum fecimus. Et ſanè uſq; in hanc horam, per gratiam eius qui nos uocauit uocatione ſancta ad ſui cognitionem, nullum dogma ſanę doctrinæ contrarium, nos in cordibus noſtris ſuſcepiſſe nouimus, neque unquam infami Arianorum blaſphemia animam noſtram inquinatam eſſe. Sed ſi quos aliquando ex illo doctore profectos in ſocietatẽ ſuſcepimus, occultantes morbum in profundo, & loquentes uerba pia, aut his quæ à nobis dicuntur nõ aduerſantes, ſic ipſos admiſimus, non omne nobis ipſis contra tales iudicium permittẽtes: ſed iam antea lata de ipſis à patribus noſtris ſuffragia inſequentes. Ego enim ſuſceptis literis beatiſsimi patris Athanaſii Alexandriæ epiſcopi, quas etiam in manibus habeo, & requirentibus pretendo ac propono: in quibus manifeſtè pronunciauit, ſi quis ex Arianorum hæreſi uelit conuerti confitens fidem à patribus in Nicæa prouulgatam, hunc admittendum eſſe, ita ut nihil diſcriminis ob ipſum fiat: & quũ idem huius dogmatis ſocios ac participes mihi declararit Macedoniæ ac Achaiæ epiſcopos uniuerſos: arbitratus neceſſarium eſſe tantum uirum ſequi, propter fidem ac dignitatem eorum qui hanc legem tulerunt. Simul autem etiã pacificationis mercedem ſuſcipere cupiens, eos qui hanc fidem confitentur in portione communitatis connumeraui. Iuſtius eſt autem res noſtras iudicari, non ex uno aut altero qui non rectè ambulant ad ueritatem: ſed ex multitudine epiſcoporum per orbem terrarum nobis coniunctorum, per gratiam Chriſti. Examinentur autem Piſidæ, Lycaones, Iſauri, Phryges, utriq; Armenij, quantũ uobis ex his uicinũ eſt, Macedones, Achæi, Illyrij, Galli, Hiſpani, Italia uniuerſa, Siciliotæ, Afri, Aegypti pars ſana, Syriæ reliquiæ: qui & ad nos literas mittunt, & rurſus à nobis accipiunt. Ex quorum literis licet uobis diſcere, tum ex his quæ illinc afferuntur, tum ex his quæ hinc rurſus remittuntur ad ipſos, quod concordes omnes ſumus, unum & idem ſentientes. Quare qui ſocietatem noſtram deuitat, is ne lateat ſinceritatem ueſtrã, quod ſeipſum à tota Eccleſia abrumpit. Circumſpicite igitur fratres ad quos uobis eſt ſocietas. Vbi à nobis non ſuſcepti fueritis, quis de cætero uos agnoſcet? Ne perducite nos in neceſsitatem, ut triſte quid de chariſsima nobis Eccleſia ſtatuamus. Ne facite me quæ nunc in corde meo occulto, in meipſo ingemiſcẽs & lugens temporis maliciam, quod ex nulla cauſa maximæ Eccleſiæ, & quæ ab antiquo inter ſe fratrum locum obtinuerunt, nunc diſparatæ

diſparatæ ac diſiunctæ ſunt. Ne facite, inquam, me hæc ad omnes ſimul ſocietatis parti-
cipes deplorare. Ne cogatis me uerba emittere, quæ uſque huc rationis freno occultata
apud meipſum contineo. Melius eſt nos ſummoueri, Eccleſias uerò inter ſe conſentire,
quàm propter iuueniles noſtras puſillanimitates, tantum malum populis Dei induci. In-
terrogate patres ueſtros, & annunciabunt uobis. Quod etiam ſi ſitu loci diuiſæ eſſe uide-
bantur parœciæ ac cohabitationes, tamen faſtigio unum erant, & una doctrina guber-
nabantur. Et aſsiduæ quidem erant populi conuentiones: ipſis uerò paſtoribus tantum
redundabat mutua dilectio, ut uterque ipſorum altero magiſtro ac duce uteretur, in his
quæ ad Dominum pertinent.

Baſilius Magnus epiſcopis ſub ſeipſo: ut ne eligant propter pecunias.

Epiſtola LXXVI

REi de qua ſcribo abſurditas, propterea quidē quod omnino ſuſpecta ac relata fuit,
dolore animam meam impleuit, hactenus autem minimè credibilis mihi uiſa fuit.
Itaque literas de ipſa conſcius ſibiipſi, uelut medelam ſuſcipiat: non conſcius autem, uelut
præſeruatiuum. Indifferens uerò, quod opto ut ne inter uos reperiatur, uelut conteſtatio-
nem. Quid autem eſt quod dico? Aiunt aliqui quoſdam ueſtrûm accipere pecunias ab
his qui eliguntur, umbram autem obtendere per nomen pietatis. hoc uerò peius eſt. Si
quis enim malum in prætextu boni facit, duplicata pœna dignus eſt. Propterea quod &
non bonum operatur, & utitur ad perficiendum peccatum ipſo bono (ut ita dicam) co-
operatore & auxiliario. Hæc ſi ita ſe habent, de cætero ne fiant, ſed corrigantur. Alioqui
neceſſe eſt dicere ad capientem, quod dictum eſt ab Apoſtolis ad eum qui dare uolebat,
quo ſpiritus ſancti acceſsionem emeret, Pecunia tua tecum ſit in perniciē. Leuior enim Act.8
& tolerabilior eſt qui propter inexperientiam emere uult, quàm qui uendit Dei donum.
Venditio enim facta eſt, & quod tu gratis accepiſti, ſi uenum propoſueris, ueluti qui ſa-
tanæ uenditus ſis, gratia priuaberis. Cauponariam enim rebus ſpiritualibus ſuperindu-
citemque Eccleſiæ ipſi, ubi concreditum eſt nobis corpus & ſanguis Chriſti. Hæc ſic fie-
ri non oportet. Quæ uerò ſit uerſutia dicam. Putant ſe non peccare propterea quod non
præſumunt, ſed poſt electionem accipiunt. Accipere eſt quandocunque tandem accipe-
re. Adhortor igitur ut hunc redditum & acceſſum, immò potius adductionem in gehen-
nam deponatis: & ne ubi manus talibus capturis inquinauiſtis, uos ipſos indignos ad
ſancta myſteria perficienda faciatis. Ignoſcite autem mihi, primū quidem uelut qui non
credam: deinde uerò uelut perſuaſus minor. Si quis poſt hanc meam epiſtolam tale quid
fecerit, ab his quidem quæ hic ſunt ſub altaribus ſecedet, quæret autem ubi Dei donum
uenum exponens diuendere poſsit. Nos enim & Eccleſiæ Dei talem conſuetudinem nō
habemus. Porrò ubi unum adhuc addidero deſinam. Propter auaritiam hæc fiunt. Aua-
ritia autem radix eſt omnium malorū, & nominatur idololatria. Ne igitur Chriſto idola
præferatis, propter exiguam pecuniam. Neque rurſus Iudam imitamini, ob quæſtum rur-
ſus prodentes eum qui ſemel pro nobis crucifixus eſt, nam & ager, & manus eorum qui
hos fructus ſuſcipiunt, Aceldama uocabuntur.

Baſilius Magnus epiſcopis maritimis. Epiſtola LXXVII

MVlta mihi affuit congreſſus ueſtri appetētia, & ſemper aliquod fuit impedimen-
tū, quod promptitudini meæ obſtitit. Aut enim corporis debilitas me prohibuit:
quā omnino nō ignoratis, quanta mihi à prima ætate uſque ad hanc ſenectā adſit, cōnutri-
ta mihi, & erudiēs me, iuxta iuſtū iudiciū eius qui omnia in ſapientia gubernat Dei: aut
eccleſiarū curæ: aut contra inſurgentes aduerſus doctrinā ueritatis certamina. Quapro-
pter uſque in præſens in tribulatione multa ac mœrore dego, quod ueſtra coniunctione
deſtitutus ſum. Ego enim cum audiuerim à Deo, qui propter hoc aduentū per carnē aſ-
ſumpſit, quo etiā exemplis eorū quæ facienda ſunt uitā noſtrā cōcinnaret, & per propriā
uocem nobis Euangeliū regni annūciaret: quod in hoc cognoſcēt omnes quod mei di-
ſcipuli eſtis, ſi dilectionē inter uos mutuā habueritis: & quod poſtremi exitus ac ualedi-
ctionis donū, cōpleturus iā myſteriū diſpenſationis in carne, pacē ſuā diſcipulis ſuis Dñs
reliquit, cū dixit, Pacē relinquo uobis, pacē meam do uobis: non poſſum perſuadere mei- Ioan.14
pſum, quod ſine mutua inter nos dilectiōe, & citra pacificationē (quantū eius ad me atti-
net) ad omēs, poſſum dignus uocari ſeruus Ieſu Chriſti. Multo equidē tēpore expecta-

ui,ſi quando & à ueſtra dilectione fieret aliqua ad nos uiſitatio. Non eñ ignoratis quod
publicè propoſiti omnibus,quemadmodũ prominentes in mari ſcopuli,indignationem
ac furorem hæreticarũ undarum nos ſuſcipimus,quę circum nos diffractæ, ad ea quæ re
tro nos ſunt non inundant.Nos autem quũ dixero,non ad humanas uires refero, ſed ad
gratiam Dei,qui in hominũ debilitate,potentiam ſuã oſtendit,quẽadmodum propheta
dicit ex perſona Domini loquens:Aut me non timebitis qui poſui arenã terminũ mariſ
Debiliſsima eñ ac uili re ipſa arena,magnum & graue mare potẽs ille illigauit. Quando
quidem igitur tales noſtræ res ſunt,compar erat & à ueſtra dilectione aliquos genuinos
aſſidue demitti,ad noſtri qui opprimimur uiſitationẽ:& literas dilectionis ſignificatiuas
frequentius ad nos accedere permitti,quæ partim promptitudinẽ noſtrã fulcirent, par-
tim etiam ſi quid erramus corrigerent.Non enim negamus nos infinitis erroribus ſubie-
ctos eſſe,quum homines ſimus,& in carne uiuamus. Cæterũ quando ante hoc tempus,
aut decori ignaris uobis,præterita ſunt quæ nobis debentur fratres uenerandiſsimi, aut
propter progreſſas ab aliquibus contra nos calumnias , indignos nos eſſe cenſuiſtis di-
lectionis ſignificatiua uiſitatione: ecce nunc per literas etiam prouocamus ipſi, & attri-
butas nobis culpas confitemur,parati ad hoc ut coram uobis exuamur, ac excutamur,
modo admiſerint qui nobis contumelias faciunt,ut coram ueſtra pietate ad faciem præ-
ſentes conſiſtant.Conuicti enim nos peccatum noſtrum agnoſcemus, & uos poſt factã
redargutionem ueniam habebitis apud Dominum,ex peccatorum noſtrorum ſocietate
uoſipſos ſubducentes. Et qui redarguerunt mercedem habebunt, uelut qui occu'tam
uoſipſos ſubducentes. Et qui redarguerunt mercedem habebunt, uelut qui occultam
noſtram maliciam publicauerunt.Si uerò antequam conuicti ſumus,nos condemnaue-
ritis,nos quidem nulla iniuria affecti erimus,præterquam quod precioſiſsimę nobis poſ-
ſeſsionis, dilectionis erga uos damnum patiemur , & uos quoque idem patiemini nos
non habentes,& contra Euangelium pugnare uidebimini, quod dicit: Num lex noſtra
iudicat hominem ſi non prius audiuerit & nouerit quid fecit? Et qui contra nos conuicia
effundit,& de his quæ de nobis dicit nos non conuincit,apparebit mala n ſibijpſi appel
lationem inducere ex abſurdo hoc uerborum uſu. Nam calumniantem quomodo aliter
appellare conuenit,quàm ea appellatione quam ſibijpſi ex re cuius ſtudio tenetur indit?
Neque igitur qui nobis conuiciatur calumniator ſit,ſed accuſator. Imò neque accuſato-
ris nomen ſuſcipiat,ſed frater ſit in dilectione admonens,& ob correctionem inducens
redargutionem: neq; uos conuiciorũ fiatis auditores , ſed redargutionũ examinatores:
neq; nos incurati relinquamur, dum peccatum noſtrũ nobis non manifeſtatur. Ne enim
illa cogitatio animũ ueſtrũ occupet, nos qui maritimã regionẽ habitamus,alieni à mul-
torum affectione ſumus,& nihil aliorum auxilio opus habemus.quare quid indigemus
aliorum ſocietate? Nam Dominus inſulas quidem à continente per mare d ſparauit, In-
ſulares uerò cum continentis habitatoribus per dilectionem colligauit. Nihil nos ſepa
rat fratres,niſi per uoluntatẽ ſuſtineamus ſeparationem. Vnus eſt noſter Dominus,una
fides,eadem ſpes,ſiue caput uoſipſos uniuerſalis Eccleſię ęſtimatis:non poteſt caput di-
cere pedibus,nõ eſt mihi uobis opus: ſiue etiam in alio ordine ac loco Eccleſiaſticorum
membrorum uoſipſos collocatis,non poteſtis dicere his qui in eodem uobiſcum corpo-
re locati ſunt,nihil uobis opus habemus.Nam & manus mutuo auxilio indigent, & pe-
des ſe mutuò fulciunt,& oculi in concordia euidentẽ apprehenſionẽ habent. Nos equi-
dem confitemur noſtram ipſorum debilitatem, & conſpirationem ueſtram requirimus.
Nouimus enim quod etiamſi corpore non adſitis,tamen per precum auxilium magnam
exhibetis nobis in maxime neceſſarijs occaſionibus utilitatem. Vobis autem neq; apud
homines decorum eſt, neq; Deo placens, talibus uocibus uti,quibus ne gentes quidem
utantur,quæ Deum non nouerunt. Verùm illas audimus,etiamſi ad omnia ſufficientem
regionem incolant, futurorum incertitudinis gratia, mutuam aliorum confœderationẽ
amplecti,& ſocietatem uelut aliquid lucri habentẽ perſequi. Nos autem qui ex illis pa-
tribus nati ſumus,qui per modica ſigna ſanciuerunt ſocietatis ſymbola à finibus terræ
uſq; ad eiuſdem fines circumferri, & omnes omnibus conciues ac neceſſarios eſſe, nunc
noſipſos ab orbe terrarum reſecamus, & neq; ob ſolitudinem pudeſimus: neque dam-
num afferre concordiæ diuulſionem expendimus: neque quod in nos ueniet horrenda
Domini noſtri prophetia exhorreſcimus.Is enim dixit,quod propter multiplicationem
iniquitatis

iniquitatis,frigeſcet multorum charitas. Ne fratres uenerandiſſ. ne ſuſtinete hoc, ſed & propter prȩterita,pacificis literis nos conſolamini,& per dilectionis ſignificatiuas ſalutationes,uelut lenem quendam contactũ , cordis noſtri ulcus,quod ex præterita negligentia nobis induxiſtis,mitigate.Et ſiue ipſi uolueritis ad nos accedere, & per uoſipſos morbos noſtros perſcrutari,an reuera tales ſint quales audiuiſtis,aut ex mẽdacij additamentis grauiora denuncientur uobis peccata noſtra:fiat & hoc.Parati nos ſumus ſupinis manibus aduentum ueſtrum ſuſcipere,& proponere nos ipſos ad exactum experimentum,tantummodo dilectio dux ſit eorum quȩ fiunt.Siue etiam uultis per uoſipſos locũ aliquem oſtendere,in quo comparentes , & quod debetur nobis uiſitationis debitum, perſoluamus,& noſtrum ipſorum experientiam quantum eius fieri poteſt exhibeamus, ut & prȩterita ſanentur, & nullus de cætero calumniæ locus relinquatur :fiat etiam hoc. Omnino enim etiamſi debilem circumferimus carnem,attamen donec ſpiritum duxerimus,obnoxij ſumus,nihil relinquere ex his quæ ad Eccleſiarum Chriſti ædificationem pertinent,Itaq; ne temere exhortationem hanc noſtram recuſetis : ne ad neceſsitatẽ nos perducatis,ut etiam ad alios dolorem noſtrum eloquamur.Hucuſq; enim ſciatis fratres, in nobis ipſis mœrorem occultamus,erubeſcentes his qui procul abſunt ſocijs, abalienationem ueſtram à nobis declarare:ut ne & illos tribulemus , & his qui odio nos habent gaudium inducamus.Hæc ſolus nunc ſcripſi,uerùm ex ſententia omnium in Cappadocia fratrum ſcripſi:qui commonefecerunt me,ut non uulgari literarum per ferendarum miniſtro ac tabellario uterer,ſed uiro qui poterit ea quæ per epiſtolam omiſimus:uerentes ne nimium uerborum exceſſum committeremus:per ſuam ipſius prudentiam, quam ex gratia Dei habet,explere. Dicimus autem chariſſ.nobis ac pientiſsimum fratrem Petrum in presbyterio conſortem.Quẽ & in charitate ſuſcipite,& ad nos pacificè remittite, ut nobis bonorum nuncius contingat.

Exemplar fidei pronunciatæ à Magno Baſilio ,cui ſubſcripſit Euſtathius Sebaſteæ Epiſcopus. Epiſt. XXVIII

QVi aut prȩoccupati ſunt altera fidei confeſsione,& ad rectorũ coniunctionem tranſire uolunt,aut etiam nunc primum Catechiſmo ac inſtructioni doctrinæ ueritatis ſe tradere cupiunt,eos doceri oportet fidẽ à beatis patribus in concilio olim apud Nicæam congregato ſcriptam.Idem hoc utile fuerit etiam ad eos qui ſuſpecti ſunt ſanæ doctrinæ aduerſarij,& quiſuis ipſorum ſubterfugijs bona ſpecie præditis malæ de fide opinioni ſuæ tenebras offundunt.Nam & his ſufficiens eſt hæc ipſa fides. Aut eñ corrigent ſuũ ipſorũ occultũ morbũ,aut ipſo in profundo occultato,ipſi quidem fraudis iudicium portabunt:nobis autem leuem in die iudicij reſponſionem præparabunt, quando reuelabit Dominus occulta tenebrarum,& manifeſtabit conſilia cordium.Itaq; conuenit accipere ipſos confiteri , quod credunt ſecundum uerba quæ à patribus noſtris edita ſunt in Nicæa,& ſecundum ſententiam quæ à uerbis his ſano modo declaratur. Sunt enim aliqui qui in hac uitæ doctrinam ueritatis adulterant,& ad ſuam uoluntatem uerborum in ipſa ſententiam trahunt. Quando ſanè etiam Marcellus auſus fuit impius eſſe in ſubſtantiam Domini noſtri Ieſu Chriſti,& nudum ipſum exponens uerbum,illinc principia ſumpſiſſe prætexere,ut coeſſentialis ſignificationem male exponeret.Et quidam ex impietate Libys Sabellij,ſubſtantiam & eſſentiam idem eſſe opinantes , illinc trahunt occaſiones ad ſuæ ipſorum blaſphemiæ confirmationem , ex eo quod ſcriptum eſt in fide. Si uerò quis dixerit ex altera eſſentia aut ſubſtantia eſſe filium,eum reprobat ac deteſtatur Catholica & Apoſtolica Eccleſia.Non enim idem dixerunt illi eſſentiam & ſubſtantiam.Si eñ unam & eandem ſignificationem indicarent uoces,quid opus erat utriſque? Verùm manifeſtum eſt,quod illi uelut negantes ex eſſentia eſſe patris:hi uerò neq; ex eſſentia affirmãtes,ſed ex alia aliqua ſubſtantia.Sic ambo uelut aliena ab Eccleſiaſtica ſententia pronunciauerunt.Nam ubi ſuam ſententiam declarabant, dicebãt ex eſſentia patris filium,nõ amplius apponentes,& ex ſubſtantia.Quare illud quidẽ ob improbæ ſententiȩ reprobationem poſitum eſt hoc uerò manifeſtationem habet dogmatis ſalutaris. Oportet igitur confiteri,coeſſentialem filium patri,quemadmodum ſcriptum eſt:confiteri item in propria ſubſtantia patrem,in propria filium, & in propria ſpiritum ſanctum,

quem.

quemadmodum etiam ipſi manifeſtè expreſſerunt. Sufficienter enim & ſapienter oſten-
derunt quum dixerunt: Lumen de lumine, quod aliud quidem eſt id quod generauit lu-
men, aliud uerò id quod generatum eſt. Lumen tamen & lumen, ut una & eadem ſit eſ-
ſentiæ ratio. Apponatur porrò nobis etiam ipſa fides apud Nicæam conſcripta. Credi-
mus in unum Deum patrem omnipotentē, & uiſibilium omniũ & inuiſibiliũ creatorem.
Et in unum Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtũ, filium Dei genitũ ex patre unigenitũ: hoc
eſt, ex eſſentia patris. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum uerũ de Deo uero: genitũ
non factum, coeſſentialem patri, per quem omnia facta ſunt, quæ in cœlo ſunt & in ter-
ra: qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis, incarnatus
eſt, homo factus eſt, paſſus eſt, & reſurrexit tertia die, aſcendit ad cœlos, uenturus eſt iu-
dicare uiuos & mortuos. Et in Spiritum ſanctum. Cęterùm dicentes, erat aliquando quã-
do non erat, & priuſquam genitus eſſet non erat, & quod ex non exiſtentibus ac de nihi-
lo factus eſt, aut ex altera ſubſtantia aut eſſentia eſſe dicentes, aut mutabilem aut alterabi-
lem filiũ Dei: hos reprobat ac deteſtatur Catholica & Apoſtolica eccleſia. Quandoqui-
dem igitur hic alia quidem ſufficienter & exactè decreta ſunt, partim ob correctionem
eorum qui lęſi ſunt, partim ad pręcauendos eos qui exorituri eſſe timebantur: Spiritus
ſancti autē ratio in tranſcurſo poſita eſt, nulla diligentia digna iudicata, propterea quod
nondum mota eſſet hęc quęſtio, ſed ſententia de ipſo in credentium animis nullas adhuc
inſidias ſuſtinuiſſet: paulatim uerò progreſſa ſunt praua impietatis ſemina, quę prius qui-
dem ab Ario hęreſis præfecto in terram coniecta fuerunt, poſtea uerò ab his qui illius
dogmata malè ſuſceperunt, in perniciem Eccleſiarum enutrita ſunt: ipſa impietatis con-
ſequentia etiam in blaſphemiam contra ſpiritum irruit: neceſſarium eſt aduerſus eos qui
ſibiipſis non parcunt, neq; ineuitabiles minas, quas blaſphemiã in Spiritum ſanctum di-
centibus intentauit Dominus noſter, proſpiciunt, illud producere: Quod eos execrari
oportet qui Spiritum ſanctum dicunt eſſe creaturam, & qui ſic ſentiunt, & qui non confi-
tentur ipſum natura ſanctum eſſe, uelut eſt natura ſanctus pater, & natura ſanctus filius:
ſed abalienant ipſum à diuina ac beata natura. Demonſtratio aũt & comprobatio rectæ
ſententiæ eſt, quod Scriptura non ſeparat ipſum à patre & filio. Oportet enim nos bapti-
zari quidem, uelut traditũ accepimus, credere uerò, uelut baptizamur, glorificare autē,
uelut credimus, patrem & filium & ſpiritum ſanctum: abſcedere uerò à ſocietate eorum
qui creaturam dicunt, uelut palàm blaſphemantium, illo equidem confeſſo: neceſſaria
eſt enim notatio per ſigna propter calumniatores: Quod neq; ingenitum dicimus ſpiri-
tum ſanctum. Vnum enim nouimus ingenitum, & unum rerum principium, patrem Do-
mini noſtri Ieſu Chriſti: neq; genitum, unum enim unigenitum in traditione fidei edocti
Ioan.15 ſumus. Spiritum autem ueritatis ex patre procedere edocti, ex Deo eſſe cõfitemur citra
creationem. Execrari uerò oportet etiam eos qui miniſtratorium dicũt Spiritum ſanctũ,
uelut per hanc uocem, ad creaturę ordinē deducentes. Miniſtratorios enim ſpiritus cre-
aturas eſſe Scriptura nobis tradidit, dum inquit: Omnes ſunt miniſtratorij ſpiritus, qui
ad miniſterium demittuntur. At uerò propter eos qui omnia miſcent, & doctrinam in
Heb.1 Euangelijs non conſeruant, neceſſe eſt etiam hoc inſuper explicare. Quod fugere opor-
tet etiam eos qui conſequentiam quam Dominus tradidit immutant, uelut palàm uerita-
ti repugnantes, & filium quidem patri præponentes, filio uerò Spiritum ſanctum prælo-
cantes. Immotam enim & intentatam cuſtodire conuenit conſequentiam, quam ex i-
Mat.28 pſa Domini uoce traditam accepimus, qui dixit. Euntes docete omnes gentes, baptizan-
tes ipſos in nomen patris & filij & ſpiritus ſancti.

Ego Euſtathius epiſcopus his coram te Baſilio per me lectis aſſenſus ſum, & præſcri-
pta approbaui. Subſcripſi autem ſimul præſentibus fratribus, Phortone noſtro, & Cho-
repiſcopo Seuero, & alijs quibuſdam clericis.

Baſilius Magnus Euſtathio Sebaſtæ epiſcopo. Epiſt. LXXIX

Cap.3 Tempus inquit tacendi, & tempus loquendi, Eccleſiaſtæ ſermo. Igitur etiam nunc
poſtq; ſufficiens ſilentij tempus factum eſt, tempeſtiuuum eſt decætero aperire os,
ad manifeſtationem ueritatis eorũ quæ ignorantur. Nam & Magnus Iob multo tempo-
re calamitates ſilētio pertulit, per hoc ipſum fortitudinē oſtendens, quod patiēs eſſet in
grauiſsi-

grauiſsimis afflictionibus. Quũ uerò ſufficienter in ſilentio decertaſſet, & dolorẽ in pro-
fundo cordis occultare perſeueraſſet, tunc aperto ore loquutus eſt illa quæ omnes noue-
runt. Et nobis itaq; tertium hunc ſilentij annum imitatione digna uiſa eſt prophetæ glo- Pſal.37
riatio, qui dicit: Factus ſum ſicut homo non audiens & non habens in ore ſuo redargutio
nes. Quapropter dolorem ex calumnia nobis accedentem in profundo cordis concluſi-
mus. Reuera enim calumnia uirum humiliat, & calumnia circumfert pauperem. Si igitur Eccleſ.7
tantum eſt ex calumnia malũ, ut etiã perfectum (hoc eñ per uiri appellationẽ uerba illa
innuunt) ab altitudine deducat, & pauperẽ circumferat, hoc eſt, eum qui magnorum do-
gmatum indigus eſt, quemadmodum etiam prophetę uidetur, qui dicit: Fortaſſis paupe Hier.5
res ſunt, ob id nõ intelligunt, ibo ad opulentos: pauperes eos qui circa intelligentiã de-
fectum habent, appellanti: & hic uidelicet eos qui nondum internũ hominem abſolutũ
habent, neq; ad ætatis menſuram peruenerunt, circumferri & concuti prouerbiũ dicit.
Attamen putabam oportere res triſtes ſilentio perferre, expectans aliquam per ipſa ope
ra correctionem. Neq; enim ex malicia aliqua, ſed ignorantia ueritatis putabam illa con-
tra nos dicta eſſe. Quandoquidem uerò uideo unà cũ tempore procedere ipſam inimici
tiam, & non mutari eos propter ea quæ ab initio locuti ſunt, neq; ullam curam habere,
quo præteritis medeantͬ: ſed inſuper elaborare, & ad eum ſcopũ quem ab initio aggreſſi
ſunt, conſtitutos perſiſtere, ut affligant uitam noſtram, & opinionem de nobis apud fra-
tres contaminent machinantes: nõ amplius mihi ſilentium tutum uidetͬ, ſed illud Eſaiæ Cap.42
mihi in mentẽ uenit, Cõſilui, num etiam ſemper ſilebo & ſuſtinebo? toleraui uelut puer-
pera. Contingat aũt nos & ob ſilentium mercedẽ accipere, & aliquam ad redarguendũ
facultatem conſequi, quo nos redarguendo amarum illum, qui contra nos fluxit, falſæ
accuſationis torrentem reſiccemus, ut etiam nos dicere poſſimus, Torrentem pertrãſiuit
anima noſtra. Et hoc, Niſi Dñs fuiſſet in nobis, dum inſurrexerunt homines contra nos,
pfectò uiuos deuoraſſent nos. Ego quũ multũ temporis in uanitate cõſumpſiſſem, & to-
tam fermè iuuenturẽ meam in uano labore perdidiſſem, quem in diſciplinarũ ſapientiæ à
Deo infatuatæ perceptione cõuerſatus inſumpſi: poſtq̃ aliquando uelut ex ſomno pro-
fundo expergefactus, ad admirandam ueritatis Euangelij lucem reſpexi, & inutilitatem
ſapientię principum huius ſeculi, qui abolentur, conſpexi: miſerabili uita mea multum de
plorata, optabam mihi dari manuductorem ad introductionem ad dogmata ueritatis.
Et præ omnibus ſanè multam curam adhibebam, ut correctionem aliquam morum face
rem, multo iam tempore ex malorum conuerſatione corruptorum. Itaq; ubi legiſſem E-
uangelium, & uidiſſem illic maximam occaſionem ad perfectionem, uenditionem bo- Mat.19
norum, & diſtributionem in indigos fratres, & in ſumma, nullam huius uitæ curam ha-
bere, & à nulla affectione ad uitæ res animam conuerti: optabam inuenire aliquem fra-
trem qui hanc uitæ uiam elegiſſet, ut unà cum ipſo profundam hanc uitæ inundationem
penetrarem. Et ſanè multos inuenimus in Alexandria, multos etiam per reliquam Ae-
gyptum. Et alios in Palæſtina cauaq; Syria ac Meſopotamia. Quorum quidem admi-
rati ſumus circa uictum abſtinentiam: admirati ſumus item tolerantiam in laboribus:
conſternauit me etiam ipſorum in orationibus intentio, & quomodo ſomnum ſupera-
bant & à nulla naturali neceſsitate inflectebantur, altam ſemper & nulli ſeruituti obno-
xiam animæ conſtantiam conſeruantes, in fame & ſiti, in frigore & nuditate, non corpo-
ris curæ intenti, neq; ſuſtinentes ut aliquam ipſi curam impenderent: ſed uelut in aliena
carne degentes, opere commonſtrarũt, quid ſit cohabitare rebus in hac uita, & quid con
uerſationem habere in cœlo. Illa admiratus & beata prædicata uirorum uita, quod ope-
re oſtendunt mortificationem Ieſu in corpore ſe circumferre: optabam etiam ipſe quan-
tum eius à me fieri poſſet, illorũ uirorum imitator eſſe. Hac itaque gratia quum uidiſſem
aliquos in patria uitam illorum imitari aggreſſos, auxilium quoddam me inueniſſe pu-
tabam ad meam ſalutem, & ea quæ uidebantur, obſcurorum demonſtrationem facie-
bam. Quandoquidem igitur incerta ſunt, quæ in occulto uniuſcuiuſq; noſtrũm ſunt, opi
nabar humilitatem indumenti, ſufficiens ſignum eſſe humilitatis, & ſufficiebat mihi ad
certitudinem, craſſa ueſtis, & cingulum, & de corio impoſito calceamenta. Et quum mul
ti me abducerent ab ipſorum conſuetudine, non ſuſtinebam, quum uiderem ipſos uo-
luptariæ uitæ præferre tolerantem malorum, & propter uitæ ac conuerſationis diuerſi-

tatem

tatem ipſis inuidebam. Vnde neq; dogmatũ ipſorũ calumnias admittebam, etiamſi mul
ti affirmarent ipſos non rectas de Deo habere opiniones, ſed pręſentis ſectæ autoris di
ſcipulos eſſe, & illius dogmata clàm conſeminare. Quæ quoniam nunquam ipſe pręſens
audieram, calumniatores ducebam eos qui talia diuulgabant. Poſtquam uerò deinceps
uocati ſumus ad Eccleſiæ pręſidentiam, traditos quidem nobis cuſtodes & uitæ ſpecu
latores, ſimulato nimirum auxilio & dilectionis ſocietate, taceo: ut ne uidear aut incre
dibilia dicens, meipſum criminari, aut fidem reperiens, odij in homines cauſam creden
tibus inducere: quod ipſum etiam ferè mihi contigiſſet, niſi me citò miſerationes Dei an
teuertiſſent. Fermè enim in ſuſpicionem contra omnes incidi, nihil arbitratus eſſe apud
ullum aliquem fidi, ex doloſis nimirum actionibus animo perculſus. Attamen interea
uidebatur eſſe aliquis nobis habitus conſuetudinis ad ipſos, & inſultus facti ſunt nobis
de dogmatibus ſemel atq; iterum, & uiſi ſumus in conſenſu non diſparari, ubi inuenie
bant nos eaſdem uoces de fide in Deum emittere, quas per omne tempus de nobis au
diuerant. Nam etiamſi reliqua noſtra gemitibus digna ſint, tamẽ unum hoc audeo iacta
re in Domino, quod nunq; erroneas habui de Deo opiniones, aut aliter ſentiens poſtea
ſententiam mutaui: ſed quam à puero accepi de Deo notionẽ à beata matre mea, & nu
trice Macrina, eam auctam habui in meipſo. Non enim alia ex alijs in doctrinæ comple
mento aſſumpſi, ſed tradita mihi ab ipſis principia conſummaui. Quemadmodum enim
ſemen augeſcens maius quidẽ ex paruo euadit, idem autem eſt, dum non ſecundum ge
nus transmutatũ, ſed iuxta augmentũ perficitur: ſic reputo etiam mihi eandem doctrinã
per profectum auctam eſſe, non autẽ pro ea quæ ab initio fuit, hanc quæ nunc mihi ad
eſt natam eſſe. Quare perſcrutentur ſuam conſcientiam, & memores ſint iudicij Chriſti,
an unquam aliud quid audiuerunt de nobis, quàm quod nunc dicimus, qui nos nunc
propter malam de fide opinionem per hominum ora diuulgant, & infamibus epiſtolis
quas contra nos conſcripſerunt, omniũ aures pulſant. Vnde & nos ad huius Apologiæ
ac defenſionis neceſsitatem deuenimus. Accuſamur enim ob blaſphemiam in Deum, ne
que ex ſcripto aliquo quod propoſuimus, aut ex his quæ citra ſcriptum ab ore ſemper
in propatulo Eccleſiis Dei loquuti ſumus. Sed neq; teſtis inuẽtus eſt, qui diceret ſe quid
impium de nobis audiuiſſe, quod in abſcõdito loquuti eſſemus. Vnde igitur iudicamur,
ſi neque conſcribimus impiè, neque concionamur noxiè, neque domeſticis colloquijs
eos qui nos accedunt peruertimus? O nouum drama & actum. Ille inquit in Syria ſcrip
ſit quædam uelut non piè: tu uero Epiſtolas ad eum miſiſti ante uiginti & plures annos,
ſocius ergo tu es hominis, & illius accuſationes etiam tuæ fiant. At ô amice ueritatis ho
mo, qui mendacium diaboli ſobolem eſſe edoctus es, quomodo meam eſſe epiſtolam il
lam noſti? Non eñ eò demiſiſti, neq; interrogaſti, neq; à me qui ueritatẽ tibi dicere poſ
ſum didiciſti. Si uerò etiam meæ ſunt literę, unde tibi manifeſtũ eſt, quod hic quem nunc
nactus es liber, coætaneus eſt meis literis? Quis tibi dixit uiginti annorũ eſſe hoc ſcrip
tum? Vnde tibi notũ quod illius hominis eſt compoſitio, ad quẽ etiam à me epiſtola de
miſſa eſt? Si uerò etiam ille ſcriptor eſt, & ego ad illum epiſtolam dedi, & unum ac idem
tempus eſt mearum literarũ & illius ſcripti, quæ comprobatio eſt, quod in mente ſuſce
pi & in meipſo habeo illius opinionem? Interroga teipſum, quoties nos uiſitaſti in ha
bitatione ad Iridem fluuiũ. Quũ uerò aderat mihi pientiſsimus frater Gregorius, eundẽ
uitæ ſcopum mecũ perficiens, num audiuiſti quid tale? aut ſignificationẽ accepiſti par
uam aut magnã? Quod autem dies in oppoſito uico apud matrem meã, ubi uelut amici
inter nos degentes, dum & noctu & interdiu ſermones à nobis fierent, num cognatum
quid in animo habere inuenti ſumus? Quãdo uerò beatum Syluanũ ſimul uiſitabamus,
non uia nobis de his habebat ſermones? In Euſinoe uerò quando cum pluribus epiſco
pis ad Lampſacum profecturi accerſiuiſtis me, non de fide erant ſermones? Non per om
ne tempus ſcribæ tui celerrrimi illi aderant mihi pronuncianti ea quæ aduerſus ſectam
ſunt? non genuini tui diſcipuli per totum tempus mihi aderant? Non dum uiſitabã fra
ternitates, & cũ ipſis in orationibus pernoctabam, dicens & audiens ſemper de Deo ci
tra contentionem, non certas exhibebam mentis ac ſententiæ meæ demonſtrationes?
Quomodo igitur tanti temporis experientia inferior uiſa eſt putida adeò & inualida
ſuſpicione? Quem uerò oportebat pro te teſtem eſſe meæ affectionis? Quæ in Chalce
done

done dicta ſunt nobis de fide. Quæ ſæpe in Heraclea. Quæ prius in Cæſarea in ſuburbio. Nonne omnia conſona de nobis? nonne omnia inter ſe congruentia? excepto eo quod dixi ex profectu augmentum quoddam uideri in his quæ à me dicuntur, id quod non eſt mutatio ex deteriore ad melius, ſed deficientis complementum, iuxta cognitionis additionem. Quomodo uerò etiam illud non cogitas, quod pater non accipiet peccatum filij, neq; filius patris? Vnuſquiſq; in proprio peccato morietur. Mihi uerò neq; pater eſt is qui apud te uituperatur, neque filius. Neq; enim doctor mihi fuit, neq; diſcipulus. Si uerò oportet parētum peccata, filiorum crimina fieri, multo iuſtius eſt Arij peccata diſcipulorum ipſius crimina fieri: & ſi quis Aetium genuit hæreticum, in caput aſcendere, filij crimina. Si uerò iniuſtum eſt propter illa aliquem accuſari, multo profectò iuſtius eſt nos, propter eos qui nihil ad nos pertinent, rationem non reddere: ſi ſanè etiam peccarunt omnino, & ſi quid ſcriptum eſt ab ipſis dignum condemnatione. Venia enim eſt mihi non credenti his quæ contra ipſos dicta ſunt. Nam experientia ipſa contra me, accuſatorum ad calumniam facilitatem confirmat. Nam ſi quidem decepti, & putantes me participem eſſe ſententiæ eorum qui ſcripſerunt illa Sabellij uerba, quæ ipſi circunferunt, ad calumniam contra me deuenerunt, neque ſic quidem ueniam merentur, ante euidentes demonſtrationes ſtatim blaſphemijs impetentes ac ſaucíantes eos, qui ne conuerſati quidem cū illis ſunt, ut ne dicam etiam eos qui ſumma cum ipſis amicitia colligati ſunt, & quod demonſtratio eſt, quod ſpiritu ſancto non ducantur, quòd falſas ſuſpiciones in ſeipſis habent. Multum ſollicitum eſſe oportet, & multas noctes inſomnes ducere, & cum multis lachrymis à Deo ueritatem exquirere, eum qui à fratris amicitia reſecari uelit. Si enim mūdi huius principes, ubi aliquem malefactorem morti adiudicare uolunt, attrahunt uela, & expertiſsimos uocant ad propoſitorum conſideraaionem, & multo tempore occupati ſunt: nunc quidem legis auſteritatem uidentes, nunc uerò naturæ ſocietatem reuerentes: & multum ingemiſcentes ac neceſſitatem deplangentes, omnibus manifeſti fiūnt, quod ad neceſſitatem legi inſeruiunt, non iuxta propriam uoluptatem inducentes condemnationem: quanto ampliore ſtudio dignum ducere oportet, ſollicitudineq; ac cum pluribus conſilio, eum qui à fratrum amicitia abrumpi uelit, quæ per longum tempus eſt confirmata. At una eſt epiſtola, eaq; ambigua. Neque enim dicere potes ex ſubſcriptionis ſignis te ipſam agnouiſſe, qui ſanè non primario ſcriptam, ſed transſcriptam in manus accepiſti. Ex unicis itaque literis, hiſq; priſcis: uiginti enim anni ſunt ad hoc tempus, à quo ſcriptum eſt quid ad illum uirum. Intermedio autem hoc tempore nullum talem habeo teſtē meæ uoluntatis ac uitæ, uelut eos qui nunc inſtant mihi accuſatores. At enim non eſt ipſa epiſtola ſeparationis cauſa, uerùm alia eſt diſſidij ratio, quam ego recenſere erubeſco: & ſiluiſſem utiq; per omne tempus, niſi ea quæ nunc facta ſunt, neceſſariam mihi feciſſent propoſiti ipſorum manifeſtationem, propter multorum utilitatem. Putant enim ſuaues illi homines, impedimentum ipſis eſſe ad potentatus adipiſcendos, eam quam habent nobiſcum ſocietatem. Et quia deſcriptione aliqua fidei præoccupati ſunt, quā nos ipſis propoſuimus, non quod nos ipſorum ſententiæ fidem non haberemus (confiteor enim) ſed quod ſuſpiciones, ꝓpter ipſos, quas multi ex cōcordibus noſtris fratribus habebant, curare uellemus: ut nihil iam ex confeſſione illa uideatur ipſis impedimenti oriri, ad hoc ut ab his qui nunc dominantur ſuſcipiantur, ſocietati noſtræ renunciauerunt. Et cauſa huius abruptionis, excogitatæ ſunt hæ literæ. Signum autem eorum quæ dicimus, euidentiſſimū eſt, quod ubi defeciſſent à nobis, & accuſationes quas uoluerunt contra nos compoſuiſſent, priuſquam ad nos demitterent, literas ubiq; circummiſerunt. Septem enim prius apparuit diebus epiſtola, antequam in manus noſtras perueniret, ita ut qui ab alijs accepiſſent, alijs demitterent. Sic enim excogitauerunt alterū alteri per manus tradere, ut uelox ipſis per omnem regionem cōtingeret diſtributio. Atq; hæc dicebantur quidem etiam tunc, ab his qui illorum res nobis manifeſtiſſime annunciauerunt. Cenſuimus autem ſilēdum eſſe, donec is qui reuelat profunda manifeſtiſſimis & quibus contradici non poteſt redargutionibus, res ipſorum quomodo habeant, publicet.

Baſilius Magnus Euſtathio medico. Epiſt. LXXX.

EST quidem omnibus uobis qui artē medicam tractatis, amoris erga homines ſtudiū. Et mihi ſanè uidetur is qui uniuerſis uitæ ſtudijs ueſtram ſcientiam præpoſuit, decēs

iudicium aſſequutus eſſe,& à decoro non aberraſſe,ſiquidem precioſiſſima omnium res
uita,auerſanda eſt & doloroſa,ſi non cum ſanitate hanc habere contingat. Sanitatis autẽ
choragus & princeps eſt ueſtra ars. Verùm tibi excellẽter dextra ac benigna eſt ſcientia,
& maiores tibijpſi facis humanitatis terminos,non in corporibus artis beneficium circũ-
ſcribens,ſed etiam animæ ægritudinum correctionem excogitans.Hæc autem dico,non
ſolum famam multorum ſequens,ſed etiam experientia in meipſo doctus, quum in mul-
tis alijs,tum præcipue nunc,in inimicorũ noſtrorum inenarrabili malicia,quam inſtar ma
li fluxus uitæ noſtræ influentem , callide diffudiſti , graui hac cordis noſtri inflammatio-
ne,conſolatoriorum ſermonum fomento diſcuſſa.Ego autem ad aſſiduam ac uariam ho-
ſtium noſtrorum contra nos aggreſſionem reſpiciẽs, arbitratus ſum ſilere oportere,& in
quiete ſuſtinere ea quæ inferuntur,neq; contradicere his qui mendacijs prauis illis armis
armati ſunt,quæ ſæpe per ipſam uarietatem aciem ſuam tranſigunt. Tu uerò probe faci-
ens,non prodere ueritatem iuſſiſti,ſed calumniatores redarguere,ut ne plures lædantur,
mẽdacio contra ueritatẽ proſperũ ſucceſſum habente. Viſi itaq; ſunt mihi cõſimile quid
Aeſopeæ fabulæ facere,qui inexcuſabile contra nos odium ſuſceperunt. Quemadmodũ
enim ille finxit lupum crimina aliqua agno obijcere , uerentẽ nimirũ ut ne uideatur citra
iuſtam cauſam occidere eum,qui nihil prius læſerat:quum autem agnus omnem culpam
ex calumnia inductam facile diſſolueret,nihil magis lupum ab inſtituto impetu remiſiſſe,
ita ut etiamſi iuſta cauſa inferior eſſet,dentibus tamen uinceret. Sed hi qui odium contra
nos uelut boni aliquid ſtudio habent,erubeſcentes fortaſſis ut ne uideantur citra cauſam
odiſſe,culpas ac crimina contra nos confingunt,& in nullo penitus ex obiectis criminib.
perſeuerant.Sed iam hoc,& paulo pòſt aliud,& rurſus aliud crimẽ inimicitiæ contra nos
proferunt.In nullo autem firma ipſorum malicia conſiſtit. Verùm ubi ab hoc crimine ex
cuſſi fuerint,aliud apprehendunt , & ab illo rurſus aliud aſſumunt , & ſi omnia diſſoluta
fuerint crimina,ab odio tamen non diſcedunt.Tres Deos à nobis proferri culpam faciũt,
& circumſonant multitudinis aures,& hanc calumniam probabilem facere non ceſſant:
ſed expugnatur ueritas noſtra , & in communi ad omnes & priuatim ad eos qui nos ac-
cedunt:quum demonſtremus,quod reprobatus eſt à nobis omnis qui tres Deos dicit,&
neque Chriſtianus eſſe iudicatur. Verùm quum hoc audierint,promptus eſt ipſis contra
nos Sabellius , & morbus ex illo ob noſtrum ſermonem diuulgatur : & rurſus etiam ad
hoc nos conſuetum ſcutum,ipſam ueritatem prætendimus,oſtendentes quod æqualiter
ab huiuſmodi hæreſi uelut Iudaiſmo abhorremus. Quid igitur, num poſt tot aggreſſio-
nes delaſſati quieuerunt? Minimè gentium : ſed nouationem quandam nobis obijciunt,
hoc modo crimen contra nos componentes.Quum ex his ſimus qui tres ſubſtantias con
fitentur,unam bonitatem,& unam poteſtatem,& unam deitatem, dicere nos cauſantur:
& non extra ueritatem hoc dicunt. Dicimus enim:ſed illi accuſantes hoc proferunt, quia
conſuetudo ipſorum hoc non habet,ſed ſcriptura non aſſentitur. Quid igitur nos ad hoc?
Non putamus iuſtum eſſe,obtinentem apud ipſos conſuetudinem,legem ac regulam fa
cere rectæ doctrinæ.Si enim fortis res eſt ad rectitudinis demonſtrationem ipſa conſue-
tudo,oportet & nos omnino illos ſequi. Igitur ſcriptura diuinitus inſpirata arbiter à no-
bis conſtituatur,& apud quos inuenta fuerint dogmata diuinis ſermonibus concordan-
tia,his omnino etiam ueritatis ſuffragium accedet.Quod igitur eſt crimen? Duo enim ſi-
mul in accuſatione contra nos prolata ſunt:unum quòd ſubſtantias diuidamus,alterum
quòd nullum ex nominibus Deo conuenientibus pluraliter numeremus , ſed unam,ue-
lut prędictũ eſt,bonitatẽ,& poteſtatẽ,& deitatem,& omnia eiuſmodi ſingulariter enun-
ciemus. Ad ſubſtantiarũ igitᷓ diuiſionẽ nõ alieno modo ſe habuerint , qui eſſentiarum di-
uerſitatẽ in diuina natura docent. Non enim ueriſimile eſt eos qui tres eſſentias dicũt, nõ
etiam tres ſubſtantias dicere.Igitur hoc ſolum in crimine eſt,quòd nomina quę de diuina
natura dicuntur,ſingulariter enunciamus. Verùm parata eſt nobis ad hoc & manifeſta
ratio. Qui enim condemnat eos qui unam deitatem dicunt,neceſſariò ei qui multas aut
nullam dicit aſſentietur. Non enim poſſibile eſt aliud quid,præter hoc quod dictum eſt
excogitare:at neq; multas dicere diuinitus inſpirata doctrina permittit, ſicubi mentionẽ
facit,ſingulariter deitatis mentionem faciẽs. Quia in ipſo inhabitat omnis plenitudo dei-
tatis. & alibi,Inuiſibilia enim ipſius ex creatione mundi,dum per creaturas intelliguntur,
conſpi-

conſpiciunt̃,ipſaqꝫ æterna poteſtas ipſius & deitas. Si igitur in multitudinẽ extẽdere nu-
merum deitatum, illorum ſolum eſt qui ex errore multitudinis deorũ ægrotant: in uniuer
ſum autem negare deitatem, impiorum exiſtit: quæ ratio eſt quæ criminat̃ nos, propterea
quòd unã confitemur deitatem? Verùm detegunt manifeſtius adhuc rationis ſcopum, in
patre quidem admittere Deũ eſſe, & filium ſimiliter deitatis nomine coli aſſentiẽtes: ſpiri
tum ſanctum uerò dum patri & filio cõnumerat̃, non amplius etiã deitatis notione com-
prehendi: ſed ex patre uſqꝫ ad filiũ conſiſtentem deitatis poteſtatẽ, ſecernere à diuina ma-
ieſtate ſpiritus naturã. Igitur reſpondendũ eſt etiã nobis, quantũ eius fieri poterit breuiſſi
mis, ad hanc ipſorum ſententiã. Quæ eſt igitur noſtra ratio? Dñs tradens ſalutarem fidem
his qui doctrina erudiebantur, patri & filio coniungit ſpiritũ ſanctum. Quod uerò ſemel
coniunctũ eſt, per omnia dicimus coniunctionem habere: non eñ id quod in aliquo col-
locatũ eſt, in alijs ſeparatur. Sed in uiuifica poteſtate, iuxta quã ex corruptibili uita ad im-
mortalitatem natura noſtra tranſmutat̃, ſimul aſſumpta ſpiritus poteſtas cũ patre & filio,
& in multis alijs, uelut in notione ſecundum bonitatem & ſanctitatẽ, & æternitatẽ, ſapien
tiam, rectitudinem, principalitatem, potentiam: etiam ubiqꝫ nimirũ inſeparabilitatem &
coniunctionem habet, in omnibus nominib. ad meliorem partem acceptis. Igit̃ recte ha-
bere ducimus, eum qui tot notionib. altis & Deo conuenientibus patri & filio coniungi-
tur, in nullo ſeparatum eſſe putare. Neqꝫ enim aliquam nouimus nominũ quæ circa diui-
nam naturam intelligunt̃, ſecundum melius & deterius differentiam: ut ſceleſtũ putãdum
ſit, eos qui concedunt ſpiritui in inferioribus nominib. ſocietatem, præminentiorib. indi-
gnum iudicare. Omnia enim Deo cõuenientia nomina & cogitata, æqualia inter ſe ſunt,
eo ꝙ nihil circa ſubiecti ſignificationem differãt. Non eñ ad aliud quoddã ſubiectũ men
tem manuducit boni appellatio, & ad aliud ſapientis & potentis & iuſti appellatio. Sed
quæcunqꝫ ſanè dixeris nomina, unũ per omnia eſt ſignificatũ: & ſi Deũ dixeris, eundem
indicaſti quem per reliqua nomina intellexiſti. Si uerò omnia nomina quæ de diuina na-
tura dicunt̃, æquiualentia ſunt inter ſe iuxta ſubiecti indicationem, alia iuxta aliam ſignifi
cationem, in idem mentem noſtrã deducentia: quæ ratio eſt, ſocietatem, in alijs nominib.
ſpiritui ad patrem & filium concedere, & à ſola deitate ipſum ſeparare? Omnino enim ne
ceſſarium eſt, aut etiam in hoc dare ſocietatem, aut neque in reliquis concedere. Si enim
in illis dignus eſt ſocietate, neqꝫ in hoc omnino indignus exiſtit. Si uerò minor eſt iuxta
illorum rationem, quàm ut nominis deitatis ad patrem & filium ſocietatem capiat, neque
alio quopiam ex Deo conuenientibus nominibus participare dignus utiqꝫ fuerit. Dum
enim conſiderantur & inter ſe comparantur nomina, per eam quam in ſingulis ſpecula-
mur ſignificationem, nihil appellatione Dei minus habere comperiũtur. Cuius rei ſignũ
eſt, quod hoc nomine multa etiam inferiora cognominantur: imò non abſtinet diuina
ſcriptura ab hac cognominatione, neque in rebus diſſimilibus ac incongruis, quum ido-
la & ſimulachra Dei appellatione nominet. Dei enim, inquit, qui non fecerunt cœlum & *Hier.10*
terram, tollantur & ſubter terram conijciantur. Et, Omnes Dei gentiũ, inquit, dæmonia: *Pſal.95*
& quæ clauſo ore de uentre loquitur, in uaticinationibus ſuis conſolans Saul, quas inqui- *1.Reg.28*
rebat animas, Deos ſe uidiſſe dicit. Sed & Balaam augur quiſpiã exiſtens & uates, & per *Num.22*
manum uaticinia ferens, uelut ait ſcriptura, & dæmonum doctrinam per auguralem cu-
rioſitatem ſibiipſi adeptus, à Deo in cõſilium adhiberi à ſcriptura narratur. Et multa talia
ex diuina ſcriptura collecta apponere licet, quod nomẽ hoc minimè ſupra reliquas Deo
conuenientes appellationes principatum habet, quando uelut dictum eſt, etiam in di-
ſcordibus ac incongruis æquiuoce dictum reperitur. At uerò ſancti nomen, & incorru-
ptibilis, & recti, & boni, nuſquam commune factum ad ea quæ non oportet, à ſcriptura
didicimus. Si igitur in his quæ præciſe de ſola diuina natura pie dicuntur nominibus, ſpi-
ritum ſanctum ad patrem & filium ſocietatem habere non contradicunt: quæ ratio eſt, ut
in hoc ſolo non ſocium eſſe affirment, quo etiam idola & dæmonia, iuxta quendam co-
gnominem uſum, participare demonſtrata ſunt? At dicunt naturæ indicatiuam eſſe hanc
appellationem: non cõmunem autem eſſe ad patrem & filium ſpiritus naturã: & propter
ea neqꝫ ſocietate iuxta nomen hoc participare. Igitur demonſtrent per quæ naturæ diuer
ſitatem cognouerunt. Siquidem enim poſſibile eſſet ipſam in ſeipſa diuinam naturam
contemplari, & quod proprium & quod alienum eſt, per apparentia inuenire, non pro-

fectò rationibus omnino opus haberemus, aut ſignis aliјs ad quæſiti comprehenſionem,
Quandoquidem uerò hęc quidem altior eſt eorum quæ quęruntur cognitione, ex ſignis
autem quibuſdam de his quæ memoriam noſtram effugerunt, æſtimationem facimus:
neceſſe eſt omnino per actiones nos manuduci ad diuinæ naturæ perſcrutationē. Igitur
ſi uiderimus inter ſe differentes actiones, quæ à patre & filio & ſpiritu ſancto perficiun-
tur, differentes etiam operantes naturas ex operationum diuerſitate coniectamus. Non
enim poſſibile eſt iuxta naturæ rationem diſtantia, ad operationum ſpeciem mutuo inter
ſe conuenire. Neque frigefacit ignis, neque calefacit glacies. Sed per naturarū diuerſita-
tem, ſimul ſeparantur inter ſe etiam quæ fiunt ab his operationes. Cum igitur operationē
patris & filij & ſpiritus ſancti, in nulla re differentem aut diuerſam uideamus, neceſſe eſt
ad identitatem actionis, unitatem naturæ computare. Sanctificat, & uiuificat, & illumi-
nat, & cōſolatur, & omnia talia, ſimiliter pater & filius & ſpiritus ſanctus: & nemo pręciſe
attribuat ſpiritus operationi poteſtatem ſanctificandi, cum audierit ſaluatorem in euan-
gelio de diſcipulis ad patrem dicentem: Pater ſanctifica ipſos in nomine tuo. Eodē modo
etiam alia omia æqualiter peragunt his qui digni ſunt à patre & filio & ſpū ſancto, omnis
gratia, & poteſtas, deductio, uita, conſolatio, ad immortalitatem trāſmutatio, ad libertatē
tranſitus, & ſi quod aliud bonum eſt quod uſq; ad nos deſcendit. Porrò gubernatio circa
nos, tum in intelligibili, tum ſenſibili creatura: ſiquidem oportet per cognita nobis, etiam
de ſublimibus ac ſuperincumbentibus coniecturam facere: ne ipſa quidem extra ſanctiſ-
ſimi ſpiritus operationem ac poteſtatem conſiſtit, ſingulis iuxta propriam dignitatem
atq; utilitatis neceſſitatem participantibus. Tametſi enim incerta eſt ſenſui noſtro diſpu-
tatio de gubernatione eorum quæ ſupra noſtram naturā ſunt, tamen ex conſequentia, ue
riſimilius utiq; quis per ea quæ nobis nota ſunt aſſentiatur, etiā in illis ſpiritus poteſtatem
efficacē eſſe, q̄ abalienatam eſſe à ſublimium rerū gubernatione. Qui enim illud dicit, nu-
dam & inornatam blaſphemiam proponit, nulla ratiocinatione abſurditatem cōfirmans.
Qui uerò aſſentitur, etiam ea quæ ſupra nos ſunt, cum patris & filij, etiam ſpiritus poteſta
te gubernari, is euidenti coniectura circa propriam uitam innitens, de his affirmat. Igitur
actionis identitas in patre & filio & ſpiritu ſancto, manifeſte oſtendit nullam eſſe naturæ
diuerſitatem. Quare etiā ſi naturam ſignificet deitatis nomen, proprie etiā ſpiritui ſancto
adaptari hanc appellationem, ipſa eſſentiæ communitas aſſentitur. Verùm haud ſcio quo
modo ad naturæ indicationem referant deitatis appellationem hi qui omnia moliuntur,
uelut qui non audierint à ſcriptura, quod electio natura non fit. Moſes autem Aegyptio-
rum electus eſt deus, quum is qui reſponſum dabat ſic ad ipſum loquutus ſit: Conſtitui
te deum Pharaoni. Igitur poteſtatis alicuius ſiue inſpectoriæ, ſiue operatoriæ indicatio-
nem appellatio ipſa profert. Diuina autem natura in omnibus quæ excogitantur nomini-
bus quemadmodum eſt, manet ignota, uelut noſtra fert ratio, & ut nos ſentimus. Bene-
factorem enim & iudicem, & bonum & iuſtum, & quęcunq; alia huiuſmodi edocti, actio-
num differentias didicimus. Operantis uerò naturam nihil magis per operationum con-
ſiderationem cognoſcere poſſumus. Quum enim reddiderit quis rationem, & uniuſcu-
iuſque horum nominum, & ipſius naturæ circa quam ſunt nomina, non eandem utrorū-
que rationem reddet. Quorum autem ratio alia, horum etiam natura diuerſa eſt. Igitur
aliud quidem eſt eſſentia, cuius nondum uox ſignificatiua inuenta eſt, alia uerò nominū
circa ipſam ſignificatio, ex actione aliqua aut dignitate impoſitorum. Quod quidem igi-
tur nulla ſit in actionib. differentia, ex nominum cōmunitate reperimus. Diuerſitatis au-
tem ſecundum naturam, nullam euidentem demonſtrationem comprehendimus, quum
uelut dictum eſt operationum identitas, naturæ ſocietatem ſignificet. Siue igitur actio-
nis nomen eſt deitas, uelut unam operationem patris & filij & ſpiritus ſancti, ſic unam
dicimus eſſe deitatem. Siue iuxta multorum opiniones, naturę indicatiuum eſt deitatis
nomen, propterea quòd nullam reperimus in natura diuerſitatem, non immerito unius
deitatis ſanctam trinitatem decernimus.

Baſilius magnus Euſtathio medico. Epiſtola LXXXI.

SI qua eſt noſtrarum literarum utilitas, nullum tempus ſcribendi ad nos intermiſeris, &
excitandi nos ad ſcribendum. Nos equidem palàm hilariores reddimur, dum prudē-
tium uirorum diligentiū Dominū epiſtolas accipimus. An uerò etiam uos aliquid operæ
precij

precij comperiatis apud nos, uos nouiſtis qui noſtras accipitis. Si quidem igitur ab occupationum multitudine non abduceremur, non utiq; ab aſſiduè ſcribendi hilaritate abſtineremus. Vos autem quibus minores ſunt curæ, quoties ſanè id fieri poterit, concludite nos literis: nam & puteos aiunt, dum hauriuntur meliores euadere. Videntur autem tuæ ex arte medica admonitiones in inanem operam cedere, quum nos ferrum non inducamus, ſed ſibijpſis negocia faciant hi qui à nobis abraduntur ac ſecedunt. Itaque Stoici dictum eſt, quando, inquit, non fiunt res ut uolumus, ut fiunt uelimus. Ego uerò mentem quidem rebus aſſentiri non admitto, quoſdam autem facere aliquid neceſſariorum temere & præter animi ſententiam, non improbo. Neq; enim uobis medicis urere ægrotum, aut alias dolorem inducere, uoluntarium & ex animi ſententia eſt, attamen admittitis ſæpe, difficultatem affectionis ſequentes. Neq; nauigantes ultro eijciunt merces, ſed ut effugiant naufragia, iacturam faciunt, pauperem uitam morti præferentes. Quare etiam nos puta dolenter quidem & cum infinitis lamentationibus ferre ſeparationem eorum qui defecerunt, ferre tamen. Nam Deo & ſpe in ipſum nihil potius apud ueritatis amatores habetur.

Baſilius magnus Patrophilo epiſcopo. Epiſt. LXXXII.

ACcepi literas tuas, quas per fratrem noſtrum Strategium in presbyterio conſortem miſiſti, & accepi ſuauiter, quomodo enim non facerem, & à uiro prudente ſcriptas, & de corde dilectionẽ erga omnes ex Domini præcepto peragere docto? & ferè cognouiſſi ſilentij in præterito tempore cauſam: dubitanti enim & obſtupefacto ſimilis es, ſi Baſilius ille, qui taliter à puero inſeruiuit illi, qui talia in hiſce temporibus & talia fecit, qui bellum contra innumeros unius demerendi gratia ſuſcepit, hic nunc alius ex alio factus eſt, & bellum pro charitate ſuſcepit, & quæcunque alia ſcripſiſti, animæ perturbationem in rerum præter omnem rationem mutatione oſtendens. Et ſi quid etiam nos momordiſti, neque hoc ægretuli. Neq; enim adeò ſum indoctus ut obiurgationes fratrum ex charitate procedentes grauiter feram. Tantum enim abeſt ut indignatus ſim ob ea quæ ſcripſiſti, ut ferè etiam riſum effuderim ob ipſa, quod quum tot & tanta ſint quæ nobis mutuam amicitiam confirmare prius uidebantur, ipſe propter parua ad te progreſſa, tãtum ſtuporem te paſſum eſſe ſcripſiſti. Itaq; etiam tu q; multi facere ſolent, feciſti, qui relicta rerum naturæ expenſione, hominibus attendunt, de quibus fiunt ſermones: & fiunt non ueritatis æſtimatores, ſed differentiæ perſonarum examinatores, obliti admonitionis quod agnoſcere perſonam in iudicio non eſt bonum. Veruntamen quoniam Deus perſonã in hominis iudicio non accipit, quam ad magnũ iudicium præparaui reſponſionem, eam etiã tibi conſtituere non recuſabo. Quia nulla ex nobis ab initio, neq; parua neq; magna diſſidij cauſa exorta eſt, ſed homines odio habentes, propter quas ipſi ſciunt cauſas, non enĩ opus eſt me quicq; de ipſis dicere, aſſiduas fecerunt calumnias: & ſemel atque iterum exuti ac ad excuſandum accincti fuimus. Vt uerò infinitum eſſet negocium, & nulla utilitas aſſiduæ excuſationis, quum nos quidem procul habitatione diſtemus: qui uerò mendacia dicunt, in propinquo habeant, ut per calumnias contra nos ſaucient cor inexercitatum, & non doctum alteram aurem non præſenti integram ſeruare: ubi Nicopolitæ exigerent quandam fidei certitudinem, id quod omnino neque uos ignoratis: uiſum eſt nobis literarum officium ſuſcipere ac exequi. Supputauimus enim duo nos in hoc peracturos eſſe, & tum Nicopolitis perſuaſuros eſſe ne male ſentiant de uiro, & calumniatorum noſtrorum ora obturaturos eſſe fidei cõcordia calumnias ab utraq; parte excludente. Et ſanè etiam conſcripta eſt fides, & à nobis oblata, & ſubſcripta, & ut ſubſcripta eſt, etiam locus oſtenſus ac deſignatus eſt alterius concilij, & tempus aliud, ut & fratres hinc inde habitantes conuenirent, & inter ſe unirentur, & genuina inadulterataq; de cætero eſſet ſocietas. Nos quidem igitur acceſſimus iuxta præfinitum tempus, & fratres qui nobiſcum ſunt, partim aderant, partim confluebant, hilares omnes ac alacres, uelut ad pacem currentes. Et literæ miſſæ ſunt à nobis, & curſores ſignificantes quod adeſſemus. Nam noſter erat locus ad concurrentium ſuſceptionem deſignatus. Quum uerò ex altera parte nullus eſſet, neq; accurrens, neque annuncians aduentum eorum qui expectabantur: Qui uerò à nobis miſſi erant, reuerterentur, triſticiam multam & murmurationem eorum qui illic eſſent narrantes, uelut noua fides à nobis promulgaretur, & dice-

bantur iureiurando decreuiſſe, ſe non permiſſuros eſſe epiſcopo ipſorum ut ad nos tran-
ſiret. Venit aũt quidam literas afferens nobis extemporales, & nullam habentes mentio-
nem eorum de quibus ab initio inter nos conuenerat. Et omnis mihi reuerentiæ ac ho-
noris frater Theophilus, uno ex familia ſua demiſſo indicauit quædam, quæ putauit & i-
pſi competere ut diceret, & nos decere ut audiremus. Nam epiſtolam mittere nõ uoluit,
non adeò ueritus ex literis reprehenſionem, quantum curiòſus eius ut ne ad neceſſitatem
perueniret alloquendi nos uelut epiſcopos. Veruntamen quia uehementia erant uerba,
& de corde feruente prolata, propter hæc diſſoluti ſumus pudore confuſi, & animo col-
lapſi, non habentes quod interrogantib. reſponderemus. Non multo autẽ tempore inter
poſito, etiam profectio contigit uſq; ad Cilices, & inde reditus. Et literæ ſtatim renuncia-
tionem ſocietatis ad nos habentes. Cauſa autẽ abruptionis, quod Apollinario, inquiunt,
ſcripſimus, & in presbyterio conſortem noſtrũ Diodorũ, ſocium habemus. Ego uerò A-
pollinarium quidem nunquã inimicum duxi, ſed ſunt quædã ob quæ etiam reuereor ui-
rum. Non tamen ſic meipſum uiro adiunxi, ut illius crimina ipſe ſuſcipiam, quando ſanè
etiam ipſe aliqua habeam ob quæ ipſum accuſem, quædam ipſius ſcripta adeptus. Non
tamen de ſpiritu ſancto, aut petiſſe ab ipſo librum, aut miſſum accepiſſe me ſcio. Verùm
uocaliſſimum quidem audio ipſum omnium ſcriptorum eſſe, in pauca uerò ipſius ſcripta
incidi. Neq; enim ocium eſt mihi talia perſcrutari, & ſimul difficilis ſum ad recentiorũ ſu-
ſceptionem: quem ſanè neq; corpus in lectione diuinitus inſpiratarum ſcripturarum dili
genter & quo oportet modo perſeuerare permittit. Quid igitur ad me hoc ? ſi quis con-
ſcripſit aliquid quod cuidam non placeat. Quanq; ſi oportet alium pro alio iudicium ſu-
bire, is qui me accuſat pro Apollinario, reſpondeat nobis pro Ario proprio præcepto-
re, & pro Aetio proprio ipſius diſcipulo. Nos neque edocti ſumus aliquid, neque didici-
mus à uiro, cuius crimina nobis obijciunt. Diodorum autem uelut à beato Syluano edu-
catum ab initio ſuſcepimus. Nunc autem diligimus ac amplectimur, propter eam quã ha
bet doctrinæ gratiam, per quam multi ipſum accedentes meliores euadunt. Propter has
literas affectus uelut par erat, & ad obortam præter omnem rationem ac ſubitam tranſ-
mutationem conſternatus, neq; reſpondere potui. Colligatum enim erat mihi cor, reſo-
luta uerò lingua, torpore autem affecta manus, & perpeſſus ſum degeneris animæ affe-
ctionem: dicetur, enim quod uerum eſt, ueruntamen uenia dignũ. Et fermè in hominum
odium congelabar, & omnium mores mihi ſuſpecti putabãtur, & non eſſe in humana na
tura dilectionis bonum, ſed uerbum eſſe bona ſpecie præditũ, fucum quendã indigenti-
bus exhibens, non tamen reuera ineſſe in corde hominis hanc affectionem. Si enim is
qui uidebatur à puero uſq; ad ſenectam, altam ſuiipſius curã feciſſe, ex talibus occaſioni-
bus adeò facile efferatus eſt, nulla noſtrarum rerum ſupputatione facta, neque præteriti
temporis experimentum, uili adeò calumnia potius ducens: ſed uelut pullus indomi-
tus, nondum probe ferre inſcenſorem doctus, ex unica ſuſpicione repulit, & excuſſit, &
humi proſtrauit eos quibus prius lætabatur: quid de alijs ſuſpicari oportet? ad quos neq;
tot nobis ſunt amicitiæ pignora, & à quibus non talis morum cura nobis commonſtrata
eſt. Hæc apud meipſum animo uolutans, & aſſidue in corde uoluens, imò magis corde
ab ipſis uolutato, ſic mordentibus me & per memoriam lancinantibus: nihil illis literis re
ſpondi, non ob contemptum ſilentio facto, ne hoc putes frater, non enĩ hominibus nos
excuſamus, ſed coram Deo in Chriſto loquimur: uerùm ob hæſitationem & conſilij ino-
piam, & quod non haberemus aliquid mœrore dignum quod diceremus. Dum in his eſ-
ſemus, aliæ inſuper literæ ad nos peruenerunt, ad quendam Dazizan uidelicet ſcriptæ,
reuera autem ad omnes homines exaratæ, uelut indicat ipſorum uelox adeò diſtributio,
ut in paucis diebus per omnem Pontum diſperſæ ſint, & Galatiam percurrerint. Quidam
uerò dicunt, quod horum bonorum nuncij etiã Bithynos pergreſſi, uſq; ad Helleſpontũ
peruenerunt. Qualia uerò fuerint ad Dazizan contra nos ſcripta, omnino quidem no-
ſti. Non enim ita procul te à ſua amicitia locant, ut te ſolum hac dignitate inhonoratum re
liquerint. Si uerò literæ ad te non peruenerunt, at ego tibi eas mitto: in quibus compe-
ries nos accuſari doli & maliciæ, corruptionis eccleſiarum, & perditionis animarum, &
quod omnibus uelut ipſi putant uerius eſt, quod inſidiatorium fidei prætextum illos
fecimus, non Nicopolitis inſeruientes, ſed ipſi doloſe accipere confeſſionem excogitan-
tes. Ho-

tes. Horū quidem igitur iudex Dñs eſt, nam quę cogitationū in corde euidēs demonſtratio eſſe poſſit? Illud uerò de ipſis miratus ſum, quod quum in tradito à nobis libro ſubſcripſerunt, tanta uſi ſunt diſſentione, ut & quæ ſunt, & quæ non ſunt, in certitudinē eorū qui ipſos accuſant, cōmiſcuerint. Quod uerò conſcripta ipſorum cōfeſſio fidei Nicænæ, Romę repoſita eſt, hoc non cogitāt: neq; quod per ſuā ipſorū manum tradiderunt cōſilio in Tyanis cōgregato libellum ex Roma allatū, qui apud nos repoſitus eſt eandem hāc fidē habens, & propriæ ſuæ concionis obliti ſunt, quam in medio tunc conſtituti habuerunt: deplangentes quidem fraudē, per quam inducti fuerant ut aſſentionē prębuiſſent ſectæ à congregatione Eudoxij conſtitutæ: quapropter hanc excogitauerunt erroris illius excuſationem, ut Romam profecti, illinc acciperēt patrū fidem: quo inductū eccleſijs detrimentū per aſſentionem ad malū, inductione melioris corrigerent. At qui longiſſimas proſectiones pro fide ſuſtinuerūt, & qui ſapientia illa cōcionati ſunt, nūc cōuiciant nobis uelut doloſe ambulantibus, & in prætextu dilectionis ea quæ inſidiatorū ſunt facientibus Oſtendunt aūt & ea quæ nunc circūferuntur, contempſiſſe ipſos Nicænam fidem. Viderunt enim Cyzicū, & cum alia fide reuerſi ſunt. Et quid facilitatem ac leuitatē tranſpoſitionis ac conuerſionis in uerbis dico, quum multo maiores habeam ex ipſis rebus demōſtrationes conuerſionis ad cōtraria? Qui enim quingentorum epiſcoporū ſententiæ cōtra ipſos prolatæ non cedunt, neq; à gubernatione eccleſiarū recedere ſuſtinēt, quū tot in depoſitionis ipſorū ſententiam conſenſerint: ꝓpterea inquiūt, quod nō erāt ſpūs ſancti participes, neq; per gratiam Dei eccleſias gubernātes, ſed humana poteſtate iuxta uanæ gloriæ præſidentias prædati: hi nunc ab illis electos, uelut epiſcopos ſuſcipiunt. Quos interroga pro me, etiamſi homines oēs contemnant, uelut neq; oculos habētes, neque aures, neq; cor ſenſu præditū, ut ſaltem eorum quæ fiunt inconſequentiam intelligere poſſint: quamnam in corde ſuo ſententiam habeant? Quomodo poſſunt duo eſſe epiſcopi, & qui ab Euippio depoſitus eſt, & qui ab ipſo electus eſt? Eiuſdem eñ manus opus ambo ſunt. Qui ſi non habuiſſet datam Hieremię gratiam diruendi & reædificandi, eradicandi & deplantādi, non utiq; eradicaſſet hunc, neq; illum deplantaſſet. Si autem alterum ipſi dederis, cōcedes ipſi etiā alterum. Verùm unus eſt ſcopus uelut apparet, ſuam utilitatem ubiq; quærere, & amicum quidem ducere, eum qui cupiditatibus ipſorum obſecūdat: hoſtem uerò iudicare, & à nulla contra ipſum calumnia abſtinere, eum qui deſiderijs ipſorum reſiſtit. Quales enim ipſorum etiam nunc cōtra eccleſiā gubernationes? horrendę quidē propter talium leuitatem: miſerabiles uerò propter patientium ſtupiditatē. Euippij fœtus & Euippij filij, per legationem fide dignam ab exilio reuocati in Sebaſteam, populum ſibi cōcreditum habent, aſſumpſerunt altare, fermentum illic eccleſiæ facti ſunt, à quibus nos uelut coeſſentialiſtæ perſecutionem patimur. Euſtathius autem Sebaſteæ, qui in charta à Roma uſq; ad Tyanam congregationem, coeſſentialem attulit, hic nunc ipſis ammixtus eſt, etiamſi in deſiderabilem ipſorum ſocietatem ſuſcipi non potuerit, aut quod timuerint multitudinem eorum qui cōtra ipſos cōſpirauerunt, aut quod reueriti ſint fidei firmitatem. Quales enim erant qui congregati erant, & quō unuſquiſq; electus eſt, & à quali ab initio uita ad hanc poteſtatē peruenerit, ego quidem nunq; tantū ocij mihi optauerim ut illorū res exponā. Didici eñ orare, ut ne loquatur os meū opera hominum. Ipſe uerò perſcrutatus diſces, & ſi te effugerint, iudicem omnino nō latebūt. Quam tamen perpeſſus ſim affectionem, nō recuſabo apud dilectionē tuā recēſere. Nam ſuperiore anno quū grauiſſima febre ægrotaſſem, & ad ipſas fermè mortis portas appropinquaſſem, deinde per benignitatē Dei reuocatus eſſem, grauiter tuli reditū, reputās mecū ad qualia rurſus redirē mala: & apud me ipſum cōſiderabā, quid nam tandē eſt quod in profundo ſapientiæ Dei ſitū eſt, propter quod mihi rurſus uitæ in carne dies conceſſi ſunt? Poſtq; aūt hæc cogitaui, arbitratus ſum quod uoluerit nos Dñs uidere eccleſias à commotione ſedatas, quam antea pertulerūt, propter ſeparationē eorū qui ob confictā ipſis ſanctimoniā, omia concredita habuerunt. Aut fortaſſis etiā corroborare animā meā, & in poſterum ſobriorem ac uigilantiorem efficere uoluerit, ut ne hominibus attēdat, ſed per euāgelica mandata perficiat: quæ neq; cum temporibus, neq; cum humanarū rerū circūſtantijs tranſmutātur, ſed eadem permanent, uelut ex mentiri neſcio ac beato ore prolata ſunt, ita perpetuò durantia. Homines aūt nubibus ſimiles ſunt, quæ ad uentorum mutationes, alias iuxta

aliam aeris partem feruntur. Et maximè ſanè hi de quibus nobis ſermo eſt, ex omnibus
quorum experientiam fecimus uerſabiliſſimis moribus præditi apparuerunt: an quidem
etiam in reliquis uitæ negocijs, dixerint hi qui cum ipſis uixerunt. Quod uerò mihi com-
paruit, leuitas uidelicet conuerſionis ac transmutationis circa fidem, non cognita mihi
eſt hactenus conſimilis in alijs, neq; à me uiſa, neq; ab alijs audita. Arium ſequebantur ab
initio, conuertebantur ad Hermogenem, qui ex diametro peruerſæ Arij opinionis hoſtis
erat, uelut declarat ipſa fides Nicena ab illo uiro ab initio pronunciata. Obdormiuit Her-
mogenes, & rurſus tranſiuerunt ad Euſebium, uirũ principem circuli Arianorũ, uelut ex-
perti dicunt. Hinc ubi excidiſſent ob quaſcunque tandem cauſas, rurſus recurrunt ad pa
triam, & rurſus occultauerunt Arianum dogma. Progreſſi ad epiſcopatum (ut inter me-
dia relinquam) quod fidei formas ediderunt? In Ancyra aliam in Seleucia, aliam in Con-
ſtantinopoli diuulgatam illam, in Lampſaco aliam: poſtea eam quam in Nice Thraciæ
prodiderunt, nunc rurſus eam quam in Cyzico. Cuius reliqua quidem non ſcio, tantum
uerò audio, quod tacito coeſſentiali, ſimile ſecũdum eſſentiam nunc inferant, & blaſphe-
mias in ſpiritum ſanctum cum Eunomio conſcribunt. Ex his aũt fidei formis quas enume
raui etiamſi non omnes inter ſe contrario modo habent, attamen morum leuitatem ęqua
liter confirmant: propterea quod nunquam ipſi ijdẽ in ijſdem uerbis perſiſtant. Hæc ue-
ra ſunt, innumeris alijs ſilentio præteritis. Quandoquidem uerò etiam ad uos tranſierũt,
nunc cupio ut per eundem uirum reſcribas, dico autẽ Strategium noſtrum in presbyterio
conſortem, an idem perſeueres eſſe erga nos, aut per congreſſum illorum alteratus ſis.
Neq; enim ueriſimile erat illos tacere, neq; teipſum qui talia nobis ſcripſiſti, non etiã ad-
uerſus illos dicendi libertate uti. Siquidem igitur perſeueras in ſocietate erga nos, hoc op
timum eſt, & uoto ſummo dignum. Si uerò te ad ſeipſos conuerterunt, triſtis quidem res
eſt, quomodo enim non ſit talis fratris ſeparatio? Veruntamen ſi nihil aliud, ferre ſaltem
talia ex ipſis detrimenta, abunde exercitati ſumus.

Baſilius Magnus Leontio Sophiſtæ. Epiſt. LXXXIII.

RAræ quidem tibi ſunt de nobis literę, non tamẽ rariores his quas illinc expectamus,
atq; hoc quũ multi & frequenter à uobis huc proficiſcantur. Quibus ſi omnibus cõ-
ſequenter literas dediſſes, nihil prohiberet ut putaremus tibi ipſi nos adeſſe, & uelut præ-
ſentibus ac unà conuerſantibus frui: adeo frequẽs erat multitudo eorũ qui ad nos profi-
ciſcuntur. At cur non ſcribis, & quidẽ quũ nullũ opus ſit Sophiſtę q̃ ſcribere? Imò etiãſi tar
dã manum habes, ne ſcribere quidem oportebit, alius enim tibi inſeruiet. Lingua aũt ſola
opus eſt, quæ etiamſi nobis non loquatur, at uni omnino famulorũ loquetur. Et ſi nullus
affuerit, in ſeipſa uerba faciet, nequaquam uerò ſilebit, quum ſanè ſophiſtica & Attica exi
ſtat, non profectò magis q̃ luſciniæ, ubi uer ipſas ad cantilenã excitarit. Nobis equidem
hæc occupationis amaritudo, in qua iam ſumus, forte excuſationem præbuerit raritatis li
terarum: & quod ob nimiam ad uulgarem linguam conſuetudinẽ, de cætero uelut ſquali
di facti ſumus, pigritiam merito inducit ad hoc, ut uos ſophiſtas alloquamur, qui ſi nõ di-
gnum aliquid ueſtra ſapientia audieritis, ægre fertis & non ſuſtinetis. Te uerò uice uerſa
par eſt ad omnem occaſionem publicare tuam uocem, quum ad dicendũ appoſitiſsimus
ſis omniũ quos ego noui Græcorum. Noui enim, uelut puto, qui inter uos ſunt celeber-
rimi: quare nulla eſt ſilentij excuſatio. Atq; hæc quidem hactenus. Miſi porrò etiam ea
quæ aduerſus Eunomium ſcripſi, quæ ſiue luſum uocare oportet, ſiue luſu paulò ſeriora,
tibi ipſi iudicare permitto: qui ad te ipſum quidem nõ amplius opinor indiges, uerùm ad
peruerſos qui tibi occurrunt, non ingeneroſum tibi ſcutũ fore ſpero, nõ adeò ob potenti-
am ſcripti confidentes, ſed illud probe ſcientes, quod ex modicis occaſionibus ad multa
inuenienda aptus ſis. Si uerò quid tibi etiam infirmius q̃ oportebat eſſe uidebit, ne cun-
cteris redarguere. Hac em̃ parte maximè amicus ab adulatore differt, quod hic quidẽ ad
delectationem conuerſetur, ille uerò neq; moleſtiam inferentibus abſtineat.

Baſilius Magnus Sophronio magiſtro. Epiſt. LXXXIIII.

PArticeps fit temporis, etiam pientiſs. frater noſter Gregorius epiſcopus. Affligitur e-
nim cum omnibus etiã ipſe aſſiduis calũnijs, ijsq; uelut plagis quibuſdã inexpectatis
uerberatur. Homines enim non timentes Deũ, & fortaſſis etiã à magnitudine malorũ co
acti, calumnias ipſi ſtruunt, uelut pecunias ab ipſis Cæſarius acceperit. Et non eſt dam-
num ipſum

num ipſum graue, olim enim didicit pecunias contēnere. Sed quod hi qui cum magna libertate ea quæ maximi precij erant, diſtribuerunt, quū exigua omnino ex illius bonis accepiſſent: propterea ꝙ cū famulis & hominibus nihilo moribus probatioribus ille uitam tranſegiſſet: pauciſſima penitus his cōſeruarunt: quæ nemini ſubiecta eſſe hi putantes, ſtatim in egenos expenderunt, tum propter ſuā ipſorū uoluntatē, tum propter decedentis uocē: fertur enim hoc moriēs dixiſſe: Omia mea uolo in pauperes diſtribui. Itaq; uelut executores mandati dñi, ſtatim ipſa utiliter diſpenſarunt. Et nunc ſupereſt paupertas quidem Chriſtiani, multarū uerò rerum aggreſſio unius ex rabulis forenſibus. Quapropter uenit mihi in mentem omnia celebri dexteritati tuæ indicare, quo & uirum honorans, quē ab antiquo cognouiſti, & dñm glorificās, qui in ſeipſum ſuſcipit ea quæ ſeruis ipſius fiunt, & nos præcipuos tuos colens, cum comite theſaurorū loquaris de ipſo quæ par eſt te loqui, & modū excogites per quem magnā ipſius prudentiā à contumelioſis his & intollerabilibus uexationibus remoueas. Omnino aūt nemo adeò ignorat uirum, ut de ipſo aliquid indecori ſuſpicet̃, tanꝗ ſanè pecuniarū amore captus talia confingat. Vicinū enim eſt liberalitati ipſius exemplū. Libenter ceſſerit reliquijs bonorum ſuorum ipſi fiſco, ut bona quidē ipſius ſuſcipiant̃, aduocatus aūt fiſci cōtra adorientes dicat, & cōprobationes exigat, propter noſtrā ad huiuſmodi res ineptitudinē. Licet autē præſtantiæ tuæ diſcere, ꝙ dum uiueret ille, nemo abijt ab ipſo non aſſequutus quæ uolebat. Sed & quod requirebat, quiſq; citra laborem auferebat, ut multos pœnituerit ꝗd non plus ab initio petierūt, id quod etiā maxime multos fecit inſidiatores. Nam ad prægreſſorū exemplū reſpiciētes alius alij calumniator ſuccedit. Ad hæc igitur tuā præſtantiam inſtare exhortamur, & uelut fluxū aliquē cohibere ac intercipere malorū aſſiduitatem. Noſti porrò quō rei opem ferre oporteat, ut ne expectes de nobis modum edoceri, qui ob inopiam conſilij rerū ac negociorū huius uitę, etiam hoc ipſum ignoramus, quō fieri poſſit ut nobis liberatio contingat. Itaq; & conſiliarius & tutor ipſe ſis, auxilij ſpeciem per magnam tuam prudentiam excogitans.

Baſilius Magnus Patrophilo epiſcopo. Epiſt. LXXXV.

SEro quidē accepi ad priores literas reſponſum: accepi tamen, per chariſſimū Strategium, & gratias egi Dño, quòd idem eſſe in dilectione erga nos perſeueras. Quæ uerò nunc dignatus es de eodē argumento ſcribere, demonſtrationē habēt bonæ tuæ uoluntatis, quòd & ſentis ea quæ oportet, & utilia conſulis. Veruntamē quia rurſus uideo ſermonē mihi longum futurū, ſi ad ſingula à prudentia tua ſcripta reſpondere uelim, tantum dico: Quod pacis bonum, ſi quidem in nomine ſolo pacis circūſcribitur, maxime ridiculum eſt illo & illo electo, his ſolum impertiri pacificationē, alios uerò innumeros excludere à ſocietate ad hoc bonum. Si uerò concordia ad nociuos in pacis prætextu ea quæ hoſtiū ſunt operat̃ in recipientes, uide quales ſint quibus ſeipſos ammiſcuerunt hi qui iniuſto odio oderūt nos. At qui ex ſecta ſunt cōmune nihil nobiſcū habēte, neq; eñ opus habeo nūc nominatim neminiſſe: hi etiā uocati ſunt ab ipſis in Sebaſteā, & aſſumpſerunt eccleſiā, & ſacra adminiſtrarunt in altari, & propriū panē oīni populo diſtribuerunt, epiſcopi à clero iſthic pronunciati, & per omnē regionē uelut ſancti & ſocij deducti. Quorū ſi partē eligere oportet, ridiculū eſt ex unguibus ordiri, & nō ipſa illorum capita alloqui. Si quidem igitur nullū omnino oportet hæreticū putare, neq; auerſari, qua gratia dic mihi ſeparas teipſum tu, & ſubterfugis quorundam ſocietatē? Si uerò ſunt aliqui fugiendi, iuxta exactam ſinceritatis rationē, dicant nobis qui in omnibus exacti ac ſinceri ſunt, cuius ſint ſectæ hi quos ex Galatia ad ſeipſos adduxerunt? Hæc ſi quidem digna mœrore tibi apparent, ex cauſis horū conſidera ſeparationē. Si uerò indifferentia iudicas, uenia ſit nobis, qui non ſuſtinemus fermentū fieri eorum qui alia docent. Quare ſit ita uidetur, omiſſis illis bona ſpecie præditis ſermonibus, omni dicendi libertate redargue eos qui non ad euangelij ueritatem recte ambulant.

Baſilius Magnus Boſporio epiſcopo. Epiſt. LXXXVI.

QVomodo putas animam meam afflixiſſe famam calumniæ illius, quam diffuderūt contra nos quidam ex eorum numero qui iudicem non timent, qui perdet omnes loquentes mendaciū? Quare parum abfuit ut totam noctem inſomnē tranſegerim, propter uerba dilectionis tuæ: adeò mediū cor meum attigit mœror. Reuera enim iuxta Solomonem,

lomonem, Calumnia uirum humiliat. Et nemo ita doloris expers eſt, ut nō animo affici
atur, & ad terram inflectatur, ſi in ora ad dicendum mendacium procliuia fuerit illapſus.
At enim neceſſe eſt omnia ſufferre, omnia ſuſtinere, ultione noſtra in Dominum conie
cta, qui non negliget nos. Nam qui calumnias ſtruit pauperi, exacerbat eum qui fecit
ipſum. Qui uerò nouum hunc actum blaſphemiæ contra nos cōpoſuerunt, omnino non
credere Domino uidentur, qui de ocioſo uerbo rationem nos in die iudicij reddituros
eſſe pronunciauit. Ego autem dic mihi, beatiſſimum Dianoeum ex communione re-
probaui? hoc enim contra nos prodiderunt: ubi aut quando? quibus præſentibus? Ob
quam cauſam? nudis uerbis aut conſcriptis? alios ſequutus, aut ipſe orſus, & ex mea au
toritate hoc facinus auſus? O impudentiam eorum, quia omnia facile loquuntur. O iudi
ciorum Dei contemptū. Niſi ſi ſanè ad hoc ipſorum figmentū, etiam illud tragico modo
addiderint, quod factus ſum amens, ut ignorarim ipſe mea uerba. nam rationis compos
nihil tale feciſſe ſcio, neq; omnino cogitaſſe. Verùm illius rei magis mihi conſcius ſum,
quod ab ineunte ætate in amore illius educatus ſum, & ad uirum reſpexerim, quum &
aſpectu honorabilis eſſet, & maieſtate præditus, & tantum ſacerdotalis dignitatis in ſpe
cie haberet. Poſtquam uerò deinceps mihi ratio aderat, tunc ſanè etiam ab animæ bo-
nis ipſum cognoui, & ipſius conſuetudine delectabar, ſimplicitatem ac generoſitatem
ac liberalitatē morum addiſcens, & quæcunq; alia uiri propria erant. Animæ manſuetu-
do, generoſitas ſimul ac lenitudo, decor, iræ excluſio, hilaritas, & admittendi acceden-
tes facilitas grauitate temperata, quare ipſum in illuſtriſſimorū uirtute præditorum nume
ro habebam. Circa extrema tamen uitæ, non enim celabo ueritatem, contriſtatus ſum
ob ipſum mœrore intolerabili, cum multis qui in patria Dominū timent, propter ſubſcri
ptionē fidei, ab his qui ſub Georgio ſunt à Conſtantinopoli allatæ. Deinde qualis erat
ille manſuetudine morum & lenitudine omnes in paternis uiſceribus perficere ac cer-
tos facere ſuſtinēs: iam collapſus in ægritudinem, ex qua etiam è uita deceſſit, accitis no
bis dixit, teſte Domino in ſimplicitate cordis ſe aſſenſum eſſe fidei ſcripto ex Conſtanti-
nopoli allato, nihil aūt ad reprobationem fidei à ſanctis partibus in Nicæa editæ, ſe cogi
taſſe aut decreuiſſe, neq; aliter in corde ſe habere, q̃ uelut ab initio aſſumpſiſſet. Sed &
optare ſe ne à portione beatorum illorum epiſcoporū ſeparetur, qui trecenti & decem-
octo numero, pium illud præconiū ac edictum orbi denunciauerūt. Quare nos ob hanc
certitudinem, omni cordis diſcrimine ſoluto ſocietatem acceſſimus, & triſtes eſſe deſi
uimus. Noſtræ itaq; res erga uirum hunc tales ſunt. Si uerò quis dicit blaſphemiam ali-
quam nefandam in ipſum ex nobis ſe cognouiſſe, is nō in angulum ſeruili modo diuul-
get, ſed in propatulo contra nos conſiſtens libere redarguat.

Baſilius Magnus Simpliciæ hereticæ. Epiſt. LXXXVII.

TEmere homines & odio habent meliores, & amant peiores. Quapropter ſanè e-
tiam ipſe contineo linguam meam, ſilentio contumeliarum mearum ſuffocans op
probrium. Ego uerò expecto ex ſupernis iudicem, qui nouit omnem maliciam pro me
ritò punire ac retaliare. Etiamſi enim quis pecunias arenam excedentes profundat, lædit
tamen animam conculcata iuſticia. Semper enim ſacrificium Deus non uelut indigens
puto quærit, ſed ſacrificium precioſum, piam & iuſtam mentem ſuſcipit. Vbi uerò quis
ſeipſum tranſgrediendo conculcarit, huius preces pro immūdis habet. Itaque te ipſam
de extrema die commonefacio, & nos ſi ita uoles, ne doceto. Nouimus plura quàm tu,
& internis ſpinis nō ita ſuffocamur, neq; inter modica bona decuplam maliciam ammi
ſcemus. Excitaſti nobis lacertas et ranas rubetas, uernas uidelicet beſtiolas, attamen im
puras. Sed ueniet uolucris pēna ex ſupernis quæ has depaſcetur. Mihi aūt doctrina eſt,
non uelut tu putas, ſed uelut nouit iudicare Deus. Si uerò etiam teſtibus opus eſt, nō ſer
ui producentur, neq; Eunuchorum genus ignominioſum ac perditum, nimirum hoc,
quod neq; fœmineum eſt, neque maſculum, mulierum amore inſaniens, inuidum, uili
mercede merens, iracundū, fractum, uentri ſeruiens, auri cupiditate inſanum, durum &
illaudatum, ob cœnam plorans, mutabile, illiberale, omnes ſuſcipiens, inſatiabile, furio
ſum ac zelotypum: & quid amplius eſt dicere? in ipſa ſtatim natiuitate ad ferrum conde
mnatum. Quomodo igitur horum mēs recta ſit, quorum etiam pedes peruerſi ſunt? Hi
caſte quidem degunt, non ferentes mercedē, propter ferrum: amore uerò inſaniunt ci-
tra fru

tra fructum, propter propriam turpitudinem. Non hi producentur litis ac iudicij teſt...,
ſed oculi iuſtorum, & uiſus uirorum perfectorum, qui tunc uident ea ad quæ nunc re-
ſpiciunt intellectu.

Gregorius theologus eidem Simpliciæ. Epiſt. LXXXVIII.

LAudas ſanctum & communem noſtrum patrem, fidei fulcrum, ueritatis regulam,
& eccleſiæ characterem ac figuram, plenam prudentiæ caniciem, menſuræ uitæ ac
uirtutis humanæ uictorem, fidelem ſeruum, & magnum pontificem, Dei & hominis me
diatorem, ſpiritus ſancti habitaculum, & hoc quidem recte facis. Nam etiam omnis ora
tio inferior eſt ſancta illa & beata anima, ſi non me fallit amor, aut etiam affectus dicen-
di deſiderio permixtus. Illud autem in te etiam ualde admiratus ſum, quomodo laudas
quidem uelut ſanctum, atque ea gratia meritò honoras: factum uerò & opus ipſius de-
ſtruere conaris, uelut impiorum, & maxime conuicijs dignorum, qui temere uixiſſent ac
diſceſſiſſent. Si enim uelut mancipium uendicas proprium paſtorem, & exiguum hoc
lucrum perſequeris, reuera hoc magnanimitate tua indignum eſt. Quomodo enim non
abſurdum eſt, auro quidem & argēto colere Deum, & his quæ ex poſſeſſionibus eximia
ſunt, ubi fortaſſis etiam plus oſtentationis eſt quàm pietatis: Sacerdoti uerò omnino uel
le damnum eccleſiæ inferre, & ſanctiſſimam oblationē deprędari? Si uerò quod pro po
teſtate hoc fecimus, & non tuam nobilitatem commonefecimus, neq; magnificētiæ tuę
tempus dedimus, ægrefers: dixeris quidem aliquid iuſti, & affectum humanum, uerum
tamen humanum: ſcito autem maioris liberalitatis nunc eſſe, quàm tunc temporis, quan
to magnificentius eſt tradere & largiri, quàm accipere permittere. Et illo quidem modo,
ſoli Deo largita eſſe uidebaris. Sic autem etiam nobis illius miniſtris, & nomen illius por
tare dignis factis. Ne itaque neq; illi indignare, neq; nobis. Ille enim tyrānide preſſus eſt,
nihil iniuſti fecit. Nos autem quid miri eſt ſi bonitate tua freti ad hoc progreſſi ſumus, &
ſimul communi totius regionis ſuffragio confiſi: quod ipſum ſi ad gratiam tulerūt aliqui
aut maligne, ipſi ſane nouerint, & Deo rationem reddent. Non enim noſtrum eſt hoc ſci
re, neq; in mentes omnium intrare. Nobis autem quomodo facile erat excutere, aut quo
modo tot lachrymas contemnere, aut regionis ſolitudinem, adeo incultæ, & paſtore ca
rentis, & ſpiritualem præfecturam non habentis? Illud uerò tibi etiam præ omnibus ma
nifeſtum eſt, quòd hi qui tunc aſſentiebantur, nunc uerò negant, rem faciunt neq; piam,
neq; ingenuā: & multo meliores fuiſſent, ſi tunc cōtradixiſſent, q̄ quod nunc adulantur,
& ſuas ipſorum ſententias diſſoluunt, & homines magis q̄ Deum timent: quos rurſus di
cere puta propter leuitatem, quod propter timorem erga te ſententiam mutauerunt, &
multo utiq; uerius. Nam oportet ipſos quidem ſemper ferire, falſas aūt & fraudulētas ex
cuſationes uenari. Si uerò hæc quidem recte dici tibi uidentur, miniſterij uerò ac diſpen
ſationis ratio ab eo exigitur, (quoniā & hoc audio, non enim in literis obieciſti) iuſte hęc
& humaniter exigatur, & nihil conqueremur. Neq; enim nobis placet ut manſuetudinis
dominorū damnum patiamur. Quid amplius ſupereſt? Fortaſſis uelut uirum indignum
condemnāt, & propterea ipſum ad conditionem irruere? hoc enim quodam modo eti-
am accuſare magis decorū fuerat. Ad hoc uerò reſponſio ſimplex & facilis mihi eſt. Nos
neq; alium aliquem cui aliquid culpæ datur, inexaminatū relinquimus, neq; ſi ex maxi-
mis amicis ſit, & claro loco natus, nihil enim Deo & legis regula uenerabilius eſt: neq;
hunc dimittemus. Verùm ſi quis habet quod accuſet, ſi quidem uolueris te præſente ac
ſimul iudicāte, ſin minus etiā abſente, coram nobis examinatus, ſi quidem inſons inuen
tus fuerit, etiamſi ſeruus ſit abſoluatur. Nam & ſeruorū & dominorū idem pater eſt & De
us: & iuſticia per dignitates nō dirimitur. Si uerò reus deprehēſus fuerit, tunc à proprio
peccato condemnabitur. Et ſic neq; legis regula uiolabit, neq; ille digreſſus ignominia
afficietur. Nam quod ad nos pertinet, fortaſſis contemnendū eſt uelut nulla re dignum.
Et ipſa effugies malam ſuſpicionem, tanquā quæ propterea quod à nobis abalienata ſis,
& ſanam fidem auerſeris, hæc moliaris fraudulenter, at non generoſe: & ab alio quidem
iudiceris, ad aliud uerò cōfugias: id quod conſulo tibi, ut ne facias, uelut neq; pium, neq;
decorum. Neq; noſtris legibus repudiatis ad externas confugias: neq; nobiſcum conten
das, ſed ignoſcas ſi quid ſimplicius fecimus propter gratiæ libertatem: & probes uinci
magis honeſte, quàm uincere male per contrarium ſpiritum.

Theolo.

Theologus Eudoxio rhetori. Epiſt. LXXXIX.

INterrogas quõ res noſtræ ſe habent? reuera ualde amarulenter. Baſilium non habeo, Cæſariũ non habeo: Spiritualem fratrem & corporalem: pater meus & mater mea de reliquerunt me, cum Dauide loquor. Corporis res male habent, ſenecta ſuper caput incumbit. Curarum adſunt implicationes, negociorũ incurſiones, amici infidi, eccleſiæ ſine paſtoribus: diffluunt bona, nuda ſunt mala. Nauigatio in nocte: fax nuſquam: Chriſtus dormit. Quid oportet facere? Vnica mihi malorũ ſolutio mors. Et quæ illic ſunt, horrẽda mihi ſunt, ex his quæ hic ſunt coniecturam facienti.

Theologus Eudoxio. Epiſt. XC.

CAEſarium non habeo: dicam enim etiamſi non philoſophicus ſit hic affectus, amores Cæſarij, & quodcunque tandem uideo cognitionis Cæſarij ſignum, id amplector & amo, & uelut ipſum uidere mihi uideor, & cõuerſari ac colloqui, quale quid etiã nunc propter literas tuas perpeſſus ſum: ſimul enim ut legi epiſtolæ præſcriptionẽ, dulcẽ mihi rem ac nomen Philagrium, omnia mihi confertim in mentem uenerunt, quæ aliquando iucunda fuerunt: Ciuitates, conuerſationes, menſa, paupertas, amabilis coæuitatis, uelut inquit Homerus, aut ludicra, aut ſeria, in eloquentia aſſequenda ſudores, cõmunes præceptores, ſpei altitudo, omnia quæ quis nominare poſſit tũc bona, quibus ego excellenter gaudeo, etiã dũ in memoriã reuoco. Quo igitur adhuc magis his conuerſemur per te, moue calamũ, & gratificare in hoc ut ſcribas. Omnino neque hoc nobis paruũ eſt, etiamſi maximũ rapuerit nobis inuidia, ipſã uidelicet cõſuetudinẽ, mœrore noſtras res affligẽs.

Theologus Eudoxio. Epiſtola. XCI.

QVomodo res corporis tui ſe habent? aut nimirũ parum tibi curæ eſt quõ habeant? De anima uerò non quæram quõ. Noui enim quod etiam ualde probè. Nam ſire nuc in rebus corporis philoſopharis, tanquam uirtutis experimento nõ materię inæqualitate, negocio ſuſcepto: ut ſit tibi malorũ afflictio aliorũ ſanitate potior. Dans etiã hanc ſufficientem philoſophiæ demonſtrationem, ut talia de talibus nobis præcipiamus, quę etiam alijs ſcribere audemus. At ſub te iudice periclitari tutum non eſt, periculum tamẽ faciemus, ut ne iubenti contradicamus.

Theologus Gregorio Nyſſes epiſcopo. Epiſt. XCII.

AEgrefers circuitionem, & inſtabilis eſſe tibiipſi uideris, uelut ligna quæ per aquas feruntur. Nequaquam ò admirande, ne ſic ſentias. Illorum enim inuoluntaria eſt latio, tua uerò ſecundum Deum eſt circuitio. Et firma res eſt multis benefacere, etiamſi non ſis loco firmiter affixus. Niſi quis etiam ſolem accuſet, quod radium ſpargens circumcurrit, & omnia uiuificat quæ accedit. Aut ſtellas non errantes laudet, planetas uerò uituperet, quorum etiam error concinnus eſt.

Theologus Gregorio Nyſſeno. Epiſt. XCIII.

NE ualde ob res triſtes mordearis. Si ẽm minus triſtemur, minus triſtes ſunt. Nihil graue eſt, ſi refocillati hæretici, uere cõfiſi ex latebris proſerpunt, quẽadmodũ ipſe ſcribis: parum ſibilabunt ſatis ſcio, deinde luſtra rurſus ſubibũt, & per ueritatem & per tempus expugnati: atque hoc tanto magis, quanto magis Deo totam rem committimus.

Theologus Gregorio Nyſſeno. Epiſt. XCIIII.

ERga ea de quibus ſcribis ſic affecti ſumus. Neque contẽni ægreferimus, & honorari gaudemus. Illo ẽm nos digni ſumus, hoc uerò noſtrę eſt ambitionis. Ora pro nobis: breuitati ignoſce. Omnino etiãſi pauca & breuia ſunt hæc, ſilentio tamen ſunt longiora.

Theologus Gregorio Nyſſeno. Epiſt. XCV.

ET hoc reſtabat ærumnoſæ uitæ meæ, ut Baſilij mortẽ audirem, & ſanctæ animæ exceſſum, quo à nobis receſſit, ut ad Dominũ proficiſcatur, per omnẽ uitã hoc ipſum meditatus. At ego præter alia, etiam hoc priuatus ſum (propterea quòd etiã adhuc nunc corpus male ac ualde periculoſe affectum habeam) ut ſcilicet ſanctum puluerem amplectar, & tibi adſim circa ea quæ par eſt te facere, occupato: & communes noſtros amicos conſoler. Nam eccleſiæ uidere ſolitudinem, cui talis gloria detonſa eſt, & talis corona decuſſa, neque oculi ſuſtinent, neque aures admittunt, in his qui mentem habent. Tu autem ut deris mihi, quum multi ſint & amici & ſermones ad conſolationem parati, à nullo ſic conſolationem accipere, uelut à teipſo & illius memoria. Qui & alijs omnibus philoſophiæ exemplum

exemplum fuiſtis, & uelut quædam ſpiritualis amuſſis, tum boni ordinis in rebus iucundis, tum tolerantiæ in triſtibus. Nam duo hæc nouit philoſophia, & proſperũ rerum ſtatum diſponere moderate, & calamitatem honeſte. Hæc de nobis ad tuam præſtantiam: Me uerò hæc ſcibentem quod tempus aut quæ oratio conſolabitur, præter tuam conſuetudinẽ ac cõuerſationẽ? quam pro omnibus beatus ille nobis reliquit, quo in te illius bona uelut in ſpeculo bono ac illuſtri contemplantes, etiam illum habere nos putemus.

Theologus Gregorio Nyſſeno. Epiſtola XCVI.

HEu mihi, quia habitatio mea elongata eſt, & quod caput eſt malorum, in bello & ſeditione res noſtræ ſunt, & quam à ſanctis patribus aſſumpſimus pacem, non ſeruauimus. Hanc quidem igitur noui quod ipſe reſtitues in potentia eius qui te & tua fert ſpiritus. Contra uos porrò admoneo, ut nemo mendacia confingat, neq; cõtra dominos epiſcopos, quod nobis inuitis, alium nobis epiſcopum declarauẽt. Non enim adeò ipſis abiecti ſumus, neq; ita inimico aduerſus nos animo præditi ſunt. Sed multis precib. propter meam mortificationem, & ſimul onus timens eccleſiæ neglectæ, hanc ab ipſis petij gratiam, neq; legibus contrariam, & nos refrigerantem, ut detur eccleſiæ paſtor, qui & tuis precibus datus eſt, dignus ueſtra pietate: quem etiam in manus tuas trado, reuerendiſſimum Eulaliũ pientiſſimũ epiſcopum. In cuius etiam manibus, utinam hanc animam efflem. Si uerò quis putat non oportere uiuo epiſcopo alium eligere, ſciat hæc nihil ualere contra nos. Omnibus enim manifeſtum eſt, quòd non Nazianzo, uerũ Saſimis prępoſiti ſumus, etiamſi ad breue tempus ob reuerentiam patris & eorũ qui id à nobis precibus contenderunt, uelut hoſpites præſidentiam ſuſcepimus.

Theologus Gregorio Nyſſeno. Epiſtola XCVII.

HAbeo quid dextri in natura, iactabo etiam ipſe unũ quoddam ex uulgo. Aequaliter & mihijpſi male conſultanti & amicis indignor. Quandoquidẽ igitur amici omnes inter ſe ſunt & cognati, qui ſecundum Deum uiuunt, & idem euangeliũ ſequunt, cur non audiunt ex nobis cũ dicendi libertate, quæ omnes ſubſuſurrant? Non laudant tuam ingloriam nominis claritatem, ut ueſtris uerbis dicam, & paulatim ad deteriora procedens furtum, & peſſimũ dæmonem, uelut Euripides inquit, ambitionem. Quid enim ſecisti ò ſapientiſſime, & cur teipſum cõdemnaſti? quòd ſacros quidem & potabiles libros abiecisti, quos aliquãdo populo prælegebas? Num erubeſcis Chriſtianus appellari, aut ſuper fumum poſuiſti, uelut temones & ligones hyemis tempore ſolent? ſalſos autẽ & impotabiles in manus ſumpſiſti, & rhetor potius quàm Chriſtianus uocari uoluiſti? Nos autem hoc malumus quàm illud, & omnis deo gratia. Num fuit aliquãdo tempus, quandò & tu ò optime hoc non amplius faciebas? At reſipiſce ſero ſaltem, & ad teipſum reuerte re, & purga te credẽtibus, purga te Deo & altaribus, & myſterijs, à quibus te elongaſti: & ne mihi uerſuta hæc & rhetorica uerba dixeris: Quid uerò rhetoricam tractans non Chriſtiane feci? neq; uerò erã credulus inter adoleſcentes diuerſans? & fortaſſis Deum teſtaris. Nequaquam ò admirande. Igitur quantum par eſt, etiamſi partem aliquam concefferimus, ubi uerò manet quod per ea quæ nunc facis alios percellis, ex natura ad malum promptiores exiſtentes? & quòd peiores facis ad ſuſpicandum, ac dicendum? Sit mendacium, at quæ eſt neceſſitas? Non enim ſibi ſolum quis uiuit, ſed etiam proximo. Neq; ſatis eſt perſuadere ſeipſum, ſi non etiam alios. Aut etiam pugnis decertans tu in publico, aut etiam dum uapulas in collum, & feris in theatris, aut etiam dum pudenda luxantur aut reſecantur, dixeris quod anima caſtus fueris? Non eſt caſti luxatio, uanum eſt talia admittere. Siquidem igitur tranſmutatus fueris, at nũc gaudebo, inquit quidam ex Pythagoricis philoſophis, ob ſodalẽ qui degenerarat lamentans: ſin minus, ille quidem ſcripſit, mortuus es mihi. Ego uerò hoc adhuc non dico tua cauſa: nam quum amicus eſſet, hoſtis factus eſt, ſed tamen amicum tragœdia appellat: triſtabor autem, hoc enim dicere moderatius eſt, ſi neq; ipſe quod decorũ eſt uides, id quod primæ partis laudatorum exiſtit: neq; alij probe monenti obſecundas, id quod ſecundæ eſt. Tantum ſit admonitionis, & mihi ignoſce propter amicitiam dolenti, & æqualiter tum pro te, tum pro uniuerſo ſacerdotali ordine inflammato: addam autem etiam pro omnibus Chriſtianis. Si porrò etiam comprecari aut pro te precari oportet, Deus auxilium ſit tuæ infirmitati, qui etiam mortuos uiuificat.

Theologus Gregorio principi. Epiſtola XCVIII.

NOn laudo Heſiodum, quòd eos qui eiuſdem artis ſunt, æmulos & aduerſarios aſ tis nominauit, quum ait:

Et figulus figulo inuidet, & faber illi
Qui faber eſt itidem.

Non enim inuidet magis quàm accurrit & amplectitur uelut ego ſentio, & uelut familiarem cõplectitũ. Cantor autem cantorẽ tanto magis, quod ſermo eſt, cuius ſunt ſtudioſi. Hoc autem etiam ipſe erga præſtantiam tuam perpeſſus ſum. Si enim ita corpore affectus eſſem, ut animæ appetentiæ & alacritati inſeruire poſſem, non me quis præuertiſſet accurrendo, & amplectendo, & aſcenſum congratulando. Verùm ſoli quidem nebula tenebras inducit: mihi uerò ægritudo, & inuida hæc caruncula ac carcer. Num itaque ſuſcipies meam epiſtolam pro aduentu? Reuera ſuſcipies, quũ & prudens ſis & ignoſcere doctus, quòd ſatis ſcio, & non habeo quod comparem, quo intelligas quantum bonitati tuæ confidam. Ecce etiam legationẽ adduco tibi, ualde nobis neceſſariã, & per amicitiam tuam peto ea quæ ſunt amicorũ. Nicobulũ meum ex dextra mea tibi in manus trado unà cum fratribus, non daturũ ius, ſed accepturũ: & uiduam intempeſtiuã horũ matrem, & domũ olim clarã & illuſtrẽ, quandiu ſupererat mãgnæ ille exiſtimationis apud nos Nicobulus. Nunc autẽ neque lugere permiſſam, ex his quę iam comparuerunt malis, & quæ timentur, niſi ſanè coram te conſiſteret. Contingat igitur ut & ipſa per iuſticiam tuam ſtet aduerſus prauum dæmonem, & ut nos honores, & humanas res reuerearis, & ſplendidum tibijpſi principatum facias, per tuam in nos beneficentiam.

Theologus Ecebolio. Epiſtola XCIX.

EXclamabo quid contra meipſum, & uenia ſit dolenti, ut uerba dolentis loquatur. O carũcula praua & maligna, qualia mihi mala facis, qualia operaris. In propinquo eſt uir, quem etiam procul inſequi maxime neceſſariũ erat, tum principalis uirtutis gratia, tum reliquæ manſuetudinis. Tu uerò praue & ferè immobiliter affecta es, & contemnis alios bono fruentes, & nos damnũ perpetientes. Et accuſatio quidẽ talis eſt. Quandoquidẽ uerò non ſufficit deplorare ſolum quæ patimur, ſed opus eſt etiam medicamento ad plagam, hoc excogitamus ut confidamus epiſtolæ huic, & per literas præſentiam adumbremus. Si uerò etiam benefacere nobis cupis turgidus bonitate ac dexteritate, adducimus confidentes domum miſerabilem & humanitate dignam, uiduam cum pupillis adhuc calentibus in lachrymis, ſororem meam dico & huius liberos, qui ex bono patre nati (qui multa apud reges in armis non ſine nominis claritate, ſed etiam ualde ſplendide perpetrauit, & qui uobis principibus multum inſeruiuit, ſi quem Nicobulum nominare audiuiſti) periclitantur ne grauiſſima mala patiantur. Nam poſt amicorum expenſas, & iuriſiurandi iuramenta illa, quæ in examinatione ſuſtinuerunt, nunc rurſus calumnias pupillis ſtruere moliuntur.

Theologus Olympio. Epiſtola C.

RVrſus humanitatis eſt occaſio, & rurſus ego audax, literis concredens de tanto negocio exhortationem. Facit enim me audacem morbus, neque progredi permittẽs: non enim decorũ exhibet ingreſſum. Quæ eſt igitur legatio? & hanc meã diem & actionem humaniter, quæſo, ſuſcipe. Grauis quidem res eſt etiam uiri mors: quomodo enim non ſit, eius qui hodie eſt, & cras non erit, neque ad nos reuertetũ? Multò uerò grauior res eſt ciuitatẽ mori, quam rex ædificauit, & tempus confirmauit, & cõſequentia longa conſeruauit. De Diocæſarienſium loquor ciuitate aliquando, nunc autem non ciuitate, niſi tu annueris manſuete. Hanc ante te procidere per nos puta, & uocem habeat, & habitu lugubri amicta ſit, & comam detonſam habeat uelut in ſcenico actu, & hæc ad te uerba faciat: Da mihi manum humi proſtratæ, auxiliare infirmæ, ne unà cum tempore inſidias ſtrue, neque Perſarum reliquias euerte. Vrbes extruere tibi magis decorum eſt, quàm languidas ſubuertere. Fias ciuitatis tutor, aut addendo quid præſentibus, aut conſeruando eam quæ eſt, ne patiare ut uſque ad tuum principatum ſit ciuitas, & poſt te nõ ſit amplius. Ne des malam poſteritati hiſtoriam, ut dicaris accepiſſe inter urbes numeratam, & reliquiſſe locum inhabitatum: ita ut quæ olim fuerat ciuitas, ex montibus & præcipitijs & ſyluis ſolis ac ruinis cognoſcatur. Hæc quidem faciat ac dicat apud humanitatem tuam conſicta

conficta ciuitas. Noſtram uerò ueluti amicorum adhortationem ſuſcipe. Caſtigare quidem uelis eos qui deliquerunt, & in præceptū poteſtatis tuæ peccauerūt: pro hoc enim nihil audemus, etiam ſi non ex cōmuni conſilio audaciam proceſſiſſe aiunt, ſed eſſe adoleſcentulorum quorundam temerariū motum: maiorem uerò iræ partem remittere, & maiori ratiocinatione uti: pro matre mortificata indoluerunt, nō tulerunt uocari ciues, & ſine ciuitate eſſe, inſaniuerūt: contra leges egerunt: de ſalute ſua deſperauerunt: amentes ipſos affectio præter opinionem allapſa fecit. Num igitur propter hoc ciuitatē non eſſe ciuitatem oportet? Nequaquam, ô admirande, ne hoc in literas referas. Sed honora quidem omnes ciues & ciuitatis ius habentes, & ſuppliciter rogantes. Omnes enim æqualiter calamitatem attingere puta, etiam ſi ob poteſtatis tuæ magnitudinē quieſcunt, uelut in profundo ingemiſcentes. Honora autem etiam noſtram caniciem, quibus horrendum eſt ſi quum aliquando magnam urbem habuiſſemus, nūc neque ciuitatē habeamus, et ferarum beſtiarum domicilium poſt tuum principatum fiat, tum templum quod Deo extruximus, tum noſtrum circa hoc pietatis ſtudium. Neque enim ſi ſtatuæ deſtruentur, hoc graue eſt, etiam ſi aliàs graue ſit, neque de his putes nobis eſſe ſermonē, qui potiorum rerum ſtudio tenemur. Sed ſi unà cum his deſtruetur urbs antiqua, & quæ ſplendidum quid protulit, nobis uiuentibus ac uidentibus, qui apud te in honore ſumus & aliquid potētiæ habere putamur. Verùm de his hactenus. Neque enim ſi plura dixerimus, fortius quicquam tuis ratiocinationibus inueniemus, per quas tanta gens gubernatur, atque utinam amplior & maior, & in maioribus principatibus gubernetur. Illud uerò neceſſarium eſt noſſe tuam prudentiam, de his qui genibus tuis aduoluti ſupplices fuerunt. Quod omnino ſunt miſeri, abiecti, & qui nullam tumultuandi ſocietatem cum his qui peccarunt habuerunt, uelut multi ex his qui tunc præſentes fuerunt nobis perſuadent. Ad hæc conſule ac delibera quod conferre cenſes, & ad gloriam hinc proceſſuram, & ad ſpem illic oborituram. Nos autem exilium feremus, non quidem ſine mœrore, feremus tamen: quid enim etiam aliud fecerimus? Si uerò peiora uicerint, unum hoc grauiter feremus, & ob eam, quæ prius urbs fuit lachrymas profundemus.

Theologus Olympio. Epiſtola CI.

NObis princeps tu etiā poſt principatū. Aliter enim quàm plerique res ipſas iudicamus: Quod omnem principalem uirtutem in teipſo cōprehenſam habes. Multi enim ex altis thronis, apud me deiecti ſunt, quos ſubditorum manus humiles ac ſeruos facit. Multi uerò alti & ſublimes, etiam ſi inferius conſiſtant, quos uirtus ſubleuat & maioribus principatibus dignos facit. At quid horum mihi prodeſt? Non amplius nobiſcū eſt magnus ille Olympius neque noſtra fert gubernacula, perimus, proditi ſumus, rurſus facti ſumus ſecunda Cappadocia, prima a te facti. Et aliorum quidem ſtatū quid etiam dicere opus eſt? At quis ſenem tuum enutriet Gregoriū? & huic debilitati honoribus medebitur? & honoratiorē ducet eum qui multis humanitatē de te propinauit? Nunc quidem igitur utinā abeatis ueſtra uia, ductu & pompa meliore, multis quidē lachrymis nobis relictis, multas uerò diuitias à nobis auferentes, & quales non multi principes abſtulerunt, nominis claritatem, & quòd omnium animis columnis non facile mobilibus inſcripti eſtis. Si uerò nobis rurſus uos præfectos ac principes eſſe contigerit, cum maiore ac ſplendidiore principatu (hoc enim deſiderium nobis præſagit) perfectiora omnino Deo munera offeremus.

Theologus Procopio. Epiſt. CII.

SIc quidem affectus ſum, ſi uerum ſcribere oportet, ut omnē epiſcoporū conuentum fugiam, propterea quod nullius concilij finem bonum uiderim, & quod non magis malorum acceſſionē quàm ſolutionem haberet. Nam contentiones & ambitiones (ab ſit ut me faſtuoſum ex eo quod hæc ſcribo ſuſpiceris) rationem ac doctrinam ſuperant: & citius quis accuſetur ob id quod alienam maliciam iudicet, quàm illorū ſoluerit. Quapropter animo in meipſum cōtractus ſum, & unicam uoti mei ſecuritatem, quietem eſſe duco. Nunc uerò etiam infirmitatem habeo me ab accuſatione defendentē, cum ferme ſemper extremum ſpiritum ducam, & ad nullam rem meipſo uti poſſim. Quapropter ignoſcat mihi prudentia tua, perſuadeaturque per te pientiſſimus rex, ut ne negligentiam noſtrā condemnet, ſed infirmitati ignoſcat: propter quam nouit ſe etiam nobis precantibus, pro reliqua beneficentia receſſum conceſſiſſe.

Theologus Anyſio. Epiſtola CIII.

QVomodo habeant res noſtræ interrogas? Cum hiſtoria quadam reſpondebimus. Legatos miſerunt Athenienſes ad Lacedæmonios, quum tyrãnide opprimerent. Legatio aũt erat, ut humanũ quid ipſis illinc cõtingeret. Poſtq́; uerò reuerſi ſunt ex legatione, & interrogaſſet quidã, quomodo uos tractauerũt Lacedæmonij? ut ſeruos quidẽ dixerunt, ualde benigne, uerũ ut liberos, ualde contumelioſe. Hoc itaq; etiã ipſe habeo quod ſcribã: agimus enim humanius aliquãto q̃ deſperati, uerũ oneroſius q̃ hi qui Deo curæ ſunt. Nam & morbus adhuc affligit, & amici uexantes non ceſſant quantũ poſſunt lædere. At precare Deum ut nobis propitius ſit, & ex duobus alterum, aut mala penitus effugiemus, aut tolerabimus. Eſt autem & hoc leuis calamitatis imminutio.

Theologus Anyſio. Epiſtola CIIII.

SEntio crimina quæ obijcis, etiamſi taces. Nuptias celebrabamus fortaſſis dicis, atq; has aureæ Olympiadis tuæ: & aderat epiſcoporũ cœtus: tu uerò generoſus ille à nobis aberas, aut dedignatus, aut torpidus. Neutrũ ô admirande, ſed non decebat opinor agentem tragice, conuentus celebrare comice. Et ſimul penitus intempeſtiuum erat & non nuptiale: duos podagricos circumferri & inter medios ſaltãtes derideri: quo etiam aliquid nuptialiter erga te ludamus. Nam uoluntate certe, & ſimul adſum, & unà feſtiuitatem celebro, & iuuenum dextras inter ſe cõmitto, & utraſq; in Dei manum trado. Decet enim uelut omne aliud bonum, ſic etiam coniugium, per omne quod optimum eſt fieri, & ſecundum cõmunia noſtra uota ac preces.

Theologus Anyſio. Epiſtola CV.

ECce tibi etiam ſecundus gener, & dulce onus aufert, probe faciens. Segnes autem nos ſumus, uelut ipſe dixeris: uerũ ut res ipſa reuera habet, debiles non ſegnes. Veruntamen recte habent nobis res ex Deo. Nam tumultus alijs cõceſſimus, philoſophia uerò nos ipſi fruemur, ubi à Deo correptus fueris, & totaliter in ſupernis hæſeris, nullo uinculo detentus. Sed & nunc preces ad nuptias conferimus, ſi muneris loco offerre oportet id quod optimum habemus.

Theologus Amphilochio. Epiſtola CVI.

PAnes quidem non petiuimus à te: nam neq; aquam ab his qui teſtaceã ac petroſam regionem habitant. Olera uerò ſi petiuerimus à uiro Ozizalenſi, quorum apud uos magna ubertas, apud nos uerò ſumma raritas eſt, nihil miri neq; quicq́; à conſuetudine alienum. Dignare igitur olera nobis mittere plurima & optima, aut quantum eius fieri poteſt. Nam & parua pauperibus magna ſunt. Etenim Magnum Baſilium hoſpitio excipiemus: quem neutiquam uelis quemadmodum expertus es ſaturũ philoſophantem, ſic experiri eſurientem ac indignantem.

Theologus Amphilochio. Epiſtola CVII.

QVàm parce ueniũt nobis olera à uobis. Et quid enim aliud quàm atriplex? & quidem cum totæ diuitiæ uobis ſint horti, & fluuij, & nemora, & horti arboribus conſiti, & olera producit uobis regio, uelut alijs aurum, & pratenſia folia depaſcimini. Frumentum autem uobis, fabuloſa illa beata regio eſt: & panis, qui ſanè dicitur panis angelorum, adeò nec auelli à uobis nec perſuaderi poteſt. Aut igitur illa nobis uberius contribuite, aut aliud quidem nihil minabimur, frumentum uerò continebimus, & cognoſcemus an reuera ſolo rore alantur cicadæ.

Theologus Boſporio Coloniæ epiſcopo. Epiſtola CVIII.

ARbitrabar equidẽ pro prioribus deberi mihi à uobis reſponſum, ita ineptus quiſpiam ſum & uanus. Quandoquidẽ uerò non deſinitis nobis inſultare, ſed ſemper amplius contenditis, & contumelias ſuper contumelias excogitatis, haud ſcio ob quam cauſam, aut nos odio perſequentes, aut alijs ignominiã noſtrã exhibentes: hæc quidem Deo & cognoſcere et iudicare dimittemus, quem nihil penitus rerum latet, quod diuina ſcriptura teſtatur (etiamſi enim ueritatis faciem, decoris apud uulgus gratia turbemus, fatemur tamen quod ob ueſtri reuerentiã uicti ſumus) & eccleſiæ ſi Deus dederit, quantum eius per nos fieri poterit, curã gerere non pigri erimus: quandoquidem hoc cõtenditis, & maxime tempore urgente, propter eum qui timetur aduerſariorũ incurſum, uelut ipſe ſcribis, At humile hoc corpus offerimus Deo, quandiu durauerit & uires habuerimus

timus,ut neq; nos onus habeamus, dum à uobis condemnamur, & totus clerus contra nos uociferatur,& omnigenis lamentationibus nos premit,& dum eccleſiam negligi uidemus,& multos è uulgo obiurgamus,uelut res eccleſiæ negligentes:neq; uos diutius occupati ſitis,nobis inſultando & contumelijs nos impetendo. Atq; hoc faciemus propter ueſtras preces,ſi ipſe piger es ad eccleſiæ gubernationem ſuſcipiendam,uelut & ipſe ſcribis,& res ac negotia nobis perſuadent. Melius eſt enim illis immori citius,quàm his: quãdoquidem omnino miſerũ eſſe oportet,Deo ita res noſtras diſponente.

Theologus Boſporio. Epiſtola CIX.

Bis iam à uobis in hoc ſupplantatus ſum ac deceptus, noſti quod dico. Et ſiquidem iuſte,olfaciat Dominus grati odoris ueſtri odorem. Si uerò iniuſte, ignoſcat Dominus. Sic enim me de uobis dicere conſentaneum eſt,nam ferre etiam iniuriam nobis præceptum eſt. Veruntamen ſicut uos domini eſtis ueſtræ mentis,ſic ego meæ. Non amplius grauis erit uobis Gregorius ille grauis. Secedam ad Deum ſolum purum & ſine dolo, in meipſum contrahar. Hæc meipſum commonefeci. Nam bis ad eundem lapidem offendere,ſolis ſtultis prouerbium ipſum attribuit. *Matt. 5*

Theologus Cæſario proprio fratri. Epiſtola CX.

Neq; timores recte ſentientibus inutiles ſunt,uerùm uelut ego ſentio,etiam ualde boni & ſalutares. Nam etiãſi ipſos fieri deprecamur,tamen dum fiunt erudimur. Vexata enim anima propinqua eſt Deo,inquit alicubi mirabilia dicens Petrus ipſe: & omnis qui periculum euaſit,maiorem coniunctionem habet ad eum qui ipſum ſeruauit. Ne igitur propterea quod mali participes facti ſumus indignemur, ſed quod euaſimus,gratias agamus: neq; alij uideamur Deo,iuxta tempus periculorum, & alij poſt pericula: ſed ita ſtatuamus ut ſiue peregrinemur,ſiue in proprijs uerſemur, ſiue communia agamus(oportet enim ſic dicere, & nihil relinquere) ſeruatorem ſequamur,& illius partium ſimus,parua paruorum & humi repentium curantes: & ut demus aliquam hiſtoriam poſteritati,magnam quidem ad noſtram gloriam,uerùm non minus magnam ad animæ utilitatem. Idẽ autem etiam documentum pleriſq; utiliſſimum eſt,quod melius eſt periculum ſecuritate, & calamitas proſperitate potior: ſiquidem ante timores eramus mundi,poſt timorem uerò Dei facti ſumus. Fortaſſis autem uidemur tibi faſtuoſi,quod tibi ſæpe de ijſdem ſcribimus,quaſi nõ admonitionem ſed oſtentationem ſermones putemus: quapropter de his quidem ſatis. Scias porrò nos promptos eſſe & optare,maximè quidem ut ad te perueniamus,& ſaluti tuæ congratulemer, & de his perfectius colloquamur. Sin minus,at ut te hic quàm celerrime excipiamus,quo gratiarum actiones ſimul concelebremus. *Matt. 16*

Theologus Cæſario fratri. Epiſtola CXI.

Multum propter te erubuimus. Nam quod triſticia affecti ſumus quid opus eſt ſcribere,ad eum qui maximè omnium credit? Vt enim ne noſtra dicamus,neq; quanta triſticia,permitte uerò etiam dicere timore,repleuit nos de te fama: uelim ſi quo modo id fieri poſſit,te adeſſe ſermonibus aliorum,familiariũ æqualiter ac peregrinorũ,& utcũq; nobis notorum,ſaltẽ Chriſtianorũ,quos de te & nobis dicunt,non hi quidẽ,alij uerò non: ſed omnes conſequenter æqualiter. Nam & promptius in alienis homines philoſophantur. Velut alia quædam declamatio facta ſunt ipſis hæc uerba. Nũc quidem filiũ epiſcopi bellum gerere,nunc uerò appetere externum potentatũ ac gloriã,nunc uerò uictum eſſe à pecunijs,quando communis pecuniarũ ignis accenſus eſt,& curſum pro fortuna homines currunt. At nõ unam ducere & gloriam & ſecuritatem & opulentiam,generoſe quieſcere ad temporis occaſionẽ,& ſe quàm longiſſime abdicare ab omni ſcelere & inquinamento. Quomodo uerò alium cõmonefecerint epiſcopi, ut ne per occaſionẽ diſtrahatur,neq; idolis ammiſceatur? Quomodo autẽ alios in alijs delinquentes increpauerint,quum ipſe alare dicendi libertatem non habeat? Hæc quũ quotidie nos audiamus,& his adhuc plura ac grauiora,quũ partim fortaſſis propter amicitiam dicant,partim autẽ propter inimicitiam inſidientur: quomodo affici putas,& quales animas habere,homines qui propoſuimus ſeruire Deo,& ad futuras ſpes reſpicere,ſolũ bonũ iudicamus? Itaq; Dominũ patrẽ noſtrũ ualde ęgreferentem hanc famã,& uitã ipſam auerſantẽ,quomodocũq; ipſe conſolor & placo,pro mente tua fide iubens & perſuadens ipſum, quod non ſuſtinebis adhuc amplius nos triſticia afficere. At uerò dominã matrem ſi audierit quid de rebus tuis, huc-

uſq; enim multa induſtria celauimus, putes affectionem penitus non admittentē cōſolationē habiturā eſſe, ut quæ & fœmina ſit puſillanimis, & aliàs propter nimium metū, circa hæc modum habere non poſſit. Siquidem igitur aliquā & tui ipſius & noſtri rationem habes, conſule ac ſtatue quid melius ac tutius. Omnino enim etiam ea quæ hic ſunt, ad liberalem uitā degendā ſufficiunt, ei qui non nimiū inexplebilis ſit, neq; modum cupiditatis pluriū excedat. Sed & ut tu conditionem ac ſtatū aſſequaris nō uideo quam occaſionem expectabimus, præſenti omiſſa. Si uerò in eodem conſilio perſeueras, & omnia tibi parua ſunt ad propriam appetentiā, aliud quidem nihil graue dicere uolo: tātum uerò prædico atq; proteſtor, quod ex duobus alterū neceſſariū eſt, aut ut genuinus manēs Chriſtianus, ignominioſiſſimo hic loco poſitus ſis, & tum teipſo, tum ſpe indigne agas. Aut ut honorem cupiens, principaliorum damnū patiaris, fumi ſanè particeps fiens, etiamſi nō ignis.

Theologus Sophronio primati. Epiſtola CXII.

VIdes quales ſint res noſtræ, & quomodo circulus quiſpiā humanarum rerū circumcurrit, nunc his, nunc illis florentibus ac deflorentibus: ut neq; felicitate nobis conſiſtente neq; infortunio, ſed celerrime tranſeūte ac dilabente, ut auris magis credere poſſis, & literis in aqua ſcriptis, q̃ hominum felicitati. Qua gratia? mihi quidem uidetur, ut inſtabilitatem & inæqualitatem in his contemplantes, aliquanto amplius ad Deum accurramus, & ad id quod futurum eſt: & aliquā noſtri ipſorum curā geramus, parū de umbris ac ſomnijs ſolliciti. At unde nobis hic ſermo? non enim temere hæc commentor, neq; inaniter iacto. Erat aliquando non inter obſcuros etiā tuus Cæſarius. Si uerò non ut frater fallor, etiā inter ualde illuſtres, notus quidem ob eruditionē, dexteritate uerò multos excedens, ſplendidus aūt amicorum copia. Quorū primū te & tuā nobilitatē ipſi eſſe, tū ipſe ſentiebat, tum nobis perſuadebat. Atq; hęc quidem antiqua ſunt, & plura per teipſum appones colens ipſum epitaphia, pro eo quod ex natura omnes habemus homines amplius quid digreſſo tribuentes. Cæterùm nunc (& quomodo mihi abſq; lachrymis pertranſieris ſermonem, aut bene & utiliter lachrymas effuderis?) hic quidē iacet mortuus, ſine amicis, deſolatus, miſerabilis, modica myrrha dignus factus: ſi ſanè etiam hoc ipſi contigit, & exiguis integumentis poſtremis illis; & certe multum hoc arbitror quod etiam hęc ex miſericordia adeptus eſt. Irruerunt autem inimici uelut audio, & alius aliunde bona illius per multā licentiā, partim diripiunt, partim diripere parant: ô indolentiā, ô crudelitatem: & nemo eſt qui prohibeat. Sed qui humaniſſimus eſt hoc largitur ſolū, reuocat leges. Et ſi cōpendio dicere oportet, drama & ſcenicus actus facti ſumus, qui aliquando felices putati fuimus. Hæc non tolerabilia uideantur tibi, ſed & cōdole, & ſimul indignare, & mortuo Cæſario beneficium exhibe, per amicitiā ipſius, per ea quæ tibi chariſſima ſunt, & per ſpes quas tibijpſi dextras facias, fidelis & genuinus erga mortuum conſpectus, quo etiam uiuentibus hoc largiaris, & ipſos bene ſperantes facias. Putas propter pecunias nos dolere? Turpitudo nobis intolerabilior eſt, ſi ſolus ex omnibus Cæſarius amicos non habuiſſe uidetur, qui ſanè etiam multos habere putatus eſt. Legatio quidem igitur talis eſt, & à talib. quandoquidem & noſtræ res fortaſſis apud te non ſunt neglectę. In quibus uerò auxiliaberis, & per quos & quō, tum ipſa negotia ſuggerent, tum prudētia tua cōſiderabit.

Theologus Sophronio primati. Epiſtola CXIII.

EXhibet quid cōmoditatis nobis ſucceſſus, ociū ipſum ac quietem. Sed nondū tantū quantū incōmoditatis ac detrimenti, quòd à ueſtra amicitia ac cōſuetudine tanta uidelicet re ſeparati ſumus: alij tua præſtantia fruuntur: nobis uerò illud magnū eſt, atq; utinā illud haberemus, umbrā nimirum cōuerſationis in literis. Num rurſus te uidebimus? nū te amplectemur noſtra claritudo? & hoc uitæ noſtræ reliquijs dabitur? Siquidem hoc datū fuerit, omnis Deo gratia. Sin minus, mortui ſumus maxima parte. Tu uerò memor ſis tui Gregorij, & res noſtras recenſe.

Theolog. Sophronio primati. Epiſt. CXIIII.

PHiloſophamur in quiete, hanc iniuriam hi qui nos odio habent nobis fecerunt: atq; utinam etiam aliud quid tale, quo magis ipſos benefactores cognoſceremus. Sæpe enim contingit, ut qui iniuria affici uidentur, beneficio afficiantur, & ut qui beneficio affici putantur, iniuria afficiantur. Noſtra itaq; talia: & ſi non alios perſuademus, ipſum tamē te pro omnib. ſcire uolumus, cui rerū noſtrarū rationem libēter exhibemus, magis aūt intelligere credimus & ignorantes perſuadere. Adhortor porrò uos ut omne ſtudiū adhibeatis

nunc

nunc ſaltem, ſi prius nunquam, quo concordes ſitis, & omnes orbis terrarum ſectas male diſparatas in unum congregetis: & præſertim ſi deprehenderitis ipſos non propter fidei doctrinam, ſed ob proprias puſillanimitates diſſidere, id quod ego obſeruaui. Hoc & uobis mercede dignū fuerit ſi poſſitis: & nobis ſeceſſus minus moleſtus erit, ſi uiſi fuerimus non inaniter ipſum arripuiſſe, ſed uolentes nos ipſos in pelagus præcipitaſſe, uelut Ionas ille, quo fluctus ſedetur, & ſeruentur ſecure nauigantes. Si uerò nihilominus tempeſtate iactantur, quod ſanè in nobis fuit fecimus.

Theologus Euſtochio ſophiſtæ. Epiſtola CXV.

IMpetis ah nimium nos & contingis Vlyſſes, ſtragiriſmū exprobrans, & accuratiſſime contra nos declamans: & tuam dicendi libertatem in his quæ ſcribis laudo. Melius eſt enim eloqui id quod moleſtum eſt, ꝙ quieſcere, ut interrogent ignorantes. Habeo tamen quid quod accuſem. Quo uerò legem iudiciariam ſeruem, defendā me prius, deinde accuſabo: & utrunqꝫ pari beneuolentia faciā. Bonum Stagiriū acceſſit meus Nicobulus, nō ſanè ex mea ſententia, ne hoc ſuſpiceris: non adeo oblitus ſum ego Athenarū, aut tuæ amicitiæ ac ſodalitatis. Sed profectus eſt à ſeipſo, & patre ſic uolente: à me uerò literas accepit. Quid in hoc ab amicitia aut humanitate alienū? Quandoquidem uerò defenſionē habes, accipe & accuſationem. Nō laudo tuos puerorū plaſtas telchinesqꝫ ac deceptores, quib. male impetis artis aduerſariū: quandoquidē mos obtinuit ut qui eiuſdē artis ſunt, aduerſarij artis appellent. Vſquequo enim hęc? & ubi à ſophiſtica calumnia deſiſtemus? donec quid rerum humanarū durauerit ac extiterit, donec mors ipſa maliciā diremerit. Hæc enī ſi quis iuuenis ſit, & ab ambitione ſuperetur, & quęſtum curet, & tunc quoqꝫ moderate id faciat, ueniā aliquā habuerint. Paululū enim quid Demoſtheniſabo tua cauſa. In hac autē ætate, & hoc rerum ſtatu, & pręconium edere, & per pręconem prædicari, penitus intempeſtiuum eſt & contentioſum: nō ſolum quod indecorū eſt & omnino illiberale, ſed etiā quod multa eſt rei leuitas. Quale locutus eris, tibi uerbum tale refundet, uelut fluxione reuertente. Rurſus enim Homero utar. Scalpentem autem refricare penitus ab inuidia liberum eſt. Quæ eſt igitur ſapientia, cum liceat uirtute primas ferre, uinci malicia, aut etiam uincere, quod multo peius eſt? At ego etiam hoc in iudicib. reprehēdo (dicā enim ueritatem) quod quę iudicio puniūt, ea dum audiunt laudāt: neqꝫ hoc ſoli, ſed & multos habent collaudatores, & maliciam accēdentes, & ſtudijs eo uſqꝫ diuiſos, ut de induſtria partim hoc faciant: quum oportebat, ſiquidem fide careant, non laudari. Si uerò fidem faciant, publice iudicari. Aut ſic, ſi quidem falſa eſſent, accuſatores redargui. Si autē uera, eos qui accuſantur, & contra quos eſt actio, & non ſic in maxima re, ipſa illuſtrium hominum opinione, adeo facile ludere. Si quid igitur mihi creditis, ad utroſque enim uerba facio, eiuſmodi actiones ac uituperia ualere ſinite, ſi non aliud quid, caniciem reuerentes, aut etiam in turpiſſimis delaſſati. Ipſi uerò conſultate, ut ueterem admonitionem honoretis, quæ dum uita ſuppetit, uirtutem exercere iubet: & non ſtruitis quidem inſidias uobiſipſis, uerùm ſtruitis inſidias iuuenum ſpei, qui ſanè penitus grauiſſima mala pertulerint, ſi dum eloquentiæ ſtudent, maliciam didicerint, & hanc non ſine mercede, tanquā non uirtutis, ſed huius uos præceptores habeant. Porrò ſi oneroſus tibi eſſe uideor quòd hæc ſcribo, ulciſcere me paribus, etiam ipſe aliquid utile admonendo: ut aut obedientem laudes, aut reluctantem accuſes.

Theologus Euſtochio ſophiſtæ. Epiſtola CXVI.

QValem rem ignoraui, quàm rudem ualde ac imperitum uirum ſophiſtam admonui. O dementiam, & neqꝫ à uulgari prouerbio eruditus ſum, Caluus cum ſis, arietem aduerſa fronte ne impetas. Neqꝫ ueſparum examen contra meipſum, linguam uidelicet ad maledicendum prōptiorem. Ob hoc quidem igitur non ualde indignor, cum multis enim uelut audio, impegi: ſi uerò uiuos æſtimes, etiam ante multos. Illud autem magis ægre fero, quod fides mihi non eſt habita, quod hoc amanter & ex amicitia fecerim. Verūtamen opto ut ſanus ſis & corpore et anima, et ut linguam continens, ſi id fieri poteſt. At nunc noſtris rebus contenti erimus.

Theologus Eudoxio Rhetori. Epiſtola CXVII.

LEx erat Athenis uetus, et ut ego ſentio etiam optima. Poſtquam ad pubertatem perueniſſent iuuenes, ut ad artes adducerentur. Adducebantur autem hoc modo.

Proponebantur publice ſigularum artium inſtrumenta, & ad hæc adducebantur iuuenes. Quo uerò inſtrumento unuſquiſq; delectabatur, & ad quod accurrebat, huius etiam artem docebatur, tanquam id quod ſecundum naturam eſſet, ſucceſſum haberet: quod uerò contra naturam, aberraret. Quid uult mihi hæc narratio? Et te ſentio oportere, cum ad philoſophiam aptus ſis, hanc non negligere, neq; ad aliud quicquam eorum quæ naturæ tuæ cognata ſunt magis aſſueſcere, quàm hanc amplecti, ad quam inclinationem habes. Non ſolum quod optima eſt, ſed etiam quod naturæ tuæ magis apta. Fluminis autẽ fluxum non cogi, etiam prouerbium docet: & equeſtrem artem edoctus non uult canere poetica: ne quid contingat ut & ab equeſtri arte, & à cantu aberret. At quę eſt aptitudo? Quantum equidem mihi uiſum eſt primùm quidem mores ſunt, tranquilli illi & arte carentes, & ad uitæ huius uerſutias inepti? Deinde animæ generoſitas, & altitudo, & ad ſpeculandum promptitudo. Tertiùm, morbus & corporis debilitas. Nam & hæc non parum ad philoſophiam conferre Platoni uidetur. Sed & in hac ætate es, ut iam affectus declines, & paupertate non magis onerari quàm ornari mihi uideris, & noſſe te puto, non eſſe rhetorum erubeſcere. Sed neq; uox ſceleſta tibi eſt, neque male natus es, neq; forẽſis rabula exiſtis: neque quicquã tale habes, qualibus forẽſem Democritum ad plebis tribunatum adductum Ariſtophanes effingit. Sed quum rhetor appelleris, quauis re potius quàm moribus inter rhetores cenſeris. Ne itaque uelis dimittere tantum philoſophiæ, quantum iam præoccupaſti: neque ſecundum locum teneas inter ſecundos, magis quàm primum inter maximos. Si uerò etiam primum locum inter hos qui hic ſunt dederimus, ne ſuſtineas ut præſtantiſſimus ſis inter graculos, quum aquila eſſe poſſis. Vſquequo inflamur ob parua & humi repentia, & ludimus inter adoleſcentes, & figmentis ac plauſibus attollimur? Tranſeamus hinc, fiamus uiri, abijciamus ſomnia, prætereamus umbras, alijs relinquamus uitæ uoluptates, & plus moleſtias: alijs negocia exhibeat, illudatq; ac mutationes inducat inuidia, & tempus, & fortuna, & humanarum rerum inſtabilitas ac inæqualitas. Valeant throni, potentatus, diuitiæ, ſplendores, elationes, caſus: uilis illa & conſpuenda gloriola, ob quam ſi quis ſe efferat, magis ignominioſus ſit, quàm ſi per magnæ huius ſcenæ ludibria ac ſpectacula derideatur. Nos uerbi doctrinam amplectamur, & Deum pro omnibus habere eligamus, qui ſolus durabile & noſtrum bonum exiſtit: ut nobis etiam hic claros eſſe contingat, dum adhuc parui ſumus, & hoc quærimus: aut omnino illic uirtutis præmium ipſum Deum fieri, & puriſſima luce illuminari, quam in triplici unitate ſpeculamur, cuius ſplendores nunc moderate habemus. Adhæc adſis, procede, pennam æternæ uitæ animo prehende, nuſquam à ſpe interquieſce, donec ad ſummum bonum ac beatitudinem perueneris, & nos collaudabis ſatis ſcio, nunc quidem modice, paulo pòſt uerò luculentius, ubi teipſum uideris in his quæ pollicemur conſtitutum, & non inanem beatam, hæc ipſa repereris, neque mentis figmenta, ſed rerum ueritatem.

Theologus Eudoxio rhetori. Epiſtola CXVIII.

EVge quod philoſopharis in afflictionibus, & ſis multis exemplum tolerantiæ in rebus aduerſis. Et quemadmodum ad omne quod optimum eſt, uſus es corpore quando ſanus eras: ſic etiam nunc hoc bene uteris, quando infirmus es, & non ocioſe iocaris. Philoſopharis enim, & quod Diogenem aliquando febricitantem & tolerantem dixiſſe aiunt, hoc etiam ipſe exhibes hominum oculis: animæ & corporis luctam. Hoc decebat meum Philagrium, non molleſcere neque flecti ad afflictiones, ſed contemnere lutum, & ſinere corpus pati quæ ipſius ſunt, omnino aut nunc, aut poſtea lege naturæ diſſoluendum: peribit enim aut morbo ægrotans, aut tempore: ipſum uerò altam animam habere, & cogitationibus apud Deũ poſitum eſſe: & illud noſſe, quod abſurdum eſt nos extra quidem pericula philoſophari, in neceſſitatibus uerò à philoſophia alienos apparere, & mentiri profeſſionem. Omnia nimirum mente recenſuiſti, quæ noſtra, quæ aliena, uelut uir in utriſq; eruditus & aliorum doctor, & ex omnib. collegiſti tibijpſi humanitatis medicamentum. Quo uerò etiam ego ſimul philoſopher parum, ſi hoc iubes: nõ laudo Ariſtotelis ſordes, qui felicitatem nobis definiens, aliquatenus recte proceſſit, animæ actionem ſecundum uirtutem hanc eſſe pronuncians: & addens, in uita perfecta: & hoc ualde clare, propter naturæ noſtræ fragilitatẽ & mutationis facilitatem. Illud uerò nõ am

plius

plius magnifice, ſed etiam ualde humiliter ac ſordide, quod etiã externas facultates addit. Velut ſi quis pauper exiſtat, aut morboſus, aut ignobilis, aut exul, per hoc felicitas ipſi impediatur. Laudo autem Stoicorũ grauitatem ac animi magnitudinem, qui nullum impedimentum eſſe aiunt res externas ad felicitatem. Sed eſſe uirtuoſum beatum, etiãſi Phalaridis taurus ardentem habeat. Et propterea admiror hos qui pro honeſto ac recto apud nos pericula ſubierunt, aut calamitatem uiriliter pertulerũt. Admiror etiam externos his conſimiles: uelut Anaxarchum illum, Epictetum, Socratem, ut ne multos recenſeam: ex quorum numero ille, quum manus ipſius in pila tunderentur, ita iubente tyranno, tortores Anaxarchi capſam detundere ac decorticare iuſſit. Quid per hoc indicans? flagitioſam noſtram carunculam, tanquam Anaxarchus quidem, nõ autem philoſophi anima tunderetur. Quæ duo nobis externus & internus homo nominãtur. Alter autem quum crus ipſi tenderetur ac obtorqueretur, uelut in alieno corpore philoſophabatur, & citius crus confringi, quàm uim ſentire uiſus. Socrates autẽ morte ab Athenienſibus condemnatus, & carcerem uelut noſti inhabitans, interim uelut ſuper alio carcere corpore ipſo ad diſcipulos diſputabat, & quum abſolui licuiſſet, auerſatus eſt. Poſtquam uerò allata eſſet cicuta, ualde libenter ſuſcepit, tanquã non ob mortem ſuſcipiens, ſed amicum poculum propinans. Appoſuiſſem his etiam noſtrum Iob, niſi ſcirem te nõ procul ab illius afflictionibus abeſſe, et eſſe ac fore cum Deo. Hæc mihi uideris incinere tibijpſi, ò diuinum ac ſacrum caput: atq; ſic tibijpſi mederi, et tum ipſe melius habere, tũ nos tuos laudatores ac amatores exhilarare, dum neq; à morbo flecteris, neq; quod diuinus Dauid ait, à pace peccatorum, & ſucceſſu ipſorum in hac uita impediris: ſed & purgaris, ſi fas eſt hoc de te dicere, & infirmitatis uirtutis materiam facis.

Theologus Eudoxio Rhetori. Epiſtola CXIX.

QVod mutuò inter nos conuerſari nõ poſſumus, eadem utriſq; cauſa eſt: nam & corpus te utitur, uelut utitur, ut ne quid amplius dicam: & me ſcias ualde male habere: non enim aliàs cunctatus fuiſſem præ omnibus ex peregrinatione reuerſus, id quod probe noſti, ad te accurrere, & te amplecti, & te conſiliario uti in rebus propoſitis, uiro & amico, & prudẽti, & eximia pietate prædito. Quod itaq; reliquum erat, per literas nos mutuò conuerſari: hoc feciſti quidem ipſe, probe in hoc faciens: facimus autem etiam nos. Non parua nobis ſunt, neq; exigui momenti ea de quibus ſcribis. Vnde neque ipſi oſcitanter, neq; negligenter conſideratione de his habita, ſed ualde diligẽter, & ad hanc reſponſionem deuenimus. Fatigati ſumus certando aduerſus inuidiam, & ſacros epiſcopos, & communem concordiam diſſoluentes, & propriarum contentionum acceſſionem, fidei cauſam facientes. Quapropter ſtatuimus puppim pulſare, quod aiũt, & in nos ipſos contrahi, quemadmodum de nautilo piſce dicunt, ubi tempeſtatem perceperit: & alios quidem procul uidere dum impetuntur ac impetunt. Ipſi uerò ad ea quæ iſtic ſunt transformari. Si uerò eccleſiam derelinquere periculoſum eſt uelut ſcribis: qualẽ & ſiquidem noſtram, etiam ego ſentio, & recte dicitis. Si uerò nihil ad nos attinentem, & nobis non commiſſam, innoxij ſumus. At quia per tempus aliquod curauimus, hoc ipſo tenemur. At multi quoq; alij teneantur utiq;, qui externorum curam habuerunt. Et fortaſſis occupationib. quidẽ uexari, mercede dignũ eſt, renunciare uerò, nullo in crimine heret. Nihil igitur timueris propter nos huius rei gratia, uerũ illud potius, ne quid lædamur.

Theologus Eudoxio. Epiſtola CXX.

MEmor ſum noſtræ conſuetudinis, quã inter nos habuimus nuper in Mataza mea (mea enim uoco & credo quæ tua ſunt) & philoſophiæ quam tunc philoſophabar, cuius etiam nunc meminiſſe horreo. Ego quidem exponebam tibi ſeptuageſimumſecundum pſalmum. Tu enim iubebas, neq; erat quod contradicerem. In quo Dauid exclamat ac triſtatur propter eos qui male diuitijs abundant. Deinde cogitationes mittẽs ad ea quæ iſtic ſunt iudicia, & ad repoſitam pro cuiuſq; uita retributionem, ſic à turbatione ceſſat, & moleſtiam curat. Et quantum poſſibile erat trahebam expoſitionem ad afflictionem, tum ex noſtris, tum ex externis hæc commentans, uelut qui ad uirum eruditum ac tantum uerba facerem, & ſimul ſpiritu ita ferente, & dolore ſtimulante. Nihil enim dolore ad inuentionem efficacius eſt. Currebat quodammodo ſermo ipſe: tu uerò inter medium ſermonem exurgens, uelut ſtimulo incitatus, & manibus ad cœlum

extentis, & ad orientes reſpiciẽs, uidere enim poteras, Gratias ago tibi pater, clamabas, ô hominũ tuorum creator, quod inuitis nobis benefacis, & externo internũ hominem purgas, & per cõtraria nos ad beatum finem perducis, atq; hoc rationibus quas ipſe noſti. Et quid nam dixerim omnia, quæ & ante nos, & unà nobiſcũ philoſophabaris, uelut morbo gaudẽs? & habebas diſcipulum, ipſum doctorẽ. At cur horum mentionem feci? Illud uidelicet ad omnes per te clamans ac prædicans: Quod deplorandi magis ſunt nobis mali propter internum morbum, q̃ nos illis propter externum, ſi ita habere contingat. Et quod melior eſt morbus philoſophus, quàm effrenis felicitas.

Theologus Eudoxio. Epiſtola. CXXI.

REprehendunt te aliqui, hoc enim ſentio, uelut elegantiæ ſtudioſum in tua ſola poſſeſſione, & operoſum in tali corporis ſtatu. Et nihil miri eſt: nam facilius eſt in alienis quàm proprijs philoſophari. Ego uerò ſi quidem uidiſſem te præter modum hoc facere, aut ubertim aut uiolenter induſtriæ ac diligentiæ addictum, reprehendiſſem ſane: dicam enim ueritatem, nihil amicitiam aut eruditionem reueritus. Si uerò operoſus quidem es, non autem extra modum, opus eſt autem his ipſis in quibus operoſus es: adeſt autem & afflictio ac morbus occupans te curis, & perſuadens quod ſuper corpus excedentia tibi corporis mala ſunt: non poſſum non accuſatores iſtos reprehendere, & te à culpa liberare. Et ad hoc mihiipſi perſuadeo: quod neq; æſtimare quis res ipſas melius poſſit, eo quo etiam omnes ad ſuas res præceptore utuntur ac monitore, priuatim pariter ac publice: neq; animæ magis philoſophicæ curam gerere. Si uerò etiam corpori ſanitatem conſeruare aut reducere, ſolius medicinę eſt: quis adeo audax eſt & ineruditus, ut tibi de his legem ferat? Itaq; uulgus ualere ſine, & eſſe graculos aquilarum uolatum experientes. Ipſe uerò teipſo utere conſultore, & Deo, tum in morbo, tum in his quæ circa ipſum ſunt, & à decoro non aberrabis.

Theologus Eudoxio. Epiſtola. CXXII.

PRius equidem ſcribebam tibi ipſe conſolatorios ad morbum ſermones: nam ante me incideras. Nunc uerò uideris mihi ipſe nos conſolari, qui fere ęqualib. malis affligimur: oportebat enim nos quum amici ſimus, neq; hac parte ſeparari: imò potius iam conſolatus es, per ea quæ toleraſti tolerantiam nos docens.

Theologus Eudoxio. Epiſtola CXXIII.

DOleo propter morbum, et gaudeo: non quod doleo, ſed quod tolerantiæ alijs ſum doctor. Quandoquidem enim nõ habeo ut ne patiar, hoc ſane per afflictionem lucror, ut feram & gratias agam, ſicut in rebus lætis, ſic etiam in triſtibus. Nam credo nihil præter rationẽ eſſe, apud eum qui rerum noſtrarũ curam gerit, etiã ſi nobis ita uideatur.

Theologus Eudoxio. Epiſtola CXXIIII.

QVæ tibi moleſta ſunt, ea omnino etiam nobis. Communia enim omnia amicorum facimus, & quæ bene, & quæ aliter ſe habent. Quemadmodum ſane etiam amicitiæ lex eſt: quanquam quid opus erat de his philoſophari, & quę par eſt apud te diſputare? Quemadmodum igitur amicitię lex admonet, non uolo, neq; recte id fieri opinor, ut cum Philagrius ſis, & in diuinis literis excellẽter eruditus, idem cum multis è uulgo perpetiaris et admittas, neq; unà cum corpore collabaris. Sed ut in morbo philoſopheris, & mente nunc ſane quàm maxime expurgeris, & uinculis ſuperior uidearis, et morbum pædagogum & inſtitutionem ad id quod conducibile eſt exiſtimes, hoc eſt ut contemnas corpus & corporalia, & quicquid fluxum ac turbulentum & periturum eſt, totusq; in ſuperna ſorte uerſeris, & pro præſenti in futura uita uiuas: ita ut mortis meditationem uelut Plato ait, hanc uitam facias, & animam ſiue è corpore, ſiue è carcere aut ſepulchro uelut ille appellauit, pro uiribus liberes. Si in his philoſopheris ò optime, & ſic habeas, tum ipſe magnam utilitatẽ percipies, tum nos propter te minus ſolicitos facies, & multos in afflictionibus philoſophari docebis. Inſuperq; non parum lucraberis, ſi quid tibi etiam huius rei curæ eſt, ut apud omnes ſis in admiratione. At uerò ex libris quos petiuiſti, alterum reperi & prompte miſi, Demoſthenicum dico: alterum uerò perdidi, nec habeo eam qua tibi opus eſt Iliadem. Neq; enim fidem mihi nõ habere debes, quod ſolum his me frui puto, & ſola ea me recte poſſidere, quorum etiam tu particeps ſis, & quibus uelut tuis ipſius uteris.

Theologus Aphricano. Epiſtola CXXV.

QVibus equi maxime gaudēt? Nimirū equis. Aquila uerò quibus? nō alijs quàm aquilis. Graculum autem graculo aſſidere etiam ex prouerbio audis. Sic ſanè etiā Atticum Atticis gaudere putes, & dexteritatis ſtudioſum eius amatore ac pręſide. Hoc enī mihi princeps eſſe uidetur, fautor uirtutis, & aduerſarius uitij, ſiue incruentū gerat principatum, uelut nos: ſiue cum gladio & clypeo. Nam ſanguinē neq; tibi apponemus, cum te uirtute imperantem ſciamus, non uiolentia prohibentē: & timore magis quàm opere malos caſtigantē: qui ſane optimi principatus terminus exiſtit. Quapropter ualde quidem congreſſum ac colloquium tuum expetiui, & nunc adhuc expecto. Cum autem non habeam quo ipſum aſſequi poſſim propter infirmitatem, neceſſariò ad res ipſas deueni, & quod optimū eſt, alloquor te per uirū familiarē amicumq; ac cognatū, uenerandiſſimū mihi in omnibus Nicobulum, qui etiam purgabit ac excuſabit me tibi. Fide dignus autē eſt uir ſi quiſquā alius, quantū ego ſcio, & per nos ſeipſum præſtantiæ tuæ notū reddet.

Theologus Aſterio. Epiſtola CXXVI.

QVid Deo iuſtius? attamen cum omnium creator ſit & Dominus, præcipuum ſibi ipſi populū facit ac nominat Iſraelem, & non ueretur ne iniuſtus propter hoc putetur. Quid igitur miri eſt, ſi etiam nos omnium qui ſub noſtra manu ac poteſtate ſunt curam gerentes, plus Nicobuli filium amplectimur, quem & ſenectutis ac morborum curatorem conſtituimus, & uelut fulcrum ac baculum debilitatis noſtræ ſuppoſuimus? Hunc ſub manus tuas tradimus, & per tuas ipſius principis, ualde graue hoc ducentes, alios quidem à maximis per nos liberare, & primos ſanē nunc amarulentos accuſatores: hunc uerò neq; à calumnia liberare poſſe, & quem nacti ſumus propter exteros honorem, eum propter noſipſos non aſſequi: ſed idem quod oculi ſolent perpeti, qui alia uidentes, ſeipſos non uident: aut etiam quod fontes in profundo ſiti pati ſolent, qui uicinos locos ſubterfluentes, procul diſſitos rigant. Sint grauia quæ ſerui auſi ſunt, aut plus quàm grauia, uelut fortaſſis nihil aut parū inueniri poſſit, niſi temporis anguſtijs ab expendendo prohiberemur. At quid hoc ad dominos, qui nullius facti participes ac ſocij fuerunt? Aut quæ eſt ratio, propter aliena peccata in alijs pœnam exigere? & nunc publicorum curam gerere, quando moleſtum eſt priuatum?

Theologus Aſterio. Epiſtola CXXVII.

QVid hoc dices fortaſſis? Rurſus nobis Gregorius? rurſus epiſtolas? rurſus petitiones? O inexplebilitatē quam ipſi cōmouimus. Nequaquàm ô admirande, ne hoc feceris. Quorum enim ſunt portus, an non eorū qui tempeſtate premuntur? quorū uerò medicamenta, an nō ægrotantiū? quibus utinam nos nō priuemur, & tanto magis, quanto plus poſſe apud te credimur. Non enim amplius petimus, ſed exigimus, ſemper beneficio beneficiū prouocante. Nicobulus in calumnijs hæret, idem eſt ac ſi nos hęrere dicas: noſtra enim eſt ille requies, & quomodo poſſibile eſt ſilere, & non oneroſum eſſe etiam ualde philoſophū. Da manū preſſis, ut & ipſe ex Deo aſſequaris, cum uelut homo hac opus habeas: & utere omni amicitia ac prudentia & potentia cum Deo circa res noſtras: Neq; enim ferrum ignitū multis à lapide ictibus opus habet, ut inſitus ignis publicetur, ſed ſimul ut percuſſum eſt ignis effulget: neq; ipſe longiore opus habes exhortatione, & hoc pro nobis, et tali ſuaſore exiſtente, & adeò genuino principatus ſocio. Vnum quid, idq; compendiariū dicam: alia quidem beneficia, alij per nos acceperunt. Hoc uerò nos pro nobiſipſis opus habemus: id quod præſtantiā tuam magis cōmoueat ac exoret.

Theologus Poſthumiano. Epiſtola CXXVIII.

PRæſtans es eruditione, utram tandē uelis, & in quocunq; doctrinæ genere. Et alterius quidē gloria eſt qualē audimus: neq; enim ego lingua Romanus ſum, neq; Italorum res doctus. Alterius uerò experimentū fecimus, ut etiam alijs notā reddere poſſimus, ſi quid nobis in his eſt iudicij: eſſe autem non pauci dicunt. Eleuatus es magiſtratibus non modicis: imò magis non paucos ipſe eleuaſti, ſi quod magis uerum eſt, dicere oportet. Perueniſti ad ſummam poteſtatem, nō fortunæ donum, uelut multi è uulgo dicere poſſint, ſed uirtutis præmium hanc ſuſcipiēs: quo & ipſa fiat honoratior, & rex laudetur ob factum de te iudicium. Hęc adhuc parua ſunt, addam quod etiam rerum noſtrarum præinitiatus es prius pietate: deinde ſuſcepiſti. Memor enim ſum uerborum tuorum

rum, & miraculũ adhuc reſonat in auribus meis, his ſi addideris; te etiam meminiſſe ami
corum: addes autem ſcio, atq; hoc ex prægreſſis coniecto: magis te mirabimur. Hic hu
manæ felicitatis terminus eſt, ſiue beatitudinis. Verùm quod ultra Gades eſt, id impene
trabile eſſe ac finem non habere, Pindaro dicenti credimus. Quandoquidem uerò ma-
gna adeptus, magnorum etiam debitor es, et Deus prius te noſtrum fecit, deinde benefa
ciens nobis præfecit, & ſimul abſurdũ eſt à tanto uiro non maxima exigere, illud memo
nentem admitte. Nihil adeo putes principatui tuo cõuenire: quandoquidem rurſus con
cilium eſt epiſcoporum, haud ſcio quam ob cauſam & quomodo cõgregatorũ: uelut ut
coram te & per te, res eccleſiæ pacificentur, etiam ſi opus fuerit uehementius ſeditioſos
obiurgare. Si uerò uideor alicui ſuperfluus eſſe, cum à negocijs quidem ſeceſſerim, curas
uerò non remiſerim, hoc ipſum tu minime mireris. Non enim uelut thronis ac faſtu, ita
etiam pietate, uolentibus ceſſerimus. Sed nunc plus fide digni ſumus, uelut etiam tibi ui
deri opinor, uelut qui nihil priuatum, ſed commune curemus.

Theologus Saturnino. Epiſtola CXXIX.

EXigis ſatis ſcio amicitiæ ſignificationem, & audax aliàs eſſet facinus ſcribere. Nam
externis quidem poteſtatem, nobis autem tribuis dicendi libertatem, uelut bonus
conſeruus his qui Deo appropinquare digni facti ſunt. Quapropter te alloquimur, & de
ſideranti res noſtras proponemus. Omnia nobis Deo dante bene habẽt, uno excepto, q̃
ſolliciti ſumus de eccleſijs ita turbatis. His quicquid conferre potueris, non cunctaberis
cõmunem concordiam & uerbis & factis procurare. Nam rurſus conciliũ eſt epiſcopo-
rum, & rurſus timor eſt, ne etiam nunc pudefiamus, ſi et hoc exiguum finem uelut prius
acceperit. Noſtras enim res Deo qui omnia cognoſcere ac iudicare nouit dimittemus: e-
tiamſi libenter ceſſimus inuidia uolentibus, nõ bona aliqua re uelut pleriſq; uidetur, ſed
ualde periculoſa decedentes, & uelut ex aſpera ac uehementer horrenda tempeſtate, in
tranquillum quendam ac ſecurum portum confugientes.

Theologus Amazonio. Epiſtola CXXX.

SI quis interrogauerit te ex cõmunibus amicis: multos autẽ hos eſſe credo: ubi nunc
Gregorius? Quid uerò facit? confidens dic, quod in quiete philoſophat̃, tantũ de in
iuriam facientibus ſolicitus, quantũ de his de quibus an unquã nati ſint ignoratur, adeo
inuictus exiſtit. Si uerò rurſus idem interrogauerit, quomodo uerò fert disiunctionem
amicorũ? Ne amplius cõfidens dixeris quod philoſophatur, ſed quod etiã ualde ingene
roſe affectus eſt. Nam alius quidem ab alio ſuperatur, nos autẽ ab amicitia & amicis. Ho
rum unus eſt & admirabilis ille Amazonius. Fortaſſis aũt per unũ ſolũ curaueris nos, &
melius habere propter te feceris, ſi memor noſtri fueris, & quod hoc facis, literis perſua
ſeris.

Theologus Celeuſio. Epiſtola CXXXI.

ADſumpſi ac admiſi te etiam ſilens, ut diſcas etiam ſilentij ſermonem per calamum
loqui. Dicam autem ea quæ amicitiã & tale tempus decent. Delinquis ipſe iudex,
quod nõ ieiunas: & quomodo humanas leges ſeruabis, cum diuinas contemnis? Abole
tuum iudicium, ut ne ex duobus alterũ, aut malus ſis, aut puteris? Proponere ſpectacula
turpia, eſt ſeipſum ſpectandũ proponere. In ſumma, ſcito te iudicem iudicari, & minus
peccabis. His nihil melius habebam, quod tibi exhiberem.

Theologus Celeuſio. Epiſtola CXXXII.

Rom. 14 NE iudices me tacentem, neq; enim ego te loquentem, id quod de cibis Paulus ſan-
ciuit: ſi uerò iudicas, time linguam, ne contra te primum moueatur, ſi te deprehen
derit ſilentio dignum.

Theologus Euſebio epiſc. Samoſatenſiũ in exilio degenti. Epiſt. CXXXIII.

CVm tranſiret pietas tua per patriam noſtram, neq; è domo proſpicere poteram, in
extrema infirmitate degens. Affligebat autem me non in tantum morbus ipſe ex-
tremarum rerum timorem inducens, ſed quod ſacro tuo ac bono congreſſu priuabar.
Tantum habeo uenerabilem faciem tuam uidendi deſiderium, quantum par eſt habere
indigentem animæ uulnerum curatione, & hanc à præſtantia tua ſe conſequuturum ſpe
rantem. At quam uis peccatorum meorum opus fuit, quod ego illo tempore congreſ-
ſum tuum non aſſequutus ſum, nunc tamen per bonitatem tuam aliqua mihi rerum tri-
ſtium correctio contingere poteſt, Si enim dignatus fueris etiam mei mentionem face-

re

re in acceptiſſimis orationibus tuis, hoc ipſum mihi omnis à Deo benedictiouis inſtrumentum ac uiaticum erit, tum in hac uita, tum in futuro ſeculo. Nam tantum uirum qui ſic in euangelij fide decertat, & tantas perſequutiones ſuſtinuit, & tantam ſibiipſi dicendi libertatem coram iuſtiſſimo Deo parat, per tribulationum patientiam: hunc etiam noſtrũ tutorem per orationes eſſe dignari, credo quod tantum uim habet, quanta eſſet ſi hoc mihi ab aliquo ſancto martyre contingeret. Quare admonitus ſis ut indeſinenter Gregorij tui memor ſis, in his in quibus memoria tua dignus eſſe opto.

Theologus Euſebio epiſc. Samoſaten. Epiſt. CXXXIIII.

VNde auſpicabor laudes tuas? & quomodo te compellans proprie nominarim? colũnam & firmamentum eccleſiæ, aut luminare in mundo, eadem cum Apoſtolo loquens? aut coronam gloriationis portioni Chriſtianorũ quæ ſeruatur, aut Dei donũ, aut patriæ fulcrum, aut fidei regulam, aut legatum ueritatis: aut ſimul omnia, & his adhuc plura, & exceſſum laudum tuarũ, per ea quæ cõſpicua ſunt cõfirmabo? Quę pluuia adeo tempeſtiua ſitienti terræ uenit? quæ aqua ex petra his qui in deſerto erãt redundans? quẽ talem panem angelorũ comedit homo? quibus ſuis diſcipulis cõmunis Dñs Ieſus dum mergerent ita in tempore adfuit, ut & pelagus manſuefaceret, & periclitantes conſeruaret, qualis tu uexatis nobis ac triſticia affectis, & uelut iam naufragiũ facientibus apparuiſti? Quid opus eſt recenſere quæ circa alios feciſti? quanta lætitia ac uoluptate animas eorũ qui certam fidem ſequũt impleuiſti? & quot à deſperatione liberaſti? nam mater noſtra eccleſia, Cæſaream dico, nunc reuera exuit indumenta uiduitatis, ob tuũ cõſpectũ: & ueſtem lætitię aſſumit, & illuſtrabitur magis, poſtq̃ paſtorẽ nacta fuerit, & ſeipſa, & prædeceſſoribus, & ueſtris nanibus dignũ: nam noſtræ res etiã ipſe uides quales ſint, & quantũ miraculorum operatus eſt tuus feruor ac ſudor, & erga Deum fiducia. Senecta renouatur, & infirmitas ſuperat̃, & ſaltant qui in lecto decumbunt, & debiles uiribus circundantur. Ex his coniecto, quod etiã ueſtræ res ex ſententia euenient. Patrem quidem igitur habes pro teipſo, & pro nobis, uniuerſæ uitæ ac reuerendæ caniciei bonam finem impoſiturum, hoc ipſum quod nunc pro eccleſia inſtat certamen, & ſuſcipiemus hunc ſatis ſcio precibus ueſtris robuſtiorem & fortiorem ac iuniorem, quibus per omnia confidere ac credere oportet. Si uerò etiam in hac cura uitam finierit, non eſt damnum eiuſmodi mortem & coronam talibus aſſequi. Mihi autem rogo ueniam detis. Nam qui parum iam ob malorum linguas ſecedo, paulo pòſt fortaſſis ad uos accurram & complectar: & quæcunq; nunc omittuntur, per meam collaudationem apponam.

Theologus Euſebio epiſcopo Samoſatenſi. Epiſt. CXXXV.

QVi in omnibus honorabilis nobis eſt, & inter genuinos amicos connumeratus, uenerandiſſimus frater noſter Eupraxius, honorabilior uiſus eſt ac magis genuinus ex affectu erga te: qui ſanè etiam nunc ſic ad tuã præſtantiã concitato animo feſtinauit, ut illud Dauidis dicã, uelut ceruus magnã & intolerabilẽ ſitim potabili ac puro fonte reſtinguens, per tribulationum tolerantiam. Huic noſtri cauſa occurrere digneris, & beatus eſt qui tibi appropinquare dignus factus eſt. Beatior autẽ qui afflictionibus pro Chriſto, & ſudoribus pro ueritate talem coronidem ac finem impoſuit, quã pauci timentiũ Deũ aſſequuti ſunt. Non enim citra tormenta oſtendiſti uirtutẽ, neq; ſerenitatis tẽpore ſolus recte nauigaſti, & aliorũ animas gubernaſti: ſed in difficultatib. tentationũ apparuiſti, & perſecutoribus altior euaſiſti, in eo quod generoſo animo de patria diſceſſiſti. Et alij quidem paternũ pauimentũ habent, nos aũt ſupernã ciuitatem. Alij noſtrum fortaſſis thronum, nos autẽ Chriſtum. O egregiam negociationem, qualibus contemptis, qualibus ornati ſumus. Pertranſiuimus per ignem & aquam, credo aũt quod etiã egrediemur ad refrigeriũ: non enim in finem derelinquet nos Deus, neque negliget rectam doctrinam perſequutionem patientem. Verùm iuxta multitudinẽ dolorũ noſtrorũ conſolationes ipſius exhilarabunt nos. Hoc quidẽ igitur & credimus & precamur: tu uerò oro, pro humilitate noſtra preceris, & quoties ſe tulerit occaſio, per literas nobis bene comprecari ne cuncteris, & nos lætiores reddere, tuarũ rerũ ſtatum declarando: quod etiam nunc facere dignatus es.

Theologus Olympio. Epiſtola CXXXVI.

HOc mihi ipſa ægritudine grauius eſt, quòd ægrotanti mihi neque fides habetur, & quòd mihi peregrinatio adeò longa demandatur, & in medios tumultus detrudor,

à quibus ſeceſſum amplexi ſumus, ferme etiam gratiam ob hoc corporis malæ affectioni confitentes. A negocijs enim aliena eſt quies, & claritudini in negocijs præferenda. Hoc ſcripſi quidem etiam nuper admiratione digniſſimo Icario, quum idem mandatum accepiſſem. At uerò tua prudentia pro nobis nunc ſcribere dignetur, quem fide dignum teſtem noſtræ infirmitatis habemus. Perſuadet autem & damnum quod nunc perpelli ſumus, neque accurrere neque frui te potentes, principe adeò benigno, atque ita uirtute admirando, ut etiam initia principatus tui honoratiora ſint, reliquorum gloria ad finem uſque progreſſa.

Theologus Olympio. Epiſtola CXXXVII.

ERuditur etiam aliquid canicies, & non omnino ſenecta ad prudentiam ac intelligentiam fide digna eſt. Ego igitur quum omnium maximè Apollinariſtarum cogitationem ac impietatem nouerim, uiderem autem non tolerabilem eſſe arrogantiam ac dementiam, putabam longanimitate ipſos mites me facturum eſſe, & paulatim emolliturum, quemadmodum etiam ſpem præ me tuli. Ignoraui autem uelut apparet, quod & illos peiores feci, & eccleſiam per intempeſtiuam philoſophiam læſi. Non enim placat malos manſuetudo: & nunc ſi quidem mihiipſi poſſibile eſſet per meipſum hoc oſtendere, non ſanè cunctatus fuiſſem uelut noſti, etiam præter uires commotus coram præſtantia tua ſupplex procidere. Quandoquidem uerò ulterius perduxit me ægritudo, & calidis Xanxaridis balneis me uti neceſſarium fuit, medicis ita conſulentibus, pro meipſo facio literas. Auſi fuerunt mali & male perdendi, ſupra omnia alia, etiam depoſitos ab omni Orientali & Occidentali concilio epiſcopos conuocare, aut præſentibus uti: non enim poſſum hoc exacte dicere: & contra omnes regias conſtitutiones inſurgentes, & contra ueſtra mandata, epiſcopi nomen imponere alicui apud ipſos impio & adulterato, in nulla re adeò uelut puto, quantum in mea mortificatione (hoc enim dicere oportet) confiſi. Hæc ſiquidem tolerabilia ſunt, ferat quidem tua firmitas ac celſitudo, feremus autem etiam nos, quemadmodum ſæpe tulimus. Si uerò grauia, & neque ipſis pientiſſimis regibus toleranda, reos peragere ac conuictos damnare, etiam ſi minus hoc ſit, quàm pro arrogantia, dignare.

Theologus Olympio. Epiſtola CXXXVIII.

RVrſus ſcribo quum me adeſſe oporteret, uerùm ex te eſt mihi fiducia: ò & negociorum gubernator: ut quod primum eſt, primùm dicam: & communium correctior, & ex Deo utraque: qui & mercedem pietatis accepiſti, quod negocia tibi ex animi ſententia procedant, & ſoli tibi comprehenſibilia ſint, quæ ab alijs capi non poſſunt. Prudentia enim & fortitudo tibi principatum gubernãt, altera excogitans quod faciendum eſt, altera facile perficiens quod inuentum eſt: & quod maximum eſt, puritas manus, qua omnia diriguntur. Vbi tibi aurum iniuſtum? ne fuit quidem, primum extra condemnatum, uelut obſcurus tyrannus. Vbi uerò odium? condemnatum eſt. Vbi autem gratia? Hic aliquantulum inclinaris, accuſabo enim te paululum, ſed Dei erga homines amorem imitans, quam etiam nunc per nos petit Aurelius tuus miles, quem deſipientem fugitiuum ac exulem appello, ſapientem uerò ſupplicem: propterea quòd ſub noſtras manus ſeipſum dedit, & per noſtras ſub tuas, uelut regiam quandam imaginem caniciem noſtram prætendẽs, & ſacerdotium quod uereri te ſæpe confeſſus es. Ecce tibi adducit hunc ſacrifera manus hæc & incruenta, & quæ multas tibi laudes conſcripſit, plures uerò conſcriptura eſt, ſi Deus nobis principatum prolongauerit: tuum dico & coadiutricis tuæ Themidis.

Theologus Nemeſio. Epiſtola CXXXIX.

SI uideor tibi oneroſus eſſe frequenter ſcribendo, ne mireris, ſi contra te loquor apud te iudicem iuſtum, & ſcio quod dimittes me inculpabilem. Ipſe mihi fiduciæ huius autor fuiſti, qui prompte exhibendo me ad petendum prouocaſti: & nihil miri eſt, multa enim ſunt quibus prompte gratiam dederis, ſenecta, infirmitas, ſocietas in doctrinarum ſtudijs, ſi quid tamen etiam nos in his ſumus: quòd deſidero tuum congreſſum, uerũ per debilitatem prohibeor, & à tanta re abſum. At quæ eſt legatio? & ſiquidem iniuſta eſt, meritò tantum uirum ueritus eſſem. Si uerò iuſta, prompte annue. Rurſus reuerendiſſimus filius noſter Theodoſius ad præſtantiam tuam uenit, meus & tuus, propoſito quidem

dem meus, tuus uerò ſupplex. Venit legationem ſuper miſerabili negocio agens, pupilli periclitantur, & res humanæ in medio incertæ ſunt quò deuenient, & ueremur diſceſſum patris, qui multis orbitatem leuiorem fecit. Vnam apud omnes depone gratiam, da manum calamitati, quam ipſe probabis: nullo equidē opus habet additamēto ad nominis claritatem tuus principatus. Neq; enim ſplendore Lucifer. Si uerò etiam aliquam acceſſionē requiſieris, neq; maior hac, neq; ſplendidior cōtingere poterit: id quod te noſſe uolo, uelut multi ueritatem dicere uolentes dexteritatem tuam docebunt.

Theologus Aerio & Alypio. Epiſtola CXL.

QVemadmodum primitias areæ, ac torcularis, & liberorum, offerre Deo iuſtum ac pium eſt eos qui reuera liberos amant: nã ab ipſo & noſipſi & noſtra ſunt: ita etiam nouas hæreditates, quo portio prompte data, ampliori præbeat ſecuritatē. Ne igitur expectetis poſt omnes fieri nobis benigni, ſed ante omnes Deo, propter quē etiã omnibus & externis legib. abiectis, noſtris ſeruire, à uobiſipſis fructũ proferentes ipſam promptitudinē. Nam quæ relicta ſunt, ab alijs, promptitudinē uerò à uobis habebimus. Quibus potens Deus eſt retribuere multiplicia, pro his quę nunc tribuetis, nō ſolum in breui hac uita & difluente, ſed etiam in æterna & permanente. Ad quem ſolum reſpicere ſecurum eſt, & in quem omnes noſtras ſpes intendere. Tanquam igitur Deus eiuſmodi circa uos ordinarit, benigni ipſi fiatis in pauperes, non puſillanimiter neq; parcè, ſed etiam ualde ambitioſè ac promptè uoluntatem defunctæ implete, quam & adeſſe uobis arbitrantes, & ea quæ fiunt uidere, per elargitionem reficite: ut non ſolum pecunias habeatis ab ipſa, ſed etiam fulcientē domos liberorum matris benedictionem inueniatis: illud animo uerſantes, quod melior eſt parua portio cum iuſticia, iuxta id quod ſcriptum eſt, quàm amplior cum ſordida parſimonia, ut ne quid blaſphemi dicam: & quod multi etiam totis ædibus in eccleſiam collatis ſuſtinuerunt, aliqui uerò etiam à ſeipſis omnem contulerunt opum facultatem, & optimam negociationē tractarunt, ut propter diuitias quæ iſtic ſunt, pauperes hic fierent. Ne itaq; ſeminetis parcè, ut opulenter metatis: ſed bonorum hæreditatē & uobiſipſis & his qui uobis amiciſſimi ſunt elargimini, nulla detractione ab his quæ teſtamento conſcripta ſunt facta, ſed omnibus cum uoluptate ac hilaritate contributis, aut additis uelut proprijs Dei, tanquam hoc ſolum lucremini, quod pro animabus ueſtris expenderitis. Quid enim opus eſt theſauros colligere prædonib. ac furibus, & temporum mutationibus, quæ aliàs in alios transferũt ac uentilant inſtabilem opulentiam? & non in ſecuras cellas reponere & inſidiantibus fortiores? Itaq; frugalitatem circa alia & alijs oſtendite: opto enim uos potentes eſſe cum benignitate. Nobis uerò bonum certamen decertate, uter ſuperet alterum pietate, & benedictionibus quę ex Deo benignis debentur. Perſuadete igitur nos quod legitimi Chriſtiani eſtis: imò potius à bono principio adeoq; pio ac iuſto auſpicati, hinc etiã de alijs nobis conſentientes eſtote, ut & uos inter uos mutuo, & nos propter uos lætemur: qui præter cætera, etiã inſigne exemplum uniuerſæ eccleſiæ ſitis benignitatis, circa hæc exequenda. Prou. 17

Baſilij Magni ad Cæſarienſes apologia, de ſeceſſu & de fide. Epiſt. CXLI.

SAepe admiratus ſum, quid nã uobis erga nos acciderit, & unde adeò à noſtra tēuitate ſuperati eſtis, exigua illa & modica, & fortaſſis nihil amabile habente: & ſermonibus nos pellicitis, amicitiam & patriam nobis in memoriam reuocantes, uelut profugos quoſdam paternis uiſceribus rurſus ad uoſipſos conuertere tentantes. Ego uerò quod profugus factus ſum confiteor, & non negauerim: uerùm cauſam didiceritis ſane iam, ſi ipſam expetitis. Maxime equidem re improuiſa tunc perculſus, quemadmodum hi qui ob repentinos ſtrepitus confertim expaueſcunt, non continebam cogitationes, ſed profugus à uobis me elongaui, & multo tempore à uobis abfui. Deinde uerò etiã ſacrarum literarum deſideriũ quoddam me inuadebat, & philoſophiæ quæ in illis exiſtit: quomodo enim poſſum, quomodo inquã, dominari queam cohabitanti nobis maliciæ? quis uerò mihi Laban contigerit liberans me ab ipſo Eſau, & ad ſupremam philoſophiam erudiens? At poſtquam auxiliante Deo ſcopum pro uiribus attigimus, inuento uaſe electionis, & puteo profundo, dico autem Chriſti os Gregorium, parum nobis oro, parum indulgete. Tempus petimus, non conuerſationem in urbibus amplectentes, neq; enim latet nos prauus ille per talia fraudem hominibus ſtruens: ſed utilem cum ſanctis congreſ-

ſum maxime probantes. Nam dum loquimur aliquid de diuinis doctrinis, & frequētius
audimus, habitum ſpeculationum ægre abijciendum accipimus. Et res quidem noſtræ
hoc modo ſe habent. Vos autem ô diuina & chariſſima omniũ mihi capita, cauete Phili
ſtæorum paſtores, ne quis clam uobis obturet uobis puteos, & ſcientiæ circa fidem puri
tatem conturbet. Hoc enim ipſis ſemper ſtudio eſt, non ex diuinis ſcripturis docere ani
mas ſimpliciores, ſed externa ſapientia refutare ueritatem. Qui enim ingenitum & geni
tum fidei noſtræ ſuperinducit, & ſemper exiſtentem, nō extitiſſe aliquando docet, & na
tura ac ſemper patrem, patrem factum, & ſpiritum ſanctum non ſempiternũ, non palàm
eſt Philiſtæus, inuidens patriarchæ noſtri ouibus, ut ne ex pura & in uitam æternã ſallien
Hier. 2 te aqua bibant? At prophetę oraculum ad ſemetipſos trahunt, nempe: Me dereliquerũt
fontem aquæ uiuentis, & effoderunt ſibijpſis lacus contritos, qui aquam continere non
poſſunt. Oportet eñ confiteri Deum patrem, Deum filium, Deum ſpiritum ſanctum, ue
lut diuini ſermones, & hi qui altiore in his intelligentia præditi fuerunt docuerunt. Cæ
terùm ad calũniatores noſtros quod tres deos dicimus, illud dicatur: Quod nos unum
Deum non numero ſed natura cōfitemur. Omne enim quod unum numero dicitur, hoc
non unum reuera eſt, neq; natura ſimplex. Deum autem ſimplicem & incompoſitũ eſſe,
omnes confitentur. Non igitur unus numero eſt Deus. At quod dico tale eſt. Vnum nu
mero mundum eſſe dicimus, ſed non unum natura, & neq; ſimplicem hunc quendam.
Secamus enim ipſum in ea ex quibus compoſitus eſt elementa, in ignem & aquam, &
aerem ac terram. Rurſus homo unus numero nominatur: unum enim hominem ſępe di
cimus, ſed non ſimplex quis hic eſt, ex corpore & anima conſtans. Similiter autem & an
gelum unum numero dicimus, ſed non unum natura neque ſimplicem. Eſſentiam enim
cum ſanctificatione, angeli ſubſtantiam intelligimus. Si igitur omne unum numero, u-
num natura non eſt: & unum natura ac ſimplex, unum numero non eſt: nos autem dici
mus unum natura Deum: quomodo ſuperinducunt nobis numerum, cum nos ipſum pe
nitus à beata ac ſpirituali natura exterminemus? Numerus enim eſt quantitatis, quanti
tas autem corporali naturæ coniuncta eſt. Numerus enim corporeæ eſt naturæ. Corpo
rum autem opificem Dominũ noſtrum eſſe credimus. Quapropter etiam numerus om-
nis illa ſignificat, quibus materialem & circunſcriptam naturam habere datum eſt. Vni-
tas autem ſimplicis ac incōprehenſibilis eſſentiæ ſignificatiua eſt. Qui igitur numerum
aut creaturam confitetur filium Dei, aut ſpiritum ſanctum, nō animaduertit materialem
& circunſcriptam naturam ſe inducere. Circunſcriptam autem dico, nō ſolum eam quæ
à loco continetur, ſed etiã quam in prænotione comprehendit, is qui ipſam ex non exi-
ſtente, ad eſſe perducturus erat, quam etiam ſciētia comprehendere poſſibile eſt. Omne
igitur ſanctum quod circunſcriptam naturam habet, etiam acquiſititiam ſanctitatem ha
bet, & non exors eſt maliciei. Filius autem & ſpiritus ſanctus, fons eſt ſanctificationis, à
quo omnis rationalis creatura iuxta uirtutis proportionem ſanctificatur. Quanquã nos
iuxta ueritatis ſermonem, neq; ſimilem, neq; diſſimilem filium patri dicimus. Vtrumq;
enim ipſorũ æqualiter impoſſibile eſt. Simile enim & diſſimile iuxta qualitates dicitur.
A'qualitate uerò Deus liber eſt. Identitatem autem naturæ confitentes, etiã coeſſentiali
tatem recipimus, & compoſitũ fugimus, Dei ſecundum eſſentiam & patris, qui Deum
ſecundum eſſentiã & filium genuit. Ex hoc enim coeſſentialitas oſtenditur. Nam ſecun-
Pſal. 81 dum eſſentiam Deus, cum Deo ſecundũ eſſentiam, coeſſentialis eſt, alioqui dicitur Deus
Pſal. 95 etiam homo, uelut in hoc loco, Ego dixi dij eſtis: & dæmō ipſe Deus appellatur, uelut in
hoc, dei gentium dæmonia. At illi quidem ſecundum gratiam nominantur, hi uerò ſe-
cundum mendacium. Deus uerò ſolus ſecundum eſſentiam Deus eſt. Solus autem cum
dico, eſſentiam Dei ſanctam & increatam ſignifico. Solus enim dicitur etiã de quodam
2. Cor. 12 homine, & de natura ſimpliciter uniuerſa: de quodam, uelut uerbi gratia de Paulo: quod
ſolus raptus eſt uſq; ad tertium cœlum, & audiuit uerba arcana, quæ non licet homini lo
Pſal. 102 qui. De natura uerò uniuerſa, uelut cum Dauid dicit: Homo uelut fœnum dies eius. Hic
enim non aliquem hominem, ſed uniuerſam naturam ſignificat. Omnis enim homo ui-
tæ breuis eſt ac mortalis. Sic etiam illa intelligimus de natura dicta: Qui ſolus habet im-
Luc. 18 mortalitatē: &, Solo ſapiēti Deo: &, Nemo bonus niſi unus Deus. Vnus eñ hic, idem
Deut. 6 quod ſolus ſignificat. Et, Qui extendit cœlum ſolus, & rurſus, Dominum Deum tuum
adora-

adorabis, & ipſi ſoli ſeruies. &, Nō eſt deus præter me. Nam unus & ſolus de Deo in ſcriptura, nō ad diſtinctionem filij, aut ſancti ſpiritus dicuntur: ſed aduerſus eos qui Dei nō ſunt, falſò autem appellantur, uelut hic: Dominus ſolus duxit ipſos, & non erat cum ipſis Deus alienus. &, Euertit Iſrael aras Baalim, & nemora Aſtaroth, & ſeruiebat Domino ſoli. Et rurſus Paulus, Siquidem ſunt dei multi & domini multi, at nobis unus Deus pater, ex quo omnia: & unus Dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia. Cæterùm quærimus hoc loco, quomodo quum Deus dixiſſet, non contentus fuit uoce: diximus enim quod ſolus & unus de Deo, naturã ſignificant: ſed & pater appoſuit, & Chriſti mentionem fecit. Suſpicor itaque quod non ſatis eſſe putauit nunc Paulus uas electionis prædicare ſolum Deũ filium, & Deum ſpiritum ſanctum: id quod per dictionem Vnus Deus indicauit: niſi etiam per additionem patris, eum ex quo omnia indicaret, & per mentionem Domini, uerbum per quod omnia ſignificaret: & rurſus per Ieſu Chriſti coaſſumptionem, incarnationem denunciaret, & paſſionem produceret, & reſurrectionem manifeſtaret. Nam dictio IESVS CHRISTVS tales ſignificationes præ ſe fert. Quapropter etiã ante paſſionẽ recuſat Dominus, appellari Ieſus Chriſtus, & diſcipulis interdicit, ut nemini dicant quod ipſe eſt Ieſus Chriſtus. Propoſitum enim ipſi fuit, ubi perfeciſſet diſpenſationem poſt reſurrectionem ex mortuis, & aſſumptionem ad cœlos, tum demum permiſſurum eſſe ipſis prædicare ipſum Ieſum Chriſtum. Tale eſt & hoc, Quo te cognoſcant ſolum uerum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. & hoc: Creditis in Deum, & in me credite: ſpiritu ſancto ubiq; intelligentiã noſtram muniente, ut ne alterum accedentes, ab altero excidamns, & theologiæ intenti, diſpenſationẽ negligamus, & contingat nobis iuxta defectũ impietas. At uerò uerba diuinæ ſcripturæ quæ aduerſarij aſſumunt, & ad propriam ſententiam torquentes, in ſubuerſionem maieſtatis unigeniti nobis proferunt, ſic expendemus, pro noſtris uiribus ipſa explicantes. Et primũ proponatur nobis illud, Ego uiuo propter patrem. Hoc enim eſt unum telum ex his quæ in cœlum mittuntur ab impijs ipſo utentibus. Hic autem per hoc quod dicit, non ipſam ante ſecula uitam, uelut puto nominat. Omne enim quod propter aliũ uiuit, uita per ſe eſſe non poteſt: quemadmodũ neq; quod ab alio calefactum eſt, per ſe caliditas eſſe poteſt. Chriſtus autem & Deus noſter dixit: Ego ſum uita, ſed uitã hanc in carne & in hoc tempore factam, quam propter patrem uixit. Ex ipſius enim uoluntate ad hominum uitam acceſſit, & non dixit, Ego uixi propter patrem: ſed, Ego uiuo propter patrem: manifeſte præſens tempus ſignificans. Poteſt autem & uitam dicere quam uiuit Chriſtus, uerbum Dei habens in ſeipſo, & quod hoc eſt id quod ſignificatur, ex hoc quod infertur ſciemus: Et qui ederit me, inquit, uiuet propter me. Edimus enim ipſius carnẽ, & bibimus ipſius ſanguinem, per incarnationẽ participes euadentes, & ſenſibilis uitæ uerbi & ſapientiæ. Carnem enim & ſanguinem, totum ſuum myſticum aduentum nominauit, & doctrinam exactiua & naturali ac theologica conſtantẽ indicauit, per quam nutritur anima, & interim ad ueritatis ſpeculationem præparatur. Et hoc fortaſſis eſt quod eo dicto ſignificatur. Et rurſus, Pater meus maior me eſt. Viſæ enim ſunt etiã hoc dicto ingratæ illæ creaturæ ac diaobli ſoboles. Ego uerò etiam ex hac uoce, coeſſentialem eſſe filium patri indicari credo. Nam comparationes in his quæ eiuſdem naturæ ſunt, proprie fieri ſcio. Angelum enim angelo maiorem eſſe dicimus, & hominem homine iuſtiorẽ, & uolucrem uolucri uelociorem. Si itaq; comparationes in his quæ eiuſdem ſpeciei ſunt fiunt: maior autem per comparationẽ dictus eſt pater filio, coeſſentialis eſt patri filius. Eſt autem & alia ſententia in hoc dicto repoſita. Quid enim miri eſt, ſi maiorem ſeipſo patrem confeſſus eſt, quum uerbum ſit & caro factus: quando etiam angelis minor ſecundum gloriam uiſus eſt, & hominibus ſecundum ſpeciem. Minuiſti enim ipſum, inquit, paululum ab angelis. & rurſus, Paululum ab angelis imminutũ. &, Vidimus ipſum, & non habebat ſpeciem neq; pulchritudinẽ, ſed ſpecies eius deficiens ab omnibus hominibus. Hæc autem omnia ſuſtinuit propter multam ſuam erga creaturam benignitatem, quo perditam ouiculam conſeruaret, & ſeruatam ammiſceret: & digreſſum à Hieruſalem ad Hiericho, & ob id in latrones collapſum, ad propriam rurſus patriam ſanum perduceret. Aut etiam præſepe ipſi exprobrabit hæreticus, per quod, quum alius eſſet, coram brutis enutritus eſt? & paupertatem obijciet, quòd lectulum non habuit fabri lignarij filius? Propterea

Deut. 32. 2. Par. 31. 1. Cor. 8. Matt. 17. Ioan. 17. Ioann. 14. Ioan. 6. Ioan. 6. 11. Ibidem. Ioan. 6. Ioan. 14. Ioan. 1. Pſal. 8. Eſaiæ 53. Luc. 10.

patre minor eſt filius, quia propter te factus eſt mortuus, ut te à mortalitate liberaret, &
cœleſtis uitæ participem faceret. Quemadmodum ſi quis medicum accuſet, quod incli-
nans ſe ad affectiones, fœtoris particeps fiat, quo collapſos ſanet: propter te etiã horam
Ioan. 1 & diem iudicij ignorat, quanquã nihil ueram ſapientiã latebat. Omnia enim per ipſum
facta ſunt. Nullus autem homo unquam id quod fecit ignorat: at hoc propter tuam infir-
mitatem diſponit, ut neꝗ; ob præfiniti temporis anguſtiam hi qui peccauerũt per deſpe-
rationem concidant, tanquam nullo pœnitentiæ tempore reſtante: neꝗ; rurſus hi qui ad
uerſus oppoſitam poteſtatem longum bellum gerunt, propter temporis longitudinem
aciẽ deſerant. Vtroſꝗ; igitur per ſimulatã ignorantiã gubernat, alteri propter honeſtum
certamen tempus contrahens: alteri propter peccata pœnitentiæ tẽpus reſeruans: quan
Matt. 24 quam quum in Euangelijs ſeipſum inter ignorantes cõnumeret, propter multorum ue-
lut dixi infirmitatẽ, in Actibus Apoſtolorũ uelut perfectos ſeorſim alloquens, per ſui-
ipſius exceptionem dicit: Non eſt ueſtrum noſſe tempora aut occaſiones, quas pater po
Act. 1 ſuit in propria poteſtate. Atꝗ; hæc quidem iuxta priorẽ aggreſſionẽ craſſius dicta ſint.
Iam uerò altius dicti ſententia expendenda eſt, & pulſandæ fores ſcientiæ, ſi quo modo
Luc. 11 poſſim patremfamiliâs excitare, qui dat panes ſpirituales petentibus ipſum, quoniam a-
mici & fratres ſunt quos paſcere uolumus. Sancti diſcipuli ultra ſpeculationem ſaluato-
ris noſtri, quantum hominibus licet progreſſi, & ſermone capti, finem requirunt, & ex-
Matt. 24 tremam beatitudinẽ noſſe deſiderant: id quod etiam angelos ſuos ignorare, & ſeipſum
dominus noſter pronunciauit. Diem quidem dicens omnẽ exactam conſiliorũ Dei com
prehenſionẽ. Horam uerò, unitatis ſpeculationẽ, quorum ſcientiam ſoli patri attribuit.
Suſpicor itaꝗ;, quod illud de ſeipſo noſſe dicitur Deus, quod eſt, & illud non noſſe, quod
non eſt. Iuſticiã enim & ſapientiã noſſe dicitur Deus, cum ipſe & iuſticia & ſapientia ſit. In
iuſticiã autem & prauitatẽ ignorare. Non enim eſt iniuſticia & prauitas qui cõddit nos
deus. Si itaꝗ; illud de ſeipſo noſſe dicitur deus quod eſt, & illud nõ noſſe quod nõ eſt: nõ
eſt aũt dominus iuxta incarnationis conſiderationẽ & craſſiorẽ doctrinã, extremum ap-
petibile: non igitur nouit ſeruator noſter finem & extremam beatitudinem. Sed neꝗ; an
geli, inquit, ſciũt: hoc eſt neꝗ; ſpeculatio in ipſis & rationes miniſteriorũ ſunt extremum
appetibile. Craſſa enim eſt etiam ipſorum cognitio, comparatione de facie ad faciẽ. So-
Act. 1 lus aũt pater, inquit, nouit. nã & ipſe eſt finis & extrema beatitudo. Cum enim non am-
plius Deum in ſpeculis, neꝗ; per aliena cognoſcemus, ſed ipſum ut ſolum & unũ acceſſe-
rimus: tunc extremum finem ſciemus. Chriſti enim regnum aiunt eſſe omnem materia-
lem cognitionẽ: Dei uerò & patris immaterialem, & ut ita dixerim, ipſius deitatis ſpecu-
Ioan. 11 lationem. Eſt autem etiã Dominus noſter & ipſe finis, & extrema beatitudo, iuxta uerbi
conſiderationem. Quid enim ait in Euãgelio? Et ego reſuſcitabo ipſum in extrema die.
Reſurrectionem dicens à materiali cognitione ad immaterialem ſpeculationem, extre-
mam diem cognitionẽ hanc dicens, poſt quam nõ eſt alia. Tunc enim mens noſtra exur
git, & ad beatam altitudinem exuſcitatur, cum unitatẽ uerbi ſpeculabitur. At quia craſſa
mens noſtra terræ illigata eſt, & luto ammiſcetur, & nudæ ſpeculationi intenta eſſe non
poteſt: dum per cognatos corporis ipſius ornatus ducitur, operationes creatoris conſi-
derat, atꝗ; hos ex effectibus interim cognoſcit, quo ſic paulatim aucta, aliquando etiam
ipſam nudam deitatem accedere poſſit. Iuxta hanc autem ſententiam arbitrare etiam di-
Ioan. 14 ctũ eſſe, Pater maior me eſt: & hoc, Non eſt meum dare, ſed quibus paratum eſt à patre.
1. Cor. 15 Hoc enim eſt etiam tradere Chriſtum regnũ Deo & patri, cum primitiæ ſit, & non finis,
iuxta craſſiorem uelut dixi docendi modum, qui uelut ad nos, & nõ ad ipſum filium ſpe-
culatur. Quod uerò hæc ſe ſic habent, rurſus interrogãtibus diſcipulis in Actibus Apo-
Act. 1 ſtolorum, Quando reſtitues regnum Iſraeli, inquit: Non eſt ueſtrum noſſe tempora & oc
caſiones, quas pater poſuit in propria poteſtate. Hoc eſt, non eorum qui carni & ſangui-
ni illigati ſunt, eſt huiuſmodi regni cognitio. Hanc enim ſpeculationem pater in propria
poteſtate cõſtituit, poteſtatẽ dicẽs eos quibus poteſtas data eſt, proprios uerò eos quos
non detinet ignorãtia inferiorum rerum. Tempora uerò & occaſiones ne intelligas mi-
hi ſenſibiles, ſed ſpacia quædã cognitionis quæ à ſpirituali ſole fiũt. Oportet enim oratio
Ioann. 17 nem illam Domini noſtri ad finem perduci. Ieſus enim eſt qui orauit, Da ipſis ut & ipſi in
nobis unum ſint, quemadmodum ego & tu unum ſumus pater. Vnus enim exiſtens
Deus

Deus, dũ in unoquoq; eſt, unit omnes, & perit numerus per unitatis acceſſum. Atq; ego
quidem ſic accipio hoc dictum, iuxta ſecundam aggreſſionem. Si uerò quis melius di-
xerit, aut pie noſtra correxerit, & dicat et corrigat, & Dominus retribuet pro nobis. Nul
la enim apud nos habitat inuidia. Nam neq; contentionis aut gloriæ gratia, ad horũ uer
borum expenſionem proceſſimus: ſed propter fratrum utilitatem, ut ne uideantur per-
celli teſtacea uaſa theſaurũ Dei habentia, à lapideis cordibus præditis & incircumciſis
hominibus, ex ſtulta ſapientia armatis. Rurſus autem per ſapientem Salomonẽ in Pro-
uerbijs creatus eſt: Dominus enim, inquit, creauit me: & principium uiarum euangeli- Prou. 8
carũ nominatur, perducentiũ nos ad regnum cœlorum. Non ſecundum eſſentiam crea-
tura, ſed ſecundum diſpenſationẽ myſterij, uia factus. Nam factum eſſe, & creatum eſſe,
idem ſignificant: uelut enim uia, ita factus eſt etiam ianua, & paſtor, & angelus, & ouis,
& rurſus pontifex & apoſtolus. At quum alia iuxta aliam ſignificationem nomina poſi-
ta ſint, quid dixerit rurſus hæreticus de nemini ſubiecto Deo, & propter nos peccatum
facto? ita enim ſcriptum eſt: Quũ ſubiecta fuerint ipſi omnia, tunc etiam ipſe filius ſubij 1. Cor. 15
cietur ei qui ſubiecit ipſi omnia? Non times ò homo Deum nemini ſubiectũ appellatũ.
Tuam enim ſubiectionem propriã facit, & in eo quod tu reluctaris aduerſus uirtutem,
nemini ſubiectũ ſeipſum nominat. Sic aliquando etiam ſeipſum dicit eſſe qui perſequu-
tionem patitur. Saule enim, inquit, Saule quid me perſequeris, quum ad Damaſcũ cur- Act. 9
reret, diſcipulos Chriſti ligare uolens. Et rurſus ſeipſum nudum nominat, uno aliquo fra
tre nudo exiſtente: Nudus enim, inquit, eram, & ueſtiuiſtis me: & dum alius in cuſtodia Matt. 25
eſt, ſeipſum carcere concluſum eſſe dicit. Ipſe enim peccata noſtra tulit, & morbos por Eſa. 53
tauit. Vna autem ex infirmitatibus eſt etiam inobedientia ipſa, & nemini ſubiectum eſſe,
& hanc quoq; portauit. Quapropter etiam accidẽtes nobis calamitates proprias ſibi Do
minus facit, ex ſocietate ad nos, affectiones noſtras ſuſcipiens. Sed & hoc, Non poteſt fi
lius facere à ſe quicquam: illi repugnantes Deo, ad audientiũ ſubuerſionẽ rapiunt. Mihi
uerò & hoc dictũ maxime declarat, eiuſdem cum patre naturæ filium eſſe. Si enim una
quæq; rationalis creatura aliquid à ſeipſa facere poteſt, nõ eſt creatura filius. Si uerò non
eſt creatura, coeſſentialis eſt patri. Et rurſus, Nulla creatura ea quæ uult poteſt, filius autẽ
in cœlo & in terra omnia quæ uoluit fecit: nõ igitur creatura eſt filius. Et rurſus, Omnes
creaturæ aut ex contrarijs conſtant, aut contrariorum ſuſceptiuæ ſunt. Filius autem per
ſe iuſticia & immaterialis eſt: non igitur creatura eſt filius. Si uerò non hoc, ergo coeſſen
tialis patri. Atq; hæc quidem ſufficiens nobis eſt expenſio propoſitorum dictorum, pro
noſtris ſanè uiribus. Iam uerò deinceps etiam ad eos qui ſpiritui ſancto reſiſtunt ſermo-
nem conuertemus, deſtruentes omnem ipſorum mentis altitudinẽ, quæ ſe effert contra
cognitionem Dei. Spiritum ſanctum creaturam dicis, Omnis autẽ creatura ſerua eſt crea Pſal. 118
toris. Vniuerſa enim, inquit, ſerua tua. Si uerò ſeruus eſt, & acquiſiticiam habet ſanctita-
tem, non exors eſt malitiæ. At ſpiritus ſanctus ſecundũ eſſentiam ſanctus exiſtens, fons Rom. 1
ſanctificationis appellatur. Non ergo eſt creatura ſpiritus ſanctus. Si uerò non creatura,
coeſſẽtialis eſt Deo. Quomodo autem ſeruum appellas dic mihi, cum qui per baptiſma
liberat te à ſeruitute? Lex enim, inquit, ſpiritus uita liberauit me à lege peccati. Sed neq; Rom. 8
mutabilem unquam ipſius eſſentiam audebis dicere, ad naturã oppoſitæ potentiæ reſpi
ciens, quæ uelut fulgur de cœlo cecidit, & à uera uita excidit, propterea quòd acquiſiti
tiam habuit ſanctitatem, & ad malum conſilium conſequuta eſt alteratio. Itaq; etiã ela-
pſus ex unitate, & angelica dignitate abiecta, à moribus appellatus eſt diabolus, hoc eſt
calumniator, extincto quidẽ priore & beato habitu, hac uerò oppoſita potentia accen-
ſa. Deinde ſi creaturam dicit ſpiritum ſanctum, finitam ipſius naturam inducit. Quomo Sap. 1
do igitur expendetur illud: Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. Et hoc: Quo iero Pſal. 138
à ſpiritu tuo? Sed neq; ſimplicẽ ipſum natura, uelut apparet cõfitẽ: nam numero unum
ipſum nominat. Omne autem unũ numero non ſimplex eſt, uelut dixi. Si uerò non ſim-
plex eſt ſpiritus ſanctus, ex eſſentia & ſanctificatione conſtat: talis autem cõpoſitus eſt.
Et quis adeò demens eſt, ut cõpoſitum dicat ſpiritum ſanctum, & non ſimplicem, & iu
xta ſimplicitatis rationem coeſſentialem patri & filio? Si uerò ſermone progredi opor-
tet, & maiora ſpectare, ex hoc maxime diuinam potentiam ſancti ſpiritus ſpeculemur.
Tres creationes in ſcriptura nominari inuenimus: unam quidem & primã, ex non exi-

ſtente & de nihilo ad eſſe productionem. Secundam uerò, ex deteriore in melius altera
tionem. Tertiam autem, reſurrectionē ex mortuis. In his reperies ſpiritum ſanctum pa-
tri & filio cooperatorē. Cœlorũ enim eſt creatio, & ad eſſe productio. Et quid dicit Da
Pſal. 32 uid: Verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris ipſius omnis poteſtas ipſorum. Rur
2. Cor. 5 ſus homo per baptiſma creatur: Si qua enim in Chriſto noua creatio. Et quid dicit diſci
Matt. 28 pulis ſeruator ipſe? Euntes docete omnes, gentes baptizantes ipſos in nomen patris &
filij & ſpiritus ſancti. Vides etiam hic ſimul adeſſe patri & filio ſpiritum ſanctum? Quid
uerò dixeris de reſurrectione mortuorũ? quum defecerimus & in terram noſtram reuer
ſi fuerimus: terra enim ſumus, & in terram reuertemur: & mittet ſpiritum ſanctum, &
creabit nos, & renouabit faciem terræ. Quam enim ſanctus Paulus reſurrectionē dixit,
hanc Dauid renouationem appellauit. Audiamus autem eum qui raptus eſt uſq; ad ter
tium cœlum, quid dicit? Templum ſancti in uobis ſpiritus eſtis. Omne uerò templum,
Dei templum eſt. Si autem templum ſumus ſpiritus ſancti, Deus eſt ſpiritus ſanctus. Di-
citur porrò & templum Salomonis, uerùm ut eius qui conſtruxit. Si uerò ſic ſumus tem
plum ſpiritus ſancti, Deus eſt ſpiritus ſanctus: Deus enim eſt qui omnia conſtruxit. Si ue
rò uelut eius qui adoratur & habitat in nobis: cōfitebimur ipſum eſſe Deum: Dominum
enim Deum tuum adorabis, & ipſi ſoli ſerui es. Si uerò uocem Deus auerſentur, diſcant
quid nomen hoc ſignificet. Nam ab eo quod inſpicit aut uidet omnia, apud Græcos no
minatur. Spiritus autem ſanctus omnia cognoſcit quæ Dei ſunt, uelut ſpiritus qui in no-
bis eſt quæ noſtra ſunt. Deus igitur eſt ſpiritus ſanctus. Et rurſus: Si gladius ſpiritus eſt
uerbum dei, Deus eſt ſpiritus ſanctus: illius enim eſt gladius, cuius etiam uerbum uoca
tur. Et ſi dextra patris nominatur: Dextra enim Domini fecit potentiam. &, Dextra tua
Domine fregit hoſtes. Digitus autē Dei eſt ſpiritus ſanctus: iuxta illud dictum, Si ego in
digito Dei eijcio dæmonia, id quod in alio Euangelio ſcriptũ eſt, Si ego in ſpiritu Dei eij
cio dæmonia: eiuſdem naturæ cum patre & filio & ſpiritus ſanctus. Et de adoranda qui-
dem ac ſancta trinitate, talia nobis in præſenti dicta ſint. Non enim poſſibile eſt nunc la
tius de ipſa expēdere rationem. Vos autem accepto à noſtra humilitate ſemine, ſpicam
maturam uobis ipſis excolite. Nam & uſuræ talium uelut noſtis exiguntur. Confido au
tem Deo, quod fructum proferetis & trigecuplum & ſexagecuplum & centuplum, pro-
pter uitæ ueſtræ puritatem. Beati enim mundi corde, quia ipſi Deum uidebunt. Et nihil
aliud fratres regnum cœlorũ putetis, quàm ueram ueritatis conſiderationē: quam etiam
beatitudinē nominant diuinæ ſcripturæ. Regnum enim cœlorum intra uos eſt. Circa in-
ternũ autē hominē nihil aliud ꝙ ſpeculatio conſiſtit. Speculatio itaq; fuerit regnũ cœlo-
rum. Quorum enim umbras uidemus uelut in ſpeculo, horum poſtea archetypa ac ex-
emplaria uidebimus, ubi à terreno hoc corpore fuerimus liberati, & incorruptibili ac
immortali induti: ſiquidem uitam noſtram ad rectitudinē gubernauerimus, & rectæ fi-
dei prouidentiam fecerimus, ſine quibus nemo Dominum uidebit. Nam in malignā ani
mam, inquit, non intrabit ſapiētia, neq; habitabit in corpore obnoxio peccato. Et nemo
refellat nos dicens, Ea quæ ante pedes ſunt ignorans, de incorporea & penitus immate-
riali eſſentia nobis philoſopharis. Nam abſurdum puto, ſenſus quidem ſinere citra im-
pedimentum proprijs materijs impleri: mentem uerò ſolam à propria actione prohibe-
re. Quemadmodũ enim ſenſus ſenſibiliũ: ſic mens intelligibiliũ cōpos euadit. Simul au-
tem et hoc dicendum eſt, quod naturalia ſenſuũ iudicia conditor noſter Deus indocta fe
cit. Nemo enim docet uiſiones colorũ, aut figuras apprehendere, neq; auditũ ſonorũ &
uocũ, neq; olfactũ uaporũ odororũ ac graueolentiũ, neq; guſtũ ſaporũ ac ſuccorũ, neq;
tactũ molliũ & durorũ, aut calidorũ & frigidorũ. Neq; ſanè mentem quis intelligibilia aſ-
ſequi docuerit. Et quemadmodũ ſi quid patiantur illi, curatione ſolum indigent, & pro-
priam actionem facile explent: ſic etiam mens carni illigata, & imaginationibus ex hac
repleta, fide indiget & uita recta, quæ abſoluunt pedes ipſius uelut cerui, & ad alta eri-
gunt ipſam. Hoc ipſum etiam ſapiens Solomon admonet, & aliquando nobis non eru-
beſcentem operatricē formicam producit, & per ipſam actiuam uiam nobis deſcribit:
aliquando uerò ſapientis apis fauificum inſtrumentum profert, & per ipſum naturalem
ſpeculationē inſinuat, in qua etiam de ſancta trinitate ratio ſimul ammixta eſt: ſiquidem
ex pulchritudine creaturarũ proportionabiliter ipſe generationis opifex conſideratur.
Gratias

Gratias agentes patri & filio & ſancto ſpiritui, ſine literis imponamus. Nam omnis modus optimus, etiam prouerbium ipſum dicit.

Baſilius Magnus Libanio. Epiſtola CXLII.

ERubeſco quòd ſingulatim tibi Cappadoces adduco, & non omnes adoleſcentes perſuadeo, ut eloquentiam ac eruditionem ſibi parent, & te utantur exercitationis magiſtro. At quia omnes ea quæ ſibijpſis conueniunt eligentes ſemel aſſequi poſſibile non eſt, eos qui ſingulatim à me perſuadentur ad te mitto, tantũ ipſis largiens, quantum hi qui ſitientibus fontes demonſtrãt. Qui uerò nunc te accedit, paulo poſt ſuĳpſius cauſa probabitur, ubi tecum conuerſatus fuerit. Nunc uerò ex patre notus eſt, qui magnum apud nos nomen, propter uitæ rectitudinẽ & ciuilem potentiam adeptus eſt. Qui etiam mihi ſumma amicitia cõiunctus eſt. Cuius nomine ut ipſi talionem rependam, filio hoc beneficĳ tribuo, quod tibi ipſum notum facio, rem maximo uoto dignam his qui uiri uirtutem iudicare nouerunt.

Libanius Baſilio Magno. Epiſtola CXLIII.

PRæterĳt tempus aliquod quando ad nos uenit adoleſcens Cappadox, unũ hoc lucrum, quod Cappadox. Sed & primi generis hic Cappadox, ſecundũ hoc lucrum. Sed & literas de admirando Baſilio afferens, hoc quidem quauis re maius quis dixerit. Ego enim quem tui oblitum eſſe putas, & olim adoleſcentem te noueram, temperantia cum ſenibus certantẽ uidens, & hoc in illa urbe uoluptatibus turgente: & doctrinarum ac eloquentiæ magnam iam partem adeptum. Quãdoquidem uerò putaſti etiam Athenas uidere oportere, & Celſum perſuaſiſti, congaudebam Celſo ex anima tua pendenti. Reuertente autem te & tenente, patriam, dicebam ad meipſum, Quid nunc nobis Baſilius facit? & ad quam uitam proceſſit? Num in foro uerſatur ueteres rhetores imitans, aut felicium patrum filios rhetores efficit? Quum autem ueniſſent quidam annunciantes te multo meliore uia procedere, & ſpectare quomodo Deo amicus fias, magis quàm ut aurum colligas, felicem te itemq́ Cappadoces prædicaui. Te quidem talem eſſe uolentem: illos uerò talem ciuem oſtentare potentes. Firminus autẽ ille quod ubiq́ uictoriam obtinuerit, ſatis ſcio: hinc enim ipſi eloquentiæ facultas adeſt. Verùm quum multas laudes adeptus ſit, haud ſcio an unquam tales, quales nũc in literis tuis audiui. Nam te eſſe qui dicit, neminem illius gloriam exceſſiſſe, quantũ'nam illum putare conuenit? Videris autem mihi etiam has miſiſſe prius quàm Firminum uideris, alioqui ipſe literas non habuiſſet. Et nunc quid facit, aut quid parat Firminus? Eſt adhuc in nuptiarum deſiderĳs? aut illa quidem olim ſedata ſunt: grauis autem ſenatus, et omnis neceſſitas immineti? Aut quæ eſt ſpes, quod rurſus erit in eloquentia ac dicendo ſodalis? Reſpondeat quid nobis, & ſit quidem hoc aliquid iucundi. Si uerò etiam quid læſerit, ut ne ad portas reſpiciamus nos ſanè liberabit. Si porrò nunc Athenis Firminus ipſe eſſet, quid'nam ſenatus apud nos feciſſet, quàm quod Salaminiam cauſam ipſi demandaſſet? Vides quod ſolum à tuis ciuibus iniuria & contumelia afficior, non tamẽ ego amare & laudare Cappadoces deſinam. Verùm opto quidem illos meliores circa me fieri: manentes uerò in ĳſdem feram. Firminus quatuor menſes nobiſcum conuerſatus eſt, nullam autem diem in ocio tranſmiſit. Quantũ uerò eſt quod collegit, ipſe uidebis, & fortaſſe non indignaberis. Cæterùm ad hoc ut rurſus ipſe huc uenire poſſit, quem auxiliariũ inuocare oportet? Siquidem enim recte ſentit ſenatus, decuerit autem hoc homines eruditos, honorabit ipſum ſecundis, quandoquidem primis triſticia affecit.

Baſilius Libanio. Epiſtola CXLIIII.

ECce tibi etiam alter uenit Cappadox, filius meus etiam ipſe. Omnes enim nobis adoptat habitus hic & gradus, in quo nunc ſumus. Quare iuxta hoc ſanẽ frater fuerit prioris, & eodem ſtudio dignus, & apud me patrem, & apud te præceptorem, ſiquidem fieri poteſt ut prærogatiuam habeant hi qui à nobis ueniunt. Hoc autem dico, non quod præſtantia tua non amplius quid ueteribus amicis gratificetur: ſed quod utilitas tua omnibus luculenter propoſita ſit: Sufficiens autem & commodum fuerit adoleſcenti, ut ante temporis experimentum, inter familiares locetur: quem optauerim ut remittas nobis dignum & noſtris uotis & tua gloria, quam in eloquentia habes. Adducit autem & coætaneũ, pari circa dicendi artem ſtudio præditũ, & ipſum quoq́ ex nobili familia

milia prognatum, & nobis familiarem: quem nihil minus habiturum confidimus, etiam ſi plurimum alijs inferior ſit diuitijs.

Libanius Baſilio. Epiſtola CXLV.

SCio quod hoc ſæpe ſcribes, nimirum: ecce tibi etiam alter uenit Cappadox. Multos enim arbitror mittes, ſemper quidē & ubiq; encomijs meis utens, atq; hoc ipſo & patres & filios cōmouens. At quod factum eſt circa bonam epiſtolam tuam, non bonū eſt ſilentio præterire. Aſſidebant mihi ex conſtitutis in magiſtratu cum alij non pauci, tum omnino optimus Alypius Hieroclis illius ex ſorore nepos: Vbi igitur reddidiſſent qui ferebant epiſtolam, ſilentio tota perlecta. Victi ſumus: dixi, ridens ſimul ac gaudens. Et qua uictoria uictus es? interrogant illi: & quomodo uictus non doles? In bonitate ac pulchritudine epiſtolarum, inquam, uictus ſum: Baſilius autem uicit. Eſt autem amicus ille uir, & propterea lætor. Hæc ubi ego dixiſſem, ex ipſis literis uictoriā diſcere uoluerunt. Et legebat quidem ipſas Alypius, audiebant autem præſentes. Suffragium uerò latum eſt, nihil me mentitum fuiſſe. Et qui literas legerat ipſas habens exibat, oſtenſurus puto etiam alijs, & uix reddidit. Scribe itaq; conſimilia & uince, hoc enim eſt me uincere. Probe uerò etiam illud cōiectas, quod non pecunijs res noſtras metimur, ſed ſufficit ei qui dare non poteſt, ut uelit accipere. Nam ubi percipio aliquem pauperem eloquentiæ ſtudia amantem, hic mihi diuitibus præfertur: quanquā nos non experti ſimus tales magiſtros. At nihil prohibet nos hac parte eſſe meliores. Nullus igitur pauper huc accedere cunctetur, ſi unum illud poſſidet tantum, quod uidelicet laborem ferre nouit.

Baſilius Libanio. Epiſtola CXLVI.

QVid tandem non dixerit uir ſophiſta & talis ſophiſta? qui ſanè proprium artis eſſe confitetur, & magna parua facere quando uult, & paruis magnitudinem addere, quale quiddam & tu circa nos oſtendiſti. Nam epiſtolam illam ſqualentem, uelut uos circa eloquentiam deliciantes dixeritis, nihil hac quam in manibus habes tolerabiliorem, in tantū uerbis extuliſti, uelut uictus uidelicet ſis ab ipſa, & nobis primas in ſcribēdo ceſſeris: ſimile quid faciens patrum luſibus, quum filijs concedunt ut in uictorijs de ſe glorientur, neq; ſibijpſis damnum inferentes, & filiorum ambitionem alentes. Reuera autem eloqui non poſſum quantam uoluptatem afferebat ſermo in tuo erga nos luſu, uelut ſi Polydamas quis aut Milo, pancratij aut luctę certamē aduerſus me recuſaret. Nam quum diu conſideraſſem, nullum fortitudinis exemplum reperi. Quare qui exceſſus ſermonum requirunt, hic te magis ob uim ac potentiam admirantur, qui poſſis per luſum ad nos deſcendere, quàm ſi Barbarum ſuper Atho montem nauigantē duxiſſes. At nos ô admirande, cum Moſe & Helia, atq; ita beatis uiris conuerſamur, ex barbara uoce nobis ſua differentibus: & quæ ab illis ſumpſimus loquimur, ſententia quidem uera, dictione uerò inerudita, uelut ipſa hæc indicant. Nam ſi quid etiam à uobis didiciſſemus, præ tempore obliti eſſemus. Verùm tu nobis ſcribe alia epiſtolarū argumenta faciens, quæ & te oſtendant, & nos non redarguant. Filium Anyſii iam tibi adduxi uelut meum ipſius filium. Si uerò meus eſt filius, patris eſt filius, pauper ex paupere. Notum autem eſt quod dico tibi uiro & ſapienti & ſophiſtæ.

Libanius Baſilio. Epiſtola CXLVII.

SI ualde multo tempore conſideraſſes, quomodo quàm optime ad noſtras literas de tuis literis ſcriptas reſponderes, non ſanè melius hoc facere potuiſſe mihi uideris, quàm talia ſcribens, qualia nunc ſcripſiſti. Vocas enim me Sophiſtam, talis autem eſſe dicis, poſſe parua magna facere, & magna parua. Et ſanè meam epiſtolam dicis uoluiſſe oſtendere tuam bonam eſſe quum non ſit, eſſeq; illam nihil ea quam nunc miſiſti meliorem. Et omnino nullam eſſe apud te eloquentiæ facultatē, quum hi quidem quos nunc in manibus habes libri hoc non faciant: illa uerò quam prius habuiſti eloquentia diffluxerit. Atq; hæc perſuadere aggrediens, adeò bonam etiam hanc, quam tu malam dixiſti, epiſtolam effeciſti: ut hi qui aderant nobis non continere ſe poſſent, quo minus exilirent dum ipſa legebatur. Admiratus ſum igitur quod per hanc priorem ſubuertere aggreſſus, per hoc quod dixiſti huic priorem ſimilem eſſe, per hanc priorem ornaſti. Oportebat itaq; eum qui hoc uolebat, deteriorem hanc facere, ad criminandum priorem. Verùm non erat opinor tuum, iniuriam facere ueritati. Iniuria autem ipſi facta fuiſſet, ſi de induſtria

induſtria deteriora ſcripſiſſes, & non reb. ipſis uelut habent uſus fuiſſes. Itaq; eiuſdem fuerit neq; uituperare, quæ iuſtum eſt laudare, ut ne res ipſa te auferat & in ſophiſtas immittat, tentantem humilia quæ magna ſunt facere. Libris porrò, quorum peiorem dicis eſſe dictionem, meliorem uerò ſententiã, inhære & nemo prohibet. Noſtrorum autem ſemper, tuorum uerò prius, radices manent & manebunt donec fueris, & nullum unquam tempus ipſas exciderit, neq; ſi minimè riges.

Libanius Baſilio. Epiſtola CXLVIII.

NOndum remiſiſti mihi offenſam, ut interim dum ſcribo tremam. At ſi quidem remiſiſti, cur non ſcribis ô optime? Si uerò retines adhuc ; id quod ab omni prudenti & tua anima alienum eſt, quomodo quum alijs prædices non oportere iram ſeruare uſque ad ſolis occaſum, per multos ſoles ipſe ſeruaſti? Aut fortaſſis damno me afficere propoſuiſti, & cruciare me uis, melliflua uoce tua me priuans. Ne facias hoc tu ô generoſe, ſed ſis manſuetus, & da nobis aurea lingua tua frui. *Ephe. 4.*

Baſilius Libanio. Epiſtola CXLIX.

QVi erga roſam affecti ſunt, uelut par eſt elegantiæ ſtudioſos, hi neq; ipſis ſpinis ex quibus flos enaſcitur indignantur. Et audiui quendam tale quid de ipſis ludentem fortaſſis, aut etiam ſeriò dicẽtem. Quod natura tenues illas ſpinas, uelut amatorios quoſdam ſtimulos eius amatoribus, ad florem produxit, ad maius deſiderium per male ferientes aculeos & tactum ægre admittentes decerpentes iritans. Quid uerò uult mihi roſa in literis inducta? Omnino nihil opus eſt te doceri, ſi epiſtolę tuæ reminiſceris. Quæ florem quidem habebat roſæ, totum nobis uer blandæ ac eloquentis linguæ expandens: uerùm querelis quibuſdam & accuſationibus contra nos ſpinoſa erat. At mihi eloquentiæ tuæ etiam ſpina iucunda eſt, ad maius amicitiæ deſiderium incendens.

Libanius Baſilio. Epiſtola CL.

SI hæc linguæ ſunt inelaboratioris, qualis nam fueris ubi ipſam exacueris? In tuo enim ore habitant eloquentiæ fontes, præſtantiores undarum influxione. Nobis autem niſi quotidie rigaremur, ſilentium reſtat.

Baſilius Libanio. Epiſtola CLI.

QVod non frequenter ad eruditionẽ tuam ſcribo, ſuadent & timor & ruditas. Quod uerò tu conſtantiſſime taces, quid te à reprehenſione eximet? ſi quis uerò reputauerit, quod quum in eloquentia uiuas, tardus ſis ad ſcribendum, obliuionis noſtri te condẽnabit. Cui enim quod dicat præ manibus eſt, ei etiam quod ſcribat non imparatum eſt. Qui uerò iſta poſſidet, & poſtea ſilet, manifeſtum ſe facit, quòd aut ex contemptu, aut obliuione hæc facit. Ego uerò ſilentiũ tuum adloquio retaliabo. Gaude itaq; honorandiſſime, & ſcribe ſi uolueris, & ne ſcribas, ſi hoc ita gratum tibi exiſtit.

Libanius Baſilio. Epiſtola CLII.

QVod non olim tibi ſcribere cœpi, magis opinor excuſatione opus habere, quàm nunc recuſatione, quando hoc facere cœpi. Ego enim ille qui accurrebam quando comparuiſſes, & qui quàm ſuauiſſime fluxioni linguæ aures ſubdebam, & te dicente exhilarabar ac uix diſcedebam, & qui ad amicos dicebam, Hic uir tanto pulchrior eſt Acheloi filiabus, quanto quidem magis iucunde afficit quàm illæ, & non lędit uelut illæ: & parum ſanè fuerit non lædere: nam huius cantilenæ lucrum ſunt ei qui ſuſcepit. Itaque ego qui ſic animo affectus ſum, & me etiam amari puto, ſi ita dicere uidear, quod ſcribere nõ audeam, extremæ hoc ipſum ſegniciei eſſet, & ſimul eius qui ſibijpſi damnum inferat. Certum enim eſt quod epiſtolam meam paruam & malam, bona & magna retaliabis, & cauebis ſanè ne me iterum iniuria afficias. Arbitror autem multos exclamaturos eſſe ad hoc uerbum, & ad res ipſas deuenturos eſſe uociferantes, Baſilius aliquid iniuriæ fecit, etiam ſi parum id ſit: igitur & Aeacus & Minos & huius frater. Ego autem te in reliquis quidem uictorem eſſe concedo: quis uerò te uidit & non inuidit? Vnum autẽ quiddam tibi contra nos peccatum eſſe, ſi te cõmonefecero, perſuade conquerentes ut ne clament. Nemo qui te acceſſit & beneficium à te petijt, quod dare facillimum fuit, uoti impos abijt. Sum itaq; ego is qui beneficium quidem petiui, non autem accepi. Quid igitur petiui? Sæpe tecum in prætorio conuerſatus, rogaui ut per tuam ſapientiam ad Homericæ inſaniæ profunditatem peruenire mihi contingeret. Si uerò totum quod dixi, poſſibile

ſibile non eſt:at tu in partem nos ſortis inducas. Partem autem concupiſcebam, in qua quum Græcis res male cederet, Agamemnon eum quem iniurijs ac contumelijs affecit, muneribus placauit. Hæc me dicente, ridebas, non habens quidem cur negares, uelut nõ poſſis prætendens, gratificari uerò nolens. Num igitur tibi & conquerentibus iniuria affectus eſſe uideor, quòd te iniuriam facere dixi?

Libanius Baſilio. Epiſtola CLIII.

SIquidem aliquid ad eruditionem adoleſcentibus quos miſiſti appoſuimus, ipſe iudicabis. Spero autem hoc ipſum etiamſi paruum ſit, magnam gratiam habiturum eſſe, propter noſtram amicitiam. Quod autem præ eruditione laudas temperantiam, & non tradere animas non honeſtis uoluptatibus, huius ualde magnam prouidentiam fecerũt, & uitam tranſegerunt uelut par erat, memores eius qui miſit. Suſcipe itaq; quæ tua ſunt, & lauda eos qui & te & me moribus ornarunt. Adhortari porrò te ad auxilium ferendũ ſimile eſſet, uelut ſi quis patrem ad ferendum liberis auxilium exhortetur.

Libanius Baſilio. Epiſtola CLIIII.

OMnis quidem epiſcopus res eſt lucro ualde intenta, ut difficile ſit aliquid inde impetrare: tu uerò quantum alios eloquentia excellis, tantum etiam timorem mihi exhibes, ne mihi petitionem deneges. Nam tegulis mihi opus eſt, perticas autem ſiue ridicas alius quiſpiam ſophiſta dixiſſet, non indigens: ſed in uerbis ſe iactans magis quàm opus habens. Ego uerò ſi tu non exhibueris, ſub dio hybernabo.

Baſilius Libanio. Epiſtola CLV.

SI lucrari quæſtum facere ſignificat, & hanc ſignificationem habet uox illa, lucro intenta, quam ex Platonis adytis ſophiſtica tua nobis produxit, conſidera ò admirande, utri magis lucro intenti ſint, ut difficile ſit inde aliquid impetrare: nos ne qui ſic anguſta ac contracta facultate circumuallamur: aut ſophiſtarum genus, quorum ars eſt eloquentiã uectigalem facere. Quis ex epiſcopis, ſermonibus tributum impoſuit? Quis è diſcipulis mercedem exegit? Vos eſtis qui orationes uenũ proponitis, uelut dulciarij piſtores mellis placentas. Vides quod etiam ſenem ad ſaltandum commouiſti. Ego uerò tibi in declamationibus pompam ducenti, tegulas tot numero offerri iuſſi, quot fuerunt milites qui in Thermopylis pugnarunt, omnes prolixas, & iuxta Homerum tuum, longas umbras fundentes: quas ſacer Euſthatius ſe reſtituturum eſſe promiſit.

Libanius Baſilio. Epiſtola CLVI.

NOn deſines Baſili ſacrum hoc Muſarum ſtabulum, plenum Cappadocibus facere, & hoc redolentibus griten, & niues, & quæ iſthic ſunt bona? Fermè autem etiam me Cappadocem effecerunt, ſemper mihi illud, Adoro te, accinẽtes. Oportet tamen tolerare Baſilio iubente. Scito itaq; quod regionis quidem mores diligenter perſcrutor, nobilitate uerò & concinnitate meæ Calliopes, priore habitu mutato uiros induã, ut pro palumbis, columnæ uobis uideri poſſint.

Baſilius Libanio. Epiſtola CLVII.

EXoluta eſt tibi triſticia? Hoc enim ſit epiſtolæ exordium. Tu uerò cauillare ac ſubſanna res noſtras, ſiue ridens ſiue ſeriò agens. Quid autem niuis aut grites meminiſti, quum liceat tibi deliciari in cauillis noſtris? Ego uerò ò Libani, quo latum tibi riſum moueam, ſub uelamento niuis tectus epiſtolam ſcripſi: quam ubi ſuſceperis & manibus contigeris, cognoſces quòd horrida eſt hæc, & eum qui miſit ipſam imagine exprimit ac refert, intus deliteſcentem, & extra domos proſpicere non potentem: ſepulchra enim ipſas domos poſſidemus, uſquequo uer acceſſerit, & mortuos nos ad uitam rurſus reduxerit, eſſe ipſum uelut plantis largiens.

Baſilius Libanio. Epiſtola CLVIII.

MVlti ex his qui illinc nos acceſſerunt, mirati ſunt tuam in eloquentia uirtutem: dicebant enim demonſtrationem quandam ualde ſplendidam factam eſſe: & certamen erat, uelut dicebant, maximum, ut omnes concurrerent, & nemo alius in urbe appareret, quàm ſolus Libanius decertans, & tota adoleſcentia audiens. Neq; enim uolebat quiſq; extra certamen eſſe, non qui in dignitatis amplitudine uerſatur, non qui in militum delectu illuſtris eſt, non qui mechanicis artibus uacat. Iam uerò etiam mulieres certamini adeſſe feſtinabant. Quod uerò fuit certamen? quæ oratio, quæ omnem populi cõuentum congre-

congregauit? Et ſanè nunciauerunt mihi, moroſi uiri modo orationem inſtitiſſe. Eam quæ ſic omnibus admirationi fuit, ne cunctéris mihi mittere, quo & ego declamationũ tuarum laudator ſim. Qui enim Libanium laudo etiam extra opera conſtitutus, qualis fiam nunc laudum argumentum adeptus?

Libanius Baſilio. Epiſt. CLIX.

ECce miſi orationem ſudore diffluens: quomodo enim id non contingeret, quum tali uiro declamationem mittam, qui potens eſt & Platonis ſapientiam, & Demoſthenis uehementiam, falſò iactari demonſtrare. At meum tale eſt, uelut ſi culex elephanti cõparetur. Quare horreo & tremo, diem ſupputans qua orationem ipſam conſiderabis: imò fere mente excidi.

Baſilius Libanio. Epiſt. CLX.

LEgi orationem tuam ò ſapientiſſime, & ualde admiratus ſum. O Muſæ & eloquentia, & Athenæ, qualia amatoribus ueſtris donatis, quales ferunt fructus, qui breue quoddam tempus uobiſcum conuerſantur. O fontem large ſe effundentem, quales oſtẽdit haurientes. Ipſum enim uidere mihi uidebar in oratione cum garrula muliercula conuerſantem. Viuam enim orationem Libanius in terra conſcripſit, qui ſolus orationibus animam largitus eſt.

Libanius Baſilio. Epiſt. CLXI.

NVnc cognoui me eſſe quod dicor: cum eñ Baſilius me laudarit, de omnib. fero uictoriam. Et nunc mihi ſuffragiũ tuũ conſequuto incedere licet elato greſſu, ut uelut arrogans quiſpiã oẽs contemnã. Quandoquidẽ igitur etiam tibi oratio elaborata eſt contra ebrietatem, uolumus etiã hanc adipiſci. Ad timidum quidẽ nihil dicere uolo: uerùm oratio ipſa conſpecta, docebit me orationis ac eloquentiæ artem.

Libanius Baſilio. Epiſt. CLXII.

NVnquid igitur Baſili Athenas habitas, & tuiįpſius oblitus es? Nõ enim Cæſarienſes hæc intelligere potuerunt. Lingua enim mihi his adſueta non erat, ſed uelut ſi per precipitiũ quoddã tranſirẽ, nominũ nouitate perculſa, ad me patrẽ dicebat: Pater nõ docuiſti. Homerus eſt hic uir, imò Plato, imò Ariſtoteles, imò Suſario qui omnia nouit. Atq; hæc quidem lingua: utinam aũt te contingat ob talia nos laudare.

Baſilius Libanio. Epiſt. CLXIII.

SVſcipientibus quidem nobis quæ tu ſcribis, gaudiũ eſt: dum uerò exigis ut reſcribamus ad ea quæ ſcripſiſti, certamen & anxietas inſtat. Quid enim dixerimus ad adeò Atticiſſantem linguam? præterq̃ ꝙ piſcatorũ ſum diſcipulus, confiteor & amplector.

Baſilius Magnus Andronico duci. Epiſt. CLXIIII.

SI quidem ſic corpore affectus eſſem, ut facile ſufferre peregrinationẽ poſſem, & hyemis difficultates ſuſtinere, non ſanè ſcripſiſſem, uerũ ipſe ad magnanimitatẽ tuã profectus eſſem, ob duas potiſſimũ cauſas, ut & ueteris promiſſionis debitum perſoluerem: ſcio enim me promiſiſſe adfore in Sebaſtea, & præſtantia tua fruiturũ eſſe: quod ipſum feci quidem: uerùm à congreſſu aberraui, cum paulo pòſt celſitudinem tuam adueniſſem. Deinde uerò ut legationem per meipſum perficerem, quã ſuſcipere hactenus diſtulerã, minorem meipſum iudicans, q̃ ut tale beneficium conſequi poſſim: & ſimul reputans quod neq; principem neq; priuatum, quiſquam per literas loquens, de ulla aliqua re ſic perſuaſerit, uelut ipſe præſens, ita ut crimina partim diluat, partim pro ipſis ſupplicet: alijs uerò ueniã dari recuſet: quorum nihil facile per epiſtolam fieri poſſet. Omnibus igitur his unum opponens te diuinum caput, & quod ſufficiet mentem ac uoluntatem tibi indicare, quam de negocio habemus: reliqua uerò appones de teipſo, ad aggreſſionem hanc ſegnis non fui. At uides quomodo in orbem circumeo, cunctans ac differens cauſam detegere eorum, pro quibus uerba facio. Domitianus hic neceſſarius ac familiaris nobis eſt ab antiquo ex parentibus, ut nulla re à fratre differat. Cur enim non quis ueritatem dixerit? Deinde cauſam edocti à qua hæc paſſus eſt, dignũ eſſe qui ſic pateretur diximus. Neq; enim ſit aliquis, qui parum aut multum in uirtutem tuam peccauit, & pœnam effugit. At quum uideamus ipſum pauide & inglorie uiuere, & in tuo ſuffragio ipſius ſalutem ſitam eſſe, ſufficientẽ ipſum pœnam habere iudicauimus: & magnanimum ſimul ac humanum, in ſtatuendo ac animaduertendo in ipſum, te eſſe ſupplicamus. Nam

reluctantes quidem ſub manum ſubiugare, fortis eſt & reuera principis. Succumbentibus uerò benignum eſſe & manſuetum, eius eſt qui magnanimitate ac manſuetudine omnes excellit. Quare licebit tibi uolenti, in eodem tum ad ulciſcendum, tum ad ſeruandum, prout uolueris, magnanimitatem oſtendere. Hic modus caſtigationis ac ſupplicij ſufficiens eſt Domitiano, eorum uidelicet quæ timet metus: & ut eorum quæ ſeipſum pati dignum eſſe nouit, nihil in pœnam ipſi addatur ſupplicamus. Etenim illud conſidera, quòd domini quidem eorum qui iniurias fecerunt, multi iam ex prioribus fuerunt, quorum nulla mentio ad poſteros tranſmiſſa eſt. Remiſerunt autem iram, qui multos philoſophia excellerunt, quorum immortalis memoria in omne tempus tradita eſt. Addatur itaque etiam hoc inter hiſtoriæ tuæ exempla. Da nobis celebrare uolentibus res tuas, ut ſuperiorũ temporum decantatas humanitates excedamus. Sic etiam Crœſus filij occiſori iram remiſiſſe dicitur, ſeipſum ad ſupplicium offerenti. Et Cyrus ille magnus huic ipſi Crœſo amicus factus eſſe poſt uictoriam narratur. His te connumerabimus, & quantum uires noſtræ tulerint, hæc prædicabimus, ſi non omnino exigui quidam tanti uiri præcones eſſe putati fuerimus. Illud uerò ſuper omnia dicere neceſſarium eſt. Quod eos, qui quodcunque tandem iniuſte fecerunt, non propter iam facta punimus: qua enim arte fieri poſſit ut quæ facta ſunt non ſint facta? Sed quo aut ipſi de cætero meliores fiant, aut alijs modeſtiæ exemplum exiſtant. Neutrum itaque horum in præſenti deeſſe quis dixerit. Ipſe enim & poſt mortem horum recordabitur, & reliquos mortuos eſſe propter timorem ad hunc reſpicientes puto. Quare quicquid ſupplicio addiderimus, iram noſtrã expleuiſſe uidebimur: id quod ut de te uerum ſit, multa re opus habere, ego ſanè affirmauerim. Et neque adductus fuiſſem ut talium uerborum quicquam dicerem, ſi non maius danti quàm accipientibus beneficium fieri uidiſſem. Neq; enim paucis perſpicua erit hæc morum magnanimitas. Cappadoces enim omnes quod futurum eſt ſpectant, quos optarim unà cum reliquis bonis quæ tibi adſunt etiam hoc recenſere. Cunctor deſinere à ſcribendo, putans damnum mihi allaturum eſſe, quod omiſſum eſt. Tantum tamen addam. Quum multorum epiſtolas habeat qui ipſum excuſare ac liberare conantur, omnibus potiorem noſtram duxit, haud ſcio quomodo doctus eſſe quandam noſtri apud celſitudinem tuam rationem ac exiſtimationem. Quo igitur neq; ipſe fallatur ſpe, quã in nobis habet, & nobis liceat apud eos qui hic ſunt gloriari, rogatus ſis domine incomparabilis annuere petitioni. Omnino autem nullo unquam philoſopho deterius res humanas conſideraſti, & noſti quod bonus theſaurus omnibus, qui indigentibus ac rogantibus inſeruiunt, repoſitus eſt.

Baſilius Magnus Euſtathio philoſopho. Epiſt. CLXVI.

QVum iam animum deſpondiſſem ad eius quæ fortuna dicitur inſultus, à qua ſemper aliquid impedimenti, ut te cõuenire non potuerim factum eſt, mirabiliter quodammodo me reuocaſti & literis conſolatus es. Nam & apud meipſum iam animo uerſabam, Nunquid uerum eſt id quod à multis diuulgatur, quod neceſſitas quædam eſt & fatum, quod & paruas & magnas res noſtras ducit? Ipſi uerò nullius rei domini ſumus. Aut ſi hoc non eſt, fortuna quædam omnino humanam uitam agit: atq; harum cogitationum magnam ueniam nobis dabis, ubi cauſas, à quibus ad ipſas adductus ſum didiceris. Ego reliqui Athenas ad famam philoſophiæ tuæ contemnens ea quæ iſthic ſunt. Præterij autem ciuitatem in Helleſponto, uelut nullus Vlyſſes Sirenũ cantus. Et Aſiam quidem admiratus ſum, uerùm ad metropolim bonorum in ipſa feſtinabam. Vbi uerò patriam apprehendi, & te in ipſa magnam illam commoditatem quæſitum non reperi, hinc mihi de cætero multæ & uariæ occaſiones inopinatorum impedimentorum obortæ ſunt. Aut enim infirmum omnino eſſe oportebat, & propter hoc relinqui: aut unà cũ eunte ad Orientem proficiſci non poſſe, & ſero aliquãdo Syria per innumeros labores apprehenſa, non contingere cum philoſopho conuerſari ad Aegyptios profecto. Rurſus igitur oportebat ad Aegyptum abire longam ac moleſtam uiam, & neque hic quod uolebam habere. At adeò infeliciter amore torquebar, ut aut iter ad Perſas arripere oportebat, & ſimul quàm longiſſime ad Barbarorum terram procedere, ueniebas enim etiam illinc, tanta quædam dæmonis cõtentio erat: aut iſthic deſidere, aut in Alexandria, id quod etiam contigit. Videor enim mihi, ſi non uelut pecus fronde præmonſtrata ſequi

qui renunciaſſem, etiam ultra Nyſſam Indicam proceſſurus fuiſſe. Et ſi qua extrema noſtræ habitabilis terræ regio eſt, etiam in hac oberraturus fuiſſe. Et quid opus eſt multa dicere? Nam poſtremum nunc in eadem regione degenti mihi non contigit te conuenire, dum per longas infirmitates ꝓhibeor, quę niſi deinceps moderatiores factę fuerint, neq; per hyemem præſtantiam tuam conueniemus. Hæc non ſunt fati opera, uelut ipſe dixeris? Hæc non neceſſitatis? Hæc non ferè etiam poetarum de Tantalo fabulas excedunt? Sed uelut dixi, melius habeo per literas tuas, & non amplius in eadem ſum ſententia. Verùm ſentio oportere danti quidem bona Deo gratiā habere: reſeruanti uerò non indignari. Et ſanè ſi quidem etiam nobis exhibuerit te conuenire, hæc optima ſimulq; iucundiſſima putabimus. Si uerò diſtulerit, leniter feremus damnum. Melius enim omnino quàm nos elegerimus, res noſtras gubernat.

Baſilius magnus Iuliano. Epiſt. CLXVI.

QVomodo tibi interiecto hoc tempore corpus habuit? Num integre manus actionem recepiſti? Quomodo uerò reliqua uitæ negocia? num ex animi ſententia tibi procedunt, quemadmodum optamus & uelut propoſito tuo debetur? Nam quibus facilis eſt ad mutationem mens, his non diſſimile uero eſt, etiam uitam non eſſe ordinatam. Quibus uerò firma eſt mens, & ſemper conſtans ac eadem, hos conſequens eſt concorditer ad propoſitum ac uoluntatem uitam degere. Reuera enim gubernatori quidem nauis conceſſum non eſt tranquillitatem facere quando uult. Nobis uerò ipſis tranquillam conſtituere uitam etiam ualde facile eſt, ſi intrinſecus ex affectionibus inſurgentes nobis tumultus compeſcuerimus, & mentem forinſecus accidentibus altiorem conſtituerimus. Nam neque damna, neque infirmitates, neque reliquæ uitæ diſficultates uirtuoſum attingunt, donec mentem habuerit cum Deo ambulantem & futurum ſpectantem, & ſuper excitatam de terra tempeſtatem leuiter & expedite ſe extollentem. Nam qui ualde uitæ curis occupati ſunt, uelut uolucres carnoſæ fruſtra alas habentes, deorſum cum pecoribus trahuntur. Te uerò uidere tantum nobis à negotijs permiſſum eſt, quantum his qui in pelago alteros prætereunt. Veruntamen quandoquidem ex ungue totum leonem cognoſcere datur, ex modico experimento putamus te ſatis cognouiſſe. Vnde etiam magnum id ducimus quod res noſtræ in aliqua exiſtimatione apud te ſunt, & à mente tua non abſunt, ſed aſſidue in memoria tibi uerſantur. Memoriæ uerò ſignum eſt ſcribere, quod quanto frequentius feceris, tanto plus nobis gratificaberis.

Baſilius Magnus Diodoro. Epiſt. CLXVII.

ACcepi libros à præſtantia tua miſſos, & ſecundo quidem ualde lætatus ſum, non ſolum propter breuitatem, uelut ueriſimile eſt eum qui ſegniter ad omnia ac debiliter de cætero affectus eſt: ſed quòd & denſus ſimul eſt ſententijs, & diſtincte ſe habent in ipſo oppoſitiones contrariorum, & reſponſiones ad ipſas. Et ipſa dictionis ſimplicitas nullo artificio conſtans, decere uiſa eſt mihi propoſitum Chriſtiani, non magis ad oſtentationem quàm communem utilitatem ſcribētis. Prior autem, uim quidem eandem in rebus habens, dictione uerò ſumptuoſior, & figuris uarijs, & diſputandi gratia ſuperbiens, multo indigere uiſus eſt mihi tempore ad perlegendum, & labore mentis, tum ad colligēdas, tum ad retinendas in memoria ſententias. Nam quæ interim interſeruntur refutationes contrariorum, & confirmationes noſtrorum, etiamſi dulcedinem quandam dialecticam ipſi ſcripto inducere uidentur: tamen quia ocium & moram requirunt, continuitatem ſententiæ diuellunt, & contentioſæ orationis firmitatem relaxant. Illud enim omnino nouit prudentia tua, quod etiam externi philoſophi, qui dialogos conſcripſerunt, Ariſtoteles & Theophraſtus ſtatim ipſas res attigerunt. propterea quod conſcij ſibi eſſent inopiæ Platonicæ gratiæ: Plato uerò ob eloquentiæ facultatem, ſimul aduerſus dogmata pugnat, ſimulq; perſonas obiter obiurgat, Thraſymachi quidem temeritatem ac impudentiam criminans: Hippiæ uerò leuitatem mentis & laxitatem: Protagoræ autem arrogantiam ac tumiditatem. Porrò ubi indefinitas perſonas in dialogis introducit, diſtinctionis rerum gratia utitur diſputantibus: nihil uerò aliud ex

perſonis inuoluit ipſis argumentis, id quod in legibus fecit. Oportet igitur etiam nos qui non per ambitionem ad ſcribendum peruenimus, ſed utilium ſermonum documenta fraternitati relinquere propoſitum habemus, ſi quidem aliquam omnibus antea prædicatam ob morum pertinaciam perſonam ſubiecerimus, etiam aliqua à perſona qualitate orationi attexere: ſiquidē omnino cōuenit nobis inuehi in homines reb. ipſis relictis. Si uerò indefinitum fuerit id de quo diſputatur, contentiones aduerſus perſonas, continuitatem dirimunt, & ad nullum finem utilem deueniunt. Hæc dixi quo demonſtretur, quod non in adulatoris manus, labores tuos demiſiſti, ſed fratri maximè ingenuo ipſos communicaſti. Dixi autem non ad eorum quæ ſcripta ſunt correctionem, ſed ad futurorum obſeruationem. Nam qui tanto habitu ac ſtudio circa ſcribendum uſus eſt, omnino non ſegnis erit ad ſcribendum, quandoquidem etiam hi qui argumenta exhibent non ceſſant. Nobis autem ſufficiet legere ueſtra. Verùm à ſcribendi facultate tantum abſumus, quantum fermè dixerim etiam à ſanitate, aut etiam ab eo ut modicum ocium à negocijs agamus. Remiſi autem nunc maiorem ac priorem per lectorem, quantum eius à me fieri potuit perlectum. Secundum uerò apud me retineo, uolo enim ipſum transſcribere, & hactenus non habui copiam alicuius qui uelociter ſcribere poſſet. Ad tantam enim paupertatem inuidioſæ Cappadocum res deuenere.

Baſilius Magnus Eunomio. Epiſt. CLXVIII.

QVi comprehenſibilem eſſe dicit rerum inuentionem, uia quadam omnino & conſequentia, per rerum cognitionem mentem ſuam occupauit, animumq́; adiecit, & in his quæ facile apprehendi poſſunt ac minoribus exercitatus: ita per comprehenſionem hanc, etiam ad eam quæ eſt ultra omnem intelligentiam, ſuijpſius comprehenſiuā imaginationem perduxit. Qui igitur rerum cognitionem ſe apprehendiſſe gloriatur, is minutiſſimi eorum quæ nobis apparent naturam interpretetur, & quæ ſit formicæ natura dicat. An ſpiritu & anhelitu uita ipſius contineatur: an oſſibus corpus diſtinctum ſit: an neruis & ligamentis compoſitio firmata ſit: an muſculorum & glandularum munimento neruorum natura contineatur: an medulla à ſincipite uſque ad caudam unà cum ſpinæ uerticulis extendat: an neruoſæ membranæ ambitus mēbris quæ mouentur concitatoriam uim immittat: an ſit in ipſa iecur, & uas fellis ſuſceptorium in iecore, renesq́; ac cor, & arteriæ, & uenæ, pelliculæq́; ac interſepta: an nudum ſit animal aut piloſum, ſolidipes ſit aut multifidos greſſus habeat. Quanto tempore uiuat. Et quis ſit ipſis generationis modus. Quàm diu geſtetur fœtus. Et quomodo neque pedeſtres omnes ſunt formicæ, neque omnes alatæ: ſed aliæ quidem humi repunt, aliæ per aerem feruntur. Qui igitur rerum cognitionem iactat, interim formicæ naturam explicet. Deinde ita uirtutis ac potentiæ omnem intellectum excedentis naturam exponat. Si uerò minutiſſimæ formicæ naturam nondum cognitione apprehendiſti, quomodo incomprehenſibilis Dei uim te imaginari gloriaris?

Baſilius Magnus Olympio. Epiſt. CLXIX.

QValia facis ô admirande, quod amicam nobis paupertatem & philoſophiæ nutricem finibus expellis. Arbitror enim te etiam expulſiōis actione, ab ipſa reum poſſe peragi, ſi qua contingeret ipſi defenſio. Nam utique dictura eſſet: huic cohabitare elegi ego, nunc quidem Zenonem laudanti, qui naufragio omnibus amiſſis, nihil ingenerosum loquutus eſt, ſed euge dixit ò fortuna compellis nos ad detritum pallium: nunc uerò Cleanthem, aquam ex puteo ob mercedem haurientem, unde & ipſe uitam degebat, & præceptoribus mercedem perſoluebat. At uerò Diogenem neceſſauit quidem unquam admirari, ſolis naturæ rebus contentum eſſe conantem, ut etiam poculum abiecerit, quum à puero doctus eſſet cauis manibus hauſtam aquam bibere. Per hæc & ſimilia cohabitatrix noſtra paupertas te accuſauerit, per magna munera nunc expulſa. Appoſuerit autem & minas quaſdam, nempe: Si te hic rurſus deprehendero, Siculas aut Italicas delicias, priora illa demonſtrabo ac efficiam. Ita exacte te per mea bona ulciſcar. Atque hæc quidem talia. Gauiſus autem ſum ubi audiui te iam curationem incœpiſſe, & opto ut hæc tibi proſit. Decuerit autem ſacram animam tuam, iucundum corporis miniſterium.

Baſilius

Baſilius Magnus Olympio. Epiſt. CLXX.

ET literas præſtantiæ tuæ adeptus, iucundior & hilarior meipſo factus ſum: & cum chariſſimis filijs in colloquium progreſſus, ipſum te uidere mihi uiſus ſum, qui animam meam malis diuexatam aſſumpſerunt atque ita affecerunt, ut oblitus ſim cicutæ apud uos, quam ſomniorum interpretes ac caupones, in gratiam eorum qui ipſos mercede conduxerunt, contra nos circumferunt. Epiſtolas uerò partim miſi, partim in poſterum dabimus ſi uolueris, ſolummodo contingat aliqua utilitas ex ipſis, eis qui ipſas accipiunt.

Baſilius Magnus Olympio. Epiſt. CLXXI.

SCribebas nobis prius quidem pauca, nunc uerò neque pauca: & uidetur breuiloquentia temporis progreſſu, perfecta fieri taciturnitas. Redi itaque ad conſuetudinem, ita non amplius tibi indignabimur Lacones per literas ad nos imitanti: ſed etiam modicas literas, magnæ tuæ affectionis ſigna exiſtentes, magni æſtimabimus, ſolum nobis ſcribas.

Baſilius Magnus Olympio. Epiſt. CLXXII.

QVemadmodum reliqui fructus ſinguli proprio tempore proueniunt, in Vere quidem flores, in Aeſtate uerò ſpicæ, in Autumno malum: ſic hyemis fructus ſunt ſermones, ac fabulæ.

Baſilius Magnus Candidiano. Epiſt. CLXXIII.

QVum epiſtolam tuam in manus ſumerem, accidit mihi quid dignum relatu. Verebar ipſam, uelut aliquid publicum annunciantem: & quo tempore ceram reſoluebam, aſpectans timebam, uelut nullus Spartiata Scytalam Laconicam, dum in crimine hæret. Poſtquam uerò ſolui & omnia ſingulatim relegi, ridere mihi animum ſubijt, partim præ uoluptate, quod nihil recentius audiuiſſem, partim tua ad Demoſthenica comparanti. Nam hic quidem ubi paucis quibuſdam tripudiatoribus ac tibicinibus ſumptum ſuppeditabat, non amplius uolebat Demoſthenes, ſed Choragus & expenſarum largitor nominari. Tu uerò idem es & expenſas ſuppeditans, & non. Suppeditans quidem pluribus myriadibus militum, quàm ille uiris, quibus res ad uictum neceſſarias exhibebat. Et tamen neque nobis ab hoc habitu ac dignitatis gradu ſcribis, ſed eo quo antea ſolitus fuiſti modo, & nihil ab eloquentiæ ſtudio remiſiſti. Sed ad Platonis ſimilitudinem, in tempeſtate ac turbine negociorum, uelut ſub muro quodam forti conſiſtẽs, nulla turbatione animam repleris, immò neque alios repleri ſinis, quantum eius per te fieri poteſt. Et tua quidem talia ſunt, magna & admirabilia his qui ipſa contemplari poſſunt: & rurſus non admirabilia ei qui ad uitæ propoſitum iudicat. Audi ſanè etiam noſtra, & inopinata exiſtentia & conſequenter nobis occurrentia. Vir quidam ruralis ex his qui cohabitant nobis in Anneſis, famulo meo uita defuncto, commertium quodam cum ipſo habuiſſe præfatus, non me requiſito, non facta accuſatione, non à uolente capere dignatus, non minatus ſi non acciperet ſe uim illaturum eſſe, confertim cum quibuſdam crudelitate ipſi ſimilibus, irruptione in ædes noſtras facta, & mulierculas ipſas cuſtodientes uerberando contriuit, & effractis foribus uniuerſa extulit, partim ipſe prædatus, partim in rapinam uolentibus proponens. Quo igitur non extremus terminus debilitatis nos ſimus, & omnibus uideamur ad aggreſſionem expoſiti: quam in omnibus negocijs noſtris oſtendiſti diligentiam, etiam nunc afferre rogatus ſis. Sic enim ſolum tranquillitas nobis conſeruari poterit, ſi tribunali tuo coniuncti fuerimus. Fuerit autem nobis ſufficiens pœna, ſi per lictorem comprehenſus, in carcere ad breue tempus concluſus fuerit. Nam non ſolum ob ea quæ paſsi ſumus indignamur, ſed etiam ſecuritate in poſterum opus habemus.

Baſilius Magnus Phirmino. Epiſt. CLXXIIII.

ET raræ ſunt literæ tuæ, & breues hæ ipſæ, aut ob ſegniciem ad ſcribẽdum, aut quòd etiam aliàs ſatietatem ex multitudine effugere uis, aut quod etiam ad breuiloquentiam teipſum adſuefacis. Nobis uerò nihil ſatis eſt, ſed etiamſi exceſſerint copia, deſiderio noſtro breuiores ſunt, propterea quòd cupiam omnia ſigillatim de te diſcere: &

quomodo corpus tibi habeat, & quomodo exercitatio, & utrum perſeueras in his quæ ab initio decreuiſti, aut etiam conſilium tranſmutaſti, ſententiam ad accidentia tranſponens. Si quidem igitur idem tibiјpſi eſſe perſeueras, non multitudinem literarum requiſierimus, ſed ſufficit nobis tantum: Hic illi, ſcito nos ſanos eſſe, & uale. Quando quidem uerò audimus ea quæ etiam dicere erubeſcimus, quod relicto beatorum maiorum ordine, ad patris auum transfugis, & Brettanius pro Phirmino fieri ſtudes: exigimus hæc ipſa audire, & rationes diſcere propter quas ad hanc uitæ uiam procedere perductus es. At quia ipſe conticuiſti, ob pudorem conſilij, nos te exhortamur ut ne ſtatuere uelis turpitudini confinia & pudore digna. Et ſi quid ſubijt animum tuum, ut eo ex mente expulſo rurſus tuiјpſius fias, & militia ac armis & caſtrorum ærumnis longum ualere iuſſis patriam occupes, ſufficere arbitratus & ad uitæ ſecuritatem, & ad omnem claritatem, ex æquo cum progenitoribus urbi dominari, id quod citra laborem tibi obuenturum eſſe confidimus, tum ad aptitudinem ex fide, tum ad ſolitudinem inſtantium ac ſe opponentium reſpicientes. Siue igitur non factum eſt ab initio hoc conſilium, ſiue factum rurſus reiectum eſt, cito nobis ſignificato. Si uerò, quod abſit, eadem conſilia manent, calamitas ipſa ſpontaneus nuncius nobis ueniat. Literis uerò non opus habemus.

Baſilius Magnus Iulittæ Liberæ. Epiſt. CLXXV.

ARs quædam eſt uenandi columbas huiuſcemodi. Quum unius potentes facti fuerint hi qui talia ſtudio habent, manſuefactam hanc & ſimul cum ipſis cibum capientem faciunt, & tunc alis ipſius ungento illitis, ipſam cum externis congregari ſinũt. Illa uerò ungenti fragrantia, gregem illum per ſe paſcentẽ poſſeſſionem facit ei qui manſuetam poſſidet. Nam ad eas quæ gratum illum odorem ſpirant, etiam reliquæ conſequuntur & inhabitant. Quid uerò uolens, hinc literarum exordium facio? Quod acceptum filium Dionyſium, qui olim Diomedes uocatus fuit, & animæ ipſius alis per diuinum ungentum illitis, emiſi ad tuam pudicitiam, ut & tu unà cum ipſo aduoles, & nidum, quem prædictus apud nos fixit, occupes. Si igitur hæc uidero in uita mea, & pudicitiam tuam ad altam uitam transferri, multas perſonas dignas Deo rogabo, ut debitum ipſi honorem perſoluant.

Baſilius Magnus cuidam. Epiſt. CLXXVI.

QVòd te amo, ex hoc quod ſcribo diſce. Quòd me odio habes, ex eo quòd taces cognoui. Scribe uerò uel deinceps, calamo & atramento ac modica charta amantes amans.

Baſilius Magnus cuidam. Epiſt. CLXXVII.

VNum uitæ ſignum eſt ſermo. Quomodo uerò tu ſuper terram eſſe putaberis, nunquam loquutus? Verùm remoue ſilentium tuum, ſcribendo nobis & manifeſtando te ipſum quod uiuis.

Baſilius Magnus Notario. Epiſt. CLXXVIII.

SErmones naturam alatam habent. Quapropter notis opus habent, ut uolantibus ipſis, celeritatem ſcriptor apprehendat. Tu igitur ô puer, notas ac characteres perfectos facias, & figuras conſequenter ex ordine ſignes. In paruo enim errore multus ſermo peccat, per diligentiam uerò ſcribentis id quod dicitur corrigitur.

Baſilius Magnus Duci. Epiſt. CLXXIX.

SCio maximum & primum præſtantiæ tuæ ſtudium eſſe, ut omni modo iuſtitiæ gratificeris ac patrocineris. Deinde ut amicis benefacias, & eos qui ad magnæ ſapientiæ tuæ præſidium confugiunt aſſeras. Omnia itaque in pręſenti argumento in unum cõcurrerunt. Nam & iuſtum eſt negocium ſuper quo legationem facimus, & in quo nobis gratificari poſſis, quos inter amicos tuos numerare dignatus es, & quod debetur his qui celſitudinem tuam ſuper his quæ paſſi ſunt in auxilium inuocant. Frumentũ enim quod ſolum ad neceſſariam uitam degendam chariſſimus frater Dorotheus habebat, quidam in Beriſis ex his quibus rerum publicarum adminiſtratio concredita eſt diripuerunt, ſiue à ſeipſis ad hanc uim progreſſi, ſiue etiam ab alijs inſtigati. Veruntamen ex nulla parte res ipſa culpa caret. Quid enim magis iniuriæ facit is qui ex ſe malus eſt, quàm qui aliorum

rum maliciæ inſeruit? & his qui damnum pertulerunt æquale detrimentum exiſtit. Hoc itaque frumentum cupimus per eos qui abſtulerunt recipere, & non licere ipſis ad alios culpam ac cauſam eorum quæ auſi ſunt referre. Quanti autem precij res eſt, neceſſitatem ex frumenti inopia effugere, tanti beneficium generoſę celſitudinis tuæ æſtimabimus, ſi modò dare dignatus fueris.

Baſilius magnus Calligrapho ſcriptori, ut pulchras literarum notas ducat. Epiſt. CLXXX.

RECte ſcribe, & utere uerſuum ordine recte, & neque ad altitudinem manus ipſa eleuetur, neque per præcipitia feratur, neque coge calamum ut oblique procedat uelut cancer apud Aeſopum: ſed in directum procede, uelut ad amuſſim fabrilem progrediens, quæ ubique æqualitatem ſeruat, & quicquid inæquale eſt deſtruit ac tollit. Nã obliquitas indecora eſt: rectitudo uerò iucunda eſt aſpicientibus, non permittens ſurſum ac deorſum nutare oculos legentium, quemadmodum ligna ex quibus urnæ hauſtoriæ dependent, quibus aqua ex puteis extrahitur. Quale ſanè quiddam etiam mihi contigit, ubi literas tuas accepi. Nam quum uerſus ſcalarum modo ſiti eſſent, quando ab altero ad alterum tranſire oportebat, neceſſe erat dirigere ad finem præcedentis, in quo quum nuſquam conſequentia appareret, rurſus recurrere oportebat, & ordinem inquirere, ita ut retrocederem & ſulcum ſequerer, uelut Theſeus filium Ariadnes, quod aiunt. Scribe itaque recte, & ne ſeducas mentem per ſcriptorum obliquitatem ac tortuitatem.

DIVI BASILII MAGNI EPISTOLA AD CHILONEM DISCIPVLVM SVVM, IANO Cornario Medico Phyſico interprete. CLXXXI.

SALVTARIS rei tibi autor ero, chariſſime frater, ſi libenter à nobis cõſilium acceperis de his quæ ſunt facienda, præſertim de his ad quæ ipſe nos inhortatus es, ut tibi conſilium daremus. Nam auſpicari quidem ſolitariam uitam multi ęqualiter auſi fuerunt, uerùm ut pro rei dignitate abſoluerent, à paucis fortaſſis elaboratum eſt. Et omnino non in propoſito ſolum finis contingit, ſed in fine eorum quæ elaborata ſunt lucrum accedit. Itaque nulla utilitas eſt his qui non ad ſcopi finem feſtinant, cæterum uſque ad principium ſolum monachorum uitam expendunt, immò etiam propoſitum ſuum deridendum relinquunt, ignauię ac temeritatis crimen apud exteros incurrentes. De talibus enim etiam Dominus dicit: Quis uolens domum ædificare, non prius deſidens ſupputat ſumptum, an habeat quibus opus eſt ad abſoluendum? Luc. 14 ne poſtquam poſuerit fundamentum, & non potuerit perficere, incipiant illudere ipſi prætereuntes, dicentes: Hic homo fundamentum poſuit, & non potuit conſummare. Principium igitur alacrem ac promptum habeat in recto uirtutis facto progreſſum. Nã & generoſiſſimus athleta Paulus, non uolens ſecurus conquieſcere in bonis prius perpetratis, ſed quotidie ultra progredi, dicit: Eorum quæ retro ſunt obliuiſcens, ad ea uerò Phil. 3 quæ à frõte ſunt enitens, iuxta præfixum ſcopum perſequor ad brauium ſupernę uocationis. Talis enim eſt hominum uita, non contenta his quæ præceſſerunt, ſed quæ nutriatur non magis prægreſſis quàm futuris. Quid enim prodeſt homini heſterna uentris ſatietas, ſi inſita fames proprium eſus ſolatium non reperiat? Sic neque animæ lucrum ex heſterna uirtutis actione accedit, ſi hodierna iuſta actio relinquatur. Qualem enim reperio Ioan. 5 te inquit, talem te iudico. Itaque uanus eſt iuſti labor: irreprehenſibiles item ſunt peccatoris mores, ſi alteratio inducatur, ita ut ille à meliori ad deterius, hic à deteriori ad melius mutetur. Hæc etiam ex Iezechiele, uelut ex perſona Domini docente, audire licet. Cap. 8 Si enim inquit, declinans iuſtus deliquerit, non recordabor iuſtificationum quas fecit antea, ſed in peccato ſuo morietur. Idem uerò dicit & de peccatore, Si conuerſus fecerit iuſticiam, uiuet in ipſa. Vbi enim ſunt tot Moſis ſerui Dei labores, quum momentanea contradictio interuerterit ipſi ad terram promiſſionis ingreſſum? Vbi uerò eſt ipſius Giezi cum Heliſſæo conuerſatio, quum propter auariciam lepram contraxerit? quid

autem ſapientiæ multitudo Solomoni profuit, & talis prægreſſa de Deo notio, quum
poſtea per inſanos mulierum amores in ſimulachrorum cultum delapſus ſit? Sed neque
B. Dauidem abalienata à Deo ſupinitas inculpabilem dimiſit, propter peccatum in V-
riam commiſſum. Sufficit autem & Iudæ à meliore ad deterius lapſus, ad ſecurita-
tem ac munitionem eius qui uitam ſecundum Deum degit: qui quum tanto tempore
Chriſti diſcipulus fuiſſet, poſtea ob paruum lucellum præceptore diuendito, ſibijpſi la-
queum comparauit. Hoc igitur notum ſit tibi frater, quod non qui bene incœpit, hic
perfectus eſt: ſed qui bene deponit, hic probatus eſt apud Deum. Ne igitur dederis
ſomnum oculis frater, neque palpebris tuis dormitationem, ut ſerueris uelut dorcas ex
Prou.6 laqueis, & uelut uolucris ex funiculis. Vide quod in medio laqueorum tranſis, & ſupra
murum altum ambulas, unde ſi delabaris lapſus periculo non uacat. Ne igitur ſtatim ad
exercitationis ſummitatem teipſum extendas, neque tibijpſi confidas: ne ex inexperi-
entia ab altitudine exercitationis cadas. Melius enim eſt paulatim proficere. Paulatim
igitur te à uitæ uoluptatibus ſubtrahe, extirpans à te ipſo omnem conſuetudinem, ne
forte ubi aceruatim omnes ſimul uoluptates irritaueris, turbam tentationum tibijpſi in-
ducas. Quando uerò unius uitij uoluptatis uictor eualeris, ad alterum te accinge, & ſic
omnes uoluptates tempeſtiue ſuperabis. Voluptas enim nomen quidem unum eſt,
res autem diuerſæ. Itaque frater ſis primùm patiens ad omnem tentationem. Qualibus
autem tentationibus probatur fidelis? detrimentis mundanis, criminibus, mēdacijs, in-
obedientijs, detractionibus, perſecutionibus. In his & huiuſcemodi probatur fidelis.
Deinde quietus ſis, non petulans in ſermone, non litigioſus, non contentioſus, non ua-
næ gloriæ appetens, non effutiens arcana, ſed ſtudioſus fidelitatis, non in ſermone mul-
tus. Paratus autem ſemper ſis non ad docendum, ſed ad diſcendum. Ne ſis curioſus de
Pſal.16 uita mundana, unde nulla tibi utilitas accedit. Ait enim, ut ne loquatur os meum opera
hominum. Qui enim libenter loquitur ea quæ peccatorum ſunt, prompte contra ſeip-
ſum excitat uoluptates. Imò potius curioſus ſis de uita iuſtorum, ſic enim tibijpſi inue-
nies utilitatem. Ne ſis oſtentator, circuiens pagos aut domos: uerùm fuge has uelut
animarum laqueos. Si uerò quis ob multam pietatem inuitet te ad domum ſuam, multo-
rum prætextuum gratia, talis diſcat ſequi fidem Centurionis, qui Ieſu curationis gratia
Mat.8 ad ipſum uenire uolente recuſauit, dicens: Domine non ſum dignus ut ſub tectum me-
um intres, ſed tantum dic uerbum, & ſanabitur filius meus. Quum autem Ieſus dixiſſet
ad ipſum, Vade fiat tibi ſicut credidiſti, ſanatus eſt filius ipſius illa ipſa hora. Hoc itaque
tibi notum ſit frater, quod non Chriſti præſentia, ſed fides petentis ægrotantem libera-
uit. Sic etiam nunc, te orante in quocunque fueris loco, & ægroto credente, quod pre-
ces tuæ ipſi auxilium ferent, omnia ipſi ex animi ſententia euenient. Cæterùm cogna-
tos tuos non plus quàm dominum diliges. Qui enim diligit inquit, patrem aut matrem,
aut fratres, ſuper me, non eſt me dignus. Quid uerò ſibi uult Domini mandatum? Si quis
inquit, non tollit crucem ſuam, & ſequitur me, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Si mor-
tuus es cum Chriſto à cognatis tuis ſecundum carnem, quid rurſus inter ipſos conuerſa-
ri cupis? Si uerò quæ deſtruxiſti propter Chriſtum, rurſus ædificas propter cognatos tu-
os, tranſgreſſorem teipſum conſtituis. Ne igitur ob cognatorum tuorum neceſſitatem
receſſeris à loco tuo. Nam diſcedens è loco, fortaſſis ex æquo diſcedes à moribus tuis.
Ne ſis amator turbæ. Ne ſis ſtudioſus peregrinationis. Ne ſis amator ciuitatum. Sed
amator ſolitudinis, apud teipſum ſemper manens, non ſubleſtus, orationem & pſalmo-
diam pro opere reputans. Neque lectiones negligas, maximè noui Teſtamenti, propte-
rea quòd ex ueteri Teſtamento ſæpe detrimentum accedat: non quòd ſcripta ſunt noci-
1.Pet.1 ua, ſed quòd eorum qui læduntur, mens infirma eſt. Omnis enim panis alimentum præ-
bet, ſed infirmis nociuus eſt. Sic igitur omnis ſcriptura diuinitus inſpirata etiam utilis eſt,
& nihil inquinatum per ipſam accedit, niſi quod illud inquinatū eſt, quod quis inquina-
tum ac impurum eſſe putarit. Omnia autem proba, quod bonum eſt tene, ab omni ſpe-
cie mala abſtine. Omnia enim licent, ſed non omnia expediunt. Itaq; his qui conuerſan-
tur tecum in nulla re offendiculo ſis, ſed gratioſus, fraternus, iucundus, humilis, non ex-
cidens à ſcopo hoſpitalitatis per ſumptuoſitatem eduliorum: uerùm cōtentus præſenti-
bus

bus quotidianæ neceſſitatis ſolitariæ uitæ, nihil amplius ab aliquo accipias Et maximè fuge aurum, uelut animæ inſidiatorem, & peccati patrem, ac diaboli miniſtrum. Ne prętextu erogationis in pauperes, teipſum auariciæ obnoxium declares. Si uerò quis pauperum gratia afferat tibi pecunias, & noueris eſſe aliquos deſtitutos, illi ipſi, cuius ſunt pecuniæ, conſule ut ad fratres qui ea priuantur deportet, ne forte conſcientiam tuam inquinet pecuniarum ſuſceptio. Voluptates fuge. Continentiam perſequere. Et corpus quidem laboribus exerce. Animam uerò tentationibus adſuefacito: corporis & animæ diſſolutionem ab omni malo liberationem cenſens: æternorum bonorum fruitionem expecta, cuius omnes ſancti participes facti ſunt. Teipſum indeſinenter pondera. Oppone diabolicæ cogitationi piam meditationem, uelut in trutina lancis momento hoc ipſum addens, & maximè quum inſurgens praua cogitatio dicat. Quæ utilitas eſt tibi huius in hoc loco conuerſationis? Quid lucri fers ex seceſſu à conſuetudine hominũ? An non noſti à Deo conſtitutos epiſcopos eccleſiarum Dei, uiros familiariter conuenientes, & ſpirituales conuentus indeſinenter celebrantes, in quibus maxima his qui accedunt utilitas oritur? Illic enim contingunt prouerbialium ænigmatum reuelationes, apoſtolicorum dogmatum ſolutiones, euangelicarum ſententiarum enarrationes, theologiæ auſcultatio, fratrum ſpiritualium congreſſus, qui magnam ex ipſo faciei conſpectu utilitatem accedentibus præbent. Tu autem à tantis bonis alienum teipſum feciſti, & deſides hic efferatus ad ſimilitudinem ferarum. Vides enim hic ſolitudinem multam, abalienationem ab hominibus non modicam, penuriam doctrinæ, alienationem fratrũ, & ſpiritum ad mandata Dei magna ſecordia præditum. Quum igitur talibus ac tantis te ſpecioſis prætextibus aggreſſa praua cogitatio ſubuertere uoluerit, oppone ipſi per piam meditationem, experientiam rei, dicens: Quandoquidem tu dicis mihi, bona ea quæ in uita ſunt eſſe, propterea ego huc tranſmigraui, indignum meipſum cenſens mundi bõnis: ammixta enim ſunt mundi bonis mala. Imò potius exuperant mala. Nam quum aliquando ad ſpirituales acceſſiſſem conuentus, uix tandem in unum fratrem incidi, qui uidebatur quidem timere Dominum, tenebatur autem à diabolo: & audiui ex ipſo ſermones ſuperbos, & fabulas confictas ad decipiendos auditores. Poſt ipſum uerò incidi in fures, raptores, tyrannos. Vidi ebrioſorum habitum indecorum: uidi ſanguinem oppreſſorum. Vidi etiam pulchritudinem mulierum, temperantiam meam explorantem: & ſcortationis quidem opus effugi, uerùm uirginitatem meam cordis cogitatione inquinaui. Et multos quidem ſermones animæ utiles audiui, uerùm apud nullum præceptorem reperi uirtutem ſermonibus reſpondentẽ. Poſt hæc ruſus innumeras audiui tragœdias, cantilenis mollibus indutas. Rurſus audiui citharæ iucundos modos, plauſum ſaltantium, uocem riſum mouentium paraſitorum, multam ſtulticiam ac facetias, turbæ immenſæ clamorem. Vidi lachrymas deprædatorum, dolores eorum qui ducebantur ſub tyrannide, eiulatum eorum qui torquebantur: & uidi, & ecce non erat conuentus ſpiritualis, ſed mare uentis exagitatum ac turbatum, quod omnes ſimul iiſdem fluctibus obruere conabatur. Dic mihi ô mala cogitatio, & temporariæ uoluptatis ac uanæ gloriæ dæmon, quæ utilitas eſt mihi harum rerum ſpectaculi ac auſcultationis, qui nulli ex his quibus fit iniuria opem ferre poſſum? & neque impotentes defendere, neque errantes corrigere ullius permiſſu ualeo: imò potius ferè meipſum inſuper perdo. Quemadmodum enim modico aqua pura à multa uenti procella ac puluere diſſipatur: ſic quæ putamus nos bona in uita facere, à multitudine malorum obruuntur. Nam tragœdiæ uelut pali in cordibus eorum qui in uita illa diuerſantur, per læticiam ac gaudium infiguntur, ut pſalmodiæ puritati tenebræ offundantur. Eiulatus autem & lamentationes hominum iniuriam patientium, ab his qui eiuſdem generis ſunt inducuntur, ut demonſtretur pauperum patientia. Quæ igitur mihi contingat hinc utilitas, aut palàm eſt quod accedit animæ detrimentum? Quapropter ego tranſmigro in montes uelut paſſer. Sicut paſſer liberatus ſum ex laqueo uenantium. In hac enim ſolitudine dego, ô mala cogitatio, in qua Dominus uerſatus eſt. Hic eſt quercus illa Mambre. Hic ad cœlum ferens ſcala. Hic angelorum caſtra à Iacob conſpecta. Hic ſolitudo in qua populus purificatus legem accepit, & ſic in terra promiſſionis Deum uidit. Hic mons Carmelus in

Mat. 13

quo Helias commorans, Deo complacuit. Hic campus, in quo ſeceſſu facto Eſdras omnes diuinos libros ex mandato Dei eructauit. Hic ſolitudo, in qua beatus Ioannes locuſtas edens, hominibus pœnitentiam prædicauit. Hic mons oliuarum, in quem Chriſtus aſcēdit ac orauit, nosq́ ſimiliter orare docuit. Hic Chriſtus ille ſolitudinis amator. Ait enim, Vbi duo ſunt aut tres congregati in nomē meum, illic ſum in medio ipſorum. Hic arcta illa & anguſta uia, quæ ducit ad uitam. Hic doctores & ꝓphetæ, qui in ſolitudinibus errant ac montibus, ſpeluncisq́ & foraminibus terræ. Hic Apoſtoli & Euangeliſtę, & monachorum remota ab urbibus uita. Hæc itaque uoluntarie ſuſcepi, ut accipiam quæ martyribus ac teſtibus Chriſti alijsq́ ſanctis promiſſa ſunt, ut citra mendacium dicam: Propter ſermones labiorum tuorum ego cuſtodiui uias duras. Noui enim Deo charum Abraham uoci Dei credidiſſe, & in ſolitudinē cōmigraſſe. Noui Iſaac potentia oppreſſum eſſe. Iacob patriarchā extra patriā apud peregrinos uixiſſe. Ioſeph tēperantē illum diuenditum eſſe. Continentiæ repertores pueros tres in igne pugnaſſe. Danielem ſecundum in foſſam leonum coniectum eſſe. Eſaiam liberæ linguæ uirum, arcanorumq́ ſpectatorem diſſectum eſſe. Iſraelem in captiuitate fuiſſe. Ioannem adulterij reprehenſorem decollatum eſſe. Martyres Chriſti occiſos eſſe: & ut ne longam faciam orationem, Hic mons eſt ubi etiam ipſe ſaluator pro nobis crucifixus eſt, ut morte ſua nos uiuificaret, & omnes nos ad patientiam inuitaret ac traheret. Ad hunc feſtino, & ad patrem & ad ſpiritum ſanctum, ut legitimus reperiar contēdo, indignum meipſum iudicans mundi bonis. Imò neque ego propter mundum, ſed mundus propter me eſt. Hęc igitur apud teipſum reputans, & perficiens ipſa diligenter quemadmodū tibi dictū eſt, decerta pro
Phil. 2 ueritate uſque ad mortem. Nam & Chriſtus obediens factus eſt uſq́ ad mortem. Sed & Apoſtolus dicit: Videte fratres, ne forte ſit in aliquo ueſtrum cor prauum, ad deficiendum à Deo uiuente. Sed exhortemini alter alterum, & unus alterum ædificet, quoad dicitur hodiernus dies. Nam hodiernus dies ſignificat totum uitæ noſtrę tempus. Hoc igitur modo ſi uitam degeris frater, & teipſum ſeruabis, & nos exhilarabis, & Deum glorificabis, in ſecula ſeculorum, Amen.

Diui Baſilij Magni admonitio ad adoleſcentes monaſticæ uitæ deditos. Epiſt. CLXXXII.

DIſce tu qui ſolitariam uitam degis fidelis homo, & pietatis operator, & docere Euāgelicam conuerſationē, corporis in ſeruitutem mancipationem, animum humilē, mentis puritatem, irę diſſipationem. Si cogeris, inſuper adde propter Dominum: ſi aliqua re priuaris, ne litiges: ſi odio haberis, diligas: ſi perſecutionem pateris, tolera: ſi conuitijs impeteris, obſecra: mortificare peccato: crucifigere Chriſto: omnem ſolicitudinem transfer in Dominum, ut reperiaris ubi ſunt angelorum myriades, primogenitorum cōuentus, apoſtolorum throni, prophetarum præſidentiæ, patriarcharum ſceptra, martyrū coronæ, iuſtorum laudes. Illud concupiſce, ut inter iuſtos illos connumereris, in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

Diui Baſilij Magni epiſtola ad monachum elapſum ac profugum. Epiſt. CLXXXIII.

GAudium & ſalutem non præſcribimus, quod in impijs neque gaudium ſit, neque ſalus. Nam adhuc credere non ſuſtineo, & cordi meo perſuadere non poſſum tantam abſurditatem, & magnum illud facinus quod auſus es, ſiquidem uelut apparet iam omnibus res ſe ita habet. Admiror enim quomodo tanta ſapientia abſorpta eſt, quomodo tanta ſinceritas diſſoluta eſt, unde tanta cęcitas circumfuſa eſt, quomodo nulla in totum conſideratione habita talem ac tantam animarum perniciem induxiſti. Si enim uerum hoc eſt, tradidiſti & animam tuam in profundum, & omnium hanc impietatem audientium robur exoluiſti, fidē ignominia affeciſti, à certamine bono aberraſti. Quapropter doleo tui gratia. Quis enim ſacerdos propter te non lamentabitur? Quis eccleſiaſticus non plangit? quis laicus non triſtis eſt? quis pietatis exercitator non luget? ferè etiā ſol ipſe ob ruinam tuam obſcuratus eſt, & uirtutes cœli ob interitum tuum commotæ ſunt.

ſunt. Lachrymas effuderunt etiam lapides ſenſus expertes ob tuam inſaniam: plorarunt autem etiam inimici, propter exceſſum iniquitatis tuæ. O ingentem ſtupiditatem. O uehementem crudelitatem. Non Deum timuiſti. Non homines reueritus es: non homines curaſti, ſed ſimul omnia naufragio amiſiſti, omnibus ſimul ſpoliatus es. Quapropter rurſus doleo tui gratia ô miſerrime. Qui regni robur omnibus annunciaſti, regno excidiſti, Qui doctrinæ timorem omnibus induxiſti, non habuiſti timorem Dei coram oculis tuis. Qui ſanctitatem prædicaſti, ſceleſtus repertus es. Qui ob inopiam te iactaſti, depeculator inuentus es. Qui Dei ſupplicium narratione declaraſti, ipſe ſupplicium tibiipſi peperiſti. Quomodo te lugebo? quomodo propter te dolebo? Quomodo excidit Lucifer qui mane oriebatur, & contritus eſt in terra? Quicunque audierit, eius ambæ reſonabunt aures, quomodo Deo dicatus qui reſplendeſcebat ſuper aurum, obſcuratus eſt amplius quàm fuligo? filius Sion uenerabilis, quomodo factus eſt uas inutile? Cuius memoria in ſacris ſcripturis ab omnibus prædicabatur, eius memoria hodie cum ſonitu periit. Qui acuta mente præditus erat, acute ac derepente interiit. Qui multiplici prudentia clarus erat, multiplex peccatum commiſit. Nam qui à doctrina tua opem tulerũt, hi ex interitu tuo detrimentum acceperunt. Qui colloquiis tuis aures adhibuerunt, ob interitum tuum aures obturauerunt. Ego uerò lamentans ac mœſtus & undiquaque uiribus exolutus, & cinerem uelut panem comedens, & ſacco ob plagam meam tectus, talia tibi encomia recenſeo: imò potius epitaphios ſermones componẽs, nullam conſolationem aut medelam admitto. Nam conſolatio occultata eſt ab oculis meis, & non licet malagma imponere, neque oleum, neque deligamenta. Eſt enim plaga mea doloroſa, unde ſanabor? Si qua igitur adhuc ſpes ſupereſt tibi ſalutis, ſi qua breuis memoria erga Deum, ſi quod deſiderium futurorum bonorum, ſi quis timor pœnarum non pœnitẽtibus deſtinatarum, reſipiſce confeſtim, eleua oculos tuos ad cœlum, redi ad cor, ceſſa à prauitate tua, excute circumfuſam tibi ebrietatẽ, reſiſte proſternenti te, conare ex terra reſurgere. Sis memor boni paſtoris, quòd perſequens eruet te, & ſi fuerint duo crura, aut auriculæ ſummitas. Reſili ab eo qui uulnerauit te. Sis memor miſerationum Dei, quòd curat oleo & uino. Ne deſperes de ſalute. Reuoca in memoriam quę ſcripta ſunt, quòd cadens reſurgit, & qui ſe auertit rurſus conuertitur. Percuſſus curatur, à feris captus ſuperſtes eſt. Qui confitetur non reiicitur. Non enim uult Deus mortem peccatoris, uelut ut conuertatur ipſe & uiuat. Ne uelut in profundum malorum collapſus contempſeris: tempus patientiæ eſt, tempus longanimitatis, tempus ſanationis. tempus correctionis. Lapſus es? exurge. Peccaſti? deſine. Ne ſtes in uia peccatorũ, ſed reſilias. Quum enim conuerſus ingemueris, tunc ſeruaberis. Eſt enim ex laboribus ſanitas, & ex ſudoribus ſalus. Vide igitur ne forte dum uis pacta aliquorum ſeruare, tranſgrediaris pacta erga Deum, quæ, pfeſſus es corã multis teſtib. Ne igitũ ob aliquas ratiocinationes humanas cũcteris uenire ad me. Ego enĩ ſuſceptũ mortuũ meum deplorabo, ego curabo, ego amarẽ flebo ob contritionem filiæ generis mei. Omnes te excipient, omnes tibi condolebunt. Ne diffidas, ſis memor dierum antiquorum. Eſt ſalus. Eſt correctio. Confide, ne deſperes. Non eſt lex condemnans ad mortem citra miſericordiam. Sed gratia differens pœnam, expectans emendationem. Nondum clauſæ ſunt fores. Audit ſponſus. Non dominatur peccatum. Reluctare rurſus. Ne cuncteris: & tuiipſius & omnium noſtrum miſerere.

Eſa. 14.

Ezech. 18

Pſal. 1

Diui Baſilii Magni epiſtola ad alium monachum elapſum. CLXXXIIII.

DVplici timore mens mea percellitur tui cauſa. Aut enim mores quidam incõdolentes antegreſſi ac laceſſentes, me in crimen odii erga homines coniiciunt. Aut rurſus condolere uolentem & ad affectus emolliri, male afficiunt. Quapropter & exarare uolens has literas, manum quidem torpentem, ratiocinationib. neruoſam feci ac firmaui. Faciem uerò ex concepta propter te triſticia male affectam, alterare non potui, tanta cõfuſione mihi incumbente, ut etiam oris complicatio mihi confeſtim cadat, dum labia mea ad fletum conuertuntur. Hei mihi quid ſcribam, aut quid cogitabo in triuio impeditus. Si reuocauero in memoriam, priorem tuam uanã conuerſationem, quando afflue

bant tibi diuitiæ & humirepa glorioſa, horreo: quando ſequebatur te adulatorum multitudo, & deliciarum uoluptas temporaria, cum manifeſto periculo & iniuſtis cenſib. Et partim quidem regni timores ſuſpicionem tuam de ſalute excitabant. Partim uerò publici tumultus lares tuos, concutiebant: & frequentia malorum mentem tuam conuertebat ad eum, qui poteſt tibi auxilium ferre: quando paulatim meditabaris circumſpicere ſeruatorem, mutantem quidem timores ad utilitatem, liberãtem autem ac protegentem te qui illuſeras ipſi, dum ſecuritatibus licenter fruebaris: quando exercebaris ad mutationem morum uenerandorum, & ſtercoribus comparabas periculoſiſſimam opulentiam, & domeſtico obſequio, & uxoris conſuetudine abnegatis. Totus autem ſublimis & ad tranſitum conuerſus, uelut peregrinus & erro, agros & urbes permutans, ad Hieroſolyma decurrebas. Vbi & ipſe tecum conuerſans, beatum prædicabam te ob athleticos labores, quando ſeptenarijs circulis ieiunus degens cum Deo philoſophabaris, ſimul & hominum congreſſus pro ratione mutationis ſubterfugiens, quietem uerò ac ſolitarios mores tibijpſi adaptans, ciuiles tumultus declinabas. Sacco autem aſpero corpus tuum compungens, & cingulo duro lumbos adſtringens, tolerãter oſſa tua comprimebas. Latera uerò per famem caua reddens, uſq; ad ſpinæ partes ſublaxa feciſti, & faſciæ quidem mollis uſum abnegaſti: abdomen uerò intus ad cucurbitæ medicæ ſimilitudinem ſubtrahens, rhenalibus locis illud agglutinari cogebas. Vniuerſam autem carnis pinguedinem euacuans, canales ac meatus ſub uentre ſitos ſtrenue reſiccaſti. Ventre uerò ipſo per inedias contracto, coſtales partes uelut quandam tecti eminentiam, umbilici partibus umbram offundere feciſti. Et contracto toto organo, per nocturna tempora cõfitens Deo, lachrymarũ riuis barbæ pilos madefactos adæquabas ac demulcebas. Et quid opus eſt, me ſingula recenſere? Reuoca in memoriam quot ora ſanctorum oſculo excepiſti: quot ſacra corpora amplexus es: quot pij homines manus tuas uelut immaculatas confouerunt: quot ſerui Dei, uelut cultũ exhibẽtes, ad genua tua cõfugerunt, eaq; cõplexi ſunt. Et horum omniũ quis finis, quis? Adulterij rumoris calumnia, ſagitta uelocius peruolans, aures noſtras ſauciat, acutiore ſtimulo uiſcera noſtra perpungens. Quæ tam artificioſa præſtigiatoris uerſutia, ad tam pernicioſum curſum te perduxit? Quàm perplexa diaboli retia conſtrictũ te, ad uirtutis actiones immobilem reddiderunt? Vbi ſunt meæ narrationes de tuis laboribus? Perierũt. At eñ fortaſſis iuſtum eſt nos rumori fidem nõ habere? Et quõ nõ ex manifeſtis, etiam ea quæ hactenus obſcura fuerũt in fidem ſuſcepimus? ſi confugentes ad Deum animas horrendis iuramentis aſtrinxiſti ac concluſiſti, quando obſeruatẽ quod ſupra eſt, & nõ redundat, diabolo attributũ eſt. Itaq; ſimul etiam periurij pernicioſi ſponſor fuiſti, & corrupto exercitationis charactere, uſq; ad apoſtolos & ipſum Dominũ turpitudinem trãſmiſiſti. Dedecore affeciſti caſtitatis gloriationem. Vituperaſti temperantiæ profeſſionẽ, facti ſumus captiuorũ tragœdia. A Iudæis & Græcis per actus ſcenicos repræſentantur res noſtræ. Diſcidiſti ſtudia monachorum. Sinceriores ad timorem ac formidinem perduxiſti, ita ut adhuc admirẽtur diaboli potẽtiam. Indifferentes ad proteruitatis æmulationẽ tranſtuliſti. Diſſoluiſti, quantũ in te
Ioan.16 fuit, Chriſti gloriationem, Cõfidite dicentis, ego uici mundũ, & mundi principem: miſcuiſti patriæ craterem infamiæ. Reuera ad opus perduxiſti prouerbiũ, Velut ceruus ſagitta ictus in hepar. Sed quid nunc? Nõ cecidit fortitudinis turris ò frater, nõ uituperata ſunt conuerſionis medicamenta: nõ concluſa eſt refugij ciuitas: ne in profundo malorum permaneas. Ne utaris teipſo homicida. Nouit erigere colliſos Dominus. Ne fuge procul, ſed ad nos recurre. Suſcipe rurſus iuueniles labores, ſecundarijs uirtuoſis factis humirepã ac ridiculam uoluptatẽ diſſoluẽs. Reſpice ad finis diem, quæ ita ad uitam noſtram appropinquauit, & noſce quomodo de cætero Iudæi ac Græci ad pietatem ac
Mat.7 diuinum cultum compelluntur, & nõ in totum abnegabis mundi ſaluatorem: ne te horrendiſſima illa ſententia comprehendat, nempe, Non noui uos, qui nam ſitis.

D. Baſilij Magni epiſtola ad uirginem elapſam. Epiſt. CLXXXV.

Hier.9 NVnc eſt tempus exclamandi propheticum illud, ac dicendi: Quis dabit capiti meo aquã, & oculis meis fontẽ lachrymarum? & deplorabo contritionem filiæ populi mei. Nam etiamſi hos profundum ſilentium tegit, & iacent ſemel malo ſtupefacti, & ex

letali

letali plaga etiam ipſo afflictionis ſenſu iam priuati, tamen non oportet nos hunc caſum
citra lachrymas prætermittere. Si enim Hieremias eos quorum corpora in bello percuſ-
ſa erant, infinitis lachrymis dignos iudicauit, quid nam dixerit quis ad tantam animarũ
calamitatem? Vulnerati tui inquit, non ſunt uulnerati gladio, & mortui tui nõ ſunt mor- Eſai.c 22
tui in bello: ſed aculeum ueræ mortis graue peccatum deploro, & ignita maligni illius
ſpicula, quæ animas ſimul cum corporibus barbaricè ac crudeliter combuſſerunt. Equi-
dem arbitror Dei leges magna ſuſpiria duxiſſe, dum tantum ſcelus in terra conſpexerũt.
Quæ ſanè interdicentes ſemper ac clamãtes, olim quidem, nõ concupiſces uxorem pro
ximi tui: per ſacra uerò Euangelia, omnis qui uidet mulierẽ ad hoc ut cõcupiſcat ipſam, Exod.20
iam adulterium commiſit cũ ipſa in corde ſuo. Nunc uident ipſam Domini ſponſam im-
pudenter adulteria exercentẽ. Suſpira uerò duxerunt etiam ipſi ſanctorum ſpiritus. Phi-
nees quidem zelotes & ex feruenti ſpiritu æmulator, quod non etiam nunc licet ipſi ha- Num.25
ſtam in manus ſumere, & corporaliter ſcelus hoc ulciſci: Ioannes uerò Baptiſta, quod nõ
poteſt relictis ſupernis conuerſationibus, quemadmodũ tunc ſolitudine, ad redarguen-
dam iniquitatẽ percurrere, & ſi quid pati oporteret, caput potius quàm dicendi liberta-
tem amittere. Imò ad beati Abel ſimilitudinem, etiam ipſe mortuus adhuc loquitur, cla-
mat, ac nunc altius quàm de Herodiade uociferatur, illud, Non licet tibi habere ipſam.
Nam corpus quidem Ioannis iuxta neceſſitatem naturæ, diuinum terminũ accepit, atq;
etiamſi lingua ſilet, ſermo tamen Dei ligatus non eſt. Qui enim dum conſerui nuptiæ re-
probarentur, uſq; ad mortem dicẽdi libertatem perduxit, quid nam faceret ſi tantam cõ
tumeliam inſpiceret circa ſanctas Domini nuptias? At tu à diuinæ illius ſocietatis iugo
abrupta, & ab impollutis ueri regis nuptijs fugitiua, ad ignominioſam uerò ac impiam
corruptionem hanc turpiter delapſa, quando non habes quomodo amaram hanc accu-
ſationem effugias, & neq; modũ noſti neq; artem, quo malũ ipſum contegas, iurare per
temeritatem gaudes. Et quia impius in profundum collapſus, mala de cætero contem-
nit, etiam ipſa abnegas ad uerum ſponſum pacta, neq; eſſe uirgo, neq; unquam promi-
ſiſſe clamans, quæ & ſuſcepiſti multa, & oſtendiſti multa uirginitatis ſigna. Reuoca in
memoriam honeſtam profeſſionẽ quam profeſſa es coram Deo & angelis ac hominib.
Reuoca in memoriã uenerandã congregationem, & ſacrum uirginũ chorum, & conci-
lium Domini, & eccleſiæ ſanctorũ, ac aniculæ in Chriſto auiæ, iuueneſcentis recens aut
tunc, & uirtute uigentis, & matris in Domino ad illam decertantis, ac nouis quibuſdam
ac ueris laboribus, conſuetudinis robur diſſoluere contendentis, & ſimiliter ſororis, par
tim illas imitantis, partim etiam ſuperare enitentis, & uirginalib. prærogatiuis progeni-
torum rectè facta ſuperantis, & te adeò ſororem, uelut putabat, ad ſimilium certamen, &
ſermone & uita induſtriè prouocantis. Reuoca hæc in memoriã, & angelicum circa Do-
minum cum illis tripudium, & ſpiritualem in carne uitam, & cœleſtem in terra conuerſa-
tionem. Recordare dierum carentiũ tumultu, & noctium illuminatarũ, & cantilenarum
ſpiritualium, & pſalmodiæ ſonoræ, & orationum ſanctarũ, & cubiculi caſti, & uirginei
progreſſus, & menſæ temperantis. Vbi eſt reuerendus ille tuus habitus? Vbi honeſti mo
res & ueſtis frugalis uirginẽ decens? & honeſtus ex pudore rubor? & decorus ex conti-
nentia ac uigilijs afflореſcens pallor, omni coloris bonitate gratioſior eluceſcens? Quo-
ties in orationib. pro conſeruanda uirginitate impolluta lachrymas effudiſti? Quot li-
teras ad ſanctos ſæpe exaraſti? per quas pro te orare petijſti, non ut nuptias humanas, im
mò ignominioſam hanc corruptionem aſſequereris, ſed ut à Domino Ieſu non excide-
res. Quot uerò munera à ſponſo accepiſti? quid opus eſt dicere honores propter illum
ab his qui illius ſunt ſuſceptos? conuictus cum uirginibus? progreſſus cum iiſdem? ex-
ceptiones à uirginibus? encomia ob uirginitatem? uirgineas benedictiones? literas ue-
lut ad uirginem ſcriptas? At nunc modica aura aerij ſpiritus, qui nunc in filijs inobedi-
entiæ operatur, ſuſcepta, omnia illa abnegaſti, & uenerandam illam & quæ pugna impe
ti ſolet poſſeſſionem, cum breui uoluptate permutaſti: quæ ad tempus guttur tuum pin-
guefacit, poſtea tamẽ felle amariorem comperies. Ob hæc quis non luctu cõmotus di-
xerit: Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis Sion? Quõ autem non ipſe Dominus
ad aliquem ex his qui nunc in ſpiritu Hieremiæ obambulant dixerit? Vidiſti quæ fecit
mihi uirgo Iſrael? Ego deſpondi ipſam mihijpſi in fide & integritate, in iuſticia & in iudi Eſa.1
cio,

Cap. 6 cio,& in miſericordia ac miſerationibus,quemadmodum per Oſeam prophetã ipſi pro-
miſi.Ipſa autem dilexit alienos,& uiuente uiro immortali,adultera appellatur,& non ti-
met alteri uiro commiſceri.Quid uerò pronubus ille diuinus ac B. Paulus,uetus ille &
nouus hic,ſub quo mediatore ac doctore,relicta materna domo, Domino cõiuncta es,
num ſanè tantũ malũ perpeſſus dixerit? Vterq; timor quem timui acceſſit mihi,& quem
1.Cor.7 timui obuiam uenit mihi. Ego enim te coniunxi uni uiro uirginem caſtam ut aſſiſteres
Chriſto,& timui ſemper ne forte uelut ſerpens Euam decepit per uerſutiam ſuã, ita cor-
rumparis mente tua.Quapropter innumeris ſpiritualib.incantationib.conatus ſum ſem
per comprimere affectuum tumultum,infinitis cuſtodijs conſeruare Chriſti ſponſam.Et
uitam eius quæ uirum non habet recenſui, Quòd ſola ea quæ uirum non habet curat ea
quæ Domini ſunt,ut ſit ſancta corpore & ſpiritu. Et dignitatem uirginitatis expoſui,&
templũ Dei te appellans,uelut alas addidi promptitudini tuæ,quæ te ad Ieſum leuarẽt.
& per timorem mali,ad hoc,ut non caderes,auxilium tuli:Si quis templum Dei corrum
pit dicens,hunc corrumpet Deus.Sed & ex orationibus meis ſecuritatem tibi addidi,ſi
quo modo integrum tibi corpus, & anima,& ſpiritus citra reprehenſionem,in aduentu
Domini Ieſu Chriſti conſeruari poſſit. Verùm enimuero fruſtra hæc omnia erga te ela-
boraui,& mihi amarus finis dulcium illorum laborum euenit.Et neceſſe eſt rurſus ſuſpi-
rare ob eam ob quam oportebat me gaudere. Ecce enim decepta es à ſerpente amaru-
lentius quàm Eua.Corrupta eſt aũt non ſolum mens tua,ſed etiam cum illa corpus tuum.
Et horrendum illud,quod etiam dicere cunctor,et tacere non poſſum: eſt enim uelut ig-
nis ardens in oſſibus meis,& roſoluor undiq;,& non poſſum ferre:ſublatis mẽbris Chri-
ſti feciſti membra meretricis.Hoc ſolum inter omnia malum etiam nihil habet cui com-
parari poſſit.Hoc nouum eſt in uita facinus.Tranſite inquit,ad inſulas Chetthijm,& uide-
te,& in Cedar mittite,& conſiderate uehementer an facta ſint talia,an permutarint gen-
tes deos ſuos,& hi non ſunt dei. Virgo autem mutauit gloriam in turpitudine ſua.Ob-
ſtupuit cœlum ob hoc,& inhorruit terra amplius uehementer.Dicit omnino etiam nũc
Dominus,duo mala perpetrauit uirgo Me dereliquit uerũ ſanctarum animarũ ſanctum
ſpõſum,& aufugit ad impiũ & iniquum animæ ſimul ac corporis corruptorem. Defecit
à Deo ſeruatore ſuo,& exhibuit membra ſua mancipia immundiciei & iniquitati ad ini-
quitatem.Mei oblita eſt dicit Dominus,& ad amatorem ſuũ tranſiuit.Expediret ipſi ut
mola aſinaria circa collum ipſius appenſa eſſet,& in mare proiectus eſſet, potius quàm
uirginẽ uitiaſſet.Quis ſeruus contumax ad tantam inſaniã deuenit , ut herili cubili ſeip-
1.Cor.3 ſum inijceret? Quis prædo ad tantam dementiã perductus eſt,ut ipſa Dei donaria cõtin
geret? non ſuppellectilem inanimatã,ſed corpora uiuentia,& animã inhabitantẽ haben
tia,factam ad imaginem Dei.Quis ab æterno auditus eſt in media ciuitate, & ſerena me-
ridie,imagini regiæ formas immundorũ porcorum inſcribere auſus eſſe? Si quis huma-
nas nuptias ignominia affecit,citra miſerationem corã duobus aut tribus teſtibus mori-
tur.Quanto peiore ſupplicio dignus cenſebitur,qui filiũ Dei conculcauit, & deſponſa-
tam ipſi ſponſam adulterio contaminauit.& ſpiritũ uirginitatis cõtumelia affecit? At uo-
lebat,inquit,illa,& non inuitam uiolaui.Equidem regina illa libidinoſa Aegyptia, amo-
Gen.39 re formoſi ac honeſti Ioſeph inſaniebat. Verùm proteruæ illius inſania uirtutem caſti ac
temperantis non ſuperauit,& neq; manib. ipſis uim inferentis ac cogentis ad iniquita-
tem,ille uictus eſt.Ad decreuerat illa hoc inquit,& non amplius erat uirgo,& ſi ego nõ
uoluiſſem,ab alio corrupta fuiſſet.Equidem & filiũ hominis oportebat tradi, ſed uæ illi
Luc.22 per quem traditus eſt:Et ſcandalorũ offendicula uenire neceſſe eſt,ſed uæ illi per quem
neceſſitas uenit. At hæc omnia,num qui cadit,non reſurgit,aut qui ſe auertit,non con-
uertitur? Cur auertit ſe uirgo auerſione impudenti,& quidem quum audierit Chriſtum
ſponſum per Hieremiã dicentem:Et dixi poſtq; ſcortata fuit ipſa hæc omnia, cõuertere
ad me,& non eſt conuerſa.Nunquid reſina non eſt in Galaad? aut medicus non eſt ibi?
Cur non contigit ſanatio filiæ populi mei? Et multa ſanè reperias in diuina ſcriptura ma
li auxilia,multa item ex interitu ad ſalutem medicamẽta:de morte & reſurrectione my-
ſteria:de iudicio horrendo ac æterno uerba:de pœnitentia & remiſſione peccatorũ do-
gmata.Innumera illa conuerſionis exempla:drachmam,ouiculã,filium qui conſumpſe-
rat res ſuas cum ſcortis,perditum & repertum,mortuum & qui reuixit. His utamur mali

auxilijs,

auxilijs,per hæc animam noſtram curemus. Aſſume in meditationem extremum diem (non enim ſola tu ſeculum æternum uiues) & anxietatem,& ſuffocationem, & mortis horam,& ſententiam Dei urgentem, & angelos feſtinantes, & animam in his grauiter conturbatam,quæ à peccatrice conſcientia amare flagellatur,& ad ea quæ hic ſunt miſe rabiliter ſe conuertit: & ineuitabilem longæ illius peregrinationis neceſſitatem. Deſcribe mihi in mente tua,ultimam communis uitę ſubuerſionem,quum ueniet filius Dei in gloria ſua cum angelis ſuis. Veniet enim & non cunctabitur: quum ueniet ad iudican dum uiuos ac mortuos, & reddendum unicuique iuxta opus ſuum:quum tuba illa magno & horrendo ſono edito excitabit eos qui ab æterno dormierunt, & procedent qui bona fecerunt,in reſurrectionem uitæ:qui uerò mala fecerunt,in reſurrectionem iudicij. Reuoca in memoriam diuinam Danielis uiſionem, quomodo nobis iudicium ob ocu- Dan.7 los ponit. Videbam,inquit,donec throni poſiti ſunt,& antiquus dierum ſedebat,& indumentum eius candidum uelut nix,& capillus capitis eius uelut lana pura. Thronus ipſius flamma ignis. Rotæ eius ignis ardens. Fluuius ignis trahebat ante ipſum,mille milia miniſtrabant ipſi:centena milia aſtabant ipſi, iudicij locum conſtituit, & libri aperti ſunt. Bona,mala,manifeſta,occulta,res,uerba,cogitatus,omnia aceruatim ut ab omnibus angelis ac hominibus exaudiri poſſint manifeſte reuelabuntur. Ad hæc quales neceſſe eſt eſſe eos qui male uixerunt? Vbi itaq; anima illa mergetur, quæ in tot ſpectatorū conſpectu derepente turpitudine plena uiſa eſt? Quali uerò corpore infinita illa & intolerabilia flagella ſuſſerret? ubi ignis inextinguibilis & uermis indeſineuter caſtigans,& Mat.25 fundum inferni tenebricoſum ac horrendum,& eiulatus amari,& ululatus indecorus,& ploratus & ſtridor dentium,& finem non habent mala. Ab his non contingit liberatio poſt mortem,neque eſt aliqua induſtria neque ars effugiendi amara illa ſupplicia. Hæc nunc effugere licet, donec licet noſipſos à caſu eripiamus,neque deſperemus de nobis ipſis,ſi à malis diſceſſerimus. Ieſus Chriſtus uenit in mundum ut ſeruaret peccatores. Venite adoremus & procidamus ante ipſum,& ploremus coram ipſo. Nos ad pœnitentiā uocans diuini uerbi doctrina clamat ac uociferatur. Eſt uia ſalutis ſi uelimus. Deglutiuit mors robuſtior facta. Verùm probe ſcito,quod Deus rurſus detraxit omnem lachrymā ab omni facie pœnitentium. Fidelis Dominus in omnibus ſermonibus ſuis,non mentitur,dixit: Si fuerint peccata ueſtra uelut pannus puniceus,uelut niuem inalbabo. Si uerò Eſa.1 fuerint uelut coccinum,uelut lanam inalbabo. Paratus eſt magnus ille animarum medicus ſanare affectionem tuam. Illius uerba ſunt. Illius dulce ac ſalutare os dixit: Non opus habent ualentes medico,ſed male habentes. Non ueni ad uocandum iuſtos,ſed peccatores ad pœnitentiam. Vult Dominus purgare te à plaga maligni. Quærit te paſtor bonus, Luc.15 relictis ouibus non errantibus. Si commiſeris ipſi teipſam, non cunctabitur neq; dedignabitur ille hominum amator,te ſuper humeros proprios portare,gaudens quod reperit ouem ſuam deperditam. Stat ille pater & expectat tuum ab errore reditum,ſolummodo reuertere,& dum adhuc longe abes accurrens irruet in collum tuum, & amicis amplexibus complectetur te à pœnitentia iam purgatam,& ueſtem induet primariam,animam exutam ueterem hominem cum operibus ſuis: & addet anulum manibus quæ mortis ſanguinem abluerunt,& calceamentum addet pedibus,qui auerterunt ſe à uia mala, ad curſum Euangelij pacis. Et lęticiæ ac gaudij diem annunciabit ſuis tum angelis tū hominibus,& omnino ſplendido epulo celebrabit tuam ſalutem. Inquit enim, Amen dico uobis,quod gaudium eſt in cœlo coram Deo,ob unum peccatorem pœnitentem. Et ſi uitio uerterit quis ex his qui ſtare ſibi uidentur,quod cito aſſumpta es,ipſe ille bonus pater pro te reſpondebit,dicens: Lætari oportet & gaudere,quia hæc filia me mortua erat, & reuixit,& deperdita erat,& inuenta eſt.

Diui Baſilij Magni aduerſus eos qui calumniantur nos,quòd tres deos dicimus, Oratio.

MAgnum ſolatium eſt animis per hoc quòd odio habentur afflictis, quòd cum Domino odio habentur. Si enim mundus uos odio habet, noſcite inquit, quòd me Ioan.15 prius quàm uos odio habuit. Quapropter ſi dilectus & unigenitus ille odio habetur, quid magni eſt ſi nos odio digni cenſemur apud homines, apud quos odij poſſeſſio abundat? Impedit orationem meam memoria illa rerum triſtium ad cor decurrens, &

lachrymæ

lachrymæ procidentes uocem intercipiunt, quum cogito quòd charitate & pace nobis
à Domino relicta, non quærimus id quod relictum eſt. Inconſpicuum eſt donum, quod
in nullo reperitur. Charitas relicta eſt, & pugna inter nos uerſatur. Vnio data eſt, &
odium accenſum eſt: magnum odij rogum inter nos mutuò accendimus. Vnuſquiſque
apud ſeipſum deploramus, uerùm inter nos mutuò non concordamus. Quis dabit mi-
hi theatrum uniuerſum orbem terrarum? & uocem tuba ualidiorem, & lamentationes
Hieremiæ, & lachrymas largas, ad dirumpendum cor doloribus contritum, ut diffunda-
mus puluerem nunc ex ignominia nobis aſperſum, ut deploremus communem calami-
tatem. Quia defecit charitas radix ipſa mandatorum. Quapropter inſatiabili ſpiritus
complexu præſentes complector, quod ſpectaculum nouum oſtenderunt, dum unus
alteri eſt conglutinatus. Facti ſumus em̃ unuſquiſq; apud ſeipſum uelut arena, non con-
iuncti inter nos, ſed ſinguli per ſe diuiſi. Neque enim ædificationem conſiſtere poſ-
ſibile eſt, ligamentis detractis. Neque eccleſiam in altum creſcere, uinculis non colliga-
tam pacis ac charitatis. Pauliſper porrò nobis patienter aures accommodate, non ad
oſtentationem dicturis, ſed hoc ſtudio habentibus, ut ad rerum triſtium ſocietatem uos
aſſumamus. Affert enim ſolatium lugentibus ſuſpiriorum ſocietas. Fortaſſis autem &
unita noſtra triſticia ad Dominum fortius penetrarit, ſingulis nobis per ſe exaudiri ne-
queuntibus, propter operum infirmitatem. Mutuò unitos eſſe, id quod iam uidemus,
ueteris patrum charitatis reliquiæ ſunt. Huius enim rei gratia illi publicos hos conuen-
tus excogitarunt, quò abalienationem ex temporibus inductam, per temporum con-
uentiones renouarent, & hi qui extra fines habitant, hunc unum locum apprehenden-
tes, principium amicitiæ ac charitatis, congreſſum ſuum exhiberent. Hoc ipſum ſpiri-
tualis eſt conuentus, uetera renouans, futuris initium præbens. Non enim uenimus ut
rerum uenalium faciamus permutationem, ſed ut charitatis mutuam commutationem
uiciſsim exhibeamus, ut plenam demus, & plenam accipiamus charitatem. Hæc patres
noſtri conſtituerunt. Nos autem ea uelut per manus tradita accipientes, cur deſiuimus
oſtendere ea quæ uidentur? Plurimi præſentium exploratores magis ſunt, eorum quæ
dicuntur, quàm diſcipuli eorum quæ docentur: & doctrina uerbi non requiritur ad ædi-
ficationem præſentium, ſed ad calumniam inſidiantium. Et ſi quidem quid dictum fue-
rit conueniens cupiditatibus eorum qui ſententiam explodunt, abit qui ſuſcepit uelut
qui proprium apud nos comperit. Hæc inſcribantur cordibus ueſtris, teſtes eritis ueri-
tati & nobis, aduerſus eos qui talia diuulgant. Quod uidelicet nos uetus donum reno-
uauimus. Hæc enim ſunt non timentium Dominum uerba aperientium contra nos os,
uelut nos tres deos proferamus. Qui tres deos prædicat, quid quærit in eccleſia Domi-
ni? alibi multitudo deorum, & alibi diuinus cultus. Qui tres dicit, audeat etiã dicere qua-
tuor, extendat numerum uſq; ad duodecim. Quæ eſt igitur inſania eorum qui exacutam
linguam habent contra ueritatem? Non ſum puſillanimis ad hos refellendos, ſed expe-
cto iudicium Chriſti. Iſthic contra nos ſiſtentur, qui hanc calumniam conſuerunt. Nouit
Dominus ſuos, & qui calumniatur pauperem, exaſperat eum qui fecit ipſum. Si patrũ fi-
dem perſequor, cur omiſſis patribus me bello impetis? Si credo in patrem, ſi confiteor
filium, ſi non reprobo ſpiritum ſanctum. Si qui trinitatem confitetur, tres nominat deos,
ignominia afficit baptiſmum & impugnat fidem: cur mea perſona ſuppoſita, Dominum
bello impetis? Quis reliquit baptizare in nomen patris & filij & ſpiritus ſancti? Ego aut
Dominus? Cuius ſunt uerba, præconis aut eius qui miſit? Cur perſona mea calumnijs ex
facili expoſita inuenta, per me impugnas ueritatem? per me concutis fidei munimentũ?
Ego quidem facilis captu ſum, fides autẽ immobilis perſtat. Vnus Dominus, diſce Pau-
lo loquente, non duo, non tres. Et ſi nominauero Dominũ filium, nõ in duos Dominos,
non in multos deos, diuiſi dominationem. Dñs pater, Dñs filius, dominatio una, unus
Dominus, una fides. Propterea una fides, quia unus Dominus. Vnum ad unum ſequitur
unum ad unum Dominũ. Vna fides, unum baptiſma. Sic unum ex uno per unũ cõfirma-
tur. Si uerò quòd nõ ignominia afficio ſpiritũ, neq; in eodem cum creatura ordine loco,
propterea hanc calumniam ſuſcipio, ne dicas quod non dico. Et uideamus probabilem
calumniæ tuæ ſtructurã. Quid occultas tuam ipſius calumniã ob mendacium execran-
de? dicẽs apud nos tres Deos prędicari, & nõ dicis aperte, quod nos ſumus, qui eos, qui
ſpiritum

ſpiritum ſanctum creaturam dicunt, deteſtamur. Hanc excuſationem admitto. Ob hoc & ignem & gladium exacutum ſubibo. Et ſiue rota collidat, ſiue tormenta contra me moueantur, in eadem certitudine ac perfectione ſupplicia ſuſcipiam. Mecum conſentiunt & qui hic ſiti ſunt martyres, qui coronis digni facti ſunt, propter accuſationem eorum qui aliam opinionem tutati ſunt. Hoc itaque nomine me accuſa, quod non inter creaturas numero ſpiritum ſanctum. Si uerò quid amplius dixeris, dabis rationem iudici, quum uenerit ille paracletus. Nunc legebatur paracletus. Tu uerò calumnias occaſionem ad detractionem feciſti. Paracletus inquit, qui pro te aduocatus eſt, per quæ te beneficio afficit, per ea tu ingratus es. Non ſuſcipis itaque paracleti beneficentiam. Aut non Dominus hanc appellationem ipſum decere ſanciuit? Mittam uobis & alium paracletum. Qui & alium dixit, non ſeipſum oſtendit ante alium? Si ex meipſo loquor, ne audias me. Si uerò quæ ſcripta ſunt lego, ſuccumbe ueritati. Perfectus, neque minuitur, neque augetur. Vnus ingenitus Deus, unus huius unigenitus filius & Deus. Sicut non eſt congenitus Deus alius, ſic neque congenitus filius alius. Quemadmodum non ratione pater, ſic neque ratione filius. Deus pater, Deus filius, Deus ſpiritus ſanctus, Deus perfectus pater, Deus perfectus filius. Incorporeus pater, incorporeus filius, incorporeus character, & imago incorporea. Credis quod genitus eſt, ne quæras quomodo. Si enim licet quærere, ingenitus quomodo eſt ingenitus, licet etiam quærere, genitus quomodo genitus eſt. Si autem non relinquit quæſtionem ingenitus, quomodo ingenitus eſt, neque genitus relinquit quærere quomodo genitus eſt. Ne quæras quæ inueniri non poſſunt, non enim inuenies. Si enim quæris à quo diſcere potes? à terra? non ſubſtiterat. A mari? nondum erat liquidum. A cœlo? non erat eleuatum. A ſole & luna ac aſtris? nondum creata erant. At à ſeculis? ante ſecula unigenitus. Ne interroges ea quæ non ſemper ſunt, de ſemper exiſtente. Si uerò non uis, ſed contendis, derideo tuam amentiam. Imò potius deploro tuam temerariam audaciam. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Vox erat, obliterat uocem, nõ erat: & Deus, obliterat uocem, non Deus. His quæ ſcripta ſunt crede: quæ non ſunt ſcripta, ne quære. Hoc uerbum filius ille Dei, homo factum eſt, propter elapſum hominem Adam. Propter Adam, incorporeus in corpore. Propter corpus, accepit lux ipſum uerbum corpus, ut ne combureret ea quæ uidemus. Condeſcendit in carnem, ut caro in illo coeleuaretur. Inuiſibilis in uiſibili, ut ſuccumberent ea quæ uidentur. Velut homo ſub tempus, uelut Deus ante tempora. Vox uelut, non ſimilitudine, ſed ueritate, utrumque, Deus & homo. Deus erat, homo factus eſt propter diſpenſationis myſterium. Non prius eſt, factus eſt: & tunc, erat: ſed prius eſt, erat: & tunc factus eſt. Ne igitur id quod quod propter myſterium eſt, tollat unigeniti deitatem. Hæc enim ſunt hæreticorum effugia, & Manichæorum inſaniæ. Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, qui eſt Chriſtus Ieſus. Genitus eſt per mulierem, ut genitos regeneraret. Crucifixus eſt uolens, ut inuitè crucifixos detraheret: mortuus eſt uolens, ut inuoluntariè mortuos exuſcitaret. Suſcepit quam non ſuſcipiebat mortem, ut eos qui ſub morte ſunt uiuificaret. Deuorauit ipſum mors ignorans, ubi deuoraſſet cognouit quem non deuorauit. Deuorauit uitam, deuorata eſt à uita. Deuorauit unum cum omnibus, perdidit propter unum omnes. Rapuit ut leo, confracti ſunt dentes ipſius. Quapropter etiam uelut debilis contemnitur. Non enim amplius uelut leonem timemus, ſed uelut pellem conculcamus. Vnigeniti ex patre generatio, ſilentio colatur. Nouit enim ipſe qui generauit, & qui genitus eſt. Noſſe enim debemus, quæ loqui oportet, & quæ oportet ſilere. Non omnia per linguam dici poſſunt, ut ne mens uelut oculus totum ſolem intueri uolens, perdat etiam id quod habet lumen. In hoc enim cognoſcis, ſi cognoueris quod nõ comprehendiſti. Illam igitur generationem arcanam & inenarrabilem, ſilentio colamus. Si uerò etiam circa hanc deficiemus, ne contriſtemur. Illa etenim horrenda eſt, propter naturam: hæc uerò inexplicabilis, propter nouitatem. Ioannes equidem uox dicebatur clamantis in deſerto. Verùm homo erat natura. Ne igitur tollas propter nomen uerbi, unigeniti ſubſtantiam. Fortaſſis autem dixeris, Cur

igitur

igitur ex dextris ſedens, honoratior eſt? At ſi quidem per ſeipſum honorem haberet, reuera honoratior eſſet. Si uerò à genitore accepit, eius qui dedit eſt beneficium. Non erat alius filius, ut ex ſiniſtris ſederet. Vnus ingenitus Deus. Vnus huius unigenitus filius & Deus. Decebat igitur non filium porrigere patri dextram, ſed patrem filio. Nimirum ſeparatæ à nobis naturæ, etiam intelligentiam ſeparato. Nam apud nos pater, ex alio patre, & temporibus opus habet, & educatione, & augmento, & alia cura. Et non quod uult pater generat. At uerò Deus concurrentem uoluntati habens potentiam, genuit dignum ſeipſo, genuit uelut ipſe nouit. Cui gloria in ſecula, Amen.

FINIS QVARTI TOMI OPERVM DIVI BASILII Magni, Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopi: Iano Cornario Medico Phyſico interprete.

AD DIVVM BASILIVM VOTVM interpretis.

Diue precor Baſili, ut ſenſus ſi manibus iſtis
Noſtræ operæ obtigerit, & bonus iſta probas:
Chriſtum interpelles pro nobis iugiter, ut ſit
Poſt obitum in regno portio prompta ſuo.
Non quod pro meritis auſim hoc ſperare, ſed eius
Fiat ut hinc cunctis gratia lucidior.

DIVI BASILII MAGNI CAESAREAE CAPPADOCIAE ARCHIEPI-SCOPI OPERVM, TOMVS QVINTVS:

cuius contenta uerſa pagina reperies.

QVINTVS TOMVS HAEC CONTINET:

Explicationes in Pſalterium Dauidis.

Vita Baſilij Magni, per Gregorium Nazianzenum Raphaele Volaterrano interprete.

DIVI BASILII MAGNI, CAESAREAE CAPPADOCIAE ARCHI- EPISCOPI, IN PSALMOS DA- uidis Explicationes.

PSALMVS PRIMVS.

Argumentum.

*Antitheſin ſeu collationem Pſalmus hic continet piorum & impio-
rum, & in quo uera beatitudo ſita ſit, oſtendit.*

B*Eatus uir.*) Beatitudinis nomen, eius uitæ generis, quod uir 1
tute regitur, fructum ac emolumentum continet. Sicut enim
reliqua humanę uitæ genera certum, definitumq́, ad quem col
limant ſcopum habent propoſitum (uerbi gratia, ſcientia mi-
litaris trophæa, Medicorum ars ſecundam ualetudinem &c.)
ita & illa ſcientia, quę uirtutem profitet̃, optatam ſibi metam,
diuinam nimirum & immortalem beatitatem, quam curſu con
tingat, intuetur. Licet autem uiri tantum mẽtio hic fiat, nequa
quam tamen exiſtimãdũ eſt, muliebrẽ ſexũ ueræ felicitatis con
ſortio excludi: præſertim cum fœmina tam arcto ſit uinculo uiro coniuncta, quàm capi
ti corpus, eiusq́ membra. Haudquaquam autem temere et citra rationem certam factũ
eſt, quòd uiæ primò, deinde ſtationis, tum ſeſſionis mentionem uates fecit. Hæc enim gra
datio ad humanæ mentis naturã & ingenium accommodata eſt, quæ ad rem quamlibet
primò mouetur, mox pedem in ea utcunq́ figit, tandem in illa ipſa acquieſcit, ac conſe
neſcit. Impiorũ autẽ nomine in Scriptura illi ueniũt, qui uel planè ſunt ἄθεοι, et ab omni
Numinis diuini cultu alieni, uel licet religionis cura tangantur aliqua, plures ſibi tamen
deos fingunt atq́ ſomniant: peccatorum uerò numero, qui perperam & contra æquita
tis præſcriptum uitæ ſuæ curſum inſtituunt, continentur: peſtilentes denique, qui non
ſibi ipſis tantum, ſed & alijs exitium afferunt, dicuntur. Quocirca hæc Prophetæ ad-
monitio, ut huius farinę hominum deuitemus conſortium, præcipit.
Sed in lege.) Decet autẽ ut non ſolum, modò enumerata ſcelera horreamus: ſed & ẽ 2
cõtrario legem diuinã diurna ſimul & nocturna manu uerſemus, alta mente reponamus,
eiq́ tanquam generoſſiſſimæ radici optimè reſpondentes fructus proferamus.
Et erit.) Sacri ſpiritus fluenta aquaticas irrigationes referunt. Sicut enĩ hæ ad ripas 3
ipſarum conſitas arbores uirentes efficiunt: ita & illa, ut cœleſtes protrudamus fructus
promouent. Præclare igitur ſacer rex ac uates Dauid eum, qui diuinis intentus eſt ora-
culis, arbori folia nunquam non uirentia, ſuoq́ tempore fructum ferẽti aſſimilauit. Nam
qui in uirtutis certamine puluerem colligunt, laborum à ſe exantlatorum coronam in fu
tura uita conſequentur: ſpem interim in hac lachrymarum ualle, tanquam uirentia fo
lia, in ſeipſis fouentes.
Et omnia.) Hanc particulam (Et omnia) non temerè ſed arduam ob cauſam inſe 4
ruit. Primò namq́ omne genus maliciæ reprobauit: deinde legis diuinæ omnibus ab-
ſolutam numeris perfectionẽ ſubmonſtrauit: tum hæc ſubiecit, Omniaq́ quæ faciet ſe
cundabuntur: utpote cui compertũ erat nihil eum contra diuinæ legis pręſcriptũ tenta
turum, qui ſuam ei uoluntatem ſubiecit ac conformauit.
Non ſic impij, non ſic.) Iteratione pernegationis, quantum inter pios ſit & impios 5
diſcrimen, manifeſtè exprimit. Mox ſubiungit: Sed tanquam puluis. & quæ ſequuntur.
Sententia eſt: illi, hoc eſt, pij oraculis cœlitus patefactis irrigati, omni tempore uirent
ac florent, nec non fructum maturum proferunt: hi uerò, nimirum impij, pulueris inſtar,
à contrarijs uentorum flatibus huc illuc circumaguntur.

6 *Ideo non.*) Spiritus ſacroſanctus cuncta diligentiſſimè explicat. Neq; enim aſſerit, impios planè non reſurrecturos: ſed in iudicium haud reſurrecturos. hoc eſt, non in iudicium, ſed in condemnationem reſurrecturos. Etenim cum ipſorũ impietas luce meridiana ſit clarior, nullus erit locus iudicio aut legitimæ diſceptationi: ſed definitiuæ ſententiæ ac ſupplicio. Nam & illi, qui impijs quidem opinionibus implicati nequaquam ſunt, iniuſtam tamen ducunt uitam, à iuſtorum concilio ablegabuntur. Vocem hanc βουλὴν, id eſt conſilium, quod attinet, bifariam ea eſt ab interpretibus reddita: Aquila namq; & Theodotion ſynagogam, conuentum uerò Symmachus reddidere.

7 *Quoniam nouit.*) Iudex hic iuſtus, inquit Regius uates, cognita perſpectaq́; habet omnia, etiam antequam iudicium conſtituatur: quapropter neq; demonſtrationibus, neque cõmendationib. magnopere indiget. Vnde licet colligere hunc ipſum, quoſdã corona æternę uitæ ornaturos, quoſdã uerò ad ſempiterna ſupplicia deſtinaturos. Sed & hæc obiter attendenda phraſis eſt: Iter impiorũ interiturũ: neque enim ab Apoſtolicis dictis eſt aliena, cuius generis hoc eſſe uidetur: Cuius opus exuſtum fuerit, multum damni patietur. Iuſtorum namq; uirorum facta conſpicua extabunt: cum è contrario impij unà cum ſua impietate ſint interituri.

PSALMVS II.

Sine titulo eſt apud Hebræos.

Argumentum.

Deſcribitur uati magnum odium hoſtium Euangelij, quo Chriſtum & eius Eccleſiam proſequuntur, & quæ nam illos pœna, niſi reſipiſcant, maneat, oſtenditur.

1 Q*uare fremuerũt.*) Impiorũ mentione primo Pſalmo extremam manum impoſuit. Atqui ab hac ipſa ſecũdi Pſalmi initiũ ſumit, haud obſcure innuẽs, prædicta impiorum lata eos etiam manere, qui ſuam erga Seruatorem noſtrum dementiam declarant, reges dico principesq́;, tam Iudæos, quàm alienigenas. In hoc namq; ſecundo Pſalmo partim quæ humanitus illi accidêre prædicit, partim uerò regnum eius deſcribit. Deinde Gentium uocationem oraculari uaticinio, Iudæorum autem incredulitatem luctu proſequitur. Illud enim ſermonis genus, quo hic Regius uates utitur (Quare fremuerũt gentes) deplorantis eſt, ac de reprobatorum inſania querelam ſpargentis nota ac indicium. Appoſite autem uani populi perſonæ illud accomodauit (Meditati ſunt) Iudæi etenim hac ipſa contra mundi Soſpitatorem meditatione ſuam prodidere ineptiam.

Fremuerunt.) ideſt, iuxta Aquilæ interpretationem, Tumultuati ſunt: at ex ſententia Symmachi, Turbant.

2 *Dirumpamus uincula eorum.*) Qui namq; honore non afficit filium, ne patrem quidem: filioq; contempto, patris iugum humeris ſuis excutit. At mihi hoc loco uidetur Spiritus ſacer credentibus hoc in mandatis dare, ut in hæc erumpant uerba: Dirumpanus eorum uincula, impiorum nimirum Gentium, & proijciamus à nobis iugum ipſorũ: quaſi dicat, impiorum Iudæorum: & ſubmittamus collum ſuaui iugo Chriſti.

3 *Qui habitat in cœlis.*) Quem enim Illi (Iudæi nempe ac Gentiles) cruci affixere, mortiq; tradidere, in cœlis dominatur, omniaq; imperio ſuo premit: quocirca & is ipſe hoſtium ſuorum conſilia ac conatus ad irritum dirigit, & ipſius pater Deus optimus Maximus dignam in illos uindictam exercebit.

4 *Et in furore ſuo.*) Horum quoque uerborum explanationem ipſemet iſtarum actionum exitus perhibet. Romanus quippe exercitus in illos eductus, cum ciuitatem, tum templum flammis abſumpſit: plurimamq; illorum multitudinem ad internecionem redegit: eos uerò, qui cæde elapſi fuerant in captiuitatem, ſeruitutemq; pertraxit.

5 *Super Sion montem.*) Hoc etiam loco diſtinguere lectionem incongruum haud fuerit: tumq; demum ſubnectere, Super Sion montem ſanctum eius. Haud quaquam enim Sion duntaxat, ſed & uniuerſa creatura imperio ipſius premitur. In Sione autem monte cœleſtem ſuam doctrinam ijs communicauit, qui illum conuenerunt: quicunque uerò eam complexi ſunt, ſacroſanctis nimirum eius mandatis morem gerentes, in totum ter-

rarum

rarum orbem ſacra fluenta deriuarunt. Cæterùm illud, Ego autẽ conſtitutus rex ſum ab eo, more humano dictum eſt. Nam quatenus Deus eſt, naturaliter ſibi regnũ uendicat.

Dominus dixit ad me.) Nullus ſancti Dauidis doctrinæ credens, hæc uerba diuinæ 6
Chriſti naturæ accommodet. De hac etenim Dei potius omnipotentis per hunc ipſum Dauidem editam uocem audiemus, Ex utero ante Luciferum genui te. Quapropter prę dictam uocem, quatenus homo eſt, admittit.

Poſtula à me.) Sed & quæ iam ſubnectuntur, Chriſto, quatenus homo eſt, conueni 7
unt. Quatenus etenim Deus eſt, uniuerſa per ipſum creata ſunt. Attamen cum natura, ut Deus cunctorum Dominus exiſtat, quatenus homo, horum imperium patri acceptum fert. Quoniam autem à multis retro ſeculis non niſi Iudæorum affici cura uidebatur: illi uerò quaſi nequicquam ex illa fructus ac emolumenti conſecuturi, prouidentiam hanc reſpuerunt: haud immeritò ad Gentes eam tranſtulit.

Paſces eos uirga ferrea.) Quis non hoc loco Iudæorum extremam incredulitatem lu- 8
ctu atq; lachrymis proſequeretur: qui cùm prophetiam expreſſam audiuerint, nullũ omnino ex ipſorum regum numero ad tantam principatus potentiam euehendum fore, excepto illo ſolo, qui ex Dauide quoad carnẽ oriundus eſſet, Domino uidelicet Ieſu Chriſto: nihilominus tamen oculos uſq; adeò excæcatos habent? Hac nimirum de cauſa, eos qui ab illis cruci affixus eſt, paſcit in uirga ferrea, Romano utpote imperio: quod & Danielis uaticinium tropice, ob debilitatum eius robur, ferreum appellat.

Tanquam uas.) Et conteret eos tanquam uaſa lutea. Nam quoniam ſolum illum regẽ 9
aſpernati ſunt, Cæſarem illis, quem cõcupiuerant impoſuit, perq; huius militares copias impietatis pœnas de ipſis ſumpſit. At ſiquis non de Iudæis hæc, ſed Gentibus pronunciata exiſtimet, hunc in modum ea accipere conueniet: quòd nimirum Gentes ualidiſſimo ſuo, & infracto regno paſcat, inſtarq; uaſorum figuli conterat, dum eas per regenerationis lauacrum diſſoluit atq; refingit, nec non ſacroſancti Spiritus igni confirmatas reddit.

Et nunc reges.) In uos omnes regnum exercet, qui quondam Iudæos tãtum imperio 10
premere uidebatur: quocirca prudenter agite.

Seruite.) Neq; enim ſolius benignitatis ratione habita confidendum eſt, ſed etiam 11
omnibus qui ſalute ſua antiquius nihil habent, propter adiunctam iuſticiã, dare operam debent, ut timeant, tremant ac formident. Qui namq;, ut ait Apoſtolus, ſtare uidetur, uideat ne cadat.

Apprehendite.) Ad perfectionem namq; haud ſufficit, ſi nudam Dei cognitionem 12
conſecuti ſitis: ſed & uirtutem opere ac reipſa proferatis neceſſe eſt: qua comprehenſa, certam ac rectam uiam tenebitis.

Et pereatis.) Quoniam in iudicij extremi die, in quo ueſtra nequitia non ſecus ac ne- 13
mus accenſu facilimũ, iram Dei tanquam ignis inflammabit, procul à iuſtorum uia iuſta aberitis, pœnaſq; ueſtrorum delictorum exoluetis.

Beati omnes.) Quamuis in præſenti hoc ſeculo felicem ducant uitam, qui in uirtutis 14
uerſantur puluere: ueriorem tamen beatitudinem in futura adipiſcentur: ubi qui malicioſe uitam ſuam tranſegerunt, iram ſibi Numinis diuini conciliabunt.

PSALMVS III.

Argumentum.

Poſt geminam illam iniquitatem, magnus Dauid in multas ærumnas incidit. Non enim uicinæ tantùm gentes bellum ei intulerunt: ſed & ipſi filius ſeditionem mouit. Illo itaq; tempore cum filium fugeret, hunc Pſalmum exarauit.

D*Omine quid multiplicati.*) Plurimi quidem, ait, omniſq; generis hoſtes impetum 1
in me faciunt: uerùm ex his uniuerſis, nulli me magis excruciant, quàm qui prouidentia tua me excidiſſe contendunt. Ego uerò certo certius ſcio, quòd neutiquam me ſuſtineas contemnere, quamuis primùm peccarim: ſed multò magis, cum ob peccatum me humiliarim, exaltaturus ſis & uictoriã de hoſtibus conceſſurus. Hoc enim non obſcure ſignificat, cum inquit, &c.

2 *Tu autem Domine.*) Neutiquam enim de regno uel potentia mea quicquam præſu-
mo: uerùm te meam eſſe gloriam confido, & quòd primo quoque tempore dextera tua
ſim euehendus, ſpem haud inanem foueo.

3 *Voce mea.*) Vox hoc loco & clamor neutiquam de uociferatione, ſed intimo animæ
deſiderio accipienda eſt. Nam ad Moyſem tacentem etiam in hunc modum Dominus
loquutus eſt; Quid clamas ad me? ſilentium eius clamorem appellans, propter aſſiduas
quas mente ad Dñm fundebat preces. Illud uerò, Et exaudiuit me de monte ſancto
ſuo: ex opinione quadam ueteri dictum eſſe apparet. Exiſtimabatur enim uulgò Deũ in
tabernaculo ſedem ac domicilium ſuum habere: eo quòd ex illo reſponſa ac oracula Dei
ad ſacerdotes proficiſcerentur.

4 *Ego dormiui.*) Noctis appellatione ſacra Scriptura ſæpiuſcule ærumnas exprimit.
Qui namq; calamitatib. ualde grauib. premunť in tenebris quodãmodo uitã ducere ſibi
uidenť. Noctẽ aũt ſomnus comitať. Simul itaq; cũ miſerias, tũ earundẽ amolitionẽ innu-
it. Illud quippe, Exurrexi, quia Dñs ſuſcepit me, perinde eſt, ac ſi dicat: Quoniã diuina ad
iutus ſum ope, malorũ omniũ in me impreſſionem facientium uictor tandem euaſi.

5 *Non timebo.*) Nam ſi tu præſto fueris, ſolus etiam abundè ſuffeceris ad propellendas
multas hoſtium myriadas.

6 *Exurge Domine.*) Abſolutam igitur omnibus numeris ſalutem largire, & quemad-
modũ aliàs ſæpe, de ijs, q iniquo me ꝓſequuti ſunt odio, tam contribulib. quàm alienige
nis, deq; Saule ipſo pœnas expetiuiſti: ita mihi quoque ſalutem conferre, ne dedigneris.

7 *Dentes peccatorum contriuiſti.*) Hoc eſt, Omni eos uirtute denudaſti. Tranſlatio à be-
ſtijs petita eſt, quæ dentibus amiſſis, contemptui habentur.

8 *Domini eſt ſalus.*) Spem, inquit, in nullo homine repono, ſed à te ſalutem expecto: ne
que uerò ego ſolus, ſed & omnis tuus populus, qui unà mecum oppugnatur. Afficior
autem animo etiam pro ipſis hoſtibus, cum & illi tuus populus appellentur. Pacis be-
nedictionem itaq; utriſq; larg iare quæſo.

PSALMVS IIII.

Argumentum.

Extincto Saule, inh thronum euectus regium, Dei benignitatem prædicat,
& oſtibus, ut Dei iuſsis obediant, ſuadet.

1 D*Eus iuſticiæ meæ.*) Iuſticia hoc loco ea nominať, ex cuius præſcripto Dauid iuſtũ
eſſe rebať, nõ quidẽ ſeipſum uindicare & ulciſci, ſed montẽ Dei cuſtodire ac tueri.

2 *In tribulatione dilataſti me.*) Bifariam autem dilatauit. Semel quòd preces eius exau-
diuit: iterum quòd citò exaudiuit. Sicut enim ſerò exaudiri anguſtia eſt, & dimidia qua-
ſi gratia: ita extemplò exaudiri, latitudo ac gemina gratia.

3 *Miſerere mei.*) Quonam aũt pacto cum antea iuſticiæ m entionẽ fecerit, hic cõmiſe
rationis & miſericordiæ meminit? Factum eſt hoc accõmodate adm odum. Nam abſq;
commiſeratione & miſericordia ſalutis nunquam cõp o tes ſiemus, licet ad ipſum uſque
uirtutis culmen aſcenderimus.

4 *Filij hominum.*) Quos'nam hominũ filios appellat? Eos q malicioſam uitã tranſigũt
atq; ad impietatẽ ꝓpendent. Qui nam igiť ne nos quidẽ filij ſumus hominũ? Natura qui-
dem hominum, ſed gratia Dei filij ſumus. Quid autem ſibi uult quòd dicit, Graui corde?
Carnales intelligit, terræ ad dictos, & qu i uoluptatibus quaſi computruerunt.

5 *Ut quid diligitis.*) Videtur mihi hic de idololatria & malicioſa uita uerba facere. Vanũ
enim id quod uacuum eſt dicit, nomine tantùm ſine re in natura rerum exiſtente. Sic &
apud alienigenas deorũ nomina quidẽ ſunt plurima, cũ tamen res ipſæ nuſq; inueniant.

6 *Quod mirificauerit.*) Id eſt, conſpicuum & excellentem eum reddiderit, qui in ipſo fi-
duciam ſuam collocat.

7 *Dominus exaudiet me.*) Dixerat modò quòd Dñs ſanctũ ſuũ mirificârit: eo aũt non
contentus, aliud felicitatis genus ſubijcit. At quod'nam illud? Quòd nimirum omni cũ
tempore, tum loco Dominum propitium atque à ſuis partibus ſtantem habeat.

Iraſcimini & nolite peccare.) Iram per ſe non prohibet, cum interdum ſit utilis. Neq; 8
omnem animi commotionem ſtirpitus euellit, utpote quæ contra iniuſtos ſit uſui: ſed
iram iniuſtam & brutam, ueluti animi perturbationem, reſcindit.

Quæ dicitis in cordibus ueſtris.) Sententia eſt: Quæ interdiu praua in animo uoluiſtis 9
conſilia, ea in cubiculis ueſtris ad quietem uos compoſituri emendate, inq; uos ipſos in-
quirite. Quare autem non de uerbis, factisq; potius, quàm de prauis cogitationibus lo
quutus eſt? Ex comparatione minorum ac maiorum hoc factum eſt. Etenim ſi mala
corrigenda ſunt cōſilia, quantò magis ob praua dicta atq; facta anima eſt cōpungenda?

Sacrificate ſacrificium iuſticiæ.) Haudquaquam, dicere uult, oues, uituli'ue immolādi 10
fuerint: ſed iuſticia colenda. Neq; enim mala declinaſſe ſatis fuerit, niſi inſuper bona ope
reacreipſa præſtiteris.

Multi dicunt.) Non, inquit, Pauci, probati ac ſapientes: ſed multi, hoc eſt, circum 11
foranei & homines nihili, qui cæco huius mundi amore capti, prouidentiam diuinam in
cuſant, dicentes: Vbi ſunt dona Dei? dum nos interim extrema premimur inopia.

Signatū eſt ſuper nos.) Nō dicit, Apparuit, ſed, Signatū eſt. Sicut em̄ ſignū frōti impreſ 12
ſū, omniū oculis eſt expoſitū, ſicut itē lucis aſpectus manifeſtus ac clarus eſt: ita etiam diui
ni Numinis ꝓuidētia inſignis, euidēs ac luce meridiana eſt clarior. Manifeſta, inquit, &
ſplēdida facta eſt ſuper nos ꝓuidētia tua & opitulatio. Hāc em̄ lucis appellatiōe inſignit.

Dediſti læticiam.) Nō ſimpliciter & omnino dicit, Dediſti læticiam: ſed addit, In cor 13
meum. Læticia namq; hæc non in externis fortuitisq;, utpote argento & auro (hæc em̄
non cordis, ſed oculorum læticia eſt) ſed in ipſo corde ſpiritualia, & à corporea mole ſe
creta ac libera contemplante, cernitur.

A fructu frumenti.) Cum dicit, frumentum, uinum & oleum nobis dedit, per meto 14
nymiam ex parte totum proponit, & diuinæ prouidentiæ ianuas, ut ita loquar, aperit:
quæ in huiusmodi rebus, in exteriores ſenſus incurrentibus, ſeſe profert atq; declarat.

In pace in idipſum.) Quid'nam ſibi uult quòd dicit, In idipſum? Coactum, & in ſe- 15
ipſo contractum, & quantum conueniat homini cōputatū, non in curas mille diſtractū.

Quoniā tu Domine ſingulariter.) Singulariter, κατὰ μόνας, perinde ualet, ac malorū ca 16
rere commercio. Hanc enim pacem & futurorum bonorum ſpem conſequutus ſum, ut ti
bi cohabitem, à deprauatorum hominum conuerſatione longo interuallo ſeiunctus.

PSALMVS V.

Argumentum.

Opem Dei implorat contra Saulem, cùm ſibi, tum Deo aduerſarium.

Verba mea.) Cur potius dixit, Verba mea, quàm Sermonem meum? Quia ſermo 1
multa in ſe uerba complectitur, hæcq; illius ceu corporis integri membra ſunt.

Intellige clamorem meum.) Clamorem hic haud appellat ſonum uocis, ſed affectum 2
mentis, quemadmodum & Moyſi dicebat, Quid ad me clamas? Neq; enim clamor &
uox unum, idemq; ualent. Cum clamor ſit animę ad cœlos clamantis ſubiectio: uox uerò
cordis in anguſtijs cōſtituti gemitus, precatio, inopia atq; defectus quo quisq; laborat.

Rex meus & Deus meus.) Qui me ut Deus creaſti, & prouidentia tua curam mei in- 3
ſtar regis habuiſti.

Quoniam ad te orabo.) Oratio namq; non ad hominem, ſed ad ſolum Deum, ceu ſco 4
pum, collimat. Et quoniam de oratione præmiſit, Deū utiq; confeſſus eſt. Ceu regi qui
dem ſupplicationem: ceu Deo autem orationem aſſignauit.

Mane exaudies uocem meam.) In ipſo diei primordio opus hoc, inquit, peragam, & 5
non poſt mille alia opera, quod nonnullis in uſu eſt.

Mane adſtabo tibi.) Non quid certo ac definito loco aliquo, ſed operibus ipſis. Pro- 6
pinquus enim Deo, quicunq; ſic affectus eſt. Hinc enim illud, Vicinum uel longè remo
tum à Deo eſſe: cum aliàs Deus ubiq; ſit.

7 *Quoniam non Deus.*) Idola hoc loco perſtringit. Hæc enim in omnis generis iniquitate, alijſq; maliciæ factis, in delicijs habuere.

8 *Non habitabit.*) hoc eſt: Non eſt tibi amicus, neq; uicinus tibi erit.

9 *Neq; permanebunt iniuſti.*) Odium, quo Deus maliciam execratur, hic innuit: ut nequeas illi uicinus fieri, niſi dignus ſis, ſiue ſeruus ſiue liber, etiamſi rex uel cuiuſcunq; conditionis ac ſtatus fueris.

10 *Odiſti omnes, qui operantur.*) Neq; etenim ſolo odio ſuppliciū perficietur, inquit: ſed ſumetur de ijs omnibus, qui mendacium loquuntur. Propterea ijs quidem, qui intelligentia magis pollent, odium: obtuſioribus autem & obſtinacioribus, interitū minatus eſt.

11 *Virum ſanguinum.*) Atrocem ſignificat, & eum qui ſub æquitatis obtētu interiorem maliciam occultat.

12 *Ego autem in multitudine.*) At ne quis Eccleſiæ obijciat, Et qua ratione tu ſalutis fies particeps, cum & tu quoq; male egeris? Modum huius ſalutis conſequendæ expreſſit, nimirum per multitudinem miſericordiæ & beneficentiam copioſam.

13 *Adorabo ad templum.*) Quando etenim, inquit, gratiam adeptus fuero, & quæ me decent præſentauero, hoc ſacrificium offeram. Adorabo ad templum ſanctum tuum, in timore tuo: non ſicut maior pars hominum, qui negligenter ac oſcitanter orant, uerùm cum timore ac tremore.

14 *Domine deduc me.*) Commode dixit, In iuſticia tua. Nam & humana quædam eſt iuſticia, ab externis nimirum legibus nata: uerùm illa imperfecta. Ego uerò tuam deſidero iuſticiam. Recte autem & illud alterum adiecit, Deduc me: quod nihil eſt aliud, quàm quaſi comprehenſum manu ex quadam huius uitæ caligine educere.

15 *Propter inimicos meos.*) Multi in me hoſtes impetum fecerunt, greſſus meos impedire conantes. Cum itaq; talibus inſidijs & inſultibus impetar, ut tu mihi opem feras atq; deducas, indigeo. Dirige, inquit, in conſpectu tuo uiam meam, hoc eſt, Effice eam rectam, cognitam, & expeditam.

16 *Quoniam non eſt in ore eorum.*) Iſta, uti quidem mihi uidetur, de his, qui in malicia uiuunt protulit, qua & os & animus, utpote omni bono uacuus, traducitur.

17 *Sepulchrum apertum eſt guttur eorum.*) Partim truculentos hic notat, partim eos, qui peſtifera ferunt dogmata.

18 *Linguis ſuis doloſe egerunt.*) Aliud maliciæ genus. Nā illi de quibus hactenus, dolū in animo quidē uerſant: hi uerò ne ab ipſis quidē temperātes uerbis, maliciā machinātur.

19 *Decidant à conſilijs ſuis.*) Non dixit, Puni eos: ſed, ſecerne & compeſce eos. Id quod nihil eſt aliud, quàm pro ipſis, ne deteriores euadant, preces fundere.

20 *Quoniam irritauerunt te Domine.*) Non mearum, inquit, priuatarum rerum cura tantopere tangor: ſed propter ea, quæ te concernunt, angor, inq; animo diſcrucior. Eſt enim hæc propria ſanctorum nota, ut res ſuas negligant: ijs uerò, quæ Dei ſunt, antiquius nihil habeant.

21 *Et lætabuntur omnes.*) Nā & illi meliores euadēt, maliciæ uinculis ſoluti: & alij ob illorū reſipiſcētiā maxima uoluptate perfundēt: nec nō reliq maiorē diligētiā adhibebūt.

22 *In ſeculum exultabunt.*) Ea enim demum conſtans eſt lætitia, nullo unquam tempore interitura. Hoc namq; per id innuit, quod dicit: Et tabernaculū figes in eis: ita ut reliquorum omnium gaudiorum melior non ſit ratio, quàm profluentium aquarum, eo q uelociſſime diffluant.

23 *Et gloriabuntur in te.*) His etenim ſolis datum eſt uere gloriari & lætari: cum reliqui qui rebus caducis ac fluxis delectantur, ijs non ſint abſimiles, qui in ſomnijs delectant.

24 *Quoniam tu benedices iuſto Domine.*) Quem Dominus laudat, cuiq; benedicit, is licet uituperetur ab omnibus, omnibus tamen eſt ſublimior. Sicut & è contrario, niſi quē Dominus ipſe laudarit, etiamſi omnium celebretur encomijs, nihil illi tamen profuerit.

25 *Tanquam ſcuto quodam.*) hoc eſt: Securitate nos & gloria muniuiſti.

PSALMVS VI.

Argumentum.

Videtur Dauid Pſalmum hunc compoſuiſſe, cum ob Vriam interfectum & raptam eius coniugem in magnas incidiſſet calamitates.

D*omine ne in furore tuo.*) Quoniã adulterij & homicidij crimẽ quo me obſtrinxi, 1
ex hæreditate mea me exterminauit: ne mihi quæſo ob Vriã ſuccẽſeas uehementi
us, neq; Berſabeæ nomine excandeſcas.
Quoniã infirmus ſum.) Per infirmitatem in præſentia nõ quidẽ corporis ægritudinẽ, 2
ſed ultrò obrepentẽ fidei remiſſionẽ intelligit. Cõcupiſcẽtiæ etẽm æſtũ, hãc eſſe rẽ, ſenſit.
Sana me Domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea.) Neq; etiam oſſium hic nomi- 3
ne, corporis oſſa, ſed robuſtas cogitationũ uires intelligit: quæ adulterij ſpiritu pertur
batæ, ac ueluti procella quadam erant adobrutæ.
Et anima mea.) Quoniam eorum, in quibus grauiter deliquerat, haud leui ſenſu ta- 4
ctus fuit, cruciatus conſcientiæ ſuſtinuit, & à proprijs cogitationibus non ſecus atq; à car
nificibus flagris cæſus fuit, precatur, ut ab illis cruciatibus animæ ſuæ ſanetur.
Et tu Domine uſq; quo.) Ad pœnitentiam me non ſegniter accinxi, tu uiciſſim ad p 5
uidentiam in me tardior eſſe noli. Quoniam itaque delictorum quidem ueniam accepit,
poſt hanc uerò cum tribulationibus tentationibusq; colluctatus eſt, ac terrore plenarũ
ærumnarum medicamenta quaſi hauſit: medicum ut ea tandem auferat, obteſtatur.
Conuertere Domine.) Duo hic ponit. Primum ut ſe conuertat: alterum, ut animam ſu 6
am eripiat. Hoc enim præcipuè à iuſtis exoptatur, ut & reconciliati eſſent, nec repudia-
rentur. Hoc namq; & alterum illud concomitatur, nempe ut anima conſeruetur.
Quoniam non eſt in morte.) Hoc non in eum finem dicit, quòd ſalus noſtra in præſen- 7
ti tãtum uita conſiſtat, nullo modo (compertiſſimam enim reſurrectionis doctrinam ha
bebat) ſed quòd poſt diſceſſum ex hac uita reſipiſcentiæ locus detũ nullus, & quòd cum
Dei beneuolentia noſtra etiam ſtudia coniungenda ſint. Attende enim quid ultra dicat.
Laboraui in gemitu meo.) Hoc omnib. uitæ ſuæ dieb. uates fecit, neq; de exacto tantũ, 8
ſed & inſtãti loquit. Quod eñ reliqui omnes remiſſiõis tẽpus fecerũt, ille cõfeſſiõis fecit.
Lachrymis meis.) Quoniam enim tranſgreſſiones ſuas ſemper ob oculos, hoc eſt, ſe- 9
am animæ facultatem, quæ in contemplando ac cogitando occupata eſt, habebat, & irã
Dei conſiderabat: in metu conſtitutus erat, non abſq; mœrore uitam ducens, ut pleriq;
ſolent, ſed anxius, tremens ac metuens.
Inueteratus ſum.) Pro eo quod eſt, Debilitatus ſum ab inimicis meis. Eſt enim omnis 10
noſtra uita in certamine, & infinitis hoſtibus expoſita: qui, ubi peccata incurrerimus,
robuſtiores redduntur.
Diſcedite à me omnes.) Haud ſpernenda ad uirtutem uia eſt, malorum declinatio. Hic 11
enim reſipiſcenę fructus eſt, lachrymarumq; quæſtus multò uberrimus.
Quoniam exaudiuit Dominus uocem.) Vocem & hic non clamorem ſonorũ, ſed affe- 12
ctum mentis nominat: pari ratione, fletum non eum tantum, qui in oculis oboritur, ſed
qui ex animæ penetralibus intimis oritur.
Auertantur & pudefiant.) Nam qui non benè currunt, ſi pudore ſuffuſi fuerint atq; 13
pedem retulerint, à malicia deſiſtent.

PSALMVS VII.

Argumentum.

Quoniam à Saule proditionis inſimulatus fuerat, idcirco in hoc Pſalmo ſeſe Domino purgat: ſuã innocentiam palàm teſtatur, & opem Domini contra tam crudelem hoſtem implorat, ipſiusq; interitum prænunciat.

D*omine Deus meus, in te ſperaui, ſerua me.*) En animum homine philoſopho dignũ. 1
Nõ dixit, puni hoſtem, occide inimicũ: uerũ quid? Quod ſe attinebat, hoc ſolũ quę
tit, dicens: Serua me, ne patiaris me adfligi.
Ex omnibus perſequentibus me.) Obſerua quomodo tum etiam, cũ miſere adfligeretur 2
expreſſe

expreſſe tamen parricidam non nominarit, ſed maiorem huius ſcelerati facinoris culpā in ipſum exercitum, quàm tyrannum contulerit.

3 *Ne quando rapiat.*) Cur nō dicit, Ne quando rapiant ſicut leones animam meam: ſed, Ne quando rapiat animam meam ſicut leo? Sicut ab imperatore militari uniuerſus regitur exercitus: ita cum Abeſhalon milites gubernaret, quos ſuo premebat imperio, & quorum auxilio patrē perſequebatur: appellat eū Dauid leonē, exercitus principem.

4 *Si non ſit, qui redimat.*) Quanquam & ipſe copias conſcripſiſſet, plurimiſq; ſtipatus eſſet, haudquaquam tamen auxilij loco habebat, ne uniuerſum quidem terrarum orbem, niſi cœleſti ope ſuffultus foret: ſed orabat ne idem ſibi unquam, quod Abeſhalamo, uſu ueniret, qui ob ſuam maliciam diuino orbatus ſubſidio deprehendebatur.

5 *Domine Deus meus, ſi feci hoc.*) Quod patior, inquit, ſi aduerſus patrem meum inſurrexi, ſi hoc modo iniuſte egi, ſi manus meas ad uindictam atq; pœnam in aduerſarios moui. Nam quo minus id in filiū perpatraram, ipſa me natura cohibuit. Imò ſi in alium quenquam iniurius fui.

6 *Decedam utique ab inimicis meis inanis.*) hoc eſt, Spe illa quam foueo fruſtrabor. Quoniam in ſpem uenerat, haud fore, ut in manus hoſtium ueniret: ſed potius ut illorum inſidias euitaret. At quòd hoſtes habuit, ipſe in cauſa minime fuit, ſed qui inimico in ipſū animo erant. Aliàs inquit: Si reddidi ſenſibilibus & cognatis inimicis meis mala, ne potiar uictoria cōtra ſpiritales inimicos: ſed illorum dominio ſubijciar, & unà cum uita mea humilietur ac conculcetur gloria mea.

7 *Exurge Domine in ira tua.*) Exurgendi uox non eſt de corpore accipienda, cum de pœna ac internecione loquatur: quēadmodum & iræ nomine ſuppliciū, pœnamq; nō ſemel intelligit. In ijs enim ira dominatur, qui perturbationibus ſunt obnoxij, cum in Deum nulla planē cadat perturbatio.

8 *Exaltare.*) Exaltare, ait, & uindictam de hoſtibus noſtris expete, tuāq; poteſtatem oſtende: ut qui te abiectum eſſe falſò exiſtimant, gloriam tuam ex ijs quæ patiuntur, cognoſcant. Neq; enim ex propria natura, ſed ex plerorumq; opinione praua pro tua longanimitate in eam ſententiā inducuntur, ut te humilem arbitrentur.

9 *In finibus inimicorum tuorum.*) Alij dicunt, In capitibus: alij uerò, Ne quiſquam inimicorum aufugiat. Magna uerò iuſti huius uirtus eſt, utpote cui ijdem cum Deo & amici & inimici ſunt.

10 *Et exurge Domine Deus meus in præcepto.*) Quod nobis legis loco hic conſtituiſti: id eſt, ipſe nobis per iniuriam oppreſſis opere ipſo perfice. Vel alio modo: Quoniam pollicitus erat, q; inimicus eſſet inimicis eius, & iniuria oppreſſis ſubuenire uellet.

11 *Et ſynagoga populorum circundabit te.*) A' forma & modo ſtationis, quæ in ſacrario habebatur (in orbē quippe collecti canebāt) laudis celebritatē amplificat. Numē enim diuinum, quod circumſcribi nō poteſt, orbe ac cancellis nō includitur. Quod autem dicit, tale eſt: Adiuua & ulciſcere. Hoc namq; & apud inimicos tuos excelſum te efficiet, & in populo tuo plurimas conciliabit laudes.

12 *Et propter hanc in ſublime reuertere.*) hoc eſt: per hanc ſynagogam & laudem in ſublime reuertere: ac ſi dicat, Res noſtras ſublimes & conſpicuas redde, prioremq; felicitatem poſtliminio reſtitue.

13 *Dominus iudicat populos.*) Sententia eſt, quod eos, qui omnia caſu fortuito ac temerario ferri autumant, admonere uult, præeſſe rebus mortalium quandā prouidentiā, quæ factorum pœnas exigat. Iudicium autem hic cum futurum, tum præſens intelligit.

14 *Iudica me Domine, ſecundum iuſticiam meam.*) Percunctari hic aliquis meritò poſſet, quo pacto cum alio loco dixerit, Ne intres in iudicium cum ſeruo tuo: iam dicat, Iudica me ſecundum iuſticiam meam. Reſpondet itaq;: illic quidem inquit, Ne inquiras uitam meā ad normam beneficiorum meorum: hic uerò nō uult ad collectionem Dei iudicari, ſed ſecundum ſeipſum. Iuſticiam autē dicit, manibus iniuſta non cōmiſiſſe.

15 *Et ſecundum innocentiam meam.*) Iuxta hanc, in quit, iudicari cupio, quamuis

talis à

talis à paucis habear, à quibus iſta ſuffero: ſed uita mea calumnijs ſit expoſita.

Conſumetur nequitia peccatorum.) Animaduerſionem, inquit, & pœnam infer aduer 16
ſus impios. Supplicio namq; malis irrogato, attentiores iuſti euadent. Atq; ſic duo hinc
bona manabunt. Prius, quòd illi à malicia recedent: poſterius, quòd iſti ardentiore ani
mo uirtuti operam nauabunt.

Scrutans corda.) Hoc eſt, probans, & ad trutinā expendēs. Neq; eñ is teſtib. à quib. 17
doceat de re ulla, opus habet ad iudicandū. Ipſe eñ per ſe quæ occulta ſūt nouit. Renes
nāq; & corda, mētis recōdita appellat, ad ſitū harū partiū in corpore humano reſpiciēs.

Auxilium meum à Deo.) Hoc enim proprium eius opus eſt, mosq; perpetuus. 18

Deus iudex iuſtus, fortis & patiens.) Si enim quatenus iuſtus eſt, uult, & quatenus for 19
tis, poteſt: qui fit quod non protinus puniat? Quoniā patiens eſt, neq; irā ſuā ſtatim de
clarat. Etenim niſi id ita eſſet, haudquaquam tanquā magni quippiam poſuiſſet. Cæte-
rùm hoc dixit, quòd quamuis ipſa res pœnas expoſcat, Domini tamen benignitas tole-
rans eſt ac perferens. Iræ autem nomine ſupplicium accipiendum fuerit.

Niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum.) Hiſce uerbis ſuppliciū figurate deſcribit, ſimul 20
& terrore auditores percellens, & longanimitatem Dei oſtendens. Dicuntur autē hæc
omnia, auditorum craſſitudinis ratione habita.

Sagittas ſuas ardentibus expediuit.) Ne quis arbitretur Deū contra omnes promiſcuē 21
manum ſuam extenſurum, hæc ſubnexit uerba: Sagittas ſuas ardentibus expediuit, hoc
eſt, de quibus ſupplicium ſumendum eſt, qui nimirum rei ac ſontes ſunt: ut huiuſmodi
minus correcti, maliciam ſuam reprimant.

Ecce parturijt iniuſticiam.) Mulieres parientes primò concipiunt, deinde parturiūt: 22
hic uerò prius parturijt, poſtea demum concepit. Quid igitur ad hoc dicemus? Quod
illic quidem ſub ipſius partus horam eſt parturitio: hic uerò ſtatim à principio eſt partu
ritio. Quā primū eñ mali quid in deliberationē uocatur, priuſquā id firmo concipiatur
animi ꝓpoſito, tumultuatio ac quædā perturbatio in animo oboritur. Sicut itē parientiū
corporib. ſiue ſana ſint, ſiue ſecus cōparata, qui eduntur fœtus reſpondēt: ita & in cogita
tionibus res ſe habet, quibus etiam ſui fœtus cognatione ac ſimilitudine reſpondent.

Lacum aperuit.) Liberatiōis difficultas his uerbis ſignificatur. Quemadmodum ete 23
nim parturitionis uoce, partum intolerabilē expreſſit: ſic & lacus nomine, liberatio quā
difficilis futura ſit, innuit. Et hoc Dei benignitate ita ordinatum eſt, eam uidelicet hæ-
reditario inſidiarum naturam eſſe, ut in inſidiatores ipſos retia conuertantur.

Couertetur labor eius.) De Achitophelo & Abeshalomo hęc dicta eſſe aſſerimus. In u- 24
triuſq; enim caput ſupplicium recidit.

Confitebor Domino.) Gratias ago, inquit, non quòd aliorum me interitus uoluptate 25
afficiat: ſed quòd Dei ſententia mihi arrideat. Quid autem ſibi uult quod dicit, Secundū
iuſticiam eius? ſententia eſt, Propter iuſticiam.

Et Pſallam.) Id eſt, cantabo Deo altiſsimo. Victoria enim ipſi, non mihi accepta fe- 29
renda eſt. Neq; tantum dixit Confiteor, ſed Confitebor. Bona namq;, poſtquam ea ade-
ptus eſt, nulla deleri obliuione patitur, neq; ſegnior redditur, ſed & de cætero ſobrius eſt
ac uigilat: nō quòd eo Deus magnopere indigeat, ſed quòd nobis uehemēter cōducat.

PSALMVS VIII.

Argumentum.

Nomen Dei prædicatur, eiusq; multa, magnaq; in humanum genus collata beneficia commemorantur.

DOmine Dominus noſter.) Præcedentis Pſalmi uerba, unius perſonæ nomine dicta 1
fuere. Dixit namq;, Domine Deus meus: in hoc aūt pro torcularibus, hoc eſt, pro-
cunctis totius terrarum orbis Eccleſijs ait, Dñe Dñs noſter. Eorū namq; qui fidē ei non
habent, hac una de cauſa Deus eſt, quod eos creauit: noſter uerò duplicem ob cauſam,
tum quòd nos ex nihilo condidit, tum quòd à nobis cognoſcitur.

Quàm admirabile eſt.) In hoc etenim nomine omnia, cum quæ in diſpenſatione facta 2
ſunt mira.

ſunt mirabilia, tum quæ poſt eam, perfecta: nimirum tam mortis demolitio, quàm mortalium in cœlos aſcenſio.

3 *Quoniam exaltata eſt.*) Quoniã terræ mentionẽ fecit, ſermonẽ iam ad cœlũ cõuertit: ut innueret, Deũ non ſolũ in ſuperis, ſed & inferis admirabilẽ eſſe: quodꝙ non tantũ mortales, ſed & ipſi angeli Domino pro beneficijs, quibus homines afficit, hymnum canãt.

4 *Ex ore infantium.*) Quoniam maieſtatem tuam, uult dicere, in eo præcipue oſtendiſti, quòd tenellam ætatem ad glorificationem illam illuminaſti, quæ ab ipſis in templo pueris profecta eſt. Cur autem reliquis, quæ facta ſunt, miraculis ſilentio præteritis, non niſi eius quod à pueris factum eſt, mentionem ineat? Idcirco quòd cætera quoꝙ alijs tẽporibus, licet non hoc modo, facta ſint: lactentiũ uerò puerorum chorus tum primum loqui cœperit. Apposite autem dixit, Ex ore. Neꝙ enim ex mente laus iſta manabat, ſed ex ore tantum ac labijs. Subijcit inſuper cauſam, ob quam miraculum hoc euenit, nimirum ut ora aduerſariorum obſtruerentur.

5 *Propter inimicos tuos.*) Iudæos hic intelligit. Chriſtum enim hoſtis inſtar perſequuti ſunt: id quod in eum finem fecerunt, ut patrem ulciſcerentur. Quocirca ut hanc illorum tergiuerſationem anteuerteret, dixit: Qui me odit, & patrem meum odit.

6 *Quoniam uidebo cœlos.*) Adeò profligati ſunt hoſtes, ut interemptum ab ipſis omnium aſpectabilium conditorem declararint. Non autem dixit, Opera manuum tuarum: ſed, Opera digitorum tuorum, ut quæcunꝙ cernuntur, minimi laboris eſſe doceat.

7 *Quid eſt homo, quòd memor es eius?*) Quaſi dicat, Nihil eſt, abiectus eſt. Prouidentiam enim qua ipſum Deus dignatus eſt conſiderans, ſtupore affectus, in hæc uerba prorumpit? Quid adeò magni momenti homo eſt, quod tanto eum honore ornaueris?

8 *Filius hominis, quòd uiſitas eum.*) Mentionem hic facit condemnationis, ueteriſꝙ peccati, morte in medium adducta: ſed hanc etiam unigena Dei filius aduentu ſuo ſuſtulit.

9 *Minuiſti eum.*) Neꝙ tamen, quod mortis ei pœnam irrogaueris, idcirco & munere tuo eum priuaſti. Quocirca & cũ illud dixiſſet, hoc etiã poſuit, ut & in hoc beneficentiã Dei amplificaret, quòd eum, qui ob tranſgreſſionem gloria imminutus eſt, & honore coronari paſſus eſt, & principatum nõ ademit. Quod uerò modicum humiliauit, & hoc ad ipſius prouidentiam referendum eſt. Nam ante inobedientiam quidem in beſtias etiam imperium exercuit: poſtea uerò nõnihil imminuta fuit hæc ipſa poteſtas. Quamuis etiãnum dominium in eos habeat: artibus tamẽ id quibuſdã, nec non cum aliquo timore id obtinet, ut ita ueteris peccati admoneatur. Sapientiã eius exercens & faſtũ deprimens, ociumꝙ amputans: quoniã omnia primũ leuiter nactus peruicaciã induit, & in præceps ruit, difficultatem quandã huius uitę uſibus immiſcuit, in eum finem, ut nimiam illam nobis licentiã adimeret. Et propterea etiã corpus noſtrũ tot morborũ generibus expoſuit, hacꝙ ratione præſentẽ uitã diſciplinæ quaſi officinã quandã cõſtituit, ut animi noſtri temeritas coerceatur. Obſeruandũ autem obiter fuerit, eadem inſcriptione cum hunc, tum LXXX, & LXXXIII Pſalmos inſigniri, ꝙ eiuſdẽ argumenti ſint, nimirum de eccleſijs.

PSALMVS IX.

Argumentum.

Canit uates uictoriam ex periculoſo prælio reportatam.

1 CONfitebor.) Bipartitũ cõfeſſionis genus eſt. Vnũ, quod in condemnatione noſtrorum peccatorũ: alterũ, quod in gratiarum actione erga Deum cernitur. hic itaꝙ poſterioris meminit. In toto corde meo, inquit: ac ſi diceret, Cum tota animi propenſione, & ſincero animo. Deinde, Narrabo, ait, omnia mirabilia tua. Nam ſi pro benemeritis quibus affectus es gratias egeris, rependiſti utiꝙ quod debuiſti: ſin autem pro ſupplicio ac tribulationibus gratias repoſueris, Deum debitorem tibi effeciſti.

2 *Lætabor.*) Qui namꝙ in Domino, uti decet, lætatur, omnes huius mũdi uoluptates aſpernatur. Quid autem ſibi uult quod dicit, lætabor & exultabo in te? Quoniã talis mihi eſt Dominus, id mihi uoluptatem affert, inꝙ hoc exulto. Et ſanè ſi quis hanc uoluptatem, pro dignitate ſatis ſenſerit, alias uoluptates flocci faciet.

Pſallam.)

Pſallam.) Quoniam Deum oculis cernere nequiuit, cantica ad eum direxit, per o- 3
das cum illo agens, deſideriumq́ ſuum magis magisq́ in ſe excitans: interim ſpem fo-
uens, fore aliquando, ut eum quoq́ uideat.

In conuertendo.) Quoniam non tantum in adflictionibus, ſed & in tranquillitate ſob 4
rius ac induſtrius fuit. Plurimi enim inueniuntur, qui rebus aduerſis deiecti, attentiores
efficiuntur: ſecundis uerò affluentibus, ſocordes ac negligentiores. Peribunt à facie tua,
inquit: faciem autem Dei, operationē, apparitionē, facultatēq́ potentiæ eius appellat.

Quoniam feciſti iudicium meum.) Obſerua quæſo denuo uiri huius philoſophiā, qui 5
nequaquam ipſemet uindictam de hoſtibus ſuis expetat: ſed Deo iudicium permittat.
Quod autē ſubijcit, Sediſti ſuper thronū, iterū humano ſeſe captui accomodat. Iudica-
ſti ait, id eſt, cauſā meā ad exitū perduxiſti, uindictā expediuiſti, iuſteq́ omnia perfeciſti.

Increpaſti Gentes.) Satis enim ſuperq́ Deo eſt, ſi non niſi increpet, ad interimendos 6
eos, qui pœna ſunt afficiendi.

Nomen eius deleuiſti.) Hoc eſt, funditus perdidiſti radicitusq́ extirpaſti, & ita è me- 7
dio ſuſtuliſti, ut etiam uniuerſa eius memoria obliuione ſit antiquata.

Inimici defecerunt framea.) Quoniam conatus & conſultationes eius ad nihilum re 8
degiſti, derelictumq́ detractis armis proprijs feciſti. Illud autem, Perijt memoria eius cū
ſonitu, innuit, quàm fuerit inſignis eius interitus.

Et Dominus manet in ſeculum.) Stabilem & ſempiternam eſſe Dei eſſentiam indicat. 9
Vtitur autem ubiq́ diuinus uates his uerbis, cum de hominum perditione loquitur: q
quidem in eum finem facit, ut metū nobis incutiat, quo utraq́ de cauſa Deū timeamus.

Parauit in iudicio.) Throni Dei natura quæ & qualis ſit explicat. Nimirum quòd 10
neq́ è ligno, neq́ ex alia aliqua materia extructus ſit: ſed ex iuſticia conſtet.

Et ipſe iudicabit orbem.) De præſentibus & futuris uaticinatur. Generale enim iudi- 11
cium in futurum differtur: ſpeciale uerò in præſenti ſeculo adminiſtratur.

Iudicabit populos.) Perpende uatis ſapiētiam, quàm diſtincte & apposite tam de præ 12
ſentibus, quàm de futuris loquatur. De præſentibus, cum dicit, Increpaſti Gētes. & quę
ſequūtur: de futuris uerò, cū ait, parauit in iudicio thronū ſuū. Hoc autē diuinus uates re
ſpicit, ut qui de futuris fidē haud quaq́ adhibent, ex præſentib. documentū ſibi capiant.

Et factus eſt Dominus refugium pauperi.) Sæpiſſime Dauid pauperem ſe & tenuem 13
appellat, quamuis regijs circumflueret opibus ac diuitijs. Vtpote cui certo certius con-
ſtaret, omnia humana, riſum, puluerem, nihilq́ eſſe.

Adiutor in opportunitatibus.) Ideſt, in ipſo temporis articulo & maturime opē fers. 14
Opportunitatis bipartitæ mentionem facit: harum una, quod iuuet, altera quod com-
modiſſimo tempore adiuuet. Hic enim opportunitatem tribulationem nominat. Nun-
quam enim non ope diuina indigemus, etiam cum omnia ex animi ſententia nobis ſuc
cedunt: tum autem uel in primis hanc experimur, cū in afflictionib. uerſamur.

Et ſperant in te.) Nam, inquit, qui ſubſidium & auxilium tuum perſpectum habent, 15
ijs firma ſatis eſt anchora, ſpes fidelicet in te fundata.

Pſallite Domino, qui habitat in Sion.) Habitationis nomine non intelligit incluſio- 16
nem ullam, cùm nullis certis limitibus Dei maieſtas circumſcripta ſit: ſed proprietatem,
quam is locus præ cæteris habebat, & quòd erga eum optime animatus eſſet, quo uide-
licet & hac demiſſione gentē Iudaicam ad ſe pelliceret. Studia uerò eius beneficia uocat.

Quoniam exquirens ſanguines.) Indicat hoc loco, nullum homicidium impune abitu 17
rum, ſed omnino in id inquiſitum iri. Quod ſi autem non eueſtigiò id fiat, nullam ſubeſſe
cauſam aliā, quā ut ijs, q hoc crimine ſeſe obſtrinxere, ultro in uiā redeundi anſa offerat.

Non eſt oblitus.) Clamorem hic mentis uocat affectum, non uocis ſonum. Sed quod 18
dicit, Non eſt oblitus: hoc innuit, eos ſine intermiſſione clamitaſſe, neq́ tam ſtatim quod
petierint impetraſſe. Pauperum autem nomine, qui ſpiritu ſunt pauperes, ueniunt:

Tt quos &

quos & Chriſtus beatos pronunciat.
19 *Miſerere mei Domine.*) Licet in tuto poſitus, precandi tamen finem nullum facit. Di-
cit enim, Miſerere mei Domine: cum tamen de futuris precetur. Etenim id bellum, quod
prius ſubſequitur, uel ſocordiæ, uel ſuperbiæ, illo priore multo eſt periculoſius. Tunc enĩ
demũ ſathã omnes ſuos neruos intendit, cũ nos uel ſupinos, uel ſocordes animaduertit.
20 *Ut annunciem.*) Quod alijs præcepit, ipſemet ſuo exemplo comprobat. Dixit enim,
Annunciate inter Gentes ſtudia eius. Quocirca & ipſe dicit, Hoc agam, neq; id uno aut
altero audientibus, ſed in medio theatri.
21 *Exultabimus in ſalutari tuo.*) Potiſſima eſt ſalus in Deo ſeruari. Nam aliunde ſibi ſalu
tem & incolumitatem acerſere, non ſaluari, ſed perdi eſt.
22 *Infixæ ſunt Gentes.*) Perditionem malitiam appellat. Infixę ſunt inquit, hoc eſt, firmi
ter detentæ. Inſidiæ illis, ex quibus ſe explicare non poſſunt, collocatæ ſunt.
23 *In laqueo iſto.*) Vinculis, inquit, inextricabilib. conſtringunt̃ maligni. Quoniam enim
extremæ turpitudinis erat, quod fiebat: idcirco celabant illud, & occultare tentabant.
24 *Cognoſcetur Dominus iudicia faciens.*) Quid'nam eſt q̊d dicit, Iudicia faciẽs? hoc eſt,
Animaduertẽs, uindicãs et condemnãs. Neq; enim illos duntaxat, in quos animaduertit
cautiores reddit: ſed & cognitionis ſui doctrinam magis conſpicuam efficit.
25 *In operibus manuum ſuarum.*) Animaduertis'ne ſermonem ut inflectat, non ſolum
pœnam è ſupernis inferens, uerùm etiam è malitia crimen intendens? Pœnam è ſuper-
nis, cũ dicit, Cognoſcitur Dominus iudicia faciens: crimẽ à malicia, cũ aſſerit, Infixæ ſunt
Gẽtes in perditiõe, quã fecerũt: item, In manuũ ſuarũ operibus peccator cõprehẽſus eſt:
26 *Auertatur peccat.*) Denuo iiſdẽ inſiſtit ueſtigijs, oſtendẽs malitiæ, hæreditatẽ ſuppli-
ciũ eſſe: adeoq; malitioſos uniuerſos pœnas exoluturos, & extrema quæq; perpeſſuros.
27 *Tolerantia pauperum non peribit in finem.*) Quid ſibi uult, quod dicit, Non peribit in
finẽ? Nunq;, inquit, interibit, ſed tandem emolumentũ ſuũ conſequetur. Neq; uerò pau
peres ſimpliciter ac omnino introducit: ſed illos deniq;, qui contrito corde ſunt præditi.
Illi enim præcipue ad tolerantiam ſunt idonei.
28 *Surge Domine.*) Quid hoc eſt, Surge Domine? Vindica, ſubueni, in eos qui perpe-
ram egerunt animaduerte. In hoc enim orationis huius cardo uertitur, ut eos, qui iniurijs
oppreſſi iacent, releuet. Nam talia ſunt uiſcera ſanctorum.
29 *Iudicentur Gentes in conſpectu tuo.*) Hoc eſt, pœnas luant, eorum in quibus delique-
runt. Neq; enim lenitate tua moti meliores facti ſunt: quocirca rationem ab illis, eorum
quæ machinati ſunt, exige.
30 *Conſtitue Domine legislatorem ſuper eos.*) Quid ſibi uult, quòd ait, Conſtitue Domine
legislatorem ſuper eos? Quoniam ſicut nullius parent dominio, ita & quiduis moliun-
tur: affice igitur illos merito ſupplicio, quod quidem ipſis loco legis promulgatum ſit.
31 *Cognoſcant Gentes quod homines ſunt.*) Nam, inquit, & inde multorum ex illis interi-
tus originem traxit, quod naturæ ſuæ obliti, ſanæ mentis terminos ac limites tranſgreſſi
ſunt, ſeipſos haud agnoſcentes. Commode autem ſubiecit & illud, Semper: hoc eſt, nõ
tantum in ſecundis, ſed & aduerſis caſibus. Etenim ſi hoc tempore in eos animaduerte-
ris, mala quæ ipſis euenerunt, memoria repetentes, quamuis ſecunda illis fortuna affiu-
ſerit, ſemper tamen naturam ſuam recognoſcent.
32 *Ut quid Domine receſſiſti procul?*) Dicit hæc uates ſub perſona afflictorum, qui ante
tempus conueniens curari expetunt.
33 *Dũ ſuperbit impius, accenditur pauper.*) Quoniã priuſq; pœna ac ſupplicio afficiat̃ im
pius, dolet is qui per uim iniuſtã opprimit̃, iniquo animo ferẽs maligni fortunã ſecũdam,
Deinde precatur, ut pœna irroget̃ impijs, inq; ipſos quod in alios machinati ſũt, cõferat.
34 *Quoniam laudatur peccator in deſiderijs.*) Propter quæ rubore ſuffundi par erat eum
qui inique agit, in iis ſuſpicitur & celebrat̃, tanquã poteſtate pollens, tanq; in hoſtes uin
dicans, tanquã magnaminus ac ſtrenuus. Et ſane ita cõparatũ eſſe uidemus, ut quiſq; ma
lorũ ſuos aſſentatores & præcones habeat. Quid enim dico, inquit? Quod iniuria, qua
inopes offenduntur Deum ad iram prouocat. Non

Non eſt Deus in conſpectu eius.) Non habet metum Dei ob oculos. Sunt autem & uiæ eius uniuerſæ deteſtabiles. 35

Auferuntur iudicia tua à facie eius.) Iudicijs loco condemnationum uſurpatis; Extinguitur lumen eius. In captiuitatem maliciæ eſt traditus, quoniam in timore Dei co 36
ram eius facie non ambulat, ſed in malitia.

Omnium inimicorum ſuorum dominabitur.) Cunctos aduerſarios ſuos naſo ſuspen- 37
dit, dicens apud ſemetipſum, Nō patiar mali quicquam. Obſerua igitur quantopere de liret. Non mouebor, inquit, in generatione, ſed ero ſine malo.

Cuius os maledictione plenum eſt.) Attende ut tādem in beſtiam prorſus conuertatur. 38
Non ſecus enim de eo uerba fundit uates, ac ſi belluam nobis aliquam depingeret, latebras, ſpeluncas & inſidias eius ante oculos ponens. Sed mox ſubijcit, quàm id minime impune faciat: uerùm cum uictoria ſe potitum eſſe autumat, tum potiſſimùm intereat: quo & Dei ſagacitas & inopum tolerantia manifeſta euadat, & luce clarius ſit, quàm ille emendari non poſſit: Deus autem lenis ſit & patiens.

Inſidiatur in abſcondito ſicut leo.) Leonis nomine, ſi literam ſpectes, Saulem intelli- 39
git; ſin uerò anagogen, ſathanam.

Inclinabit & cadet.) Vide in quàm profundum interitus barathrum mergatur, & qua 40
lia animo ipſius dogmata ſubrepant, quæ licet præ pudore in lucem proferre haud auſit, ſub pectore tamen ſuo ea, ut qui ueritati reluctetur, uerſat.

Auertit faciē ſuā.) Iniuſtus quidem, inquit, faciem ſuā auertit, ne uidelicet exitū ſuū 41
intueaē: uates aūt cœptā ſuā de lenitate ac patiētia Dei orationē abſoluit, & impijs cōtra dicit. Tu uides, inquies, & audis, patiētur tamē agis, donec tandē in manus tuas incurrāt. quæ omnia humano more dicta ſunt. Quod autē dicit, ita habet: Cūctaris tu quidē, leuiterq́ agis, ne ultra modū malitiæ tradanē. Nā ſatis tibi, ſuperq́ etiā à principio ſuppetebat, ad deturbādos eos ac ſubigēdos uerū præſtolaris eos, nū in uiā redituri ſint: quod ſi autē animo nolint, tū denique in eos uindicas, ubi nihil utilitatis ex patiētia tua auferūt.

Tibi relictus eſt pauper.) Hoc namq́ ſingulare tuū opus eſt ô Domine, ut pupillorum 42
patrocinium ſuſcipias & egenis auxiliatricem manum porrigas. Illud namq́, Tibi derelictus eſt pauper, hoc commendat. quaſi dicat, Non eſt quiſq́ alius, uerùm tu ſolus pupillorum & uiduarum propugnator es.

Contere brachium peccatoris.) Non ſimpliciter peccatorem conteri petit, uires ac po- 43
tentiam eius. Deinde precatur ut delictorum pœnas luere cogatur. Et ut quàm magna ſit ipſius iniuſticia declaret, inquit: Si id fiat, ne conſiſtere quidem poterit, neq́ comparabit, ſed interibit & funditus extirpabitur, ſi in eius facta cenſura feratur.

Dominus rex in ſeculum.) Cōuertit ſermonem ad eos, qui propterea perturbato ſunt 44
animo, quòd non eueſtigiò qui deliquerunt, pœnas exoluerunt. Quid metuis, ait? Neque enī temporaneus iudex Deus eſt. Quamuis enim nondum, q rapit, pœnas luet, luet tamen omnino. Manet enim rex continuè iudicans. Attendis ut maiorē orationis partē in eo conſumat uates, quòd malignorum apud Deum debita ſit ratio. Hoc enim præcipue eſt male affici, male cuiq́ facere. Detrimentum quidem eorum qui per iniuriam læduntur, in uerbis cernitur: qui uerò iniuſte & per uim aliquē lędunt, extremis profectò periculis ſeſe obijciunt. De his itaq́ rebus uerba faciens Propheta, maliciam eorū reſecari precatur, minitans ac metum incutiens, oransq́ Deum ut in talem pertinaciam grauiter animaduertat. Propterea dicit, Peribitis Gentes de terra illius: omnimodam illis minitans perditionē: & ſimul Deum orat, ut auxiliator & uindex eſſe non dedigneē eorū, qui uim iniuſtam patiuntur, quo & iſtos refocillet, & alios ad meliorem frugem adducat.

PSALMVS X.

Argumentum.

Inuehitur in impios: quorum ſecundæ res bonum quoq; interdum cōmouent uirum.

IN Domino confido.) Magna uis eſt ſpei de Deo conceptæ. Ipſa enī ſubſidiū eſt eiuſmo 1
di, quod oppugnari illud quidem, expugnari uerò hauduquaq́ poſſit. Quod cū ſanctum

Dauidem non lateret, ijs, à quibus hoc ei cõſilij dabatur, ut fugã capeſſeret, atq; munitis
locis uitam ac ſalutem redimeret, in hunc modum reſpondit: In Domino confido &c.
2 *Quomodo dicitis animæ meæ, tranſmigra in montes.*) Eum'ne, qui totius terrarum or-
bis regem à ſua parte ſtantem & patronum habentem extorrem eliminatis? Quocirca di-
xit, Quomodo dicitis animæ meæ, tranſmigra in montes, cum aſpectabiles illæ ſagittæ ac
tela animæ uulnus infligere haud poſſint. Animam autem in præſentia pro uita corpora-
li uſurpat, cui hoſtes inſidias ſtruebant.
3 *Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum.*) Cum Deus ſit, qui mihi ope ſua diuina
adeſt, qui uerò me oppugnant peccatores ſint: quomodo non ſumma ignominæ nota is
notandus eſt, qui mihi, ut auicularum inſtar expaueſcam, ſuadet? Non perpendis ut is,
qui cõtra me exercitus inſtruit, telis aranearũ ſit fragilior. Peccatores eñ ſunt: peccato-
re autẽ quid'nã uilius eſſe poteſt?
4 *Parauerunt ſagittas ſuas.*) Sed ſagittis, dicas, & pharetris inſtructi ſunt? Sunt illi qui-
dem, at nulla plane illarum eſt efficacia. Propter hæc illos non expaueſco. Ad quid enim
arma quorũ uis nulla fuerit, ꝓderũt? Viro eñ inſidiatore nihil infirmius ac imbecillius.
5 *Quoniam quæ tu perfeciſti.*) Tibi, inquit, bellum inferunt, te oppugnant, tuaq; man-
data ad irritum redigere conantur, ſunt legis uiolatores.
6 *Iuſtus autem quid fecit.*) Impijs, ait, tantas turbas excitantibus, iuſtus ut ſe geſſit? Ad
Deum ceu ſacram anchoram confugit, qui in cœlis & tẽplo habitat. Quibus uerbis De-
um ubiq; præſto eſſe innuit.
7 *Oculi eius ad pauperem adſpiciunt.*) Viden' adiutorem promptum, omni loco præſen-
tem, ubiq; contemplantem, nihil non cernentem? Cuius hoc peculiare opus eſt, ut ꝓ-
ſpiciat, curam habeat, coherceat iniuſte agentes, ſubueniat iniuria oppreſſis: illis bono-
rum munera rependens, iſtis uerò ſcelerum pœnas infligens.
8 *Dominus explorat iuſtũ & impium: qui autem diligit iniuſticiam, odit ſuam ipſius ani-*
mam.) Malitia enim hoſtis eſt ipſius animæ, etiam ante ſupplicium pœnas dat malignus:
oſtendens ipſam quoq; malitiam ad hoc ſufficientẽ eſſe, ut conſumat ac perdat.
9 *Pluet ſuper peccatores laqueos.*) His uocabulis translationis uſurpatione adhibitis, ni-
hil aliud, quàm condemnationem, quę effugi nequit, ſupplicium grauiſſimum, plagas ex
peditiſſimas & conſumendi uim ſignificare uoluit.
10 *Quoniam iuſtus Dominus.*) Quæ'nam ſubeſt ratio, ꝓpter quàm uſq; adeò grauibus
ſupplicijs impij afficientur? Quoniam, ait, iuſtus eſt Deus, & iuſticias dilexit. Hæc enim
propria Dei nota eſt, ut quod iuſtũ & æquũ eſt approbet: neq; unq; quod contrà ſit, im-
(punitum abire ſinat.

PSALMVS XI.

Argumentum.

Oſtendit hoc Pſalmo Deum iuſtis qui fugam ipſi ſuaſerant, ne à ſæuo Tyranno occideretur proſpicere, impioſq; euertere.

1 S*Erua me Domine.*) Diuinus uates ſolus relictus, reliquis omnibus contrariam uiam
inſiſtentibus ad diuinã prouidentiã refugiũ ſuum habet, inquiens: Neceſſe eſt mihi
ut manu cœleſti dirigar. Vniuerſis nãq; cõtrariã uiã tenentib. ampla indigeo ꝓuidentia.
2 *Quoniam defecit ſanctus.*) Non ait, Quoniam nõ fuit: ſed, Quoniam defecit ſanctus:
ſignificans eos etiam, qui fuere ſancti, interijſſe, eò quòd malitia obtinuerit.
3 *Quoniam diminutæ ſunt ueritates à filijs hominum.*) Plures ſunt ueritatis ſpecies, non
ſecus, atq; colorũ, quorũ alij ueri, alij falſi exiſtunt. Eodẽ modo & uirtutes affectæ ſunt.
Nam hoc demum quod uere & reipſa eſt, ueritatis nomen meretur. Quoniam itaq; quæ
ſua natura bona & uera ſunt, peruerſa fuerãt, nõ q; eſſentiã ſuã amiſiſſẽt, ſed quòd à homi
nib. relegata eſſẽt, ideo nõ ſolũ dixit: Diminutæ ſunt ueritates, ſed adiecit, A filijs hominũ.
4 *Vana loquuti ſunt.*) Duplicis malitię meminit. Harum una, quod uana loquuti ſint: al-
tera, quòd ad proximũ. Vel itaq; mẽdacia uana appellat, uel ſuperuacanea, & quę nullius
ſint precij. Et quod eſt deteruis, nõ inquit, Hic uel ille: ſed, Quiſq;. quaſi diceret, Cũcti erãt
peruerſi. Quocirca nõ forinſecus ac in extremitate, ſed in corde, inquit: hoc eſt, ex corde.
Extremi-

Exterminet Dominus.) Non facit contra eos,quod dicit,ſed pro eis. Neq; enim eos 5
confici,ſed nequitiã eorũ è medio tolli exoptat.Neq; dixit,Exterminabit eos Dominus,
ſed labia doloſa. Et denuo nõ ſubſtantiã, ſed linguã, id eſt fraudẽ auferri, & ſuperbiã re-
tundi petit.Sed & mẽtem ipſorum perſtringens ſubiungit: Labia noſtra penes nos ſunt.
Emotæ mentis hæc uerba ſunt. Etenim labia reuera non tua,ſed Dñi ſũt. Neq; enim quæ
cunq; poſſidemus, protinus noſtra ſunt. Ad eundem modum ne labia quidem à Domi-
no in eum finem tibi conceſſa ſunt, ut eum blaſphemes, ſed glorifices.
Nunc exurgam, dicit Dominus.) Papæ, quanta humilitatis uis eſt? Et quanta eos o- 6
mnes, qui male adficiuntur, manet retributio? Neq; enim alicuius hic uirtutis, ſed adfli-
ctionis mentionem facit. Hæc enim uel imprimis Deum commouet, & ad expoſcendas
pœnas impellit. Tanti momenti res eſt, ſi qui iniuriam ſuſtinent, animo infracto eam to-
lerent. Quid autem ſibi uult, quod ait: ponam in ſalutari, fiducialiter agam in eo? Cum
fiducia, inquit, patrocinabor illi perſpicue & euidenter.
Oracula Domini &c.) Auri tranſlatione ſynceritatẽ ac ueritatem intelligit. Sicut em̃ 7
aurum ſæpius conflatũ igniq; ꝓbatũ, diuerſum eſt ab aliena materia: ita & oracula Dei.
Tu Domine ſeruabis nos.) Attendis'ne uatem indefeſſo ad Dominũ ſeſe recipere, ab 8
eoq; opem & auxilium petere?
In circuitu impij ambulant.) Quid'nam ſibi uult, quod inquit,in circuitu impij ambu 9
lant? Etiamſi,uult dicere, impij in orbem quaſi nos cinxerint,nihil tamen damni accipie
mus. Tu namq; nos tueris, & ad ſummum faſtigium extollis, glorioſoſq; reddis. Secun-
dum altitudinem tuam, id eſt, ſecundum magnam potentiam tuam.

PSALMVS XII.

Argumentum.

De moribus ſeculi ſui queſtus, patri almo pro ſalute bonorum fit ſupplex, inducitq; Deum ipſum loquentem.

V*Sq; quò Domine?*) Scio quidẽ Domine,te inſtar agonothetæ cuiuſdam decreuiſſe, 1
longioribus me conflictibus magis conſpicuum reddere uictorem: at qui circum
me uerſantur,putant me à te derelinq. Hæc autem uerba uates nõ tam in eum finem edi
dit, ut ſibi ipſi conſolationem afferret, quàm ut nos inſtrueret, ut ſi quãdo preces ad De
um fundentes,non extemplò uoti noſtri fieremus cõpotes,animũ haud deſpõderemus.
Uſq; quò auertis?) Me auerſatus es,utpote & à te auerſantem.Cũ igitur ad te conuerſus 2
ſim, tu quoq; ad me conuertere. (ſuſpirijs diſcrucier?
Quamdiu ponam conſilia?) Quem ad finem Domine perferam, ut cogitationibus ac 3
Uſq; quò exaltabitur.) Sufficiat illi, quòd me ſemel ob graue delictum deiecto & hu 4
miliato, ipſe exaltatus ſit: cur igitur denuo aduerſum me inſurgit? Conuerte igitur fa-
ciem tuam ad me præbeq; aures, quo & hoſtis meus animo deijciatur.
Reſpice,exaudi.) Reſpice,ait, uide hoſtẽ meũ,mihi lõgo interuallo antepoſitũ:& licet 5
nulla mearũ ærumnarũ ratione habita, tamẽ propter ipſius factũ & ſuperbiã aures mi hi
accomoda. Cur autem primùm inquit,Reſpice me: moxq; ſubiungit,exaudi? nimirũ,ut
primũ Deũ ad intuẽda dextre facta, mox ad ea quę petunt præſtãda, precibus inuitet.
Illumina oculos meos.) Cũ Deus lux illa ſit uera,ab omnib. tenebris alieniſſima: meri 6
tò diuinus uates ob concupiſcentiã non externos,ſed internos oculos caligantes: à Deo,
tanquam medico, illluminari ſibi petit.
Ne unquam abdormiam in mortem.) Quam quæſo mortẽ? Non generalem illam to 7
tũ genus mortaliũ quaſi demetentẽ: ſed peculiarẽ ac ꝓpriã,peccatores perdentẽ.Ea nãq;
demũ mors eſt,non quæ animã corporis ergaſtulo eximit, ſed quę animã à Deo ſeiungit.
Ne unquam.) Ne in peccati mortem me præcipitatum aſpiciens, in hæc uerba erum- 8
pat: Superior illo euaſi. Victoriam etenim noſtram D. Ieſus Chriſtus ſibi uendicat.
Qui tribulant me, exultabunt.) Impetentes me uidelicet, ac naſo ſuſpendentes. Qua 9
ratione autem Dauid ad gloriã euectus dixit,Non mouebor in ſeculũ, motus eſt loco &

lapſus eſt: cùm tamen Dei Optimi ac Maximi uates eſſet? Attende.

10 *Ego uerò in miſericordia tua ſperaui.*) Illi quidem, utpote antagoniſtæ mei, ad luctam ſeſe accingẽtes ungunt: at ego in tua miſericordia ſpẽ meã repono, cõmiſerationis tuæ oleo inũctus. Porrò alieniſſimos illos ab omĩ miſericordia dęmonas precib. meis amoliar.

11 *In ſalutari tuo.*) Id eſt, in ea ſalute, quam hic exeris.

12 *Cantabo Domino.*) Eleemoſynon, dicit, benemeritorum, quæ in me perfecta ſunt, (Domino offeram.

13 *Et Pſallam.*) Non tantum in præſentia, ſed & de cętero cantem ac pſalllã Domino.

PSALMVS XIII.

Argumentum.

Extrema mortalium generis corruptio hoc Pſalmo depingitur.

1 D*Ixit inſipiens.*) Quid nam dixit? In corde ipſius, Non eſt Deus. Vbiq; enim, ſolo inſipientis corde excepto, Deus eſt. Et ſi non eſt Deus, quid agis in ijs, quę ad Deum ſpectant? Inſipientem aũt nequaquam eum uocat, cui mens loco mota ſit, ſed qui peruerſo eſt ingenio præditus.

2 *Corrupti ſunt.*) Sathanæ enim diſciplinam ſectati, ipſius ruina prolapſi ſunt: quemadmodum ille cœlitus, ita iſti de thronis regijs. Cuius enim quis ueſtigijs inſiſtit, cum eo etiam particeps fit.

3 *Et abominabiles facti ſunt.*) Abominationẽ deſolationis, impietatem appellat. Quãdoquidem in intimis cordis ſui adytis impietatem ſuam fundarunt. In ſtudijs, inquit: nam quę à natura ipſa denegata ſunt, peruerſus animi affectus excogitauit.

4 *Non eſt qui faciat bonum.*) Nam qui Deum eſſe inficiatur, is (nec rebus enim humanis proſpicere arbitratur) non mortem, non iudiciũ, non retributionem prętolatur, adeoq; nihil uel bonum, uel utile operatur.

5 *Dominus de cœlo proſpexit.*) Cũ audis Dominũ de cœlo ꝓſpexiſſe, ne exiſtimes diuinæ molis'q; corporeæ expertis naturę inclinationem nutumq; innui, ſed philanthropiæ ac curæ eius mentionem fieri.

6 *Ut uideret.*) Nõ ut hoc uel illud uideret ſolũmodo, ſed ut cõſeruaret: non ut cognoſceret tantùm, ſed ut ſubueniret, uictosq; beneuolentia complecteretur. Aliàs, ut uideret, num eſſet aduerſa ualetudine laborans, qui medicum cogitaret: num populus gentium inops & egenus, qui Chriſtum quæreret.

7 *Omnes declinauerunt.*) Nõ ac uituli quidã per præcipitia ruẽtes, declinauerunt, alias recti quoad naturã, cõſtituti. Etenim cũ Deus hominẽ crearet, rectũ eũ ac integrũ formauit. Quod aũt ſubijcit, Simul inutiles facti ſunt: innuit, quòd licet ſi primã naturã conſideres, ad utilitatẽ aliquã afferendã cõditi ſint, libera tamẽ uoluntate pręter naturã, à primo ad poſtremum uſq;, id eſt, à calce pedis ad ceruicem uſq; capitis, ab infimis ad potentiſſimos, inutiles ac nullius precij ſint facti.

8 *Nonne cognoſcent omnes.*) Non intellexerunt moniti: dolore itaq; affecti tandem intelligunt. Quid aũt intelligent? Deum uindictę Dominum eſſe, & tam uiuorum quàm mortuorum iudicem: aliàs enim dum iniquè agunt, legem diuinã intelligere nequeunt.

9 *Qui deuorant &c.*) Non ait, Qui comedunt: ſed, Qui deuorant, feris beluis atrociores, qui conuicijs fratrũ non contenti, carnes illorũ, immaniores ipſis beſtijs, deuorãt.

10 *Ibi timuerunt timore.*) Primò leonib. ſimiles audaces fuere: mox ueluti in lepores cõuerſi ualde timuere. Nã quũ Deũ nõ metuerint, poſtmodũ homines metuere coacti ſũt.

11 *Quoniam Dominus in.*) Ac ſi interrogatus eſſet, quare ſibi metuerint, reſpondet: Quoniam Dominus in generatione iuſtorum eſt, qui dixit: Vbicunq; duo uel tres in nomine meo congregrat fuerint, in medio illorum ero. Quod ſi igitur in medium duorum uel trium uenit, quanto magis in generatione iuſtorum?

PSALMVS XIIII.

Argumentum.

De iuſticia reliquisq; uirtutibus Pſalmus hic docet: quocirca lex quaſi agendorum bonorum eſt, cum modulatione & ſuaui concentu prolata.

Domine

D*Omine quis peregrinabitur?*) Multum affinitatis hic Pſalmus cū priore babet. Quoniam in illo generalis eſt ſententia in uniuerſum genus mortalium pronunciata, indicatumq́;, non eſſe quenquam iuſtum, ne unum quidem. Quæ quidem non ullius hominis, ſed ipſius Dei uox eſt. Quamobrem diuinus Dauid repletus timore, ſtupore ac mœrore, in prȩſenti hoc Pſalmo percunctatur, an ſit iuſtus quiſquam, Deum'ue requirens? & ait: Domine quis peregrinabitur in tabernaculo tuo? Tabernaculum autē Dei, tabernaculum illud teſtimonij appellatū eſt, quod Moſe extruxerat: montis uerò Dei nomine, templum à Salomone exædificatum intelligitur. Oro itaq; , Dn̄e ut mihi ceu præſidi, de peregrinantibus reſpondeatur. Attende Spiritui ſacro, cognoſce qualem eſſe conueniat. Depingam tibi ſuis coloribus uirum, ut inuenias tandē eum, quem quæris. 1

Qui ambulat irreprehenſibilis.) Qui ab omni culpa alienus uiā Dei ingredit̄: qui peccati labem nullam habet: qui uera loquitur cum altero: qui corde mundo eſt præditus. 2

Qui doloſe non egit in lingua ſua.) Exemplum extat in Ionatha. 3

Non fecit proximo ſuo malum.) Quemadmodum Achabus Nabothi. 4

Et opprobrium.) Qui maximū conuicijs nō proſcidit, quemadmodū phariſæus publicanum: nec etiā conuitijs propinquorū cauſa eſt petitus, ſicut Eli filiorū ſuorū nomine. 5

Contemnitur in conſpectu eius.) Qui malicioſos contemptui habet, ſicut Elias uates ſacerdotes Baal. 6

Timentes autem Dominum.) Quemadmodum Abdias centum Domini prophetas. 7

Qui iurat proximo ſuo, nec irritat.) Sicut Abrahamus Abimelecho, & Dauid Ionathȩ. 8

Argentum ſuum non dedit ad uſuram.) Sicut Zachæus & Cornelius. 9

Et munera ſuper innocentes non accepit.) Sicut Petrus Simonis pecuniam reſpuit, & Paulus in perſecutionibus. 10

PSALMVS XV.

Argumentum.

De paſſione & reſurrectione Chriſti Domini noſtri Pſalmus hic uaticinatur.

C*Onſerua me Domine.*) Editus eſt ſub perſona Soſpitatoris noſtri hic Pſalmus, idq́; non diuinæ illius, ſed humanæ naturæ ratione habita. Obſecrat igitur & hoc Pſalmo, ut ſeruetur: ſed & à ſemetipſo ſeruatur. Poſtulat igitur tanquam homo, concedit autem ut Deus, patre conſentiente. 1

Dixi Domino, Deus meus es tu.) Huic haud abſimile illud eſt, quod in Euangelio dixit, Vado ad Deum meum & patrem ueſtrum. 2

Quoniam bonorum meorum non indiges.) Cum enim re nulla opus habeas, ne humana quidem iuſticia indiges: uerùm ſi quis boni quid prȩſtiterit, ipſemet potius fructum ex eo conſequitur. 3

Sanctis qui ſunt in terra eius.) Apoſtolos innuit & cæteros, qui per hos ad fidem conuerſi ſunt, quibus Dei miracula conſpicua eſſe facta aſſerit: quoniam, inquit, præcepta mea omnia executi ſunt. 4

Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum.) Plurimi, ait, à principibus atque gentibus excitati ſunt tumultus: ſed omnium breui temporis ſpacio uictores euaſerunt, nam curſum ſuum quàm uelociſſime abſoluerunt. 5

Non congregabo conuenticula eorum.) Illos uerò, qui Apoſtolis ſeſe oppoſuerunt, ad ſupplicium, inquit, relegabo, & omnem eorum memoriam obliuione obliterabo, adeò ut ne nominum quidem ipſorum quiſquam ſit recordaturus. 6

Dominus pars hæreditatis meæ.) Humano captui ſeſe accommodat, gentium regnum hæreditatem, calicem autem mortem, quam pro nobis obiuit, appellans. 7

Tu es, qui reſtituis hæreditatem.) Non ait, Qui das: uerùm, Qui reſtituis. Quoniam ante lapſū homo cum uitā, tum mortem & poteſtatem habuit: at poſt præuaricationem utriſq; priuatus eſt. Iuxta naturam humanam ergo, Dominus ipſius naturæ, priorem ſibi poſtliminio naturam reſtitui petit. 8

Etenim hæreditas mea optima.) Ampliſſimæ huius hæreditatis cauſa, humanæq́; 9

ſalutis ergò,tentationes illas,quas mihi deputaſti,tolero.
10 *Benedicam Dominum.*) Verùm etiam à Domino edoctus, ſanctiſſimisq; cogitatio-
nibus uſus,paſſionis turbulentam noctem ſuperabo. Noctis enim nomine,hoc loco af-
flictionum caliginem inſignit.
11 *Adhuc autem & caro mea.*) Hoc etiam loco Dominus ac ſaluator noſter Chriſtus,
ut homo,uerba facit. Quoniam ,ait,ſemper per diuinam corroboror naturam, ſalutiferæ
me accingo paſſioni,& reſurrectionis ſpe ſuffultus gaudeo. Neq; em̃ anima mea derelin
quet̃ apud inferos,neq; caro mea naturalẽ patiet̃ interitũ:celeri nãq; reſurrectiõe fruar.
12 *Adimplebis me lætitia.*) Cũ em̃ paſſioni uicin us eſſet,dicit,Triſtis eſt anima mea uſq;
ad mortẽ:cõmodè itaq; mẽtione reſurrectiõis facta,his uerbis uſus eſt,ut innueret ſe poſt
illam,etiã quoad humanã naturã,nulli nec perpeſſioni, nec mutationi obnoxium eſſe.

PSALMVS XVI.

Argumentum.

Cum Saul uitæ eius inſidias poneret,Dei opem hoc Pſalmo implorauit.

1 *EXaudi Domine iuſticiam meam.*) Hic quoq; iuſticiæ nomine non uirtutem, omni-
bus numeris & partibus abſolutam,ſed æquam cauſam intelligit.
2 *Auribus percipe orationẽ meã.*)Puris namq; labijs preces has effundo,nõ aliud in ore
promptũ, aliud in pectore reconditum gerens:ſed animũ linguæ concordantẽ habens.
3 *De uultu tuo iudicium meum.*) Supplex tibi fio, ut de meis hoſtibus iudicium facias:
ſcio namq; ſententiam,quam laturus es,æquiſſimam fore.
4 *Probaſti cor meum.*) Significat hic quàm ſæpenumero Saulem in manus & poteſtatẽ
ſuam redactum, interficere noluerit:ſed beneficentiam iure iuſticiæ erga illum exercue-
rit. Idcirco & noctis,in qua id fecerat,mentionem facit. Tranſlationis autem uſurpatio-
ne ærumnas ac miſerias,ob caliginem,noctes appellat.
5 *Igne me examinaſti.*) Tanquam aurum namq; me exploraſti, ac purum putum, ô Do
mine,deprehendiſti. Siquidem tantum abeſt,ut hoſtem meum ad interitum redegerim,
ut etiam linguam ne conuicijs eum impeteret,cohibuerim.
6 *Propter uerba labiorum tuorum.*) Graue autem hoc ac moleſtia plenum, propter me-
orum præceptorum obedientiam, feci.
7 *Cõpone greſſus meos.*) Precor ergo,ne patiaris prefixã mihi metã inuerti. Quod qdẽ tũ
demũ fiet, ſi auxilio tuo fruar. Greſſus aũt actionũ ſuorũ conatus & ꝓmotionẽ nominat.
8 *Ego clamaui.*)In hæc autem uerba,non fortuitò,ſed philanthropiæ tuæ habita ratio
ne,prorupi. Sæpiſſimè enim precibus meis acquieuiſti ac reſpondiſti.
9 *Mirifica miſericordias tuas.*) Quicunq; enim eum cui fiebat iniuria, tua miſericordia
ſubleuatũ cõſpexerint,prouidentiã tuã in aſtra uſq; tollunt. Habes aũt hoc, ò Domine,
in more poſitum,ut tua ope omnibus in te ſpem collocantibus ſubuenias.
10 *A reſiſtentibus dexteræ tuæ.*) Dexteræ Dei reſiſtentes eos nominat,à quibus impete
batur:idq; nõ ſine cauſa. Fuerat em̃ Dei dextera inunctus,regiãq; dignitatẽ cõſequutus.
11 *In uelamento alarum tuarum.*) Alia denuò uſus ſimilitudine precatur, ut prouiden-
tia diuina frui poſſit. Alarum autem appellatione, celerem ac compẽdioſam diuinæ pro
uidentiæ ſecuritatem exprimit.
12 *Adipem ſuum concluſerunt.*) Per adipem aliqui felicitatem & ſecũdam corporis ua-
letudinem accipiunt:at mihi uidetur beneuolentia,& fraterna charitas hoc nomine in-
ſigniri. Omni namq; à natura inſita cõmiſeratiõe cõcluſa,neq; ullo philanthropiã reſipi-
entib. cogitationib. loco dato,loquunt̃,inqt,ſublimia ac ſuperbia, meq; inſidijs cingũt,
13 *Poſtquam eiecerunt me.*) Ipſi me,ait, patriæ finibus exterminârunt, & impreſſionẽ
inſuper,ut me cõprehendant,faciunt:quoniam quod rectum eſt intueri non ſuſtinent,
ſed oculos mentis ſuæ aliò auerſos habent.
14 *Et ſubripuerunt me ſicut leo.*)Excuſſo quod in natura hominis eſt rationis cõſors,ferã
referunt

referunt cibo inhiantem,& hunc oculis obiectum extemplò inuadentem.

Surge Domine.) Inſultum quidem illorum Domine, quibus noſti obſtaculis coher- 15
ce:me autem ex illorum inſidijs, romphæa tua contra eos uſus,in libertatem aſſere. Tu
namq; tua ſentẽtia homines morti addicis. Dixiſti etenim: Terra es,et in terrā reuerteris.

Domine à paucis.) Veruntamen quamuis facillimum tibi ſit illos morti addicere, ro- 16
go tamen,ut eos etiamnum ſupera ueſcentes aura diſſipes,& iniuſtam illorum concordi
am dirimas: quo ſuppliciorum,quæ ipſis irrogabis,participes fiant.

Saturati ſunt filijs.) Scio,inquit,te æquum ſupplicium non de ipſis tantum,ſed & de 17
poſteris illorum,ſiquidem paternæ maliciæ ueſtigijs inſtiterint,ſumpturum eſſe. Illud ue
rò, Saturabuntur poſitum eſt,pro: Ad ſaturitatem uſq; malorum participes erunt.

Ego autem in iuſticia.) Illi ſanè huiuſmodi pœnas luent: ego uerò in iuſtæ prouiden 18
tiæ tuæ bonis delectabor,ſummam benignitatem tuam abundè expertus.

PSALMVS XVII.

Argumentum.

Saulis,à quo tanta perpeſſus fuerat,facta mentione,hoſtibus eum ſuis non coniungit. Præterea de re- iectione Iudæorum,& Gentium uocatione quædam prædicit.

D*iligam te Domine.*) Nequaquam hęc propterea uates loquitur, quòd nondum il- 1
lud præſtiterit: ſed quòd dilectione hac ad ſaturitatem uſq; adimpleri non poſſit.
Deinde Dei benemerita appellationes facit diuinas,& bonorum illius catalogum,in no
minum catalogum conuertit: uocatq; Deum ſuam fortitudinem,ut qui hanc ab illo ob-
tinuerat: firmamentum ſuum,ut qui contra aduerſarios firmus effectus erat: refugium,
ut quem loco muri haberet: liberatorem,quòd ipſius beneficio ex inimicorum inſidijs,
in libertatem aſſertus eſſet: adiutorem,quòd ab eo opem accepiſſet: defenſorem, quòd
per tempus factus eſſet ipſius defenſor: cornu ſalutis & ſuſceptorem,quòd ipſius proui-
dentia conſeruatus eſſet. Cornu uerò ſalutis per tranſlationem,ab animantibus rationis
expertibus ſumptam,poſuit: quæ ſeſe cornibus contra uim hoſtilem tuentur.

Laudans inuocabo Dominum.) Admonemur hoc loco gratias quidem pro collatis in 2
nos beneficijs agendas eſſe: uerùm eadem opera,quæcunq; nobis uſui futura eſſe peten-
da. Id enim ſi fecero,uictoriam de inimicis reportabo.

Circumdederunt me dolores mortis.) Mortis & inferni dolores peſtifera diſcrimina ap- 3
pellat. Quemadmodũ enim partũ dolores proximè præcedunt: ita & diſcrimina mortē.

Et torrentes iniquitatis.) Torrentes iniquitatis, iniquos & creberrimos hoſtium in- 4
ſultus uocat: per laqueos autem mortis,inſidiarum machinas intelligit. Quod enim bru
tis animantibus laqueus eſt, hoc ſunt illis qui oppugnantur,inſidiæ.

Et cum tribularer.) Quamuis tot tantiſq; ſim ærumnis circumſeptus, omni tamen 5
præſidio humano ſpreto,diuinam opem imploraui. Eueſtigiò enim precibus meis ac-
quieuit. Templum uerò nulla manu extructum, cœlum appellat. Nã Salomonis templũ
exædificatum nondum erat.

Et commota eſt,atq; contremuit terra.) Cuncta hæc non ita inſeruit, quaſi prorſus ad 6
hunc modum geſta ſint: ſed quòd hoc modo fide ſint intellecta. Talia autem Deus
multoties fecit,non tam ut de mortalium genere pœnas ſumeret,quàm ut metum illis in
cuteret, tonitrua intonans,terræmotibusq; & igni ad ſtuporem redigens. Quocirca &
hic uates impendens hoſtibus ſupplicium,hiſce uerbis denunciauit.

Et inclinauit cœlos, & deſcendit.) Diuini numinis neq; aſcenſum,neq; deſcenſum ul- 7
lum intelligimus. Nullis enim limitibus circumſcriptum eſt. Quod itaque Propheta ait,
Inclinauit cœlos & deſcendit, ſic accipiendũ fuerit,quòd ſe Deus præſtò eſſe declararit.
Per caliginem uerò pedibus eius ſuffuſam, inaſpectabilem eius præſentiam innuit: per
aſcenſum ſuper Cherubin,& uolatum ſuper alis uentorum,manifeſtationis celeritatem
expreſſit.

Et poſuit tenebras latibulum ſuum.) Hoc nimirum uult: Dei naturam prorſus inaſpe- 8
ctabilem

ſtabilem eſſe. Quòd uerò ſubiungit, In circuitu eius tabernaculum eius: diuinam, quæ coram ipſo eſt, lucem ſignificat. Sicut enim denſæ nubes aera caligine inuoluunt, indeq; fulguris ſplendor emicat: ita & Deus omnium oculos effugiens, ſpiritualis lucis ex ſe fundit ac ſpargit radios, & igne uindicante eos, qui in malicia uitæ curſum tranſigunt, pœna afficit. Hoc enim uult cùm ſubnectit:

9 *Grando & carbones ignis.*) Hæc etiam noſtra acciderunt ætate. In pugnis enim non ita pridem geſtis, barbaros populos ad Septentrionem ſpectantes, inq; nos impetum facientes, grandine ac igni ad internecionem redegit. Quin & Perſas, qui ſe urbibus noſtris potituros ſpem animo conceperãt, his ipſis obſtaculis remoratus eſt: & alios quidẽ interemit, alios uerò ad annuncianda, quæ euenerant, domum remiſit.

10 *Et apparuerunt fontes aquarum.*) Contigit hoc noſtro etiam ſeculo in plurimis regionibus. Nam terra motu ſui conquaſſata rimas egit, & immenſa profunditas in altiſſimis montibus apparuit, necnon in ſiccis locis aqua profuſa eſt. Hæc autem omnia Deus in eum finem dirigit, ut poteſtatem illam ſuam in impios uindicantem proferat atque declaret: ſe nimirum eum eſſe, qui quidem prorſus, ſi ita ipſi uideatur, perdere queat: propter amorem autem, quo genus humanum complectitur, differat. Vt autem quid nam aquarum translatione accipiat, explicet, ſubiungit:

11 *Miſit de excelſo, & corripuit me.*) Manifeſtè, ait, hoſtib. declarauit quanta erga me cura tangatur. Hoc enim eſt quod inquit: Miſit de excelſo, & corripuit me. id eſt: Omnibus perſuaſit, ſe è cœlo opem mihi tuliſſe. Hac autem me prouidentia dignatus eſt, eò quòd hoſtem me potentiorem eſſe cerneret.

12 *Eripiet me ex inimicis meis.*) Videtur mihi hic Abeshalomi rebellionem innuere, quæ à deſignato peccato facta eſt. Afflictionem enim infirmitatem animi nominat, ob quam peccatum perpetratum eſt.

13 *Et factus eſt Dominus firmamentum meum.*) Impulſum & proſtratum, inquit, leuauit Dominus, anguſtiasq; dilatauit: & loco mortis, quæ imminebat uitam conceſſit.

14 *Eripiet me, quoniã uoluit me.*) Spẽ aũt bonã alo, fore, ut & de cætero ope ſua me haud dedignaturus ſit: quocirca & de hoſtib. triumphabo, quamuis ſummis uirib. polleant.

15 *Et ſecundum puritatem manuum mearum retribuet mihi.*) Non temerè & immeritò cura mei tangitur: cognitum enim animi mei propoſitum habet: neq; eum fugit quanto conatu hoc agam, ut cunctis eius præceptis dicto ſim audiens. Non autem hoc ſpectat, ut uirtutes ſuas oſtentet, ſed ut nobis rationem commonſtret, qua fieri queat, ut diuini auxilij participes euadamus.

16 *Quoniam omnia iudicia eius.*) Et quo pacto hoc ipſum præſtari poterit? reſpondet: Quia ab illis, in quibus deliqui, me reuocaui, extra culpam porrò ero.

17 *Et conſeruabo me ab iniquitate mea.*) Tum demum, inquit, cum ab omni noxa alienus fuero, abſolutis bonis fruar. Cuncta namq; attendit Dominus: ea uerò in primis, quæ benè adminiſtrantur. Hæcq; p uritates manuum nominauit.

18 *Cum ſancto ſanctus eris.*) Id eſt: pro ut mens humana fuerit affecta, tuæ quoq; remunerationes erunt, ô Domine. Sanctis quippe confers ea, quæ ſanctis cõueniunt: ijs qui peccatum deſignarunt nullum, quæ illis competunt: omnib. numeris ac portibus perfectis, quæ & his congruũt. At è contrario ijs, qui peruerſuertuntur ilico, ſubornas, ut eius quã ingreſſi ſunt atq; tenent, uiæ exitum breui inueniant. Qui animo ſancto præditi ſunt, quiq; calamitatibus deiecti animo, ijs ſalutẽ largiris: at qui magnos ſibi ſumunt ſpiritus, eriguntq; criſtas, eos in terram præcipites dare conſueſti.

19 *Quoniam tu illuminabis lucernam meam Domine.*) Quoniam afflictiones nocti cõparauit, commodè liberationem ex illis luci confert. Quoniam, inquit, lucerna ueræ lucis capax (loquitur autem de forma ſerui) mea eſt, & ex lumbis meis formabitur.

20 *Quoniam in te eripiar.*) Cunctis, inquit, machinas inſidiarum, omnemq; impoſturam, tua ſuffultus manu, deuitabo.

Et

Et in Deo meo tranſgrediar murum.) Iuſtè cuncta regis. Et propter confidenter ago. 21

Eloquia Domini igne examinata.) Hoc uerò, uult dicere, ex ueris tuis oraculis mihi 22
innotuit. Probata etenim, & ab omni mendacio aliena, igni examinata dicit.

Protector eſt omnium ſperantium in ſe.) Atq; non ſolùm ego, ſed & uniuerſi ac ſingu- 23
lis ſpem ſuam in illo reponentes, idem conſequentur auxilium.

Quoniã quis Deus.) Noſtro enim excepto, Deus omnino nullus eſt: ne uidelicet hic 24
hunc, ille illum inuocet.

Deus, qui præcinxit me uirtute.) Virtute eius coroboratus: rectam & ego uiam inſi- 25
ſtere aueo.

Qui direxit pedes meos.) Sicut ceruis hanc uim largitus eſt, ut à natura uenenoſa ani- 26
malia proculcent; ita & me uictorem, ſuperioremq; aduerſarijs meis conſtituit.

Qui docuit manus meas ad prælium.) In tentationibus namq; cõſtitutus, cùm eas pre 27
ces fundens eleuo, de inimicis uictoriam refero.

Et poſuiſti ut arcum.) Per æneũ arcum, eumq; infractum, lacertos meos ad iacula con 28
tra hoſtes emittenda inſtruxit.

Et diſciplina tua.) Et edocuſti eos qui deliquerunt, lapſos erexiſti, & quan tum malũ 29
ſit peccatum haud obſcurè indicaſti, ſaluteq; dignatus es.

Dilataſti greſſus meos). In afflictionis meæ anguſtia, inquit, amplitudinem conſolatio 30
nis dediſti, qua quaſi manu ductus, ad hoc uſq; tempus perititi.

Perſequar inimicos meos.) In tantum prouidentia tua ſum confirmatus, ut ſpem bonã 31
animo conceperim me uictoriam de hoſtibus relaturum: neq; finẽ facturum, donec eos
in poſterũ ſubiectos mihi reddã. Hoc namq; innuens dixit, Cadẽt ſubtus pedes meos.

Et præcinxiſti me uirtute.) Mihi, inquit, uires atq; potentiam impertijſti, inſultum ue 32
rò aduerſariorum propuliſti: id quod in Goliath & Saule uidere eſt. Illum namq;, conſe-
rendæ pugnæ tempus uanis ac futilibus uerbis conterentem, funda proſtrauit: hunc ue-
rò, alto ſopitum ſomno, facilè impediuit & effugit.

Et inimicos meos dediſti mihi à tergo.) Quod aliâs diceretur: In fugam eos conieciſti. 33
Solent enim, qui ſeſe in fugam conijciunt, uertere terga.

Et eos, q oderunt me.) Saulẽ puta, Achitophelẽ, Abashalomum, & innumeros alios. 34

Clamauerunt, nec erat qui ſeruaret.) Neque etenim Philiſtini deorum ſuorum opem
implorantes ſubleuati ſunt: neque Saul, Abeshalom, Semei, nec nõ alij Deum habuerũt 35
fauentem ac propicium.

Et comminuam eos ut puluerem.) Vani ac obſcuri prorſus, tua mihi aſpirante gratia, 36
reddentur.

Eripe me è contradictione populi.) Oraculum edit de Iudæorum contra Soſpitatorẽ
dementia, alienigenarumq; ſalute. Precatur autem, ne quicquam cum illorum contradi- 37
ctione habeat commercij.

Conſtitues me in caput Gentium.) Haud quaquam nobis conſtat Dauidem unquam
fuiſſe regem Gentium. In eo igitur, qui ex ipſo quo ad humanitatem prognatus fuit, 38
hoc uaticinium adimpletum eſſe, neceſſe eſt.

Populus, quem non cognoui, ſeruiuit mihi.) Hæc omnia in perſona Chriſti prædicit. 39
Hoc autem uult dicere: Qui neque uatem ullum, neque legis conditorem nacti ſunt, fa-
cillimè, cum uocarentur, obtemperarunt, imperiumq; meum obuijs ulnis amplexi ſunt.

Filij alieni mentiti ſunt mihi.) Qui filiorum nomine gauiſi, inque filiorum numerum
cooptati erant, indignos ſeſe ipſi reddidere, ingrati erga diuinam beneficentiã facti, inq; 40
fide, pia fide derelicta uacillantes.

Viuit Dominus.) Facta Iudæorum cõtradictionis, paſſioniſq; mentione, reſurrectio-
nis quoque meminit. Quoniamq; Iudæi eum, qui cruci fuit affixus, mortuum clamitant, 41

reclamat

reclamat illis,inquiens: Viuit Dominus & benedictus Deus.

42 *Deus,q dediſti uindictas mihi.*) Qui iſta,inqt,geſſiſti,breui me ab illis,q nullo me iure impugnant,liberabis:atq; populum,quem dediſti mihi,tractabilem ac obedientē feciſti.

43 *Propterea confitebor tibi in Gentibus Domine.*) Per eos etenim qui etiamnū, ſed ad breue tempus, Gentes nominabuntur, in cunctis per totum terrarum orbem diſperſis Eccleſijs te celebrabo.

44 *Qui magnificat ſalutes regis.*) Tu me regno inaugurasti,& non tueris ſolùm,ſed & proui dum efficis. Hac uerò prouidentia nō me tantumodo, ſed & meos pueros dignatus es,quinimò in ſempiterna ſecula omni poſteritati meæ celebritatem hanc ſartā & tectā ſeruas. Quod ſi quis hunc locum more Iudæorum accipiat,prophetiam mendacij inſimulabit. Quandoquidem in captiuitatem Dauidis ſolùm genus peruenit. Vnde facilè colligitur,ſemen Dauidis,Chriſtum uidelicet ex Dauide prognatum, eſſe accipiendum.

PSALMVS XVIII.

Argumentum.

Cum tria ſint legum genera,teſte Apoſtolo:unum ſine literis,alterum in literis,tertium in gratia: hæc omnia B. Dauid in hoc Pſalmo perſequitur,inſtruitq; homines ut his ex ordine utantur.

1 COEli *enarrant gloriam Dei.*) Sola inquit, cœlorum pulchritudo & magnitudo, quæ in omnium oculos incurrunt,ad commendandum conditoris opificium ſatis ſuperq; faciunt. Cœli autem ac firmamenti mentionem facit, Moyſæ ueſtigijs inſiſtens.

2 *Dies diei eructat uerbum.*) Quoniam & ipſa noctis & diei ordinata uiciſſitudo, poſitos ab architecto terminos declarat. Illud uerò, Eructat uerbum, & ſi quæ ſunt eiuſdem generis complura alia, nequaquam hoc innuunt,ea,quæ ſub aſpectum cadunt anima eſſe prædita:ſed ꝓſopopœian in ſe habent,quæ ab aſpectabilib. ad inaſpectabilē opificē deducat,illorumq; hymnodiam proferat.

3 *Non ſunt loquelæ nec ſermones.*) Sententia eſt:neque ſermonem emittunt, neque uerbum ullum faciunt:ſed ſola ordinis ſui declaratione cum uniuerſam terram, tum & mare ad prædicandum Deum inuitant.

4 *In ſole poſuit tabernaculum ſuum.*) Hoc eſt in cœlis. Hoc enim & magnus ille uates Moyſes prohibet. In eandem quoque ſententiam ſanctus Dauid loquutus eſt, quòd nimirum ſoli in cœlo tabernaculum ſuum collocârit,ut in illo circumgyratus totum terrarum orbem conſeruet, cunctiſq; in eo uitam ducentibus animalibus, de calore ſuo impertiat.

5 *Nec eſt qui ſeſe abſcondat à calore eius.*) Calorem hic pro luce ponit, ſignificans uim illius multò efficaciorem eſſe, quàm ſit eius lucis,quæ manibus facta eſt: eò quòd illi quoque,qui longo interuallo remoti ſunt,calore illius frui poſſint. Quæ etenim manibus facta lux eſt, non niſi propinquos afficit:ſol uerò longè lateq; calorem ſuum,unà cū ſplendidiſſimis ſuis radijs emiſſis,diffundit.

6 *Lex Domini immaculata,conuertens animas.*) Dei lex ab omni labe aliena hominū immutat mentes. Legis uerò, iudiciorum atque iuſtificationum nomine Moſæam legem nominat. Ea autem legis nomine inſignitur,eò quòd optimè moratam ciuitatem inſtituat:teſtimonij uerò,quòd peccatores conteſtetur,reoſq; peragat & transgreſſionis pœnam irroget.

7 *Iuſticia Domini rectæ lætificātes cor.*) Ita lex appellatur, utpote quæ moneat, quod iuſtum eſt præſtare quod iniuſtum declinare: eoſq; qui iuſtè agunt iuſtos eſſe proclamans. Præceptum autem dicitur, tanquam quod faciendum ſit præcipiens, cumq; authoritate iniungens:iudicia,eò quòd ſententias Dei reuelat, quibuſq; bonis circumfluxurus ſit is,qui legem ſeruat: quaſq; pœnas luiturus ſit,qui hāc uiolat,oſtendit. Cor aūt iſtæ iuſtificationes recreant, propterea quod iuſticiæ cauſam demonſtrant. Præceptū animi oculum illuſtrat, oſtendendo,qua ratione Deus Opt.& Max. rite colatur. Pietas hercle Deiq; timor reuerentiam horum conſtituunt, cœleſtiumq; bonorum participes reddunt.

reddunt. Iudicia Dei uera, iuſtificata nominauit: utpote, quæ & dignitates & pœnas æquabili ratione hominibus deſignent. Hæc & auro precioſiſſimiſq; gemmis præſtantiora, melleq; ſuauiora eſſe aſſerit: haudquaquam tamen quibuslibet promiſcuè hominibus, ſed ijs qui uerè ſunt homines, hoc eſt, quorum uita beſtiarum uitæ non eſt ſimilis.

Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea.) Quo emolumento id agat, clarius docet. 8

In cuſtodiendo illa retributio multa.) Deſtinata eſt, inquit, remuneratio ampliſſima cũ 9
ctis, qui illa cuſtodire animum induxerunt: uerùm dum omni conatu præceptis Dei obedire annitor, naturæ infirmitate retrahor: & quamuis teſtimonium operum ſubterfugiã, omnis tamen me generis ſordibus cogitationes implent. Quocirca tibi ſupplex fio, & ad te, ut qui unus & ſolus mundare potes, clamo.

Ab occultis meis munda me.) Non cogitata animi tantum me circundant, ſed & ca- 10
codæmonum agmen obſidione me cingit. Commode autem alienos illos nuncupauit, utpote aduerſarios ac hoſtes, omneq; noſtrum conſortium recuſantes.

Si mei non fuerunt dominati.) Fruar autem ope tua, ut quas in me machinantur inſidi- 11
as declinem, animamq; ab omni noxa immunem reddam, & conſequutus à te omnium delictorum remiſſionem ſempiternam, tibi hymnodiam offeram.

Domine adiutor meus & redemptor meus.) Vltimam Pſalmi partem præcedentibus 12
accommodat. Dominum enim uocat, tanquam conditorem & architectum: redemptorem autem, tanquam per regenerationem Baptiſmi & à priſtina corruptione uindicantem, incorruptibilitatemq; & immortalitatem conferentem.

PSALMVS XIX.

Argumentum.

Prophetica prædiſione ea quæ poſt multos annos, tempore Ezechiæ euentura erant proſpiciens, populum pro rege orantem deſcribit.

QVoniam Ezechias rex, blaſphemijs refertas Aſſyriorum regis literas in manu ha- 1
bens, in templum feſtinanter ſeſe receperat, precatur populus ut ipſius precibus Deus acquieſcat, opemq; ferat. Sanctum namq; hoc loco templum appellat.

Memor ſit omnis ſacrificij tui.) Quoniam pace etiamnum florente, religionis curam 2
geſſerat, merito hæc de illo prædicant: precantes Deũ, ut ad regis pietatem oculos conuertat, paucisq; tranquillitatem poſtliminio reſtituat, quo pluribus poſthac ſacrificijs placare eum queat.

Tribuat tibi Dominus ſecundum cor tuum.) Iuſtum, inquit, iudicem obnixe rogatum 3
uolumus, ut remuneratione animi tui ſynceritati reſpondente ornare te dignetur.

Lætabimur in ſalutari tuo.) Dum enim preces tuæ exaudiuntur, & nos huiuſce gau 4
dij participes fiemus, utpote conſpicui diuina uirtute redditi.

Nunc cognoui, quòd ſaluum fecerit Dominus Chriſtum ſuum.) Reipſa experti ſumus, 5
inquiunt, quòd Deo fide innixus rex noſter ſalutem conſequuturus ſit, & cum in templo hoc terreſtri preces ſuas effuderit, ex cœlis auxilium accepturus ſit.

In potentibus ſalus dexteræ eius.) Vires ſuppeditat ſe conuenientibus. Dexteræ au- 6
tem nomine denuò Dei operationem appellat.

Hi in curribus.) Iſti equis & curribus innixi, plane nihil obtinuerunt, ſed inaſpecta- 7
bilibus laqueis irretiti conciderunt: at nos Dei implorata ope, ſalutis uirtutem manifeſte conſequuti, illisq; ut hoſtibus proſtratis inimicis manifeſtati ſumus.

Domine ſaluum fac regem.) Huiuſmodi igitur opem nacti, rogamus Domine, ut 8
forte hac fine intermiſſione cum rex noſter, tum & nos potiamur.

PSALMVS XX.

Argumentum.

David in perſona populi Iudaici celebrat beneficium Dei, quòd uitæ Ezechiæ quindecim annos adiecerat.

1 DOmine in uirtute tua lætabitur rex.) Cum omnipotens ſis, inquit, & humanum genus ſumma complectaris beneuolentia, preces regias benigne exaudiuiſti: & quæcunque precatus eſt, imò & maiora conceſſiſti.

2 *Quoniam præueniſti eum.*) Regnum namq; illi, haud ea de re interpellatus, ultronea liberalitate detuliſti, caputq; eius regia corona exornaſti.

3 *Uitam petijt à te.*) Tulit, inquit, quod efflagitauit, ac uita potitus eſt, quã exoptauit. Quod enim ait, In ſeculũ ſeculi: alterã illam immortalem uitã, quę ſanctos manet, innuit.

4 *Magna eſt gloria eius.*) Neq; enim ſalutem tantum ei tribuiſti, ſed & conſpicuum eum & eminentem reddidiſti, eo quòd hoſtes improuiſæ neci adixiſti, & ſolem contra ſolitam uiam retrocedere coegiſti. Quod uſq; adeò per totum rerrarum orbem percrebuit, ut Babylonius rex munera miſerit ijs, qui quondam Aſſyrijs dona mittebant.

5 *Quoniam dabis illi benedictionem.*) In uniuerſis, inquit, gentibus ac nationibus clarus erit, gaudiumq; & animi recreationem coram oculis tuis habebit. hoc eſt, fauore tuo fruetur.

6 *Lætificabis eum in gaudio cum uultu tuo.*) Victoriam reportauit de hoſtibus, tua gratia fretus. Fruitũ autẽ illa, nullo mortaliũ confiſus, ſed ſpe, quam in te habet, cõmunitus.

7 *Quoniam rex ſperat in Domino.*) Neq; enim temere rex ſpe in te repoſita, confiſus eſt: ſed dexteram tuam hoſtium cunctorum uictricem perſpectam habens, celerrimos inimicos comprehendere & ualidiſſimos peſſundare poterit.

8 *Quoniam pones eos ſicut clibanum ignis.*) Leue tibi incendere illos tanquam clibanum & conficere: neq; illos ſolum, ſed & eorum poſteros. Hos enim fructum appellauit. Illud uerò, In tempore uultus tui, perinde habet, ac ſi dicat: In tempore iræ tuæ, cuum nimirum tibi placuerit, ut hoc fiat, & commodum expetendarum pœnarum tempus ad eſſe duxeris.

9 *Quoniam declinauerunt in te mala.*) Quoniam, ait, linguas ſuas aduerſum te exeruerunt, & blaſphemijs uſi ſunt.

10 *Cogitauerunt conſilia.*) Vaticinatur hoc modo de blaſphemis illis Aſſyriorum uerbis: Ne ſeducat te Deus tuus, cui confiſus es, quòd ſit Hieroſolymam ex manibus meis erepturus. Vel: Cogitauerunt conſilia hoc eſt, ſpem animo conceperunt, ſore, ut quemadmodum idola, ita & uerum Deum ſuperarent.

11 *Quoniam pones eos dorſum.*) Eos enim qui ab angelo illatam cladem fugerunt, in fugã conieciſti & terga dare coegiſti.

12 *In reliquis tuis præparabis uultum eorum.*) Hyperbaton hic nonnulli agnoſcunt, pro eo quod aliàs diceretur: De ijs qui reliqui erunt pœnã expetes. Eſt autem una, eademq; ſententia, etiam ſecundum priorem explicationem.

13 *Exaltare Domine in uirtute tua.*) Deus nequaquam dicitur exaltari, tanquam ſit humilis, aut quod antea nõ habebat, id modò conſequatur: ſed quòd id quod habet, manifeſte declaret. Recte igitur, dixit, Exaltare Domine. profert enim ſeſe celſitudo tua per inenarrabilem tuam potentiam. Nos autem decantando, inq; aſtra extollendo mirabilia tua, perſeuerabimus.

PSALMVS XXI.

Argumentum.

Vaticinium de paſſione, & reſurrectione Chriſti, deq; uocatione Gentium, & orbis uniuerſi ſalute.

1 DEus Deus meus attende mihi.) Cum in crucis ligno penderet Dominus, hiſce uerbis Ebræo idiomate uſus eſt. Dicit autem hæc Dominus Chriſtus, tanquam primitiæ

militiæ naturæ humanæ, pro natura uniuerſa: quod & in ijs, quæ ſequuntur, uerbis facit.

Longe à ſalute mea uerba delictorum meorum.) Ne attendas, inquit, peccatis naturæ humanæ, ſed ſalutem imperti, idq; paſſionum mearum ergò. 2

Deus meus clamabo per diem.) Noctesq;, diesq; clamantem, inquit, neq; tacere potẽtem, haud exaudiuiſti, ſed paſſioni tradidiſti. Attamen perſpectum mihi huius diſpenſationis eſt myſterium. Hoc enim uult, cum ait: Et non ad inſipientiam mihi. 3

Tu autem in ſancto habitas.) Quoniam te, inquit, ſanctum hoc corpus inhabitante, paſſio hæc peragitur. Laudem uerò Iſraelis ſeipſum nominat, utpote à cultoribus ſuis laudatum & decantatum. 4

In te ſperauerunt patres noſtri.) Et hoc, inqt, certò deprehendi, quòd maiores noſtri tuo adminiculo freti, ſpe ſua haud fruſtrati ſunt: ſed poſtquam tuam opem implorarunt, prouidentia tua potiti ſunt. 5

Ego autem ſum uermis, & non homo.) Ego, inquit, tanquam uermiculus aliquis abiectus ſum, & omni irriſioni expoſitus. Abiectam enim ſpretamq; conditionẽ uermis nomine intelligit. 6

Loquuti ſunt labijs.) Perfecta hæc ſunt ſub paſſionis tempus. Plurimi namq;, inquit, motis capitibus dicebant: Alios ſeruauit, ſeipſum ſeruare non poteſt. Ad hæc & illud: Sperauit in Dominum, eripiat eum, in ſacris Euangelijs legitur. Illud inſuper: Si filius Dei es ſerua teipſum. 7

Quoniam tu es, qui extraxiſti me ex utero.) Hoc & Eſaias uates prędixit, inquiens: Quoniam uirgo in utero concipiet. Et S. Dauid perſonam Chriſti gerens, dixit: Quoniam tu me finxiſti in utero, & illinc iterum eduxiſti. Deinde cum eſſem ad ubera matris, ſpes mea à prouidentia tua pependit. 8

Ne diſcedas à me.) Diſcipulorum enim ſuorum cœtus eum dereliquerat. Deinde & formas paſſionis ſuæ prædicit: Circumdederunt me, inquit, uituli multi. 9

Tauri pingues.) Per tauros ipſos ſacerdotes & ſcribas intelligit, quibus imperium in populum cõmiſſum erat: qui quidem magnam contumaciam declarauerant. Vitulos autem eos appellat, qui illorum imperio parebant: pingues uerò uocat, tanquam in muneribus à ſe in ipſos collatis deliciantes, taurorumq; & leonum uæſaniam ferociamq; referentes. 10

Sicut aqua effuſus ſum.) Oſſium nomine Apoſtolos intelligit: nam & Eccleſiam ipſam corporis ſui nomine dignatur. Oſſa autem ipſius corporis robur ſunt. Ab illis quippe corporis raritas & mollicies adimitur. Pleriq; uerò Apoſtoli ſub paſſionis tempus inſtar aquæ diffluxerunt. 11

Factum eſt cor meum tanquam cera.) Hæc etiam ſub paſſionis tempus contigerunt. Cor enim illius prę timore ſicuti cera colore ignis diſſolutum eſt, & uirtus priſtinam uim haud exerit. Ad hæc lingua etiam immota manſit: teſtanturq; diuini Euangeliſtæ, quòd ſæpiſſime ad interrogata uerbum nullum reſponderit. Quin & tumulo mandatus eſt, quem mortis puluerem uocat. 12

Quoniam circumdederunt me canes multi.) Poſt Iudæos alienigenarum quoq; mẽtionem facit: hiſce etenim à Iudæis fuit traditus. Commode autem taurorum nomine Iudęos, canum uerò Gentiles inſigniuit. Iudæi enim ſub legis erant iugo, quamuis eam aperte uiolarent: Gentiles uerò legis ratione habita, prorſus immundi erant. 13

Foderunt manus meas.) Eſt & hoc euidens, extraque controuerſiam, etiã ad contentiones propenſis, poſitum: eo quòd in Chriſti paſſione adimpletum ſit. 14

Dinumerauerunt omnia oſſa mea.) Adeò oſſa mea, inquit, extenderunt flagellatores, ut difficile haud fuerit, ſi cui libuiſſet, oſſium etiam meorum numerum nouiſſe. 15

Ipſi uerò conſiderauerunt & inſpexerunt me.) Illudendo nimirum, irridendo, conuitijsq; proſcindendo. 16

17 *Diuiſerunt ueſtimenta mea.*) Teſtatur & hoc S. Euangelica hiſtoria.

18 *Tu autem Domine.*) Cum nullum mihi aſpiret humanum præſidium, tuo fruar auxilio, liberaborq; cum ab iſtis, tum & ab eo, qui illis tanquam organis, ac inſtrumentis utitur, inq; me non ſecus ac canis, ſeu potius leo impetum facit. Leonis namq; & canis nomine ſathanam intelligit, qui ſub paſſionis tempus inſtar ferociſſimæ cuiuſdam feræ, mortem inferendo inuaſit.

19 *Narrabo nomen tuum fratrib. meis.*) Ex more humano hæc dixit, omnesq; in ſe credentes fratrum ornat titulo. Hi namq; eius fratres ſunt, humanitatis ratione habita, cum ſecundum diuinitatem herus atq; Dominus ſit noſtrum omnium.

20 *In medio Eccleſiæ.*) Cum Eccleſia ex Iudæis pariter & Gētibus collecta ſit, utroſq; ad celebrandum Dei nomen cohortatur: Iudæos quidem à maiorib. ipſorum Iacobo & Iſraele, Gentes uerò à uirtute compellans, eo quòd uirtus ſola etiā ad ornandum ſufficiat.

21 *Qui timetis Dominum laudate eum.*) Laudate, inquit, ſalutis ueſtræ unicum authorem, qui abiectiſſimam conditionem ueſtram nequaquam aſpernatus eſt, ſed exaudiuit, & per reſurrectionem meam, ſalutem uobis ſumma diligentia comparauit.

22 *Apud te laus mea.*) Sicut ego te, inquit, hominibus manifeſtaui, ita & tu uiciſſim eos edoces: quòd idē & mihi & tibi honos conueniat, cū dicis, Hic eſt filius meus dilectus.

23 *Vota mea reddam.*) εὐχὰς hoc loco non pro precibus accipit, ſed pro promiſſionibus: quo reipſa cuncti immotam uerborum eius ueritatem agnoſcant.

24 *Edent pauperes.*) Non uniuerſos. Haudquaquam enim omnes Euangelio dicto audientes fuere, ſed illi tantum, qui diuino quodam inſtinctu ac deſiderio flagrarunt. Hi autem eſurientes cibo immortali ſaturabūtur. Pauperes nominat eoſdem, utpote qui quondam pietatis opibus ac facultatib. carentes, inſcitiæ egeſtati ſeruierunt.

25 *Viuent corda eorum.*) Nam corpore adhuc morti ac interitui obnoxio circumdati, reſurrectionis ſpe ac fiducia recreati, beatam æternamq; uitam præſtolantur.

26 *Reminiſcentur & conuertentur ad Dominum.*) Commode illud, Reminiſcentur, eſt poſitum: quoniam licet quòd eſſent, Domino acceptum erat ferendum, eius tamen obliuio animis eorum irrepſerat. At non una aliqua gens aut altera, ſed ex cunctis totius terrarum orbis nationib. ad fulgorem agnitionis Dei certatim confluunt.

27 *Quoniam Domini eſt regnum.*) Oſtenſurus Deum non precario, ſed proprio iure regnum ſibi uendicare, recte clauſulam hanc inſeruit, Quoniam Domini eſt regnum. Neq; enim Iudaicæ ſolummodo gentis Deus eſt, id quod illa putabat: ſed totius humanæ naturæ creator & opifex.

28 *Manducauerunt & adorauerunt.*) Nam qui ſumpto alimentario uictu ſaturati ſunt, cum ob id gratias Deo agunt qui eum ſubminiſtrauit, Deum quodammodo adorant. Pingues autem appellat diuina ope enutritos.

29 *Et anima mea.*) Chriſti Domini noſtri ſemen ſunt, qui per ſacri fontis ablutionem regenerati ſunt. Quocirca illi animam ſuam uiuere, non autem alijs inſeruire dixit. Natura enim humana ſuo tempore induta, diuinitati, quæ hanc induit, eſt unita, eiuſdemq; honoris & gloriæ compos facta.

30 *Annunciabitur Domino generatio futura.*) De ea generatione, inquit Dauid, haudquaquam uerba facio, in qua ego uitam duco: ſed de futuro quodam populo, quem ſibi Dominus dominantium ſeliget ac reget.

PSALMVS XXII.

Argumentum.

Beneficia Domini in ſe collata prædicat.

1 D*Ominus paſcit me.*) Quoniam Pſalmo præcedenti dixerat, Edēt pauperes: &, Manducauerunt & ſaturati ſunt, & adorauerunt omnes pingues: itaq; in hoc Pſalmo quis nam cibum hunc largiatur, is nimirum, quem & paſtorem appellat, oſtendit.

2 *In loco herbido.*) Cum Deū tranſlationis uſurpatione paſtorē nominarit, eodē tropo ouium

ouium quo pabuli mentionem facit. Herbidus autem locus ſacroſanctam oraculorũ cœlitus patefactorum doctrinam denotat. Primùm namque ſermonibus doctrinę enutrit: deinde commodè magis myſticam alimoniam profert.

Ad aquam recreationis.) Aqua regenerationis innuitur, qua ablutus, cui ad gra- 3
tiam fit aditus, & uetuſtatem peccati abluit: & pro eo, qui ſenuerat, iuuenis fit.

Animam meam reſtituit.) Sententia eſt, Duo mihi eſt largitus, primum quòd me ab 4
errore reuocauit: alterum quòd ad ingrediendum in uia recta me inſtruxit.

Propter nomen ſuum.) Cuncta autem hæc, inquit, nil niſi diuinæ munificentiæ mu- 5
nera ſunt. Neque enim illa noſtra uirtute promeriti fuimus.

Non timebo mala.) Etenim cum talem, tantumq́ adiutorē habeam atque defenſorē, 6
ne ipſas quidem etiam inferorum portas expaueſcam, ſed & mortem quoq; nihili ducã.

Virga tua & baculus tuus.) Virga etenim infirmitatem meam corroborat, at hoc in 7
uiam rectam me dirigit. Verùm haud procul à ſcopo aberrarit quis, ſi ſalutiferã crucem hiſce nominibus inſigniuerit. Huius quippe ſignaculo & commemoratione ab hoſtibus liberati, in rectum tramitem reuocamur.

Paraſti in conſpectu meo menſam.) Perſpicua ſunt hæc, ac proinde fuſiorem explica- 8
tionem non requirunt. Conſtat enim quod'nam & quale ſit ſpirituale illud oleum, quo credentium capita perunguntur: quæ item illa ſit ebrietas mentem confirmans, non diſſoluens: & quæ denique myſtica alimonia, quæ à paſtore nobis apponitur. His, ait, bonis id adepti ſumus, ut noſtri inimici facti ſint elanguidi. Etenim qui quondam ſementes fecerũt, tãtã immutationē cõſecuti ſunt, ut nihil inde fructus ac emolumēti retulerint.

Et miſericordia tua ſubſequetur me.) Bona hæc, inquit, tua mihi contulit munificentia 9
atque benignitas, quæ nos non ſecus atque fugam dantes inſequitur & comprehendit, ſaluteq́ ornat, & efficit ut in cœleſtibus domicilijs, cum in hac, tum & in futura uita conuerſemur. Hoc enim innuit, cùm ait, In longitudinem dierũ: hoc eſt ſemper & continuò.

PSALMVS XXIII.

Argumentum.

Prophetia de reſurrectione & aſcenſione Domini.

DOmini eſt terra.) Iudæorum falſa erat perſuaſio Deum non niſi Palæſtinam impe- 1
rio ſuo premere, eiusq́ incolarum tantum cura affici: quo circa rectè diuinus uates Dauid in hoc Pſalmo indicat, eum non ad unius tantum partis terrarum orbis, ſed totius clauum ac gubernacula ſedere: hocq́ ſibi imperium non ui rapuiſſe, ſed terram ipſam, quæq́ ea continentur condidiſſe.

Ipſe ſuper maria fundauit eum.) His uerbis non tantùm terreni globi molitionem ac 2
ſtructuram, ſed & diuinam prouidentiam declarat. Nam cum à natura ipſa terra ſicca ari daq́ eſſet, Deus congruentem ei humiditatem admiſcuit.

Quis aſcendit in montem Domini.) Montem cœleſtem non terrenum innuit. Poſt- 3
quã enim oſtendit Deum architectũ & creatorē eſſe cunctorũ, commode iam uiam ad ipſum nos ducentē aperit, quæſtionemq́, ad quam ipſemet reſpõdet, in mediũ adducit.

Innocens manibus.) Par eſt, inquit, ut qui hunc montem conſcendere expetit men- 4
tem ab obſcœnis cogitationibus repurgatam, & manus ab eius generis actionibus alienas habeat. Manuum etenim nomine actiones, cordis uerò cogitationes ueniunt. Corde enim deliberamus & uolumus, manibus operamur & agimus. Has autem intellexit, cum dixit: Qui non accepit in uano manum ſuam. At cum iuriſiurandi uiolatio auaritiæ comes ſit, commodè & hanc interdixit.

Hic accipiet benedictionem à Domino.) Iam porrò bene geſtorum utilitatem & emo- 5
lumentum indicat. Conuenientiſsimè autem cum miſericordia benedictionem coniunxit. Remunerationes quippe, quæ putantur ex ſola Dei immenſa liberalitate hominibus conferuntur. Totaq́ humani generis iuſticia, ne collata quidem ab ipſo munera adæquat, nedum porrò conferenda, quæ omnem noſtrum captum excedunt.

Hæc eſt generatio quærentium Dominum.) Qui itaque ad amuſſim horum mandato- 6

rum uitam tranſigere animum induxerunt, hi profectò huiuſce uirtutis legis conditorem cernere auent. Quapropter in undecimo quidem Pſalmo de alia generatione, ea nimirum, quæ in malicia uerſatur, mentionem facit: Tu Domine cuſtodies nos à generatione hac: hoc uerò loco, Hæc eſt generatio quærentium Dominum. Nam ab incarnato uerbo Domino noſtro Ieſu Chriſto, totus terrarum orbis ſacroſancti Euangelij precio adductus, falſos ac fictos maiorum deos dereliquit, & unicum, uerumq́ ac uiuum Deum Iacob quæſiuit.

7 *Attollite principes portas ueſtras.*) Non eſt ut cuiuſquam animum admiratio ſubeat, cum ſpirituum in oculos haud incurrentium ignorantiæ mentionem fieri audit. Haudquaquam enim hi ſpiritus omnia & ſciunt & præſciunt. Omniſcientia namque diuinæ maieſtati ſolum competit: angeli autem tantum ſciunt, quantum illis à diuino numine reuelatur. Hinc efficitur abſurdum non eſſe, ſi uirtutes ſupernæ ignorantes ſint, humanitatemq́ illam quidem cernant, latentem aũt in ea diuinitatem non cernant. Appellant aũt Dominum ipſum fortem ac ualidum in pugna: quoniam grauiſſimam ſathanæ tyrannidem demolitus eſt. Hortantur præterea ut ſempiternæ reſerantur portæ: ut quæ hucuſque naturæ humanæ haud patuerint, niſi carni ex nobis acceptæ ac deificatæ. Quapropter priore quæſtione mota, & ad eam reſponſione data, denuò uirtutes angelicæ reſpondent: iſtæ interrogant, diſcuntq́ Dominum ipſarũ uirtutum glorioſum regẽ eſſe.

PSALMVS XXIIII.

Argumentum.

Compoſitus hic Pſalmus eſt, cùm à plurimis impeteretur hoſtibus. Quocirca petit ſe & à ueteribus & recentioribus liberari delictis. Inſerit etiam admonitionem hominibus utilem.

1 AD te Domine leuaui animam meam.) Infinitis hinc inde calamitatibus obrutus, tibi, ô Domine, animam offero meã, ſpemq́ in te ſolo figo, ne in dedecus perpetuum incidam, neue hoſtium meorum riſui exponar, id ſupplex à te oro.

2 *Etenim uniuerſi qui ſuſtinent te.*) Habeo, inquit, pignus, ſpei meæ ſatis ſuperq́; faciens, eos nimirum, qui fidem tibi habuerunt, auxiliumq́ tuum ſenſerunt. Nam his proſpicere eorumq́ curam gerere: eos uerò qui iniquè uiuunt pudore afficere conſueuiſti. At non ſimpliciter dixit, Inique agentes ſuperuacuè, propterea quòd non omnes pari ratione delinqueant. Quidam namque fortuito quodam caſu, aut etiam quadam infirmitate naturæ labunt: alij uerò iniquitates in delicijs quaſi habent, & ſubinde nouas excogitãt.

3 *Vias tuas Domine demonſtra mihi.*) At ego primum omnium obnixè rogo, ut uias tuas cognoſcam: deinde ut & ſemitæ, quæ ad te deducunt, mihi innoteſcant. Tum & hoc peto ut reipſa te meum protectorẽ eſſe deprehendã. Sine intermiſſione etenim beneficentiam tuam præſtolor, illud enim, Tota die, pro Semper, poſuit.

4 *Reminiſcere miſerationum tuarum Domine.*) Semper placidè, & benigne humanum genus regis: hac igitur benignitate ut etiamnum potiri queam expro. Memento benignitatis tuæ, non delictorum meorum: & quotieſcunque mei, ô Domine, recordatus fueris, ne quæſo id ſecundum tuam iuſticiam, ſed miſericordiam fiat. Hoc enim uoluit, cum dixit: Secundum miſericordiam tuam memento mei tu.

5 *Propter bonitatem tuam Domine.*) Neq́ enim dignitate mea nixus, ſed benignitate tua fretus hoc peto.

6 *Bonus & rectus Dominus.*) Non citra rationẽ, inquit, uerbis iſtis ſum uſus: ſed quòd Dominum cum iuſtum, tum benignum eſſe certò mihi conſtet.

7 *Propter hoc legem dabit.*) Haud extemplò à peccantibus pœnam ſumit, ſed & uiam illis rectam, quam ingrediantur ac teneant, patefacit, & reſipiſcentiæ leges ac diſciplinam tradit. Atque inſuper eos, qui manſuetudini ac ſimplicitati ſtudent, rerum internoſcere naturas docet, ne uidelicet nimia ſimplicitate in occaſionem ignorantiæ commutata, plurimum detrimenti inferat.

8 *Vniuerſæ uiæ Domini.*) Qui perpetuò cœlitus patefactis oraculis quaſi enutriti ſunt,

ſunt,ſentiunt qua ratione cunctæ Dei ac Soſpitatoris noſtri uiæ & adminiſtrationes mi ſericordia partim,partim ueritate regantur. Erga illos etenim,quos ſuorum delictorum pœnitet,miſericordia utitur: qui uero in uirtute infractos ſeſe ac conſtantes declaraue runt,his coronam confert,ſententiam de illis in ueritate pronuncians.

Propitiare peccato meo.) Ego,inquit,etiam atque etiam te oro & obteſtor, ut igno- 9
ſcas delictis meis,non ob perfectam, omnibusque numeris expletam pœnitentiam me am:ſed ob benignitatis tuæ,ob quam celebraris,ſuauiſſimum nomen: præſertim cum o mnia delicta mea nomini alligârim tuo.

Legem ponet illi in uia.) Id eſt,in eo uitæ genere,quod ille ducere prædictus eſt,con- 10
uenientes illi,optimeque quadrantes leges ſancit.

Anima eius in bonis commorabitur.) Qui igitur diuinis reſponderunt legibus,his cō 11
morationem in ueris animi bonis , ſeminisque benedictione prophetica lex promittit. Quoniam enim Iudæi liberorum procreatione nihil antiquius habebant: quę ſanè res & ijs,qui communem uitæ curſum tenent cordi eſt: cohortatur ut ab his præſentibus reb. ad uirtutis ſtudium enitamur.

Firmamentum eſt Dominus.) Declarans nimirum infractos eos , hoſtiumque ſuorum 12
debellatores eſſe.Cœleſtia quippe ipſius oracula non promiſcuè quibuslibet, ſed in ti more ipſius conſtitutis,quod propoſitum eſt demonſtrat.

Oculi mei ſemper ad Dominum.) Denuò mentis oculi hîc accipiendi fuerint, quos in 13
Dominum ſeſe defixos habere teſtatur:utpote cui certò conſtet,quòd ipſius prouiden tiæ adminiculo omnes inimicorum technas atque machinas ſit declinaturus.

Aſpice ad me.) Patheticè admodum hoc poſuit, Aſpice ad me,miſerere mei.Atten 14
de,ait,deſolationem meam,& quomodo ab hoſtibus obſidione cinctus ſim. Prorſus e tenim ubi aſpexeris,miſericordiæ affectu erga me tangeris.Illud uerò, Quoniam unige nitus,quidam reddiderunt, Quoniam ſolus ſum.

Tribulationes cordis mei.) Plurimis,inquit,calamitatibus & ęrumnis hincinde circun 15
dor.Cum igitur deiectionem hanc & miſeriam peccatis meis rependeris,concede quæ ſo ueniam & condona.

Vide inimicos meos.) Quod ſi,inquit, indignus benignitate tua exiſtimor , cum tot 16
tamque grauibus impugner malis,uel iniquo ſaltem inimicorum meorum odio perpenſo, benignitatem tuam mihi largire. Tibi namque ſoli peccaui.Hoſtes autem, cum me nulli us inſimulare poſſint,nihil meritum impugnant.

Cuſtodi animam meam.) Quamuis enim nonnulla tuarum legum præſcripta uiola- 17
rim , nequaquam tamen à prouidentia me tua prorſus abalienaui. Quocirca ut ab inimi cis eruat , obnixè peto.

Innocentes ac recti adhæſerunt mihi.) Eſt & hæc uirtutis propria quaſi nota , ut malo- 18
rum conſortium,cane peius & angue óderis:eorum uerò,qui ęquitati ſtudent , recti in cedunt, atque malicia alieni ſunt,familiaritate,intimaque conſuetudine delecteris.

Libera Deus Iſraelem.)Competit hæc oratio,quam Deo offerat,regiæ perſonæ.Per 19
decet enim eum qui ad regni gubernacula ſedet,ut omnes ſuas curas ac ſolicitudines ijs quos ſuo regit imperio impendat. Diuiſus quippe fuit Iſrael ſub Saule, Memphiboſte, Abeshalom & Sabee. Quapropter ubi tuo auxilio potitus fuero, inimicorumque uictor euaſero,omni ciuili bello è medio ſublato,opima pace Iſrael florebit,& cuncta bona tua ſumma cum uoluptate poſſidebit.

PSALMVS XXV.

Argumentum.

Exarauit hunc Pſalmum,cum à Saule pulſus,inter Philiſtæos idololatras degere cogeretur.

IVdica mihi Domine.) Cum, inquit, candidè ac ingenuè me geſſerim ,neque ulla in- 1
iuria Saulem affecerim , nihilominus tamen iniuſtè exturbatus ſim : oro atque obſecro

obſecro ut tantam ergà me declaratam iniquitatẽ uindicare digneris. Noui etenim quòd Deus ſis, acq; tua prouidentia totus pendeo.

2 *Proba me Domine.*) Quo pacto nimirum in candore ingenuo innoxius uitam tranſigens, acq; peccato alienus periculoſis pugnis impetatur. Renum autem, cordisq; nominibus animi ſenſa ac cogitata intelligit.

3 *Quoniam miſericordia tua.*) Cauſa, inquit, ob quam probari à te Domine & inſtar auri explorari cupio hæc eſt, quòd miſericordiæ tuæ confido. Ab illa etenim corroboratus, iam & ueritate tua recreatus ſum. Deinde delectationis huius genera oſtendit.

4 *Non ſedi cum concilio uanitatis.*) Veri cultus tui, inquit, uates, tantam geſsi curam, ut cum inter impios uerſarer homines, concilia illorum, pernicioſosq; conuentus deuitarim. Innuit autem per hoc, quomodo inter Philiſtæos ſeſe geſſerit: quibus cũ ob exilium cum uiuendum neceſſariò ei fuerat, nullius omnino malitiæ illorũ particeps factus fuit.

5 *Et cum impijs non ſedebo.*) Quocirca cum nihil quicquam cum illis habuerim conſortij, bonam ſpem foueo me abloturum manus & altare tuum aſpecturum, encomiacq; tua auribus meis hauſtarum: necnõ tuam munificentiam, quam in admirandis declaras operibus, eorum ignaris deprædicaturum.

6 *Domine dilexi decorem domus tuæ.*) Celeriter, inquit, ô Domine, à cohabitatione impiorum me erue, cùm tanto domus tuæ deſiderio deflagrem, quæ ex diuina tua gratia conſpicua eſt admodum: ne ſimul cum impijs hominibus, corruptoribus, homicidis & iuſticiæ oſoribus inteream. Domum autem Dei tabernaculum appellat. Templum enim Salomonium nondum ædificatum tum temporis fuerat. Quocirca ſubiunxit: Et locum tabernaculi gloriæ tuæ.

7 *Ego uerò in innocentia mea.*) Interea autem, dum inter illos uerſor, fidei ſimplicitate uſus ſum, confirmatisq; pietatis rectitudine pedibus tutus firmusq; perſtiti. Quapropter obnixè te oro, ut ad finem uſque hanc mihi conſtantiam ſartam tectamq; conſerues. Quod quidem fiet, ſi ab impiorum iſtorum conuerſatione liberatus ſemel fuero.

8 *In eccleſijs benedicam Domine.*) Fatidicis oculis orbis proſpiciens immutationem, per Pſalmorum compoſitionẽ fore promiſit, ut in eccleſijs cunctis celebretur Deus.

PSALMVS XXVI.

Argumentum.

Ter Dauid in regem unctus eſt. Primò in Betlehem, à Samuele: ſecundò in Hebron, à tribu Iuda: tertiò ab uniuerſis tribubus. Priuſquam igitur ſecundam inaugurationem adeptus eſſet, & Saulis perſequutionem ferret, hunc Pſalmum compoſuit.

1 D*Ominus illuminatio mea.*) A' te, inquit, illuſtratus, inimicos meos ad unum omnes ne flocci quidem pendo.

2 *Dum appropiant ad me nocentes.*) Qui namque, inquit, impetum in me fecerũt, meq; non ſecus atqui belluam aliquam inſequuti ſunt, ac ſimilem facere conati ſunt eſcæ carniuorarum beſtiarum, mihi quidem nihil deprauationis intulerunt: uerùm ipſi omnimodum paſsi ſunt interitum, funditusq; perierunt.

3 *Si conſtituantur aduerſum me caſtra.*) Cum, inquit, diuinam opem reipſa luculenter expertus ſim, licet in poſterum duplo triploq; plures in me impetum faciant hoſtes: hac tamen fiducia fretus, animo intrepido omnibus ingruentibus malis renitar.

4 *Vnam petij à Domino.*) Gratiam, inquit, & hanc quidem ſolam peto, opes ac diuitias non requiro, non imperium, non gloriam: ſed ut diuino adeſſe templo omni tempore ſit integrum, cœleſtemq; illic, tanquam in lucidiſsimo ſpeculo, pulchritudinem contemplari, & cuncta, quæ ex diuinæ legis præſcripto adminiſtrantur ſpeculari liceat. Vſum namq; & experientiam fructus, emolumentiq; huius habeo, utpote qui ſalutem iam ex eo delibarim, & perſequutorum manus effugerim.

Et nunc ecce exaltauit caput meum.) Hoc uult, ſe nimirum & regnaturum & ho- 5
ſtium uictorem euaſurum, nec non illos ipſos, à quibus paulò antè obſidione cinctus e-
rat, undiquaq; circumdaturum. Præterea oblaturum ſe Deo ſacrificium, non legale qui-
dem, ſed laudis, idq; in omnibus Eccleſijs, per eos qui Deo credidere. Vociferatio (ἀλα-
λαγμὸς) uox hoſtilis eſt, ab illis edita, qui plus reliquis audent. Huius generis & illa altera
uox eſt, hymnodia: quæ lætantibus, Deumq; celebrantibus conuenit.

Cantabo & pſallam Domino.) Hinc liquet mutatum eſſe in præcedentibus ipſum 6
tempus. Pollicetur enim ſe cantaturum, Deoq; hymnum oblaturum.

Miſerere mei & exaudi me.) Miſericordiam flagitat, eamq; haud iniuſtam, ſed iuſtiſ- 7
ſimam. Neq; enim inquit, uerba ueritate uacua feci, ſed animo oreq; concordantib. animũ
ad opus adieci.

Exquiſiuit te facies mea.) Non ſatis eſt quod iam factum fuit, ſed idem & porrò face 8
re promptus paratusq; ſum.

Ne auertas faciẽ tuã à me.) Quapropter ne auerſeris me tanto deſiderio flagrantem, ne 9
que ea me re exuas, quam tantopere expeto.

Et ne declines in ira à ſeruo tuo.) Inſeruit hoc translationis uſurpatione, ab ira com- 10
motis ducta, qui accedentes auerſantur inq; uiam aliam declinant.

Adiutor meus eſto, ne reprobes me.) Illud, Ne reprobes me, alij ſic interpretati ſunt, 11
Ne proijcias me. Mutuati ſunt autem dictionem hanc ab externa diſciplina. Priſcis ete-
nim conuicium erat non leue, cum alicui dicebatur ἐς κόρακας, id eſt, ad coruos, ad exitiũ.
Quæ quidem loquendi forma, ex quodam apologo initium ſumpſiſſe uidetur.

Et ne deſeras me.) Nam quo tempore à Saule exturbatus erat, procul à parentibus ſo 12
litaria ei uita ducenda erat. Tu autem, inquit, Domine, mihi ſolus loco plurimorum es.

Legem mihi pone Domine.) Cum, inquit, longo à conſanguineis meis interuallo mihi 13
uiuendum ſit, tu mihi legis conditor eſto atq; dux, uiam, qua ad te contendam, demon-
ſtrans.

Propter inimicos meos.) Licet enim, uult dicere, eo ut conſeruer haud quaquam mere 14
ar: nihilominus tamen cum eos, qui me perſequuntur iniuria affecerim nulla, inique ex-
pellor. Ne committas igitur, ò Dñe, ut ab ijs qui iniuria me opprimunt, tam iniuſte pro-
fliger.

Quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniuſti.) Calumnijs etenim contra me ſunt uſi: 15
ego autẽ auxilio opeq; tua fretus, damni nihil paſſus ſum. Iacula autem non in eum, qui
iniuriam patiebatur, ſed in eos à quibus proficiſcebatur iniuria, fuerunt directa.

Credo me uiſurum bona Domini.) Neq; etenim in huius ſolum uitæ curriculo ac pul- 16
uere, de inimicis uictoriam reportabo: ſed & bonis, quę nos in altera illa beata ac im-
mortali uita manent, potiar. Deinde cunctos cohortatur mortales, cùm inquit: Expe-
cta Dominum. Quomodo hoc aũt præſtari queat, ſequentibus uerbis docet.

Viriliter age.) Animus, inquit, uirili robore inſtructus, prauasq; cupiditates ſuperãs, 17
præualet uictoriamq; refert, per terram aũt uiuẽtium, futuram intelligit uitam, eò quod
illa ab omni morte aliena ſit ac libera.

PSALMVS XXVII.

Argumentum.

Quamuis hic Pſalmus eo ſit tempore elaboratus, quo qui amici Dauidis uidebantur eum Sauli prodere uolebant: in omnes tamen conuenit, qui in eadem pericula incidunt.

AD *te Domine clamabo.*) Clamandi uerbũ cũ hic, tũ alibi non de uociferatione, ſed 1
de ardenti ſtudio animi, & ad fundẽdas preces propenſione accipiendũ eſt. Nam per
iterationẽ uehementiam illius innuit. Quod uerò ſequitur, Ne taceas à me, translatione
ab ijs petita, qui ad interrogata nõ reſpõdent. Quocirca inquit, Si tacueris à me, opemq;
ſubtraxeris tuam, illico morti committar. Hanc enim lacum nominauit.

Exaudi

2 *Exaudi Domine uocem deprecationis meæ.*) Templum quidem eo tempore exædificatum nondum erat: quapropter tabernaculum templi nomine inſigniuit, in quo preces fudit, corpore procul remoto, ac animo illuc defixo.

3 *Ne corripias me cum peccatoribus.*) Petit S. Dauid ne conſortij quicquam ſibi cum ijs, qui duplicitate uſi ſunt, intercedat. Dñs enim eos deuouendos eſſe ait, qui aliud in ore promptum, aliud in pectore reconditum habent. Precatur itaq;, ut mercedem ſtudij ipſorum congruam referant.

4 *Da illis Domine ſecundum opera illorum.*) Non eſt ut quiſq; iuſtos eo nomine inſimulet, ac ſi ſuis hoſtibus maledicant, eosq; diris deuoueant. Neq; enim maledictionem uerba hæc continent, ſed iuſtam ſententiam pronunciant. Retribue enim, inquit, retributionem eorum ipſiſmet. Incurrant, inquit, in illas ipſas, quas in alios machinati ſunt peſtes. Poſtea & cauſam pœnæ huius demonſtrat.

5 *Quoniam non intellexerunt opera Domini.*) Talia autem, inquit, geſſerunt, quia neq; uerbum, neq; opus Dei cognoſcere uoluerunt.

6 *Deſtrues eos & non ædificabis eos.*) Nam ex uſu prauorum ſtructorum eſſe uidetur, ut mala ſtructura deſtruatur. Inde ex patefactione cœlitus facta colluſtratus, opemq; futuram è longinquo contemplatus, in hymmodiam prorumpit.

7 *Dominus adiutor meus & protector meus.*) Cauſam improuiſi ac inexpectati ſubſidij explicans, ſubiunxit: Spes enim, inquit, in ipſum huius mihi prouidentiæ facta eſt conciliatrix. Siniſtra igit̃ corporis mei ualetudine, in quam ex fuga inciderã, releuatus, reuirui ac reflorui, ſecundãq; corporis ex tanto gaudio ualetudinẽ poſtliminio quaſi recepi.

8 *Et ex uoluntate mea.*) Hoc eſt: Nõ ui expreſſã, ſed ſpontaneã illi hymnodiã dedicabo.

9 *Dominus fortitudo plebis ſuæ.*) Deprędico autem eum ceu bonum & Dominum, robur & incolumitatem populo ſuo liberaliter largientem. Seipſum enim Chriſtum appellat. Hoc enim nominis cum in reges, ſacerdotesq;, tum & in prophetas competebat.

10 *Serua populum tuum & benedic hæreditati tuæ.*) Quocirca hanc & ſalutem & benedictionẽ populo tuo conferto, ut ipſemet illum regas paſcasq;, & in ſempiternum uictores ſuorum hoſtium conſtituas.

PSALMVS XXVIII.

Argumentum.

Bipertitam Pſalmus hic prophetiam continet, unam de Ezechia Aſſyriorum uictore: alteram de Chriſto, cuius Ezechias typus ac umbra fuit.

1 A*fferte Domino filij Dei.*) Vos, inquit, quibus diuini uerbi commiſſum eſt præconium, & nomine filiorum Dei celebres eſtis, cum propenſione animi diuini uerbi annunciationem quolibet deportaſtis, eosq;, qui in erroribus ſubmerſi tantum non fuerãt, ſapientes effeciſtis, primiq; Deo eos deuouiſtis, & per horum pietatem hymnos etiam in ſacratis templis offeretis.

2 *Vox Domini ſuper aquas.*) Oraculum hoc editum eſt, de uoce illa cœlitus ad Iordanem facta Tonitru autem hanc appellauit, eò quod per doctrinam Euangelij per totum terrarum orbem diſperſa fuerit.

3 *Dominus ſuper aquas multas.*) Neque enim Iordani ſolummodo gratia hæc collata eſt, uerùm in toto orbe Baptiſmi diſpenſatur myſterium, cum ſub diuinam inuocationẽ aquarum ſanctificet̃ natura. Hinc quoque uirtutem illam, quæ Apoſtolis ſuggeſta eſt prædicit.

4 *Vox Domini in uirtute.*) Vocis hic nomine Spiritus gratiam innuit, per quam Apoſtoli uirtute & potentia induti fuerunt, & cum antea deiecto eſſent animo, in magnanimos heroas euaſerunt. Docet ergo quanta hac uoce præſtiterint.

5 *Vox Domini confringentis cedros.*) Quoniam excelſa erant idolorum delubra, neque fructus quicquam, ſicut & cedri proferebant, cedris ea comparat Libani: quæ licet & ipſe in altum aſſurgant, fructum tamen, quo ueſcamur idoneum haud ferunt.

Et comminuet eas tanquam uitulum.) Perinde, inquit, ac uitulo à Moyſe contrito e- 6
uenit, ſic cuncta uniuerſi orbis idola comminuentur, & ad nihilum redigentur.

Et dilectus tanquam filius unicornium.) Fidelium aũt populus, ab errore reuocatus, 7
eaq́ de cauſa dilectus appellatus, inſuperabilis erit, ut qui à multorum Deorum falſa o-
pinione liberatus, unam diuinitatem colat.

Uox Domini intercidentis flammam ignis.) Simulac etenim ſacroſanctus Apoſtolorũ 8
cœtus Spiritus ſacri gratiam accepit, illuſtratus eſt ille quidẽ, at non combuſtus. In altero
aũt ſeculo gemina erit ignis uis ac operatio. Athletas enim uirtutis illuſtrabit: nequitiæ
operarios abſumet.

Uox Domini concutiens deſertum.) Concuſſionis uocula Dei apparitionem accipit. 9
Cades autem ſanctitatem ſignificat.

Uox Domini præparantis ceruos.) Ceruis à natura hoc ingenitum eſt, ut animalia hu- 10
mi repentia aſpernentur. Hac etiam poteſtate ſanctos Apoſtolos Dominus donauit.
Condenſa uerò ſimulachrorum appellat adyta, tanquam omnino infrugifera.

Et in templo eius.) Hæc uerba, ex admirandæ magnificentiæ contemplatione com- 11
motus fundit.

Dominus diluuium inhabitat.) Terrarum namq́ orbem hunc iniquitatis flumine ſub 12
merſum inſtaurabit & innouabit, prorſusq́ nouam creaturam producet. Quo peracto
in ſempiterna ſecula regnabit.

Dominus uirtutem populo ſuo.) His quoq́ de impiorum reſuſcitatione, triumphanti- 13
umq́ martyrum uictoria, nec non alta ac opima pace Eccleſijs exhibenda uaticinatur.

PSALMVS XXIX.

Argumentum.

Dedicationem domus humanæ naturæ inſtaurationem appellat, quam etiam Chriſtus mortem ſubeundo perfecit.

EXaltabo te Domine.) Ob primitias namq́ noſtras, quas accepit à nobis Dominus 1
naturæ uniuerſæ ſalutem contulit: neq́ paſſus eſt ut ea hoſtium riſui exponeretur.

Domine Deus meus). Quadrant hæc, ut uulgò creditur, Ezechiæ regi. Lachrymę aũt, 2
lamentationesq́ pro ijs, qui defuncti fuerant, precationis loco poſitæ ſunt: quo ineffabi
lem Dei beneficentiam oſtendit, utpote qui ne interpellatus quidem, ſed ſolis conſpe-
ctis threnis, miſericordiæ affectu erga ea quæ gerebantur, tactus eſt.

Pſallite Domino ſancti eius.) Nam quoniam cunctis mortalibus reſurrectionis ſpem
fecit, gratia autem plurimi indigni ſunt: conuenienter admodum dignos ad cantandum 3
conſecrat. Probationem autem optimã etiam ſecundum aliam diſtinctionem fecit. Iram
namque indignationi (iræ uerò appellatione diſciplinam intelligit) uitam autem uolun
tati aſſignat. Neque enim illam, ſed hanc uult. Cum illam nos ultrò nobis accerſamus.

Ad ueſperum demorabitur fletus.) Contigit hoc cum ſub Ezechiæ regno, tum & in
communi noſtrûm omnium ſalute. Etenim Aſſyrios ſi reſpicias, hi poſt comminatio- 4
nes plurimas planctumq́ ad quẽ urbem commouerant, manè illam gaudio ac lætitia re
plerunt. Pari ratione cum ob paſſionem Domini Apoſtoli dolerent, mulieres matutino
tempore de improuiſo aduolarunt, lætiſſimamq́ Domini reſurrectionem nunciarunt.

Ego autem dixi.) Quin etiam Adam in paradiſo, antequam ſeductus eſſet, hanc ean-
dem ſpem fouit: & Ezechias cum ei contra Aſſyrios uictoria obueniſſet: cuius liquidum 5
teſtimonium in Paralipomenis extat, ubi cor Ezechiæ eleuatum quaſi fuiſſe perhi-
betur.

Domine in uoluntate tua.) Competit & hoc in Ezechiam, uictoria de Aſſyrijs potitũ,
poſtmodumq́ diuina gratia priuatum: ac pari ratione in Adamum, qui primò ille qui- 6
dem uirtutis ornamento fuit decoratus: mox uerò ob contractam culpã diuina proui-
dentia exutus.

Ad

7 *Ad te Domine clamabo.*) In hæc uerba ipſe etiam Ezechias ,prupit,& humana quoq;
natura, quamuis non uniuerſa per ſe,ſed per ſanctos clamauerit,ęquum eſſe nimirum ſa-
ctorē laudib. extollere,id quod uiuentib.maximè omnium eſt proprium. Nam qui uita
defuncti ſunt,adeoq; in cinerē ac puluerē abierunt,hi quomodo quęſo cātare poterunt?
8 *Audiuit Dominus,& miſertus eſt mei.*) Et Ezechias ſacro indutus , ad Deum contra
Aſſyrios preces fudit,& natura humana lamētabilē habitū induit. Sicut præterea Eze-
chias de qndecim annorū acceſſione certior factus,ſummā animo recreationem accepit:
ita cōuenit ut & nos reſurrectiōis ſpe ſuffulti,mortuos nimio luctu haud proſequamur.
Quocirca par & æquū eſt,ut ex huius beneficij gratia,tam auguſtā adepti gloriā , nunq;
nō canamus,hymnumq;,nullo tēpore ſilētes,dicamus.Compunctio enim ſilentiū indit.
9 *Domine Deus meus.*) Sententia eſt,Non tantum in pręſenti hac fluxa & caduca uita,
ſed & à reſurrectione maxima ac ampliſſima tua munera commemorans , hymnos tibi
perpetuos offeram.

PSALMVS XXX.

Argumentum.

Quamuis nonnulli hunc Pſalmum ad Vriæ tempora referant: ego tamen omnino putarim eo tempore fuiſſe compoſitum,quo Abſolon Dauidi inſidiatus eſt.

1 IN *te Domine ſperaui,ne confundar in ſeculum.*) Peccatum,inquit,plurima me adobru-
it ignominia. Supplex itaq; oro,ne diutius illa mihi adhæreat, propterea quòd in te
ſpem meam repoſuerim.
2 *In iuſticia tua libera me.*) Ne rationem habeas,inquit,peccati mei,ſed potius eorum,
qui me perſequuntur iniquitatis. Hucuſq; etenim iuſta uſus ſententia,ab impendenti-
bus me ęrumnis liberabis.
3 *Accelera ut eripias me.*) Intellexiſti preces meas,feſtinum itaq; ferto auxilium.
4 *Sis mihi in Deum protectorem*). Prophetica hæc uerba,magnam cum Euangelicis il-
lis ſimilitudinem habere uidentur,quibus domum ſuam ſuper petram extruens , pru-
dentiæ commendatur nomine, propterea quòd illa,propter fundamenti ſoliditatē, ab
omni cum uentorum,tum imbrium impetu tuta ſit.
5 *Et propter nomen tuum deduces me*). Omnimoda me prouidentia dignaberis,id'que
propter nomen tuum,ad quod meum habeo refugium.
6 *Educes me de laqueo hoc.*) Innuit his uerbis Achitophelis cōſilium,quod contra Da-
uidem Abſoloni ſuggeſſerat.
7 *Quoniam tu es protector meus.*) Plurimas ſæpenumero calamitates incurri, uerùm ex
omnibus tua ope liberatus ſum,ſimulac uitam meam prouidentiæ tuæ commendaui.
8 *Odiſti obſeruantes uanitates.*) Hi ſuam confidentiā non in te ò Domine,ſed in uaniſſi-
mis ſuis cogitationibus collocarunt. Hoc autem genus hominum , tu ſoles omnino
auerſari.
Ego autem in Domino ſperaui.) In miſerijs namq; cōſtitutus opem tuam inuoco.Hac
potitus,benignitati tuæ,quicquid mihi boni obuenit,acceptum fero.
10 *Seruaſti ex neceſ.*) Nihil errani, ſemper in has cogitationes incumbens. Quandoqui-
dem licet in inimicorum inſidias,latebras,& quæ mihi circumcirca extenſa fuerant retia
ac caſſes ſæpiſſime inciderim, uenatores tamen ſemper euaſi.Hoc enim uult, cum ait, Et
non concluſiſti me in manus inimicorum.
11 *Miſerere mei Domine,quoniam tribulor.*) Sine omni etenim intermiſſione lachry-
mas cogor profundere , dum cogito quòd te peccato meo tam grauiter offenderim,
Anima namq; mea non ſecus ac tempeſtate aliqua & turbatione eſt repleta. Ventris au-
tem nomine hoc loco cogitationum promptuarium accipit.Neq; enim uenter,ſed cogi-
tationes conturbantur.
12 *Quoniam deficit in dolore uita mea.*) Totam,inquit, uitam meam in mærore ac luctu
tranſegi,corpusq; meum paupertate & rerum neceſſariarum anguſtia totū areſactum eſt.

Apud

Apud omnes inimicos meos.) Hoſtes mei, inquit, lætantur: ego uerò riſui & naſo il- 13
lorum expoſitus ſum, ſanguinem ſitientibus occaſio gaudij, notisq; meis timor.
Qui uidebant me, foras fugerunt.) Male enim cognati mei ſibi metuerunt, ne hoſtes 14
meos incurrerent.
Obliuioni datus ſum.) Reiecerunt me cuncti non ſecus ac uas perditum, & cadauer in 15
tumulo iacens.
Quoniam audiui uituperationem.) Nequaquam hæc per iocũ dico, ſed ut qui cõuicia hi- 16
ſce meis auribus perceperim. Innuit his aũt & illã calumniã, qua à Semei affectus fuerat.
Dum conuenirent ſimul aduerſum me.) Illi quidem in unum congregati, mortem in 17
me machinantur: at ego te, ô Domine, Deum & rectorem omnium eſſe noui. Id enim
uult cum ait, In manibus tuis ſunt ſortes meæ: uel, ut alij legunt, In manibus tuis ſunt tẽ
pora mea: quod aliàs diceretur, Tu diſpenſas ſingulis ſecundum beneplacitum tuum,
iam triſticiam, iam læticiam: & hæc, hisq; ſimilia mirabili uiciſſitudine temperas, prout
tibi uiſum eſt. Tempora namq; & ſortes, rerum immutationes ac uiciſſitudines no-
minat.
Eripe me de manu inimicorum meorum.) In ſequentibus modum & rationem redem 18
ptionis explicat. Simulac enim, inquit, mihi apparueris, quicquid acerbum fuerit, e-
uaneſcet.
Domine ne confundar.) Colligitur & hinc quàm longo inter ſe interuallo peccatum 19
& impietas diſtent. Quapropter maximus rex & uates Dauid orat, ut ipſe à cõfuſione,
quam peccatum induxerat, redimatur: qui uerò impie ſeſe gerebant, morti tradantur.
Muta fiant labia doloſa.) De morte Achitophelis uaticinatur: qui cum amicitia inti 20
ma Dauidi iunctus fuiſſet, contra eum nil tale meritum, conſultorum malus linguam ſu
am exeruit. Apte aũt admodũ ſuperbiæ & contemptus nomine, conſiliũ eius inſigniuit.
Quàm magna eſt multitudo bon.) Mercedem & præmia, quæ uerſantes in timore tuo 21
Domine manent, licet multa, eaq; admiratione digna ſint, tamen ad tempus occultas:
cum laboribus eos interim ac miſerijs conflictari permittens.
Quam perfeciſti eis, qui ſperant in te.) Vſuuenit tamen interdum, inquit, ut brabeia 22
manifeſte oſtendas, quo uidelicet athletæ addas animum. Deinceps prouidentiam eam
ex parte commemorat, quæ ei contigerat.
Abſcondes eos in abſcondito.) Satis tibi, inquit, ſuperq; eſt, ut ſolummodo appareas 23
(hoc enim faciem appellat) in eum finem, ut eos ex omni turbine, tempeſtateq; huma-
na eripias, & erreptos in tabernaculo quaſi quodam abſcondas, & inuiſibiles reddas.
Benedictus Dominus, quoniam mirabilem fecit.) Noe ſecus, inquit, gratia ac benigni 24
tate ſua me circumuallauit & muniuit, atq; ſi ciues urbem ſuam ualidiſſimo muro & pro
pugnaculis undiquaq; communiant.
Ego autem dixi in ecſtaſi mea.) Exiſtimabam, inquit, cum in peccatum prolapſus eſ- 25
ſem, procul me à tua prouidentia abiectum eſſe: uerùm cum demiſſas meas preces exau
dieris, orantem haud auerſaris. Nõ temere autem peccatum appellauit ecſtaſin. Cùm e-
nim iuſticiæ iter antea teneret, & illo excidit, & in ſanguinarios latrones incidit.
Diligite Dominum.) Par eſt, inquit, ut quicunq; uiam Domini inſtitiſtis, rectorẽ uni 26
uerſi ametis: qui æterna ſua ueritate non ſecus ac norma & regula utitur, quiq; nimium
criſtas erigunt grauiter punit. Neq; enim ſimpliciter ait, Qui ſuperbiam faciunt: ſed q
abundanter faciunt. Eos namq;, qui aliquandiu faſtu aliquo inflati ſunt, tolerat: eos uerò
qui nimis ſibi immoderatos ducunt ſpiritus, meritis afficit ſupplicijs.
Viriliter agite.) Hæc itaq; cum uobis, qui diuina ſpe corroborati eſtis certò 27
perſuaſa ſint, agite, confirmate ueſtras animas hac fortitudine, &
ueſtri rectoris uoluntati ac nutibus inſeruite.

PSALMVS XXXI.

Argumentum.

Cognoſcitur ex hoc Pſalmo qui uerè beati, nempe qui à peccatis liberati ſunt ex ſola diuina gratia.

BEati quorum remiſſæ ſunt.) Luctu & mœrore longè acerbiſſimo, ob cõmiſſum pec
1 catum, tantum non contabeſcens, beatos illos duco, qui ex mera Dei gratia ac miſe
ricordia abſq; omni moleſtia, delictorum ueniam ſunt conſequuti. Vſq; adeò enim au-
guſta in eos uſus eſt clementia, ut illis non ſolum peccata condonarit, ſed & contexerit.
2 *Quoniam tacui.*) Nam, inquit, ſimul ac uulnus accepi, ulcus medico haud manifeſta
tum eſt: ſed ſilui, & occultare conatus ſum, in clamorem prorupi, ipſeq; peccati mei ac
cuſator fui.
3 *Propterea quòd clamaui toto die.*) Lachrymor, Deũq; uarijs diſciplinis ac ſuplicijs ex
ercitatus obteſtor. Nam quod dicit, Et grauata eſt ſuper me manus tua: translationem
continet ab ijs petitam, qui manibus percutiunt, inq; eo aliquantiſper perſeuerant.
4 *Conuerſus ſum in ærumnam.*) Tua, inquit, diſciplina haud quaquam iniqua eſt, ſed æ-
quiſſima. Omnium namq; quæ mihi unquam obuenerunt malorum nulla alia eſt cauſa,
quã peccatũ meũ, q̃d uuæ inſtar protuli. Hoc aũt perpetuò me nõ ſecus ac ſpina pungit.
5 *Iniquitatem meam notam feci.*) Simulac deliqui, tacui: at ex eo tempore cum inter-
diu, tum noctu memet ipſum accuſaui. Verùm hæc accuſatio in magnum mihi emolu-
mentum ceſſit: quoniam delictorum ueniam, ea interueniente, conſequutus ſum.
6 *Pro hac orabit ad te.*) Non ego tantum, inquit, ob peccatum hoc ſupplex tibi fio: ſed
& cuncti, q̃bus per totum terrarum orbem diuinitatis tuæ cognitio affulſit, eaidem meo
nomine ad te preces fundent.
7 *Veruntamen in diluuio.*) Qui diligenter & ſerio precatur, multiplici prouidẽtia po
titur: ita quidem ut licet in multas, eaſq; diuerſas incurrat ærumnas, non ſecus ac in ma
gnam aquarum colluuiem & inundationem: tamen haſce omnes ſuperet, lamentabili-
umq; caſuum uictor euadat.
8 *Tu mihi refugium es.*) Præcedentia uerba de peccato ipſo fecit, iam conſequenter pe
tit ab ijs etiam malis, quibus ex occaſione peccati grauabatur, liberari. Et ſane reſpon-
ſionem flagitat. Dicit enim illi benignus Dominus:
9 *Intellectum tibi dabo.*) Declinantem, inquit, à recta uia & impingentem in errores, in
uiam reuocabo, eiuſq; cognitione te exornabo, poſtliminioq; priſtinam tibi beneuo-
lentiam reddam. Hoc enim uelle uidetur, cum ait: Firmabo ſuper te oculos meos. Quæ
quidẽ translatio ab ijs petita eſt, qui amicũ erga aliquẽ animũ gerunt, eumq; reſpiciunt.
10 *Nolite fieri ſicut equus.*) Ego, inquit, admonitos uos uolo, ne ſtupiditati illorum ſimi-
les fiatis. Quod ſi dicto audientes eſſe nolueritis, camum frenumq; perinde ac equi &
muli admittetis. His uerò diſciplinam innuit.
11 *Multa flagella peccatoris.*) Admonitione iſta hac ratione introducta, iam ad al-
terum ſeſe conuertit chorum.
12 *Sperantem autem in Domino.*) Cuncti mortales Dei opus habent gratia, quamuis de
uirtute glorientur.
13 *Lætamini in Domino.*) Nullus ergo ob peccata patrata, ſed in Domino Deo glorie-
tur, & ex illo hymnodiam lucrifaciat.

PSALMVS XXXII.

Argumentum.

Hortatur populum ad hymnodiam, ob Aſſyriorum mirabilem interitum.

EXultate iuſti in Domino.) Qui Dei cognitionem ſunt adepti & ab errorib. reuocati,
1 perpetuò Deum laudib. eueh ere debent. Deinde modum ac rationẽ hymnodiam
inſtituendi tradit.
2 *Confitemini Domino in cithara.*) Cuncta hæc ex legalis cultus præſcripto adornabantur
Citharis,

Citharis namque, cymbalis, tympanis & reliquis organis muſicis utebantur.

Quoniam rectum eſt uerbum Domini.) Ex iuſticiæ præſcripto omnia regit is, qui om 3
nium Dominus habetur. Poſuitq; uobis ob oculos opera, quæ contemplemini, in eum
finem ut credatis: nō autem ut nimis ſolicitè, qua ratione facta ſint perquiratis, ut quę ab
ipſo creantur citra curioſitatem probetis: & uitæ rationem habeatis, hancq; miſericor-
dia & iudicio exornetis. Quocirca ſubiungitur:

Diligit miſericordiam & iudicium Dominus.) Par eſt, inquit, creatorem nos imitari. Si 4
cut enim ille ex miſericordia erga nos, Aſſyrios iudicauit, nos tamen clementia eſt proſe-
quutus: ita & nos decet erga iniuſtos iudicium, iniuria affectos miſericordiam decla-
rare.

Verbo Domini cœli firmati ſunt.) Architectus illorū, inquit, nullo indiguit labore: ſed 5
ad creanda illa uniuerſa uel ſolū illi uerbū ſuffecit. Sincera aūt Theologia & Deum nobis
eſſe uerbum cum ſacroſancto Spiritu, & cœlos uirtutesq; cœleſtes condidiſſe declarat.

Qui congregat uelut utrem.) Totam aquarum molem non ſecus ac in capſis quibuſ- 6
dam & diſtinctis locis habet. Eleuat autem illam in altum, quoties ei uiſum eſt, nubesq;
inde exortas ueluti in utre concludit.

Timeat Dominum omnis terra.) Cœlorum uiriumq; cœleſtium mentione facta, aqua 7
rum etiam ſubſtantiæ mentionem inijcit: ſed & terrenum globum eiusq; incolas indu-
cit, oſtendēs illos quoq; Dei creaturam eſſe, mandansq; ut conditorem ſuum metuant
& tremant, nutibusq; illius ſeſe ſubijciant.

Dominus diſſipat conſilia Gentium.) Bifariam hæc explicari poſſunt. Neque etenim 8
Aſſyriorum ſolummodo in uanum redegit conſilia, hacq; ratione ſuam declarauit abun
dè potentiam: uerumetiam cæterorum populorum, qui per terrarum orbem hinc inde
degunt conſilia atque conatus, quibus Apoſtolos in ſuo curſu remorari conati ſunt, diſſi
pauit, ſuæq; uirtutis omnipotentiam luce meridiana clariorem effecit.

Beata gens, cuius eſt Dominus.) Omni tempore felices eſſe ait, non diuites, ſed in Deo 9
fidentes, eiusq; ope potientes: populi autem electi nomine, & hæreditatis eius nomine
quondam Iudaica gens ueniebat: poſtmodum autem & reliquæ, quæ huic ſe ſub uexil-
lis Chriſti connexerunt.

Qui finxit ſingulatim.) Deum totius uniuerſi dicit de ſede ac quaſi domicilio ſuo pro 10
ſpicere, non ut eum ignoret, ac quid inter mortales geratur cognoſcere cupiat: ſed tan-
quam eum, qui ad iudicandū, pœnasq; expetendas ſeſe accingat. Qui enim quæſo poſ-
ſet unquā fieri, ut eum, qui animos hominum fecit, cogitationes illorum lateant?

Non ſeruatur rex.) Reipſa experti ſumus, neque corporis uiribus, neq; animi for- 11
titudini, neq; celeritati equi, neq; ſubditorum copijs confidendum eſſe. Cuius uel ſolus
Senacherib abunde magnum argumentum exhibet, qui his inſtructus omnibus, nihil
inde utilitatis conſequutus eſt.

Ecce oculi Domini.) Pietas, uult dicere uates, omnis generis bona affert. Prouiden- 12
tiam namq; Dei conciliat. Illa uerò & morti eſt obſtaculo, & ad extremam redactum ne-
ceſſitatem omnibus bonis cumulat.

Quoniam adiutor & protector noſter eſt.) Quapropter cum tam amplis bonis exor- 13
nati ſimus, ſpem ſolidam in Domino Deo figamus, omniq; tempore opem ab ipſo præ-
ſtolemur. Deinde poſtquam dixit, Et in nomine eius ſancto ſperauimus, precatur ut cle
mentiam ſpei ſuæ conuenientem conſequatur.

Fiat Domine miſericordia tua ſuper nos.) Verba hæc maximam pręſeferunt fiduciam. 14
Quis enim unquam adeò ſincerè ſperauit, ut diceret apertè, parem ſpei meæ miſericor
diam impende? Idem profectò & in S. Euangelijs Dominus, qui ſeruator
noſter, ipſe docuit, his uerbis: Qua menſura metemini, eadem
uiciſſim uobis remetientur & alij. Spem igitur abſolutam
conſequamur, ut & multa miſericordia
potiamur.

PSALMVS XXXIII.

Argumentum.

Hiſtoria huius Pſalmi uidetur eſſe ea, quæ Dauidi inter Philiſtæos, coram Achis rege Geth contigit: Libro primo Samuelis, capite uigeſimo primo.

1 B*Enedicam Dominũ in omni tempore.*) Sententia eſt, Siue in fugam me cõiiciam, ſiue
in fugam conuerſos perſequar: ſiue item res ſecundæ, ſiue aduerſæ mihi eueniant,
Dominum meum celebrabo.
2 *In Domino meo laudabitur anima mea.*) Dominus namque non ſolum celebrem me
reddidit, ſed & multò clariorem faciet.
3 *Audiant manſueti & lætentur.*) Non poteſt ferre ut ſolus ipſe hymnum exaret, ſed
cunctos manſuetudinis participes, huius quoq; hymnodię participes facit. Mox etiam,
gratiarum actionis quæ cauſa ſit, aperit.
4 *Accedite ad eum & illuminamini.*) Etenim qui fidei gradibus ad illum accedit, Spi-
ritalis lucis radios ſentit. Hoc modo & Moyſis magni illius Prophetæ aſpectabilis
uultus glorioſus eſt redditus. Eandem in ſententiam ipſe quoque his uerbis uaticinatus
eſt: Signatum eſt ſuper nos lumen uultus tui Domine. Sed ſimulac pietatis compotes in
hunc modum cohortatus eſt, incipit ſeipſum illis exemplaris & prototypi loco ante
oculos ponere.
5 *Iſte pauper clamauit.*) Exemplo inquit, à me ſumpto, adſueſcite Deo totius uniuerſi
confidere. Nam cum momenti eſſem nullius ouiumq; cuſtos, ſua cura ac prouidentia
me haud dedignatus eſt, inimicorumq; uictorem effecit.
6 *Caſtramentatur angelus Dei.*) Conſentiunt his & Apoſtoli Pauli uerba, qui de arge-
lorum munere & officio diſſerens, ita loquitur: An non ſunt omnes adminiſtratorii ſpi-
ritus, ad miniſterium miſſi? In eandem ſententiam diuus etiam Iacobus inquit, Angelus
Domini, qui eripuit me ex omnibus malis. Quibus & alia quàm plurima ſimilia repe-
ries.
7 *Guſtate & uidete.*) Dixerat paulò antea, Accedite ad eum: conuenienter igitur ſub-
iungit ut guſtent, dicens: Guſtate, id eſt, reipſa cognoſcite Domini bonitatem, huncq;
felicitatem ueram reportate.
8 *Timete Dominum omnes ſancti eius.*) Obſeruandum ſanè eſt, dictum ſenſum ueterib.
Iudæis quadrare: at qui in abdito latet, cœleſtium myſteriorum gratiam ſignificat. Per
ſacroſanctum namq; Baptiſmum uera illuſtratio obuenit, delectationisq; uiuificę guſtus
ac ſenſus intimus, Seruatoris bonitatem oſtendit.
9 *Diuites pauperes facti ſunt.*) Competunt & hæc illis, quæ antea myſtice expenſa ſunt.
Eos etenim, qui interueniente ſacroſancto Baptiſmo ſanctificationem adepti ſunt, ſui
muneris admonent: nimirum ut amorem metu temperent, & bonorum omnium copi-
am à ſolo Deo expectent. Opulentia namq; plurimis uiciſſitudinibus expoſita eſt, & qui
iam diuitijs affluit, breui in paupertatem incidit. Sic ueteres illi Iudæi ex diuina proui-
dentia facultatibus ampliſſimis aucti, noſtra ætate egeni ſunt redditi. Alienigenę uerò ſi-
de Chriſtiana imbuti, omnium bonorum affluentiã ſunt conſequuti.
10 *Venite filij.*) Hucuſque illud uitæ genus, quod ab omni moleſtia alieniſſimum, ideoq;
maximè expetendum eſt, quaſi gratiſſimum quoddã pugnæ ac luctæ præmium ob ocu-
los poſuit: iam itaque conſequenter ad illam ipſam luctam ac certamen allicit.
11 *Quis eſt homo, qui uult uitam.*) Primò à malicia auocat: mox ad uirtutis morum exer-
citationẽ inſtigat. Principio autem linguam, membrum corporis humani adeò lubricũ
& ad lapſum procliue, à fraude & uafricie mundam conſeruare præcipit. Cui & labia cõ-
iungit: ut quæ motib. illius ſuã adhibeãt operam. Deinde opus maliciæ ꝓhibet dicens,
Declina à malo: ſimulq; bonorũ operationẽ iniũgit, & inqt, Fac q; bonũ eſt. Quę nã aũt
bonorum

bonorum omniũ ſumma eſt? Quære pacem, inquit, & perſequere eam. Qui etenim paci erga omnes ſtudet, neq; occulte cogitationes hoſtiles ac inimicas ſub pectore uolvet, neq; manifeſte cædem, aut aliud quidlibet molietur: nec alieno thoro inſidias collocabit, nec calumniabitur, uel perperam quid aget.

Quære pacem.) Charitatis ingenium eſt, benemereri, prouidere, dare, opem ferre, periculum cauſa proximi ſubire, atq; certamen quoq; inire. Hæc enim ſinceræ charitatis germaniq; amoris natura eſt. Mox denuo fructum ipſorum oſtendit. 12

Oculi Domini ſuper iuſtos.) Videntur namq; à Deo, ait, q huiuſmodi faciunt: quiq; bona deſiderant, deſideratis fruentur. Mox à contrario quod dictum eſt euincit, dicens: Vultus autem Domini ſuper facientes mala &c. 13

Vultus autem Domini.) Aſpice autem, inquit, illos qui contraria moliuntur, quo pacto in eos omnimodæ internecionis ſententiam ferat. 14

Clamauerunt iuſti.) Præſto eſt autem Dominus, inquit, iuſtis, & illorum precibus cupide acquieſcit. In primis tamen eorum cura afficitur, qui moderato ac modeſte de ſe ipſo ſentiente animo ſunt præditi. Hos namq; contrito corde nominauit. Quod & in alio Pſalmo aſſerit, Cor contritum, inquiens, & humiliatum Deus non deſpiciet. 15

Multæ tribulationes iuſtrorum.) Conniuet quidem Dominus, ut in palæſtram quaſi calamitatum ac afflictionum deſcendant: uerùm adiutor illis adeſt, uiresq; abunde ſuggerit, ut irruentes tribulationes omnimodas uincant, dum animi illorum cogitationes confirmat ac corroborat. Oſſium em̄ nomine cogitata animi intelligit. Nam ſicut oſſibus utpote ſolidioribus partibus reliquum corpus ſuſtentatur & fertur: ſic & cogitationibus anima ſalutis iter ingreditur. 16

Mors peccatorum mala.) Nam qui uirtuti nauant operam, hiſce tam magnis potientur bonis: at qui in malicia uitæ ſuæ curſum tranſigunt, morte abſumentur, qui uitæ reſpondeat: quæ quidem male tranſactæ uitæ, malus erit exitus. Qui uerò diuini numinis cultu ac religione nihil habuerunt antiquius, inq; Dominum ſperarunt, ſalutem ab eo ſempiternam accipient: ut qui nihil magis declinauerunt, quàm in promulgatas ab illo leges impingere. 17

PSALMVS XXXIII.

Argumentum.

Fecit & hunc Pſalmum à Saule pulſus. Meminit etiam ipſius Doeg & Ziphæorum.

Iudica Domine.) Venuſta eſt ſeries eorum quæ dicuntur, & iuſti uiri ſermoni perbelle quadrans. Primùm namq; precatus eſt, ut Deus totius uniuerſi iudicium exerceat: ac deinde ut ſupplicij ſententiam exequatur. 1

Expugna eos.) Quoniam pugna ei in memoriam fuit reuocata, neceſſe fuit, ut & armorum genera ſubiungeret, ut per panopliam hanc eorum, qui malam uitam tranſigunt à ſuo deterreat propoſito. Neq; enim armis huiuſmodi Dominus utitur, quando iudicium ſuum exercet. Vel namq; unicum uerbulum ad ſuum irrogandum ſupplicium ei ſatis facit. 2

Dic animæ meæ.) Sufficit mihi ad ſalutem uerbum tuum. Cum namq; mentionem armorum fecerit, commode docuit, Deum adminiſtris haudquaquam indigere: uerùm ſolo uerbo cum pœnis malos, tum præmijs iuſtos afficere. 3

Auertantur retrorſum.) Impediantur, inquit, & aberrent in ijs, quæ moliuntur, & pudorem ſuæ malitiæ fructum auferant. 4

Fiant tanquam puluis.) Hoc & in Pſalmo primo dixit, Non ſic impij, non ſic: ſed tanquam puluis, quem proijcit uentus à facie terræ. 5

Fiat uia illorum tenebræ.) In fugam illos conijce, & perſequendo negocium angelis committe. Scimus autem in hunc modum cum Aſſyrios per angelum interfectos, 6

tum Aegyptiorum primogenita cæſa. Tenebrarum uerò nomine & lubrici, ruinam intel
ligit. Qui etenim impingũt cadũtq́, p ni ꝑlabuntur. Deinde iuſta oſtẽſa pœna, ſubnectit:
7 *Quoniam fruſtra abſconderunt mihi.*) Iniuſtas, inquit, aduerſus me inſidias exercent.
Quòd autem dicit, Probro affecerunt, Symmachus poſuit, Suffoderunt. Innuit autem il-
los ex occultis inſidijs, interitum machinatos eſſe.
8 *Veniat illi laqueus.*) Maneat ipſos, inquit, illa ipſa quam in me iam dudum machi-
nantur peſtis, inq́ ea quæ extenderant alijs retia incurrant, & in expectatã uenationẽ ſu-
ſtineant. Nihil enim uult aliud Regius uates, cũ inquit: Veniat illi laqueus, quẽ ignorat.
9 *Anima autem mea exultabit in Domino.*) At ego, inquit, ò Domine, cum animi re-
creationem ſummamq́ uoluptatem mei, in bonis à te profectis conſequar, tum omni-
bus meis membris te ſolum eſſe uerum Deum eloquar. Hoc enim omnino uult, cum ait:
Quis ſimilis tibi? Nimirum quoniam Deus ſit, in omnes plenariam poteſtatem habens.
10 *Qui eripis pauperem.*) Neque enim ſuſtines, ut qui tenuioris fortunæ ſunt, à potentio
ribus opprimantur: ſed hos ſtrangulas, illos uerò liberas.
11 *Surgentes contra me.*) A' calumniatoribus, inquit, eorum inſimulatus ſum, quæ ne
meum quidem animum unquam ſubierunt. Nam quandoquidem Saul liuore & inuidia
obcæcatus ſuſpicionem conceperat animo, tyrannidem ipſum exerciturum, ob eamq́
cauſam belligeraret: inuidi hinc occaſione arrepta, omnis generis cõuicia ſine intermiſſi-
one in illum euomebant. Hos falſos teſtes nominat. In illorum numero Doeg, Ziphæi, &
complures præter hos alij erant.
12 *Retribuerunt mihi mala.*) Occidi ego quidem, inquit, Goliathum illum, uaſti corpo
poris monſtrum, contra uniuerſum populum criſtas erigentem, atque ferociam ſpiran-
tem: Philiſtæos item non ſemel prælio ſuperaui: ad hæc diuinis modulationibus Sau-
lem à uexationibus dæmoniacis releuaui: at ipſe Saul horum omnium immemor impug
nandi me modum finemq́ nullum facit, mortiq́ me & obliuioni tradere cupit. Perſteri-
litatem enim hoc loco obliuionem nominis accipit, eò quòd per ſobolem ſeruetur ab in
teritu memoria.
13 *Ego autem cum ipſi moleſti eſſent mihi.*) Informamur hinc, qua ratione ærumnas de-
beamus diluere. Sacco enim, inquit, circundatus & ieiunijs intabeſcens ſupplex Domi-
mino Deo factus ſum, orationisq́ meæ emolumentum haud leue accepi. Tantundem
enim hoc ualet, quod dicit, Et oratio mea in ſinum meum reuertetur: quod aliâs diceret-
tur, Fuſis meis precibus, eorum quæ à Deo petij compos factus ſum, ſinumq́ meum
impleui.
14 *Quaſi proximum.*) Nullo non officij genere illũ proſequutus ſum, non ſecus atq́ ger
manum fratrem inque mœrore ac luctu conſtituti abiectionem ſequutus, neq́ commiſi
unquam ut ob recte geſtas res inflarer.
15 *Et aduerſum me lætati ſunt.*) Ipſi autem uelut agmine facto impetum in me faciebãt,
fore ſperantes, ut me interficerent: ac de improuiſo irruebant, occidere me nihil tale ti-
mentem in animo habentes. Nam quòd ait, Congregata ſunt ſuper me flagella, & ig-
norabam, hoc Symmachus ita tranſtulit: Quoniam congregati ſunt contra me percuſſo-
res, & ignorabam.
16 *Sciſſi ſunt & non compuncti.*) Et ſpe deiectos ſua atq́ diſperſos, nec hac quidem ratio
ne eorum, de quibus perperam deliberarunt pœnitet: ſed ad ingenium redeuntes, ea-
dem denuò moliuntur.
17 *Tentauerunt me.*) Nullum tentationis genus, inquit, intentatum reliquerunt, dum-
modo quod conſultarunt, perficerent. Nunc enim doloſis uſi ſermonibus anſam uenan
di quærebant: nunc inſtar leonum cædem inferre cum rugitu quodam cupiebant.
18 *Frendebant contra me.*) Dixi autem hoc, inquit, non accuſandi ergò, ſed ut expetens
opem ac auxilium. Quando, ait, apparebis & auxiliaberis iniuriam paſſo?
Reſtitue

Reſtitue animam meam.) Hoc eſt, inſidiarum mihi ſtructarum uictoriam animæ meæ 19
largire.

A leonibus unicam meam.) Cum ſupra dixerit, Frendebant contra me dentibus ſuis: 20
fremere autem leonum ſit naturæ peculiare: appoſite ijs leonum nomen ac appellationē
impoſuit, ut nimirum immanitatem ac ferociam illis exprobraret. Quod autem inquit,
Vnigenitam meam, Symmachus ſingulariter meam dixit: pro eo, quod eſt, omni huma
na ope exutum.

Confitebor tibi in Eccleſia magna.) Illud In populo graui. Symmachus ſic reddidit In 21
populo copioſiſſimo. Habet autē hoc uaticiniū finē ſuum. Nam in uniuerſo terrarum or
be, regius uates Dauid, etiam per eos, qui fidem adhibuerunt, Deum celebrat. Eccleſiæ
namq; magnæ nomine & copioſiſſimi populi, Eccleſias quæ per orbem uniuerſum hinc
inde diſperſæ ſunt intelligit.

Non gaudeant ſuper me.) Denuò hoc loco eorum meminit, qui Saulem occultē ex- 22
timulabant, tanquam eos, qui amicitiam ore præſeferentes, hoſtiles inſidias in pectore
uerſarent. Quod quidem & in ijs quæ ſequuntur, clarius explicatur.

Quoniam mihi quidem.) Blandis utentes ſermonibus, & conceptā in animo iram ue- 23
luti ſuo puluere ac cineribus ſopire conātes, animū gerūt fraudib. ac impoſturis refertū.

Et dilatauerunt ſuper me os ſuum.) Vbi uerò technas me illorum animaduertiſſe cer- 24
nerent, detexerunt poſtmodum eam, quā hucuſq; occultarāt inimicitiā: pleniſq;, quod
dicitur buccis, ob calamitates meas lęticię ſignum exhibuerunt.

Vidiſti Domine, ne ſileas.) Iudicis ò Domine munere fungeris, omniaq; corām aſpicis, 25
neq; quicquam tam eſt abſconditum, quod oculos tuos effugiat. Ne itaque aſperneris &
flocci ea, quæ facta ſunt, facias, neq; tua me prouidentia exuas: ſed iudicia, iuſtamq;
ſententiam proferas. Quod & ſequentia fuſius explanant.

Domine Deus meus & ne gaudeant.) Quod ſi enim, ò Domine, in cauſa mea cognoſ- 26
cenda ac decidenda moras interpoſueris, denuò illi me ſubſannabunt: atque mœrorem
meum, anſam ſui gaudij, aduerſamq; fortunam, ſuam fœlicitatem eſſe perſuaſum ſibi
habebunt.

Erubeſcant & reuereantur ſimul.) Euidens ſatis & clarum eſt, quæ'nam in illos con- 27
fuſio conueniant, qui uicinos naſo ſuſpendunt. Quocirca hanc ipſam ſuperbis & inflatis
imprecatus eſt Propheta. Exultent uerò, inquit, & lætentur perpetuò, qui quæ bona
ſunt mihi adaptant, & pacem meam cupiunt, atque hanc me conſequutum uidentes, te
Domine celebrent.

Et lingua mea.) At ego prouidentię conſors factus tuæ, nocteſq; dieſq; præcepta 28
tua alta mente repoſita in animo uoluam, tuaq; auguſtiſſima beneficia canam. Quod e-
nim dicit, Tota die: alius, Omni die dixit, ut perpetuitatem innueret.

PSALMVS XXXV.

Argumentum.

Compoſuit Pſalmum hunc ut Saulem, quem occidere dormientem potuiſſet, nec id facere ſuſtinuit, ingratitudinis deteſtandæ redarguat.

Dicit iniquus.) Senſus eſt: Qui in nequitia à teneris uixit unguiculis, perſuaſus eſt, ne 1
minem arcana ſui animi conſilia cernere. Illud namq;, Dicit iniquus, perinde eſt ac
ſi, opinatur ac ſuſpicatur dixiſſet.

Non eſt timor Dei.) Loco ſtupiditatis eſt poſitum, quod dicit, ne Dominum quidem 2
omnia corām intuentem metuere.

Noluit intelligere ut bene ageret.) Videns uolenſq; in tam craſſam immerſus eſt igno- 3
rantiā, utpote qui nolit ea, quæ male à ſe geſta ſunt expendere & ad trutinam uocare.

Iniquitatem meditatus eſt.) Verba quæ dat ueritatis ſunt expertia, quid uerò 4

honeſtati ſit conueniens uidere non uult: uerùm tempore nocturno de iniuria proximo
inferenda deliberat: diurno aũt, qua'nam uia & ratione hanc ipſam iniuriam exequatur,
tentat. Illud namque, Maliciæ non eſt offenſus, pro, Non eſt maliciam abominatus, po-
ſuit. Eſt enim Scripturæ ſacræ frequens mos, ut idola abominationum atque offenſa-
culorum nomine inſigniat. Hoc uerò Aquila, Maliciam non abiecit: Symmachus, Non
reprobauit: Theodotion, Non repulit, eſt interpretatus.
5 *Domine in cœlo miſericordia tua.*) Iſti quidem non ſecus hæc machinantur, ac ſi ne-
mo ſuas technas cerneret: uerùm tu, ô Domine, miſericordiam infinitam habes, uerita-
tem item nullis concluſam terminis, & inſuper iuſticiam montibus altiſsimis præferen-
dam. Hæc ipſa autem æterna tua ueritas per ſacros tuos uates, ceu nubes, ad genus hu-
manum pertingit, & almum ſalutis imbrem illis impertit.
6 *Iuſticia tua tanquam montes Dei.*) Cum itaque iam & potens & iuſtus ſis, qui'nam
fiat, ut tam ſimul etiam ſis patiens, me prorſus latet. Iudicia namque tua inaſpectabi-
lem abyſſi altitudinem referunt. Quemadmodum enim hominibus fundus abyſſi inui-
ſibilis eſt, ita & iudiciorum tuorum ſcientia ac cognitio omnem illorum cogitationem
effugit.
7 *Homines & iumenta ſeruas Domine.*) Quam autem ob cauſam hoc fit? Quoniam ue-
hementer, inquit, multiplicaſti miſericordiam tuam ô Deus. Quoniam ad iumenta eti-
am beneficentia tua ſeſe extendit, non ſolum de hominibus, ſed & de ijs, quæ hominum
inſeruiuunt uſibus, bene merens.
8 *Filij hominum uerò.*) Humana autem natura ad te tanquam ad ſacram anchoram re-
ceptum ac refugium ſuum habebit, germinantem, florentemq́ꝫ omnis generis bonorum
abundantiam domi tuæ uidens. Innuere uult autem uerbis his, cum cœleſtis doctrinæ
fluenta, tum & myſticæ alimoniæ fruitionẽ. Quòd autem tot, tantorum'que bonarum
ſubminiſtrationẽ torrenti comparauit, ideo factum eſſe uidetur: primùm quoniam illa
non eſt hominibus iam inde à primordio conceſſa: deinde, ut cunctis mortalibus cal-
caria addat, ad accedendum, hauriendumq́ꝫ quoniam non perenne ſit flumen, ſed non
niſi torrens, qui ad tempus fluat: oſtendatq́ꝫ ſimul copioſam aquam illam perennem qui-
dem eſſe, ſi bonorum ingenium conſideres, in torrentem uerò ex diuina diſpenſatione
abire, & ad tempus exiccari.
9 *Quoniam apud te eſt fons uitæ.*) Euidenter hoc loco Sacroſanctæ trinitatis myſteri-
rium nobis pandit. Fontis namque nomine unigenam Dei filium inſigniuit. Is enim a-
pud Ieremiam hæc faciens uerba inducitur: Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ, &
foderunt ſibiӥpſis ciſternas, quę aquam retinere non potuerunt. Innuit igitur fontem hũc
apud patrem eſſe repoſitum, ex doctrinæ Euangelicæ ſententia, in qua in hunc modum
extat ſcriptum: Ego in patre, & pater in me eſt.
10 *In lumine tuo uidebimus lumen.*) Prophetia in hiſce latet uerbis, de Soſpitatoris noſtri
immutatione ab incarnatione eius facta. Neq́ꝫ etenim dixit, Sperauerunt, ſed ſperabunt:
u quod futurum erat, denotaret.
11 *Porrige miſericordiam tuam.*) A' Sacroſancto etenim colluſtrati ſpiritu, unigenæ tui
radios cernere poſſumus. Nemo namq́ꝫ Ieſum Dominum dicere poteſt, niſi in Spiritu
ſancto. Et, Deus aũt nobis reuelauit, inquit, per Spiritum ſuum. Adamuſſim igitur ex pro
phetarum etiam uaticinӥs tres unius eſſentiæ diuinæ proprietates intelleximus. Largire
igitur, inquit, perpetuò tranquillã, iuſtamq́ꝫ prouidentiã tuã ӥs, quos cognitione tui di-
gnatus es & quib. bene agere cordi eſt. Vtraq́ꝫ ẽm de illis, Græco utens idiomate, dixit.
Neq́ꝫ enim uult duo eſſe diuerſa hominũ genera, quorum alij cognitionẽ Dei ſolidã ſint
aſſecuti, alij uerò recto corde præditi: neq́ꝫ etiam miſericordiam alӥs, alӥs iuſticiam quæ-
ſiuit: ſed uirtutem omnibus expletam numeris, partibusq́ꝫ perfectam, & actiones huic re-
ſpondentes determinauit.
12 *Ibi ceciderunt omnes.*) Hoc Symmachus ita reddidit, Vbi cadent, qui operanť iniqui-
tatem, impellentur nec poterunt ſtare. Precatur aũt regius uates, ut naturę termini, li-
mitesq́ꝫ circumſcribanť, neq́ꝫ à recta uia deflectať: utpote quẽ nõ fugiat cõtrarię uię finis.
Nam

Nam qui illum ingrediuntur, inquit, nec reſurgere in poſterum, nec in uiam redire re-
ctam queunt.

PSALMVS XXXVI.

Argumentum.

Cohortatur cunctos mortales, ne proſperitatem feliceſq; uitæ huius ſucceſſus ueram beatitatem exiſtiment eſſe, ſed ſummam potius miſeriam: utque hac de cauſa omnes aduerſæ fortunæ inſultus eo æquiore animo ferant ac uincant.

N*Oli æmulari in malignè agentibus.*) Illud, Noli æmulari, Symmachus reddidit, Ne 1
contendas: Theodotion autem, Ne aſſueſias: pro eo quod eſt, Ne inciteris ad imi-
tandum eos, qui in malicia uiuunt, ſi quando proſperitatem eorum uideris. Vtque mo-
mentaneam eorum felicitatem eſſe doceat, ſubiunxit dicens:

Quoniam ueluti fœnum uelociter areſcent.) In eadem plane uerba ſanctus etiã Ieſaias 2
locutus eſt: Omnis caro, inquit, fœnum, & omnis gloria hominis, tanquam flos fœni: ex-
aruit fœnum, & flos decidit, uerbum autem Domini manet in ſeculum. His ſimilia Da-
uid pronunciauit.

Spera in Dominum.) Fructum ac emolumentum eius, quæ in Domino eſt repoſita 3
ſpei ad uiuum expreſſit. Nam qui ſpe uiua ab illo pendet, & alitur ab eo, & ſubminiſtra-
tis ab illo bonis fruitur. In primis autem illi potientur ijs, qui in delicijs habent, ſemper ei
conuerſari.

Reuela Domino uiam tuam.) Sententia eſt, Domino te, tuaq; omnia cõmitte, opemq; 4
ab eo præſtolare. Ipſe etenim inſtar iudicis æquiſſimam feret ſententiam, teq; laudabic
ac conſpicuum efficiet, ut in omnium oculis meridianæ luci fias ſimilis.

Subditus eſto Domino.) Cum itaque hæc tibi conſtent, obtempera Domino, & in bo- 5
nis ab eo petendis perſta. Siq; forte in unum aut alterum incideris, qui malis ſtudens fe-
lices ſucceſſus habeat, ſecundamq; fortunam: ne id iniquiore feras animo, neque angaris,
perinde ac ſi nemo, qui quæ creata ſunt iuſto imperio moderaretur. Hoc aũt & ea quę ſe-
quuntur clarius explicant.

Deſine ab ira.) Quamobrem? Nam qui male operantur, eliminabuntur. Ne itaque 6
ad illorum ſecundam fortunam cogitatione te conuertas, quin potius finem expecta, ui-
debiſq; ita tandem illorum interitum. Hoc namque tibi etiam etiamq; perſuaſum ha-
beas, quòd qui ita animo affecti ſunt, ut ſpem cœlitus reuelandam ſequantur, uitamq; pla-
cidam ac manſuetam ſectentur, in opima ac tranquilla pace perſeueranter degunt, per-
petuaq; uoluptate, conſcientiæ nimirum mundicie, fruuntur: at qui in momentanea lu-
dibriorum potius, quàm bonorum fortunæ felicitate fiduciam ſuam collocant, ſubita-
neam de improuiſo immutationem inuenient, omnimodaq; obliuione delebuntur: hac
ratione animum addit ijs, qui iniurijs afficiuntur. Significat etenim iniuſtum furore ac
inſania percitum ſæuire aduerſus eos, qui placidam uitam complexi ſunt: Deum uerò
tanquam iuſtum iudicem conatus eius omnes riſu excipere, ut qui improuiſum eius in-
teritum proſpiciat.

Obſeruabit peccator iuſtum.) Eadem omnino horum, quæ & præteritorum eſt mẽs at- 8
que ſententia. Oſtendit enim quot, quàmque multiplicibus iniuſtus utatur technis in
eos, à quibus nullam unquam accepit iniuriam, & tamen tandem in ea, quæ alijs exten-
derat retia ac calles incidat. Gladij namque & arcus nomine, nil niſi collocatas ab iniuſto
inſidias intelligit. Reſpondent autẽ hæc illis, quæ Pſalmo VII. poſita fuere, cum inquit:
Lacum aperuerunt & effoderunt eum: &, Incidet in foueam, quam fecit. Quin & labor
eius conuertetur in caput eius. Et, In uerticem eius, iniuſticia eius deſcendet. Ab his ni-
hil eorum quæ hic leguntur, uel pilum latum deſcendit.

Melius eſt modicum iuſto.) Frugalitas, uult dicere, iuſticię coniuncta omnibus modis 9
pręferri debet opibus iniuſte comparatis. Mox utrarumq; fructus explicat.

Quoniam

9 *Quoniam brachia peccatorum conterentur.*) Per brachia peccatorum uires ac potentiam illorum intelligit: brachiorum enim adminiculo homines ſua opera peragũt. Commodiſſimè autem illud poſuit: Confirmat iuſtos Dominus. Quamuis etenim cum à cacodæmonibus, tum & ab hominibus ſine intermiſſione impetantur, cœleſti tamen gratia ſuffulti inconcuſſi manent, omnesq; inſultus infracto pectore ſuperant.

10 *Nouit Dominus uias immaculatorum.*) Prouidentiam Dei experiũtur omnimodam, qui irreprehenſibile genus uitæ ingreſſi ſunt. Quamuis enim in ærumnas prolabantur, tamen eas ſuperant: & ſi quando uſuuenerit ut communis annonæ anguſtia exoriatur, quantum ſuſtentationi eorum ſuffecerit, Dominus ſubminiſtrabit: & inſuper æternis quoq; poſt hanc uitam bonis potientur.

11 *Et in diebus famis ſaturabuntur.*) Videtur famem innuere eam, quam & olim Dominus Iudæis minitatus eſt, dicens: Famem inducam ſuper terram, non quidem famem panis, aut ſitim aquæ: ſed famem audiendi uerbi Dei.

12 *Quia peccatores peribunt.*) Per coniunctionis enallagen perſonarum innuitur diſcrimen, ſimulq; ſignificatur alios eſſe peccatores accipiendos, alios Domini inimicos. Aquila & Symmachus loco coniunctionis Verò, particulam Et, poſuere: oſtendentes eoſdem cum peccatores, tum inimicos Domini eſſe. Inquit autem eos qui Dominum oderunt modico quidem tẽporis ſpacio perduraturos: uerùm ſimulac ſe in ſummo eminentiæ gradu cõſtitutos putauerint, inſtar fumi in aera abituros & in nihilũ redigẽdos.

13 *Mutuatur peccator.*) Ex hoc genere hominum Saul erat, qui tot tantisq; ſubinde beneficijs à Dauide cumulatus, nullam illi unquam gratiam repoſuit. Beatus autem Dauid nihil hoc moratus, ſed Domini ſui ueſtigia ſequutus in benemerendo de Saule perſtitit. Eiuſdem farinæ & Iudæi erant. qui plurimis ornari beneficijs ab Apoſtolis, nihilominus animum nil niſi cædem ac ſanguinem ſpirantem declarauerunt. Apoſtoli autem tantæ ingratitudinis rationẽ non habentes, cœleſtia illis munera liberaliter contulerunt.

14 *Quia benedicentes ei hæreditabunt terram.*) Hoc Deus Abrahæ promiſit: Benedicã, inquit, benedicentibus tibi: & maledicentibus tibi, maledicam.

15 *A Domino greſſus hominis diriguntur.*) Et hæc ſanè cauſa eſt, cur iuſto benedicentib. benedicat: maledicentibus autem maledicat, quoniam ipſe iuſtorum uias dirigit. Fieri enim nullo modo poteſt, ut quiſque ipſius gratia deſtitutus uitam à reprehenſione alienam ducat. Cooperatur enim illis, qui optatam cupiunt curſu contingere metam. Ad hanc ipſam autem metam, quo perueniri queat, neceſſe eſt, ut ad uirtutem cõparandam, cum animi humani electione ac propoſito, diuina quoque iungatur prouidentia. Hac etenim ratione, quamuis labi nonnunquam uſuueniat, cœleſti tamen ope ſubleuari integrum erit. Sic & diuinus uates Dauid cum lapſus eſſet, grauiſſimeq; deliquiſſet, purputa Dei gratia ac miſericordia refocillatus eſt.

16 *Iunior fui.*) Fui, inquit, iuuenis, bonamq; ſenectutem attigi, neque tamen, quantum memoria recolligere ualeo, ullius iuſti recordatio animum meum ſubit, qui Dei exciderit prouidentia. Iuſtus namque ille Iudex Deus Opt. & Max. non tantum iuſtorum, ſed & eorum, qui ab ipſis ducunt originem, cura ac ſolicitudine afficitur. Cuius uel in Iſraelitis ſatis euidens argumentum licet cernere, qui etiamſi à Deo ſuo turpiter defeciſſent, maiorum tamen ſuorum nomine diuinæ cura prouidentiæ haud fuere exuti.

17 *Tota die.*) Hiſce uerbis, Tota die, omnimoda iuſti benemerita innuit, quæ cum pecunia, tum ſuis rebus impertit. At cum benemeretur, erga eos quidem, de quibus benemeretur, miſericordiæ affectu largitur: Deo autem mutuatur.

18 *Declina à malo.*) Quapropter cum uos, ô mortales, quot'que eſtis, hæc mala haud pretereant: imprimis autem uos, qui uirtutis & innocentiæ ſenſiſtis prẽmia non lateant: Fugite, fugite, inquam, cuncta maliciæ genera, uiamq; illis contrariam inſiſtite ac tenete, quò ſempiternorum bonorum conſortes euadatis.

Quia

Quia Dominus amat iudicium.) Dextrè nec nō ex iuſticiæ præſcripto iudicans Rex 19
regum, Dominusq; dominantium, præmium uniuſcuiusq; ſtudijs conueniens retribu-
et, & ſtudioſos iuſticiæ omnimode prouiſione dignos æſtimabit: ſecus uerò compara-
tos, funditus eradicabit. Poſtquam igitur utrorumq; fructus oſtendit, porrò qua nam
uia ac ratione, qui Deo amicitia iunctus eſt, iuſticiæ & particeps fieri poſſit & tandem
quoq; proferre, explicare incipit.

Os iuſti meditabitur ſapientiam.) Par & æquum eſt, inquit, ut cum ore, tum pectore 20
cœleſtia proferantur oracula, horumq; meditatio ſine intermiſſione noſtrum ſubeat ani
mum. Qui etenim in hanc ſeſe conſuetudinem adduxit, is illabefactato amore ac ſtudio
uirtutem colit, ſeq; peſſundare molientes uincit.

Lex Dei.) Multifariam de eodem uerba facit, quo firmiorem maiore cura meditatio 21
neq; memoriam efficiat. Verborum autem hæc omnino eſt ſententia: Quòd nimirū Do
minus, impiorum technis ac inſidijs expoſitum qualemcunq; hominem, non ſit deſertu
rus, uel ipſius aduerſariorum partibus fauturus: ſed multò magis, ut illorum declinet ac
deuitet retia, effecturus.

Expecta.) His itaq; munitus Dei Opt. Maximiq; expecta definitiuam ſententiam, 22
ſancitasq; obſerua leges. Quod ſi feceris, non ſolum in præſenti uita conſpicuus eris: ue
rùm etiam in illa altera ſummo bono frueris, & peccatorum lamentabilem exitum intue
beris.

Vidi impium ſuperexaltatum.) Dauidem enim clariſſimum ſimul & regem & pro- 23
phetam ſi conſideres, uidit is Saulis regni tragicum caſum: uidit & filij Abſolonis inte-
ritum, necnon aliorum quoq;, qui criſtas nimium erexerant exitium. Quapropter non
incommodè infrugiferis ſecundam illorum fortunam arboribus comparat. Deſertos au-
tem inquit, non illos ſolummodo, uerùm etiam illorum locos. Quibus ſanè uerbis illorū
refricuit memoriam. Poſt hæc nouam admonitionem, conſiliumq; inducit.

Cuſtodi innocentiam.) Ne ſis, inquit, ad ea quæ ſunt præſentia animo ac cogitatione 24
defixus: ſed ad ea potius, quæ inſtant, & futura ſunt animum conuerte. Tempus enim e-
rit, quo cunctis, qui ſimplicem, rectumq; uitæ curſum tenuerant, par ſuis laboribus præ-
mium rependetur.

Iniqui autem exterminabuntur.) Verba hæc Symmachus ita reddidit: Aſpernantes 25
autem delebuntur, ſimul extrema iniquorum excidentur. Illo, inquit, tempore iſti quoq;
ſuam mercedem auferent, communem interim internecionem expectantes.

Salus autem iuſtorum à Domino.) At qui iuſticiam coluerūt, cœleſtis facti participes 26
auxilij, ſalutis quoque compotes euadent: nec non & illos, qui iniuria ipſos laceſſere co
nati ſunt, utpote ſpem in Deum ſartam tectam ſeruantes, uincent.

PSALMVS XXXVII.

Argumentum.

Agnoſcit hoc Pſalmo, ſicut & alijs plurimis, confiteturq; Domino peccatum ſuum: ne autem hoc ad exitium ſibi cedat, obnixè petit.

D*omine ne in furore tuo.*) Eodem & in Pſalmo ſexto uſus eſt exordio. In quo ut me- 1
dicum potius quàm iudicem Deus ageret precatus eſt, ſimulq; obteſtatus, non ue
hementibus ſed mitibus remedijs ſibi ſubueniri.

Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi.) Sententia uerborum eſt, Non temerè hæc ex- 2
peto: uerùm quòd ſagittarum quędam quaſi nubes oculis meis obuerſetur, & quaſi ma-
nibus hoſtium iam iam capiendus ſim uideatur. Illud enim, Confirmaſti, tranſlationem in
ſe continet, ab ijs petitam qui flagris cedunt, multasq; plagas inferunt.

Non eſt ſanitas in carne mea.) Supplicio, inquit, ſtimulatus, delictum in memo- 3
riam reuoco, Qua quidem memoria ac recordatione animum meum ſubeunte,

lachrymarum

lachrymarum uim maximam profundo. Ex quibus infirmitas mihi & miſeria accreſcit.
4 *Sicut onus graue.*) Incuruum me, inquit, grauis delicti mei moles me reddidit. Diſ-
cruciat autē animum meum putidiſſimus uulnerum meorum purulentorum odor, quæ
derelicta ſapientia ſtulticiæ me applicans accepi, quam ob cauſam lætitiæ omnis expers
in perpetuo dolore, ſeu mœrore potius contabeſco, neque meæ triſticiæ releuationē ul-
lam inuenio.
5 *Quoniam lumbi mei.*) Concupiſcentiam innuit. In lumbis enim renes, in his appeti-
tus ſedem domiciliumq́ ſuum habet. Dicit itaq: Mala hæc omnia inde ſuam originem
ducunt, quòd meum non quò oportebat deſiderium, ſed ad incontinentiam ac libidi-
nem conuerterim.
6 *Rugiebam.*) Hanc, inquit, concupiſcentiam hoc conſequutū eſt, ut ad terram oculos
abijciam, & continuè ob acerbos animi mei cruciatus, lachrymas profundam. Atq in
hūc modum operationem deſiderij commutaui, Deiq́ uoluntati ceu pediſſequam con
ſtitui. Quapropter & ſubiunxit, Domine ante te eſt omne deſideriū meum. Nam cùm
ſemel illo abuſus ſim, omni tempore in poſterum illud tuis mandatis offeram.
7 *Et gemitus meus.*) Aſpicis, inquit, ô Domine, luctum lachrymasq́ meas: uides item
me animo perturbatum, uiribusq́ exutum ac uacuum, necnon ſolita luce deſtitutum:
quin etiam in ipſa meridiè ceu in tenebris pluſquam Cimmerijs palpitanem. Duo autē
hiſce uerbis denotantur, mœror nimirum, quo fit ut lux haud appareat lux eſſe: & Dei
erga ſe curæ ſubtractio, quam non temerè oculorum lumen appellauit.
8 *Amici mei & proximi mei.*) Locum hunc Symmachus ita tranſtulit: Amici ac ſoda-
les mei, ex aduerſo in plaga mea ſteterunt. Nonnulli, inquit, ex meis amicis cum plagam
meam cernerent, hoſtiliter ſeſe geſſerūt, & palàm ſe mihi oppoſuerunt: qdam aūt terrore
affecti clam ſe ſubtraxerunt, neq opem, uti par erat, tulerunt. In priori numero Achito-
phel numerari poteſt: qui non ſolum deſeruit regem Dauidem, uerùm etiam peſtifera in
num conſilia ſuggeſſit. Eſtq admodum credibile, potiorem Iſraelis partem eodem ſe
crimine obſtrinxiſſe. Cum inimici mei, inquit, cernerent me amicorum etiam ſubſidio
priuatum, in ſtructis mihi inſidijs, ac ſi prorſus me deuoraturi eſſent, ſtrenuè perrexerūt.
9 *Et dolos tota die.*) Clarius hæc ex ipſa intelligi poſſunt hiſtoria. Nam cum Abſolon
patris reprehenderet ſententias, quique iuſto condemnati eſſent iudicio ad ſe alliceret,
æquo id animo ſanctus Dauid tulit. Cumq́ à Semei conuitijs, quæ cum lingua tum ma-
nibus eiaculabatur, impeteretur, cum ſilentio ea tulit, dicens: Sinite ut mihi maledicat,
Dominus enim illi præcepit, ut Dauidi maledicat: cumque ducum ipſius aliquis pœnas
à ſcelerato repoſcere conaretur, haud paſſus eſt id fieri. Hanc inquit, patientiam ſemper
& ubiq declaraui, quoniam totus à te pendebam, tibiq́ omnem meam cauſam concre-
debam: intento interim Spiritu orans, ne me hoſtibus gaudij occaſionem obijceres, an
ſamq́, ſiquidem ſuperarer, inſolentiæ ac criſtarum.
10 *Quoniam ego ad flagella.*) Peccatum inquit, dignum me flagris effecit. Quocirca me
ipſum ultro ſupplicijs ſubmitto. Cruciatibus enim delicti mei extimulatus curari aueo.
Qua de cauſa & meipſum accuſo &, recuperandæ ſalutis rationem omnem habeo.
11 *Quoniam iniquitatem meam.*) Tibi namq ſoli peccaui, inquit, & malum coram te ſe
ci: illi autem licet plurima acceperint beneficia, contraria repo nunt, meq́ potentiores
facti ſunt.
12 *Et multiplicati ſunt.*) Denuo Abſolonem perſtringit, iudicia ſua ſugillantem, & in-
iuſtos ad ſe pertrahentem, cunque eſſet filius, quo pacto parricida fieret, in animo uol-
uentem. Quem enim uel natura ipſa dictante ſummo amore complecti debebat, hūc ue
luti graueolens cadauer Vatiniano odio proſequutus eſt. Quin etiā in ignobile uulgus
hoc idem quadrat, quòd plurimis exornatum à ſancto Dauide beneficijs, ſummam er-
ga illum ingratitudinem declarauit.
13 *Ne derelinquas me.*) Tot tamq magnis, inquit, mœroribus, non ſecus ac marinis
fluctibus

fluctibus obrutus, te Deum Dominumq; meum obnixe rogo, ne ſolitam mihi prouidentiam ſubtrahas, uerùm opem tuam exhibeas, ac ſalutem conferas.

PSALMVS XXXVIII.

Argumentum.

Pſalmum hunc Dauid compoſuit cum ab Abſolone perſequutionem, & à Semei conuicia pateretur. Deplorat autem in eo humanæ uitæ uilitatem, & fragilem caducamq; ſortem.

DIxi cuſtodiam uias meas.) Semei in itinere occurrens Dauidi, Abſolonis conſcelerati filij tyrannidem fugienti, lapidibus probriſq; eum impetebat: Dauid uerò pro ſolita ſua, uereq; ſolida philoſophia, non ſolum ipſe hunc ſui contemptum non eſt ultus, ſed ne à duce quidem ſuo id fieri ſuſtinuit. Dicebat namq; : Sinite ut mihi maledicat, quoniam Dominus illi dixit, Maledic Dauidi: ut uideat aliquando Dominus humilitatem meam, & reddat mihi bona pro hac maledictione. Concordant itaq;, ut apparet, uerba hæc mirum in modum cum ipſa hiſtoria. Plurimum namq; tribuit curæ ipſi linguæ, utpote qui ſciat ad lapſum ualde procliue membrum illud eſſe: quocirca hæc ceu murũ ei circumdedit. At Semei nihilominus, licet nulla accepta iniuria, aduerſatus illi eſt. Illum enim peccatorem tanquam iniuſtum appellat. 1

Obmutui & humiliatus ſum.) Belle hæc illis conſentiunt, quæ in ipſa hiſtoria loquutus eſſe legitur: nempe, Sinite illum ut mihi maledicat: quod & hic dicit. Quoniam per omnia ſimilis fui ſurdo non audienti, & meipſum humiliaui, competentem ex eo fructum expectans. 2

Et dolor meus renouatus eſt.) Conuitijs, inquit, ab illo petitus, peccati mei, quod non temere commiſi, recordatus ſum: per quod graue in mea conſcientia uulnus accepi, cogitans me ob illud ipſum tot, tamq; graues ærumnas perpeti. Dominus enim præcepit illi, ut maledicat Dauidi. Peccatum autem reuocauit in memoriam, quoniam ob illud corrigebatur. 3

Incaluit cor meum.) Symmachus ita tranſtulit: Exarſit cor meum intra me: & cum recogitarem, igne exarſi. Cum, inquit, peccati recordarer mei, igne quaſi mœroris correptus ſum. 4

Loquutus ſum in lingua mea.) Quapropter maledico Semei uerbum reſpondi nullum: at Dominum mortis cupidus, etiam etiamq; ut mihi uitæ meæ finem aperiret, rogaui. 5

Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos.) Symmachus ſic reddidit: Inſtar palmi dediſti dies meos, & uita mea uelut nihilum eſt coram te. Mortem uerò expeto, cum ſciam uitam hominum diuturnam haud eſſe. Etenim ſi noſtra uita tuæ conferatur, ne momenti quidem rationem ſubibit. Tu namq; & principio & fine cares: noſtra autem uita quaſi palmis menſuratur. Quibus uerbis momentanea uitæ noſtræ breuitas denotatur. 6

Uerumtamen omnia uanitas.) Humana igitur natura ac conditio, ſiue diuites ſiue egenos reſpicias, mox diſſoluendo fumo eſt perſimilis. Quapropter ridiculos ſe præbent, qui ſtruendis ædificijs, colligendiſq; opibus ac facultatibus tanto ſtudio incumbunt. 7

Uerumtamen in imagine tranſit homo.) Parum, inquit, inter hominem uiuum & imaginem pictam eſt diſcriminis. Cum utrumq; breui temporis ſpacio intereat. Et tamen nihilo ſecius cõtentionibus perturbantur, eſtq; omnis generis tempeſtatibus atq; procellis plena eorum uita: mortem denique finem ac terminum habens. Et cum ut diteſcant plurimum laboris impendant, cui nam ſuas relinquant hæredi partas opes, prorſus ignorant. Sæpiſſime enim uſuuenit, ut quem uiuentes ſummo odio proſequebamur: eundẽ uita defuncti hæredem ſortiamur. 8

Et nunc quæ eſt expectatio mea? Nonne Deus.) Vale dicto illis, à te opem expecto. Il- 9
lud uerò, Et ſubſtantia mea, Aquila ſic reddidit, Expectatio mea. quaſi dicat: Tẽ cir-

cumſpiciens expecto, tuamq; beneuolentiam expecto. Sequentibus autem uerbis cau
ſam & rationem doloris explicat.

10 *Opprobrium inſipienti dediſti me.*) Denuò ipſius Semei mentionem facit. Valde ete
nim & hoc illis, quæ in hiſtoria leguntur, conſentit, nempe: Dominus præcepit illi ut ma
ledicat Dauidi. Nec non quæ ſubijciuntur, ad hiſtoriam accommodata ſunt.

11 *Amoue à me.*) Te etenim conniuente ac permittente, ille in me ita ſtomachatus eſt.
Et Semei quidem inſtar flagelli fuit, quo tu ad emendandum me, inq; uiam reuocandum
uſus es. Quam ob cauſam cum ſilentio, illum nihili faciens, ſed potius in te corripien
tem oculos animi conuertens, flagra ſuſcepi.

12 *A fortitudine namq; manus tuæ.*) Quocirca oro atq; obſecro, ô Domine, ut corripi
endi finem facias. Multitudine uerborum namq; tantum non conſumptus ſum.

13 *In redargutionibus propter iniquitatem corripuiſti hominem.*) Nequaquam, inquit, te
mere & fortuitò correptiones adhibes, ſed peccata redarguendo, inſtarq; periti medici
ſcindendo non ſolum pus latitans elicis, uerumetiam dolores curationibus concoquis,
& ſanitatem ijs, qui ſcinduntur poſtliminio reſtituis.

14 *Exaudi orationem meam Domine.*) Rogo, inquit, & obteſtor te ô Domine, ut cum
gemitu ſupplici, cumq; lachrymarum ui maxima te imploranti beneuolas aures præ
beas. Neq; enim terræ ſum incola, ſed potius aduena ac hoſpes, patrumq; in modum
perbreuem in ea uitam ducturus, & primo quoq; tempore hinc migraturus. Concede
mihi igitur uel paululum recreationis, ut uel dies pauculos priuſq; concedam fatis, ſine
doloribus uitam ducere queam. Tempus autem emigrandi ubi appropinquauerit, in
mora minime ero. Quod enim dicit, Et non ſubſiſtam amplius: perinde ualet, ac ſi di
cat, Ad uitam hanc corruptioni obnoxiam non amplius reuertar.

PSALMVS XXXIX.

Argumentum.

Quæ in hoc Pſalmo typicè de Dauide ſcripta extant, ea euoluto typo ad uniuerſam humanam naturam, quæ à Deo & Seruatore noſtro reſurrectionis ſpem conſequuta eſt, extendi debent.

1 EXpectans expectaui.) Præcedenti namq; Pſalmo dixerat, Exaudi orationem meam
Domine & precationem meam auribus percipe: hic uerò non ſecus ac percepta o
ratione, petitioneq; præſtita. Expectans, inquit, expectaui Dominum, & attendit mihi.
Etenim cum antea propter delictum ſe à me auertiſſe uideretur, pacatum iam mihi pla
cidum uultum obuertit.

2 *Et exaudiuit.*) Quid'nam autem precibus tuis exauditis, fecit? Reduxit me è luto
cerui. Hoc enim nomine Scriptura ſacra in ſummis deſcribendis periculis uti ſolet. Rur
ſus autem tibi è periculis liberato quid præterea largitus eſt?

3 *Et ſtatuit ſuper petram.*) Non ſuſtinuit me moueri aut ſubuerti ſed firmauit ſtationē
meam, effecitq; ut uiam iuſticiæ ſine omni obſtaculo teneam.

4 *Et immiſit in os meum.*) Neq; enim amplius luctu ac lachrymis ſupplex tibi ſio, ſed
ob collata in me beneficia hymnum dico. Hæc quidem, ut in argumento admonui,
Dauidis calamitatibus, ſi umbram ſpectes, conueniunt: ſin uerò expreſſam ueritatem
conſideres, toti humanæ naturæ competunt. Hæc enim in eundem peccati fundum qua
ſi immerſa, incarnationis Soſpitatoris noſtri beneficio extracta, reſurrectioniſq; ſpē na
cta eſt, ideoq; in hæc uerba prorumpit, Expectans expectaui Dominū, & attendit mihi.
Merito autem mors lacus & miſeria, peccatum autem cæni lutum, ut quod graueolen
tem fœtorem emittat, dicitur.

5 *Videbunt multi.*) Cum hæc eorum perſonam referant, qui ſalutis compotes facti ſunt
appoſite admodum uates dixit, eos qui bonorum horum guſtum habent nullum, con
ſpectis illis formidine percellendi ſint, quoniam nondum acceſſerint, nec ſpem hanc
conſequuti ſint, neq; ope diuina ac cœleſti potiti.

Beatus uir.) Vanitatum iſtarum in præcedēti quoq; Pſalmo uates mentionem fecit. 6
Et iterum: Veruntamen uanè conturbantur. Quocirca hic etiam eum reputat beatum, qui præſentia nihili faciens, ſpe diuina abunde contentus eſt.

Multa feciſti tu Domine.) Auguſtiſſima quidem ſunt, elaboratiſſimaq; opera tua, & 7
quæ nulla laus à homine profecta unquam adæquare poſſit, quæ omnibus temporibus à tua prouidentia ſunt adornata, cuiuſmodi ſunt quæ ſub Moyſe, Ioſua, Samuele &c. geſſiſti: uerùm quod hoc tempore factum eſt, reliquorū omniū admirationem multis paraſangis ſuperat. Per hoc enim non unius alicuius hominis aut gentis, ſed omnium, quæ ſub cœlo ſunt, gentium ſalutem, perficis.

Sacrificium & oblationem.) Mandauit etenim Dominus ut legalium ſacrorum loco 8
membra noſtra conſecremus. Cum itaq; hanc tuam cognouerim, inquit, meipſum tibi offero dicens, Ecce adſum. Quam uocem & merito quidem D. Apoſtolus ad Chriſtum refert, Is enim naturæ noſtræ primitiæ, primumq; docet, quæ noſtra ſunt prædicere, inq; ipſo delineare, quæ uos facere par eſt.

In capite libri.) Ante multa ſecula, inquit, in diuinorum uatum oraculis de me uatici- 9
nia ſunt edita. Aquila & Symmachus Caput uolumen interpretati ſunt. Sic etiamnum hodierno die ſacras ſcripturas inuoluere ſolent.

Ut faciam uoluntatem tuam.) Ad te, inquit, appropinquans, omni cura ac ſedulita- 10
te id ago, ut præceptis tuis reſpondeam, omnemq; uitæ meæ curſum ex præſcripto ac dictamine uoluntatis tuæ inſtituam ac tranſigam. Illud uerò, In medio uentris mei: tranſlationem in ſe habet ab iis ſumptam, qui amico ſunt erga aliquem animo, ita quidem ut præ amore, ſi poſſet fieri, intra ipſum pectus eum includere cupiant. Hæc autem nec in Hieremiam, nec Danielem (horum enim alterutri, Pſalmum hunc nonnulli interpretes acceptum ferunt) conuenerint. Lege etenim adhuc uigente holocauſta atq; ſacrificia Domino offerebantur. Propheticus autem ſermo his omnibus poſt terga abiectis rationalem diuini Numinis cultum inſtituit.

Euangelizaui iuſticiam.) Fore pollicetur S. Rex ac propheta Dauid, ut in ampliſſima 11
Eccleſia, per totum terrarum orbem gratia diuina collecta, iuſticia Dei, huiuſq; uaticinij ueritas, auguſtiſſima item ſalus, & qui horum omnium fons eſt, infinita Dei miſericordia deprædicetur. Quin & natura humana ipſa, quoniam ſe conſeruatam ab interitu ſentit, hanc ſe gratiam pro tanto beneficio repoſituram promittit, quod nimirum concurrere ad Eccleſiam, taliaq; ad hymnodiam mouere, iuſtumq; decantare iudicium uelit. Illud autem, A concilio multo: Symmachus ſic tranſtulit, In multitudine: Aquila uerò & Theodotion poſuerunt, In Eccleſia magna: unde manifeſtum eſt, quod de eadem loquutus ſit Eccleſia.

Tu autem Domine ne elonges.) Eccleſia Dei etiā poſt acceptā ſalutem, prouidentia di- 12
uina indiget, idq; propter multiplices cum malorum hominum, tum & cacodæmonum impetus ac inſultus, quorum in ijs, qui ſequuntur mentio fiet.

Miſericordia tua.) Nullus exiſtimet hæc ijs, quæ dicta ſunt minus competere. Nam 13
tres quoque adoleſcentuli in fornace ignita preces ſuas ad Dominum fundentes, dixiſſe leguntur, Peccauimus, iniquè egimus, iniuſtè fecimus. Reperies & alios quàm plurimos in hunc modum ſeſe ſub potenti manu Domini humiliantes. Sic & Eccleſia hoc loco ab impijs non ſecus ac maxima tempeſtatis ui adobruta, non erigit criſtas, ac ſi decertaret: ſed delictis ac peccatis, quæ dicuntur, aſſignat, ut Soſpitatoris potiatur ope orat. Eccleſia ſiquidem non tota ex perfectis conſtat, ſed & ex his ſimul qui tranquillam ac quietam ducunt uitam. Quoniam autem illa unum quaſi quoddam corpus eſt, non ſecus atque ab una perſona cum illa, tum iſta proferuntur.

Placeat tibi Domine.) Neq; enim uulnera ſolum infligere, ſed morti ſempiternæ ad- 14
dicere conantur.

Auertentur retrorſum.) Conijce illos, inquit, in fugam, & effice ut à propoſito 15
ſcopo aberrent. Pernicioſa enim ualde in me machinantur. Et ijs, qui me naſo ſuſpen-

dunt, nihil inde fructus ac emolumenti, quàm faciei ſuæ confuſio contingat.

16 *Exultent & lætentur.*) Iis, inquit, qui te inquirunt, ac continuis laudibus celebrant,
continuam largire læticiam, ne ullam ſui gaudij ſentiant mutationem. Neq; enim ijs ſim-
pliciter qui diligunt hanc tantam precatus eſt læticiam: uerùm his tantum, qui perpe-
tuò deſideratum hunc amorem retinent.

17 *Ego uerò egenus.*) Sicut ſuprà peccatorum mentionem fecit, ita hoc loco Eccleſiam
egenam opiſq; indigam, adeoq; Dei auxilium implorantem introducit. Singula au-
tem hæc ſancto Dauidi competunt. Exiſtimo ſiquidem, quòd uaticinium hoc & gra-
tiæ Chriſti magnificentiam expendens, egenum ſe ac pauperem nominauit: & ipſe quo-
que orans ne prædicta illa ſalus diutius differretur, ſed primo quoq; tẽpore hominibus
conferretur, diuina hac beneficentia potiri petierit.

PSALMVS XL.

Argumentum.

Licet Pſalmum hunc interpretum aliqui Dauidi, nonnulli Ezechiæ aßignent: Euangelica tamen ſatis ſuperq; teſtatur hiſtoria, ad Chriſtum eum eſſe transferendum. Cum is in ſermone quodam ad diſcipulos ſuos habito, hæc uerba fecerit: Si hæc ſcitis, beati eritis, ſi hæc feceritis. Non de omnibus uobis loquor. Noui enim quos elegerim. Sed ut Scriptura impleatur, Qui manducat panem meum, mouebit contra me calcaneum ſuũ. Cum ergo Pſalmum hunc Dominus ipſe ſibi competere ſoli oſtenderit, audaciam ac temeritatem dicere non erubuerim, ſi aliud illi quiſquam argumentum præfixerit.

1 B*Eatus qui intelligit.*) Egenus is hoc loco dicitur, qui omnium eſt Dominus. Quo-
niam, ut inquit Apoſtolus, cum diues eſſet, propter nos egenus factus eſt: ut nos
ipſius paupertate diuites efficeremur. Sanctus itaque uates Dauid eum uerè beatum p-
nunciat, qui hanc egeſtatem intelligit, & pro uirili celebrat atque extollit.

2 *In die malo.*) Innuit, ut puto, iudicij diem, quem, quòd iniquis adflictionem alla-
turus ſit, malum nominat: & promittit fore, ut qui ſinceram huiuſce egeſtatis intelli-
gentiam conſequutus ſit, à terribilibus ac horrendis diei huius malis liberetur: & non tan-
tum bonis futuri ſeculi potiatur, ſed & ſecunda fortuna in hac quoque uita, celebris &
conſpicuus factus, utatur, ſimulq; ex hoſtium inſidijs elabatur. Cumq; corpus non ſecus
ac reliqui mortales interitui habeat obnoxium, & uarijs morborum generibus expoſi-
tum, ab his quoque illum tandem liberatum iri promittit.

3 *Dominus opem feret illi.*) Ab omni imbecillitate illum uindicabit, morboſq; in ſecun-
dam ualetudinem commutabit. Illud namque, Vniuerſum ſtatum eius uerſaſti, pro com-
mutaſti poſuit. Poſteaquam igitur remunerationes eius, qui exceptam hanc pauper-
tatem intelligit, commemorauit: porrò quiſnam illam habuerit oſtendit, cum ipſum
de hac uerba facientem, déque ſeipſo loquentem introducens. Ego, inquit, egenus
ille ſum, qui uidens uolenſq; hanc fortunæ tenuitatem ſubij: agnus ille Dei, qui de-
licta mundi expiaui, qui mortalium uniuerſi generis ærumnas in me ſuſcepi: qui cum
peccatum non commiſerim, hanc tamen orationem pro natura humana obtuli.

4 *Inimici mei dixerunt mala mihi.*) Inimicos appellat Iudæos, odio capitali erga ſe
flagrantes, & ad interitum urgentes: quod etiam Euangelica hiſtoria teſtatur. Conſili-
um namq; inierunt, inquit, quomodo eum morti traderent.

5 *Cor eius congregauit.*) Prophetiam hanc ad Iudam Iſcarioten accommodat. In ean-
dem quippe ſententiam Euangelica etiam hiſtoria docet, ipſum Iudæis dixiſſe: Quid
datis mihi, & ego uobis eum tradam? Venatus eſt autem diligenter anſam & occaſio-
nem, qua commodius traderet illum. Hoc & prophetia hæc dudum antea prædixit, &
poſtmodum ipſe euentus ſubſcripſit. Quòd enim tacite inter ſe conſilia communica-
runt, inſidiarum uiam ac modum inueſtigarunt. Deinde quoque tyrannidis affectatæ
eum inſimularunt, dicentes Pilato, quòd ſe ipſum regem feciſſet, Cæſariq; tributum
dare

dare uetuiſſet. Hoc & prophetia prædicit, & Euangeliſtæ commemorant.

Verbum iniquum.) Hoc eſt: Præuaricationis contra me actionem inſtituerunt. 6

Numquid qui dormit.) Licet, inquit, mortuus fuero, reſurgam tamen, & qui morti me 7
addixerunt, eos ego diſturbabo.

Etenim homo pacis meæ.) Clarius paulo hoc Aquila & Theodotion reddidere, Atqui 8
uir pacis meæ, in quo ſperaui: Symmachus uerò in hunc modum, Sed & homo qui pacificè mecum egit, in quo ſperabam. Neque enim, inquit, hoſtes mei mortem tantùm intentarunt: ſed & homo ille perditus qui intima mihi iunctus fuit conſuetudine & amorem atque beneuolentiam erga me hypocriticè ſimulauit, qui eadem uixit quadra & alimonia, dolum diu occultatum, tandem detexit. Dolum enim calcaneum appellauit, translatione ab ijs mutuata, qui curſu inter ſe certantes, eos qui in eodem currunt ſtadio calcaneo, quo impingant & cadant, impedire conantur.

Tu autem Domine miſerere mei.) Sunt & hæc omnia in aſſumptæ naturæ, in qua paſ 9
ſio tolerata eſt, perſona dicta. Sic enim in ſacroſancta Euangeliſtarum hiſtoria ſcriptũ extat, Pater ſerua me ex hac hora.

In hoc cognoui, quòd cognoueris me.) Conueniunt & hæ ſeruili formæ ac conditioni, 10
quam unigena Dei filius noſtræ ſalutis cauſa aſſumpſit. Neque enim Angelus, ut D. Apoſtolus in epiſtola ad Hebræos ait, ſed ſemen Abrahæ aſſumpſit.

Et confirma me.) Vaticinium hoc S. Dauid edidit ad indicandam Dei philantropi- 11
am, ergaque genus humanum ſummam beneuolentiam, & eum innuens, qui ultro hanc in ſe egeſtatem ſuſcepit: ſimulque hymnum illi linguæ ſuæ miniſterio, ut beatum & ipſe finem ſortiretur, obtulit: quo doceret, eum de quo uaticinia hæc expoſuit non hominem tantum eſſe, uerumetiam Deum ante omnia ſecula ſempiternum, cuius eſſentia ab omni ſit interitu alieniſſima.

PSALMVS XLI.

Argumentum.

Quæ in hoc Pſalmo à Dauide dicuntur, ad populum Iudaicum in captiuitate Babylonica conſtitutum, exque ea liberationem ſummo deſiderio expectantem, accomodanda ſunt.

Q*uemadmodum deſiderat.*) Memoriæ proditum eſt, ceruas uenantes uocare beſti- 1
as indeque uehementi ſiti accendi, ideoque aquam feruentiſſime expetere. Quoniam itaque inter uiros Babylonios, qui impiam, iniquamque ducebant uitam, perindeque ſerpentes referebant, pij Iudæi uiuere cogebantur: rectè, in ceruarum modum, ſiti Dei ſeſe flagrare dixerunt, ex tanta ærumna in libertatem aſſeri ex animo cupientes, opemque cœlitus ſubminiſtrandam expectantes.

Sitiuit anima mea.) Expeto, inquit, & ſitio quaſi ueram Dei religionem. Illud nam- 2
que, Quando ueniam & apparebo coram facie Dei: de eo diuini Numinis cultu ac religione, quæ ad legis Dei normam inſtituta erat, pronunciauit. Appoſite autem admodum Deum fortem & uiuentem nominat, quibus uerbis oblique Babyloniorum uitæ ac motus expertia ſimulachra perſtringit.

Fuerunt mihi lachrymæ meæ.) Cum noctéſque diéſque lugerem, expleri tamen animo 3
haud quibam, erantque mihi lachrymæ inſtar cibi, cum coniectis in te conuicijs ac calumnijs peterer. Hoſtes namque irrident me, prouidentiamque tuam, tanquam eneruatam ac languidam mihi exprobrant. Qua de cauſa cum hæc me cogitatio perpetuò uexaret, ſine intermiſſione lamentabar. Illud enim, Effudi in me animam meam: tantundem ualet ac ſi dixiſſet, Pudore ſuffundebar, atque ad lugendum adducebar.

Quoniam tranſibo.) Tabernaculi nomine Dei protectionem accipit. Triſtibus itaque 4
hucuſque expoſitis, conſequenter quæ grata & accepta ſint prædicat ac prædocet, utpote quòd celerrime reuocationem ſint conſequuturi, atque diuina gratia reducendi: & quòd

ad dulciſſima patriæ arua ſint redituri, templum'que Domini inſtauraturi, necnon ſoli-
ta ac à maioribus per manus quaſi tradita feſta celebraturi, ſuauiſſimam denique ſpiritua-
lem melodiam ſuis auribus hauſturi.
5 *Quare triſtis es anima mea.*) Cum tam amplas promiſſiones acceperis, ô anima, de-
ſine abiecto eſſe animo, atque lamentari, ſed ſpe potius corroborata euentum prophetiæ
præſtolare: ubi conſpecta quæ eueniat ſalute, hymnos Seruatori offeres.
6 *Ad meipſum anima mea conturbata eſt.*) Exprimere hiſce uerbis uidentur affectus
animæ à ſeipſa diſſentientis. Quoniam eñ dixit, Ceſſa à luctu: reſpondet illa dicens Non
temere & præter certam, eamque grauem cauſam lugeo. Lachrymas enim mihi exprimit
patrij ſoli recordatio. Per Iordanis ſiquidem terram, promiſſionis terram intelligit. Per
mortem autem & fluuium, omnem illam terram accipit.
7 *Abyſſus abyſſum.*) In illa, inquit, degens regione hoſtium tradita ſum multitudi-
ni, & tanquam in abyſſo ſubmerſa. Abyſſi enim appellatione militares exercitus intelli-
git, eorumque copioſam multitudinem immenſis aquis confert: quæque gerebantur ab il-
lis, antiquiſſimo Noahi diluuio aſſimilat. Tu enim, inquit, illos induxiſti, ut præuarica-
tionis de me pœnam repoſceres.
8 *Omnia excelſa tua.*) Tempeſtates, inquit, fluctusque à te immiſſi me adobruerunt.
Cum enim militiam abyſſo contulerit, in eadem translatione perſiſtens, inimicorum im
petum fluctus ac tempeſtates appellat.
9 *In die mandat Dominus.*) Etenim cum certò mihi conſtet, Dei immenſam miſericor-
diam ſemper præſto eſſe, & nocturno etiam tempore præſertim hoc apud memetipſum
perpendam, continere me nequeo, quin canam, hymnum'que illi dicam, qui tanta pro-
uidentia res noſtras omnes diſpenſat. Sed & preces illi offero, quo hac ipſius philanthro-
pia potiri fas ſit.
10 *Dicam Deo, adiutor meus es.*) Hæc, inquit, Deo meo dico: Prouidentia tua ſẽper fre-
tus ſum. Quam ob cauſam illa me hoc tempore exuiſti, ut ſine intermiſſione lamenter
ac lugeam, ob conuicia, quibus à meis hoſtibus impetor. Contumelijs ſiquidem me in-
ceſſentes, necnon uerberibus & uinculis oſſa mea confringentes, irrident me ac dicunt,
Vbi eſt Deus tuus? dum hæc me ob infirmitatẽ tuam perpeti autumant. Illud autem, qua-
re oblitus es mei? Perinde eſt, ac ſi dicat, Quare mihi prouidentiam tuam non largitus
es? Obliuio etenim in Deum non cadit, ſed in mortalem hominem: nam à Deo omnes
paſſiones animorum longe abſunt.
11 *Quare triſtis es anima mea.*) Spem de ſalute cõſequenda, ô anima mea, ne abijcias. Præ-
ſto enim tibi Soſpitator Deus eſt, in quem cum ſpe ſolida recumbas, dele iſtum mœro-
rem, & conſolationi locum præbe.

PSALMVS XLII.

Argumentum.

Petunt Iudæi ut inter ſe & impios Babylonios, inter quos uiuendum illis erat, Dominus iudicare uelit.

1 I*udica mihi Deus.*) Priorem orationem denuo repetunt, ab inimicorum ferocia ac
immanitate in libertatẽ aſſeri orantes, ob quam mœſto ac triſti ſemper animo erant.
2 *Quare me repuliſti.*) Hæc non eò dicunt, quòd accuſationem inſtituere uelint: uerùm
quòd cum ab aliorum inſontes ac innoxij eſſent præuaricationibus, nihilominus tamen
ſimul cum ipſis prouidentia Dei deſtituti eſſent.
3 *Emitte lucem tuam.*) Septuaginta interpretes temporis inducta mutatione de futu-
ris tanquam præteritis loquuti ſunt. Alij autem clariorem, euidentioremque explicatio-
nem adhibuerunt: Emitte, inquiunt, lucem tuam & ueritatem tuam quæ, deducent me.
Oro, inquit, ut ope tua potiar. Hac eñ ſuffultus fieri poterit, ut nõ ſolũ ex hac duriſſima
ſeruitute in libertatẽ aſſerar, ſed & in terrã patriam reuertar, inque inſtaurato tẽplo cultũ in
lege præſcriptũ perſequar. Nam tabernaculorũ appellatione ipſũ templum, ſanctumque
montem Sionem: lucis uerò & ueritatis nomine diuinam apparitionem intelligit. Sicut

etenim

etenim ærumnas caliginem, ita è contrario liberationem ex ærumnis ac miſerijs lucem uocat.

Et introibo ad altare Dei.) Sententia eſt, Cupio ex animo reditum in patriam, ut ibidem exoptatiſſimum altare tuum cernam, perq; illud te Dominum meum, qui tantas mi hilæticiæ cauſas præbuiſti, uideam, ſolitasq; in cithara hymnodias exoluam. Hoc enim rerum noſtrarum ſtatu, inſtrumenta noſtra muſica ex ſalicibus ſuſpendimus, legis tranſgreſſionem exiſtimantes, ſi te extra locum à te definitum ac conſtitutum, ueneraremur. 4

Spera in Deo.) Liquet & hinc ambos Pſalmos eiuſdem mentis atque ſententiæ eſſe. Qui autē his uerbis uſi ſunt, ſe ipſos inter ſe cohortantur, ut in ſpem meliorem erigantur animis, mœroreq; ac luctu ſepoſito, ſalutem, quæ certò euentura ſit, à Domino Deo expectent. 5

PSALMVS XLIIII.

Argumentum.

Pſalmus hic uaticinium de Machabæis continet. Quæ autem tempore belli, inter Antiochum & Machabæos geſti, acciderint, ex illorum hiſtoria pete.

DEus auribus noſtris.) Cum plurimi eorum, qui unà ad expeditionem illam deſtinati erant, copias hoſtiles, præſumptamq; animo uictoriā, & omnes excurſus interceptos uiderent, & ſuam ex aduerſo infirmitatem in animo reputarent, facillime itaq; ab inſtituto diſcederent: ut animum illis adderet, doceretq; in bello ac militia cuncta in Omnipotentis Dei poteſtate eſſe poſita, alacriores eos ac uegetiores efficit. Tota itaq; hæc oratio, nihil eſt aliud quàm quoddam quaſi calcar ac ſtimulus, quo res ſuas omnes in Dei prouidentiam reijcere iubentur. Cur autem dixit, Auribus noſtris audiuimus? Vulgaris hæc inter homines conſuetudo eſt. Cum enim eorum mentio fit, quæ plane & omnino perſuaſa eſſe uolumus, auribus illa hauſta fuiſſe oſtenditur. Phraſis eſt itaque, qua cum auditori certò quid perſuadere uolumus utimur. 1

Patres noſtri.) Attendite quæſo quotquot eſtis, qui filios ueſtros negligitis. Patrum noſtrorum ora quidam quaſi libri erant, ac uolumina, ad informationem liberorum parata: unde fiebat, ut non ipſi tantum in beneficiorum Dei commemoratione ac celebratione perſeuerarent, ſed & huiuſmodi narrationibus ſuos quoq; liberos ad cognitionem, dilectionemq; Dei inducerent. 2

Opus quod operatus es.) Priſcæ cuiuſdam memoriæ mentionem facit. Cur autem non potius recentioris alicuius? Quoniam inter homines quidem recentes hiſtorias, ob labilem eorum memoriam, commemoramus: at apud Deum, cui omnia ex æquo ſunt præſentia, perinde eſt ſiue noua ſiue uetera commemores. 3

Manus tua gentes.) Animaduerte quàm proprio ſermone utatur. Neq; enim dicit, uictoria contentus fuiſti, ſed grauioribus uerbis ac ſententijs uſus eſt. Qui terram iſtam poſſidebant, ſtirpitus ſunt eradicati. Aduenæ ac peregrini ciues ac incolæ ſunt facti. Quod ſi itaq; peregrinos illos & exules tanta celeritate uictores illorum, qui terram incolebant, fecit: quanto magis nos qui patrijs exulamus finibus haud aſpernabitur? 4

Non enim in gladio noſtro.) De Aegyptijs nonnulli hoc dici perhibent: mihi autem & hoc in gentes conuenire uidetur. Atqui omnino armis protecti in prælijs ſuperiores euaſerunt: ita tamen ut ipſa uictoria non tam armis, quàm Domino exercituum aſcribenda fuerit. Attende autem quomodo orationis formæ interſerat conſilium. Quo pacto autem cauſam hanc patrum ac maiorum hæreditatem appellat, cum tamen illi terrā hanc non poſſederint? Quoniam ad illos facta erat hæc promiſſio. 5

Sed dextera tua.) Quoniam dexteræ brachijq; Dei mentionem fecerat, atq; paulò craſſioribus uerbis uſus fuerat, attende obſecro, quomodo ſermonem reducat & euehat. Et illuminatio uultus tui, inquit, auxilium & prouidentia tua. Mox cauſam huius ſubnectit, inquiens: Quoniam placatus fauebas eis, quoniam ita uolebas. Gratiæ itaq; meræ, putæ putæ, nulliſq; meritis aſcribendum erat. 6

7 *Tu es idem rex meus.*) Alius, ſupra Iacob ſalutem imperium exercet. Quomodo autē
hoc præcedentibus cohæret? Optime. Hæc enim eorum quæ dicit eſt ſententia. Nos il-
lorum ſumus filij, Deus unus, idemq́ & tunc temporis & iam operatur. Vnde igitur ob-
ſecro tanta rerum orta eſt uiciſſitudo? Illud autem, Qui mandas, perinde ualet ac ſi dixiſ-
ſet, Qui iubes, qui denuncias ut ſeruetur Iacob. Denuo hic & ferendi ſubſidij facilita-
tem, & immenſam potentiā commendat. Obſerua autem quòd Deum mitigare uolens,
non ſimpliciter Iacobi, ſed iuſticiæ uirtutiſq́ eius mentionem faciat. Et tu idem ipſe, es,
inquit, & prouidentia tua eadem, & nos tibi accenſemur. Nihil enim uult aliud quum in-
quit, In te inimicos noſtros uentilabimus cornu. Victoriam indubitata ſpe concepimus,
eo quod cornea ſonante tuba, ciuitas hoſtilis corruerit.
8 *Et in nomine tuo.*) Quidam interpres ſic habet, pro Contemnemus, compatiemur.
Haud exiſtimabimus quidem illos eſſe aliquid, ſed non ſecus ac ſi non eſſent eos perſe-
quemur.
9 *Non enim in arcu meo ſperabo.*) Quidā reddidit, Confiſus ſum. Poſſet autem percun-
ctari aliquis. Quánam igitur de cauſa, hæc ipſa arma in manus ſumpſiſti, cum nihil om-
nino ſpei in illis repoſueris? Reſpondetur. Quoniam hoc in mandatis dedit Dominus.
Quapropter armis utar illis quidem, uerùm felicem ſucceſſum totum ab illo expecto.
Quid opus eſt, inquit, ut quæ noſtris euenere maioribus, ea in mediū adducamus? Nos
ipſi plurima prouidentiæ tuæ erga nos euidentiſſima enumerare poſſumus argumenta
& indicia. In hunc enim finem dicit: Et odientes nos confudiſti. Neq́ enim tantummo-
do ex periculis eripuiſti nos, ſed & cum confuſione, ac pudoris ſuffuſione eorum, qui
ſe nobis opponebant id præſtitiſti.
10 *In Deo gratulabimur tota die.*) Quidam reddidit, Deū laudabimus tota die. Victoria
quidem præterijt: at gratiarum actio etiamnum manet. Diei enim totius nomine, totam
uitam intelligit. Neq́ tantum, inquit, cum ſubuenis, ſed & quando derelinquis. Illud,
Nunc autem repuliſti, alius ſic reddidit: Siquidē repuliſti, atq́ repuliſti: alius, Sed præ-
terea abieciſti.
11 *Et non egredieris.*) Alius in hunc modum: Et non progredieris in exercitibus no-
ſtris. Repulſæ namq́ indiuiduus comes eſt confuſio ac pudor: quiq́ repulſam patiuntur
omnibus ad hoc ſunt obnoxij, ut affligantur. Per uirtutes autem in præſentia exercitus
ipſorum intelligit, propterea quòd illi quaſi quidam nerui ſunt regni. Quid autem ſibi
uult quod ait, Siquidem repuliſti nos? Sententia eſt: Licet tam grauia perpeſſi ſimus,
à te tamē defectionem haud facimus: uerùm te glorificamus, celebramus, & in te gloria-
mur.
12 *Auertiſti nos retrorſum.*) Obſerua ut mala quæ contigerunt amplificet, acceptaſq́
miſerias & ærumnas in modum alicuius tragœdiæ altius dicendo tollat: quo oſtendat,
quòd licet grauiter peccarint, ſufficientes tamen pœnas exoluerint: tantum non di-
cens, Cunctis mortalibus maiore ſumus affecti ignominia, poſteaquam tua ſumus ex-
uti ac denudati prouidentia. Sed ne his quidem tot, tantiſq́ malis plus conſequuti ſu-
mus, quàm ut inſuper pabulum etiam hoſtibus noſtris facti ſimus, qui nos, quantum in
ipſis eſt, ſine omni clementia depaſcuntur. Hoc enim ſibi uult, cum ait, Diripuerunt nos
ſibiipſis, nemine exiſtente, qui prohiberet.
13 *Dediſti nos tanquam oues eſcarum: & in gentibus diſperſiſti nos.*) Quid'nam hoc ſibi
uult, quod ait, Tanquam oues eſcarum? Effeciſti nos quibuslibet in prædam obie-
ctos & contemptos. Duo enim ouium inueniuntur genera, unum earum, quæ ad fœtu-
ram propagandamq́ ſpeciem aptæ ſunt ac idoneæ: alterum earum, quæ uel ob ſenium
uel ſterilitatem, quibus ueſcamur tantum ſunt utiles. Grauiſſimum autem hoc onus eſt,
primùm paſſim per gentes diſpergi: deinde neq́ legem etiam inter illas exacte ſeruare
poſſe, uerùm regno à maioribus accepto priuatos eſſe, tum non in gentem unam, ſed
per omnes, tanquam oues balantes ſine paſtore, diſſipatos eſſe: ſicq́ affectos, ut neq́
uindictam de inimicis noſtris repetere, neq́ uel digitum contra eos extollere queamus.
Quid

Quid igitur eſt, quod dicitur? Vilitatem & contemptum huius populi exprimit. Tanquam nullius momenti, inquit, ſpretoſq; nos dimiſiſti. Quod quidem à conſuetudine hominum petitum eſt. Conſueuimus etenim ignobilia & abiecta ſæpiuſcule fruſtra ac ſine precio tradere. Sicut namque, inquit, homo res ſuas, præſertim ſi uiles & abiectæ ſint deſerit ac proſtituit: ſic & tu, ô Domine, nos omni exutos gloria dereliquiſti. Quod quidem & in ſequentibus clarius indicat, dicens: Et non erat multitudo in commutationibus noſtris. ideſt, cum emeremur & diſtraheremur. Precium namq; illa ipſa eſt commutatio, quæ datur. Quidam legit, Pompam, quæ circa nos erat. Durum eſt & quod tolerari uix queat ſupplicij genus, in primis in conſpectu hoſtium probris impeti: idq; ſi hoc ferendum ſit ab hoſtibus, ijq; circumfuſi ſint, qui cupide irruunt. Quid autem ſibi quæſo uult, quod ſubiungit, Poſuiſti nos in parabolam? hoc eſt, in fabulam probris pleniſſimam.

Commotionem capitis.) Quidam, Tranſpoſitionem uertit. ut ſit ſententia: Quoniam 14
tranſpoſuiſti nos. Aut ſi mauis, ſub hac commouendi capitis imagine, eius importunitatem ac uiolentiam, qui facit impetum, ob oculos ponit.

Tota die uerecundia mea coram me eſt.) Quidam in hunc modum expoſuit: Confu- 15
ſio mei coram me eſt.

A uoce exprobrantis.) Alius habet, Blaſphemantis. Quæ quidem multò magis 16
quàm ulla alia tormenta ac ſupplicia eum diſcruciarunt. Quoniam etenim, inquit, ſemper ſecunda fortuna uſus ſum, inimicoſq; meos fuſos ac fugatos ſuperaui, apertaq; ſunt ora omnium, noſq; in ſortem ueneramus alijs contrariam. Quantum enim ad illos attinet, priuſq; detrimenti accepiſſent quicquam, fuerunt pelſundati: at nos poſt illata etiam detrimenta infracti animis perſtitimus. Hæc uerò in eum finem ab illis dicuntur, ut quos habebant ſecum, ſpe bona refocillarent. Illud uerò: Nec iniuſte egimus in teſtamento tuo: perinde ualet, ac ſi dicat, Quæcunq; nobis iniuncta fuerunt, diligenter ſeruauimus.

Et non receſſit retro cor noſtrum.) Quidam ſic: Et non ſeceſſit. Idē quod & antea, hîc 17
etiam dicit: nimirum ſe in tot tantiſq; ærumnis conſtitutum, haſtam, ut eſt in prouerbio, nequaquam abieciſſe, animum'ue deſpondiſſe. Per uiam autem legem intelligit, à qua ſe neutiquam uel ad dextram, uel ſiniſtram deflectere profitentur. Vt ſit in communi negatiua hæc particula, utraq; periodo nec receſſiſti retro, nec exorbitaſti. Nam ſententiæ huic, aliorum quoq; interpretatio reſpondet. At ſi non in communi negans hæc particula accipiatur, in hunc modum ut explicetur licebit, illud, Declinaſti ſemitas noſtras à uia tua: Nos equidem cuncta diligenter executi ſumus, tu uerò templum tuum deſeruiſti, & ut inter alienigenas nobis degendum eſſet effeciſti, quæ profectò res nobis, quo minus debitum tibi, ô Domine, cultum præſtare queamus, magno impedimento eſt. Via enim hæc nihil aliud quàm templum eſt, per quam ad diuini Numinis cultum manu quaſi ducimur.

Et cooperuit nos umbra.) Superioribus hæc uidentur reſpondere, ubi mala com- 18
memorantes ſua dicunt: Et pudor faciei meæ operuit me. Et: Humiliaſti nos in loco afflictionis. At ſi quis clauſulam hanc ad id accomodarit, quod dixit: Et declinaſti ſemitas tuas à uia noſtra: conſonantiam id habebit, iuxta ſenſum, quem diximus. Explicat ſiquidem, quonam pacto à ſemitis ipſos deiecerit, conuerſationis, inquam, cum populi, tum ceremoniarum legalium: eo nimirum, quod in uaſtas abducti ſolitudines, in medio hoſtium deſerti eſſent. Hoc enim ſibi uult, quum ait: Et aperuit nos umbra mortis, diſcrimina innuens. quæ mortem & interitum tandem afferunt. Verùm quod mala hæc declinari ac euitari nullo modo poſſint, his uerbis ſatis ſuperq; indicat, quod & umbram & operimentum ponit.

Si obliti ſumus nominis Dei noſtri.) Id eſt, familiarium ac domeſticorum gratitudi 19
nis nomine laudandorum: quilicet male tractati, Dominum tamen ſuum nihilominus

uenerantur

uenerantur & colunt. Admonent autem hiſce uerbis cunctos auditores, ut Deum Optimum & Maximum ex toto pectore colant ac uenerentur. Intuetur enim is, uel occultiſſimas abſtruſiſsimaſq; animi humani cogitationes quaſuis. Quæ quidẽ in eum dicunt ſinem, ad abſterrendos eos, ne quæ indigna Deo cogitatio animos eorum ſubeat. Sed & plurimum hinc uirtutis augmenti accedit.

20 *Et ſi extendimus manus noſtras.*) Eſt & hoc non leuis momenti, ſi quis in Dei cultu conſtans maneat, nec ad alium deficiat. Sed hoc multò plus eſt, ſi quotidianis uerò mortibus ingruentibus nihilominus tamen dilectionem Dei retineat. Quocirca etiam dixit: Propter te mortificamur tota die. Integrum quidem nobis erat paternæ conuerſationi renunciare, & tutam uiam ducere: at maluimus afflictiones perpeti, patriæq; religionis participes eſſe, quàm conſtituta pace, traditis per manus à noſtris auis atq; proauis obſeruationibus priuari.

21 *Aeſtimati ſumus ſicut oues.*) Demonſtrat hoc loco & ipſorum probitatem, & Dei poteſtatem. Eſt autem plane ſtupendum, quod qui ouium inſtar mactationi deſtinati erant, ſaluos ac incolumes conſeruauit: & cum ſingulis propemodum diebus morerentur, morte tamen eos abſumi nequaquam pateretur.

22 *Exurge, quare obdormis.*) Quidam uertit, Excitare: alius autem, Quare es tanquam dormiens: alius item, Expergiſcere. Sententia autem horum omnium eſt eadem. Hæc nimirum: Facile tibi eſt ô Domine uniuerſa hæc à nobis auertere mala. Neq; enim quòd ea amoliri nequeas, ſed quòd lubens concedas ea eueniunt. Somni enim appellatione hoc loco conceſſionem: reſurrectionis uerò nomine retributionem accipit: per faciem deniq; opem & ſubſidium intelligit.

23 *Obliuiſceris inopiæ noſtræ.*) Obſerua denuo animum ſinceritate conſpicuum. Neq; etenim dixit, Obliuiſceris meritorum noſtrorum. Verùm quando pro eo reſpondet, tum illa profert: quando uerò auxilium implorat, tunc per ea conſeruari expetit.

24 *Quoniam.*) Rurſum animum probitate inſignem aſpice. Quoniam, inquit, humiliata eſt ad puluerem uſq; anima noſtra. Quoniam dixerat, Obliuiſceris inopiæ noſtræ: hoc eſt, calamitatum ac miſeriarum noſtrarum: iam in ſequentibus illas ipſas calamitates ac miſerias enumerat. Eſt autem uerborum hæc omnino ſententia: Nihil melius noſtræ, quàm mortuorum res ſeſe habent. Poteſt tamen & de ijs, qui gulæ addicti ſunt, locus hic intelligi, Adhæſit terræ uenter noſter.

25 *Exurge.*) Alius interpres habet: Sta ad iuuandum nos, & libera nos propter miſericordiam. Attende igitur quo pacto finem Pſalmo huic impoſuerit. Poſt uirtutes mille unde'nam ſeruari exoptat? Ex pura puta clementia ac benignitate.

PSALMVS XLIIII.

Argumentum.

Pſalmus hic nuptiale carmen continet, quo pius Rex *ac uates* Dauid, *ſupremi principis Meßiæ benedicti regnum eiuſq; Sponſæ uirginis Eccleſiæ decorem decantat.*

1 E*Ructauit cor meum.*) De Meſſia benedicto Domino noſtro Ieſu Chriſto Pſalmus hic à regio uate Dauide exaratus eſt. Quapropter & in titulo ſcriptum extat, Ad dilectum, & pro immutandis. Magnam ſiquidem mutationem operatus eſt. Quapropter & in ipſo ſtatim primo limine dicit, Cor meum dixit. At cum nihil eorum, quæ hîc referuntur, humanum ingenium reſipit, neq; humanæ intelligentiæ adinuentio eſt, ſed potius cœleſtis energiæ, Eructandi uocabulo id ſignificare uoluit. Verba namq; noſtra, quotieſcunq; eſt libitum eloquimur, ſecus autem in eructatione res comparata eſt. Quo circa eructationis nomine nil niſi prophetiam intelligit. Eructauit autem illa ipſa, quibus ut pauit. Haud quaquã enim uel cibum, uel potum, ſed menſæ ſuæ conuenientia, nempe bonum uerbum de unigena Dei filio. Is enim in primis & præ cæteris omnibus bonus, & quidem ualde bonus eſt.

2 *Lingua mea calamus ſcribæ uelociter ſcribentis.*) Calamus ea ſcribit, quæ manus, à qua regitur, ſcribere præceperit. Velocis autẽ ac expediti Scribæ appellatione, gratiam intelligit.

intelligit. Etenim qui ſui animi ſenſa ac cogitationes proloquitur, tardior paulo eſt, cum meditando tum componendo. At cum Spiritus impellit mentem, nihil eſt quod in mora ſiet. Vt autem oſtendat eorum quæ hic referuntur, nihil eſſe ex humana ratione profectum, mox ſubijcit:

Speciosus pulchritudine.) Nonnulli de lingua hoc prolatum eſſe exiſtimant, quaſi illa calamus ille pulchritudine ſpecioſus ſit. Verùm mihi de Chriſto dicta eſſe omnino uidentur. Quocirca alius quidam interpres ſic tranſtulit: Pulchritudine elegans es factus à filijs hominum. 3

Effuſa eſt gratia.) Animaduertis'ne hoc loco de Chriſti diſpenſatione orationem inſtitui? Gratiæ autem eius meminit, quæ in carne noſtra apparuit. Vniuerſa enim Dei gratia ac miſericordia in illud templum effuſa eſt. Neq; enim illi ad modum & certam definitamq; menſuram Deus dat ſpiritum, cum nos ex eius plenitudine acceperimus omnes. Verùm hoc templum gratiam diuinam omne ad ſe attraxit. Similiter hinc & illud ſonat, Propterea te benedixit Deus in ſeculum, quod de carne etiam accipiendum fuerit. Diuina etenim natura benedictione haud indiget. 4

Accingere gladio.) Innuit, dubio procul ea, quæ res ab eo geſtæ declarant. Armorum autem cum audis mentionem fieri, nil aliud quàm ſupplicium quo punit, accipito. Obſerua autem obiter in craſſioribus his nominibus quam nulla prorſus re Deus indigeat: neq; enim prius armorum mentionem ullam inijcit, quàm potentiam eius nominarit. Etiterum, ſimulac arma commemorauit, omnem uictoriæ laudem dextræ, hoc eſt naturæ & immenſæ eius potentiæ adſcribit. 5

Specie tua & pulchritudine tua.) Gladius, ſpecies, pulchritudo, dignitas, gloria & magnificentia: hæc omnia unum, idemq; declarant. Vates igitur Dauid pro populo in expeditionem militarem educendo preces fundit. 6

Intende, proſpere procede.) Delabitur ſermo ab altioribus ad ſummiſſiora. Dicens autem, Intende: arcũ & ſaggittas nobis oſtendit: Mox ut doceat, armis eum, teliſq; haud indigere: ſubnectit, Proſpere procede & regna. 7

Propter ueritatem.) Animaduerte qua'nam ratione Scriptura ſacra ſuijpſius interpres ſit, doceatq; ſpiritualem plane uictoriam hanc & triumphum eſſe. Qui namq; aliàs manſuetudinis mentionem faceret, qui modò de armis uerba fecerat? Quid enim quæſo commercij eſt manſuetudini cum bello? Plurimum. Nam cum Dauid tum Moyſes homines fuere ſingularis & raræ cuiuſdam manſuetudinis: cum tamen & hi iniurias Dei populo ab hoſtibus illatas grauiſſime perſequuti & ulti fuerint. Hæc enim manſueti uiri propria ueluti nota eſt, in ſe admiſſa condonare, iniurias autem alijs illatas uindicare. 8

Et deducet te mirabiliter.) Sententia eſt: Natura ſibi ſatisfacit ipſa, ſicut & potentia, ad hoc, ut quæ agenda ſunt prouideat, finemq; illis imponat. Quidam legit: Terribilis eſt dextera tua. 9

Sagittæ tuæ acutæ potentiſſimè.) Sagittarum mentione facta', ſubiunxit, Potentiſſime: ut intelligamus ſagittis eum ac ſpiculis, haud quaquam opus habere, ſed ſibijpſi abunde ſatis ſufficere. Verba autem hæc, Populi ſub te cadent, per parentheſin interiecta ſunt. Bifariam itaque, mea ſententia, locus hic explicari poteſt. Vt enim captiuitatem Iudæorum, uel anagogice uerbi potentiam accipere poterimus. Verbum namque prædicationis quauis uolante ſagitta celerius orbem peruaſit, eorumq; pectora & animos, qui antea regis inimici fuerant penetrauit: non quidem ut interficeret, ſed ut attraheret. 10

Sedes tua Deus in ſeculum ſeculi.) Priore loco de diſpenſatione loquitur, pòſt etiam de diuina natura. Atque hoc de regno eius dictum eſt, quod nimirum in ſempiterna ſecula ſit duraturum. Sed & principium nullum habiturum, quoniam ait: Quoniam regnum tuum, regnum èſt omnium ſeculorum. Sicut autem thronus regni eſt ſymbolum ac teſſera: ita etiam uirga, tam regiæ quàm iudiciariæ poteſtatis 11

eſt

eſt indicium. Quocirca inquit, Virga æquitatis &c. Eſt enim illic pura putaq; iuſticia.

12 *Propterea unxit te Deus.*) Per oleum, unctionem intelligit. Oleum etenim in ueteri fœdere Spiritus ſacroſancti typus ac figura erat. Aliàs namq; cum Abrahamus, tum prophetæ uncti nominati ſunt. Neq; tamen uniuerſi ac ſinguli oleo inuncti ſunt: Meſſias uerò benedictus Dominus ac ſoſpitator noſter Ieſus Chriſtus, quum in ſpecie ac figura columbæ Spiritus ſacer ſuper ipſum cœlitus deſcendit. Conſortes autem eius, Spiritu ſacro exornatos homines nominat, ex D. Iohannis ſententia, qui ait: Nos omnes de plenitudine eius accepimus. De Domino uerò ipſo, Non in menſura, inquit, dat Deus Spiritũ, ſed totus in eum deſcendit.

13 *Myrrha & gutta.*) Ambo mihi grata & accepta ſunt. Sicut autem neq; gladium neq; arcum carnaliter accepimus: ita neq; myrrha carnaliter fuerit accipienda. Illud autem, A' ueſtimentis tuis, oſtendit, quod & ipſa ueſtimenta diuina gratia plena fuerint: id q̃d muliercula ſanguinis profluuio tot annos tantum non enecata reipſa & euentu ſenſit.

14 *A domibus eburneis.*) Enumeratis quæ geſſit, ſubijcit & honorem, quo in precioſiſſimis templis afficiendus ſit. Vetus ſiquidem templum eburneæ materiæ nomine celebre erat. Iterum autem prædicationis uim ac potentiam denotat, eo quòd oſtendit, quo modo non tantum abiectæ ac humilis ſortis homines ſit hinc inde euocatura: ſed & reges atq; principes imperio ſuo ſubiectura. Indicaturus ſiquidem diuinus uates prædicationis energian, commemorat, quo pacto promiſcue uiros & mulieres, idiotas ac opulẽtos ad ſe attraxerit: quin & illos ipſos qui diadematis exornata habent capita, hoſq; uniuerſos Deo templa exædificaturos prædicit.

15 *Adſtitit regina.*) Spreta illa, contemptaq; et deteſtabilis in quàm ſublimem gradum euecta eſt, & cum miniſtratorijs ſolio Domini ſpiritibus præſto eſt: Ipſe quidem, cum pari ſit cum patre poteſtate præditus, à dextris ſedet: ipſa autem aſtat. Quamuis etenim regina ſit, ex ipſius tamen non eſt natura & eſſentia.

16 *In ueſtitu deaurato.*) Per huiuſmodi res in exteriores ſenſus incurrentes, ea tibi intelligenda erunt, quæ Deo competunt. Subiunxit namq;: Omnis eius gloria ab interioribus eſt. Veſtitus autem præ cæteris ab exterioribus eſt. Quod quidem in corporis ueſtitu ac habitu uerum eſt: at cum ſpiritualiter hæc intelliguntur, mentis oculum introrſum uertunt. Hoc autem per Baptiſmum accepit. Non inquit, Aurum: ſed, Deauratum, idq; ob doctrinæ uarietatem.

17 *Audi filia.*) Attende, inquit, eloquia mea, aſpice & admiranda opera mea, adhortationibuſq; aures præbeto. Nam quoniam conſuetudine ex gentibus erat, Obliuiſcere, inquit. Non tantum, dicit, Fuge: ſed, Ne recordare quidem. Et mox: Quod ſi hæc feceris, concupiſcet rex pulchritudinem tuam. Nihil hic corporeum intelligatur: Siquidem obedientia hoc loco non quæ in corpore cernitur, ſed quæ in animo ſpectatur, formam ac pulchritudinem denotat.

18 *Et concupiſcet rex.*) Quoniam in mandatis ei dedit, ut deſerat patres, obliuione populos obliteret, priſtinoq; illorum commercio longum Vale dicat: iam oſtendit huiuſce pręcepti maximam eſſe æquitatem ac iuſticiam. Quod ſi ẽm ipſe pater ſimul & ſpõſus atq; etiam Dominus eſt, æquiſſimum profectò fuerit, ut modò enumeratis omnibus poſt terga relictis, huic ſeſe ſoli addicat.

19 *Et filia Tyri in muneribus.*) Orbe relicto, prǒpinquæ urbis mentionem inducit, quę tum temporis in ſumma uiuebat impietate: ut ex parte eorum innueret. At mihi uidetur uniuerſa impietas hoc nomine uocari. Vt quum dicit, Audite uerbum Domini principes Sodomitarum. Nam Sodomiticis ſeſe obſtrinxerant criminibus, ideoq; & Sodomitici principes appellabantur. Eodem plane modo & hic eos qui impiã ducebant uitam Tyrios nominauit. Attamen, quamuis tales ſint, inquit, per ueram tamen ad me conuertentur pœnitentiam, primitiasq; ac munera offerent.

20 *Vultum tuum deprecabuntur.*) Id eſt, honore & gloria ornabunt ac coronabunt. Solet namq; hoc in Eccleſia fieri. Per uultum autem Domini, uirtutem eius denotat: at pulchritudinis nomine, gloriam eiuſdem. Et quoniam cum uultus, tum ueſtimẽtorum meminit,

minit,ne quis forſitan per craſſa hæc uocabula, quidpiam ſenſui obnoxium intelligat, ſubiunxit:Omnis gloria eius ab interioribus.Id eſt:Quamuis aſpectabilium rerum meminerim,de ipſa tamen mente,eiuſq́ ornatu & decore,qui non niſi intelligentia comprehenditur,uerba facio.Quapropter ut craſſiore præditum ingenio auditorem inſtrueret,ex corporatis iſtis ſimilitudinibus orationem ſuam deduxit.

In fimbrijs aureis.) Alius habet:Contexturis aureis circundatis uariegata. 21

Adducentur regi uirgines.) Alius,Sequentur:alius,Offerentur,Obſerua autem obſecro Prophetæ diligentiam. Quoniam uirginitatis bonum non ſtatim in Eccleſiaſtico ſtatu floruit,ſed poſt aliquod demum temporis interuallum, ideo ipſe quoque præcedentibus hoc demum ſubiecit,poſtquam dixit,Obliuiſcere populi tui. Quocirca,poſt eam,inquit,Proximæ eius. Non loco ſimpliciter,ſed & moribus & dogmatis conſentientes. Templum autem hic regis nominat regiam,thalamum,aulam. 22

Pro patribus tuis.) Cum ſuperius præceperit & populi & patrum obliuiſcendum eſſe,conſequenter docet,quantum & hinc proſperitatis ad eam deuenturum ſit. Sterilis namque multorum filiorum mater eſt.Quocirca licet à parentibus auellare,inquit,filiorum tamen tuorum coronæ adeò glorioſæ erunt,ut totum terrarum orbem ſint impletură.Videtur autem ad Apoſtolos alludere.Poſthęc uirtutem atq́ gloriam illorum depingens,Conſtitues eos,inquit,principes ſuper omnem terram. 23

Conſtitues eos principes ſuper omnem terram.) Opus ne hæc explicatione aliqua habent?Nequaquam,niſi ſoli facem inferre neceſſarium eſſe exiſtimemus. Totum enim terrarum orbem Apoſtoli peragrarunt,omniumq́ regum reges facti ſunt, potentiaq́ eoſdem ſuperarunt.Reges namque dum ſupera adhuc ueſcuntur aura imperant: Apoſtoli autem etiam uita defuncti,dominium ſibi à Domino dominantium,Regeq́ regum concreditum exercent. 24

Memor ero nominis tui.) Hactenus ampliſſimam eius potentiam à terræ longitudine,ab orbis latitudine,atque à ſubiectorum populorum multitudine deſcripſit: iam uerò aliunde argumento ducto,eandem fuſius amplificat. Hinc ſcilicet, quod non ſolum per uniuerſum terrarum orbem,ſed & per omnia ſecula, ſeſe extendat. Ab omni enim obliuiõe,inquit,recordatio tui alieniſſima erit,utpote quæ perſcripta in libris,in plateis, in actis extet. 25

Propterea populi confitebuntur tibi.) Eodē & principio & fine Propheta utit̃, Chriſto unigena uidelicet Dei filio. At quid nam ſibi tandē uult,ijs quæ ſequuntur?Quoniã, inquit,tanti momēti ac ponderis res peregiſti,taleſq́ imperio tuo premis principes,maliciamq́ inſuper cunctam exterminaſti, & econtrariò uirtutem plantaſti,hymno tuas laudes uniuerſus terrarum orbis decantabit. 26

PSALMVS XLV.

Argumentum.

In hoc Pſalmo regius uates David ſermone ad Eccleſiam ſanctorum conuerſo,quot,quantaq́ ab aduerſarijs mala perpeſſurus ſit,oſtendit.

SOlita ſua philoſophia uates Dauid utitur,dum à rebus terrenis, fluxis atq́ caducis, ad cœleſtium bonorũ ſpem abducit.Quod ſi,inquit,tibi cordi eſt infractam uidere potentiam,& aſylum intemeratũ:ad Deum ceu ſacrã anchoram te recipe. Appoſitē aũt refugiũ ac uirtutem dixit:ut nimirùm innueret,nos aliquando ſtantes ac pugnã conferētes,aliquãdo uerò fugã capeſſentes uictoria potiri. Vtraq́ enim iſta faciēda ſunt.Nam & dum tempus poſtulat pes conferendus eſt,& dum reuocat,idem reuocandus. 1

Adiutor in tribulationibus.)Idem,quod aliâs ſæpiſſime, & iam dico. Non uetat quo minus afflictiones ingruant,attamē nobis ſuo adeſt auxilio ad uincendum,ut hac nos ratione exploratos & utiles efficiat.Illud aũt,Vehementer,de opitulatore accipiendũ eſt. 2
Haudquaquam enim leuiter tantummodo adiuuat, ſed ſeriò & cum uehementia quadam:utpote qui multò plus conſolationis opitulando exbibeat,quàm doloris per afflictiones inferat.

3 *Propterea non timebimus.*) Attende ut amplius opem ferat. Neq; enim inquit, Non
capiemur: uerùm, Ne timebimus quidem ac formidabimus. quod tamen naturæ cõmu-
munis eſt humanæ. Per terram aũt, montes, cor marium, non ipſa mundi elementa, ſed
grauiſsima diſcrimina rerum atq; pericula intelligit. Etſi, inquit, contingat ut uideamus
omnium rerũ confuſionem ac perturbationẽ, imò ipſam (ut ſic loquar) creaturam in ſe-
ipſam collidi: non tantùm haud capiemur, ſed ne formidine ulla afficiemur: nam qui Do
minus eſt omnium, is à noſtris ſtat partibus.

4 *Sonuerunt, & perturbatæ ſunt aquæ.*) Præcedenti uerſu dixit, Non timebimus, quam
uis uniuerſa collidantur ac concrepent: in hoc igitur de uirtute Dei Opt. & Max. uerba
facit, oſtendens potentiam eius infractam eſſe, meritò itaq; nos nihil metuere. Eſt autem
uerborum Prophetæ hæc ſententia: Cuncta cõmouet, concutit, & de loco in locũ tranſ-
ponit, adeò ſunt illi omniũ prona ac facilia. Niſi aũt fallor, multitudinem innuit uirorum,
uel eos, qui inter hoſtes in aliquo eminentiæ gradu cõſtituti ſunt. Ea enim, inquit, poten
tia ac uirtute Deus pollet, ut uel ad ſolum eius nutum omnia conquaſſentur & tremant.
Qui igitur formidine ulla affici poſſemus, qui talem ac tãtũ Dñm propitium habemus?

5 *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.*) Alius habet, Diuiſiones: alius, Sanctum ta-
bernaculi altiſsimi. Poſtquã de præſtanti uirtute Dei uerba fecit, iam ad prouidentiã Iu-
daicæ genti impenſam ſe conuertit, breuiter bona in eam collata exprimens. Infinitis, in
quit, muneribus ciuitatem noſtram potentiſsimus hic Rex ac Dominus exornauit. Flu-
minis enim appellatione, nihil aliud quàm copiam ac multitudinem cœleſtiũ donorum
intelligit. ac ſi dicat: Ex perenni, uberrimoq; quaſi fonte ac ſcaturigine bona hæc affatim
nobis affluunt. Non aũt tranquillitatem tantum, pacem ac opem contra uim omnẽ hoſti
lem, ſed ſpiritualem læticiam animis noſtris confert.

6 *Sanctificauit tabernaculum.*) Nam qui uſq; adeò ſublimis eſt, ut nullius quamuis am
pliſsimi loci finibus atq; cancellis circumſcribatur, hanc ciuitatem tabernaculum ſuum
appellare haud dedignatus eſt, quã & undiq; continet. Hoc enim ſibi uult, cum inquit:
Deus eſt in medio eius. Quod cum ita ſit, non tantum damni accipiet nihil, ſed ne uel
minimũ animo commouebitur, aut perturbabitũ. In cauſa eſt, quoniam celerrimo auxilio
ſubleuabitur. Tantum enim ualet, quod ait: Adiuuabit eam Deus manè diluculo.

7 *Conturbatæ ſunt gentes.*) Alius, Congregatæ ſunt gentes. Neq; enim infimæ ſortis ho
muncionibus impreſsionem facientibus, ſed & monarchis potẽtiſsimis, ualidiſsimisq;
gentibus fœdus ac ſocietatem percutientibus, hancq; ciuitatem obſidione cingentibus:
non tantum detrimenti nihil prorſus inde accepit, uerumetiam ſumma cum laude ac glo
ria uictoriam inde retulit. Deus enim neq; uoce, neq; ullo clamore, ſed ſolo nutu ac uo-
luntate uincit. Vt autem Propheta translationem in ea armatura, quam ſubinde Deo at-
tribuit, ineſſe oſtendat, ſubiungit: Dedit uocem ſuam, & mota eſt terra. Neq; enim po-
pulos tantum atq; regiones, ſed & ipſum mundi ſtupidũ elementum concutere poteſt.

8 *Dominus uirtutum.*) Hebræus habet, Dominus Zebaoth. A terra, qui totius mun-
di uelut umbilicus eſt, ſupra aſpectabile hoc cœlũ aſcendit, atq; ad inaſpectabiles ſpiri-
tus, angelorum nimirum choros orationem conuertit. Quid enim, inquit, homines mihi
ceu quoſdam uermiculos, & eorum acies mihi obijcis? Cogitatione te potius ad illud re
gnũ quod in cœlis habet, conuerte, & quãta ſit eius qui ad gubernacula illius ſedet potẽ
tia, perpẽde. Cõmodè aũt, potẽtiam eius oſtenſurus, uirtutũ eius meminit. Verùm dicat
fortaſſe aliquis: Quid mea intereſt quàm potẽs ſit, cũ manũmue mihi porrecturus ſit, nec
ne, incertus ſim? Ne de hoc, inquit, animi ambigas: adiutor enim noſter eſt. Qui cum &
poſſit opitulari, atq; etiam uelit, non eſt ut quicquam metuas.

6 *Venite & uidete opera Dei.*) Idẽ argumentũ denuò tractat. Magna eñ animi delecta-
tione & amore erga Deum ſingulari, etiã uictorias atq; triũphos Dñi, quos in ipſorũ gra
tiã de hoſtibus reportauit, decãtat. Rectè uerò nõ uictorias, ſed prodigia appellauit. Ne
que enim cõmuni naturæ curſu, uerùm ſingulari Dei nutu ac uoluntate euenerunt. Ap-
poſitè igitur admodũ ꝓdigia nominauit, ut quæ de improuiſo. & pręter omniũ expecta-
tionẽ acciderũt. Nihil aũt à ſcopo aberrarit quis, ſi anagogicè hæc ad præſens quoque

tempus

tempus accommodet. Grauiſſimum enim dæmonum bellum confecit, & pacem longe
lateq́ꝫ conſtituit. Cum autem ait: Scuta comburet igni: per ignem diuinam iram intelli-
git. At num ſimulachra ac ſtatuæ tanta præſtare queunt? Animo igitur præſenti eſtote,
plurimaſq́ꝫ uobis demonſtrationes exhibebo. Hoc enim ſibi uult cum ait: Exaltabor in
gentibus, exaltabor in terra: ideſt, In ipſis operibus quæ faciam, quàm magnus & ſubli-
mis ſim, uobis innoteſcet.

Dominus uirtutum.) Hic itaq́ꝫ adeò auguſtus & excelſus Deus, à ueſtris ſtat partibus. 10
Non eſt igitur ut uobis ulla uis hoſtilis timorem ac formidinem ullam incutiat.

PSALMVS XLVI.

Argumentum.

Gratiarum eſt actio pſalmus hic, & triumphale quaſi carmen: quo teſtificatur uates diuinus, Deum certò regnum Meſſiæ promiſſum conſtituere. ideſt, Meßiam & mittendum definito tempore in hunc mundum, perq́ꝫ eum Eccleſiam æternam, quam à peccato, morte atq; ſathanæ tyrannide in ſpiritualem libertatem aſſerat, colligendam.

O*Mnes gentes plaudite.*) Alius ita habet: Manu plaudite in uoce exultatiõis. Alius: 1
Significate: alius, In uoce lætitiæ. Cur uerò non potius dixit, Gaudete: ſed Plau-
dite? Hoc ideo factum eſſe uidetur, quo excellentiorem animi iucunditatẽ exprimeret.

Quoniam Dominus excelſus.) Prodeant igitur illi, ſi uelint, qui gloriæ unigenæ Dei fi- 2
lij detrahere moliuntur. Ecce rex magnus Dñs appellatur, qui honoris titulus pari ratio
ne & patri conuenit. Cũ igitur quot, quantaq́ꝫ hic Dñs perpeſſus ſit audis, ne deſponde-
as animum. Natura enim ualde ſublimis eſt. Quod autem ſic à natura compoſitum eſt,
excellentiam profectò ſuam nunquam amittet.

Subiecit populos nobis.) O rem ſummopere ſuſpiciendam. A quibus cruci affixus eſt, 3
eò adduxit ut ſe adorarent: quiq́ꝫ ſaxis adhæſerunt, eos erudiuit. Hoc autem non Apo-
ſtolorum quidem opus fuit, ſed eius qui diuina ſua benedictione miniſterium illorum
rexit, auditorumq́ꝫ animos ſuo ſpiritu afflauit. Illud uerò, Sub pedibus noſtris, ſubie-
ctionis intentionem habet.

Speciem Iacob, quam dilexit.) Si quis auditis hiſce uerbis, Elegit nos hæreditatem ſi- 4
bi ipſi, hæſitabundus percunctetur, Quomódo igitur Iudæi à fide iam defecerunt? cor-
rectione hæſitationi huic it obuiam. Nam potiſſimùm quidem, quantum in ipſo fuit &
illos elegit, nec quicquam quod ſe deceret intermiſit. At ſi finẽ quæris, audi quæ ſequun
tur: Speciem Iacob, inquit, quam dilexit. Vnde colligit̃ de credentib. Iudæis uerba o-
mnia facere. Vocat autem Iudaicam gentem ſuam hæreditatem, nõ quòd reliquos non
curarit, ſed ut ſingularem erga hanc amorem ac beneuolentiam exaggeraret. Indicat i-
taque uates, non omnes ſalutis fore participes, cum ait: Speciem Iacob, quam dilexit.

Aſcendit Deus in iubilo.) Non dixit, Sublatus eſt: uerùm Aſcendit. In iubilo autem, 5
perinde eſt, ac ſi diceret: In uictoria, cum trophæis ſpolijſq́ꝫ opimis, mortis uictor, pec-
catoq́ꝫ humi proſtrato. Nihil aberauerit autem, qui tubarum nomine, Apoſtolorum ora
intellexerit. Tubis enim quaſi per totum terrarum orbem clanxerunt: non quidem ut ad
ineundum prælium excitarent, ſed ut ad Chriſti uictoriam à peccato, morte, ſathana &
mundo reportatam, fide amplectendam, inuitarent.

Pſallite regi noſtro.) Amplitudinẽ rei præclare geſtæ hactenus decantauit, nunc in ſe- 6
quentibus omnes terræ incolas ad eandem celebrandam magno conatu inuitat. Quo-
circa cum ingeminatione utitur, tum non ſolum ad canendum ſimpliciter, ſed cum in
tellectu multo, cohortatur. Perſpectis, inquit, quæ geſta ſunt, perſpectaq́ꝫ eius magni-
tudine. Regnum autem hîc non eo nomine, quòd eius ſit opifex, uerùm quòd ſibi illud
proprium uendicarit appellat. Nam quatenus opifex eſt, eatenus ſemper rex fuit, etiam
nolentium & inuitorum: iam uerò uolentium ultro & ſpontaneorum, utpote qui ſpiri-
tu eius regenerati promptiſſimo animo, quæ ipſe mandat exequuntur.

Regnauit Deus ſuper gentes.) Quid autem ſibi uult quod ſubiungit? Deus ſedet: ideſt, 7
Imperat, dominium exercet, idq́ꝫ facit: Super ſedem ſanctam ſuam. Neq́ꝫ enim duntaxat
regnat, ſed ſancte, pureq́ꝫ regnat. Dei etenim thronus ac tribunal non ſecus omnem pu-
ritatem, ac Sol reliquas ſtellas, obfuſcat.

8 *Principes populorum &c.*) Declarata Euangelicæ doctrinæ epitaſi, quod non abiectæ tantum & humilis ſortis homunculos, ſed & potentiſſimos quoq; reges Domino lucrifecerit: oſtendit quoq; hoc loco, cum ueteris, tum & noui Teſtamenti ſeu fœderis, unum & eundem eſſe Deum, cum ait: Congregati ſunt cum Deo Abraham.

9 *Quoniã potentes Dei.*) Apoſtolos innuit, aut ſi mauis latius extendere, omnes qui fide uera, uiuaq; ſunt præditi. Quoniã enim aduerſus tot tãtosq; reſplẽduit, Omnib. inquit, illis dominati ſunt.

PSALMVS XLVII.

Argumentum.

Gratias Propheta agit Deo, pro maximis eius beneficijs. In primis autem, quòd euidentibus ſeſe teſtimonijs patefecerit, promiſsiones ampliſsimas exhibuerit, certã religionis formã inſtituerit, definitumq; ei locũ deſignarit. Deſcribit etiam, & uiuis quaſi coloribus uerã Dei Eccleſiã depingit: quidq; inter hãc & reliquas ſectas ſit diſcriminis oſtẽdit.

1 M*Agnus Dominus.*) Sentẽtia uerborum hæc eſt: Dominum ſolum gloria & laude afficiendũ eſſe, idq; cum omni maieſtate ac excellentia. Hanc autem tantam ei laudem ac gloriam cum ob eſſentiæ auguſtam magnitudinem, tum & propter benemeritorum amplitudinem optimo iure deberi.

2 *In ciuitate Dei noſtri.*) Quid hoc ſibi uult? An in hanc tantum, ueluti ergaſtulũ quoddam Deum includis? Aut ciuitatẽ & mortẽ ceu terminos ac cancellos ei circumſcribis? Nullo modo, inquit: uerùm quod nos illum ante alios omnes cognouerimus.

3 *Bene radicans.*) Obſcurus admodum hic locus eſt: uidetur tamen hæc ſententia eſſe: Magnus eſt Dñs in ciuitate Dei noſtri, in monte ſancto eius. Bene radicans, hoc eſt, recte figens, beneq; eam confirmans in gaudio & lætitia totius terrarum orbis.

4 *Montes Zion.*) Quî nam quæſo Aquilonis iam mẽtionem facit? Quia ab Aquilone ac Septentrione bella exoriebantur plerunq;, & in Iudæã inſtar fluminis exũdabant. Hinc fit ut & Prophetæ reliqui Aquilonis regem ſæpe minitentur, & Ieremias ollæ Septentrionalis mentionem faciat. Illac enim Palæſtinæ reſpectu ſita eſt Perſarum regio. Admirationẽ igitur eius quod factum erat correptus, eam, inquit, urbis partem, quæ ſine intermiſſione ab Aquilonari plaga mundi fuerat oppugnata, inexpugnabilem effeciſti.

5 *Ciuitates regis magni.*) Poſtquam dignitatem & excellentiã huius regis decãtauit, porrò in hunc modũ ſubijcit, Dominus in domib. eius cognoſcetᷓ: quòd nimirũ, copioſam in his prouidentiã declarauerit. Alius ſic, Ecce reges aciẽ inſtruxerũt: alius uerò, Per uentum uiolentum: alius, Ardorem habet. Narratio hîc inſtituitur de magno bello, deq; inſigni uictoria. Conſequenter oſtendit, quo pacto plurimis hincinde ingruentib. hoſtib. opem ſuis tulerit. Hoc enim per regum multitudinem ſignificat. Dicit itaq;: Res geſtæ eiuſmodi ſunt, ut uel hoſtes ipſi in admirationẽ tã inopinatorũ factorũ rapti, deceſſerint.

6 *Conturbati ſunt, commoti ſunt.*) Bellum enim hoc eiuſmodi erat, ut horrore ac terrore perculſi hoſtes ſolũ uerterint, parturienti mulieri ſimiles redditi. Nec ſe res aliter habere uidebatur, quàm cũ uentus uehemens nauticã claſſem magno cum impetu inuadit atq; diſijcit. Videtᷓ mihi uerò tali hypodigmate uictoriæ facilitatẽ innuere. Aliter: Qui claſſe utebantur nautica, per iram Dei non ſecus atq; uiolentũ uentũ ad unũ omnes interierũt. Tharſis autẽ locũ huius internecionis ſignificare uidetᷓ. Hebræus e͞m hac ipſa uoce utitᷓ.

7 *Sicut audiuimus.*) Commemoratis ijs, quæ per id contigerunt temporis, ad enarranda ea quæ antiquitus geſta ſunt regreditur: quo quanta ſit inter utraque cognatio & affinitas appareat. Quæ namq; ex aliorum relatu tantumodo habebamus, inquit, ea reipſa impleri oculis noſtris uidimus: uictorias nimirũ, admiranda Dei trophæa, & ineffabilem eius gubernationem.

8 *Deus fundauit illam.*) Dixerat modò, Audiuimus & uidimus: quid igitur audierit & uiderit iã explicat, & ſubiũgit: Ciuitatẽ à Dei gratia firmiorẽ reddi. Hoc e͞m illius ciuitatis & fulcrum & robur eſt. Neq; eam humanũ iuuamẽ, auxiliũ, ſed Deus ipſe gubernat.

9 *Accepimus Deus miſericordiam tuam.*) Nam cum dixerit, quod Deus eam fundauerit: ut ſignificet tantam fuiſſe bonitatis ipſius prouidentiam, ut criſtas hoſtium fregerit,

gerit, ac deiecerit, miſericordiam meram inſignia illa facta fuiſſe oſtendit. Vnde & ſubie
cit: Secundum nomen tuum Deus ita & laus tua. Neque etenim iuxta proportionem e-
orum, quibus beneficium collatum eſt, ſed ut amplitudini tuæ competebat, gubernatio
nem tuam ſatis ſuperq; declararunt.

Secundum nomen tuum Deus.) Laus ero nihil eſt aliud quàm auguſtiſſima illa cele- 10
britas, quæ ex inſignib. eius operibus exiſtit. Id eſt: præſtantiſſimæ uirtutes & res geſtæ.
Hęc em omnia in Palęſtina facta ſunt. Cũ tamẽ interim rei fama, ad extremos uſq; popu
los pertingat. Hęc aũt in eum dicunt finẽ, ut manifeſtũ euadat, quod non ſecundũ menſu-
ram eorum, qui beneficium acceperunt: ſed ſecundum eſſentiam Dei, factorum iſtorum
dignitas ſit ęſtimanda. Dei namque natura & eſſentia, iuſticia delectatur, & philanthro-
pia nihil antiquius habet.

Iuſticia plena eſt dextera tua.) Liberalitatem, eſſentiæq; eius agnatam magnificenti- 11
am manifeſtat. Alius ſic: Diſcretio tua: alius, Accedite: alius, Numerate turres eius: alius
Laudate: alius, Ad ambitum, ad abundantiam: alius, Menſurate regias eius: alius, Gene-
ratio poſterior.

Circumdate Sion.) Quã ob cauſam iſta mandat? Ciuitatẽ nimirũ circu ire, numerare 12
turres, reputare eius decorẽ. Nõ opus habẽt hæc explanatione noſtra, pręcedentib. enim
ea ſubiunxit, Vt enarretis ad generationem alteram. Eſt aũt uerborum hæc omnino ſen-
tentia: Impleamini uoluptate, & exultate, cum huius ciuitatis inuictum robur cognoueri
tis. Etenim quoniam ruina acciderat, mutationemq;, quæ in melius ſucceſſerat cognoue
rant, nec non urbem firmiorem eſſe factam didicerant: populum in hunc modum cohor
tatur, dicens: Ecce ciuitas deplorata ad illuſtriorem formam redijt. Quocirca & hæc &
illa percipite animis, ut & hinc Dei potentia nobis innoteſcat. Quin & ueſtris eam fi-
lijs diligenter inculcate, quod nimirum illa uos ſemper rexerit, negocijsq; ueſtris præſtò
fuerit.

PSALMVS XLVIII.

Argumentum.

*Conſolatorius hic Pſalmus eſt: quo cum Eccleſia uniuerſa, tum ſingula eius membra, fideles nimirum, contra cru-
cis ſcandalum, confirmantur. Ne uidelicet dum uident impios florere, & ſecunda fortuna uti: pios aũt
contemptos & infelices eſſe, indigno id animo ferant. Fore enim poſt hanc uitam immu-
tationem ac uiciſſitudinem maximam: ita quidem ut impijs perditis,
pij æterna gloria coronentur.*

A*Udite hæc omnes gentes.*) Auguſti quid atq; arcani enarrare uult nobis Regius ua- 1
tes Dauid. Quocirca non temerẽ omnes ubiq; gentium mortales ad auſcultandũ
cohortantur. Neq; enim Iudæis duntaxat uaticinium hoc exponit: uerùm inſtar Apoſto
li orationem ad totum terrarum orbem conuertit. Quid igitur omnes ne adeſſe iubes,
ſiue barbari ſint, ſiue ſapientes, ſiue Idiotæ? Omnino, inquit. Quamobrem ſic exorſus
ſum: Audite hæc omnes gentes. Et pręterea: Tam terrigenæ, quàm filij hominum. Alius:
Siue humanitas & cuiuſq; uiri filij. Verùm non dixit ſolummodo, Audite: ſed addidit,
Auribusq; percipite. Quod quidem nihil eſt aliud, quàm arrectis auribus, & intento ani
mo audire. Tum enim proprie auribus percipere dicimur, cum in ipſas aures quidpiam
diffe ritur. Quo nam autem modo dixit: Filij hominum? Quia antea dixerat, Terrigenę.
Ne quis itaque iuxta alienigenarum fabulas atq; commenta, homines à primordio mun
di ex terra fuiſſe ortos exiſtimaret: idcirco ſubiunxit, Filij hominum. Patres namque ma-
ioresq; noſtri homines fuere illi quidem, ortus autem cum nobis, tum illis ex terra terre-
nus eſt. Quæ ad reprimendum faſtum atque ſuperbiam generis humani inculcat. Er-
go quid magis admiratione dignum, quàm quod doctrinam hanc ſuam uates ſine omni
diſcrimine & perſonarum reſpectu proponit, & commune ex omnibus quæ ſub cœlo
ſunt nationibus auditorium inſtituit? Etenim cum omnibus una eademq; natura ſit, o-
mnes etiam promiſcuẽ ſumma comitate ac manſuetudine ad hanc doctrinam inuitat.

2 *Os meum loquetur.*) Attēde quam ſtatim ſermonem euexerit. Nequaquam, ait, de pe
cunijs, aliáue aliqua re terrena, adeoq́ fluxa & caduca uerba faciam: ſed de Sapientia,
quæ quidem mihi non eſt eueſtigiò nata. Præſtabo hoc aūt ſumma & fide & diligentia.
3 *Inclinabo ad parabolam.*) Quo nam pacto hæc cum præcedentibus conſentiunt?
Qui etenim doctoris ac præceptoris perſonam hactenus egit: is mutatione ſubitò fa
cta auditoris ac diſcipuli uicem ſubijſſe uidetur. Quí nam igitur hoc agit? Attende. Pru
denter ualde & congruenter ad præcedentia hoc factum eſt. Etenim cum dixiſſet, Lo
quar ſapientiam: ne quis exiſtimaret, de humana ſapientia ſe dicturum, ſubiunxit: Incli
naui (inquit) aurem meā Deo, ab illo audiui, & cœlitus delata, mentiq́ meæ inſinuata lo
quor. Parabolæ igitur nomine hoc loco narrationem intelligit. At quòd oratione æni
gmatica utitur, eo ne moueare. Auditoris enim excitandi ergò id factum eſt.
4 *Aperiam in pſalteria.*) Problema aliàs, figuratus & ænigmate inuolutus ſermo
eſt. Quocirca & ſapientiæ nomen ei imponere auſus eſt, reuelatione cœleſti animo cō
firmato. Pſalterium autem appellat, ut ſpiritualem eſſe doctrinam oſtendat, atque in for
ma cantici ſermonem, conſiliumq́ explicat. Quid autem dat conſilij? Ea, quæ maiori
hominum parti declinanda eſſe ac fugienda uidentur, nequaquam eſſe formidanda: cu
iuſmodi ſunt paupertas, ignominia, & morbi: ſed peccatum potius deuitandum, de quo
inquit, Iniquitas calcanei mei circumdabit me. Solet autem Scriptura per calcaneum
fraudem ac ſeductionem denotare: ut, Qui edit panem meum, magnificauit ſuper me
ſupplantationem. Talis enim ſeductio peccatum eſt: per diem autem malam, futuram il
lam ſignificat.
5 *Qui confidunt.*) Quaprôpter uos quotquot in opibus ac diuitijs ueſtris ſpem ac fidu
ciam repoſitam habentes, & pôtentiæ inhiatis, fruſtra criſtas erigitis, tantosq; uobis ſpi
ritus ſumitis. Neque enim uis illa auri & argenti apud tribunal ſummi Iudicis Dei ſimul
uobiſcum comparebit, ſicut nec numeroſa familia, cognatio, & ſi quę ſunt eiuſdem gene
ris alia. Multò aūt minus eas pœnas, quæ uôs ibidē manent, à uobis auertēt. Videtur aūt
eos acriter hic perſtringere qui cumulādis ſtruendisq́ diuitijs in hac uita occupati ſunt.
Animaduerte autem quod non dicit, Qui opes poſſident: ſed, Qui in illis cōfidunt: hos
irridens ac obiurgans, utpote eos, qui umbræ confidant, & prôpter fumum inſolentes
fiant. Rectè uerò dixit: precium redemptionis pro anima ſua non dabit. Precium nam
que animæ, ne totus quidem mundus exoluerit, aut animam ipſam adæquarit. Neque e
nim anima propter mundum, ſed mundus propter animam creatus eſt.
6 *Et laborabit in ſeculum, & uiuet in finem.*) Quoniam de opulentis loquutus, nihil
fructus ac emolumenti ex diuitijs eſſe demōſtrauit: porrò de illis diſſerit, qui uirtuti ope
ram nauarunt, athletis uidelicet & ad puluerem philoſophicum inunctis. Ne mihi dicas,
inquit, quod qui huiuſmodi eſt laborem paſſus, ſit & moleſtiam, ſed cogita quo fructu?
Quanto igitur ſatius fuerit, ut in hac uita mediocri labore ſempiternam requiem lucrifa
ciamus & immortales euadamus. Hoc enim ſibi uult cum ait, Et uiuet in finem. Deinde
ut oſtendat, non in futura tantum uita brabeia nos manere: ſed & in hac præmiorum
quaſdam quaſi primitias eſſe ſubiungit: Non uidebit interitum.
7 *Non uidebit interitum, cum uiderit.*) Sapientes, ut mihi quidem uidetur hoc loco per
ſtringit, qui quidem ſapientes ſeſe profeſſi ſtultos prę ſtiterunt.
8 *Simul inſipiens & ſtultus peribunt.*) Quid nam hęc ſibi uerba uolunt? Videtur mihi
de impijs uerba facere, qui non niſi fluxis atque caducis huius ſeculi bonis addicti ſunt,
quos idcirco & meritò quidem inſipientes eſſe oſtendit.
9 *Et ſepulchra eorum domus eorum.*) Quid nam autē obſecro hac inſipientia hominib.
in uita ſua pernicioſius poteſt accidere, quàm cum ſepulchra loco domorum habent, pró
que ijs omni & conatu & uiribus contendunt.
0 *Tabernacula eorum in generationem & generationem.*) Id ne agis ut immortale tibi
apud poſteros nomen concilies? Operam igitur uirtuti naua, quæ præ cæteris rebus

omnibus nomen ad poſteros célebre traſmittit. Argumento ſunt martyres, & ſanctorũ Apoſtolorum reliquiæ. Monumenta autem & maiorum imagines, non tantum illuſtrem & conſpicuum te non reddent: ſed & poſterorum riſui ac naſo exponent. Nam quæ longo tempore durant ſtructuræ, luxuriam obliuione antiquari non ſinunt. Sicut & ſtatuæ ac trophæa paſſim luxus tui teſtimonium perhibentia extant.

Et homo cum in honore eſſet non intellexit.) Deplorat, ut apparet, hoc loco diuinus ua- 11
tes, quòd rationis particeps animal, in brutorum feré naturam degenerauerit, ita quidem, ut quæ ſaluti ſuæ ex diametro repugnant committens, operam ſimul & oleum perdat. Nam honor hominis uirtus eſt. Rationis autem expertem uates eum uocat, qui cõtraria deſignat, atq; adeò ſtulticiæ ſe iugo ultrò ſubmittens, bruto peius impellitur. Brutum enim iumentum uel ad agriculturam eſt idoneum: homo uerò ſuæ dignitatis immemor, ſtulticiæq; mancipatus, illo eſt multò peruerſior.

Hæc uia illorum, ſcandalum ipſis.) Quæ nam illa uia? Nimia auri & ut inquit poeta, 12
ſacra auri fames. Hæc ſiquidem ad uirtutem aſpirantibus haud leue eſt obſtaculum.

Et poſtea in ore ſuo complacebunt.) Periculoſo morbi genere, & quod reliquorum o- 13
mnium malorum fons ac quaſi ſcaturigo ſit, conflictantur. Nam qui ſic delinquũt, ſeipſos beatos & zelotas pronunciant. Malicia autem, quæ ab ijs, qui ei quaſi mancipati ſunt, laudibus etiam extollitur, bone Deus, quanta acerbæ concupiſcentiæ in ſemente capit? Hoc enim ſibi uult, cum inquit, Et poſtea in ore ſuo complacebunt. Quorum autem ægritudo animi eouſq; inualeſcit, ad iudicium ac ſupplicium omnipotentis Dei properant. Quocirca ſubiungit:

Sicut oues in inferno poſiti ſunt.) Mortis nomine, niſi fallor, hoc loco, interitum & in- 14
ſtans innuit ſupplicium. Nã quemadmodum & alibi dicit, Anima quæ peccauerit, ipſa peribit: ſic & in præſentia non ipſius eſſentię ſublationẽ, ſed eiuſdem ſupplicium denotat. Periit uerò in dictionis tranſlatione. Cum enim ouium mentionem fecerit, quis illorum paſtor ſit oſtendit. Quis autem paſtor ille? Serpens uenenoſus & immenſa caligo.

Et dominabuntur eis recti in matutino.) Sententia eſt: Illico, ita quidẽ, ut ne indige- 15
ant quidem tempore. Sic enim hæ res comparatæ ſunt, ut uirtuti ſeruiat malicia. Dicat autem fortè aliquis, contrarium ipſa experientia approbat. Huic percunctationi ita reſpondendum eſt: Non maioris partis opinioni, ſed rei ipſius naturæ iudicium accomodandum eſſe. Quod ſi factum fuerit, exitus ipſe rem ita ſe habere abundè ſatis declarabit.

Et auxilium eorum ueteraſcet.) Id eſt, nullius momenti erit. Neque tantum qui ca- 16
piantur proni ac faciles erunt: ſed ne auxiliatorem ullum habebunt.

Ueruntamen Deus redimet.) Hactenus de malorum præmijs uerba fecit, iam itaque 17
& bonorum ſpei mentionem inijcit, quo ex utraque parte emendet auditorem, non ſolum ex peccatorum pœnis uerumetiam ex uirtutum præmijs. Quocirca inquit: impiorum res perinde ut dixi ſe habebunt, noſtræ autem contrario prorſus modo: cuiuſmodi ſunt redemptio á ſupplicio, animę libertas, ſecuritas, gloria, honos. Hęc enim & alia his ſimilia comprehendit, cum dicit: Ueruntamen Deus redimet animam meam de manu inferni, cum acceperit me. Inferni namq; nomine ſupplicium innuit.

Ne timueris cum diues factus fuerit homo.) Qui autem fieri ullo modo poterit, quo mi- 18
nus adeò potentes metuam? Quoniam illorum potentia diu non durabit. Quocirca etiã ſubiungit: Quoniam cum mortuus fuerit, non auferet ſecum omnia. Quib. rationem indicat, ob quã potẽtes metuendi nõ ſint. Attẽde aũt uerbi diligentiã. Opulentũ nãq; nõ ſolũmodo per id perculit, quod diuitię ac facultates ei hinc migraturo comites futurę nõ ſint: uerumetiã omni eũ imaginatione hic exuit, oſtẽditq; opes nõ eſſe opes, ne per id etiã tẽpus, quo poſſeſſor ijs fruit. Neq; eñ dixit, Cũ multiplicata fuerit gloria eius: ſed, Cũ multiplicata fuerit gloria domus eius, Nam cuncta hæ, fontes nimirum, balnea, aurum,

argentum & alia his ſimilia, domus ſunt non hominis gloria. Hominis uerò uera, ſolidà-
que gloria ſola uirtus eſt, quę ei qui ea exornatus eſt, ex hac migraturo uita comes eſt.
Cum domus omnis gloria in hoc mundo relinquatur.
19 *Quoniam anima eius in uita.*) Diuitiarum & glorię facta mentione, iam ad benedi-
ctiones & laudes ſe conuertit. Quoniam enim locupletes in hoc potiſſimùm incumbũt,
ut in foro adulationes, & encomia hypocriſi referta inueniãt: obſerua quo pacto & hæc
extenuet, idq́; denuò argumento ex tempore ducto. In uita eius, inquit, benedicetur. Ve-
rùm unà cum cæteris & hoc tandem euaneſcit.
20 *Confitebitur tibi.*) Animaduerte quomodo beneficia etiam perſtringat. Tu quidem
adularis & obtemperas, breue ſpatium temporis obſequium ſimulans: ille uerò, quam-
uis confiteatur ſe gratiam tibi debere, eò quod id à te magno precio redemerit, ut quę
ſibi placent facias. Tunc gratias tibi aget. Tantum enim ualet quòd inquit: Confitebitur
tibi. Non autem dicit, Cum utile quidpiam feceris, cùm benefeceris: ſed, Cum benignè
feceris ipſi, cũ quæ ei arriſerint præſtiteris, ut pro uoto ipſius ſeruieris: ut indicet utrinq;
detrimentũ fore, tum à fucata adulatione, tum à pernicioſa ſeruitute.

PSALMVS XLIX.

Argumentum.

*Vaticinium Pſalmus hic continet de abolenda lege, & diuulgando Euangelio. Pœnas item minatur hypo-
critis, & ad amplectendam in Christo Dei gratiam adhortatur.*

1 D*Eus deorum Dominus loquutus eſt.*) Alibi ad eundem modum: Deus in ſynagoga
deorum ſtetit. Et: Ego, inquit, dixi, Dñ iſtis, etc. Et Moſes: Dijs tuis, inquit, non ma-
ledices. Quos igitur hoc loco deos appellat? Gentium deos, idq́; non eam ob cauſam,
quòd reuera dñ eſſent, ſed quòd pro dijs haberentur. Quoniam itaque rudiores adhuc
Iudæi erant, neq; prorſus ab idololatria liberati, animos eorum exuſcitat inquiens: Etiam
horum eſt Dominus. De ſubſtantijs illorum dico. Eſt autem hic Pſalmus priori confor-
mis. Nam in illo etiam peccatores obiurgantur & accuſantur. Hoc autẽ eſt diſcriminis,
quòd illic orbis in cõcionem euocatur, hic uerò ipſa mundi elementa atque ipſum Deũ
iudicandi ergò inducit: quocirca maiore etiam cum diligentia auſcultare nos conuenit.
Eſt autem forma hæc omnium ignominioſiſſima, & philanthropia Dei digna. Amplifi-
cat namque ineffabilem illius bonitatem, quòd adeò ſeſe demiſerit, ut etiam in iudicium
cum hominibus deſcenderit. Hinc enim & templum, & altare, & ſancta ſanctorum, & re-
liqua ueteris fœderis omnia manarunt. Quoniam & ueritas aduenit: illinc eſt & ſerua-
tor: illinc infinita bona, in ſecundo aduentu uidelicet. In priore etenim occultè ſine omni
ſtrepitu aduenit. Vnde & Iohanni, qui ipſum iam manifeſtare cœperat dicebat: Omit-
te nunc, etc.
2 *Deus manifeſte.*) Danieli & thronus eius & tribunal pręterfluens fluuius apparuerũt.
Et omnia huic per ignem oſtenduntur. Oſtenſurus itaq; intolerabile ſupplicium fore,
huiuſmodi imaginibus utitur.
3 *Ignis in conſpectu.*) Denuò elementorum mentionem facit, ex quibus infinitæ com-
moditates mortalibus conferuntur, non ad uitam tantum ſuſtentandam, ſed & ad cogni-
tionem ipſius Dei. Inuiſibilia namque eius, inquit, à creatione mundi, etc. At non eſt ut
mireris, cur de futuro iudicio uerba faciens ad Iudæos ſe conuertat. Pari enim ratione
Rom.1 & Paulus: Indignatio, inquit, & ira, adflictio & anxietas, aduerſus omnem animam ho-
minis malum perpetrantis, Iudæi primùm, ſimul & Græci.
4 *Congregate illi ſanctos eius.*) Sanctos appellat, contra quos actionem inſtituet, quo i-
pſam accuſationem exaggeret. Nam & nobis hoc in more eſt poſitum, ut ſi quos pec-
caſſe uidimus, reprehendere ac uituperare uolumus, dignitatum, ſi quas habeant, titulis
illos appellemus. Cum itaque Iudæi regale ſacerdotium & populus Dei haberi uellent
criſtasq́; idcirco erigerent, contexit hinc uates diuinus accuſationis magnitudinem.
5 *Qui ordinant.*) Quoniam infinita committentes ſcelera, legem ſe Dei immolando
uitulo

uitulo aut ouicula impleſſe ſomniabant, probri loco de illis dicit: Qui ordinant teſtamẽtum eius ſuper ſacrificijs.

Et annunciabunt cœli iuſticiã eius.) Denuo iuſticiæ Dei mentionem facturus, ſenſus expertia elementa inducit, quæ hanc ad ſuprà dictum & explicatum modum deprædicent. 6

Quoniam Deus iudex eſt.) Iudicandi uox hoc loco non ſimpliciter uſurpatur: de Deo namque iudicis uocabulum, pro iuſto ponitur. Iudicium autem ſubibunt, primùm quidem Iudæi: ſed & poſt illos, quicunq; in nouo fœdere peccarint. 7

Audi popule meus, & loquar tibi.) Homo homini turbatori dicere ſolet, Si audieris, dicam: ſic & Dominus ſeruis, Si audieritis me, inquit, loquar uobis. 8

Deus Deus tuus ego ſum.) Geminatio hæc non citra certam rationem adhibetur, uerùm ad ſenſus expertes atq; ſurdaſtros de imperio uerba facit, innuens quòd ſibi libertatem debeant, & quod par & æquum ſit, ut ſiquidem iuſti ſint, conuenientem ei gratiam reponant, tanquam ſeruos Domino, qui maximis ornati beneficijs fuerint. 9

Non in ſacrificijs tuis arguam te.) Quoniam in ſacrificijs per battologian erant gloriaturi, potiorem uirtutis partem interim aſpernantes: Non, inquit, ideo ueni ut ſacrificiorum nomine uos condemnem. At uates Eſaias apertius eos perſtringit, inquiens: Quò mihi ſacrificiorum ueſtrorum multitudo? Nam licet de plurimis ſacrificijs expreſſa Dei mandata extent, hæc tamen uniuerſa & ſingula ea moderatione ſunt propoſita, ut liquidum ſit Deum nequaquam principaliter de illis præcipere, ſed ad eorum infirmitatem ſeſe demittere uoluiſſe. 10

Non accipiam de domo tua uitulos.) Attende ut animas in terram abiectas ſenſim ac pedetentim ſurſum uerſus attollat: innuens ſacrificia nequaquam eſſe mandata, quòd Deus illis indigeat. Si etenim, inquit, ita uoluiſſem coli, cum totius uniuerſi architectus ſim, auguſtiora utiq; ſacrificia offerri mandaſſem. Mox eos perſtringens ac obiurgans ſubiungit: 11

Si eſuriero, non dicam tibi.) Id eſt, haud eſurio. Deus etenim, teſte Moſe, non eſuriet, nec laborabit. Dominus cum ſim totius uniuerſi, quæ mea ſunt, ea à te poſtliminio quaſi repeto: ut hac uia ac ratione ad meam te amicitiam alliciam, & ab eorum, qui uani ſunt, commercio te retraham. 12

Nunquid manduco carnes taurorum?) Sententia eſt: Cum grauiſſimam illis irrogem pœnam, qui ſanguine ueſcuntur, quî uériſimile eſſet, meipſum ſanguine indigere? poſt quam igitur cuncta hæc ſua Maieſtate haudquaquã digna eſſe, abunde ſatis demõſtrauit: nunc porrò alterius ſacrificij rationem patefacit, inquiens: Sacrifica Deo ſacrificiũ laudis. 13

Sacrifica Deo ſacrificiũ laudis.) Id eſt, abſq; ſãguine. Subiũxit nãq; Laudis, perinde ac ſi dixiſſet, Gratiarũ actiõis. Eſt aũt uerborũ hæc omnino ſentẽtia: Vitã tuã ita inſtitue, ut Dñi tui gloria nihil tibi ſit antiquius. Laudis ẽm nomine hoc loco, glorificatiõnẽ accipit. Vota aũt, ſupplicatiões uocat: & recte dixit, Redde. Fit ẽm ex hac re à ꝓmiſſione debitũ. 14

Et inuoca me.) Vult à nobis inuocari Deus, quo in arctiorem nos amicitiã pertrahat, familiaritatemq; inter nos & ſe arctiorem cum dando, tum inuocando & accipiendo efficiat. Virtus enim familiaritatẽ cũ Deo conciliat. Quocirca inquit, Da mihi & uiciſſim dabo tibi. Et tu cum das accipis. Ipſe enim re nulla opus habet. Illud autem, In die tribulationis: de miſerijs ac ærumnis intelligit. Quamuis, inquit, peccatũ oppugnet, quã uis ſathan malas cupiditates ingerat, firma tamen ope frueris. 15

Peccatori autem dixit Deus, Quare tu enarras iuſticias meas?) Idem & Apoſtolus urget, Qui alium doces, teipſum non doces? Quin & Chriſtus ipſe ait: Qui fecerit & docuerit ſic &c. Habeat itaque uita tua claram uocem, quæ iſta tradat. Quamuis enim os obſtruas, clarius tamen, q̃ tuba clanges ac intonabis. At ſi, illa contaminata exiſtente, regiæ ſedi inhiaris, nõ plus alios quã teipſum uituperabis. Recte aũt dixit, Per os tuũ. Cor enim cum ſit inane ac uacuũ, dicentis labia ad ſuipſius condemnationem per doctrinam legis impellunt. Quo pacto igitur illam in aliorum animis, ceu agro ſeminas, cum tu ipſe ſis tuę 16

ſi tua conſiderentur opera, illa deſtituaris? Neq; enim quicquã ex præſcripto legis in ani
mum induxiſti, ſed & quæ tibi natura fuerat elargita bona corrupiſti ac coinquinaſti.
17 *Si uidebas furem currebas cum eo.*) Cum fieri nequeat, ut mortalium ullus uſquam pec
cati omnino expers inueniatur, ne quis cogitet ac dicat, peccatori interminaт̃ ne doceat,
quis igiт̃ docendi ꝓuinciã ſibi uendicabit? cõmode quædã peccatorũ genera ſpeciatim
enumerat, dicens: Si uidebas furem, &c. Hic omnium malorum fons eſt, ſi non tantum
non obiurgent aliquos, uerumetiam delinquentibus condelectentur. Quod ſane non
minus eſt in uicio, quàm ſi peccarent ipſi. Etenim qui delinquit, prætextum ille qui
dem, ſed rationis expertem, uoluptatem nimirum, habet: tu uerò quî laudas id, quod
perperam geſtum eſt? Inde'ne quòd delectationis quidpiam inde conſequeris? Poteſt
igitur fieri, ut ille quidem obiurgetur & emẽdetur: tu autem eandem tibi ad reſipiſcenti
am uiam ultro occludas. Non loquitur autem de furto tantum, ſed reuocata ſpecie ad ge
nus, de quouis delicto.
18 *Sedens aduerſum fratrem tuum loquebaris.*) Ne excipiant, Ex philantropia hæc feci
mus. Quæ'nam enim hæc obſecro philantropia eſt, non reuocare ac retrahere eum qui
in barathrum ſeſe præcipitẽ daturus ſit? Nam cum nulla hæc philantropia ſed ſocordia
deteſtanda ſit: quo pacto eum dimittis, qui per iniuriam læſit: & fratrem maledictis pro
ſcindis, qui nulla prorſus iniuria affecit? Qui eiuſdem tecum uentris eſt particeps, hunc
non ſolum benedictione non proſequeris, ſed & in id, ut tuas contra eum inſidias in
effectum producas, omnibus neruis incumbis. Hoc namq; ſibi uult, cum inquit, Et ad
uerſus filiũ matris tuæ ponebas ſcandalũ. Neq; em̃ eum perſtringit, qui ſimpliciter accu
ſator ſit, ſed qui id data opera, ac malo animi conſilio faciat. Hoc em̃ obſeruandũ eſt ꝗd
ſi quis de re quapiã, quã noſtra haud condẽnat cõſcientia male loquaт̃, quod nõ idcirco
accuſatoris ea de cauſa ꝓrſus contẽni debeat, ne ꝗd dãni inde ei eueniat: ſed omnia prius
cõpetẽti cautiõe faciẽda eſſe, ut prætextũ ratiõe carentẽ animo eius ſtirpitus euellamus.
19 *Hæc feciſti & tacui.*) Silentij nomine patientiã intelligit. Tot, inquit, atq; tãta cõmiſi
ſti flagitia, & tamẽ ne his quidem cõmotus in iudiciũ te rapui, ſed patiẽter tuli ſpacij tibi
ſatis ſuperq; ad pœnitentiã ſuppeditans. At tu nõ tantũ nihil hinc cõſequutus es emolu
mẽti, uerùm etiam in maiorem perniciem incidiſti. Neq; enim non erubuiſti modò, ſed
ne pro philanthropia quidem mea hoc me, ſed quòd frena inijcere nolim, tuiſq; delictis
neutiquam iraſcar, facere putaſti.
20 *Arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam peccata tua.*) Quæ'nam autem ſunt illa,
quæ narrauit? Quæ dicta ſunt, inquit. Adumbratum enim quid dictum fuit: imò &
hic doctrinæ modus immutatam ſubinducit politiam. Et poſteaquam plurima de ſacri
ficijs fecit uerba, Euangelicæ legis promulgationem ſubiungit.
21 *Intelligite hæc qui obliuiſcimini Dei.*) Tam ſeria ac uehemẽti accuſatione intentata, pri
mùm illã corroborat dicens, Arguã te: ſententiaq; definitiua lata, iterũ illã ſoluit. Neq;
em̃ ueluti condemnatos ſupplicio addicit, ſed debitorum inſtar correctione emendat,
22 *Sacrificium laudis glorificabit me.*) Placabit non tantum iram meam, & condemna
tionẽ omnem à me amolietur, ſed & gloria me afficiet. Obſerua igitur uirtutis huius am
plitudinem. Hæc etenim uia, inquit, quæ per illud ſacrificium adornatur, ad ſalutem æ
ternam, qua nos omnes fruemur, deducit.

PSALMVS L.

Argumentum.

Pſalmi huius conſcribendi occaſio quæ fuerit, libro Samuelis 2. cap. 11 & 12 uideris. Continet autem præci
pua religionis uera capita: ut ſunt peccati origo & uis, eiuſdem agnitio, ab eodem
liberatio, hominis regeneratio, & cultus Deo placens.

1 M*Iſerere mei Deus.*) Verba hæc non in Dauidem tantum, ſed & populum in capti
uitate detentum, nec non eos qui in illo male affecti ſunt, conueniunt. paria namq;
uulnera, paribus opus habent pharmacis. Quocirca regius uates Dauid totam in ſe
transfundi gratiam, & uniuerſum miſerationis fontem in ſe euacuari exoptat. Non
temere autem peccatum iniquitatem appellat, cum geminã legis tranſgreſſionẽ habeat.
Amplius

Amplius laua me.) Iam pridem enim,inquit, per Nathanem uatem deliſtorum ue- 2
niam conceſſiſti. At nihilominus uarias mihi ærumnas , tanquam uſuras & ſectiones
quaſdam inflixiſti,quocirca purgamentis etiamnum indigeo.Iterum ergo laua me Do-
mine,ut omnes peccati maculas abradas. Neque etenim poſt acquiſitam à te delictorũ
ueniam mei ſum oblitus,ſed perpetuò malorum meorum ſimulachra cerno:& quæ pec-
cata deſignare auſus fui ,noctesq́; diesq́; in animo uoluo.

Tibi ſoli peccaui.) Licet à te plurimis,ijsq́; maximis affectus fuerim muneribus,contra 3
ria tamen rependi. Neque enim dicere uult ,in Vriam ſeſe haud deliquiſſe, cum & in il-
lum & uxorem eius grauiſſimè deliquerit : uerùm grauiſſima hæc diuinæ legis tranſ-
greſſio in primis contra Deum ipſum,qui eum & elegerat , & ad regiam maieſtatem e-
uexerat,commiſſa fuerat.Commodè autem ſubiunxit, Et malum coram te feci.Nam &
hiſtoria huius mentionẽ facit. Viſum eſt eñ,inquit,malũ quod factũ eſt in cõſpectu Dñi.

Ut iuſtificeris in ſermonibus.) Ego mihi ipſi,inquit,malorum horum omnium author 4
ſum,Iuſticia uerò tua etiam in iudicium uocata reſplendet.Etenim ſi quæ tu in me contu
liſti expendantur , cumq́; ijs , quæ ego rependi conferantur : tu quidem iuſtus & beni-
gnus,ego uerò præuaricationis & ingratitudinis reus deprehendar.Quod itaque dicit
Vt iuſtificeris,nequaquam cauſam exprimit.Neque enim ea de cauſa uel Dauid uel eius
ſubditi peccarunt,ut iuſtificaretur Deus:uerùm econtrariò,ex occaſione peccati ab ipſis
commiſſi,iuſticia Dei manifeſtata eſt.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum.) Nuptias,ut quidam ineptè putarunt, neu- 5
tiquam hic accuſat,cum inquit:In iniquitatibus conceptus ſum:ſed primorum noſtrorũ
parentum transgreſſionẽ in medium adducit, hancq́; omnium delictorum perennem
eſſe fontem ac ſcaturiginẽ oſtendit.Nam niſi illi deliquiſſent,mortis utique pœnam me-
riti haud fuiſſent.Siq́; morti obnoxij facti non fuiſſent,ne corruptioni quoq́;. Incorru-
ptio autẽ impaſſibilitatem in comitatu ſuo habuiſſet.Quòd ſi hunc tenuiſſent quaſi cla-
uum,peccatum locum inueniſſet nullum.At quoniam peccato ſe obſtrinxerunt,corru-
ptibiles facti ſunt,cõſimilesq́; ſibi poſteros procrearunt,quibus concupiſcentia, metus,
uoluptas,& alia his ſimilia adhærent.In hac lucta & ratio uerſatur:quæ ſi uictoria potita
fuerit,laudatur:ſin uerò ſuccubuerit,condemnatur. Symmachus pro eo quod hic eſt, Et
in peccatis concepit me mater mea:poſuit,Peperit me mater mea.

Ecce enim ueritatem dilexiſti.) Iudicia tua inquit,ita peragis,ut alios quidem pœnis, 6
alios uerò præmijs afficias: quoniã ueritas tibi cordi eſt.Quod cùm ita ſit,nõ ſolũ naturę
infirmitatem agnoſcis , ſed & qui id petunt ijs remedia impertis.Per abſcondita & oc-
culta uerò,ſumma unigenæ Dei filij myſteria intelligit.

Aſperges me hyſſopo.)Per baptiſmi munus,idq́; ſolũ purgatio hęc perfici poteſt.Quo- 7
circa,inquit,gratia opus habeo,quæ omnib. hominibus exhibebitur.Hęc namq́;,& hæc
quidẽ ſola exactè me abluet,niuisq́; albedinẽ cõferet.Hyſſopi aũt ad peccata expianda
uim nullã eſſe,ex Moſaicis ceremonijs manifeſtũ eſt.Quapropter hyſſopus nil aliud quàm
ſpiritualis rei typus & umbra fuerit.Cũ enim hyſſopo ſanguinẽ agni poſtib.& ſuperlimi
nari ianuarũ aſpergerẽt,exterminatoris angeli manus effugerũt.Quæ quidẽ ceremonia
ſalutiferæ paſſionis Chriſti imaginem præ ſe ferebat.Nam & hîc ſanguis & lignũ ſaluta-
re & ſalus,quæ fide accedentibus gratuitò confertur.

Audire me facies.) Sentẽtia eſt: Hac lætitia aures meas imple, abſolutã purgationẽ 8
pollicitus,ut gaudiũ hoc omnia mea mẽbra permeet:nõ quidẽ corporis mẽbra, ſed oſſa
ſpiritualia, quæ nunc per afflictionem humi quaſi iacent proſtrata,ut illa rurſum reflore-
ſcant,priſtinamq́; uirtutem recuperent.

Auerte faciem tuam.) Ne habeas , inquit,oculos tuos in iniquitates, quas commiſi: 9
ſed potius in me qui lachrymis eas proſequor,oculos tuos defixos.

Cor mundum.) Cum ſenium quaſi peccati incurrerim, inquit ,benignitate tua me in- 10
ſtaures ac renoues uelim.Hoc etiam per Ezechielem prophetam ijs,qui captiuitate Ba-
bylonica detinebantur ,promiſſum fuit.Dabo enim ijs,inquit,cor nouum & ſpiritum no
uum.Spiritum autem hic non ſacroſanctum illum,ſed rationis impetum nominauit.

Ne

11 *Ne proijcias me.*) Ex his uerbis liquet Dauidem non prorſus ſpiritu diuino deſtitutum
fuiſſe. Non enim tanquam priuatus ablatum recipere, ſed ne illo priuetur, neue à cu-
ra & prouidentia Dei proijciatur orat: per faciem enim hoc loco curam ac prouidentiam
Dei intelligit.

12 *Redde mihi.*) Quod nondum perdiderat, Spiritus nimirum ſancti gratiam, id ut por-
rò retineat, orauit: quod autem amiſerat, id ſibi ut reſtituatur iam obnixe orat. Erat au-
tem hoc lætitia illa, quam in Domino habuerat. Omni, inquit, oblectatione animi affi-
ciebar ô Domine, quouſque in te fiduciam habebam: at nunc hac amiſſa, illa quoque orba-
tus ſum. Fiduciam autem carnalis uoluptatis ſeruitus ademit. Quocirca etiam atque eti-
am peto, ut mens mea priſtinam felicitatem, & contra carnales concupiſcentias pu-
gnandi uim atque uirtutem recipiat. Denuo enim hic ſpiritum principalem rectam ratio-
nem, in ipſum appetitum dominium exercentem, nominauit.

13 *Docebo iniquos uias tuas.*) Vbi tuam recuperauero gratiam ac clementiam, ueræ pœ-
nitentiæ uiuum me exemplar exhibebo, ijs præcipue, qui præſentem uitam hanc ample-
ctuntur. Quin & benignitatem tuam præconio deprędicabo meo, omnibusque impijs
& tranſgreſſoribus ſtimulos atque calcaria addam, ut ad te ſupplices certatim accurrant.

14 *Libera me de ſanguinibus.*) Perpetuò Vriæ cædem ſub pectore uerſabat. Hoc enim
& in principio Pſalmi innuit, dicens: Et peccatum meum coram me eſt ſemper.

15 *Exultabit lingua mea iuſticiam tuã.*) Hæc uerba Symmachus in hunc modũ trãſtulit,
Prædicabit lingua mea miſericordiam tuam. Neque enim, inquit, ſilebo ueniam deli-
ctorum adeptus: ſed ſine intermiſſione te celebrabo, & copioſam tuam clementiam
decantabo.

16 *Domine labia mea aperies.*) Eſt enim hæc peccati natura, ut & linguam obliget, & os
obturet. Precatur itaque uates, ut prioris fiduciæ naturam ſortiatur, & linguam ad laudẽ
Dei reſoluat.

Quoniam ſi uoluiſſes ſacrificium.) Et hæc præcedenti Pſalmo conſonant. Dominum
17 enim dicentem introduxit: Non accipiam de domo tua uitulos. Qua uoce percepta atque
intellecta, hic dicit: Quoniam ſi uoluiſſes ſacrificia dediſſem utique. Tu namque, inquit,
ipſe teſtatus es, non eſſe tibi grata & accepta brutorum animalium ſacrificia: quocirca
eiuſmodi ego tibi, quod iucundum ſit, offeram.

Sacrificium Deo ſpiritus.) Sacrificium, inquit, tibi ô Deus gratum & acceptum, ani-
18 mus eſt modeſte de ſeipſo ſentiens. Quod cum ita ſit, nihil aliud, quàm cor meum, quod
admodum contritum & humiliatum eſt, tibi offeram.

Benigne fac Domine.) Hæc uerba liquidò oſtendunt Pſalmum hunc uere propheti-
19 cum eſſe. Quadrant namque uerba hæc in eos, qui in Babylonicam abducti captiuitatem,
ex ea liberari deſiderauerunt. Hi obnixe orant, ut Deus miſericordia Hieroſolymam
dignari uelit, quo & mœnia eius inſtaurentur, & legalis cultus in integrum reſtituatur. In
hoc enim rerum noſtrarum ſtatu, inquiunt, conſtituta ac definita à te ſacrificia tibi offer-
re, cum à Hiereſolyma longe abſimus, integrum nobis non eſt. At ubi redeundi faculta-
tem adepti fuerimus, & templum reædificauerimus, tunc tibi in lege præſcripta ſacrifi-
cia offeremus.

Tunc placebit tibi ſacrificium iuſticiæ.) Continet & aliam finis huius Pſalmi prophe-
20 tiam. Quum enim paulo ante Spiritus ſancti munera poſuiſſet, & progreſſus ulterius, le-
galibus ſacrificijs Deum nõ placari docuiſſet: orat cõſequenter ut noua Sion appareat,
cœleſtisque Hieroſolyma in terra inſtituatur, & quàm primum communis illa poli-
tia exhibeatur, quæ non rationis expertia ſacrificia, ſed iuſti-
ciæ oblationem & uictimam offerat.

PSALMVS LI.

Argumentum.

*Minatur in hoc Pſalmo Spiritus ſanctus per Dauidem, omnibus Eccleſiæ hoſtibus exitium: & è contra-
rio membra Eccleſiæ contra uim omnem hoſtilem conſolatur. Hiſtoriam, cuius in inſcriptione fit
mentio, primo Samuelis libro, 21 & 22 capitibus uideris.*

Q*Uid gloriaris in malicia.*) Doeg potentiam tribuit, eò quòd regi Sauli familiarita- 1
te intima coniunctus eſſet. Sed & Rapſaci, utpote cui belli ſumma commiſſa eſ-
ſet. Vtitur autem percunctatione, quæ negationis uim obtinet. Indicat etenim, in nequi
tia nequaquam criſtas erigendas eſſe, neque totum uitæ curſum in uerſutia peragen-
dum. Illud enim, Tota die: Symmachus tranſtulit, Per ſingulos dies.
Sicut nouacula acuta.) Mendacijs, inquit, exacuiſti linguā (illud namque, Cogitauit: 2
pro, Loquutus eſt, poſuit) & non ſecus ac nouaculā acutiſſimā uerba tua eloqueris, quo
ſubditorum fidei tuæ concreditorum internecionem meditaris.
Dilexiſti.) Quæ deteriora ſunt, inquit, melioribus antetuliſti, mendacia ueritati an- 3
te habuiſti, & iuſticia neglecta iniuſticiam complexus es.
Dilexiſti omnia uerba.) Translationem hæc in ſe habent ab ijs petitam, qui undis ſim 4
mergunt ac ſuffocant. Huc enim ſubmerſionis uerba & lingua doloſa, funditus ex men-
dacio delere, ualens tendunt. Cuius rei uel in ſolo Doeg exemplum luculentiſſimum
cernere licet. Funditus namque & ſtirpitus uniuerſam ſacerdotum familiam fictis ac mē
dacibus contra Abimelechum rumoribus uſus deleuit. Quod & Rapſaces facere in ani
mum quoque induxit, ſed diuina impeditus prouidentia in effectum haudquaquam de
duxit. Nam ficta illis, qui ex mœnibus pugnabant, promiſſa obtulit, & maximam in De-
um blaſphemiam effudit. Spe tamen omni non ſine magna ſui ignominia excidit.
Propterea Deus deſtruet te in finem.) Cum huic itaque prorſus addictus ſis maliciæ, 5
Dei Opt. & Maximi iudicium non declinabis. Demolietur namque te primo quoque
tempore, & extremo te addicet ſupplicio, exq́ uitæ libro expunctum ac ſtirpitus eradi-
catum ad mortem condemnabit. Non parua namque conſolatio inde ijs affertur, qui
malorum ſecunda fortuna animaduerſa dolent, ſi illorum interitum animo longe antè
proſpexerint. Quapropter ſubijcit:
Uidebunt iuſti & timebunt.) Cœtus, inquit, iuſtorum ad religionis ſtudium magis, 6
magisq́ allicietur, ubi æquiſſimum Dei iudicium conſpexerit. Quin etiam læticia exhila
ratus, temerarios maliciæ auſus, præſentisq́ huius fortunæ fructum irridebit.
Ego autem ſicut oliua fructifera in domo Dei.) Rex Dauid hæc de ſeipſo protulit, ſed 7
& doctrinam ipſi Ezechiæ attribuit. Cum ambo pietatis ſtudioſi ac quaſi alumni fu-
rint. In Pſalmo primo uirtuti deditum arbori ad ripam fluminis conſitę comparauit, fru-
ctum maturum afferenti: hic autem iuſtum oliuæ copioſum fructum proferenti con-
fert, utpote qui ſpem in Deo firmiſſimam habeat. Tantum autem munus à te, Domine
adeptus, perpetuis te celebrabo laudibus, nomenq́ tuum ſcientibus deſideratiſſimum
omni tempore deſidero & expecto, plurimum ex illo emolumenti nactus. Nomen ete-
nim Dei nunquam non expetibile eſt, licet non omnibus, ijs tamen qui cognitione eius
uera pollent.

PSALMVS LII.

Argumentum.

*Pſalmus hic accuſationem continet totius humanæ naturæ, utpote quæ peccato tota ſit corrupta: obiurga-
tionem item impiorum hypocritarum, Eccleſiam Dei affligentium: ſed & conſolatione,
qua pios argumento à uenturo Meſsia ducto, erigit, & contra om-
nes hoſtium inſultus fulcit.*

D*Ixit inſipiens in corde ſuo.*) Neq́ eñ cōtra eos ſolùm, qui Deũ inuocant, ſed & con- 1
tra ipſum & uerũ, uiuũ, unicumq́ Deũ impiā ſuam linguam exeruit, cũ in hęc uer-
ba prorumperet. Non potuerunt dij gentium ſuum quiſq́ locum de manu mea eripere,
quando eripiet Dominus Ieruſalem?
Corrupti ſunt.) Vita hæc præſens impietatis uniuerſæ fons & origo eſt. Pro libidine 2

ſiquidem ſua quæuis deſignātes, Deum è cœlo proſpicientem in animum recipere non
ſuſtinent: ſed prolapſi ne unus quidem eſt, qui conſtanter naturæ gubernacula regat.
3 *Deus de cœlo proſpexit.*) Totus, inquit, Aſſyriorum exercitus maliciā amauit: uerùm
Deus ille, in quem ipſi non credunt, qui cœlum inhabitat, atq; ſuper humiles ſuos habet
oculos defixos, is facta omnia ad trutinam expendere uoluit.
4 *Omnes declinauerunt.*) Deprehendit autem inquit, uniuerſos ac ſingulos à recto tra
mite aberrantes, atque omnis generis nequitiæ deditos. Sed reipſa tandem iniquitatis
ſuæ mercedem ſentient, quicunq; tāquam panem, populum meum unicè dilectum de-
uorare conantur, atq; Deum illius Dominum aſpernantur.
5 *Illic timuerunt timore.*) Efficiā, inquit, ut perhorreſcāt, & metu percellant: idq; eum
admodū ut metuendū nihil quicquā appareat, ſed ſuppliciū occulta ratione inferat. In-
nuit autem his uerbis cladem illam memorabilē, per angelum Domini Aſſyrijs illatam.
6 *Quoniam Deus diſſipauit oſſa eorum.*) Aquila & Symmachus illud, Diſſipauit oſſa
eorū, qui hominib. placent, ita ſunt interpretati: Deus enim diſſipauit oſſa eorū, qui ca-
ſtra ſunt aduerſum te metati. Quamobrē, inquit, timore timebūt, ubi tamē timoris nulla
euidēs ac manifeſta cauſa extabat: idq; propterea quod blaſphemijs diuinam maieſtatē
inceſſerint. Cum iniuſtè eos urbem obſidione cingere proſpiceret, internecioni eos ad-
dixit, nec nō auibus & beſtijs eſcam obiecit, atq; hunc in modum eorum oſſa diſſipauit.
7 *Quis dabit ex Sion ſalutem Iſraeli?*) Senſus uerborum hic eſt: Qui illo nos gaudio af-
ficiet, is ipſe & ijs qui in captiuitate detinentur libertatem expediet. Sunt enim iampri-
dem in captiuitatē abductæ decem tribus, aliæq; ciuitates aliquot. Quocirca ſubiunxit:
Conuertet Dominus captiuitatem plebis ſuæ.
8 *Dum conuertet Dominus captiuitatem plebis ſuæ.*) Tum demū, inquit, abſoluto per-
fruemur, cum & reliquos captiuos in libertatem reſtitutos uiderimus. Docemur igitur
hinc, ex Apoſtoli ſententia, gaudere cum gaudentibus, & proximi felicitatē propriam
læticiam exiſtimare.

PSALMVS LIII.

Argumentum.

Ardentiſsima eſt Pſalmus hic oratio, contra perſequutores uerbi Dei.

1 D*Eus in nomine tuo ſerua me.*) Satis mihi, inquit, ſuperq; facit ad ſecuritatem, no-
minis tui inuocatio. Eundē in modum & beati Apoſtoli multa, magnaq; miracula
edebant. In nomine enim Domini dicebant: Surge & ambula.
2 *Et in uirtute tua iudica me.*) Cum uerè iuſtus ſis, inquit, imò iuſticia ipſa: rogo, ut &
me, & eos qui me iniuſtè perſequuntur, iudices.
3 *Deus exaudi orationem meam.*) Suſcipe, inquit, preces meas animo beneuolo.
4 *Auribus percipe.*) Indigeo inquit ope tua, ò Domine, utpote ab hoſtibus meis ex-
pulſus, qui magna ſua freti potentia morti me addicere cōantur. Hæc autem in ſuū ipſo-
rum caput machinantur, cum tuæ prouidentię guſtum nullum habeant. Hoc enim ſub-
iunxit: Et non poſuerunt Deum ante conſpectum ſuum.
5 *Ecce enim Deus adiuuat me.*) Poſtquam in hunc modum preces ſuas profudiſſet,
opis diuinæ iamiam adfuturæ uim perſentiſcere animo cœpit, ideoq; in hæc uerba pro-
rupit: Ecce enim Deus adiuuat me.
6 *Auerte mala.*) Gratia tua, inquit, didici, quòd prouidentia me tua dedignaturus
non ſis: quodq; eos qui mihi inſidiati ſunt, illis ipſis malis, quæ in me machinabantur ſis
inuoluturus, æquitatisq; plenam ſententiam in eos pronunciaturus. Hoc enim innuit di-
cens: Et in ueritate tua diſperde illos, uoluntarie ſacrificabo tibi. Hæc itaq;, inquit, ade-
ptus, cum omni animi alacritate accepta & grata tibi ſacrificia offeram. Vt autem huius
ſacrificij genera oſtenderet, ſubiecit:
7 *Confitebor nomini tuo.*) Sacrificiū laudis, inqt, tibi offerā, plurima eaq; maxima tua do-
na ac beneficia deprædicās. Hoc nāq; cū mihi utile, tū tibi gratū ac iucūdū erit. Eſt aūt ut
hoc

hoc faciam iuſtiſſima mihi cauſa, cum non ſolum ex tantis calamitatibus fuerim liberatus, ſed & meorum hoſtium interitum contemplatus.

PSALMVS LIIII.

Argumentum.

Pſalmus hic precationem continet contra eos omnes, qui Iudæ proditoris ingenium referunt. Hoc eſt, Qui amicos ſeſe Eccleſiæ profitentur, & tamen odio eam Vatiniano proſequuntur.

EXaudi Deus orationem meam.) Plures in medium petitiones adducit, obſecrans ut 1
illę exaudiantur. Inquit enim, ne me ſupplicem tibi factum aſperneris, ſed beneuolas mihi aures præbe, auxiliumq; porrige.

Contriſtatus ſum.) Conuitijs inquit, laceſſitus & dolore ac mœrore ab hoſtibus meis 2
affectus, qui iniuriam mihi intulerunt: in qua quidem cogitatione noctesq; diesq; uerſor. ἀδολεσχίαν enim, Scriprura ſacra perpetuam alicuius rei meditationem appellat. Symmachus uerò particulam hanc ſic tranſtulit: Deiectus ſum cum mecum ipſe loquerer, & confuſus ſum à uoce inimici, à perturbatione impij. Quem enim inimicum, eundem & impium appellat, utpote qui multis exornatus benemeritis, benemerentis uitæ ac ſaluti inſidiabatur.

Quoniam declinauerunt in me iniquitates.) Symmachus clarius hoc reddidit: Quoni 3
am irruerunt erga me ad impietatem, & in ira aduerſati ſunt mihi. Hoſtilem enim erga me animum declinantes capiti meo, inſidias ſtruxerunt.

Cor meum conturbatum eſt in me.) Hunc illorum hoſtilem animum expertus & inſidi 4
arum plenos auſus intuitus, metuo, cohorreſco, & mortem ob oculos quaſi obuerſantē conſpicio. Non eſt autem cur quiſq; admiretur Dauidem fuga ſibi ſalutem quæſijſſe, & à pluribus hoſtibus circumuentum, mortem expauiſſe, cum & homo ſub diſciplina legis eruditus eſſet, & perfectione quæ ex Euangelio eſt è longinquo quaſi perſpiceret. Quid, quod Deus ipſe ac Seruator noſter Chriſtus Ieſus, tametſi de paſſione ſua dudum uaticinia edidiſſet, hanc tamen cum iam iam inſtaret non ſemel deprecatus eſt, idq; tanta animi contentione, ut ſaguinis guttas ſudauerit. Conueniebat enim, ut & hac ratione natura paſſionis capax declararetur.

Et dixi, quis dabit mihi pennas.) Hoc enim etiam S. Dauid fecit. Teſtatur namq; ſa- 5
cra hiſtoria, Dauidem poſtquam Saulis manibus euaſiſſet & Philiſtęorum, qui in Geth habitabant, hoſtilem erga ſe animum uidiſſet, in deſertum locum ſeſe recepiſſe. Quod & Domino ac Soſpitatori noſtro ſæpenumero uſuueniſſe in Euãgelica narratione legitur, qui ut Iudęorum deuitaret inſidias, in montib. manſit & in ſolitudines ſeceſſit. Percunctetur aũt fortè aliquis & meritò, cur regius uates Dauid, columbæ potius quàm alterius alicuius uolucris pennis ſe inſtrui optarit? Apparet hoc ideo factum eſſe, quia gratiam ſpiritus ſancti, qui in columbæ ſpecie proponitur, ſibi conferri petierit.

Expectaui Deum.) Tot, tantisq; tantum non obrutus ſæuis tempeſtatibus, & quaſi 6
uehementium uentorum ac turbinum impetum paſſus, cœleſtem opem præſtolor, huiusq; firma ſpe recreor.

Præcipita Domine.) Concordia illorum, ſeu potius contra me iniuſta conſpiratio, cũ 7
nullis fundamentis bonis innitatur, deſtrue illorum conſenſum.

Quoniam uidi iniquitatem.) Dauidi, ut mihi quidē uidetur, uerba hæc nõ cõpetunt. 8
Eo namq; tēpore neq; Hieroſolymæ præerat, neq; ciuitas alia, quę regia haberet, tum tēporis erat: ſed uidet̃ reſpicere ad cõtradictionē & pręuaricationē Ieroſolymorũ, ſinguloſq; ſpeciatim genera malicię ciuitatis illius perſequi, iniquitatē nimirũ, iniuſticiã, uſurã, fraudem, quib. mãcipati, ſaluberrimã Seruatoris doctrinã à ſe reiecerũt. Obſeruandũ aũt hoc loco fuerit, non tantum à noui Teſtamenti perfectione, ſed & à legati politia uſuram grauiter perſtringi, & hanc iniquitati, labori & dolo coniungi.

Quoniam ſi inimicus.) Veruntamen quæ ab inimicis proficiſcuntur, leuia ſunt & ta- 9
lia quę ferri poſſint. Nam ab inimicis fiunt atq; hoſtibus: manifeſtæ autem inſidię nõ ita difficulter declinantur.

10 *Tu uerò homo unanimis.*) Miſeria uidetur eſſe omniũ ſumma, ſi is, qui familiaritate intima alicui coniunctus eſt, eiuſdem menſæ & omnium diuinarum ſimul ac humanarum rerum conſors ac particeps, inimici inſtar hoſtiliter quid contra eum agat. Euidentiſſimè autem his uerbis proditorem Iudam delineauit: qui cum à rege Chriſto in ducem fuiſſet electus, inſidias ei ſtruẽtium organon eſt redditus. Symmachus hoc, Dux meus: ita tranſtulit, Familiaris meus. Verba autem hæc in Dauidem minimè quadrant. Huiuſmodi autem uitæ finem habuit. Vt qui collum laqueo innexuit, & hoc modo compendioſam mortem obijt. Eaſdem in miſerias ac ærumnas Iudæi etiam poſt cruci affixum Chriſtum in eo bello, quod à Romanis geſtum fuit, inciderunt. Neque enim morte naturali, ſed uiolenta, ut qui hoſtium armis confoſsi eſſent, ex hac luce emigrarunt. Deinceps uates æquabilitatem etiam ſupplicij oſtendit.

11 *Quoniam uerſutia in habitaculis eorum.*) Tabernaculi nomine præſentem hanc uitam denotat, in qua uiatores ſumus potius, quàm incolæ. Perpenſa itaque, inquit Dauid, perpetua hac precatione mea, erue me ab ijs qui me oppugnant, pacem'que reſtitue.

12 *Quoniam inter multos erant mecum.*) Innuere uidetur multos ſibi hoſtes fuiſſe. Symmachus namq; ſic reddidit: Cum multis enim facti ſunt aduerſarij mei.

13 *Non enim illis eſt commutatio, quoniam non timuerunt Deum.*) Hunc locum ita Symmachus expoſuit: Non enim mutantur, neque timent Deum. Sententia autem eſt: Vbi comperieris, quàm ſint ab omni mutatione alieni, quamq; duræ ceruicis, prædictis eos miſerijs implicabis.

14 *Extendit manum ſuam in retribuendo.*) Clauſulam hanc tres interpretes unanimi conſenſu ſic tranſtulere: Extendit manum ſuam contra eos, qui placide cum ipſo uixerunt. Si quid rex Saul non hoſti, ſed bene de ſe merito, familiaritate ac interiore conſuetudine deuincto inſidias collocauit: neque Iudas inimicum prodidit, ſed redemptorem & beneficiorum largitorem. Quod autem dicit, ita ſe habet: Manus ſuas in hoc extendit, ut rependeret: uerùm boni nihil retulit, ſed omnia mala: & hunc ſenſum, quæ ſubiunguntur etiam prę ſe ferunt.

15 *Contaminauerunt teſtamentum eius.*) Lex cœlitus promulgata, mandat, ut proximum, tanquam alterum eundem amemus: ille autem optimè de ſe meritum, hoſtis inſtar perſequutus eſt.

16 *Diuiſi ſunt ab ira uultus eius.*) Iræ etenim mancipati, alia in ore prompta, alia in pectore recondita habuerunt. Symmachus ſimiliter reddidit: Lubrica ſunt magis ora eorum, quàm butyrum, cor uniuſcuiuſq; eorum bellum meditatur. Huic ſententiæ ſequentia etiam adſtipulantur.

17 *Molliti ſunt ſermones eorum.*) Quales cum Saulis, tum Iudæ ſermones erant. Ille enim Dauidem his allocutus uerbis legitur: Tu'ne es fili Dauid? Hic autem: Num egò ſum inquit Rabbi, & oſculum etiã libauit. Quæ quidem uerba leui oleo ac butyro: cogitata autem animi accutiſsimis haſtis atque ſagittis ſimillima erant. Aquila pro iaculis, haſtas reddere maluit. Dauid igitur, quoniam hactenus inſidias cum ſibi, tum Domino cuius figura & umbra fuit, ſtructas expoſuit: in mediũ iam conſulit quomodo omnes in uniuerſum adflicti in Deo ſpem debeant reponere.

18 *Iacta ſuper Dominum curam tuam.*) Deum, inquit, pro gubernatore ac moderatore omnium tuorum caſuum agnoſce: & quę ad te ſpectant prouidentiæ eius committe. Quod ſi feceris, immotus & inconcuſſus perdurabis.

19 *Non dabit in ſeculum fluctuationem iuſto.*) Licet, inquit, permiſſu eius in diſcrimen fortè aliquod incidas, illico tamen ope ſua tibi ſubueniet. In eãdem ſententiã Paulus etiã nos conſolatur: Fidelis eſt Deus, qui non ſinet uos tentari, ſuprà quam ferre poteritis.

20 *Tu uerò Deus deduces eos.*) Nam quos non pudet inſidias iuſto ſtruere, eos perpetuò adduces ſupplicio. Supplicium autem cuius finis nullus, puteum interitus appellat: ita fieri nequit, ut qui à Deo punitur, aliunde ſalutem acquirat.

Vid

Viri ſanguinarij & doloſi.) Qui namq; cædibus ac fraudibus ſtudent, ijs improui- 21
ſum exitium afferes, haud permittens, ut ſperatam uitæ metam curſu contingant.

Ego autem Domine ſperabo in te.) Cum enim de hac tua potentia & iuſta cēſura mi- 22
hi conſtet, opem tuam expecto.

PSALMVS LV.

Argumentum.

Orationē Pſalmus hic ardentē ſatis cōtinet, qua Dauid liberationē petit ex periculo, in quo dum exularet conſtitutus fuit, ſicuti id libro Samuelis priore, capite 21 legitur. Sed & conſolationem ſuauiſſimam in ſe habet. Sicut enim Dauid profuſis ad Deum precibus liberatus fuit: ita & noſtri officij fuerit, ut in tribulationibus liberationem petamus, eamq; fide expectemus.

M*Iſerere mei Deus.*) Sententia eſt: Quoniam uariæ gentes me circumuentum op- 1
pugnant, ac ueluti pedibus conculcant, idq; ſine intermiſſione: idcirco benigni-
tatem tuam ô Domine auidè expecto,

Tota die impugnans.) Symmachus reddidit: Omni die, pro eo quod eſt, Aſſiduè & ir- 2
remiſſè pulſus ab inimicis impugnor.

Ab altitudine diei.) Secundam hominum fortunam, qua elati nimium bellum mi- 3
hi denunciant, non admodum perhorreſco. Altitudinem namq; dierum, præſentis uitæ
proſperitatem, unius diei & temporariam, nominauit. Docet præterea quo pacto illa
non ſit metuenda. Temporariam ſeu momentaneam potius, inquit, felicitatem, ut-
pote tuo fretus auxilio haud metuo. Symmachus hanc particulam ſic interpretatus eſt:
Num in die timebo? in te confido. Quaſi dicat: Timori fiduciam in te repoſitam è
regione oppono, inq; Dei recordatione uerba facio, ſermonesq; meos exorno: quin
etiam dum oppugnor, tua gubernatione nixus, oppugnantes me flocci pendo.

Aduerſum me ſunt omnes cogitationes eorum.) Cogitationes eorum omnes huc ſpe- 4
ctant, inquit, ut me ex inſidijs aggrediantur, ſermones item meos ceu mendacia reſpu-
unt, nullamq; excuſationem, purgationem ne admittunt.

Commorabuntur & abſcondent.) Symmachus hæc multò clarius in hunc modum ex 5
poſuit: Congregati ſunt occultò & ueſtigia mea obſeruarunt, expectantes animam me
am. Quibus uerbis latebras inimicorum, ſicut per machinamenta inſidias notauit.

Pro nihilo proijcies eos.) Facillimum, inquit, tibi fuerit, ac citra negocium ullum, eos 6
abijcere, proſternere, mortiq; deſtinare. Illud enim, Pro nihilo: tantundem ualet, ac ſi di
xiſſet: Sine labore ac facile.

In ira populos confringes.) Neq; enim prædictos tantùm inimicos, ac hoſtes meos: ue 7
rùm etiam alios omnes legis tuæ tranſgreſſores ſupplicio afficies.

Deus uitam meam annunciaui tibi.) Omnia & opera, & uerba, & cogitationes meas 8
tibi detexi. Ad eundem modum Symmachus quoq; reddidit: Interiora mea in numera-
to tibi ſunt.

Poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo.) Lachrymis, inquit, meis ac lamentatione 9
commotus, precibus meis acquieuiſti, & promiſſis ſtetiſti. Lege enim ſancita ac promul
gata es pollicitus, te oppreſſos per uim & iniuriam, exauditurum. Preces itaq; meas ex-
audiente Domino, hoſtes fugam capeſſent, ac faciam q; ponent ac abijcient. Nam eo-
rum, quæ petij compos factus, quantum mei curam gerat reipſa comperiam.

In Deo laudabo uerbum.) Non committam, inquit, ut uel uerbulum, ſine tui Numi- 10
nis inuocatione proferam: ſed ſeu pauca, ſeu multa loquuturus ſim, nominis tui mentio
ne facta, uerba mea exornabo, fiduciaq; in te ſolo repoſita, mortaliū inſidias aſpernabor.

In me ſunt Deus uota.) Grato animo, ut par eſt, inquit, quæ tibi promiſi reipſa præſta 11
bo. Promiſſiones enim, uotorum Deo factorum nomine intelligit. In hunc modum &
alibi dicit: Reddam tibi uota mea. Docet etiam, quid, & quam ob cauſam promiſerit.

Quoniam eripuiſti animam meam.) Tam præclaris enim à te munerib. exornatus, 12
& ex tot, tantiſq; inſidijs per uictoriā tuo beneficio partam, liberatus, operam impenſè

dabo, ut te colam ac uenerer, & illud genus uitæ ingrediar ac teneam, quod & tibi ſit gratum, & æternam mihi uitam, lumenq́; conciliaturum. Hæc autem, ut & antea monui, non ſolum Dauidi & captiuis Iſraelitis, ſed & nobis competunt, qui cum à dæmonibus tum hominibus inſidias ſuſtinemus.

PSALMVS LVI.

Argumentum.

Eiuſdem ferè argumenti & hic Pſalmus cum ſuperiore eſt. Conqueritur enim de Saulis, eiuſq́; aulicorum inſidijs, propter quas in ſpeluncam fugiendum ei fuerat.

1 *MIſerere mei Deus.*) In ſpelunca incluſus, & ab inimicis circumuentus ad miſericordiam Dei ſeſe recipit: & ſpem, quam de Deo conceperat, aperit. Per umbram aũt alarum, ut ſæpe iam admonui, diuini numinis protectionem ac benignam tutelam intelligit. Geminatione autem utitur in Miſericordiæ uocabulo, ad exprimendam periculi magnitudinem. Illud uerò, Donec tranſeat iniquitas: Aquila clarius reddidit, Donec tranſeant inſidiæ. & Symmachus: Donec tranſeat uiolentus. A precando itaq́; non deſiſtam, donec ab ijs, qui mihi ſtruunt inſidias liberer. Septuaginta enim interpretes inſidiatores ab ea re, quam machinabantur, Iniquitatem nominarunt.

2 *Clamabo ad Deum.*) Cum diuinæ opis experientia, iugis mihi doctor ſit, rego, ut illa, ſicut aliâs ſemper, ita & nunc, potiar. Clamoris aũt nomine, animi deſideriũ denotat.

3 *Miſit de cœlo.*) Quoniam clemẽtia ac paterna cura cœlitus me dignatus eſt, riſui me os hoſtes expoſuit. Teſtatur autem id hiſtoria, quomodo Saulem poſtquam ſurrexiſſet, ſequutus ſit ac è longinquo conſtituto beneficium noctu exhibitum, patefecerit, eo q̃d in manus ſuas datum non occiderit. Erat autem hæc maxima ſeruato ignominiæ nota, ꝙ contra eum à quo ſeruatus fuerat, pugnabat.

4 *Miſit Deus miſericordiam ſuam.*) Dei iuſta clementia potitus, ab inimicorum meorum ferocia ac crudelitate ſum liberatus. Non ſecus enim ac leones in me impetum faciebant, quaſi me diſcerpere uellent. Veritatem autem miſericordiæ coniunxit, quo benignitatis iuſticiam innueret.

5 *Et eripuit animam meam de medio catulorum leonum.*) Clauſulam hanc ſic Theodotion tranſtulit: Medius dormiebam inter conſumptores: Aquila uerò, Cum audacibus: Symmachus, Cum ardentibus. Neq́; igitur mirum me animo perturbato fuiſſe, cum inter tales dormiens ab ijs fuerim circumdatus. Saulem namq́; eiusq́; comites ardentes ac audaces, leonum appellat catulos, animi illorum atrocem immanitatem exprimens.

6 *Filij hominum, dentes eorum arma.*) Quoniam eos catulos leonum appellauit, recte & dentium meminit: armis eos & ſagittis conferens, & linguã ancipiti ac præacuto gladio. Per hæc autem omnia cruentas eorum inſidias denotat.

7 *Exaltare ſuper cœlos Deus.*) Par eſt omnino in omnibus celebrare eum, qui & cœlos gubernat, & uniuerſam terram gloria ſua implet. Illud uerò, Exaltare: perinde habet ac ſi dicat, Oſtende gloriam tuam mortalibus omnibus.

8 *Laqueum parauerunt pedibus meis.*) Sententia eſt: Qui me ex inſidijs certatim obruere uoluerunt, ſuis ipſorum quaſi laqueis irretiti, & à nobis capti ſunt.

9 *Cantabo, &c.*) De ſe ipſo uaticinium edit, quòd Deum celebraturus ſit. Per ſuam autem gloriam uaticinandi donum ſibi commiſſum intelligit: Pſalterium autem & citharam ceu Spiritus ſancti organa nominat.

10 *Exurgam diluculo.*) Non ſolum hoc tibi tempore hymnodiam offerã, ſed tum demũ multo maiore cũ alacritate, cũ lux illa uera fuerit orta, quæ ignorantiæ diſpellat tenebras, diluculũq́; diu expectatæ illius diei ꝓducat: tũ eñ inter omnes gẽtes ac populos chorimagiſter ero, linguiſq́; illorũ inſtar chordarum uſus, gratiarũ actionis hymnodiã cãtabo.

11 *Quoniam magnificata eſt, &c.*) Neq́; enim cœli tantum, quiq́; hos incolunt angeli, miſericordiam tuam cognouerunt: ſed & per nubes ueritas tua penetrando omnibus manifeſtata eſt. Nubes aũt illi ſunt, quos gratia ſua dignatus eſt. Quemadmodum enim nubes aliunde imbriũ cauſas accipiunt: ita & Prophetæ & Apoſtoli Dei gratia ceu fonte perenni irrigati, ſpiritualem humectationem hominum animis infuderunt. Per ſpiritua-

les enim nubes, prophetas ac apoſtolos dico, declarata ueritate, Omnipotẽs Deus manifeſtatus, & per totum terararum orbem laudem ab hominibus conſequutus eſt.

PSALMVS LVII.

Argumentum.

Eiuſdem & hic Pſalmus argumenti eſt cum ſuperioribus. Conqueritur enim de mendacibus Saulis promiſſis, quibus ſe inimicitiam omnem depoſiturum iurauerat, cum tamen iureiurando nunquam ſeruato, eaſdem identidem inſidias ſtrueret.

ANuerè iuſticiam loquimini?) Expoſtulationis cauſa hæc cũ Saule loquitur. Is enim 1
perſanctè iurauerat, ſe in poſterũ ab omni perſequutiõe deſiſtere uelle: cũ tamẽ nihil
ominus bellũ, nulla iurisiurandi ratione habita, moueret. Ait itaq; Dauid, Tu, tu inquam
ipſemet facti tui ſis iudex, iudicandiq; poteſtate accepta, rectã ac iuſtã proferto ſententiã.

Etenim in corde iniquitates operamini.) Detegit quæ illa fuerint ad pacem cõficta uer 2
ba, cõſiliaq; mala, et quã multiplices inſidiatorũ technæ. Animaduerte igiť, an res et oratio
cõcordent. Sed nequaq; tibi meũ cõcredidi iudiciũ, cũ à iuſto iudicio planè abhorreas.

Alienati ſunt peccatores.) iamdudum, inquit, à ueritate deſciuiſtis, & mẽdacio uos 3
addixiſtis. Illa uerò, A matrice & ab utero, idcirco inſeruit, quòd Deus quæ illi facturi eſ
ſent, ea priuſquam in utero fingerentur prænouiſſet. In eandem etenim ſententiam &
cum Ieremia loquutus eſt: Priuſq; te in utero fingerem, cognoui te. Et ad Pharaonem: Ad
hoc excitaui te, ut oſtenderẽ in te potentiã meã. Cæterùm nec Pharaonẽ malũ, nec Iere-
miam ſanctũ, præſcientia Dei fecit: ſed quod futurum erat, tanquam Deus præſciuit.

Furor illis eſt ſecundum ſimilitudinem ſerpentis.) Ingenium, inquit, ſerpentis referunt, 4
quod & acceptorum malorum non facile obliuiſcitur, & quacunq; occaſione oblata inſi-
diatur. Sic enim ingratitudo & nequitia ſunt affecta.

Sicut aſpidis ſurdæ.) Sententia eſt: Aures inſtar aſpidis obturant, cuius animantis a- 5
deò excellens eſt malicia, ut ne pharmaco parato ab illo, quẽ ſapientis titulo inſigniunt,
obedire cogatur, aures obſtruat. Incantatorem enim in præſentia, ſed καταχρηστικῶς ual-
de Sapientem uocat. Et quoniam plurimis uerbis animum Saulis tentauerat, ſeq; illius
ſeruum ſubmiſſe admodum nominauerat: illum uerò regem, Dominumq; appellauerat,
præterea reipſa quòd eius cædem nequaquam meditatus eſſet, abunde ſatis declarauerat,
in his tamen omnibus operam & oleum, ut aiunt, perdiderat: ut Vatinianam hanc
eius inimicitiam & capitale odium ad uiuum illuſtraret, appoſite admodum aſpidi eum,
utpote non à natura quidem ſurdæ, ſed aures ultro obturanti, comparauit.

Deus conteret dentes eorum.) Cum enim, inquit, Deus eorum omniũ, quæ in nos ma- 6
chinantẽ perpetuus inſpector ſit, efficiet perfacile ut omnes eorũ inſidiæ incaſſũ exeant.
Præcedenti Pſalmo canibus, at in hoc leonibus eos confert, & ideo dentium & mola-
rium mentionem facit. Molarium autem nomine, ut hoc obiter inſeratur, interiores den
tes ueniunt, quibus cibum comminuere & quaſi commolere conſueuimus. Eadem aũt
opera & illud docuit, quod illorum omnis generis pernicioſa conſilia & technas Deus
Optimus Maximus diſſipaturus & in nihilum redacturus ſit.

Ad nihilum deducentur.) Omnibus, inquit, hominib. contemptui habebuntur, & in 7
ſtar aquæ diſperſæ nulliuſq; precij reputabuntur. Nullum autem ſupplicia illis intentan
di finem facit, donec eorum potentiam frangat.

Sicut cera liquefacta auferentur.) Id eſt: Perinde atq; cera admota igni & liquefacta, 8
diffluent. Hoc namq; ſibi uult quod dixit, Et non uiderunt Solem: quemadmodum qui
uita decedunt, ſolis fulgorem non amplius aſpiciunt.

Priuſquam intelligerent ſpinæ &c.) Locũ hũc paulo clarius interpretatus eſt Symma 9
chus, in hũc modũ: Anteaquã ſuccreſcũt ſpinæ ueſtræ, ut in rhamnũ euadant, uiuentẽ ad-
huc totã auferet turbo. Quod aũt dicit, ita ſe habet: Quæuis delicta ſpinarum nomine
Scriptura ſacra inſignire ſolet. Eſt aũt & rhãnus ipſa illa quidem ſpina, uerũ multo maior
reliquis, & quæ arborẽ imiteť. Quocirca præſens hoc uaticiniũ Sauli eiuſq; cooperarijs
inſtantiſſimũ ſupplicium intentat. Priuſq; enim, inquit, malicia ueſtra ſuccreſcat, & rham
ni maximæ illius ſpinæ inſtar in altum aſſurgat, diuini uos Numinis iuſtiſſime ſumpta

 pœna,

pœna, de improuiſò adobruet & uaſtatos reddet. Tantundem enim ſibi uult, quod ait,
Abſorbet eos. Sicut namq; è medio id tollitur, quod abſorbetur: ita & ueſtra memoria
prorſus antiquabitur, omniq; obliuione delebitur.
10 *Et dicet homo.*) ἄρα illud in præſentia per enunciationem ponitur. Hoc autem dice-
re uidetur: Quicunq; eos qui malè uitã in hoc ſeculo inſtituunt, pœnas luere uiderit, con
fitebitur omnino, Deum illum eſſe, qui non tantum ea, quæ fiunt inſpiciat, ſed & cun-
cta ſapientiſſime gubernet & regat.

PSALMVS LVIII.

Argumentum.

Oratio & gratiarum actio in hoc habetur Pſalmo. Quarum utraq; ad Meſſiam benedictum, tanquam caput, necnon Eccleſiam uniuerſam, quæ eius corpus eſt, omniaq; huius membra extendi poteſt: cum Dauid Chriſti, eiuſq; Eccleſiæ inſignis typus fuerit.

1 E*Ripe me de inimicis meis.*) Aequiſſima eſt regij uatis petitio. Nihil enim petit aliud,
quàm ut ab illis, qui iniuſtè illum oppugnabant, liberetur. Mox etiam ad quam illi
metam colliment oſtendit.
2 *Eripe me de operantibus iniquitatem.*) Non tãtum homicidæ ſunt, inquit, inimici mei,
quos nulla unquam iniuria affeci, ſed & præuaricatores.
3 *Quia ecce uenati ſunt animam meam.*) Nullum, inquit, machinamentorum genus in
tentatum reliquerunt, qui ſuam iactant potentiam, dummodo me interimerent. Sed
probabile eſt admodum, eos id agere, ut à me priores læſi, iniuriarum de me pœnas re-
poſcere queant.
4 *Neq; iniquitas mea, neq; peccatum meum Domine.*) Nullo illos unquam dolore, in-
quit, affeci: nihilominus tamen, cum iuſtam accuſandi cauſam planè nullam habeant,
ad interficiendum me properant.
5 *Sine iniquitate cucurri.*) Hoc non tam Dauidi, quàm ei qui ex eo, quoad naturam
humanam, oriundus erat, conuenit. Hic enim ſolus hoc teſtimonij in oraculis cœleſti-
bus habet, quod peccatum non patrarit. Quemadmodum & S. Dauid in typo hæc
de illo dixit: non ut ſe ab omni labe peccati alienum aſſeueraret, ſed ut potius cum nul-
la affeciſſet Saulem iniuria, multa tamen ab eo paſſus eſſet, indicaret. In hunc modum
Symmachus quoq; tranſtulit: Cum non ſit peccatum, ita irruunt, ut opprimant.
6 *Excitare in occurſum meum.*) Senſus eſt: Obſecro te, ut cum omnia hæc tibi ſint no-
tiſſima, iudicis partes aſſumere uelis.
7 *Et tu Domine Deus uirtutum.*) Precatur à Deo uirtutum & Iſraelis, ut relictis ac ne-
glectis Iudæis, curam ſuam & omnẽ prouidentiam ad gentes transferat, illiſq; cognitio-
nis ſui lumen irradiare ſinat. Eo quòd & Meſſiæ benedicti innocentiam, & Iudæorum
cõtra illum inſaniam, ſpiritu prophetico longo antè temporis interuallo præuideret. Poſt
quam autem iſta gentibus prædixit, porrò quænam & Iudæos maneant ſupplicia ua-
ticinatur.
8 *Ne miſerearis.*) Prophetico namq; ſpiritu præditus, cum crucem præuideret, quodq;
dicturus eſſet patri Dominus, Pater remitte illis: tantam deteſtatus impietatem, orat ut
omni penitus uenia ac condonatione excidãt. Mox etiam ſpiritualis alimoniæ anguſti-
am illis minatur.
9 *Reuertentur ad ueſperam, & famem patientur ut canes.*) Nam ſicut canes, inquit, no-
cturno tempore per plateas ciuitatis diſcurrunt, ut famelicum ac latrantem quaſi ſtoma
chum expleant: ita illi quoq; ſpirituali honore exuti, canum inſtar circumcurſitãdo per
ſeuerabunt, neq; digni reputabuntur, quibus uel ſpiritalis mica offeratur. Sequentib.
autem uerbis cauſam tam grauis pœnæ ſubijcit.
10 *Ecce ipſi loquentur ore ſuo.*) Verba, inquit, quæ lingua & ore ſuo pronunciant, anci-
piti ac præacuto enſi non ſunt diſſimilia: ſed & facta à uerbis ne latum quidem digitum
diſcedunt. Lingua namq; Dominũ cruci affixerunt, dum clamarent: Tolle, tolle, cruci
fige eũ. Pilati aũt ſatellites reipſa atq; opere illorum ſententiæ ſubſcripſerunt, ac dominũ
de cruce

de cruce ſublimẽ ſuſpẽderũt. Idem & propheticus ſermo dixit: Quoniã quis hũc ſenſum
audiuit? & Symmachus pro, Quoniã quis audiuit? tranſtulit, Tanquã nõ ſit qui audiat.
Et tu Domine deridebis illos.) Conabuntur illi hæc igitur quidem, at tu uanam illorũ, 11
utpote ſine uiribus iram audis, uides atq; rides.
Nihil facies omnes gentes.) Facillimum enim tibi fuerit, non illos tantum, ſed & cun- 12
ctos ſub ſole populos uincere. Eodem modo propheta Ieſaias loquutus eſt, cum diuinã
potentiam quanta ea eſſet indicare uellet: Omnes gentes quaſi ſtilla ſitulæ, & quaſi mo
mentum ſtateræ reputatæ ſunt.
Quoniam tu Deus adiutor meus.) Tu mihi, inquit, loco adiutoris atq; protectoris es 13
uirtutis meæ. Tua etenim confiſus prouidentia conſiſtere contra quoſuis hoſtium in-
ſultus ualeo.
Deus meus, miſericordia eius praueniet me.) Dominus ſuorum preces nunquam non 14
anteuertit. eſtq; hoc ipſius philantropię quaſi proprium, ut orationes eorũ nõ expectet.
Deus meus oſtendet mihi, in inimicis meis.) Vates Dauid inimicos crucis pro com- 15
munibus inimicis habet. Et quid'nam illis euenturum ſit uaticinatur.
Ne occidas eos.) Rogo ne profuſus excindantur: cum inter illos non pauci ſint, qui ad 16
bonam frugem per reſipiſcentiam deduci poſſunt. A' morte namq; nemo, qui tui ſit me-
mor, quiq; curetur per pœnitẽtiam inuenitur. Quocirca obnixè te rogo, ne ſtirpitus eos
perdas. Quas igitur uult ut luant pœnas?
Diſperge eos in uirtute tua.) Diſperge illos, inquit, per totum terrarum orbem, quo 17
fiant palantes & exules: quoniam ſceleratam contra te conſpirationem fecerunt.
Et proſterne eos, protector meus Domine.) Concordant & hæc cum præcedenti- 18
bus. Dixit namque ſuprà: Ecce ipſi loquentur: & hic denuò peccatum oris illorum ſubij
cit, & labiorum ipſorum uerba incuſat: ut planè oſtendat luituros ipſos ob hanc uocem
ſatis grauem pœnam, quam uocem uno ore protulerunt, ut iuſtam Pilati ſententiã cor-
rumperent. Etenim cum is Dominum tanquã innocentem abſoluere uellet, iſti alta uo-
ce clamauere, Crucifige. Symmachus autẽ clarius reddit hæc: Nam pro, Diſperge illos:
ſic poſuit, Diſturba eos uirtute tua, ac deijce eos, protector Domine.
Delictum oris eorum, ſermo labiorum ipſorum.) Quæ illorũ membra coinquinata fue 19
re, illa & pœnam luent: & quoniam Domino ac Soſpitatori ſuo inſeruire detrectârunt,
Cæſaris iugum ferre cogentur.
Et comprehendantur in ſuperbia ſua.) Symmachus paulò euidentius hæc reddidit, 20
in hunc modum: Comprehendantur cum ſuperbia ſua. Sententia autem hæc eſt. Qui
execrantur, & mentiuntur in furore tuo, ne amplius ſuperſint, conſume: quoniam ſerua-
torem calumniati ſunt, mentientes eum Cæſari cenſum non eſſe dandum dixiſſe: cum
ſatis manifeſtè audiuerint eum ſic pronunciantem, Date Cæſari quæ Cæſaris ſunt, &
Deo, quæ Dei. Sed & plurimas in illum diras & probra coniecerunt. Ob execratio-
nes illas, calumniasq;, nec non oris delictum, hanc illos conſummationẽ paſſos eſſe di-
xit. Conſummationis autem nomine non intelligit omnimodum interitum, ſed quòd
Dei populus non amplius dicantur. Nam per totum terrarum orbem paſſim diſperſi,
& Romanorũ imperio ſubiecti: præterea legali cultu & reliqua qua fuerant ornati glo
ria exuti, procul à celebri illa regionis ſuæ metropoli habitant. Aliàs uerò cõſummatio-
nes multiplices illorum miſerias ac ærumnas appellat, quæ illis à Romanis illatæ fuerũt,
per quas execrationum, mendaciorum, orisq; ſui delicti pœnam exoluerunt.
Et ſcient quod Deus dominetur Iacob.) Hoc enim παράδοξον illud eſt, cui ne ipſi quidẽ 21
Iudęi ante crucem aſſenſi ſunt: ſed poſt ignominioſiſsimã illam paſsionem, toti terrarũ
orbi prædicatur & dominatur crucifixus: ita quidem ut qui ei dicto audientes ſunt eum
adorent: qui uerò fidem illi non habent metu ſeruili adacti ei ſeruiunt.
Reuertentur ad ueſperam.) Quoniam dixit in ira conſummationis, & nequaquam 22
ſubſiſtent: ne quis arbitretur prophetam ſibijpſi contradicere, in eo quòd dixit, Di-
ſperge illos in uirtute tua: commodè hanc ſubiunxit apologiam, & dixit, eos ceu canes
fame

fame contabeſcentes nocturno tempore per ciuitates diſcurſuros, neq; ullam alimoniam
conſequuturos. Viciſsitudo ſiquidem dierum facta eſt. Iudæi namq;, qui quondam erāt
filij, ob maliciam ſuam canum ſortem ſubierunt. At gentes quę olim canibus confereban
tur, filiorum honorem & nomen adepti ſunt.

23 *Ipſi diſpergentur ad manducandū.*) Symmachus hæc, quo pręcedēti particulæ reſpō-
derent, in hunc modum tranſtulit. Reuertantur ad ueſperam, ciuitatem ut canes circum-
euntes ac oberrantes ne inſatiati pernoctent. At ex ſeptuaginta interpretum ſententia
ita accipienda fuerit hæc particula, quod canum inſtar, per orbem diſperſi ſpiritualem
alimoniā ſint quæſituri.

24 *Si uerò ſaturati non fuerint.*) Illi quidem talia auſi, adeò grauia ſunt perpeſſi: at ego
clementiam tuam deprædicabo, & quoniam ſpiritualis lux emicuit, quæ diluculum orbi
adferat, infinitam miſericordiam tuam glorificabo.

25 *Quoniam factus es adiutor meus.*) Omni etenim tempore auxilio tuo ſubleuatus ſum,
tuaq; prouidentia fretus, ingruentes ærumnas effugi. Quocirca te ſolum Deum eſſe rei-
pſa expertus ſum, teq; miſericordiæ & benignitatis fontē perennem ac ſcaturiginem in-
exhauſtam appello.

PSALMVS LIX.

Argumentum.

Gratiarum actio pro regno ab hoſtibus conſeruato & conceſſa uictoria, proq; reſtitutione arcæ fœderis, uera doctrina & uero Dei cultu: quæ temporibus Saulis collapſa erant.

1 DEus repuliſti nos.*) Vaticinatur hic de captiuitate, præterea de ęquitate ac benigni-
tate Dei. Nam ob iniquitates illorum ira cōmotus, poſt ſumptum de illis ſupplici-
um denuo miſericordiæ affectu tactus eſt erga illos.

2 *Commouiſti terram.*) Innuit Babyloniorum impetum. Concuſſionis enim inſtar pror
ſus omnia perdiderunt.

3 *Sana contritiones eius.*) Philanthropiam Dei poſt hac inuocat. Sana contritiones ei-
us, inquit, quia commota eſt. Denuo quæ geſta ſint oſtendit.

4 *Oſtendiſti populo tuo dura.*) Quæ nam illa? Potaſti nos, inquit, uino compunctionis:
hoc eſt, multis ęrumnis, quaſi quodā mœroris uino animas noſtras repleuiſti. Sic namq;
& Aquila interpretatus eſt: Potaſti nos uino ſtuporis: ſtuporis nomine dolorem animi
indicans.

5 *Dediſti metuentibus te ſignificationē.*) Manifeſtius hoc S. uates Ezechiel docet. Ait e-
nim angelū ſe conſpexiſſe, cui à Deo altiſſimo hoc iniunctum fuerit, ut totam circuiret
ciuitatem, & illorū frontibus, qui ſuper populi iniquitates ingemuerant, ſignū imprime-
ret. Erant aūt illa typus ac umbra eorū, quæ nobis euenerunt. Nos namq; à Dei gratia ſi-
gnum accepimus, quo inuncti uictoriam de omnibus hoſtibus noſtris reportamus.

6 *Vt liberentur dilecti tui.*) Per hoc, inquit, ſignum, tibi oblatos defendis, qui ob ſuam
uirtutem philoſtorgia tua digni ſunt habiti.

7 *Serua dextera tua.*) Transfer, inquit, miſerias populo tuo incūbentes: & quaſi dexte-
ra quadam iacentes prouidentia tua erige. Poſteaquam igitur preces ſuas in hunc mo-
dum fudit, porrò reſponſum accipit, nec admittit ut hæc occultentur, ſed cunctos de
illis erudit.

8 *Deus loquutus eſt in ſancto ſuo.*) Id eſt, per Spiritus ſancti gratiam, lingua uatis ceu
inſtrumento aliquo uſus. At quid loquutus eſt? Exultabo & partiar Sicimam. Si-
cenia autē urbs eſt, quæ à Iacobo expugnata, Ioſepho eſt tradita: in qua Ephraim poſt
tribuum diuiſionem ſedem ac domicilium habuit. Per conuallem autem tabernaculorū,
regionem Iſraeliticam intelligit: ut quæ deſerta ſit facta, & paſtorum tabernaculis locum
dederit. Promittit igitur Deus Opt. & Max. ſe incolis illam repleturum, effecturumq;
ut ob dimenſiones inter ſe rixentur,

Meus

Meus eſt Gilead, & meus eſt Manaſſes.) Gilead loci nomen eſt, non tribus. Cognomen autem tribus eſt Manaſſes, cui terra Gilead ſtatim à principio ex diuiſione ceſſerat. Dicit igitur, & terram ſuam eſſe, & tribum: uaticinaturq; de illius reditu & locorum illorum inhabitatione. Ephraim autem pollicetur, ſe priorem ei uirtutem reſtituturum. Symmachus pro, Fortitudo capitis mei, Fortitudo principatus mei reddidit: id eſt, propugnatorem eius, ſicut olim conſtituam. 9

Iuda rex meus.) Nam quoniam à reditu tribus illæ indiuiſæ manſerũt, ſolum autem ex Iuda, Zorobabel principem ac regem habuerunt: non immeritò Ephraim principatum fortitudinem capitis uocauit: Iudæ uerò regem aſsignauit. Illud autem, Rex meus: tantundem ualet ac ſi dixiſſet, Rex à me conſtitutus. 10

Moab olla ſpei meæ.) Hæc Aquila in hunc modum reddidit, Moab olla lauacri mei: Syrus autem ſic: Vrna ablutionis meæ. Nam quoniam in huiuſmodi uaſis & abluere manus & ueſtimenta inquinata repurgare ſolemus, Moabitarũ ſubiectionem per hanc urnæ ablutionem prædixit: olla autem pro pœna & ſupplicio ſæpius in Scriptura uſurpatur. Sic & propheta Ieremias ollam ſuccenſam uidit, & faciem eius à facie Aquilonis. Dicit igitur, Manaſſem regionem ſuam recepturum, & Ephraim priſtinam ſuam uirtutẽ recuperaturum, & Iudam omnẽ regem declarãdum: Moabitas uerò illis ſubiugandos: at non illos tantum, uerumetiam Idumæos & Philiſtæos. 11

Quis deducet me ad ciuitatem munitam?) Ciuitatis munitæ nomine Ieruſalem intelligit, quam Symmachus concluſam interpretatus eſt. Nam cum euerſa fuerit, muriſq; denudata, à reditu autem mœnia in integrum reſtituta: cupit eam uates muris cinctã uidere. Vſq; ad Idumæam. Tãquam rex excurrere, & eos qui ſemper inimico fuere animo, ſeruire coactus uidere geſsit. Hęc autem, inquit, tua ſunt ò Domine opera, qui reieceras nos & Babyloniorum tyrannidi obieceras. Poſtquam igitur in hunc modum bona prędixit, nunc pro adflictis intercedit. 12

Et non egredieris Deus, cum exercitibus noſtris.) Attendis'ne, inquit, nos ſic duriter oppugnari, & nihilominus nec dux noſter es, nec acriter, ut ſolebas pro nobis dimicas? 13

Da nobis auxilium è tribulatione.) Confirma nos, cum cernas quanta oppugnemur crudelitate. Symmachus uerò muta a coniunctione, Et: paulò clarius uerba reddidit, in hunc modum: Da nobis auxilium è tribulatione. Eſt enim inanis mortalium ſalus, ulciſcere, inquit, malè affectos. Tu enim ſolus calamitates has tollere potes. Auxilia uerò quæ ab hominibus feruntur, nullius planè momenti ſunt. Illius, inquit, prouidentiam inuocabo, uirtuteq; illius confidam. Ipſe namque quæ triſtia ſunt ſatis ſuperq; diſſoluere ualet. 14

PSALMVS LX.

Argumentum.

Oratio contra hoſtes populi Dei & pro Magiſtratu, ut hunc Deus regat atq; gubernet: ſimulq; oſtenditur quibus rebus fieri poſsit, ut regna floreant: nimirum inuocatione Dei: ſpe non in armis, ſed in ſolo Deo poſita: conſeruatione ueræ doctrinæ, ueriq; cultus Dei.

Exaudi Deus precationẽ meam.) Suſcipe, inquit, preces meas ò Deus, & orationis meæ uerba propitius accipe. Docet etiam qui ſint orantes. 1

A finibus terræ ad te clamaui.) Babylonia enim cum longo interuallo à Palæſtina ſit diſsita, qui in ea exules erant, in extremis terræ finibus ſeſe habitare putârunt. 2

Dum anxiaretur cor meum.) Rogo autem ut recreationẽ, quæ à te profecta ſit, nanciſcar. Lugens etenim, & incumbentes miſerias lachrymis proſequens, auxilij tui compos factus ſum, & hoſtes ſuperaui. 3

Deduxiſti me.) Non fefellit me ſpes, quam de prouidentia tua, quòd nimirum eius particeps futurus eſſem, concepi, Nam & ductor, & turris fortitudinis mihi factus es. 4

Tua

Tua prouidentia namq; fretus, non ſolum hoſtiũ inſidias deuitabo ſed & reditu potiar.
5 *Inhabitabo in tabernaculo tuo.*) Hieroſolymam innuit. In hac enim urbe Deus cum lu
dæis loquutus eſt. Eſt itaque uerborum hæc ſententia: poſtq̃; redeundi facultas data mi-
hi fuerit, perpetuo in templo tuo commorabor, prouidentiaq; tua fruar. Alarum enim
nomine Dei prouidentiã innuit. Illud uerò, In ſeculum, pro Continuè poſuit.
6 *Quoniam tu Deus meus exaudiſti orationem meam.*) Semper te celebrabo, quoniam
exauditis precibus meis, hæreditatem maioribus promiſſam, nobis illorum poſteris re-
ſtituiſti. Hęc aũt extemplò ſimul ac ſe accinxerunt itineri dicunt.
7 *Dediſti hæreditatem timentibus nomen tuum.*) Obſeruandum fuerit, uerba hæc ueræ
hæreditatis ænigmata habere. Vera autem hæreditas nihil eſt aliud, quàm uita æterna,
quam Dominus ſe timentibus daturum promiſit.
8 *Dies ſuper dies regis adijcies.*) Ad hunc modum precati, uoti compotes fiunt, pro que
eo gratias agunt. Iam uerò Deum rogant, ut præfectum ſibi regem diu ſaluum & incolu
mem cuſtodiat. Zorobabel aliquando gubernaculum regni inter illos tenuit, at in hunc
uerborum horum ueritas non competit. Hæc quidem, Dies ſuper dies regis adijcies, in
eum quadrant: cetera non item, ſed in eum, qui ex illo ſecundum humanitatem oriundus
erat. Fuit enim Zorobabel typus & umbra Domini Chriſti. Sicut enim Zorobabel cap-
tiuos Iudæos ex Babylone reduxit: ita & Chriſtus humanam naturam, quæ captiua erat,
priſtinæ libertati reſtituit.
9 *Miſericordiam & ueritatem eius.*) Quis, inquit, reconditam & iuſtam Dei clementiã
ſatis & pro dignitate cognouerit? Sunt enim illius iudicia ueluti abyſſus multa.
10 *Sic pſallam nomini tuo.*) Semper enim te decantabo, ac quotidie munera tua exalta-
bo, ac promiſſis ſtabo. Vota enim promiſſa appellat.

PSALMVS LXI.

Argumentum.

Antitheſis eius fidei quæ Deum reſpicit, & eius quæ ſe humano præſidio fulcit: & adhortatio, qua ut hanc contemnamus, illam retineamus, admonemur.

1 NOn'ne Deo ſubiecta eſt anima mea?) Dum eò adigerentur uolentes, nolentes, ut le-
gem Dei uiolarent & eidolis ſacrificarent, ſuillaq; carne ueſcerentur, cogitationes
ſuas ad pietatem excitarunt, & pietatis zelum exacuerunt, dicentes: Ne præponas, ò ani
ma mea, ſeruitutem Deo tuo. Mox oſtendunt & quid'nam hinc fructus & utilitatis expe
ctandum ſit.
2 *Nam ipſe Deus meus.*) Seruitus, inquit, ò anima, qua Deo adſtricta ac deuincta es, ſa-
lutis tibi cauſa eſt. Ipſe namque Deus meus & omnium bonorum largitor eſt, quique
contritos corde conſolari poteſt. Huius ergo inuocata ope, ex illorum manibus qui me
proſternere conantur eripiat. Poſtquam animas ſuas in hunc modum inflammarunt,
linguam deinceps contra inimicos exerunt.
3 *Quouſq; irruitis in hominem?*) Verſus hic hyperbaton habet. Eſt autem eis hæc ſentẽ-
tia. Quouſque crudelitatem in nos exercetis? ita ut ne communis etiam naturæ rationẽ
ullam habeatis, ſed inſtar inclinati parietis & maceriæ à uento in ruinam impulſæ, impel
lere & proſternere in animo habeatis, animum gerentes cædem ac ſanguinem ſpirantẽ.
quaſi dicat, Ne ſupra modum contra eos tanquam imbecilles inſurgatis. Deum enim to
tius uniuerſi Dominum à noſtris partibus ſtantem habemus.
4 *Veruntamen honorem meum.*) Ad hanc unam, inquit, metam collimant, ut me diuina
prouidentia exuant, quæ mihi omnis & honoris & gloriæ conciliatrix eſt. Piorum ſiqui
dem honor in eo ſitus eſt, quod Deo ſuo operam ſuam accommndant. Vnde & Paulus
ubiq; Chriſti ſe ſeruum eſſe gloriatur.
5 *Cucurrerunt in ſiti.*) Inſidias, inquit, illas nequaquam obiter & tanquam aliud agen-
tes mihi collocarunt, ſed cum omni intentione animi & circumſpectione in hoc incum-
bentes, ut in impietatis foueam præcipitem me darent. At qualibus utuntur machinis?

Ore

Ore ſuo benedicebant.) Blandis quidem ſermonibus utebantur, decipere uolentes: 6
uerùm exitium ſub pectore uerſabant. Detectis itaque illorum inſultibus, denuo ſeipſos
inter ſe, ut diuinam opem expectent cohortantur.

Veruntamen Deo ſubiecta eſto anima mea.) Ne abijcias, inq̃t, ô anima mea ſeruitutẽ 7
Dei: ſed illius confirmata auxilio, infracto animo malorũ impetum propelle ac propulſa.

Quoniam ipſe Deus meus, & Seruator meus.) Nam cùm mihi certò conſtet, illum & 8
Deum uerum, & omnis ſalutis authorem eſſe, non committam ut ſeruitutem eius excu-
tiam, & alterius me dominatui addicam. Illud namq;, Non emigrabo: pro, Non transfe-
rar, poſuit. Non ero, inquit, transfuga, nec ſeruus impietatis.

In Deo ſalus mea.) Eadem uerba ſæpius inculcant, dum Deum & Seruatorem, & glo 9
riam, & adiutorem ſuum, omnium Deum nominãtes, ut impiorum inſultus propulſent.
Quocirca cæteros etiam cognatos, ad eandem pietatem inſtigant, haud ſuſtinent, ut
ſoli uictores dicantur.

Sperate in eo omnis congregatio populi.) Spretis, inquit, omnibus cognatis, ſpem in il- 10
lum firmam reponite, omniaq; ueſtri animi ſenſa ac cogitata illi offerte, certiſsimam uo-
bis de illo opem promittẽtes. Nam quod ait: Effundite coram illo corda ueſtra, hoc in-
dicat. quaſi dicat: Omnes ueſtras cogitationes offerte, neq; ullam dubitationem in ani-
mum ueſtrum admittite.

Veruntamen uani filij hominum.) Clarius hæc Theodotion in hunc modum reddi- 11
dit: Veruntamen uapor ſunt filij hominum, mendaces filij uirorum, ſicut momentum
ſtateræ. Eſtq; ſententia. Nihil in rebus humanis eſt ſolidi, ſed perſimiles fumo ſeu uapori
ſunt & ſtateræ momento. quod modò ad ima ſubſidet, modo ſurſum erigitur, nec con-
ſtans quicquam habent. Septuaginta interpretum uerſio ad hunc modum intelligenda
eſt. Vanæ ſunt res humanæ illæ quidem, quamuis illis non pauci confidant, tanquam a-
bundè affluentibus: quapropter æquabilitatem aſpernãtur, & animi ſtateram quaſi inæ-
qualiter tenentes, ius & fas omne contemnunt, & in iniuſticia uiuere malunt.

Ex uanitate ſimul.) Nullum autem hinc fructum, nullamq; utilitatem referunt. Sunt 12
enim uanitati cuncta obnoxia, & mutationi ſubitæ expoſita. In hunc enim modum Sym
machus reddidit: Ipſi ſimul uani redduntur. Cohortationem autem hinc ad eos conuer-
tit, qui diuitias ſuas iactitant.

Nolite ſperare in iniuſticia.) Non eſt, inquit, ut eam felicitatem, quæ ex iniuſticia & 13
rapina ortum habet, rem precioſam aut magnopere expetendam eſſe exiſtimetis.

Diuitiæ ſi affluant.) Cum uideritis opes inſtar fluminis domibus ueſtris illabi, noli- 14
te animum ueſtrum illis totum addicere ac mancipare. Cur autem hoc das conſilij &
admonitionis?

Semel loquutus eſt Deus.) Audiui, inquit, Deum totius uniuerſi Dominum hoc cœli- 15
tus detonantem, fore iudicium, & in eo retributionẽ tam bonorum quàm malorum. Il-
lud uerò, Semel loquutus eſt Deus: non numeri ergo, ſed quòd certò ita futurũ ſit. Pro-
mulgauit, inquit, ſemel loquutus eſt Deus, quocirca aliter fieri nequit. Quapropter &
ſupplicij præuaricatorum, & beneficentiæ Dei, quæ pijs impendetur, mentionem facit.
Hæc profectò legis conditor Deus promiſit. Ego enim, inquit, ſum Dominus Deus
tuus, Deus zelotes, reddens peccata patrum in filios uſq; ad tertiam & quartam gene-
rationẽ, ijs qui oderũt me: & faciens miſericordiã in multas myriades, ijs qui diligũt me.

PSALMVS LXII.

Argumentum.

Cum Saulem fugiſſet S. Dauid, ad Abimelechum uenit, & inde ad Achin regem Geth: ubi rurſus in diſcrimen incidit. Hinc in deſertum ſeſe recepit, tanquam ad aſylum: in quo Pſalmum hunc compoſuit, & quo erga Deum animo ſit detexit, Saulisq; interitum prædixit.

D*Eus, Deus meus.*) Amor, inquit, quo erga te animus meus deflagrat ſomno etiam 1
me priuat, utq; te adorem inſtigat.

2 *Sitiuit te anima mea ſuprà quã dici poteſt.*) Theodotion reddidit, Sæpenumero: Sym
machus, Concupiſcit. Inſeruit autem omnes interpretationes, quo innueret, illud ποσα-
πλῶς non eſſe duarum partium dictionem, ſed unam eſſe unius partem, quæ ſermonis
ſignificet epitaſin. Nam caro etiam in animæ amorem conſentit, neque eius ſtudijs refra
gatur. Eſt itaq; uerborum hæc ſententia: Cum anima, tum corpus te deſiderãt, non ſecus
ac ſi quis aquam uehementer ſitiat, iucundiſsimam, limpidiſsimamq́.

3 *In terra deſerta & inuia, & in aquoſa.*) Nullum mihi detrimentum uaſta ſolitudo at-
tulit, uerùm nõ ſecus ac ſi ſacro tuo aſtitiſſem tabernaculo, laudes tibi offero. Illud enim,
In ſancto, de tabernaculo intelligit. Neq; enim adhuc templum eſtructum fuerat.

4 *Sic in ſancto apparui tibi.*) Præſtò ſum, inquit, ineffabilem tuam potentiam contem-
plans. Cum enim natura tua ſit eiuſmodi, ut humana intelligentia comprehẽdi nequeat:
ab operibus tuis glorificandi te materiam ſumo.

5 *Sic benedicam tibi in uita mea.*) Faciam hoc per totam uitam meam, ut lingua mea te
celebrem, & beneficentiam tuam inuocem. Hymnodiam autem tuam animi pinguedi-
nem eſſe arbitror, unde illa pinguis ac bene ſaginata reddatur. Solida enim oblectatio
eſt, uerbi tui iugis meditatio.

6 *Et labijs exultationis laudabit os meum.*) Omni igitur animi mei propenſione te lau-
dabo, utpote qui quid ex eo utilitatis conſequuturus ſim, compertum habeam.

7 *Si memor tui fui ſuper ſtratum meum.*) Hæc uerba Symmachus ſic reddidit: Recor-
dor tui ſuper ſtratum meum, ſingulis cuſtodijs de te meditabar, & ſub alis tuis protectus
te celebrabam. Nocturnas autem cuſtodias innuit. Etenim quibus uigilandi prouin-
cia iniuncta eſt, noctem illi in partes diuidunt certas, quo alij alijs ex ordine ſucce-
dant. Alij autem in tres, in quatuor alij cuſtodias noctem partiuntur. Dominus quarta
cuſtodia ad Apoſtolos ueniſſe legitur. Dicit igitur S. Dauid: Etiam in lectulo iacens,
iucundiſsimo ſomno excuſſo, omnibus uigilijs de te cogitabam, & hymnis tibi propter
collata in me benemerita gratias agebam. Velut enim operculo quodam, inſuperabili
& firmiſsima prouidentia tua me tueris.

8 *Adhæſit anima mea poſt te.*) Ne momẽtum quidem temporis cogitationem meam
à te aliò auertere poſſum: ardentiſsimo incenſus amore, quaſi quodam glutimine, recor-
datione ac deſiderio tui adglutinatus ſum. Mox huius deſiderij emolumentum indicat.

9 *Me autem adiuuit dextera tua.*) Quoniam enim me ita animatum eſſe cernis, proui
dentia tua dignaris.

10 *Ipſi uerò fruſtrà quæſierunt animã meam.*) Licet, inquit, iniuria ſint à me nulla affe-
cti: tamen ut me interficiant, id ſatagunt.

11 *Introibunt in inferiora terræ.*) Scio tamen illos morituros. Hinc etiam de modo gra-
uiſsimi illorum interitus uaticinatur.

12 *Tradentur in manus gladij.*) Patientur hoc, inquit, ab hoſtili manu.

13 *Partes uulpium erunt.*) Eueniet illis hoc, inquit, non ab hoſtibus ſingulari potentia
formidandis, ſed à uicinis Philiſtæis, qui uulpium inſtar interdum irruunt, ſedulo tamen
repulſu fugam arripiũt. Significatur autem hic obuius ſenſus, quòd plurimi illorum, qui
in prælio occubituri erant, ſepulturæ extremo honore cars ituri, & beſtijs in eſcam obij-
ciendi forent.

14 *Rex uerò lætabitur.*) Mihi uerò, inquit, tradito mihi abs te regno, illorum interitus uo-
luptati neutiquam erit: ſed tua prouidentia, cuius beneficio multas ac uarias inſidias ini-
micorum declinaui, me delectabit.

15 *Laudabitur quiſq; iurauerit in eo.*) Confidentes igitur, uniuerſi regem de cætero no
minabunt, perq; ſalutem ipſius iurabunt, neq; poſthac calumniatores, quorum ora mor-
te ſunt obturata, metuens. Superſtite etenim Saule, non erat illis tutum, cum Dauide col
loqui: illo uerò extincto, tutò cuncti debitum regi titulum aſsignabant, il-
liusq; ſalutem iuramenti uice uſurpabant.

PSALMVS LXIII.

Argumentum.

Ardentiſsima in hoc Pſalmo precatio extat, contra omnes Eccleſiæ Dei calumniatores: quorum omnibus ſeculis infinitus eſt numerus.

EXaudi Domine uocem meã.) Acquieſce, inquit, Domine, precibus meis, animumq́ 1
mihi adde, ne inimicorum meorum inſidias pertimeſcam.
Protege me à conuentu.) Malignantium conciliabulum, iniquitatis & conſpiratio- 2
nis in malicia titulo inſignit, quod ſuperare omnino exoptat. Protege me, inquit, quaſi
mœnib. quibuſdã ac uallo circundatũ prouidẽtia tua. Hinc plurimas machinas enũerat.
Qui exacuerunt ut gladium.) Calumniam, inquit, ad bellum contra me motum ador 3
nant, licet nullam illis prorſus cauſam dederim. Eum enim hîc immaculatum nominat,
quem aliâs inſontem uocamus. Illud, Rem amaram: Aquila, Verbum amarum reddidit:
Theodotion, Sermonem amarum. Deinde quòd dicit, In ocultis: Abſconditum dixit
Symmachus. id eſt, technis & inſidijs utuntur. Quod & ſequentia uolunt.
Subitò ſagittabunt eum.) Inſidias ſtruentes, inquit, de improuiſo impetum faciunt, 4
Dei omnia aſpicientis nulla ratione habita.
Firmauerunt ſibiÿpſis ſermonem prauum.) Clarius hæc Symmachus reddidit: Obti- 5
nuerunt ſermonem prauum, narrauerunt ut abſconderent laqueum. Ad mortem quip-
pe quærentes me, conſilia inter ſe contulerunt, cuiuſmodi technas erga me ſtruerẽt, quas
quidem & in effectum deduxerunt. Quæ omnia ut auderent, nihil aliud in cauſa fuit,
quàm quòd neminem hominum hæc ſubolfacere perſuaſum ſibi haberent. Quæ namq;
iam ſequuntur hoc planè innuunt: dixerunt, Quis uidebit eos? Arbitrantur, inquit, ne
minem eſſe, qui eorum quæ committunt iudex futurus ſit.
Scrutati ſunt inquitatem.) Omnem, uult dicere, lapidem mouerunt cogitando, de- 6
cipiendo, inſidias collocando, palàm impetum faciendo: ad quæ perficienda explorato
ribus uſi ſunt, ſolitudines circuiuerunt, & petroſa quoq; loca luſtrarunt.
Accedet homo.) Theodotion paulò clarius hoc tranſtulit, uerba eius hæc ſunt: Et mẽ 7
tem uiri, & eorum profundum ſagittabit Deus. Quamuis modis omnibus conatus ſuos
celant, Deo tamen, cuius oculos nihil latet, omnes patent: qui ſuo tempore altitudinem
ſuam declarabit, & huiuſmodi potentatus in ius uocabit.
Sagitta paruulorum.) Quãuis tantã erga me poteſtatẽ exeruerint atq; uerſutiã decla- 8
rauerint, optatã tamen metam curſu ſuo haud cõtigerũt. Linguæ eñ illorũ puellorũ iacu
lis ſimiles ſunt: utpote quæ ijs plus, qui ea eiaculantur, quã in quos emittuntur, nocent.
Conturbantur omnes.) At qui animaduertebant ſuis illos excidiſſe auſis, metu per- 9
culſi diuinã prouidentiã uehemẽter ſuſpiciebant. Idẽ enim & ea, quæ ſequunẽ innuunt.
Et timebat omnis homo.) In contemplationem ſiquidem diuinæ prouidentiæ intro 10
ducti, myſterium cœleſte admiratione proſequebantur.
Lætabitur iuſtus.) Summo afficientur gaudio, quibus lex Dei cœlitus promulgata 11
cordi ac curæ fuit, ſpemq́, quã de Deo conceperũt firmiorẽ redddent, & gloriam ab ijs
auferent hominib. qui à uia Domini neq; ad ſiniſtram, neq; ad dexterã declinauerunt.

PSALMVS LXIIII.

Argumentum.

Pſalmus eſt multò ſuauiſſimus. Primi namq; uerſus gratiarum actionem continent. Mox pro peccatorum remiſſione orat: pro conſeruatione uerbi & exauditione. Hinc politica commemorat Dei beneficia, quòd nimirum largiatur pacem, & agros benedictione proſequatur: ita quidem ut totus annus nihil ſit aliud, quàm quædam quaſi corona, ex beneficijs Domini apta atq; conflata. Sunt autem nonnulli, qui allegoricè Pſalmum hunc de Meſsiæ benedicti regno interpretantur: idq; ut faciant, duobus Pſalmi huius uerſibus adducuntur. Quorum unus, Omnis caro ad te ueniet: alter, Tu es ſpes omnium finium terræ, & eorum qui remoti degunt in inſulis. Neq; enim huius generis allegoriæ propheticæ in Scriptura raræ ſunt.

TE decet hymnus Deus in Sion.) Quadrant ferè omnia Pſalmi huius uerba Iudæis, in- 1
captiuitate Babylonica degentibus. Cũ enim illi reditũ ad lares patrios deſiderarẽt,

Pſalmum hunc compoſuerunt. Vaticinijs autem de reditu in patriam, prophetia de ſal-
uandis gentibus inſerta eſt. Te decet hymnus. In illa, inquit, ciuitate, ut hymnos tibi of-
feramus mandaſti. Precor itaq;, ut inibi hunc tibi præſentare nobis fas & integrũ ſiet.
2 *Ad te omnis caro ueniet.*) Vaticinium uerſus hic continet, de ueri Dei cognitione
uera ethnicis quoq; communicanda. Nunc quidem, inquit precamur ex animo, ut redi-
tus in patriam nobis concedatur, quo in eo templo, quod tibi conſecratum eſt hym-
num offeramus, & tandem mortales omnes plurium deorum falſa perſuaſione libe-
rati, ad uerum Deum ſeſe conuertant.
3 *Verba iniquorum præualuerunt ſuper nos.*) Symmachus ita reddidit: Verba iniquo-
rum inualuerunt contra me. Sententia eſt: Atheis & iniuſtis ſeruire uolens nolens coa-
ctus ſum. Sed & cauſam ſeruitutis huius exponit.
4 *Et impietatibus noſtris tu propitiaberis.*) Non inique, inquit, ad ſeruitutem redactus
ſum, ſed propter mea ſcelera olim perpetrata: à quibus per miſericordiam tuam libe-
rari cupio.
5 *Beatus quem elegiſti.*) Populus hic, quem cæteris omnibus antepoſuiſti gentibus, a-
mabilis plane eſt atq; beatus. Atrijs enim illis tuis aſsiſtens ſacratiſſimis, benedictione
inde manante fruitur.
6 *Sanctum eſt templum tuum mirabile in iuſticia.*) Templum, inquit, tuum ſanctitate
eſt conſpicuum: ad quod qui accedunt, per oracula iuſticiam addiſcunt.
7 *Spes omnium finium terræ & in mare procul.*) Vaticinatur de totius orbis ſalute, Ia-
cobi patriarchæ uerborum memor: Non deficiet princeps ex Iuda &c. Quem quidem
principem Gentium expectationem appellauit, ſpem item omnium finium terræ &
eorum qui procul in mari degunt. Quorum nomine eos innuit, qui inſulas incolunt, &
(ut res in pauca uerba conferatur) qui uel extremos orbis fines ad inhabitandum ſortiti
ſunt. Quocirca, ait, exaudi nos, qui paulo poſt uniuerſam naturam hominum luce es co-
gnitionis tuæ illuſtraturus. Mox & potentiam Dei, quoad poteſt fieri deprædicat.
8 *Qui præparas montes in uirtute tua.*) Pro, Qui præparas: Symmachus, Qui firmas, red-
didit. Et illud, Qui conturbas profundum maris; Theodotion, Qui mitigas, uertit. Di-
cit autem. Firmos reddis & immotos montes, mare autem & commoues, & componis,
prout tibi uiſum fuerit. Quæ omnia incredibili tua illa omnipotentia, qua ceu zona
quadam cinctus es, perficis. Zonæ autem nomen translationis uſurpatione uſurpauit,
per quam Dei potentiam indicauit. In ſequentibus uerò & Teſtamenti noui catertho-
ma contexit.
9 *Turbabuntur gentes & timebunt.*) Conciones ſacras Apoſtolorum innuit. Maniſe-
ſtum hic reddti eum, qui conſternationem erat ac fluctuationem moturus mortalibus,
iuxta illud Domini dictum: Veni enim ſeparare homines à proximo ſuo, filium à patre,
nurum à ſocru &c. At poſtea conturbationem hanc & ſedauit, & conſtituit.
10 *Qui habitant terminos à ſignis tuis.*) Perturbatione illa magna explicata, timor quo-
que ſubſequutus eſt, quem miracula auguſtiſsima excitarunt, qui tamen ad pietatem
informat.
11 *Exitus matutinos ac ueſpertinos delectabiles facies.*) Homines etenim miraculorũ me-
tu conſternati, priſtino errore relicto, & uero Deo cognito, & ſub ortum & ſub occa-
ſum diei. optimam & Deo acceptiſſimã hymnodiam offerunt. Nihil enim ſibi uult aliud
Symmachus, cum ait: Ortus diluculi, & ueſperas hymnis & pacem celebrant.
12 *Viſitaſti terram & inebriaſti eam.*) Quod Symmachus in hunc modum reddidit: Fer-
tilitate fructuum dica eam. Viſitabis terram & irrigabis eam. Neq; enim in poſterum no-
bis tantũ ſpiritualẽ irrigationẽ adferes: uerum etiã totum terrarum orbem, ad ſatietatem
uſq; diuinis tuis ſulcis irrigabis, ô Domine. Sulcorũ aũt appellatiõe Apoſtolos intelligit.
13 *Flumen Dei repletum eſt aquis.*) Septuaginta interpretum ſententia flumen gratia Sa-
croſancti ſpiritus eſt, quæ in ſulcos quaſi diuiſa, ſermonem ſapientiæ alijs infundit, alijs
ſcientiam, alijs chariſmata ſanationum, & per hos uniuerſum quaſi orbem irrigat. Para-

Paraſti cibum illorum.) Aliter Symmachus: Proferes ex ea omnis generis fructuum 14
fertilitatē, quoniā ita firmaſti eā. A priſtino enim errore eam reuocabis, & præceptis pie
tatis corroborabis: qua ratione omnino efficies, ut maturos uirtutis fructus proferat,
qui te exhilarent & germinantes oblectent. Nam ut Septuaginta placet interpretibus,
fructus qui naſcitur nutrimentum eſt germinantium.

Sulcos eius inebria.) Liquet hinc prophetiam hic de futuris rebus contineri, & nequa 15
quam narrationem de præteritis. Quod autem dicit, Multiplica germina eius, hoc uult:
Hoc, inquit, age ô Domine, ut animi eorum ſenſa cogitataq; tanquam ſulcos quoſdam
irriges, & ad fertilitatem fructuum excites.

In ſtillicidijs eius.) Sed & exhilarabunt, & florere facient eam, quæ ſuo tempore à do- 16
ctoribus adferentur ſtillicidia.

Benedices coronæ anni benignitatis tuæ.) Eſaias hunc benignitatis annum, acceptum 17
annum nominat. Eſt autem nihil aliud, quàm illud ipſum tempus, quod incarnationem
Soſpitatoris noſtri ſubſequutum eſt, ut quod unicam illam pietatis fertilitatem prolatu-
rum erat. Prophetæ itaq; uerba hanc benedictionem exoptant.

Pingueſcent ſpecioſa ſolitudinis.) Benignitas iſta ubi affulſerit, deſertum illud perue- 18
tuſtum maturos fructus proferet: templa item hucuſq; cacodæmonum coinquinata ſa-
crificijs, uiros dabunt Deum perpetuo celebrantes, & angelicam uitam ducentes, unde
illuſtria & conſpicua euadent. Res autem ipſa uerbis his reſpondet. Cernimus namq; o-
mnia montium cacumina, licet altiſſima, occupata & exercitationem uirtutis complexa.

Induti ſunt arietes ouium.) Arietes ouiū, Ezechiele etiā teſte, potentes ſunt. Cū enim 19
Dn̄s piſcatores mechanicosq; artifices elegerit, iā Spiritus ſancti gratia etiā hoſtiū ac po-
tentū ſalutē prædicit: Baptiſmati enim ſacro nō oues ſolūmodo, ſed & arietes ſeſe ſiſtūt.

Et ualles abundabunt frumento.) Pauperes, inquit, dummodo pietatem amplexi fru 20
ctum ſuum Chriſto afferunt. Sed & prædicti omnes cum ſumma propenſione animi
Deum celebrabunt, quòd eiuſmodi humanæ naturæ immutationem largitus ſit.

PSALMVS LXV.

Argumentum.

Conſcripſit David *Pſalmum hunc ijs, qui in* Babylone *fuere captiui: non ut qui adhuc pro redi-
tu orauerint, ſed ut qui illo iam potiti & in itinere conſtituti erant.* Vaticina-
tur autem ſimul & de gentium ſalute.

IVbilate Deo omnis terra.) Vniuerſa mortalium natura non incommode ad huiuſmo- 1
di communionem conuocatur. Quoniam in ipſis adumbrata ſunt, quæ ad ſalutem o-
mniū ſpectāt. Sicut enim ipſi ex captiuitate Babylonica in libertatē aſſerti ſūt: ita omnes
homines à duriſſima ſathanæ tyrannide liberati. Deinde & modum hymnodiæ docent.

Dicite Deo, quàm terribilia ſunt opera tua.) Quæ à Deo facta ſunt admirabilia, ea ad 2
mirationem ob potentiam merentur. Tanta enim ſunt, eiuſq; generis, ut excellentia eo-
rum quæ fiunt, ne fidem quidem ullam apud impios inueniat.

In multitudine uirtutis tuæ mentiuntur tibi inimici tui.) Vbi cognitionis tui lumine 3
orbem illuminaueris, tunc plurimos ad pietatem adduces. Sed & qui incredulitatis inuo
luti ſunt caligine, impietate relicta, pietatis ſpeciem præ ſe ferent.

Omnis terra adoret te.) Prophetia hæc de præſenti ſeculo eſt edita, quo ubiq; gentiū 4
Deus Opt. & Max. celebratur, ac Dominus Chriſtus à cunctis altiſſimus iudicatur.

Venite & uidete opera Dei.) Mentem Dei, inquit, percipite, ſingulaq; quæ ab illo fi- 5
unt expendite, & ſapientiam eius ineffabilem ſuſpicite, cuius beneficio omne genus mor
talium in pietatis uiam reuocatur. In eundem modum Theodotion etiam: Terribilis, in
quit, in conſilijs ſuper filios hominum. At Symmachus, Terribilia, inquit, machinamen
ta pro filijs hominum. Vtitur etenim hominum ſalutis gratia terribilibus machinis. De
cætero olim geſta commemorantur.

6 *Qui conuertit mare in aridam.*) Temporis mutatione facta, de præteritis ac ſi futu-
ra eſſent uerba facit. Sunt tamen nonnulli interpretes qui tempus retinuerunt. Symma-
chus ita reddidit: Mutauit mare in aridam, in flumine tranſierunt pede. Hic enim Deus
eſt, inquit, cui & nos reditum, & uos ſalutem debemus: qui olim mari & flumine diuiſis
maiores noſtros extra omnem periculi aleam conſtitutos tranſire iuſſit.
7 *Illic lætabimur in ipſo.*) Ad Iordanem. Mentione enim facta, quo'nam in loco maio-
res ipſorum pede flumen tranſierunt, ſubiecit: Illic lætabimur in ipſo.
8 *Qui dominatur in potentia ſua in populum.*) Nõ nos tantũ regit ac gubernat, uerũetiã
orbem terrarũ uniuerſũ, quin & breui tẽporis ſpacio cunctis ſui cognitionem largietur.
Poſtquã hoc uates ſic prædixit dilucide, deinde eos etiã, qui prædicationi cõtradicturi e-
rãt, ſpiritualib. oculis perſpicue contẽplatus eſt, diligẽter & horũ incredulitatẽ prædicit.
9 *Qui exaſperant, non exaltentur in ſemetipſis.*) Theodotion tales uocauit declinantes,
Aquila deficientes. Multo autem clarius reddidit Symmachus in hunc modum: Incre-
duli non exaltentur in ſemetipſis. Sed & huius prophetiæ finem cernere licet. Nam & i-
pſi Græci, qui uel tres uel quatuor ſimul in impietate perſeuerant, apud ſeipſos criſtas
erigunt, utpote qui cum reliqua multitudine in errorem ſimul abducti non ſint. Hoc
namq; reſpicit, cum ait, Non exultentur in ſemetipſis. Exacerbant enim contra ſeipſos
iudicem iuſtum, & ſupplicium ſibi iuſtum accerſunt.
10 *Et auditam facite uocem laudis eius.*) Symmachus illud ἀκȣτίσατε hoc eſt, audire facie
reddidit, ἀκουσὴν ποιήσατε, hoc eſt auditorem facite. Pergit autem cohortari gentes, ut in
ueteratis religionib. poſt tergũ quaſi reiectis, Deum ſuũ collaudent, & illius potentiæ
ignaros inſtituãt. Hoc enim ſibi uult cũ dixit: Audire facite: hoc eſt, & alios informate.
11 *Qui poſuit animam meam ad uitam.*) Licet eñ impijs me hominib. tradiderit, nequa
quam tamen paſſus eſt, me ſubuerti & à uia recta exorbitare. Quæ omnia piorum cho-
rus exequutus eſt. Amandauerat enim ad illos Deus pietate inſignes, qui inſtar pædo-
tribarum cunctos in pietatis myſterijs inſtituerent ac dirigerent. Cum illis Ezechiel &
Daniel erant. His & alijs huiuſmodi conuenit, ut præcedentia dicant. In illorum perſona
etenim iſta Spiritus ſancti gratia ſcripſit.
12 *Quoniam probaſti nos Deus.*) Permiſiſti ut hæc pateremur, quo omnibus pietatis ſyn
ceritas nota fieret.
13 *Igne nos probaſti, ſicut probatur aurum.*) Huius generis & caminus erat, in quo ſpiritus
athletas ſuas recreauit: necnon laqueus, leonum lacus & laqueus inobſeruatus, quem
Propheta effugit. Eſt autem à ueritate haud abſonum, eos inſtar captiuorum ac ſeruorũ
uerberibus & flagris cæſos fuiſſe ab ijs, in quorum captiuitate detinebantur. Quocirca
hæc etiam inter cætera dixerunt, Poſuiſti tribulationes ſuper dorſum noſtrum. At poſt
quam ab his omnibus liberati fuerimus, redeundiq; facultatem adepti, ſacrificia tibi ex
præſcripto tuæ legis certatim offeremus.
14 *Introibo domum tuam in holocauſtis.*) Animo pergrato, quæcunq; tibi, ô Domine, p-
miſi, reipſa præſtabo.
15 *Holocauſta medullata offeram tibi.*) Sacrificabo quæcunq; ſum pollicitus, idq; luben-
ti faciam animo. Sunt autem medullata ſacrficia nihil aliud, quàm ſaginata ac pinguia.
Præcepit autem diuina lex, à macula omni aliena & integra offerri. Quocirca Malachias
eos diris diuouet, qui cum talia habeant, nihilominus tamen manca offerre non erube-
ſcunt. Cuiuſmodi etiam Caini erant primitiæ. Hinc itaq; diſcimus precioſiſſima quæq;
diuino Numini offerenda eſſe.
16 *Venite, audite & narrabo uobis, omnes, qui timetis Deum.*) Nequaquam inquam te-
mere & citra rationem certam, talium donorum oblationem pollicitus ſum: uerùm quo
niam egregijs ab illo donis affectus ſum, quæ ut & uos omnes, qui Deum reuerenter ti
metis, agnoſcatis rogo. In eũdem modũ alibi quoq; loquitur: Vota mea reddã in cõſpe-
ctu timentium eũ. Vnde diſcimus, ut illorũ habeamus conſortiũ, illiſq; diuina myſteria
cõmunicemus. Ne detis eñ, inquit, quæ ſancta ſunt canib. Et myſteria mea mihi & meis.
Ad ipſum

Ad ipſum ore meo clamaui.) Symmachus ita reddidit: Ore meo inuocaui,& exaltata 17
eſt confeſtim lingua mea. Simulac enim preces profudi meas, uoti mei compos factus
ſum: ideoq; gaudio perfuſus,in gratiarum actionem ac laudem prorupi. Illud, Iniuſtici-
am ſi aſpexi &c. Symmachus ſic tranſtulit: Iniuſticiam ſi præuidi in corde meo, non ex-
audiat me Dominus. Hoc eſt, Si cum orabam, ut à ſeruitute in libertatem aſſererer, ac
reditu potirer, iniuſticiam animo concepi aliquam, quam à reditu facerem, ne conceda
tur ut diuinæ beneficentiæ particeps euadam. Res autem ipſa à mendacio me alieniſſi-
mum eſſe abunde ſatis teſtatur.

Propterea exaudiuit me Deus.) Ab huiuſmodi cogitationibus,ubi me purgatum uide 18
ret, præclaris me ſuis muneribus dignatus eſt. Poſteaquam autem piorum chorus in hunc
modum hæc expoſuit, hymno ſermoni finem imponit.

Benedictus Deus.) Hymnis, inquit, benefactori gratiam refero, qui & precibus meis 19
acquieuit,& clementiam impertiuit.

PSALMVS LXVI.

Argumentum.

Vaticinium de incarnatione uerbi Dei, ſalutiferaq; apparitione, & ſimul de omnium gentium ſalute.

D*Eus miſereatur noſtri.*) Regius uates Dauid ſalutem uniuerſo orbi, cunctiſq; eius 1
inhabitatoribus per Dei apparitionẽ affulſuram ſpiritualib. oculis contemplatus,
orauit ut illa primo quoq; tempore exhiberetur. De qua quidem in ſequentibus clarius
nos inſtruit.

Ut cognoſcant in terra uiam tuam.) Quo cæteri etiam, inquit, in terra habitantes in 2
uia ad te ducente inſtituantur,& ad hunc dirigantur. Ne quis autem in Iudæos hæc com
petere exiſtimet, ſubiunxit: In omnibus gentibus ſalutem tuam.

Confiteantur tibi populi Deus.) Ex animo, inquit, hoc precor, ut appareat uultus tu- 3
us: quo & illi populi qui in tenebris deſident lumine perfundantur, atq; ad ſalutem ad-
ducantur.

Confiteantur tibi populi omnes.) Par & æquum eſt igitur, inquit,ut omnes cum popu 4
li, tum gentes exhilarentur, & beneficia tua celebrent. Intellexerunt ſiquidem, eorum
omnium quæ ſunt, plane nihil eſſe neglectum,ſed quòd tu ſis iudex omnium,iuſtas pro-
nuncians ſententias, ac dirigens errantes ad ueritatem, quiq; fidem tibi adhibere nolũt,
pœna afficiens.

Confiteantur tibi populi Deus.) Eadem ſæpius uerba inculcat, quo auditores alacrio 5
res efficiat. Non enim iam ignorauit Deum totius uniuerſi, ſed iucundiſſimum illi pieta
tis fructum afferunt.

Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus.) Quemadmodum ſecundò ad 6
hymnodiam Gentes inſtigauit: ita & ſecundò ſalutem illis precatur. Eſt autem obſeruã
dum, homines cum Deo benedicunt,nonniſi uerba illi offerre: Contrà, Deum cum be
nedicit homini, uerba ipſo effectu confirmare,omniſq; bonorum generis prouentũ ſub
miniſtrare. Docet præterea, qua'nam ratione diuinarum benedictionum conſortes fi-
eri queamus.

Et metuant eum omnes fines terræ.) Cui enim diuinam legem uiolare ac tranſgredi 7
religio eſt, is & futurum tribunal ob oculos ſemper habet, & præceptorum Dei cuſtodia
Deum legislatorem colit. Qui quidem cultus benedictionem Dei affert.

Eandem igitur mortalibus omnibus metam, timorem nimirum Domini,præfigit.

PSALMVS LXVII.

Argumentum.

Cum ſanctus uates Dauid impietatem paſſim obtinere, ac diabolũ præualere uideret, de Seruatoris aũt aduentu per Spiritum ſanctum edoctus eſſet, hanc ad Deum protulit orationem, obſecrans ut quàm citiſſimè adueniret: atq; ita futurorum confeſtim reuelationem accepit, doctusq; eſt, ac ſimul docuit de mortalium ſalute, & aduerſariorum exitio, & in ſumma de inopina mortaliũ immutatione.

1 E*Xurgat Deus.*) Domine, inquit, Tempus inſtat ac præ foribus quaſi eſt ſurgendi,
& ſalutem generis humani adornandi. Hoſtium enim inſolentia præſentiæ tuæ ful-
gore diſpulſa illico euaneſcet. Per reſurrectionem autem hoc loco patientiæ abdicatio-
nem intelligit. Sed & nos hoc in more habemus poſitum, ut cum nimium clementes iu-
dices ad ſumendum de iniuſtis ſupplicium excitare uolumus, hiſce phraſibus utamur:
Surge, excitare, & ſi quæ ſunt eiuſdem generis aliæ.
2 *Sicut deficit fumus, deficiant.*) Sicut nãq; uenti ſuo impetu fumũ diſſipãt, & igni admo
ta cera liquefit: ita aduentu tuo, ô Domine, in nihilũ redigentur mortalium inimici. Nam
quos Septuaginta interpretes peccatores, eos reliqui interpretes impios appellauerunt.
3 *Et iuſti lætentur.*) Hiſce uerbis ſatis innuit, ſe non contra homines, ſed potius cacodæ
monas uerba hæc protuliſſe, quibus diſiectis, inq; nihilum redactis exultaturæ erant Gẽ
tes, & ſeruatorem Deum laudaturæ.
4 *Cantate Deo.*) Mandat hæc oratio Apoſtolis, ut tripudiãtes quaſi & canentes ad gẽ
tes excurrant, uiamq; regi ſuo præparent. Reſpondent aũt hæc illis, quæ Dñs ipſe illis lo
quutus eſt, dicens: Euntes docete gentes. & quæ ibidẽ ſequuntur. Explanatur aũt Dñi
uia, interueniẽte ſacroſancti baptiſmatis diſciplina. Quod aũt eum ſuper occaſum aſcen
diſſe ait, caliginem & tenebras illas intelligit, quibus tamdiu mortalium animi inuoluti
fuere. Symmachus ſic uertit: Sternite uiam ei, qui inequitat in terra inhabitabili. Eſt
autem ſolitudo inhabitabilis. Habet autem hoc in more Scriptura, ut ſolitudinis nomine
gentes intelligat. Lætare, namq; ait, ſolitudo ſiticuloſa. Huic igitur uaſtæ ſolitudini, quæ
incolatur ineptæ, & luce omni priuatæ, ideoq; occaſus nomine appellatæ, Sol iuſticiæ
exortus eſt: ac diſiectis tenebris, quæ inhabitari inepta erat, in templum ſuum conuertit.
5 *Turbentur à facie eius.*) Eius enim quem iuſtum eſſe iudicem norunt, aduentum non
tolerant. Orphanorum & uiduarũ enim nomine, diuinam prouidentiam denotat. Hanc
autem perturbationem dæmonum etiam Euãgelica nos hiſtoria docet. Dicebant enim,
Quid nobis & tibi, fili Dei? & quæ ſequuntur.
6 *Deus in loco ſancto ſuo.*) Quoniam dixit, Exurgat Deus: &, Iter facite ei, qui aſcendit
ſuper occaſum: commode ſubiecit, Deus in loco ſancto ſuo: tantum non dicens, Nemo
omnipotentem Deum diſpenſationes ſuas tranſitione uſum exequi arbitretur. Eiuſdẽ
eſt generis, quod Dominus ipſe dixit, Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de
cœlo, filius hominis, qui eſt in cœlo. Hiſce ſiquidem uerbis naturam diuinam, quæ nul-
lis finibus ac terminis circumſcripta eſt, innuit: & docuit, quòd quamuis deſcenderit, &
unà conuerſaretur, & inter homines ageret, nihilominus tamen in cœlis, à patre neutiq;
ſeiunctus eſſet.
7 *Deus habitare fecit unius moris in domo.*) μονοτρόπυς, id eſt, unius moris, eos appellat,
qui eandem metam habent propoſitam, & ſolius ſtudiũ uirtutis conſectantur. Per uin-
ctos autem eos intelligit, qui peccati uinculis intricati erant, quos ſolutos in fortes ac ma
gnaminos uiros euaſuros uaticinatur. In his numerari poſſunt, Zachæus, Matthæus &
alij his ſimiles. Sed non uinctos ſolummodo fortes reddet: ſed & illis qui ad extremam
erant impietatem redacti, ſalutem æternam conferet.
8 *Deus cum egredieris in conſpectu populi tui.*) Cum populum tuum, ô Domine, per inha
bitabilem ſolitudinem iter facientem præcederes, terra commota & cœli deſtillarunt.
Quaſi dicat: Cum per illam ſolitudinem profecturus eſſes, quæ fulgoris lucis tuæ
nondum particeps facta fuerat, terram quidem conquaſſaſti & commouiſti, è cœlo au-
tem gratiæ tuæ copioſum imbrem pluiſti. Quod quidem crucis tempore factum eſt.
Tunc etenim terræmotus accidit, petræ diſciſſæ ſunt: at poſt reditum in cœlos
cœlitus

cœlitus gratiæ guttæ deſtillatæ fuerunt. Nam eo tempore Spiritus ſacri gratia è cœlo
aduenit.

A facie Dei Sinai, à facie Dei Iſrael.) Senſus eſt. Idem qui aliquot retrò ſeculis ma 9
ioribus noſtris in monte Sinai uiſus eſt, tempore paſsionis terram commouit, ut noſtrā
argueret inſaniam, & Spiritus ſancti gratiam largitus eſt.
Pluuiam uoluntariam ſegregabis Deus.) Per pluuiam hic idem, quod paulo antè per 10
ſtillas innuit. Doctoribus enim gratia conceſſa eſt, ad diſcentium neceſsitatem. Pluuiæ
quippe appellatione doctrinæ irrigationem intelligit, quam propter libertatem ani-
mi pluuiam uoluntariam uocat.
Et infirmata erat, tu uerò perfeciſti illam.) Hæreditatem, non pluuiam dicit infirma- 11
tam fuiſſe. Infirmitatis autem nomine inſultus inimicorum accipit. Sic & Dominus ad
Apoſtolum: Sufficit, inquit, tibi gratia mea. Virtus enim mea in infirmitate perficitur.
Sed tunc etiam tuos heroas confirmas, & animum illis addis, cum impij maxime inſur-
gunt & eriguntur.
Animalia tua habitabunt in ea.) Apoſtolos animalia Dei appellat, utpote quibus 12
inuectus errorum caliginē diſpulit. Vnde & Abacuc inquit, Cōſcendiſti ad mare equos
tuos. Vaticinat̄ itaq; Propheta, fore, ut hi in hæreditate Dei, id eſt, inter Gētes habitent.
Paraſti in benignitate tua pauperi Deus.) Hæc, inquit, omnia ô Deus, miſellæ natu- 13
ræ humanæ propter benignitatem largitus es.
Dominus dabit Euangelizantibus uerbum..) Quos paulo antè animalia Dei nomina 14
rat, modò Euangeliſtas appellat. Et cum antea piſcatores & publicani fuiſſent: in poſte
rū philoſophorum ac ſophiſtarum doctores conſtituuntur. Quocirca rectè docet, unde
hauſtis doctrinæ fluentis, irrigationem fuerint prolaturi.
Et ſpeciei domus.) Domus Dei, ex Apoſtoli ſententia, ſunt qui fidem Euangelio ha 15
bent: quorum ſpecies ac pulchritudo Spiritus ſancti gratia eſt, quæ omnis generis do-
nis ac muneribus eos exornat.
Pennæ columbæ deargentatæ.) Gratiam Spiritus ſancti appellat pennas columbæ, quo 16
niam ea ſupra Iordanem in ſpecie columbæ ſe uidendam exhibuit. Huius autem alas de
argentatas, & poſteriora deaurata eſſe dicit. Simplicia enim & candida ſimplicibus, per-
fectiora & abſtruſa perfectis competunt. Sortes uerò utrunq; Teſtamentum appellauit.
Dicit itaq;: Si ad alterutram doctrinā acceſſeritis, multifariā Spiritus ſ. gratiā uidebitis.
Dum diſcernit cœleſtes reges ſuper eā, niue dealbabuntur in Selmon) Suprà quoq; A- 17
poſtolos regum titulo inſigniuit, & cœleſtis regni hæredes uocauit, necnon in alio quo-
dam Pſalmo principes nominauit. Prædicit autem de Sacroſancti ſpiritus aduentu, in
die Pentecoſtæ facto, cuius beneficio Apoſtoli uariarum linguarum donum acceperūt.
Dicit igit̄ eos tēpore illo, quo Dn̄s orbē terrarum ipſis diſtributurus ſit, inſtar niuis futu-
ros. Locū etiam, quo hæc euentura ſint exprimit. Selmon enim Hieroſolymorū urbs eſt.
Mons Dei mons pinguis.) Aliud Apoſtolorū nomē, quos eīm hactenus reges, princi- 18
pes, Deiq; animalia uocauit, hic montē Dei appellat. In eundē modum & Eſaias: Futurū
eſt in poſtremis diebus, ut illuſtris ſit mons Domini. Cur autem pinguem eum appellat
& coagulatum? Quia paſcentibus in eo monte magna pabuli copia ſuppetit, multumq;
pinguedinis à diuina gratia accipit.
Ut quid præſumitis montes coagulati.) Inuehitur hiſce uerbis in Iudæorum & hæretico 19
rum conuentus, qui ſeipſos ſub titulo Eccleſiæ iactitant. Quaſi dicat, Quare monti huic
pares eſſe conamini, quem Deus ſedem ac domicilium ſuum agnoſcit?
Etenim Dominus habitabit in finem.) Neq; enim, inquit, ô Iudæi ſicut apud uos, ita 20
& in hoc monte certum ac definitum temporis ſpacium Deus habitabit: ſed perpetuam
in eo habitationem conſtituet. Hoc enim ſibi uult cum ait: Habitabit in finem.
Currus Dei decem millibus multiplex, millia abundantium.) O Iudæi, iam non ampli- 21
us exiguū Sanctorū numerū, quos conſcendat & quos inhabitet, habebit: ſunt eīm illorū
multæ

multæ myriades, quos Deus conſcenſione hac dignatus eſt, imò numerum omnẽ excedunt. Chiliadas enim uirentium & Deo pietatis fructum proferentium noua habet hæreditas, qui ad cœleſtis uocationis brabium contendunt & accelerant.

22 *Dominus in ipſis in Syna.*) Sententia eſt: Qui olim noſtris maioribus in Sina monte uiſus eſt: idem etiamnum iuſtos ſuo ſpiritu regit & moderatur.

23 *Aſcendiſti in altum, captiuam duxiſti captiuitatem.*) Aſcenſus declarat deſcenſũ. Teſtatur hoc & Apoſtolus, cum ait: Quod autem aſcendit, quid eſt, niſi & deſcenderat primùm? Illud, Captiuam duxit captiuitatem: perinde eſt ac ſi dixiſſet, Recuperatis illis ac ueluti receptis, qui in captiuitate quondam detinebantur, libertatem contuliſti.

24 *Accepiſti dona in hominibus.*) Pro quo Apoſtolus dixit, Dediſti dona. Ambo autem contigerunt. Ab accedentibus quippe fide accepta, gratiam illis dedit.

25 *Etenim non credentes ad inhabitandum.*) In hunc modum Aquila: Etenim inobedientes ad inhabitandum. Ad priſtinam illorum inobedientiam haud reſpexit, uerùm quãuis eos reluctari cernere, nihilo ſecius tamen in benemerendo de illis perſtitit, donec eos ſibi in domicilium conſecraret.

26 *Dominus Deus benedictus.*) Deus qui iuſtus eſt, inquit, ſemper laudem meretur, cum tanta philantropia uſus ſit. Qui ſalutem nobis largitus eſt, idem & uiam nobis explanabit, ne tantis bonis excidamus.

27 *Deus noſter Deus ad ſeruandum.*) Copiam nobis faciet huius, cum omnis ſalutis perennis ſcaturigo ſit.

28 *Et Domini Domini exitus mortis.*) Cuſtodiam enim mortis, quæ nullo modo perrumpi poterat, ipſe nobis peruiam fecit: confregit portas æneas, & ferreos uectes: quod quidem & ſequentibus ſignificauit.

29 *Ueruntamen Deus conteret capita inimicorum ſuorum.*) Sententia eſt: Peccatoribus Deus mortẽ pro pœna irrogauit. Sathan uerò tanꝙ capitalis hoſtis populi, hominũ peſcrutans uitã nihil plane intermittit, ſed naturã ipſã morti obnoxiã reddidit. Videns igit eandem naturã Chriſtũ ipſum aſſumpſiſſe, conuenit eũ, mortis quærens occaſiones: quẽadmodùm & ipſe Dñs dixit, Venit princeps mundi, ſed in me nihil inuenit. Quãuis aũt in eo inuenerit nihil, morti tamen eum addixit. Hæc aũt in iuſticia: potentiam quidem illius deſtruxit, mortalibus uerò infernum aperuit: de quibus quidem cum de prouidentia diuina ſermo nobis inſtitueretur plura diximus.

30 *Dixit Dominus ex Baſan conuertam.*) Baſan confuſionem ſonat, quæ ipſius peccati quidam quaſi fructus eſt. Ab hac igitur, & profunditate maris Dñs conuertet. Quid aũt profunditatis maris nomine ſignificat? Ipſe clamat: Liberer ab his, qui oderunt me, &c.

31 *Ut intingatur pes tuus in ſanguinem.*) Cum Deum ueluti bellicoſum uictorem de hoſtibus ſuis triumphantem ob oculos poſuerit, iam ſanguinis quoꝗ profuſi, conculcatorumꝗ cadauerum ac inſepultorum mentionem facit. Idem Eſaias clamat. Torcular, inquit, calcaui prorſus ſolus, nec ex Gentibus quiſquam mecum erat, & conculcaui eos in furore meo, & ad terram ſanguinem eorũ effudi: & cum eos uincerem, aſperſa ſunt ueſtimenta mea &c.

32 *Uiſi ſunt ingreſſus tui Deus.*) Ingreſſus Dei ipſius diſpenſationes ſunt: ſanctum uerò, filium ex Dauidis ſemine aſſumptum appellat. Declarata eſt, inquit, prouidentia tua, & ſapientiſſimas diſpenſationes tuas omnes cognouerunt.

33 *Præceſſerunt principes, cõiuncti pſallentibus.*) Porrò Eccleſiarum ſummum gaudium deſcribit. Principum autem nomine Apoſtolos intelligit, qui horum quaſi architecti facti ſunt. Iuuenculæ ſunt, uirginitati ſtudentes ac diuinam hymnodiam Deo offerentes. Deinde iam dicta clariora reddit.

34 *In Eccleſijs benedicite Deo.*) Inſtrumenti ueteris tenuitatem innuit. nam in eo non niſi Iudæorum populus cõtinebatur. Hoc autem loco de multis eccleſijs auguſtiſsimũ extat uaticinium: in quibus ex Iſraeliticis fontibus, propheticis nimirum oraculis, Deum celebrari iubet. Quoniam autem propheticos nobis & Apoſtolicos libros Deus largitus eſt, idcirco recte ſubiunxit:

Ibi Beniamin adoleſcentior in ecſtaſi.) Beniamin iunior eſt Apoſtolus Paulus, ex tribu Beniamin originem trahens. Iunior autem idcirco uocatur, quòd poſt reliquos omnes & natus ſit, & nomen ei inditum. In ecſtaſin autem aliquando raptus fuit, ut intelligeret eum, quem perſequebatur, in cœlis eſſe. Cum autem non Paulus tantum, ſed & cæteri Apoſtoli omnes, diuina ac cœleſtia fidelibus propoſuerint, horũ etiam uates hic mentionem facit. Nam ex iſtis tribubus & cæteri Apoſtoli originem duxerunt. 35

Manda Deus uirtuti tuæ.) Symmachus paulò aliter: Præcipe Deus in uirtute tua. Corrobora hoc ò Deus, quod inhabitauit nos: idq́ templi tui, cœleſtis uidelicet Hieroſolymæ nomine. Auge gratiam cuius nos participes feciſti per templum tuũ, quod quidem ex nobis aſſumpſiſti, quod euexiſti ſuper omnem principatum & poteſtatem, & omne nomen, quod nominatur non modò in hoc ſeculo, ſed & in futuro. Hieroſolymam namq́ cœleſtem ciuitatem appellat. Precantur igitur ob cognationem, quæ illis cum hoc populo intercedit, ut gratiam quam largitus eſt augeat, incrementaq́ indies addat, concedatq́ ut conſperſio propter primitias, exhibito munere fruatur. Eſt autem prophetia de Babyloniorum immutatione. 36

A templo tuo in Hieruſalem.) A' perſequutione enim ubi deſtiterint, conuenientẽ diuinæ maieſtati religionem inſtituent. Præterea ſicut ipſi à populis, ſuo imperio ſubiectis, tributum exigunt: ita ſeruorum ac ſubditorum more munera tibi offerent. 37

Increpa feras harundinis.) Nonnulla exẽplaria, Feras ſyluæ, habent. Sed ſiue ſyluæ, ſiue harundinis legatur, unum idemq́, ſterilitas nimirum denotatur. Occupant autem ſpirituales feræ hoc domicilium: quas ut in precibus noſtris ad Deum fundendis fugemus, uates nos admonuit. 38

Congregatio taurorum inter uaccas populorum.) Per tauros intelligit multitudinem Iudæorum, idq́ propter ipſorum ferociam: per uaccas uerò populorum, eos qui ex gentibus Euangelio crediderunt, propter recentem uocationem. 39

Ut excludant eos, qui probati ſunt argento.) Vaticinatur hoc loco de inſultu Iudæorum, qui ſub primordia prædicationis Euangelij aduerſus pios identidem factus eſt. Faciunt, inquit, hoc: idq́ eo animo, ut excludant & data ſalute exuant eos, qui inſtar argenti igne explorati, probatiq́ deprehenſi fuerunt. Cum autem inter gentes etiam non pauci fuerint, qui aduerſarentur, & Sanctos ad necem quærerent, de his quoque ſermonem inſtituit, ſubijciens: 40

Diſſipa gentes quæ bella uolunt.) Poſteaquam in hunc modum de hoſtibus prædixit, orationem iam ad fideles conuertit. 41

Uenient legati ex Aegypto.) Prioris huius legationis meminit, quando olim impietas potentiam Dei eſt reuerita. Mentionem autem Aegyptiorum etiam hiſtoria Actorũ apoſtoli facit, ubi eos commemorat, qui in Pentecoſtes die unà congregati fuerunt. 42

Aethiopia præueniet manus eius Deo.) Videmus & huius particulæ effectum. Teſtatur, id & Eunuchus ille Candacis reginæ. Deinde uniuerſi orbis regna ad celebrandas Dei laudes inuitat. 43

Regna terræ cantate Deo.) Quicunq́ terram incolitis, pſalmodiam Deo pro tot tantiſq́ beneficijs offerte. 44

Qui aſcendit ſuper cœlum cœli.) Chriſtus enim non tantum aſpectabile hoc cœlum conſcendit, ſed & in ſuperius illud, omne aſpectum oculorum corporeorum effugiens: conſeditq́ ad dexteram maieſtatis in ſupernis, radios ſuos inſtar orientis ſolis longè lateq́ diffundens. 45

Ecce dabit uoci ſuæ uocem uirtutis.) Spiritus ſancti deſcenſum, poſt aſcenſionẽ Chriſti futurũ, his uerbis denotat. Manete enim, inquit, in ciuitate Hieruſalem donec induamini uirtute ex alto. 46

Date gloriam Deo.) Par ſiquidem eſt, ut qui tantorum beneficiorum participes facti ſunt, in omnibus authorem eorum gloria & honore proſequantur. 47

Super

48 *Super Iſrael magnificentia eius.*) Apoſtoli qui ab Iſraele originem duxerunt, magnificentiam per miracula quæ ediderunt, declarârunt: quemadmodum & illorũ poſteri, qui docendi prouinciam nacti ſunt, ueluti nubes, attracta è mari Spiritus ſancti pluuia, paſcua mortalium irrigant.

49 *Mirabilis Deus in ſanctis ſuis, Deus Iſrael.*) Et alij, inquit, uirtuti ſtudẽtes, in cauſa ſunt, ut per hæc celebretur Deus. In hanc enim ſententiam Dominus quoq; loquitur: Luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uideant opera ueſtra bona & glorificent patrẽ ueſtrum, qui in cœlis eſt.

50 *Ipſe dabit uirtutem & robur populo ſuo.*) Non ſimpliciter Iſraelis mentionẽ facit, ſed quoniam cùm Iacob fratrem ſuum Eſau timeret, & diuina uiſione frueretur, confirmatus animo metum proiecit: monent nos hæc uerba, quòd qui illum corroborauit, idem & ſuum nouum populum ſit corroboraturus. Valde autem conueniens eſt, quòd cum dicit, Benedictus Deus, Pſalmo huic cum Dei laude finis imponitur.

PSALMVS LXVIII.

Argumentum.

Mutationem quandam rerum Pſalmus hic portendit. In Iudæos enim, qui in Babylonem tranſmigrârunt, dictus eſt, ac uelut in perſona illorum orantium ac liberationem petentium figuratus. Vaticinatur autem ſimul & de liberatione è ſeruitute, ac reditu, deq; ædificatione Hieruſalem: & in ſumma, de reſtituenda priore Iudaicæ terræ felicitate. Habet & uaticinium de paßione Domini, & de omnimodo excidio, quod propter illam ipſam paßionem Iudæis contigit.

1 S*aluum me fac Deus.*) Eis Iudæis hanc orationem aſsignat, in quibus maior elucebat pietas. Aquarum nomine ærumnarum multitudinem innuit. Vndequaque, inquit, rebus triſtibus ueluti procellis quibuſdam inuoluimur.

2 *Infixus ſum in limo profundi.*) Symmachus aliter: Immerſus ſum gurgitibus, unde nõ eſt exitus, nec eſt quo conſiſtam. Tranſlatio eſt ab illis petita, qui in mare pręcipitati, plerunq; ad infima demerguntur, & ſolidi quid uix aſſequuntur. Quibus uerbis magnitudinem malorum indicat.

3 *Veni in profundum maris.*) Imaginibus multis, ijsq; uarijs orationem exornat. Neq; enim imaginem ullam, quæ impendentes calamitates pro dignitate ſatis exprimat, inuenire poteſt.

4 *Laboraui clamans, raucæ factæ ſunt fauces meæ.*) Sine intermiſsione, inquit, ſupplex ad te uocẽ meam leuo, adeò ut uel ipſa formandæ uocis organa defatigentur. Per raucedinem autem, in præſentia ardentiſsimum ex animo precandi ſtudium intelligit.

5 *Defecerunt oculi mei.*) Per tranſlationẽ hæc dicuntur, ab ijs ductam, qui amici aduentum pręſtolantes, uias diligenter circumſpiciunt. Laboraui, inquit, auxilium tuum expectando. In ſequentibus autem, quæ figuratè & tectè hactenus dixit, clarius explicabit.

6 *Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei.*) Infinitus eſt inimicorum meorum numerus, qui & potentia conſpicui ſunt & capitali me odio proſequuntur, cum tamen nullam illis odij occaſionem unquam præbuerim.

7 *Quæ non rapui tunc reddebam.*) Hoc eſt: Quos iniuria affeci nulla, his immeritas pœnas luo.

8 *Deus tu ſcis inſipientiam meam.*) Scis enim quòd nihil in illos cõmiſerim. At contra tua edicta, ô Dñe, deliqui. Videt̃ hęc particula ei reſpõdere, qua dicit: Tibi ſoli peccaui

9 *Ne erubeſcant in me, qui te expectant Domine.*) Ne, inquit, exẽplo meo obſim alijs, ſi nimirum eueniat, ut licet ſalutem à te expectem, ſpe tamen mea excidam: ſed ex illis quę mihi contingunt, omnes qui te uerè cognoſcunt addiſcant, quòd qui ſpe firma à te dependent, non confundentur, ſed ſalutem tandem conſequentur.

10 *Quoniam propter te ſuſtinui opprobrium.*) Hoſtes enim ſubinde me naſo ſuſpendunt & timorem meum tuam imbecillitatem appellant.

Operuit

Operuit confuſio faciem meã.) Enumerat mœroris ſui miſerias, quo clementiſsimum 11
Patrem ad miſericordiam extimulet. Primò autem impiorum conuicia, deinde cogna-
tione & familiaritate iunctorum defectionem introducit. Tanquam captiui namq; & ad
ſeruitutem coacti, non permittebantur, ut pro cognationis iure unà degerent.

Quoniam Zelus domus meæ.) Non paruum dolorem, ſeu mœrorẽ potius ſanctiſsimæ 12
domus tuæ deſolatio & impiorum irriſio attulere. Nam quæcunq; contra illam fiunt, tuę
imbecillitati accepta feruntur. Quo fit ut blaſphemijs, quibus peteris, animo compun-
gar, non ſecus ac ſi ego illarum author forem. Illud, Comedit me: Symmachus tranſtu-
lit, Conſumpſit me.

Et cooperui in ieiunio animam meam.) Horum ergò diſcrucior animi, & corpus meũ 13
perpetuis ieiunijs macero. Quod qdem illi in ſubſannatiõis cauſam arripuerũt. Quin &
ſacci quoq; amictu me ferè eneco. Et hoc ſanè tãquã primitia cõtumeliæ huius uſurpaui.

Contra me nugati ſunt.) Cum in congreſsibus inquit, tum & in conuiuijs ærumnas 14
meas plenis buccis deprędicant. Antiquitus enim in portis iudicia exercebantur.

Ego uerò oratione mea.) Dum autem hæc ita fiunt, ego orationem meam, oculosq; 15
mentis meæ ad te conuerto, auxilium à te & opem maturrimam præſtolans.

Tempus beneplaciti Deus.) Tempus reconciliationis Deus. Satis, ſuperq; pœnarum 16
dedimus, tempus requirere uidetur, ut finem tandem hoc ſupplicium nanciscatur, &
benignitas tua ſeſe exerat: εὐδοκίαν enim bonam uoluntatem appellat.

In ueritate ſalutis tuæ.) In me puniendo, ne quæſo peccatorum meorum rationẽ ha- 17
beas, uerùm potius immenſam tuam miſericordiam reſpicias: quinimò ueritate, iuſtoq;
iudicio tuo in illos uindica, qui tanta in me mala congerunt. Hinc ærumnas ſuas denuò
figuratè enumerat, quo diuinam clementiam permoueat.

Liberer ab his, qui oderunt me.) Non ſum abſimilis illis, qui in cœno plenam incidunt 18
foueam, mortemq; ſuſtinent, quocirca ſalutem à te expecto.

Ne demergat me tempeſtas aquæ.) Supplex, inquit, oro, ut tãdem & ab inimicis, & ijs 19
quas mihi ſtruunt inſidijs liberer. Aerumnas enim aquarum profunditatem appellat.

Neq; abſorbeat me profundum.) Ne adobruar ac ſubmergar malis. 20

Neq; claudat ſuper me.) Clemẽtiæ tuæ portã ne mihi claudas. Nã qui in puteũ præci- 21
pitati ſunt, quamdiu ore etiamnum aperto ſunt, ſpei aliquid retinent, quod è periculo li-
berari queant: ſed quamprimùm & hoc illis obturatur, omnem ſalutis ſpem abijciunt.

Exaudi me Domine.) Liberationem ex commemoratis malis nõ quidem propterea 22
quod dignus ſim, ſed quod id benignitatem tuam perdeceat, peto. Habent enim hoc ira
commoti in more, poſtquam eorum, qui peccauerant orationem repulerunt.

Secundum multitudinem miſerationum.) Cum mœror meus tantus ſit, primo quoq; 23
tempore me conſolare. Solo enim intuitu, quæcunq; ſunt triſtia diſpellere noſti.

Quoniam tribulor, uelociter exaudi me.) Grauius quidem peccaui, quàm qui uenia di- 24
gnus ſim: attamẽ ob impiorum meorum aduerſariorum opprobria, benignitate tua frui
mihi liceat Domine.

Tu enim noſti improperium meum.) Nihil omnium eorum quæ fiunt te præterit, ſed 25
omnia tuis patent oculis, cum illorum improperia, tum mea confuſio. Probris enim illis
identidem laceſsitus mirum in modum diſcrucior.

Improperium expectauit anima mea.) Tam magnis enim undequaq; doloribus oc- 26
cupatus, & multò triſtiora adhuc timẽs, conſolationis omnis expers ſum. Eſt autem infi-
nitus penè illorum, qui me diſcruciant numerus, cum eorum, qui cõſolationem mihi im-
pertiant, & tanto mœrore ſubleuent, nullus omnino compareat.

Et dederunt in eſcam meam fel.) Amaritudine, inquit, cibum etiam meum infecerũt. 27
Solet enim in mœrore animi conſtitutis, uel delicatiſsimus cibus amarus uideri. Et eam
itaque oblectationem in ærumnas mihi commutarunt. Incidantq; in illa ipſa, quæ in me

machinati ſunt. Menſę nomine oblectationē intelligit: laquei uerò appellatione ærum-
nas. Symmachus ita uertit: Fiat menſa eorum coram ipſis laqueus & ſupplicium. Vt cō-
prehendantur, induc ſuper illos tenebricoſam calamitatum nubem.

28 *Et dorſum illorum.*) Domine concerne quæſo illorum ſeruitutem, ut in eam quam
alijs foderunt foueam incidant, nunquam non moleſtæ operationi incumbentes.

29 *Effunde ſuper eos iram tuam.*) Omnem, inquit, iuſti furoris tui pœnam illis immit-
te, & celeri ac perenni calamitate illos adobrue. Furoris enim nomine uelocitatem, iræ
appellatione perſeuerantiam indicat. Differt enim à furore ira, quod ille præceps & mo-
dici temporis: hæc uerò tardior ſit, ſed perſeuerantior. Furorem igitur irę, & uelox & diu-
turnum ſupplicium appellauit.

30 *Fiat habitatio illorum deſerta.*) Omnibus modis iuſtum inuocat iudicium, preca-
turqꝫ ut ijſdem malis, quæ in alios machinati fuerant, ipſimet obijciantur. Et quoniā Hie
roſolymam, reliquas Iudeæ ciuitates uaſtando deſolatas eas effecerant: orat ut eadem
detrimenta & ipſorum patriæ inferantur. Exauditæ autem hæ eius preces fuerunt. Nam
Babylon in hunc uſqꝫ diē deſolata eſt. Attendendū tamen hic fuerit, ꝙ omnia, quæcunqꝫ
Iudæi Babylonijs à quibus iniquè tractati fuerant imprecati ſunt, eadē ipſiſmet Iudæis,
quoniam contra Saluatorem ſuum inſanierunt, acciderint. Babylonij quidem Iudæo-
rum eſcam reddiderant amaram grauiſsimo ſeruitutis iugo, quod iucundum illi ut erat
auferentes: Iudæi uerò beneficijs etiam exornati, benefactori ipſi fel & acetum uelut ui-
nea noxia porrexerunt: quapropter ijſdem etiam ſupplicijs obnoxij ſunt facti, conuer-
ſaqꝫ eſt illorum menſa in laqueum, oculiqꝫ caligine tenebrarum inuoluti, adeò ut ue-
ram cernere lucem non ſuſtineant: ſed & dorſum illorum perpetua egeſtate ac ſeruitute,
ob duram ipſorum ceruicem incuruatur: & habitatio illorum deſerta eſt reddita, neqꝫ in
tabernaculis Hieroſolymitanis quiſquam illorum habitat. Suis itaqꝫ ipſorum execratio-
nibus oppreſsi iacent, eo quòd Domino de ſe tam pręclarè merito ingrati fuerint.

31 *Appone iniquitatem.*) Pœnas, quibus affecti fuerūt, uocat peccatum. Sume de illis,
inquit, qui iniquam ducunt uitam dignum ſupplicium.

32 *Et non intrent.*) Huic reſpondet illud quod in primo Pſalmo extat, Non exurgent
impij in iudicio. Deleantur de libro uiuentium. Quorum librorum & Daniel mentionē
facit: Iudiciū, inquit, ſedit, & libri aperti ſunt. Eſt autem uerborum huius loci hic ſenſus:
Haud ingrediantē in eam quietē, quam nos benignitatis tuæ beneficio cōſequuti ſumus.

33 *Pauper & dolens ſum ego.*) In ſequentibus de uiciſsitudine rerum, captiuorum libera-
tione, inqꝫ patriā reuerſione uaticinatur. Quā ob cauſam hic quoqꝫ Pſalmus, In finē pro
ijs, qui cōmutabūtur, eſt intitulatus. Nam duas eaſqꝫ cōtrarias mutationes accepit. Vbi
enim in Babylone reſipuiſſent, priſtinæ libertati poſtliminio reſtituti ſunt: ſequentibus
uerò tēporibus cum contra Meſsiam benedictū furerent, ad perpetuā condemnati ſunt
ſeruitutem. De utraqꝫ igitur mutatione præſens Pſalmus prædicit. Quod autē inter alia
dicit, Pauper & dolens ſum ego: ſic accipiendum fuerit, Videns me ad egeſtatem reda-
ctū, inqꝫ anguſtijs extremis conſtitutū, ſalutē petij. Qua de cauſa etiā cum cantico nomē
Domini ac Dei mei celebrabo. Neqꝫ ēm erga liberalē eius beneficentiā ingratus unquā
ero, ſed pſalmodijs gratiam illi reponam, & decantando eius in me collata beneficia, o-
mnibus qui hactenus ignari fuerunt ſummam eius benignitatem declarabo.

34 *Et placebit Deo ſuper uitulo nouello.*) Sacrificium, inquit, laudis, multo acceptius Deo
erit, quàm uituli recens nati & obeſi, recentesqꝫ ungulas & cornua exerentis. Deplorare
hic fas ſit extremam Iudæorum præuaricationē, qui expendere non ſuſtinent, quàm ridi-
culus ſit legalis cultus: cùm qui in captiuitate Babylonica fuerunt, promiſerint ſeſe Do-
minum à reditu non ſacrificiorum cultibus, ſed hymnis laudaturum, eo quòd pſalmodia
multo quàm ſacrificia ei ſit gratior atqꝫ acceptior.

35 *Videant pauperes.*) Quicunqꝫ in eaſdem incidunt ærumnas, exemplo noſtro edocti
bonam ſpem foueant.

36 *Quoniam exaudiuit pauperes Dominus.*) Quo ſalutis reddamur cōſortes, hortatur ut
ſpem in Deo ponamus, preceſqꝫ ad illum aſsiduas fundamus. Suſcepit enim, inquit, de-
precatio-

precationem noſtram, paupertatem noſtram uidit, uinculis impeditos (quoniam ipſe nos in ſeruitutem tradiderat) ſoluit.

Laudent ipſum cœli & terra.) Omnes creaturas ad decantãdas creatoris laudes ad- 37
uocat. Neque enim humana lingua ad diuina deprędicanda pro dignitate opera, uirium ſatishabet.

Quoniam Deus ſeruabit Sion.) Hoc uerò canticum tum illi offeram, quum Sion con- 38
ſpcuum, & ciuitates Iudeæ iam deſertas priſtina felicitate refloreſcere conſpexero. Poſteaquã itaq; de ciuitatis huius inſtauratione uaticinium edidit, quãta incolarum multitudo futura ſit prædicit. Qui in captiuitate iam detinentur, inquit, ubi reuerſi domũ fuerint, ciuitates ſuas in integrum reſtituent, easq; cum ipſi, tum illorum poſteri habitabunt. Hoc enim ſubiunxit, dicens: Et ſemen ſeruorum tuorum.

Et habitabunt ibi.) At cum ob furias, quibus aduerſum promiſſum Soſpitatorẽ de- 39
bacchati ſunt, omnimodus eos manebat interitus, haud pręter rationẽ hęc in Pſalmi calce poſuit.

Et ſemen ſeruorum tuorum.) Neq; enim omnes qui ſunt ex Iſrael, Iſrael ſunt: neque 40
propterea quòd ſemen Abrahæ ſunt, omnes mox filij ſunt. Concordant autẽ his & prophetarum oracula: Si numerus filiorum Iſrael fuerit ſicut arena maris, reliquiæ ſeruabuntur. In eandem ſententiam Dauid quoq; dixit: Et qui diligunt nomẽ tuum. Paucis enim animis poſt paſsionẽ Dominicam tanquam canes ex Iudæa exturbati ſunt. Qui autem Deum amant, in Sione ſedem ac domicilium ſuum ponent, laudisq; ſacrificia Domino offerent.

PSALMVS LXIX.

Argumentum.

Orat in hoc Pſalmo Dauid, quem cum Abſolomus eum perſequeretur compoſuit, ut à hoſtibus liberetur. Quapropter ab initio ſtatim ſic clamat:

DEus ad adiutorium meum attende.) Aerumnis, inquit, plurimis tanquam procel- 1
lis obruor, qua de cauſa ut quàm citiſsimè opem mihi feras oro.

Confundantur & pudefiant.) Spe ſua, inquit, excidant, qui interitui meo inhiant, con- 2
fuſionemq; inde referant: quibusq; miſeria mea uoluptati eſt, in fugam pudore ac rubore ſuffuſi, rerum mearum in melius mutationem cernentes, conijciantur.

Exultent & lætentur.) Gaudio omnimodo eorum animos adimple, qui te amant, 3
ut beneficia tua decantantes exultent.

Ego uerò egenus.) Id eſt: Iuſticia eorum quæ iam dicta ſunt, exutus ſum, inq; egeſtate 4
uix ægrè uitam trahens, uirtutis opes non habeo, quocirca opem tuam imploro.

Adiutor meus & liberator meus es tu.) Prouidentiæ tuæ ſiquidem cõpos factus ſum. 5
Illud, ne morieris: perinde ualet ac ſi dixiſſet, Auxilium primo quoq; tempore ſubminiſtra, nec petitionem meam differas.

PSALMVS LXX.

Argumentum.

Dictus eſt hic Pſalmus in illorum perſona, qui in Babyloniam tranſmigrarunt, reditumq; optarunt & è captiuitate liberari petierunt. Scripſit autem illum Dauid ita, ut illorum præcipuè qui magis pij erant perſonæ accommodaret.

IN te Domine ſperaui.) Spe mea, inquit, ne quęſo decidam, opem à te expectans, neq; 1
diutius improperijs obijciar.

In iuſticia tua libera me.) Quęſo ut inter me & Babylonios iudices, & æquã in illos 2
ſententiam dicas: hac ſiquidem uia, ab illorum ſeruitute liberabor.

Inclina ad me aurem tuam.) Tu mihi, inquit, propugnatoris & firmæ communitio- 3
nis loco es. Benigne igitur precationi meæ acquieſce.

4 *Deus meus eripe me de manu peccatoris.*) Liberari ab illorum potentia opto, qui ini-
què uitam ducunt.
5 *Domine ſpes mea à iuuentute mea.*) Iuuentutis nomine Moſis tēpora indicat, quibus
poſt diuturnam Aegyptiacam ſeruitutem, libertatem cōſequuti ſunt. Ex illo, inquit, tem
pore in te confido, opemq́ue tuam expecto.
6 *In te confirmatus ſum ex utero.*) Diſceſſum ex Aegypto, natiuitatem uocat & partū.
Quod & Ezechiel docet. Hieroſolymitarum enim impietatem perſtringens, cum inter
cætera dixiſſet, Pater tuus Amorrhęus, & mater tua Chettæa: ſubiūxit, In die qua nata es,
umbilicus tuus non eſt præciſus, & ſale non es ſalita, & aqua nō es lota ad ſalutē. Vmbili
cus ſiquidē cùm inſtar radicis in infante ſe habeat, (per hūc.n. nutritur & accreſcit) Iſrael
autem ab egreſſu ex Aegypto, adhæreſcentem animo Aegyptiorum impietatem adhuc
retinebat. quocirca appoſitè dixit: Vmbilicus tuus non eſt præciſus. Siquidem, uult di-
cere, alimoniam ex matris utero attrahis & antiquis tuis ſtudijs incumbis. Pij itaq; qui
præſtò erant, Deum precantes dicunt: Quia iam inde ab initio ſpem in te & protectio-
nem tuam habeo.
7 *In te laus mea ſemper.*) Omni tempore te laude ac gloria proſequor, tuæ prouiden-
tiæ beneficio conſpicuus effectus.
8 *Tanquam prodigium factus ſum multis.*) Auxilio tuo, inquit, affulgente, magnam im-
mutationem conſequutus ſum, ita quidem, ut plurimis, quæ mihi euenerūt, prodigium
quoddam uiderentur.
9 *Repleatur os meum laude.*) Infelicitatē itaq;, qua premor, immuta, linguamq́ue meam
ad cantandum tibi impelle, quo ſempiternam tibi laudem offeram. Illud enim, Tota die,
Symmachus, Singulis diebus, tranſtulit.
10 *Ne proijcias me.*) Quam in adoleſcentia mea prouidentiā ſemper expertus ſum, ean-
dem etiamnū ſentire cupio. Sicut enim Aegyptiacam ſeruitutem adoleſcentiæ confert,
ita captiuitatem Babylonicam ſenectuti comparat, eo quòd inter utramq; longum tem
poris interuallum fuerit interiectum.
11 *Quia dixerunt inimici mei.*) Hoſtes mei uniuerſi cernentes me benigna tua tutela
denudatum, ærumnis meis inſultant, ſpemq́ue fouent, fieri non poſſe ut poſthac prouiden
tia tua potiar. Quocirca precor, &c.
12 *Deus ne elongeris à me.*) Elongatur Deus, non quo ad eſſentiam (hæc enim ubiq; præ-
ſto eſt) ſed quo ad prouidentiam, auxilijq́ue declarationem.
13 *Confundantur & deficiant.*) Symmachus ita: Confundantur, & cōſumantur, qui ad-
uerſantur animæ meæ. Fallat eos delictorum ſuorum ſpes, & meritam inde cōfuſionē re-
ferant, quicunq; iniuſtum mihi interitum machinantur.
14 *Operiantur confuſione & pudore.*) Ignominia afficiantur, qui ærumnis me aggrauāt.
15 *Ego autē ſemper ſperabo in te.*) Poſtquam enim hæc euenire cōſpexero, ſpe firma de
te concepta, animum recipiam, ſæpiſſimeq́ue cantilenas ſpirituales tibi offeram.
16 *Os meum annunciabit iuſticiam tuam.*) Non intermittam, donec omnes edoceam
quàm iuſtus inter me & illos iudex fueris, meq; ex ſeruitute illorum in libertatem aſ-
ſerueris.
17 *Quoniam non cognoui literaturam.*) Ita Symmachus: Quoniā adnumerare nequeo,
ingrediar in potentia Domini. Quonia m promiſerat ſe iuſticiam Dei deprędicaturum,
ſalutemq́ue ſibi partam commemoraturum, ſuperaret autem uires hominis hæc promiſ-
ſio: meritò ſubiūxit, Quoniā cōnumerare nequeo. Vnde & XXXIX. Pſalmo cùm dixiſ-
ſet, Multa feciſti tu Domine Deus meus mirabilia tua: ſubiecit, Annunciaui & loquu-
tus ſum. quę & ibidem ſequuntur. Idem & hic dicit, Quoniā cōmemorare nequeo. Na-
tura ſiquidem mea Scripturas huius generis non aſſequuta eſt. Nihilominus tamen in
potentia Dei ingrediar, ut uel poſsibilem ſaltem humanæ naturæ pſalmodiam offeram.
18 *Domine recordabor iuſticiæ tuæ ſolius.*) Domine celebrabo te, cùm & iuſticiam tuam in me

in me declaratam conſpexero, & præcepta tua in memoriã reuocauero. Illa enim me iam inde ab ineunte ætate docuiſti. Vel hinc igitur liquet, quòd Moſaica tempora iuuentutem appellet: per hunc enim lex promulgata eſt.

Et hucuſq; annunciabo mirabilia tua.) Admiranda opera tua ego quidem decãtabo: 19
tu uerò, ô Domine, ſub benigna tua tutela me defendas & protegas.

Et uſq; in ſenectã & ſeniũ.) Prophetico more quæ euentura erãt Dauid præſignificat. 20
Senectus enim hoc loco finis eſt legis. Lex autem abrogata eſt ſub aduentum Chriſti. Hic autem eos, qui in Babylonia fuerant informat, inquiens: Vſque in ſenectam & ſenium. Vtq; explicet quam ſenectutẽ nominet, ſubiungit: Donec annunciem brachiũ tuũ.

Potentiam tuam, & iuſticiam tuam Deus.) Aliter Aquila & Symmachus: Deus uſ- 21
que ad excelſa, quæ feciſti magnalia: id eſt, Excelſa & magnifica, quæ tu ò Domine operaris, ſatis ſuperq; faciunt ad perſuadendum te altiſsimum eſſe.

Quæ feciſti mihi magnalia.) Multis paraſangis ſuperas uniuerſos, ſiue tua eſſentia, ſi- 22
ue etiam potentia ſpectetur. Poſtea de reditu prophetiam inſerit.

Quantas oſtendiſti mihi tribulationes.) Obieciſti me multifarijs ærumnis, idq; ob de- 23
licta mea, ſed tamen uitæ iterum reſtituiſti.

Et de abyſſis terræ reduxiſti me.) Exiſtimo me præter omnem expectationẽ humanã 24
uitam recepiſſe, quòd ex tantis calamitatibus euaſi. Quod idem per Ezechielem quoq; teſtatur Dominus: Aperiam monumẽta ueſtra, & reducã uos ex Babylone, id eſt, deſperationẽ hominum diſſoluam, & præter hoſtium expectationẽ, reditum uobis cõcedam.

Multiplicaſti ſuper me.) Ita Symmachus: Augebis magnificentiam meam, & circum 25
dabis me conſolatione. & alia quæ ſimiliter prędixit. Prouidentia enim tua erga me, bonitas tua ſeſe exeret.

Nam & ego confitebor tibi.) Cõueniens eſt, ut hoc loco etiam multorum populorum 26
mentionẽ faciat: quò eos intelligamus indicari, qui ab incarnatione Seruatoris, per præcones, uerbi, Iudæos ſcilicet, ſalutis conſortes facti ſunt.

In inſtrumentis Pſalterij ueritatem tuam Deus.) In adornanda uerò pſalmodia, ſoli- 27
ta inſtrumenta muſica adhibebo.

Exultabunt labia mea.) Eadem prophetia & de Babyloniorum internecione, à Cy- 28
ro Perſarum monarcha illata, & de Iudæorum reditu in patriam, uaticinatur. Illis namq; diſsipatis, ego reditum conſequar: quem ubi conſequutus fuero, lætus tripudiabo, & beneficia tua extollens, & de lege tua ſemper meditans.

PSALMVS LXXI.

Argumentum.

Pſalmus hic auguſtiſsimum de Chriſto rege regum, ac Domino dominantium uaticinium continet.

D*Eus iudicium tuum regi da.*) Propheta Chriſtum & regem, & filium regis appel- 1
lat. Sic & Iacob leonem eum nominauit, cum diceret: Catulus leonis Iuda. Ex germine fili mi aſcendiſti. Requieſcens accubuit ut leo, & ſicut catulus leonis, quis excitabit eum? Neque enim rex ſolum eſt, ſed & filius regis. Etenim ſi diuinam naturam conſideres, ex Deo omnium regum rege Deus eſt: ſin uerò humanitatem, progenitorem habet Dauidem. Huic itaq; prophetia præſens, tanquam homini, iuſticiæ donum à Deo concedi orat. Cuius petitionis ſtatim cauſam ſubiungit.

Ut iudicet populum tuum in iuſticia.) Qui enim in peccati captiuitate detinentur, à 2
maligni ſeruitute in libertatem aſſeret, iuſtamq; cum in illum, tum in hos qui ab eo detinentur, ſententiam ferre.

Suſcipiant montes pacem.) Perſonæ effictio eſt, immutationẽ omnium innuens. Hic, 3
inquit, populo prædicabit exitum. Montes exultabunt ceu arietes. Cernimus autẽ cum montium, tum collium immutationem. Nam qui antiquæ impietati renunciant, angeli-

camq́ uitam amant, angelicæ etiam iuſticiæ fructum inde reportant: & ſuas pro hominibus preces fundentes, diuinas reconciliationes obtinent.

4 *Et humiliabit calumniatorē.*) Nō abſq; cauſa diabolus calumniator dictus eſt. Nam & Deo calumniam intulit, cum diceret eum ligni uſum ex inuidia interdixiſſe: & cōtra Iobum dixit, Num fruſtra Deū colit? Sed hūc Dominus humiliauit atq; ſubuertit, eosq́ qui tyrannidis ipſius iugo premebantur, liberauit.

5 *Et permanebit cum ſole.*) Qui tanta præſtitit, neq; initium dierum (ut Apoſtoli utar uerbis) neq; uitæ finem habet. Sempiternus enim eſt, & immortalis.

6 *Deſcendit ſicut pluuia in uellus.*) Natiuitatem innuit hiſce uerbis humanā, quæ ſummo cum ſilentio facta eſt.

7 *Orietur in diebus eius iuſticia.*) Verbis res ipſa concordat. Natura ſiquidem humana priſtinam iniquitatem abiecit, & pietatē imbibit. Quod ſi credētes aliquos peccare contingat, ſunt tamen pleriq; meliores cum in militijs tum inter idiotas, inter ſeruos etiam & operas, quibus uirtute nil eſt antiquius.

8 *Et multitudo pacis, donec auferatur luna.*) Id eſt, Per omnē præſentem uitam. Superuacaneum enim fuerit de futura uerba facere, cum in ea opima pax floritura ſit.

9 *Et dominabitur, à mari uſq; ad mare.*) Id eſt: Imperium in omnes terræ fines obtinebit.

10 *Et à fluminibus.*) Flumen Iordanē intelligit, in quo Dominus baptizatus eſt, & ſacri ſpiritus teſtimonio ornatus. Ex eo, inquit Euangeliſta, tēpore prędicare cœpit, &c. Quare & Propheta dicit, quòd dominaturus ſit à flumine uſq; ad fines terræ. Sed & aliunde hoc manifeſtum facit.

11 *Reges Tharſis & inſulæ.*) Eſaias & Ezechiel Tharſin Carthaginem appellant, Lybiæ dominantem.

12 *Reges Arabum & Saba dona adducent.*) Saba Aethiopū gens eſt. Lybies & Aphri appellantur & Occidentales orbis plagæ: Aethiopes, Orientales & Auſtrales: Arabes mediam Epirum: Inſulani medium mare obtinent. Hos autem ſe coram eo proſtraturos dicit, & tanquā Deo adorationē, tanquam regi uerò munera oblaturos: inimicos autem aut ipſum ſathanam, maledictionibus in ſerpentem latis ſubiecturos. Quoniam autem trium, quatuorue populorum mentionem facit, & ænigmatum inuolucris omnium nationum immutationē tecte proponit, ſermone paulo clariore efficit. Alij quidem in hac uita uolentes, alij uerò, imò omnes poſt reſurrectionē ſubijcientur. Nondum enim (ut Apoſtoli uerbis utar) omnia illi ſubiecta uidemus: uerū tunc ei omne flectetur genus.

13 *Omnes gentes ſeruient ei.*) Conueniunt hæc cum Iacobi prophetia, quòd ipſe ſit expectatio gentium. Videmus autem & huius prophetiæ euentū. Nulla enim ſub cœlo gens eſt, quæ prædicationē Euangelicam non audierit: ſunt autem in ſingulis populis qui diuinæ ueritatis radijs colluſtrati fuerunt.

14 *Quia liberauit pauperem.*) Sathanam appellat potentem: hominis autem naturam pauperem: eo quòd aliquando à Deo derelicta fuerit. Aliàs & diuinis legibus potentes reſtringit, minatur, & efficit ut aliquo modo pauperibus parcant. Hoc ſiquidem ſubiunxit etiam.

15 *Ex uſuris & iniuſticia redimet animas eorum.*) Vſuram uocat auariciā, id quod & lex uetus in more habet. Vſuram, inquit, & abundantiam non recipies. Permouebit igitur eos, qui iniuſticiam & auariciam in delicijs quaſi habent, ut miſericordiam & beneficentiam exerceant.

16 *Et uiuet, & dabitur ei de auro.*) Sententia eſt: Infinitum fore numerum eorum munerum, quæ ab omnibus illi regibus, barbarisq́ ſint afferenda.

17 *Et adorabunt pro eo ſemper.*) Continuē eum celebrabunt. Quin & patrem eius laudibus efferent, laudandi occaſione ex ipſo arrepta. Illud enim adorabunt, conſentit Apoſtolico illi dicto: Gratias ago Deo meo per Ieſum Chriſtum. Et iterum, Per quem acceſſum ha-

ſum habemus ad patrem. Et Dominus ipſe dixit, Nemo uenit ad patrē niſi per me. Ado-
rabunt itaq; patrem cuncti, laudibusq; eum extollent propter tanta beneficia, per filium
in ſe collata. Laudabunt tamen & filium, utpote per quem bona illa conſequuti ſint.
Erit firmamentum in terra.) Credētes in ſe ipſe fundabit, corroborabit, inq; eminen- 18
tiæ gradu conſtitutos conſpicuos reddet. Idem Dominus quoq; dixit: Nō poteſt abſcon
di ciuitas in monte ſita.
Superextolletur ſuper Libanum.) Altiſsimorum montium facta mentione, recte & 19
Libanum nominat, ut qui reliquas Palæſtinę montes altitudine excedat. Inquit uerò, do
ctrinam & miniſtros eius Libano clariores fore.
Erit nomen eius benedictum.) Illud Benedictum à nullo interprete ponitur. Innuit au 20
tem eum & ſolem, & lunam ætate antecedere. Sunt enim ſol & luna σύγχρονοι, cum hiſto
ria creationis habeat, Et fecit Deus duo luminaria magna.
Et benedicentur in ipſo omnes tribus terræ.) Adducit promiſsionē Abrahæ factam. 21
Patriarchis ēm tribus Deus promiſiſſe legitur, quòd benedicendæ eſſent aliquando qui
dem omnes terræ nationes: ſingulariter autem omnē naturam nominauit. Quod & Pau
lus uoluit dicens: Abrahæ uerò dictæ ſunt promiſsiones, & ſemini eius. Non autem
dicit ſeminibus, quaſi de multis, ſed tanquam de uno: & ſemini tuo, qui Chriſtus eſt,
de quo in hoc Pſalmo prophetia extat, quòd per eum omnes terræ tribus benedi-
cendæ ſint.
Omnes gentes magnificabunt eum.) Hæc partim de homine, partim de Deo Prophe- 22
ta dixit. Inuenio enim alicubi beatitudinis uocabulum Deo aſsignatum. Beatus, inquit,
& ſolus potens rex regum. Dicit ergo, uniuerſas gentes beatum eum & laude dignum
pronunciaturas. Quo autem clarius diuinam eius naturā illuſtret, ulterius ſubijcit:
Benedictus Dominus Deus Iſrael.) Is ipſe enim, inquit, de quo uaticinium hoc eſt 23
editum, & qui expoſita miracula faciet, Deus quoque Iſraelis eſt, & totius uniuerſi Do-
minus. Quocirca eum ab omnibus celebrari æquum eſt. Quamuis enim natura eius
utpote inſcrutabilis nos lateat, ſalutare tamen eius nomen nobis innotuit.
Et replebitur gloria eius omnis terra.) Hæc per totum Pſalmum hunc ſæpius incul- 24
cauit, plenamq; ac firmam prophetiam poſuit. Eſt autem hæc uerborum ſententia: Fo-
re ut in uniuerſo terrarum orbe totius uniuerſi Dominus innoteſcat, cultumq; ſibi acce-
ptum ab ijs, quos cognitione ſui colluſtrauit recipiat. Quod cum uates per Spiritus ſan-
cti reuelationē intellexiſſet, precatur ut prophetia hæc ſuo tempore in effectum deduca
tur. Hinc concludens ait. Fiat, fiat: aut iuxta Aquilam, Perſuaſi ac certi ſumus. Veriſsima
ſunt omnia prædicta, & omnino effectum ſuum ſortientur.

PSALMVS LXXII.

Argumentum.

Pſalmus hic inſignem doctrinam continet, qua erudimur contra maximum huius mundi ſcandalum: quod eſt in hoc poſitum, quòd impij in hoc mundo plerunque florent, pij uerò contempti humiq; quaſi repentes iacent.

QUàm bonus eſt Iſraeli Deus.) Vocula, Quàm, non eſt hic per collationē poſita, ſed 1
pro Valde: quo bonitatis Dei excellentiam indicet. Eſt autem uerborum hic ſen-
ſus: Deus multum curæ Iſraeli impendit, licet hoc non omnes ut par erat agnoſcant, ue-
rùm illi tantum qui ſanę mentis ſunt. Poſtquam illos in hunc modum laudauit, de cæte-
ro cogitationum ſuarum fluctuationem publicat.
Mei autem penè moti ſunt pedes.) Inſtituti uitæ meæ terminos propē egreſſus eram. 2
Illud, Penè effuſi ſunt greſſus mei, Symmachus ſic tranſtulit: Nullo ferè negocio quæ
me dirigebant diſſoluta fuiſſent. Periculum, inquit, mihi impendebat, ne ſanis, firmisq;
cogitationibus exciderem. Hoc enim uult cum inquit: Penè effuſi ſunt, &c. ſicut humor
quiuis effuſus dilabitur, ac diffluit. Pedū uerò, greſſuumq; nomine cogitationes transla
tionis uſurpatione appellat. Mox & cauſam horum ſubiungit.

3 *Qui zelaui contra iniquos.*) Iraſcebar, inquit, cum impios & iniquos felices eſſe atq;
florere cernerem.

4 *Quoniam non eſt abnutus.*) Aquila ita habet: Non ſunt anxij diſcruciatus morti eo-
rum. In periculis namq; explorati, ſeipſos abnegarunt. ἀνάνευσις autem abnegatio Græ-
cis eſt. Denegantes enim aliquid abnuimus.

5 *Et firmamentũ in plaga illorum.*) Parũper, inquit, quę mœſticiã cõciliant attingunt.

6 *In laboribus hominum non ſunt.*) Res illis pro uotis ſuccedunt, & neq; labores, neq;
ærumnas & tentationes ut alij perferunt. Quapropter ſubijcit:

7 *Ideo tenuit eos ſuperbia.*) Hinc fit, inquit, ut criſtas erigant & inſoleſcant: & quoniam
priorum peccatorum pœnas non luerunt, in grauiorem maliciam incidunt. Illud enim,
Operti ſunt iniuſticia: multitudinem iniuſticiæ innuit, ut quæ illos in ambitum cinxerit.

8 *Prodijt quaſi ex adipe.*) Adipis nomine, ut ſæpè monuimus, ſecunda fortuna indi-
catur. Ergo, inquit, ueluti in tanta felicitate firmati, tutò iniuſticiæ temeritati ope-
ram dant.

9 *Tranſierunt in affectum cordis.*) Non ſatis eſt, inquit, illis quòd cum hominibus in-
iuſtè egerint: ſed & cœlũ ipſum cum uerbis, tum cogitationibus ſuis laceſſiuerunt. Qui-
bus uerbis blaſphemias in Deum denotat, conuicia item contra populum, & petulantię
omne genus contra ſacrum Dei templum. Cuius rei & in Pſalmo IIII. mentio facta eſt.
Factæ ſunt, inquit, mihi lachrymæ panes nocte & die.

10 *Poſuerunt in cœlum os ſuum.*) Verba hæc uates, ut à Deo profecta, conſolationis
ergò infert. Dum, inquit, iſti Deum blaſphemant, & nos adfligunt, iucunda de nobis
interim Deus ſtatuit, reditum, uitamq; naturæ deſtinatam promittens. Conſtat igitur
hinc etiam, quod hic Pſalmus ijs quadret, qui è Babylone reuertentes, quæ illic perpeſſi
fuerint commemorant. Dixit ſiquidem: Ideo conuertetur populus meus: hoc eſt, in Iu-
dæam. Cum itaq; etiamnum illic degerent, iſta loquuti ſunt: ſiquidem in Babylone con-
ſtitutis neutiquam reſpondent. Illud uerò, Et dies pleni: perinde ualet, atq; Redibunt,
& ad bonam uſque ſenectutem pertingent. Nunc igitur diuina promiſſione hoc pacto
explicata, ad enarrandas tam Babyloniorum blaſphemias, quàm cogitationum ſuarum
perturbationem ſeſe accingit.

11 *Et dixerunt, Quomodo ſcit Deus?*) Promiſit hęc Deus ille quidem: iſti uerò in animo
ſuo neq; uidere Deum, neq; intelligere quæ fiant, curarunt. Patefacta in hunc modum il-
lorum impietate, iam ſuas cogitationes in lucem profert.

12 *Ecce ipſi peccatores.*) Iniquè uitam inſtituentes, bonis circumfluunt. Illud enim, In ſe-
culum: præſentem uitam denotat. Neq; enim in Scriptura rarum eſt, hominis uitam ſecu
lum uocari. Seculum noſtrum, inquit, in illuminatione uultus tui.

13 *Et dixi, Ergo fruſtra.*) Cum in delicijs eos uiderem, hęc meum animum cogitatio ſu-
bibat. Num igitur nullum fructum iuſticia habet.

14 *Et laui inter innocentes manus meas.*) Senſus eſt: Quid utilitatis inde cõſequar, quòd
illorum qui male uiuũt commercium deuitaui? Illud enim, Laui inter innocentes, perin-
de ualet, ac Non communicaui malis illorum.

15 *Et fui flagellatus tota die.*) Quoniam deſiderio iuſticiæ, malorum fugio conſortium,
ideo quotidie contumelia afficior, & abijcior.

16 *Si dicebam, Narrabo ſic.*) Cogitabam in animo meo, teſtamenta ſua erga nos tam
Deus reprobauit? Quod enim, inquit, Ecce nationem filiorum tuorum reprobaſti:
idem ualet ac ſi dicat, Poſita teſtamenta tranſgreſſus es: filiorum autem nomine ſe-
ipſos intelligunt, quòd Deus ipſe hoc illos titulo inſigniuerit, dicens: Filius primoge-
nitus meus Iſrael. Cæterùm reiectis poſt tergum huiuſmodi cogitationibus, animaduer
tebam Deum ideo labores nobis impoſuiſſe, ut peccatorum à nobis pœnas repoſceret.
Redibo tamen, & conſecratum illi templum contemplabor, omnium iſtorum malorum
finem intuebor. Deinde prædocetur hoc ex Dei gratia.

Deiecisti

Deieciſti eas cum extollerentur.) Syrus hæc omnia Babylonijs intulit. Is enim ſuperatos illos in ſeruitutem redegit: & Iudæis in patriam redeundi facultatem cōceſsit. Secundam autem malorum fortunam ſomno contulit. Parum enim à ſomnio præſentis uitæ faſtus diſtat. Quod uel Babyloniorum exemplum abundè ſatis teſtatur. Illi namq; breue tempus ſuperbia elati, in ſummā poſtea miſeriam, duriſsimamq; ſeruitutem inciderunt. 17

Domine in ciuitate tua.) Venuſtas temporanea in imagine elucet. Babyloniorum igitur poteſtatem, quæ breue tempus durauit imaginem uocat. Hanc tu, inquit, ad nihilum rediges: hoc eſt, eos qui impietatem ſuam contra ciuitatem tuam declarauerunt, ſupplicio afficies. 18

Quoniam inflammatum eſt cor meum.) Hæ cogitationes, inquit, animum ſubibant meum, cùm iniquitate illorū ad iram prouocatus eſſem. Ergo zeli & inflammationis nominibus unum idemq; ſignificat. 19

Et renes mei commutati ſunt.) Renes, id eſt, cogitationes. Pias cum in animo, inquit, cogitationes uoluerem, non multum abfuit, quin ob faſtum eorum ſubuerſus fuiſſem. 20

Et ego ad nihilum redactus ſum.) Aliter Symmachus: Eram autē ignarus, & cum paſſionē neſcirem, paſſus ſum ex ignorantia, iudicia tua non intelligens. 21

Vt iumentum factus ſum apud te.) Cauebo mihi in poſterum, inquit, ne curioſè in ſapientiſsimas tuas diſpenſationes inquiram: uerùm ſicuti iumentū eius ſequitur ductum à quo regitur, nil curans quò ducatur: ita gratia tua directus, ſequar & ego, prouidētiam tuam non perſcrutans. 22

Tenuiſti manum dexteram meam.) Ab hoc loco quæ reditum concernunt, dicit. Sicuti blandus pater exorbitantis filioli dexteram comprehendit, eumq; domum reducit: ſic & me in patriam reduxiſti, & à ſeruitute liberaſti, & præſtito per gentes libero ac tuto tranſitu, conſpicuum me effeciſti. 23

Quid enim mihi eſt in cœlo?) Neq;, inquit, alium in cœlo Deum agnoſco, neq; præter te in terra ullum habeo. 24

Defecit cor meum & caro mea.) Propterea animo & corpore tè expeto, opemq; tuā deſidero. Te enim & partem, & ſortem, ac fruitionem bonorum habeo 25

Quoniam ecce qui procul à te diſcedunt.) Defectionis autem ſuæ mercedem accipient, qui procul à tua gubernatione diſcedentes, idola uenerantur. Idololatriam autem Hieremias quoq; ſcortationem nominat, cum dicit: Abijt ſuper omnem montem ſublimem, & ſubtus omnē arborem frondoſam, & ſcortata eſt ibi: & poſtquam in his omnibus ſcortata eſt: dixi, Reuertere, & non eſt reuerſa. Hoc autem nequaquam de Babylonijs dixit, ſed de illis, qui propter impietatem in captiuitatem abducti ſunt. Cum enim horum ſponſus eſſet Deus, ſcortatores facti ſunt, dæmonum religioni ſeruiētes. Verùm experientia tandem ut reſipiſcerent admoniti, clamauerunt. 26

Mihi autem adhærere Deo bonum eſt.) Ex ipſa re enim experimento ſumpto, ſeruatori Deo in poſterum gratus ero, ſpemq; in illum collocabo. 27

Ponere in Domino ſpem meam.) Hac namq; ſpe fretus, reditum conſequutus ſum, & admiranda tua opera Hieroſolymæ decanto. Hanc ſiquidem Sionis filiam appellauit, ſicut filios hominum ipſos homines nominat. Erant autem illi ciuitati duo nomina. Quoniam & Sion, & Hieruſalem in Scripturis uocatur. 28

PSALMVS LXXIII.

Argumentum.

Oratio prophetica pro populo Dei & templo ſeu cultu contra gentes, quæ populum captiuum abducturæ & templum prophanaturæ erant. Hoc igitur Pſalmo orationis uice nos contra Turcam & Antichriſtum uti poſſumus.

VT *quid Deus repuliſti in finem?*) Quaſi dicat: Non tantum ſicut captiuis in Babylone 70. annos præſcripſiſti, neq; ſicut tempore Antiochi ſeptē annos cum dimidio 1

iuxta

iuxta Danielis uaticinium aſsignaſti:ſed uſq; in finem nos repuliſti,& diuturnam contra ouiculas tuas iram etiamnum retines.

2 *Memor eſto congregationis tuæ.*) Iam inde à primordio te Deum noſtrũ uocauimus, nosq; ſemper populus tuus habiti ſumus. Nam & Moyſes hæreditatem eos nominauit. Factus enim eſt,inquit,pars Domini.

3 *Mons Sion hic eſt.*) Seruitute nos Aegyptiaca liberatos,in terram maioribus noſtris promiſſam nos reduxiſti,montemq; ſanctum Sionẽ tibi ſanctificaſti,ut ex hoc ceu regio palatio populum tuum moderareris. Hoc autem ante extructionem Hieroſolymitani templi prædixit.Solomon enim illud poſt Dauidem & Aſaph extruxit.

4 *Leua manus tuas.*) Puni illos ob ſuperbiam. Quod autem dicit: Leua manus tuas, translatio eſt,ab ijs petita,qui delinquentes manibus cædunt.Prophetico aũt more hoc dixit propter impios.Neq; enim zelo contra crucifixum impulſi bella mouerunt, ſed ut orbẽ ſuo ſubijcerent imperio.Eſt tamen his Deus ceu lictoribus quibuſdã uſus,quo impios puniret.Neq; Hebræus,neq; reliqui interpretes,neq; Septuaginta in Hexaplo,plurali numero,in Euangelijs poſuerunt:ſed,in ſancto,ut liqueſcat, quod de templo iſta dicant,deplorantes quæ illi acciderant,quod etiam ex ſequentibus patet.

5 *In medio ſolennitatis tuæ.*) Sub feſtum nimirũ Paſchæ, cum omnis populus Hieroſolymæ cõueniſſet, Titus Cæſar urbem illorum obſidione cinxit,& expugnatam tandem deuaſtauit. Pœnas autem in Paſchate luerunt,quoniam in eodem feſto Seruatorem crucifixerunt.

6 *Poſuerunt ſigna ſua.*) Trophæa,quæ uictoriæ ſymbola ſunt,ſuper portas noſtras erexiſti,ut & ad poſteros uictoria illa perueniret. Pilatus autem cõtra legem regia ſigna urbi intulit, & Romani reges,imaginem ſuilli capitis portę ſaxis inſculpſerunt.Ex quibus omnibus cognouerũt,Dei protectione ſeſe orbatos.Quæ & Dominus prædixit: Quando uideritis abominationem deſolationis.

7 *In ſecuri & aſcia.*) Secandi organis ad hoc uſi ſunt,ut bene extructa, uelut quercum ſubuerterent.

8 *Incenderunt igni ſanctuarium tuum.*) Nõ fuit illis ſatis cæteras domos demoliri,niſi etiam contra templum furorem ſuum conuerterent.

9 *Ad terram uſq; polluerunt.*) Vnanimi conſenſu impetum in nos fecerunt, hanc unicam ob cauſam, ut legem à te ſancitam pedibus quaſi conculcarent. Legis enim politiã per feſta intelligit. Hæc,inquit,auſi nullorum etiam miraculorum,quę maiorum noſtrorum memoria edita fuerunt rationem ullam habuerunt.His enim omnibus illicò deſtituti erant. Nam & olim à reditu prophetæ illis fuerunt,utpote Aggeus, Zacharias, Malachias, quiq; hos uetuſtate præcedunt,cum populo tum regibus futura prædixerunt,hoſtiumq; inſidias detexerunt,id quod ex hiſtoria liquet.

10 *Vſq; quò improperabit inimicus?*) Quem ad finem,inquit, iſtorum eos præuaricationibus obijcis,blaſphemasq; illorum uoces pateris?

11 *Ut quid auertis manum tuam? &c. de medio ſinu tuo.*) Sinus Dei bonorũ theſaurus: manus autem, operatio eſt. Quare igitur, inquit, non ut aliàs ſolebas bona nobis ſuggeris: ſed aufers manum è ſinu tuo? Translationis autem uſurpatione hoc dixit, ab ijs ſumpta, qui cum ſinum plenum habeant, aliquid petatur dare nolentes, manum retro uertunt.

12 *Deus autem rex noſter ante ſeculum.*) Scimus hunc à primordio regem eſſe, & huius muneribus ſemper fruimur.

13 *Operatus eſt ſalutem in medio terræ.*) Curam enim noſtri in conſpectu noſtrum omnium geſsiſti.Hoc enim uult cum ait:In medio terræ.Aegyptios enim fugientes, inſolitum illud iter nobis expediuiſti.

14 *Tu contriuiſti capita draconum aquis.*) Dracones Aegyptij ſunt: capita uerò illorum, duces: Pharaonem etiam ipſum dracone uocat,qui plurimos ſuo imperio principes ſubiectos habebat. Quos omnes,inquit,aquis ſubmerſiſti.

Dediſti illum eſcam populis Aethiopum.) Cum enim uicini eſſent Aegyptijs Aethio- 15
pes, creberrima, ut fit, inter illos bella erãt. Pharaone itaq; cũ exercitu in mari ſubmerſo,
Aegyptij, ut præda, Aethiopibus erant expoſiti. Sicut enim famelicus eſcam facilè con-
ſumit, ita Aethiopes, ſine magno labore Aegyptios facilè debellarunt.
Tu diripuiſti fontes & torrentes.) Hebræus & reliqui interpretes, Fontẽ reddiderunt. 16
At non aberrabimus à ſcopo, ſiue fontem, ſiue fontes dicamus. Fontis enim nomine a-
quam illam quæ ex petra profluxit intelligit: illa autem diuiſa plures aquaticos ſinus eſſe
cit, quo tanta hominum multitudo potari poſſet. Reperimus autem hoc bis factum eſſe.
De primo in Exodo: de altero in Numeris legimus. Commodè igitur, huius aquæ fluen
ta fontem nominauit, idem autem per torrentes etiam intellexit, eo quòd non ſecũdum
naturam fluxerunt, ſed tunc primùm data ſint.
Tu ſiccaſti fluuios Ethan.) Symmachus uertit, Tu ſiccaſti fluuios antiquos. Fontes in 17
deſerto cum prorſus eſſent antea nulli, tu eos ſcaturire feciſti, & qui olim fuerũt, eos exic
caſti. Hoc & alibi dicit: Poſuit fontes in ſolitudinem, &c. Sed & aliud uerba hæc ſubin-
dicant, nẽpe quod Dominus Iudæis præuaricationis cauſa propheticorũ fluminum ri-
uos ſubtracturus ſit, & econtrariò gentes, quæ olim deſertæ quaſi fuerunt, de petra Chri
ſto ſpiritualibus riuulis ſit irrigaturus. Quęcũq; uerò ab eo loco dicta ſunt, Operatus eſt
ſalutem in medio terræ. eorum beneficiorũ quorum nos ſumus facti participes umbram
præ ſe ferũt. Et illa eñ liberatio à ſeruitute per aquas facta eſt, & hic libertas ab aquis ini
tium ſumpſit. Illic draconum capita aquis fuerunt ſubmerſa: hic uerò cacodęmonum ty-
rãnis per Baptiſmi gratiam deſtruitur. Illic deniq; Aegyptij tãta in mari rubro clade ac-
cepta in prædam Aethiopibus fuerunt obiecti: hic autem & noſtri hoſtes à ſancta illa co
lymbethra ſuperabiles redditi ſunt illis, quorum animi denſa quodam caligine obtene-
brati erant. Sed & alia multa huius generis, ſi quis remotis umbrarum inuolucris expreſ-
ſam rei ueritatem ſcrutari uelit, ſeſe in hac hiſtoria ultrò offerent.
Tuus eſt dies, & tua eſt nox.) Cæterorum quorũdam beneficiorum commemoratio- 18
ne finita, hypotheſin ad theſin reuocans, orationem ad communia conuertit, oſtendens
Deum totius uniuerſi creatorem, atque temporum gubernatorem eſſe. Veris enim &
æſtatis nomine ſolſtitia intelligit. Illud, Tu feciſti omnes terminos terræ: Theodotion
cum Aquila ita tranſtulerũt, Erexiſti. Innuit autem hoc uerbo Terra, ſuum eſſe ipſi Deo
acceptum referre.
Aeſtatem & uer tu plaſmaſti ea.) Cum omnia, inquit hęc, tuarum manuum ſint ope 19
ra, momento huiuſce congregationis, quam à principio poſſediſti. Illi enim particulæ,
hanc reddidit.
Inimicus improperauit Domino.) Ne in nos defixi ſint oculi tui Domine, ſed in bla- 20
ſphemias inimicorum.
Ne tradas beſtijs animam confitentem tibi.) Vates orationẽ hanc non pro omnibus 21
promiſcuè inſtituit, ſed pro confeſſoribus nominis diuini. Petit autem bona. Hoſtes au-
tem, ut crudelitatem illorum exaggeret, beſtias appellat.
Animam pauperum tuorum.) Pauperes dicuntur, qui contrito & humiliato corde 22
ſunt. Beati enim, inquit, Dominus, pauperes Spiritu: hoc eſt, animo.
Quia repleti ſunt obtenebrati.) Nam qui fulgoris tui conſortes facti nõ ſunt, ſed igno 23
rantiæ caliginem magis dilexerunt, ij domos poſſident iniquitate plenas, & pœnis, quę
hanc comitantur, id eſt omnis generis malis, obiecti ſunt.
Ne auertatur humilis.) Precamur autem, ut qui opem tuam expetentes hymnos tibi 24
offerunt, eos ſpe ſua fruſtrari & rubore ſuffundi ne permittas.
Exurge Deus iudica cauſam tuam.) Appoſitè admodum pronomẽ immutauit. Ego 25
enim, inquit, non immeritò talia perpeſſus ſum: illi autem magna cum audacia plurimis
te blaſphemijs impetiuerunt.
Ne obliuiſcaris uocis ſupplicantiũ tibi.) Perſonã ſuam hoſtiũ arrogãtiæ cõiungẽtes, ro 26
gat ut nõ quidem propter ſe, ſed propter illos defenſione ac patrocinio digni habeãtur.

Pſalmus

PSALMVS LXXIIII.

Argumentum.

Vaticinium de iuſto Dei iudicio, malorum operum exitu, & bonis retributionibus eorum, qui uirtuti ſtudent. Dictus eſt autem & hic Pſalmus ex illorum ſententia & perſona, qui in Babylonica captiuitate detenti fuerunt.

1 *Confitebimur tibi Deus, confitebimur.*) Conſtat hinc, hanc non omnium, qui redeundi facultatem conſequuti erant, uocem eſſe. Pollicentur autem ſe Deum laudibus euecturos, & nomen eius illuſtraturos. Quod enim dicunt, Et inuocabimus nomen tuũ, hoc uolũt: Denuò, inquiunt, nomine tuo appellabimur, & populus tuus nominabimur.
2 *Cum accepero tempus, ego recta iudicabo.*) Aquila & Symmachus ita tranſtulerunt: Cũ accepero ſynagogam. Poſtquam, inquit, reuerſi fuerimus, inq; tuum templum congregati, tum demum legitimè te celebrabimus. Iam enim hæc noſtra querela eſt, quomodo cãtabimus canticum Domini in terra aliena? Poſtquam igitur Propheta ea docuit, quę in captiuitate Babylonica conſtitutis dicenda erant: introducit iam Deum ipſis in hunc modum reſpondentem: Recta iudicabo. id eſt, Iuſtè inter uos & Babylonios iudicabo. Orbis enim uniuerſi iudicem ago, & de quibuſuis meritas pœnas ſumo.
3 *Ego confirmaui columnas illius.*) Omnipotens ſum, inquit. Terram enim ego creaui, & hanc quaſi columnis quibuſdam fulciui, nec non montibus communiui. Quin & mandatum ei, quod non tranſgredietur, impoſui. Quocirca licet iudicis ego mihi partes ſumam, nequaquam tamen pœnam ſtatim exequor: diu antè ſupplicia quæ imminẽt prædico, quo huiuſmodi minis hoſtes ad pœnitentiam adducantur, propterea quòd impietas quælibet ſuam mercedem ablatura ſit, & modeſti animi cura ego afficiar. Hæc enim ijs, quæ ſequuntur docet.
4 *Et delinquentibus nolite exaltare cornu.*) Hic enim quaſi quidam apex eſt omnis impietatis, non ſolum peccare, ſed in peccati animo efferri ac ſuperbire.
5 *Nolite extollere in altum cornu ueſtrum.*) Oſtendit cuius alti meminerit. Cornigera namq; animantia cornibus ſuperbiunt. Interdicit autem his uerbis uates, ne quis linguã ſuam contra Deum exerat: de hac enim hoc loco ſuperbia uerba facit.
6 *Quia neque ab Oriente.*) Ἐξόδους Orientẽ uocauit. ſic enim quinta habet uerſio. Montium autem deſertorum nomine, Auſtrales & Septentrionales regiones appellat. Quas nemo ob nimium uel æſtum, uel frigus commodè poteſt inhabitare. Monet igitur, fieri haud poſſe, ut quiſquam Dei iudicium effugiat. Siue quis enim ad Orientem uſque, ſiue ad Occidentem excurrat, diuina tamen eum ſententia manet. Docet inſuper uarias uitæ uiciſsitudines, quæ diuinam ſententiam comitantur.
7 *Quia calix in manu Domini.*) Huius calicis & Ieremias meminit. Cui ut calicem ſumat, eoq; Hieroſolymam, principes, uicinasq; gentes potet, iniungitur. Supplicium autem uinum in Scripturis uocatur, eo quod per illud non ſecus ac ebrietatem omnis auferatur potentia. Sententia igitur uaticinij hæc eſt: Iuſtus iudex Deus nũc his, nũc illis pœnas irrogat: hunc extollit, illum deprimit & calamitoſum reddit. Quæ ſanè in ipſa captiuitate Babylonica reipſa experti ſunt, ut dicerent primùm de Babyloniorum ſeruitute: deinde & ſua liberatione edocti. Neq; enim ita multum pòſt Dominus & illorum potentiam fregit, & iſtis libertatem priſtinam poſtliminiò reſtituit.
8 *Veruntamen fex eius non eſt exinanita.*) Fecis nomine grauiorem pœnam intelligit. Sententia igitur uerborum eſt: Ego quod limpidius ac purius erat bibi. id eſt, leuiores pœnas dedi: Babylonij autem ipſas feces exhaurient. hoc eſt, multo maiora mala perferent, quàm ipſi nobis unquam intulerint. Nam ego quidem captiuitate, exactis ſeptuaginta annis liberabor: illi uerò ad perpetuam ſeruitutem deſtinabuntur.
9 *Ego autem exultabo in ſeculum.*) Quemadmodum enim illi uiſis noſtris calamitatibus, in ſinu quaſi ſunt gauiſi: ita & nos malicia illorum conſpecta, hymnum Deo offeremus: non quidem illis inſultandi, ſed Deo gratum & beneficiorum memorem animum declarandi gratia.

Et

Et omnia cornua pecorum confringam.) Ex his uerbis intellexerunt, quòd & illos ho- 10
ſtes profligaturi eſſent, à quibus etiam poſt reditum bellum ipſis inferẽdum foret. Quo-
circa ſubiecit, Et omnia cornua pecorum confringam. Quoniam collecti erant ex omni-
bus gentibus, bellum ita contra eos mouerunt. Per iuſti autẽ cornu, generoſum eius ani-
mum, qui extra cœlos rapiatur, quiꝗ terrena contemnat intelligit. Quod ſi quis nomina
tim hic Zorobabelem innui contendat, quòd in parando ipſis uictoria Zorobabelis ſit
uſus miniſterio, cum eo ego non admodum litigaro.

PSALMVS LXXV.

Argumentum.

Vaticinatur Pſalmus de ijs, quæ ipſi Senacherib acciderunt, & de excidio illius exercitui illato.

N*Otus in Iudæa Deus.*) In una enim nocte, tanta per angelum inter hoſtes ſtrage edi 1
ta, ſatis magnum Deus ſuæ erga Iſraelem prouidentiæ argumentum dedit.
Et factus eſt in pace locus eius.) Maiore enim parte ab angelo interfecta, qui ſupere- 2
rant fuga dilapſi, & potentiæ Dei præcones facti ſunt. Et hæc etiam cauſa fuit, ob quam
non hi etiam occiſi ſunt. Hoc facto pax opima Hieroſolymæ reſtituta eſt, eſtꝗ à cunctis
animaduerſum, Deum reuera Sionem montem, in quo ſedem ac domicilium haberet,
ſibi delegiſſe. Mox oſtendit quo pacto innotuerit.
Ibi confregit potentias arcuum.) Ante mœnia urbis, inquit, armis & ſagittis inſtructiſ- 3
ſimos hoſtes è medio ſuſtulit, eorumꝗ arma contriuit, & ad pugnandũ inepta reddidit.
Illuminas tu mirabiliter.) Symmachus pro Illuminas tranſtulit, Splendore magnifi- 4
centiſsimus excelles, à montibus uenationis. Hoſtes enim in noſtris mõtibus mortis ue-
nationi addixiſti, unde magnificentiſsimus & conſpicuus maximè inter omnes factus
es. Tanto enim miraculo, ignaros tui illuminas, teꝗ Deum eſſe abundè ſatis declaras.
Turbati ſunt omnes inſipiẽtes corde.) Qui enim inflato erga te animo uſi ſunt, propter 5
animi ſtulticiam improuiſam perturbationem perpeſsi ſunt, cumꝗ ſe tutò ſomnũ captu-
ros ſpem fouerent, ea turpiter fruſtrati ſunt. Somniũ enim mors excepit. Quod & hiſto-
ria teſtatum facit, quòd ſomno excuſsi, mortua repererit militum corpora.
Omnes uiri diuitiarum in manibus ſuis.) Ita Symmachus: Omnes uiri potentes ma- 6
nibus ſuis. Manuum ſuarum robur, quo freti omnium ad ſe rapere facultates propera-
bant, nequicquam illos adiuuare potuerunt. Vtque quid inde fructus conſequutum ſit
doceat, ſubiungit:
Ab increpatione tua Deus Iacob.) Qui de equitandi peritia gloriabantur, te non niſi 7
abnuente proſtrati ſunt. Dormitatio facilitatem mortis indicat. Quemadmodum enim
dormitãtes, facilè cũ uolunt obdormiũt: ita & illi cõpendioſam quaſi mortẽ ſortiti ſunt.
Tu terribilis es.) Supplicium enim à te intentatum deuitare quis quæſo poteſt? 8
Et tunc ira tua.) Poteras audita illorum blaſphemia extemplò de ſceleſtiſsimis pœ- 9
nas repetere: uerùm pro longanimitate tua patienter eorum reſipiſcentiam expectas.
De cœlo audire feciſti iudicium.) Cœlitus, inquit, decernis contra quos lubet. Sym- 10
machus: Auditum, inquit, facies.
Terra timuit & ſiluit.) Metu, inquit, omnes perculſi ſunt, deſtiteruntꝗ ab impreſsio- 11
ne, quam in nos faciebant, idꝗ propterea, quòd te iudicis inſtar ſententiã contra ſe pro-
nunciantem cernerent: & eos qui tuum auxilium deprædicant, haud contemnenda ſalu
te potitos eſſe animaduerterent.
Quoniam cogitatio hominis.) Tantorum bonorum participes facti, cogitationes no- 12
ſtras ad pſalmodiam conuertimus, non ſuſtinentes ut uel minima illarum portiuncula ad
quicquam aliud procurandum accommodetur.
Vouete & reddite.) Mutuis ſeſe cohortationibus, ut & munera uoueant, & promiſsis 13
ſuis reſpondeant, excitant. Eſſet enim ſummæ ignominiæ nota dignum, ſi uicinis id præ

DD metu

metu facientibus,ipſi in ingratitudinis uicio deprehenderentur. Hoc enim uult ijs quæ
ſequuntur uerbis.
14 *Omnes,qui in circuitu eius.)* Munera autem certatim offerunt, quos edita miracula
terrore perculerunt: & reipſa didicerunt,hunc uerum Deum eſſe, qui & potentiſsimos
quosq; addicere morti poteſt.

PSALMVS LXXVI.

Argumentum.

In Pſalmo hoc David rex & uates in perſona Iudæorum loquitur,qui ex captiuitate Babylonica in priſtinam libertatem aſſerti,in hunc modum precaturi,& Deum laudaturi ſunt.

1 V*Oce mea ad Dñm clamaui.)* Ex animo precatus ſum,quodq; poſtulaui illico cōſe-
quutus ſum.Quinetiã tẽpus horũ oſtendit.Dicit em̃: In die tribulationis meæ,&c.
2 *In die tribulationis meæ Deum exquiſiui.)* Verbo hoc,Exquiſiui,ardentem precatio-
nem innuit.Sequentibus autem & modum precationis explicat.
3 *Manibus meis nocte coram eo.)* Symmachus in hunc modum: Manus mea nocte ſi-
ne intermiiſsione extendebatur.In ſilentio conſtitutus,manus extẽdi,beneuolentię con
ciliandæ ergò preces profundens, neque me ſpes mea fefellit. Hoc enim ſibi uult, cum
ait:Et non ſum deceptus:id eſt,Non abſque fructu uigilaui, ſed mearum precum copio-
ſam quaſi meſſem habui.
4 *Renuit conſolari anima mea.)* Conſolationis argumenta omnia reſpui, & unius Dei
mei memoriam in animum reuocans,meipſum recreaui.
5 *Meditatus ſum,& defecit ſpiritus meus.)* Ita Symmachus reddidit:Loquutus ſum mi-
hi ipſi, animoq; defeci continuè, cùm mihi ipſi loquerer:ac de malis, quæ me premebant
cogitarem,deſperaui futurum,ut ab illis liberarer,& acerba pertuli mœſticiæ tela.
6 *Anticipauerunt uigilias oculi mei.)* Vigiliarũ mentione facta, eas partitiones noctis,
ſecundum quas cuſtodes uigilias ſuas inter ſe & partiũtur & obeunt,intelligit.Nihil au-
tem his uerbis aliud innuit, quàm totas ſeſe noctes inſomnes duxiſſe.
7 *Turbatus ſum,& non ſum loquutus.)* In eandem planè ſentẽtiam. Pſalmo XLI.dixit:
Turbata eſt in meipſo anima mea.Neq; enim mihi integrum erat,alijs mei animi ſenſa &
cogitata detegere.
8 *Recogitaui dies antiquos.)* Beneficia, inquit,illa tua antiqua, quib. me olim ornaſti in
memoriam reuocaui,& quantis miraculis ex ſeruitute Aegyptiaca liberati, per mare ru-
brum ſicco pede traducti,& terram Chananæam adepti fuerint,diligenter expendi.
9 *Et inquiſiuit ſpiritus meus.)* Pro ἔσκαλλον:Theodotion dixit,ἐξηρεύνησον:hoc eſt,ſcruta-
tus eſt.Aquila aũt,ἐσκαλόωσον reddidit,hoc eſt,fodit.Sentẽtia eſt. Sæpiſsimè noctu apud
memetipſum cogitaui,qui'nam fieret,quod cũ Deus maiorum noſtrorũ tam ſeriam geſ-
ſerit curam,nos in maximis ærumnis conſtitutos uſqueadeò aſpernetur. Sed & iſta quæ
ſequuntur ſæpius in animo uolui atq; reuolui.
10 *Nunquid in ſeculum proijciet Dominus.)* Id eſt, Prorſus'ne abnegauit nos, & à guber
natione ſua reiecit.
11 *Conſummauit uerbum.)* Symmachus:Cõſummauit dictione,in ſingulis generationi
bus.Hoc,inquit,quoq; metui,quod iam olim ſingularum generationum fines prorogat.
12 *Aut obliuiſcetur miſereri Deus.)* Recollegi,inqt,nihilominus animũ, & apud memet
ipſum cogitaui,Deũ ad miſericordiã,propẽdere:ideoq; minime ſuſtinere, ut noſtras res
obliuione obliteret,& clementię ſuę uberrimos fontes per iram ceu maceriem obſtruat.
13 *Et dixi,Nũc cœpi.)* Malorũ principia quaſi quædã cum habeam, inquit, nunc demũ
erudiri aſueſco.Ego enim mihiipſi ob peccatum huiuſce mutationis author ſum.
14 *Hæc eſt mutatio dexteræ excelſi.)* Quę priſtinorũ beneficiorũ loco ſupplicijs nos affe-
cit.Nihil em̃ aliud per mutationẽ dexteræ intelligit,quàm pœnas:cũ dextera Dei nõ niſi
bona ſuppeditare cõſueuerit.Sed ne iſtæ quidẽ cogitationes ei ſatisfecerũt. Nã,inqt,be
nignitatẽ quoq; Dñi in memoriã reuocaui.Hoc em̃ uult,inquiens: Memor fui operum,
Quia

Quia memor ero ab initio mirabiliũ tuorũ.) Vniuerſa tua mirabilia, quæ ab initio in nos 15
ſicut declarata, in medium adducam: inq; his diurna ſimul & nocturna meditatione
uerſatus, ſpem meliorem haud proijcia m.

Deus in ſancto uia tua.) Symmachus aliter, Deus in ſanctitate tua: Aquila autem, In 16
ſanctitate uia tua. Senſus eſt: Sanctus es non ſolum, ſed & in ſanctis habitas, inambulas,
& ſuper illis requieſcis.

Quis Deus magnus, ſicut Deus noſter?) Vniuerſos, inquit, longe ſuperas, ô Domine. 17
Tu enim, tu inquam, ſolus quæ tibi uiſa ſunt operaris.

Notã feciſti in populis uirtutem tuam.) Cunctis mortalibus immenſam poteſtatem tu- 18
am declaraſti, quo tempore populum tuum ex Aegyptiaca ſeruitute in libertatem aſſe
ruiſti.

Filios Iacob & Ioſeph.) A Iacobo progenitore originẽ illi quidem ducunt, ſed ex Ioſe 19
phi cognatione conſpicui redditi ſunt.

Viderunt te aquæ Deus.) Cum mare te p ræſto cerneret, diuiſum eſt pelagus: Symma 20
chus in hunc modum, Dedit æther, inquit. Nam Meridionali uento ſpirante, id quod
& hiſtoria ſacra teſtatur, mare diſciſſum eſt. Aere uerò conuerſo, & nubibus coactis, uen
tus oritur. Supplicia, inquit, tua inſtar ſagittarum hoſtes tuos adobruerunt: & tanquam
tonitru Aegyptiacorum curruum rotas remoratus es. Cui & illa, quæ in hiſtoria extant,
conſentiunt. Factum enim eſt, inquit textus, in uigilia matutina, & adſpexit Dominus
ad caſtra Aegyptiorum, in column a ignis ac nubis, & perturbauit caſtra Aegyptiorum.

Apparuerunt fulgura tua orbi.) Nam lux miraculorum, quæ Dominus edit, non ſe- 21
cus ac ſub totum terrarum orbem percurrit.

Concuſſa eſt & tremefacta terra.) Diuulgata potentia tua, metu omnes perculſi ſunt. 22
Quod & Raab meretrix exploratoribus dixiſſe ſcribitur: Quoniam timor, inquit, ac ter
ror ueſter ſuper nos cecidit. Audiuimus enim, quomodo Dominus Deus ueſter rubrum
mare ante faciem ueſtram diuiſerit.

In mari uia tua.) Haud tibi difficile fuerit & mare diuidere, & in aquis multis inequi 23
tare: ita tamen, ut nulla prorſus extent ueſtigia. Naturam enim ab omni corporea cor-
ruptione alienam habes. Hæc autem ſuperioribus adiunximus. Populum enim, inquit, tu
um ita deduxiſti, ut omnem uiſum effugeret, neq; tui itineris ueſtigium nobis ullum ex-
hibuiſti.

Deduxiſti ſicut oues populum tuum in manu Moyſis & Aaronis.) Horũ enim, inquit, 24
ore loquutus, populum tuum deduxiſti & inſtituiſti. Quorum omnium mentionem in
iecerunt, ut ad miſericordiæ affectum Deum adducerent, atq; gubernationem ipſius
impetrarent.

PSALMVS LXXVII.

Argumentum.

Legem cùm promulgaret olim Deus populo ſuo, ſedulò parentibus iniunxit, ut in hac diligenter ſuos liberos inſtituerent: quin & feſtorum ſolennium cauſas fideliter explicarent: quo intellectis Dei maximis in ſe beneficijs, gratitudinẽ animi erga illum meditarentur. Huius itaq; præcepti memor, in hoc Pſalmo Dauid populum & poſteros admonet de illis, quæ facta ſunt, deq; bonis ab illo præſtitis, & de ingrata mente illorum, qui illa acceperunt.

ATtendite populus legem meam.) Quæ hic dicuntur, ea ut attentis percipiatis animis 1
etiam atq; etiã mando. Hãc eñ cohortationẽ legis uobis loco eſſe omnino uolo.
Inclinate aurem ueſtram.) Ideſt, Præſenti animo, quæ dicuntur auribus percipite. Per 2
parabolas ſiquidem uobiſcum loquar. Etenim cum patres ob utilitatem poſterorum re
prehendat, inſtitutam hic narrationem parabolæ nomine inſigniuit, eo quòd ænigmate
inuoluta eſſet, & tectam utilitatem afferret: ſed & priſca inſeruit problemata: utq; unde il
la cognouerit, indicaret, ſubiecit: Quanta audiuimus & cognouimus ea, &c.

3 *Et patres noſtri annunciauerunt nobis.*) Iam inde à principio (inquit) qui admiran-
da hæc Dei opera ſuiſmet cōſpexere oculis, filijs ſuis ea inculcarūt: qui rurſus ad ſuos do
ctrinā hanc poſteros per manus quaſi tranſmiſerūt. Quod quidē, inquit, ex diuinæ legis
præſcripto fecerunt. Hoc enim innuit cum ſubiecit: Et ſtatuit teſtimonium in Iacob. &c.

4 *Et ſtatuit teſtimonium in Iacob.*) Teſtimonij appellatione in præſentia ipſum taber
naculum uenit, in deſerto Arabiæ expanſum: utpote in quō teſtimonij tabulæ reſerua-
bantur. Lex enim uaria ſortitur nomina. Nam & mandatum, & teſtimonium, & iudici-
um, & iuſtificatio dicitur. Sed hæc clarius ſuprà Pſalmo XVIII. nobis explicata ſunt.

5 *Et legem poſuit in Iſrael.*) Lege lata, inquit, hoc ſanciuit, ut miraculorum à ſe editorū
commemorationem parentes quaſi per manus poſteris ſuis traderent.

6 *Ut cognoſcat generatio altera.*) Quæ enim filij à parentib. acceperunt, hæc eadem ne-
potibus & pronepotib. inculcarunt: ita quidem, ut illorum memoria inuiolata manſerit,

7 *Ut ponant in Deo ſpem ſuam.*) Poſtquam em̄ potentia diuina illis innotuerit, & quā
ta in ipſos beneficia contulerit cognouerint, dubiū nō eſt, quin ſpem in illum firmam ſint
defixuri, atq; etiam præceptis illius morem geſſuri.

8 *Ne fiant ſicut patres illorum.*) Etenim cum de execranda patrum erga Deum ingrati-
tudine ipſis ſatis ſuperq; cōſtet, neq; eos quo pacto legis uiolatione eum grauiter offen
derint lateat, caueant ne illorum ueſtigijs inſiſtant.

9 *Generatio praua & exaſperans.*) Solidam em̄ in Deo ſpem illi non habuere, neq; eius
animi, quod rectam tenere uiam uellent, unquam fuere: uerùm potius mente Dei legi
reluctante præditi fuerunt.

10 *Filij Ephraim.*) Ephraimiticam tribum præ cæteris arguit, ut apud quam idololatria
in maximo precio fuerit. Quod cum aliunde, tum ex hiſtoria Iudicum & tertio Regum
libro colligere poſſumus. Nam & uitulorum imagines erexerunt, & à uera Dei religio-
ne ex præſcripto legis inſtituta nouem tribus auocarunt, & ſic defectionis authores fue-
runt. Quod facinus Propheta Spiritu ſacro colluſtratus, longo tempore antequam com-
miſſum eſſet proſpiciens, grauiſsimè reprehendit: ſed & conſilium ſalubre in medium ad
ducit, quòd licet ipſos haud amplexuros haud ignoraret, nihilominus tamen ſua id uti
litate non caruit. Poſteaq; uerò & robur, & ſagittandi peritiam tradidit, metum illorum
perſtringit. Conuerſi enim ſunt (inquit) in die belli. Siquidem cum ob militaris rei peri
tiam magnos ſibi ſpiritus ſumerēt, ſimulac hoſtium apparatum bellicum conſpexerunt,
terga uerterunt.

11 *Non cuſtodierunt teſtamentum Dei, & in lege eius noluerunt ambulare.*) Animi liber-
tatem notat, & recte quidē. Detrectarunt, inquit, ex præſcripto diuinæ legis uiuere, ne
que firmis fundatam legibus politiam amplecti.

12 *Coram patribus eorum quæ fecerunt mirabilia.*) Vtq; indicaret, quo'nam tempore iſta
deſignarint, ſubiecit: Coram patribus eorum &c. Hinc & bellum, & tempus oſtendit:
quodq; cuncta Dei miracula in Aegypto declarata, quæ ipſorum maiores ſuis uiderint
oculis, obliuione antiquauerint, innuit.

13 *Interrupit mare, & perduxit eos.*) Breuem mirabilium Dei operum catalogum inſti-
tuit, & hoc de maris rubri diuiſione, ut quod reliqua omnia excellat, inprimo quaſi agmi
ne ponit. Cum enim aqua naturali motu deorſum ruat, Deus eam ex utroq; latere inſtar
muri conſiſtere coegit, ſuoq; uerbo ceu utre cohibuit. Quoniam enim utres in eum fi-
nem excogitati ſunt, ut liquidam aquæ naturam cohibeant: idcirco hanc diuiſi maris
imaginem, ut potentiam uerbi Dei innueret, poſuit.

14 *Et duxit eos in nube per diem.*) Interdiu enim nubes radios ſolares uiſui moleſtos in-
terpellebat, noctu autem ignis uiam oſtendebat.

15 *Rupit petram in ſolitudine.*) Neq; enim modicam tantum guttularum deſtillationem,
ſed copioſum fontem multis millibus potū ſuppeditantem, produxit. Quod clarius ad-
huc in ijs quæ ſequuntur indicat: Scaturiens namq; aqua, in plures riuulos ceu ſulcos diui-
ſa, ſitienti-

ſa, ſitientibus largum potum exhibuit.

Et appoſuerunt adhuc peccare ei.) Sed ne hoc quidē miraculū tantū apud illos ualuit, 16
ut ingrati erga Deum eſſe deſinerent: uerùm etiam poſt tanta beneficia diuinam uirtu-
tem tentare auſi ſunt. Etenim cibum petentes, non quod neceſſitas requirebat quæſi e-
runt: ſed Deum quaſi non eſſet omnipotens inſimulauerunt.

Quoniam percuſſit petram.) Natura namq; aquæ procliuis eſt, ac facilis. In lumbis e- 17
nim terræ quod fuerat reconditum, in lucem eſt productum. Cibum autem panis, qui
certo temporis ſpacio prouenit, ut nobis ſuppeditabit?

Ideo audiuit Dominus, & abſtulit.) Qua, inquit, malicia ira cōmotus Dominus, cum 18
promiſſam illorum maioribus terram dare diſtulit, tum & multis ac uarijs interim pœnis
eos afflixit. Non intulit illis autem compendioſum aliquod exitium patienter agens, ut
filij illorum ſuccreſcerent. Per ignis autem ſupplicium & B. Moyſis ſyngrammatis me-
minit. Paſſi ſunt, inquit, enim plagam hanc, quia uero Deo fidem non habuerunt.

Et mandauit nubibus deſuper.) Licet autem tales eſſent, uictum tamen illis, nulla in- 19
terueniente agricultura, affatim ſubminiſtrauit. Quod quidem quæ ſequuntur indicāt.

Et ianuas cœli apperuit.) Neq; enim nubes ſolitos excluſere fœtus, ſed pluuiæ loco ad 20
mirabilem cibum. Ianuarum autem nomine ſubminiſtrationem aut effuſionem quaſi
cœlitus factam intelligit. Sicut enim eſculentorum aliquid ex promptuarijs prolaturi,
ianuas illorum reſeramus: ita his uerbis uates Deum ex penu quaſi quodam manna ſup
peditaſſe dicit.

Et panem cœli dedit eis, panem angelorum manducauit homo.) Manna panis nomina 21
tur angelorum, eo quòd miniſterio angelorum ſubminiſtratus fuerit. Angelorum enim,
atteſtante id Scriptura, officium eſt, Dei mandatis obtemperare. Sic enim Apoſtolus ali
cubi: An non omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus &c. Cœli uerò panem, ut qui cœlitus
delapſus ſit, appellat: ſicut Scriptura aues in aere uolitantes, uolucres cœli nominat.

Cibaria miſit eis.) Tantū, inquit, cibi huius quantū ſaturitati cōduceret ſuppeditauit. 22
Deinde & carnium, quas dedit, mentionem facit.

Abſtulit auſtrum de cœlo.) Ventorum ſiquidem impulſu aues coegit, ut in circuitu 23
tabernaculi terram contingerent: atq; hoc pacto obuiam illis uenationem ſiue captu-
ram potius largitus eſt.

Et deſiderium eorum attulit eis.) Conſequuti ſunt, quæ deſiderarunt, & uentri ſatis 24
ſuperq; fecerunt: ſed poſt modum graues ſatis pœnas penderunt.

Cum adhuc eſca eorum eſſent in ore ipſorum.) Nam potentiæ diuinæ euidentiſſima ar 25
gumenta ſæpiſſime experti, cū nō crederēt quòd uictum ipſis alimentariū ſubminiſtrare
poſſet: caſtigauit eos, quo & bonorum ſiue præmiorum, & pœnarum authorem ſatis lo-
cupletem declararet. Illi autem ſemper antiquū obtinuerunt, & in peccandi contumacia
perſtiterunt. Id enim ſequentibus uerbis innuit:

In omnibus his peccauerunt adhuc.) Dum enim peccarent, nihil omnino de ijs rebus, 26
quæ uſui eſſe poterant, ſoliciti fuerunt: futilibus uerò addicti ſtudijs, inq; his omnem
uitæ curſum tranſigentes, uitam hanc cum morte commutarunt.

Cum occideret eos.) Non abs re illos caſtigauit. Neq; enim fructus parum ex caſtigatio 27
ne ad illos peruenit. Bonis quippe cum affluerent, non animaduerterunt: pœna uerò
irrogata, Dei miſericordiam ſupplices facti conuenerunt.

Et dilexerunt eum in ore ſuo.) Promittebant illi quidē, ſeſe illū amore proſequuturos, 28
ſed uerba dabāt. Aliud eṁ in ore promptū, aliud in pectore habebant reconditum: cum
legibus diuinis ex diametro repugnantia in animo uoluerent, nec Dei uerbo fiderent.

Ipſe autem eſt miſericors.) Deus autem clementiæ ſuæ recordatus, noluit committere, 29
ut omnino internecioni dederentur.

Et abundabit ut auertat irā ſuam.) Symmachus in hunc modum: Et diu auertit iram 30
ſuam, & non excitauit exitium, furorem ſuum. Senſus aūt uerborum eſt: Pœna, quā illis
irrogauit, delictis non reſpondet.

31 *Et recordatus eſt, quod caro ſunt.*) Quàm infirma enim illorum natura eſſet facile ani
maduertit, quòd uitæ exitus, quem ſortituri erant, non procul abeſſet.
32 *Quoties acerbauerunt eum in ſolitudine.*) His omnibus adm iratione dignam Dei
Optimi & Maximi patientiam inculcat, quæ tamen & ex ſacra hiſtoria intelligi poteſt.
Nam nunc uitulũ erexerunt, ueneratiq; ſunt, nunc Beelphegor ſacris initiati ſunt. Quin
etiam aduerſus Moyſen tyrannicas minas ſpirarunt: & cum manna cœleſti fuiſſent poti-
ti, gratitudinis ſignificationem plane nullam dederunt. Præter hæc, cum ut infracto ani
mo promiſsionis terram inuaderent, ſibiq; ſubigerent, metum ac terrorem obtenderunt.
Sed & alia generis eiuſdem commiſerunt, quæ ne prolixiores, quàm par eſt, ſimus, ſicco
pede præteribimus.
33 *Non ſunt recordati manus eius.*) Senſus eſt: Noluerunt quàm inſigne fuerit prius illud
beneficium apud ſemetipſos expendere, quo ex tam diuturna ac dura ſeruitute in liber-
tatem fuerant aſſerti. Porrò edita miracula enumerat.
34 *Sicut poſuit in Aegypto ſigna ſua, & prodigia ſua in campo Taneos.*) Tanae urbs regia
fuit Pharaonis, ubi Moyſes pœnas Aegyptijs intulit.
35 *Et conuertit in ſanguinẽ flumina eorum.*) Cum profluentes, tum ſtagnantes aquas in
ſanguinem conuertit, ſitiq; contradicentes ſibi tantum non enecauit.
36 *Miſit in eos cynomyiam.*) Cynomyia autem raniſq; ceu flagellis uſus, maximis illos
doloribus affecit: ærugine uerò & locuſtis fruges terræ deuaſtauit.
37 *Occidit in grandine uineas eorum.*) Ipſas etiam, inquit, arborum radices cum grandi
ne, tum pruina cõfecit: συκαμίνους ſane alij interpretes συκομόρους, hoc eſt, ficus interpreta
ti ſunt. Illud, Et tradidit in grandinem iumenta eorum &c. Symmachus ita extulit: Qui
expoſuiſti peſti iumenta eorum, & poſſeſsiones eorum alitibus. Improuiſa enim morte
abrepti, in eſcam carniuoris auibus facti ſunt.
38 *Miſit in eos iram.*) Supplicia illa acerba, quæ Deus populo huic intulit, Propheta
uarijs nominib. appellat: Furorem nimirũ, iram & tribulationẽ: Angelos uerò ſupplicij
miniſtros. Vocando aũt illos malos, neq; naturæ illorum neq; uolũtatis nequitiæ cauſa
facit, ſed quòd illorum ſupplicia cõſideret. Symmachus Angelos adfligentes appellauit.
39 *Viam fecit ſemitæ iræ ſuæ.*) Clementia eius non obſtitit ſupplicio, ſed iuſtiſsimæ caſti
gationi loco ceſsit. Quod & ſequentibus fuſius explicat.
40 *Non pepercit à morte animabus illorum.*) Cum enim uſq; adeò obſtinatum in illis ani-
mum cerneret, omni ſepoſita commiſeratione ſupplicio illos affecit. Tabernaculorum
autem Cham Aegyptum intelligit. Eſt enim Merom filius ipſius Cham: Merom autem
Aegyptus.
41 *Et abſtulit ſic ut oues populũ ſuum.*) Vbi eos hoc pacto caſtigauit, in deſertum popu-
lum ſuum deduxit, paſtorem gregi minantem imitatus.
42 *Et duxit eos in ſpe.*) Etenim cum plurima illis uirtutis ſuæ luculẽtiſsima ſpecimina ex
hibuiſſet, iuſsit eos magno & intrepido animo eſſe, nec quicquam magnopere per hor-
reſcere. Hoc quidẽ Deus omnipotẽs ipſis mãdauit, at illi confidere in illo nõ ſuſtinuerũt.
43 *Et adduxit eos ad montem.*) Illinc itaq; terram libertatis præſtitit, quam pollicitus fu
erat. Sionis enim montis nomine, totum terrarum orbem intelligit.
44 *Et eiecit à facie eorum gentes.*) Nam ex hac terra eos, à quibus eam inde à multis re-
trò ſeculis inhabitabatur, exterminauit, & filios Iſraelis in eadem collocauit. Hoc enim
uult cum ait, In funiculo diſtributionis. Qui enim habitationem adepti ſunt, metiri eam
ſolent. Sortes autem & exactam terræ Chananeæ diſtributionem ſi cognoſcere cupis,
hiſtoriam Ioſuæ conſulas.
45 *Et habitare fecit in tabernaculis eorum.*) Terram ſiquidẽ ſecundum tribus partitus eſt.
Hactenus infidelitatem eorum, quam in deſerto Arabiæ declararunt, enarrauit: iam igi
tur & eas diuinæ legis tranſgreſſiones, quas ubi terram promiſſionis occupaſſent, deli-
quarunt, commemorat.

Et tentaᵫ

Et tentauerunt & exacerbauerunt Deum excelſum.) Id eſt: Tot tantiſq; beneficijs af- 46
fecti ac cumulati, nihilo ſecius in ſua præuaricatione perrexerunt.
Et auerterunt ſe & præuaricati ſunt, ſicut & patres eorum.) Viderant illi quidem, ſup 47
pliciũ, quo illos Deus affecerat: uerùm inde meliores haud redditi, eiuſdem præuarica
tionis crimine ſeſe obſtrinxeruut. Arcus enim ſi quid auerſi & obliqui receperit, tela quæ
mittuntur recta dirigere nequit. Sic etiam illi, quoniam mentis rectitudinem inflexerant,
Dei muneribus, ut par erat, non ſunt potiti: ſed & utilitatis occaſiones, in nocumenti
cauſas immutarunt.
Et in ſculptilibus ſuis.) Bona acceperunt à Deo, honorem ſimulachris deferunt. 48
Audiuit Deus & ſpreuit.) Id eſt: Prouidentia ac protectione illius cum uel maxime 49
indigerent, hac illos dedignatus eſt. Quæ clarius ex Iudicum hiſtoria patent. Obiecit e-
nim illos iam Ammonitis, iam Madianitis &c. pœnas impietatis de illis repoſcens.
Et ad nihilum redegit ualde Iſraelem.) Quoniam gentem hanc quondam præ cæteris 50
celebrem & conſpicuam, uicinæ gentes facillime ſuperarunt.
Et repleuit tabernaculum Silon.) Hinc deinceps initiũ regum docet, de Heli ſacerdo 51
tum principe & filiorum eius malitia commemorationem inſtituens.
Et tradidit in captiuitatem uirtutem eorum.) Virtutem & uenuſtatem illorum arcam 52
appellat. Cũ enim hanc Ophni & Pinehas filij ſacerdotis Eli in caſtra Iſraelitarũ extuliſſẽt,
ut contra hoſtes ſubſidio illis eſſet, grauiſſimas ob id pœnas exoluerunt. Arcam uerò Phi
liſtæi idolo ſuo Dagon, ueluti ſpolium hoſti ereptum, obtulerunt. Dagon autem ſimul
achrum erat, quod Dei inſtar adorabant & uenerabantur.
Et concluſit in gladio populum ſuum.) Manibus enim hoſtium illos obiecit, propter 53
delicti magnitudinem.
Et hæreditatem ſuam ſpreuit.) Hereditatis nomine eos inſignit, ut qui prouidentia ac 54
tutela diuina ſemper præ cæteris populis potiti fuiſſent. Vnde & apud Moyſen legitur:
Funiculus enim hæreditatis eius. Pòſt & genera ſupplicij enumerat.
Iuuenes eorum comedit ignis.) Hos enim igni obiecit. Virginum autem interitũ con 55
ſueto luctu proſequuti non fuerunt, eò quòd unuſquiſque proprijs ſuis ærumnis occu-
patus eſſet. Ophni & Pinehas ſacerdotes, qui arcã extulerunt, occubuerunt. Vnde in ge
nere colligimus, eos qui iniquã degũt uitã, fruſtra Dei prouidẽtia & gubernatione niti.
Et uiduæ illorum non plorabuntur.) Veruntamen cum iſtis eos ſupplicijs ſubieciſſet, 56
etiam hoſtes eorum præſtitas ab ipſis cauſas fuiſſe docuit.
Et excitatus eſt quaſi dormitans Dominus.) Nam patientia inſtar ſomni ſepoſita atq; 57
abiecta, Philiſtæos inaudita & inuiſa plaga puniuit, & coram omnibus uicinis ignomi-
niæ nota maxima eos affecit. Loquitur autem de ani cruciatu, cuius & hiſtoria & pro-
phetia quoque mentionem facit. Dicit enim, Percuſsit inimicos eorum in poſteriora: pu
doris partem plagam accepiſſe oſtendens. Per ſomniũ autem patientiam ac longanimita
tem, per crapulam ex uino, iram ac indignationem intelligit.
Et repulit tabernaculum Ioſeph.) Denuo reliquis tribubus ſilentio præteritis, ſolius 58
Ephraimiticæ mentionẽ facit, futuram illius tyrãnidem animo proſpiciens. Nam ex hac
Hieroboam genus ſuum traxit, qui decẽ tribus à Dauidis regno deſciſcere fecit: Ioſeph
uerò & Ephraim una eademq; tribus eſt. Fuit namq; Ephraim filius Ioſephi. Dicit autem
tabernaculum illius repulſum fuiſſe, propterea quod gratia ipſius arcæ oracularis in Si-
lo non permanſit, ſed Hieroſolymam translata eſt, ubi poſtea templum à Salomone ex-
tructum eſt.
Et elegit tribum Iuda.) Elegit autem hanc præ cæteris propter uirgam illam, quæ ex 59
Ieſſe floritura expectabatur. De hoc uerò germine & Iacob uaticinatus eſt, Iudæ benedi
cens. Sed & Paulus eius meminit, his uerbis: Manifeſtum autem eſt ex Iuda ortum eſſe
Dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ: propter hunc igitur tribũ Iuda præ cæteris elegit. Et quo
niã myſteriũ hoc reliquas tribus latebat, dilucidè admodum ſubiecit: Montẽ Sion, quem

dilexit quo reliquarum tribuum liuorem extingueret, tantum non dicens, Nullam pror
ſus zelotypiæ cauſam concipiatis. Nam propter montem Sion, tribum Iuda elegit. Fuit
tamen & alia cauſa, ob quam mons Sion in tanta ueneratione haberetur: quòd nimi-
rum templum in eo olim eſſet extruendum.
60 *Et ædificauit ſicut unicornis.*) Vno cornu inſtructum unicornem nominat. Vnum au
tem Deum adorari debere & lex mandat. Appoſite igitur admodum unicum illud tem-
plum, Deo uni conſecratum, unicorni contulit.
61 *In terra fundauit eam in ſeculum.*) Ita Symmachus: In terram, quam fundauit in ſe-
culum. Quemadmodum & cæteri interpretes. Sicut enim, inquit, terram Deus non ni-
ſi unam creauit: ita & Iudæis, ut non niſi unum templum extruerent, mandauit.
62 *Et elegit Dauid ſeruum ſuum.*) Dauidem ſeruum ſuum nominando uirtutem eius in-
nuit, & magnificentiam Dei ſequentibus uerbis oſtendit: Sequentē fœtas, inquit. Non
enim perfectus paſtor, ſed paſtoris miniſter, fœtas oues ſequutus.
63 *Vt paſceret Iacob ſeruum ſuum.*) Indicat & hoc ſingularem Dei prouidentiam: neq;
enim quibuslibet eum ouibus paſtorem quaſi conſtituit: ſed Iſraelis poſteris, qui aui ſui
cognomen gerebant, quosq; ſibiipſi ceu hæreditatem elegerat. Verùm ille tanto mune-
re diuino exornatus, gratitudinem ſui animi declarauit: nam ſimplicitate cum pruden-
tia mixta, ex præſcripto legis Dei, populum moderatus eſt.
64 *Et pauit eos in innocentia cordis ſui.*) Simile his in Euangelio præceptum extat, ubi
Dominus in hunc modum loquitur: Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut
columbæ. Nam utroq; abiecto uitio, illic ſerpentis uerſutia, hic columbæ ad obſequen
dum incauta facilitate, laudabilem uirtutem commiſcuit.

PSALMVS LXXVIII.

Argumentum.

Vaticinium de Antiochi, cognomento Illuſtris dicti, rabie, quam aduerſus populum Iudaicum exercuit. Proponit autem prophetiam hanc ſub precationis forma, quaſi illa ab eius temporis pijs ac religioſis, nondum quidem deuictis, uerùm adhuc calamitatibus oppreſsis, profundenda foret.

1 D*Eus uenerunt gentes in hæreditatem tuam.*) Spiritus ſancti gratia clare eos docuit,
ne primùm ſuas calamitates commemorarent: ſed potius impietatem illam, quæ
in ſacroſanctum templum nefanda audacia erat commiſſa: eò quòd templum illud nihil
diuinæ legi contrarium feciſſet. Gentes inquit, impie & inique uiuentes, hæreditatem
tuam obtinuerunt. Etenim auſæ fuerunt adyta templi tui occupare: & aris in honorem
dæmonum ſuorum erectis, ſancta tua contamminare.
2 *Poſuerunt Ieruſalem.*) Totam enim deuaſtantes urbem, Ieroſolymam inſtar cuſtodiæ
pomorum rediderunt: ita quidem, ut à tabernaculo parum admodum differat.
3 *Carnes ſanctorum tuorum.*) Tanta enim ferocia contra eos, à quibus coleris, uſi ſunt.
4 *Effuderunt ſanguinem illorum.*) Animos nil niſi cædem & ſanguinem ſpirantes ſub
pectore gerentes iſta auſi ſunt, & interemptos ne ſepulturæ quidē honore ſunt dignati.
5 *Facti ſumus opprobrium uicinis noſtris.*) Has ob cauſas uicinorum noſtrorum riſui ob-
iecti ſumus. Vicinos autem Philiſtæos, Idumęos, & alios circumiacentes populos appel
lat, qui ſemper infeſto contra Iudæos animo fuerunt.
6 *Vſq; quò Domine iraſceris, in finem accendatur uelut ignis zelus tuus.*) Deus cū promulga
ret legem præcepit, ne quem peregrinum colerent Deum. Quoniam, inquit, ego Do-
minus Deus tuus zelotes ſum, ignis conſumens. Quorum & hic Propheta mentionem
facit. Accendetur uelut ignis zelus tuus. quaſi dicat: Ne quæſo ô Domine nimiam con
tra nos indignationem concipias, neue zelum tuum contra nos ignis inſtar accendas.
7 *Effunde iram tuam in gentes.*) Quoniam, inquit, pœnas infligere ſoles propter pec-
cata, rogo ut iis in eos potius animaduertas, qui nomen tuum prorſus agnoſcere nolunt:
ſed extremæ impietati addicti ſunt.

Quia

Quia comederunt Iacob.) Impietatis illorum & hoc abunde magnum argumentum 8
eſt. Nam, inquit, cum à nobis iniuria nulla affecti fuerint, & nos, & ciuitatem, & agros
noſtros longe lateq; deuaſtarunt. Illud uerò, Et locum eius deſolauerunt: Aquila tran
ſtulit, Et ſpeciem eius: Symmachus, Et pulchritudinem eius. Theodotion, Et decorem
eius: quibus omnibus diuina Domus indicata eſt. Non autem temere populum hunc Ia
cob appellauit, quo Deum ad commiſerationem inflecteret.

Ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum.) Preces has qui fundebant pij e- 9
rant. Celeberrima enim Machabæorum uirtus erat. Recte igitur precantur, ne priorum
delictorum pœnas à populo repetat. Quod quidem inſignem illorum uirtutem innuit,
quòd orant, nullā fieri præteritorū peccatorū memoriā, & præſentē abſcōdi impietatē.

Cito anticipent nos miſericordiæ tuæ.) Primo quoq; tempore, ô Domine, auxilium tu- 10
um inſuperabile nobis ferto. Sumus enim prouidentia tua denudati. Cum tamen præter
te opitulatorem ac ſoſpitatorem plane nullam habeamus.

Propter gloriam nominis tui.) Quo diuinæ opis participes fiāt, nunquam propriæ ſuæ 11
uirtutis mentionem faciunt, ſed omnes ſuas preces in nomine Dñi profundunt. Blaſphe
mia ſiquidē illorū qui inique aduerſus ſacroſanctū tuū nomen faciunt, accreſcit & auge
tur. Quocirca precamur ut delictorum noſtrorum ratione nulla habita, calamitates i-
ſtas auertas, & potentiam tuam ijs, qui illam non agnoſcunt aliquando tandē oſtendas.

Ne quando dicant gentes.) Alij interpretes ceu iam tum factum hoc eſſet, interpretati 12
ſunt: Quare dicunt gentes, Vbi eſt Deus eorum? Hoc eſt, inquit, quod animum me-
um maxime diſcruciat, quòd alienigenæ iſti blaſphemiam aduerſum te ſpargere & naſo
quaſi nos ſuſpendendo dicere audēt, Vbi eſt Deus ueſter, quem Aegyptum flagellaſſe,
& reliqua omnia uulgata illa & decantata perpetraſſe iactitatis?

Et innoteſcat in gentibus.) Precamur itaq;, ut pœna homicidij ab illis ſumpta, cæteri 13
nobiſcum omnes iuſtam tuam ſententiā, & ob occiſos tuos cultores iuſtam iram uideant.

Introeat in conſpectum tuum.) Rogo ut te conuertas oculis ad eos qui detinentur in- 14
uinculis, mortem expectantes: neq; uelis genus noſtrum in uniuerſum exilio addicere,
ſed interfectorum poſteros, ceu teneram ex illis ſegetē, ſaluā & incolumem conſeruare.

Redde uicinis noſtris ſeptuplum.) Finitus numerus pro infinito. Precatē em ut finitimos 15
populos propter blaſphemiā grauiter puniat. Quale & illud eſt, Quoniā ſterilis peperit
ſeptem, id eſt, plurimos. In uoce aūt Sinus, translatio ineſt, ab illis ſūpta qui in ſinu aliqd
ne excidat caute retinent. quaſi dicat: Imple illos ſine intermiſſione urgentib. ærumnis.

Nos autem populus tuus.) Nos uerò, inquit, qui & populi & gregis tui nomine gaude 16
mus, continue Pſalmos ſpirituales tibi offeremus, & gratias iſtas cōſcriptas pro accepto
beneficio referentes, memoriam illorum ad omnē poſteritatem tranſmittemus. Quod ue
rò inquit, Confitebimur tibi, perinde eſt ac ſi dicat: Gratias agemus tibi.

PSALMVS LXXIX.

Argumentum.

Pſalmus hic mutationem quandam rerum prædicit. Vaticinatur enim Spiritus ſanctus gratia de Iudæorum in Babylone captiuitate & ſecuritate. Figuratus eſt in orationē ad Deum, tanquam ab illis fuerit oblatus. Docet enim hoc pacto diuinus uates, cuiuſmodi uerbis placandum ſit cœleſte Numen, & ad commiſerationem adducendum. Vaticinatur tamen etiam de ſalute, quæ humani generi in Meßia euentura erat.

QUi paſcis Iſrael attende.) Rogo te ô Domine, ut quoniam populi tui non ſecus ac 1
fidelis paſtor curam geris, ut preces meas exaudire digneris.

Qui ducis uelut ouem Ioſeph.) Cum enim Ioſephus ceu ouicula in fratres ſuos inſtar 2
lupos incidiſſet, ex illorum manibus eū eruiſti. Deduxiſti eum in Aegyptum, & tandem
inſidiatoribus ſuis dominum conſtituiſti. Poſteaquam igitur in hunc modum prouiden
tiam Dei erga illos præſtitam expoſuit, ad generaliorem poteſtatem ac prouidentiam
ſe conuertit.

3 *Qui ſedes ſuper Cherubim.)* Quoniam Moyſes hos ſolos quibuſdam uaſculis in ſancto
ſanctorum ſuſpenderat, interq; illos propitiatorium poſuerat, & per illud diuinæ appa-
ritiones ſacerdotibus offerebantur: commode hic ipſorum Cherubim meminit, atq; illis
inſidentem, ut ſibi appareret, orauit.

4 *Coram Ephraim.)* Rogo ut populo tuo uidendũ te exhibeas. Prædictarũ enĩ tribuum
nomine, totum populũ comprehendit. Mentionem autem harum tribuum facit, eò quòd
Ioſephi meminerit, cuius Ephraim & Manaſſe filij: Beniamin autem uterinus frater fuit.

5 *Excita potentiam tuam & ueni.)* Excitat Deum, quaſi nimia patientia ac lenitate dor-
mientem. Omnem, inquit, potentiam tuam exere, ut ſaluti noſtræ conſulas.

6 *Deus conuerte nos.)* Aſſere nos in libertatem & redeundi copiam concede. Cuius rei
facilitatem mox ſubijcit.

7 *Et oſtende faciem tuam, & ſeruabimur.)* Etenim ſi uel apparueris ſolũmodo, abunde
ſatis omnes ærumnas has è medio ſuſtuleris.

8 *Domine Deus uirtutum.)* Quamdiu, inquit, preces meas auerſaris, peccatis meis
ſuccenſens? Seruum autem, eius populum nominat. Cæteri namq; interpretes, Super
orationem populi tui: pro, Serui tui poſuerunt.

9 *Cibabis nos pane lachrymarum.)* Mutatio temporis. Reliqui enim interpretes ſic tran
ſtulerunt: Cibaſti nos pane lachrymarum, & potaſti nos lachrymis in menſura. Eſt autem
ſententia: Et cibum & potum noſtrum lachrymis miſcuiſti. Lachrymantes ſiquidem ci-
bum neceſſarium ſumpſimus. Poſitum autem hoc eſt pro illo, Supplicium peccatis no-
ſtris admenſuraſti. Sic enim & Dominus ipſe: Qua menſura, inquit, menſi fueritis ali-
is, menſurabitur & uobis. Zacharias etiam menſuram hanc proſpiciens, de Babylonis
deuaſtatione uaticinatus eſt. Duas enim ſe uidiſſe mulieres affirmat, alis upupæ inſtru
ctas, amphoramq; portantes: quam Babylonem deferre iuſſæ fuerint. Diſcimus hinc
diuini iudicij æquitatem.

10 *Poſuiſti nos in contradictionem.)* Ignominiæ finitimis populis, infeſto erga nos animo
exiſtentibus, facti ſumus.

11 *Dominus Deus uirtutum conuerte nos.)* Calamitatum nebulam apparitione tua diſ-
pelle, reditumq; concede. Potens ſiquidem es, & Dominus uirtutum. Mox antiqua be
neficia enumerat, rogans ut pari prouidentia potiatur.

12 *Vineam ex Aegypto tranſtuliſti.)* Aegyptiorum, inquit, imperium tu ô Domine, eò
quòd iniuſte agerent, demolitus es: tu Cananæas gentes funditus extirpaſti, tuumq; po
pulum inſtar uineæ ex Aegypto translatæ, conceſſo felici itineris ſucceſſu, in eandem
terram plantaſti.

13 *Operuit montes umbra eius.)* Cum populum per translationem uineam appellauerit,
in eadem figura inſiſtens, finitimarum gentium uires ac robur, montibus: potentiam Iſrae
lis illis impendentem, umbræ: magnos principes, qui imperium à Deo nacti fuerant, ce
dris: regnum Iſraeliticum illuſtrius illis factum, arbuſtis cedros contingentibus compa-
ruit. Hoc autem Dauide & Salomone ad regni gubernacula ſedentibus eueniſſe, con-
ſtat. Dauid ſiquidem cum à Philiſtæis & Idumæis, tum & utriſq; Syris tributum exegit.
Ad Salomonem uerò Aethiopum quoq; regina tam longo itinere emenſo uenit: adeò
nomen eius in toto orbe innotuerat.. Palmites uineæ, multitudinem populi: propagines
autem, proſelytos, qui ex gentibus acceſſerant, cognitionemq; Dei amplexi fuerant, ap-
pellat. Quibus omnibus priorem huius populi felicitatem indicauit.

14 *Vt quid deſtruxiſti maceriem eius?)* Securitatem maceriei nomine intelligit. Quod e-
nim maceria uineæ præſtat, hoc prouidentia Dei illis qui ea digni ſunt, confert. Per eos
autẽ qui prætergrediunt̃ uiam, hoſtes innuit. Sicut etenim uiatores uineam, cui nulla eſt
poſita cuſtodia, pro animi ſui libidine uindemnian t: ita qui Dei priuatus eſt protectio-
ne, lædere uolentibus eſt obiectus.

15 *Vaſtauit eam aper in ſylua.)* Aſſyriorum incurſus præ cæteris memorabiles, his uerbis
indicauit. Salmanaſar enim & Sennacherib cæteras deuaſtarunt ciuitates: Nabuchodo
noſor

noſor autem poſtquam obſidione Hieroſolymam cinxiſſet, qui aliunde elapſi mortem
fugerant, eos in captiuitatem abduxit. Et quoniam Hieroſolymam uineæ comparauit,
commodè eius hoſtem apro, ſylueſtri adæquauit. Inſidiatur enim beſtia illa uineis. Ap-
pellat autem ſingularem feram, quòd ſeorſim degat, reliquasq; omnes feras ferocitate
ſua ſuperet, & conuerſationem illarum auerſetur. Nabuchodonoſor itaq;, cum reliquis
multò eſſet crudelior, appoſitè ſingularem illum feram appellauit.
Deus uirtutum, conuertere obſecro.) Rogo te igitur, potentiſsimũ ſimul & clementiſsi 16
mum Dominum, ut de cœlo huiuſce uineæ uaſtationem aſpicere, & quod in ea deſtru-
ctum eſt reficere digneris. Tua prouidentia enim priſtinam illi proſperitatem conceſsit:
per dexteram autem prouidentiam intelligit. Quam plantauit, inquit, dextera tua.
Et ſuper filiũ hominis, quẽ cõfirmaſti tibyipſi.) Progerminationẽ Soſpitatoris Chriſti 17
hic innuit. Precat̃ enim ut Dominus hanc ſibi uineam cõmendatã habeat, propter eum,
qui uinum ex illa ſumpturus erat: quẽ expreſsẽ filiũ hominis appellat. Dñs ſiquidẽ ipſe
in Euãgelica hiſtoria, licet Deus ſimul & homo eſſet, tamẽ ipſe ſe filiũ hominis uocat, ap
pellatione à uiſibili natura deducta. Monet igit̃ in captiuitatẽ abductos, ut Deũ ardenti-
bus uotis inuocẽt, ut miſericordiã erga hãc uineã aliquã proferat: idq; propter naſciturã
ex illa ſalutiferã radicem. Et Deus: Ego ſum uitis uera. Quoad enim homo, uinea: quoad
Deus agricola eſt. Quoniã enim ex hac uinea, quæ inutilis reddita erat, germinauit, uera
ipſe uitis facta eſt: et palmites maximos, credentiũ nimirũ in ſe copioſum numerũ, produ
xit. Quorum umbra reuera montes obtexit, & arbuſta cedros: hæc eſt uera uinea. Exten
dit palmites ſuos uſq; ad mare, & ad flumen uſq; propagines ſuas. Propter hanc orant, ut
& illa clementia potiatur, uarias illius afflictiones enumerantes.
Super igne incenſam.) Ex hoc loco præcipuè colligit̃. Dauidẽ de illis prædicere, quæ 18
Iſraelitis à Babylonijs & Antiocho euenerunt. Nam Babylonius & templum ſuccendit,
& maiorem urbis partem combuſsit. Sic & hic dicit: Non ſolum uindemiato fructu abie
runt: ſed & uineam ipſam ſubruerunt, ac ſtirpitus euulſerunt, ac exuſſerunt.
Fiat manus tua, ſuper uirũ dexteræ tuæ.) Hiſce enim tanquã primitijs à nobis ſumptis 19
tota humana natura uerum Deum agnoſcet, & collatam in ſe beneficentiam celebrabit.
Viuificabis nos.) Hac etiam ratione mors ipſa eneruabitur, nosq; æternæ uitæ initia- 20
bimur, te Deum noſtrum aſsiduè adorantes.
Domine Deus uirtutũ.) Salutis igit̃ ergò, quæ propter nos uẽtura eſt, ærũnas noſtras 21
è medio tolle, & reditũ cõcede. Si eñ uel apparueris ſolũmodo, ſalutis cõpotes fiemus.

PSALMVS LXXX.

Argumentum.

*Exhortatio ad totam Eccleſiam, continens doctrinam primi præcepti, illum ſolum Deum eſſe colendum, qui certis teſti-
monijs, ut eductione Iſraelis ex Aegypto, & hoc tempore miſſo filio, & donato Spiritu ſancto, & uerbo ſe
patefecit: cui adhortationi additur in fine, concio de pœnitentia. Eſt autem Pſalmus
ſolitus decantari in feſto Tabernaculorum.*

EXultate Deo adiutori noſtro.*) Symmachus habet, Celebrate: Aquila, Laudate: ſen- 1
ſus uerborum eſt, Offerte Domino gratiarum actionis hymnum, eo quòd ſua nos
prouidentia dignatus fuerit.
Iubilate Deo Iacob.) Iubilus, ut ſæpè aliàs dictum, triumphalis eſt. Cohortãtur igitur 2
ſe inter ſe, ut Deo, à quo uictoriam habuerint, hymnodiam apparare uelint.
Sumite Pſalmum & date tympanum.) Ex hiſtoria τῶν παραλειπομένων conſtat, uarijs 3
quondam organis muſicis, ad diuinam melodiam cõcinendam Iudæos fuiſſe uſos. Man
dat igitur his uerbis Propheta choris illis, ut mutuo inter ſe ſuauiſsimam inſtrumẽtorum
illorum harmoniam reddant: & hi quidem lyris, illi tympanis, alij deniq; citharis Deum
celebrent. Symmachus Pſalterium lyram nominauit.
Buccinate in Neomenia tuba.) Iniunxerat Dñs ſacerdotibus, ut frequẽs inter illos tu- 4
barũ uſus eſſet. His aũt admonebant populũ de tubis, quæ in mõte clanxerãt. Cũ enim
Deus ex Sina monte ad illos uerba faceret: Vox, inquit, tubæ inſonuit uehemẽter. Qua-
propter cum & reditum conſequuti, & diuina ope ſubleuati fuiſſent, nõ abs re cum alijs
inſtrumentis muſicis tubas coniungere iubentur. Teſti-

5 *Teſtimonium in Ioſeph poſuit illud.*) Ioſephi nomine uniuerſum comprehendit popu
lum. Cum enim Ioſephus ut in Aegyptum deſcenderent author illis fuerit, idcirco ex il-
lius nomine populum nominauit. Hoc autem eſt quod dicit, quòd hanc iſti populo le-
gem dederit Dominus, cũ eos ex Aegypto liberaſſet. Pòſt collata beneficia enumerat.
6 *Linguam, quam non nouerat audiuit.*) Hucuſque enim tanquam Dei uocem perce-
perat: hanc aũt primũ in deſerto Arabiæ ſub promulgationis diuinę legis tẽpus audiuit.
7 *Amouit ab oneribus dorſum eius.*) Labores in Aegypto exantlatos, durum item ſer-
uitutis iugum, & operam in coquendis lateribus conſumptam his uerbis innuit. Hinc
Deum ipſis loquentem introducit: & quod omnium beneficiorum primum fuit in me-
moriam reuocat: pòſt admonitionem ſimul & conſilium adducit.
8 *In tribulatione inuocaſti me, & liberaui te.*) Laboribus in Aegypto tantum non op-
preſſus ingemiſcebas, quo tempore illico benignitate mea te proſequutus ſum. Cui &
hiſtoria adſtipulatur. Ingemiſcebãt, inquit, filij Iſrael, propter operum duriciem.
9 *Exaudiui te in abſcondito tempeſtatis.*) Aliter Symmachus: Exaudiui te per abſcon-
ditum tonitruum. Sed & reliqui tonitruum uerterunt. Indicat autem his, quod licet na-
tura ſua omnẽ effugiat aſpectum, uniuerſis tamen manifeſtam ſalutem uelut tonitruum
quoddam, per plagas Aegyptijs illatas, operatus ſit: cunctis innuens, quantę ſibi Iſraeli-
ticus populus curæ ſit.
10 *Probaui te apud aquam contradictionis.*) In Maran progreſsi, cum aquam inueniſ-
ſent amaram, contra Moſen uociferati ſunt, & contra Dominum murmurauerunt. Vn-
de hoc nominis locus ille traxit. Vult igitur dicere: Deprehendi apud aquam illã quàm
ingrato eſſes animo. At aquæ illius amaritudinem in dulcedinem conuertere difficile mi
hi haud erat.
11 *Audi popule meus, & conteſtabor te.*) Potentiæ itaq; meæ cum euidentiſsimum ſpe
cimen uideris, accipe quas tibi leges impono. Eſt enim hæc cõteſtatio, qua tibi tam ino-
bedientiæ pœnam, quàm obedientiæ fructum prædico.
12 *Non erit in te Deus recens.*) Eadem in præfatione legis extant. Ego enim, inquit, ſum
Dominus Deus tuus. Ita & hic: Alienum ac recentem Deum non adorabis. Conuincũt
hæc & Arium & Eunomium ſuæ inſaniæ. Si enim unigena filius patri non eſt cõſubſtan
tialis, rectè utiq; alienus dicetur. Et ſi fuit tempus aliud quo non erat, recens igitur & mi-
nimè ſempiternus ſit, neceſſe eſt. Qui igitur alienum ac recentem Deum adorant, legem
Dei manifeſtè uiolant. Sed non eſt huius loci aut temporis illorum deliria fuſius confu-
tare. Satis tamen ſuperq; hæc etiam præuaricationem illorum redarguunt.
13 *Dilata os tuum, & implebo illud.*) Sis mihi, inquit, dicto audiens per omnia, & bono-
rum abundantia tibi ultrò affluet. Conuertit autem hic ſermonem ad reprehenſionem.
14 *Et non audiuit populus meus.*) Conſiliũ ego quidẽ illis dedi: ipſi uerò hoc reſpuerũt.
15 *Et dimiſit eos ſecundum ſtudia.*) Aliter Symmachus, Dimiſi igitur, illos placito cor-
dis eorum, ut ambulent in ſuis ipſorum conſilijs: Aquila uerò, Eieci eum, inquit, in tor-
tuoſitate cordis eius, ibunt in conſilijs ſuis. Nam, inquit, cum inobedientẽ illum animad-
uerterẽ, gubernationẽ meam illi ſubduxi, permiſiq;, ut ſuis ipſius cogitationibus in præ-
ceps ferret. Huius autem prophetiæ ueritas omnibus cõtemplari uolentibus ob oculos
eſt propoſita. Nam Iudæi auxilio Dei exuti, per totum terrarum orbem diſperſi, & ex li-
beris ſerui facti ſunt, & diuinationibus addicti, Deum uerum adorare nolunt.
16 *Si populus meus audiuiſſet me.*) Quod ſi autem admonitionibus meis obtemperaſſet,
& mandata mea ſeruaſſet, in inſtanti & momento (id enim ſibi uult, quod dicit In nihi-
lo) hoſtes eius profligaſſem.
17 *Inimici Domini mentiti fuiſſent ei.*) Aquila in hunc modum: Qui Dominum odio
habent negabunt. Quum enim Chriſtum negarẽt, ſeipſos Dei hoſtes profeſsi ſunt, men-
tientes illi, percuſſaq; fœdera abrumpentes. Lege ſiquidẽ promulgata, reſpondit omnis
populus; Omnia quęcunq; dixit Dominus Deus, faciemus & audiemus. Hoc quidẽ ore
promiſe-

promiſerunt, facto autem & opere contrarium præſtiterunt. Nam Dominum in carne exhibitum cruci affixerunt. Cuius quidem impietatis ſatis graues dederunt pœnas, in perpetuum exilium abducti. Quod & prophetia expreſsit.

Et erit tempus eorum.) Paulò clarius Symmachus. Cum enim dixiſſet, Qui Dominũ 18
odio habent, mentietur ei: ſubiecit, Sed erit tempus illorum in ſeculum. Tempore pro calamitatibus uſurpato. Eſt igitur ſententia: Iudæi in has calamitates, non per certũ temporis ſpaciũ incurrent: ſed in ſeculũ, diuina eis prouidentia ſubtracta, in ijs permanebũt.

Et cibaſſet eos adipe frumenti.) Extrema laborãtes ingratitudine, inquit, haud in me 19
moriam reuocarunt, bona in ſe collata. In deſerto ſiquidem ſuauiſsimam illis aquam ex petra elicuit, quam ſiti flagrantes cum biberent, melle dulciorem exiſtimabant: in terra uerò Canaan maxima illis copia eos fructus quos ſolũ ibi profert, largitus fuit. Frumenti autem nomine, & alios fructus intelligit.

PSALMVS LXXXI.

Argumentum.

Seuera obiurgatio eorum, qui in magiſtratu poſiti, non reſpondent ſuo officio: ſed ſua poteſtate ad opprimendos pauperes abutuntur, ſicut & opibus ad luxum. Addit autem comminationẽ grauem, fore, ut tales pereant. Quòd magiſtratus Deos uocat, ideo fit, quia magiſtratus ſunt diuina ordinatione conſtituti. Rom. 13. *& uindicta Dei dicitur, quam magiſtratus ſecundum officium ſuum exercet.*

D*Eus ſtat in Synagoga deorum.*) Principes Iudeæ gentis Deos appellat, ut quibus 1
iudicandi poteſtas a Deo commiſſa erat. Hoc enim titulo ipſa quoq; lex ipſos inſignire ſolet: Dijs tuis, inquit, non maledices, & principi populi tui ne detrahas. Cũ itaq; Deus uere iudex ſit, homines uerò & ipſi adminiſtrationem iudicij ſibi uſurparunt: Dij appellati ſunt, quaſi Deum hac in re imitati. Eos autem, qui iniuſte iudicant, nec iudicij lancem immotã retinent, iuſtiſsimus hic iudex reprehendit, & de iuſto iudicio, quo ipſe iudicaturus ſit, prædicit.

Uſq; quò iudicatis iniuſticiam?) Quem ad finem ſententiam pronunciatis muneribus 2
ac largitione à uobis coemptam? & potentium iniquitatem redarguere non ſuſtinetis, atq; tenues iniurijs ab illis affectos contemnitis?

Iudicate orphano & egeno.) Ambo enim ſubſidio indigent. Cum igitur ad hoc uoca 3
tus ſis à Deo, ut manum iſtis porrigas, nolito munus iniunctum negligere.

Humilem & pauperem iuſtificate.) Cum uobis iudicãdi poteſtas commiſſa ſit, nolite 4
ferre ut egenus iniuſte agentium ludibrio expoſitus ſit.

Neq; cognouerunt, neq; intellexerunt.) Cum uerbi mei luce, quæ uera demum lux eſt, 5
colluſtrari nõ ſuſtinuerint, uelut in denſiſsimis tenebris palpitãtes, Rempub gubernãt.

Moueantur omnia fundamenta terræ.) Ob tantam iniquitatem uita illorum prorſus 6
perturbata eſt.

Ego dixi, dij eſtis.) Ego inquit, hoc uos honore dignatus ſum, ut uno, eodemq; me- 7
cum nomine appellemini, ſed & filios meos uos appellaui.

Vos autem ſicut homines moriemini.) Ita Symmachus: Vos autem ſicut homines mo 8
riemini, & ſicut unus principum cadetis. Dum enim ueſtrum honorem ignoratis, idem quod ſathanæ uſuuenit: qui cum à me principatum obtinuiſſet, nec illo ut par erat uti uellet, eo priuatus eſt. Eandem autem quam & alij mortales ſortem ſubijſtis, omni poſt obitum gloria priuati. Poſtquam in hunc modum iniuſtos perſtringit iudices, uerum, iuſtumq; iudicem precatur, uti ipſe orbem iudicet.

Surge Deus iudica terram.) Iudicium Chriſti innuit. Ipſi enim quoad humanam na- 9
turam dixit pater: Pete à me, &c. Orat enim uates regius, ut quamprimùm appareat, & iuſte iudicet, iniuſtiq; iudices tunc faceſſant. Iudæorum item hæreditate relicta, in horum locum gentes ſubſtituat, atq; cunctis hominibus ſalutem ſuggerat.

PSALMVS LXXXII.

Argumentum.

Poſt reditum è Babylone cum gentes urbi Ieruſalem finitimæ templi inſtaurationem cernerent, contra Iſraelem coniun-ctis uiribus inſurrexerunt, reliquasq; barbaras nationes collegerunt, ſicq; contra Iudæos bellum mouerunt. Quæ omnia Ioel, Ezechiel, Micheas, & Zacharias diuini uates prædixerunt. Victoriam autem de his reportarunt omnibus ipſi Iſrae-litæ, duce Zorobabele, cœlitus opem Deo ferente, ac temeritatem hoſtium confringente. Et hæc quidem Pſalmus hic præ-dixit. Eſt autem Spiritus ſancti prophetia, ſub figura precationis propoſita, inſtruens eos, qui tum oppugnabantur, qua ratione Deus placandus eſſet.

1 D*Eus quis ſimilis erit tibi.*) Senſus uerborum eſt: Neq; uniuerſi angelorũ chori, neq; infinita hominum multitudo potentiæ tuæ damni uel tantillum inferre poterunt. Incomparabilis enim illius uirtus eſt. Illud autem Quis, pro Nullus poſuit.

2 *Ne taceas.*) Oramus ne ſolita uti uelis lenitate ac manſuetudine. Hoc enim ſibi uult inquiens: Ne placidè agas. Quod Symmachus in hunc modum tranſtulit: Ne manſuetè agas. Oſtendit autem & cauſam interpellationis huius.

3 *Quoniam ecce inimici tui ſonuerunt.*) Adeò, inquit, arrogantes ſunt, ut inſtar maris contra nos inſonent. Et hi nulla alia de cauſa, quàm quòd te oderunt, bellum hoc nobis intulerunt. Contra te enim inimicum gerentes animum, populum tibi conſecratum infeſtant.

4 *Et conſilium inierunt aduerſus ſanctos ſuos.*) Pro quo Symmachus, Aduerſus abſcon
ditos tuos, reddidit: Aquila & Theodotion, Aduerſus abſconditũ tuũ. Nam cum Chri-
ſtus ſecundum humanam naturam ex illis oriundus eſſet, bellum autem Ethnici propter
nullam aliam cauſam mouiſſent, quàm ut Iudaicam, gentem radicitus extirparent: Spiri
tus ſacer hanc illos precationem offerre Deo iubet, ut nimirum dicant, Non contra nos
tantum inſidias has machinati ſunt: ſed & contra abſconditum illum tuum, qui inter nos
abſconditus eſt, quem ex tribu Iuda oriundum eſſe multis retrò ſeculis prædixiſti. Quod
& Ieſaiæ uatis ore Deus non obſcurè indicauit, dicens: Quemadmodum ſi inueniatur
acinus in racemo, dicunt, Ne diſperdas eum (eſt enim in illo benedictio Domini) ita fa-
ciam propter illum, qui ſeruiuit mihi. Propterea non perdam omnes, & educã ex Iacob,
& ex Iuda: Semen & tunc, inquit, quod reliquum eſt tradam. Igitur ob acinum unum, to-
tus racemus, imò magis tota uinea diuinam prouidentiam eſt conſequuta. Quod idem
& hoc loco preces profundentes dicunt. Nam non tantum aduerſum nos, ſed & contra
tuum abſconditum furorem ac rabiem ſuam exerunt. Cui & quę ſequuntur concordant.

5 *Et non memoretur nomen Iſrael ultrà.*) Ad omnimodam internecionem redigere uo-
lunt Iſraelem. Deinde enumerat uicinos populos, cum quibus & aliæ gentes coniunctæ
arma contra Iſraelitas ſumpſerunt.

6 *Aduerſum te fœdus pepigerunt.*) Qui autem unanimi ſentẽtia bellum tibi indixerũt,
hi ſunt: Tabernacula Idumæorum, &c. Idumæi ab Eſau genus & originem ſuam traxe-
runt. Eſau enim Edom cognomento dictus fuit. Iſmaelitæ Iſmaelis ſunt poſteri. Moab
filius Loth fuit. A quo gens orta fuit, Agarenorum. Tribus autem Iſmaelis ab Agar no-
men accepit, quæ Iſmaelis mater fuit. Eſau præterea Gebal; Ammon & Ammalec poſte-
ros habuit. A quibus etiam gens quædam orta eſt. Ammon Lothi filius fuit. Sunt autem
iſti portio Arabiæ. Gebaleni uerò uicini ſunt Iudææ. Allophylos cæteri interpretes Phili
ſtæos reddunt, quos nos Palæſtinos appellamus. Hi namq; ſoli è gente Cananæorum in
terra relicti, & iuxta Iſraelem habitantes Allophyli, id eſt, alienigenæ, diſcriminis cauſa
ſunt nominati.

7 *Etenim & Aſſur.*) Per id tempus Aſſyrij non amplius regnabant. Innuit igitur hoc
oraculum, Samaritanos Aſſyriorum exules, qui poſt decem tribuum captiuitatem in ci-
uitatibus illorum habitarunt.

9 *Fac illis.*) Benemeritorum priſtinorum recordantur, atque grati exiſtentes idem
auxilium denuò implorant. Hos duces & Barac & Debora propheti ſſa diſperdidit.

Pone

Pone principes eorum ſicut Oreb & Zeb.) Iudicum hiſtoria horum quoq; ducum mētio 9
nem facit. Interfecit autem eos Gideon, qui diuino fauore dux erat exercitus. Precantur igitur, ut ad exemplum horum & ſui hoſtes diſpergantur, & huius docent cauſam.

Qui dixerūt, Hæreditate poſsideamus nobis ipſis ſanctuariū Dei.) Exercent enim feroci- 10
am temerarie, & fanum tibi conſecratum occupant. Hoc enim eſt quod hic ſanctuarium uocat. Pro ſanctuario Symmachus *αὐλαν*, hoc eſt, aulam dixit. Hoc ex loco totū Pſalmi huius argumentum patet. Quoniā eñ reuerſi templū reædificarunt, ſed ob id nō omnis perfectus erat legalis cultus, cuius gratia nō licebat ſecundū legē duplicēhabere cultum: propter cultum aūt legalem, Gentes illæ urbi finitimæ Iudæis erant infeſtæ, & propterea totum impetum belli uertebant aduerſus templum: ut cum illo ſimul & populum & cultum legalem ē medio tollerent.

Deus meus pone illos ut rotam.) Id eſt, uarijs calamitatibus illos circumuolui ac ſubuerti (impera. 11

Sicut ſtipulam ante faciem uenti.) Stipulæ inſtar à uento actæ eos conſume. 12

Sicut ignis qui comburit ſyluā.) Quemadmodum aliquādo in ſyluis flamma arboribus 13
à uehementi uento actis & attritis inuicem, æſtumq; attritione efficientibus, ac ſenſim ſe ſe incendentibus, ultrò exurgit: ita ſimili modo precantur, ut iſti inter ſe inuicem diſperdantur, ſuæq; impietati tradant̄ iuxta prophetiam, quæ dicit: Ite in luce ignis ueſtri, & in flamma quam incendiſtis.

Imple facies eorum ignominia.) Eorum enim quæ uoluerant ſpe fruſtrati, ignominiaq; 14
impleti uim tuam agnoſcent.

Erubeſcant & conturbentur in ſeculum ſeculi.) Bona inimicis apprecantur, etiam 15
impugnati. Rogant enim ut pro temeritate dedecore & diuinæ cognitionis fructū reportent, atq; idolis liberati per experientiā diſcant, quòd ſolus ipſe ſit & Deus & Dominus.

PSALMVS LXXXIII.

Argumentum.

Duplex eſt huius Pſalmi prophetia. Non ſolum enim prædicit reuocationem Iudæorum, ſed & totius orbis ſalutem. Torcularia uerò, ſicut iam prædiximus, eccleſias uocat. In his enim ſpiritualis uineæ fructum ex erit, & ſalutis uinum nobis acquirimus.

QUàm dilecta tabernacula tua, Domine uirtutum.) Edocti ſunt etiam hæc & illi, qui 1
in captiuitate Babylonica fuerunt, ut reditum in patriam exoptarent, & cultum ex lege conſtitutum deſiderarent. Quanquam & nos ex diuinis adytis fructum reportamus. Hæc autem prophetia dupliciter nobis quadrare poteſt. Vaticinatur enim, futura tabernacula multa, ac multa torcularia, multorūq; pariter altarium mentionem facit. Iudæi uerò unum habebant templum, ſimiliter & unum altare. Vnumquodq; ſane prædictorum uerbum ad diuinum amorem mentem noſtram inflammat. Inquit enim, dilecta eſſe tabernacula Dei: neq; ſe ſimpliciter deſiderare, ſed & deficere in atria Domini. Iſtis autem & ſequentia conſonant.

Cor meum & caro mea.) Non ſolum animus, ſed & corpus ſuauitatis huius ſpem re- 2
ſurrectionis adeptum particeps factum eſt. Hoc enim hæc indicat loquutio. Et propterea Deum uiuum appellauit, quòd uitæ ſit largitor.

Etenim paſſer inuenit ſibi ipſi domum.) Aquila ſic: Etenim auicula inuenit ſibi ipſi do 3
mum, & paſſer nidum ſibi, ubi repoſuit pullos ſuos. Haud ſecus enim atqui paſſeres nidum non habētes, hinc inde oberrant: ubi autem hunc fixerunt, in eo commorantur, ac pullos ſuos nutriunt: nos olim oberrauimus, iam uerò à tua gratia uocati, atq; tabernacula tua adepti, prope altaria tua pullos noſtros erudimus, illis cum pueris noſtris aſsidētes; ſpiritalemq; cibum abs te reportantes.

Altaria tua Domine uirtutum.) Noſter enim nidus, ac pulli bonorūq; fruitio, ſancta 4
ſunt tua altaria.

Beati qui habitant in domo tua.) Omnia iſta typice quidem illis euenerūt, qui in ca- 5
ptiuitate Babylonica tenebantur: ſed ſecundum ueritatem nobis quadrant. Illi namq; ſe

lices hos, qui cõſolationem ex ſancto templo habent, quia procul illi aberant, exiſtimãt:
& nos diuina guſtata dulcedine, zelotas eos, qui cõtinenter Deo adhærent, uocamus.
6 *Beatus uir, cuius auxilium abs te.*) Beatum hunc prædicat, qui diuina ſemper fruitur
prouidentia, animumq́ gratia Dei illuminatum, pias ſemper in illo uoluens cogitatio-
nes, habet. Siquidem aſcenſiones Dei, factas in cordibus, pias de Deo cogitationes no
minauit. Qui namq; aſcenſiones iſtas in corde ſuo obtinuerit, riſui ſe ipſum minime da-
bit, ſed gemitibus potius, cupiens ex hac uita diſſolui. Illud enim audiuit: Beati qui nunc
flent, quoniam ridebunt. Lachrymarum enim uallis typice quidem, is locus eſt, in quo an
gelus apparens præuaricationem redarguit populi, atq; ad fletum multitudinem permo
uit (nam ita locus ille ex eo facto nomen ſuum ſortitus eſt) proprie uerò hæc uita præ-
ſens, in qua Adam, ut in ſudore uultus ſui panem comedat: & Heua ut in doloribus
partus ſuos edat, condẽnati ſunt. In hac igĩt qui diuinas aſcenſiones arripiũt, & lachry-
mas perfundũt, & laborioſã uitam cõplectunt̃, ac legis latoris benedictionẽ expectant.
7 *Ibunt de uirtute in uirtutem.*) Quotidie enim, qui uitam pietatis exercitio deditam
amplexi ſunt, uirtutem augent. A'precatione ad cantum ſacrorum hymnorum, à cantu
ad ſupplicationem, ab hac ad diuinorũ oraculorum lectionem, eunt. Tranſeuntes igitur
à uirtute ad uirtutem ſingulis diebus diuitias ſuas locupletant.
8 *Videbitur Deus Deorum in Sion.*) Permutationem igitur hanc rerũ operatus eſt, De
us uerbum, carne ſuſcepta, apparitionem ſuam primam in Sion exequutus eſt.
9 *Domine Deus uirtutum.*) Procul humanam ſalutem cõtemplatus hæc deſiderat Pro
pheta, Deumq́ rogat, ut hac ſua precatione audita, diuina ſua prouidentia populũ ſer-
uare dignetur. Hoc enim Chriſti faciem appellauit. Vos enim eſtis, inquit Apoſtolus,
corpus Chriſti, & membra ex membro. Et iterum: Non poteſt oculus dicere capiti, Non
es mihi neceſſarium: aut rurſus caput pedibus, Opus uobis non habeo.
10 *Quoniam melior eſt dies una in atrijs tuis.*) In æternum eñ populus tuus cura tua po-
titus templi adhæret tuo, multumq́ inde utilitatis percipit. Quæ namq; quis uno die ex
eo retulerit, aliunde non colliget, etiamſi multa dierum impendat millia. Hæc autem
ab illis competenter dici potuerunt, qui in captiuitate illa Babylonica ſederunt.
11 *Elegi abiectus eſſet in domo Dei mei.*) Simili ratione & hæc cum illis, qui in captiuita
te Babylonis, fuerunt, tum & nobis aptæ & commode conueniunt. Illos enim Spiritus
ſancti gratia docuit, ne Dei domus ſolitudinem ſpernerent, & nos inſtituimur, ut illa
Deo dedicata adyta exoptemus.
12 *Quia miſericordiam & ueritatem diligit Dominus Deus.*) Tali namq; affectu animi er
ga Deum qui ſunt, bonis iſtis omnibus fruentur: miſericordia enim & ueritas, ex diui-
nis illis adytis progerminant. Inde namq; bonorum dogmatum doctrinam haurimus: &
ut ſummatim dicam, omnium illinc bonorum fruitionem, à malitia & uerſutia liberati:
ſimpliciter uerò, & cum ueritate uiuere uolentes, adipiſcimur.
13 *Domine Deus uirtutum.*) Optimè hæc clauſula poſtrema hoc Pſalmo competit. Feli
cem enim eum dicit, qui quamuis huius ſeculi & temporalem contemnit proſperitatẽ,
ac ſola ſpe in Deum fiduciam habet.

PSALMVS LXXXIIII.

Argumentum.

Vmbram ſimul & ueritatem prædicit hic Pſalmus. Adumbrauit enim Deus, per ea, quæ Iſraeli euenerunt, omnium homi num ſalutem. Illos enim iam Aegyptiaca, iam Babylonica ſeruitute: omnium uerò hominum naturam ex acerba diaboli tyrannide, & perditione liberauit. Prædicit igitur hic Pſalmus cum Iudæorũ à Babylone reuerſionem, tum orbis totius ſalutem.

1 F*Auiſti Domine terræ tuæ.*) Fauere eſt boni aliquid uelle. Itaq; nihil aliud per fauorẽ
quàm rerum triſtium abiectionem ſermo propheticus uoluit.
2 *Auertiſti captiuitatem Iacob.*) Dura eorum ſeruitutis uincula ſoluiſti libertateq́ uin
ctis dediſti, & peccatis eorum ignoſcere uoluiſti. Quod autem uniuerſa hominum na-
tura captiua fuerit, ac libertate à Domino donata ſit, ipſe teſtis eſt, per Eſaiam cla-
mans:

mans Spiritus Domini ſuper me, eò quod unxerit me, &c. Hoc enim cum in ſynagoga uaticinium Christus prælegiſſet, dixit ad Iudæos: Hodie impleta eſt hæc Scriptura in auribus ueſtris.

Sedaſti omnem iram tuam.) Soluiſti, inquit, indignationem tuam aduerſus nos, felicitatemq́ reſtituiſti. 3

Conuerte nos Deus ſalutis noſtræ.) Et hi & illi libertatis quidem Euangelia accipere uidentur: ipſam uerò libertatem nondum eſſe aſſequuti. Quapropter precantur, ut perfectè Dei fruantur benignitate. 4

Nunquid in æternum iraſceris nobis.) Addecet eos, qui calamitatibus ſunt liberati, hiſce uerbis uti, nec ſecuros eſſe propter peccatorum remiſsionem: ſed in timore conſtitutos iudicem leniorem teddere. Orant igitur & iſti Deum, iram ſuam ne ita extendat, ut & in ſequentem duret generationem, ſed hanc ueIociter ſoluat. 5

Deus tu conuerſus.) Benignitatem tuam ſcimus, confidimusq́ te nobis & reuerſionem præſtiturum, & uitam. Tibi uerò, ubi iſta aſſequuti fuerimus, Pſalmum cum gaudio offeremus. 6

Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam.) Cyrus Perſarum rex cum ad imperij gubernacula ſederet, & redeundi facultatem, ſecundum Eſaiæ uaticinium, daret, urgebat ut in patriam reuerterentur. Orant igitur Deum, ut ueIocē ipſis ſalutem benignitate ſua concedat. Quàm uelociſsimè inquiunt, ò Domine, libertatem ex hac ſeruitute cōſequamur. Poſtquam ad hunc modum uates precationem hanc in illorum perſona protulit, reſponſum Dei recipit, ac dicit: 7

Audiam quid loquatur.) Orationē, inquit, miſericors Dominus exaudiuit, pacisq́ ſententiam protulit: hisq́ eam dedit, qui reſipiſcentia utuntur, cogitationesq́ ſuas ita inſtruxerunt, ut Deo aures præbeant. Cordis enim ad Deum conuerſio, eſt à peccādi procliuitate liberatio, & principium iuſticiæ. His & ſequentia concordant. 8

Veruntamen propè timentes eum.) Salus enim illis appropinquat, qui Deum timent, hancq́, quorum diuinas implere leges propoſitum eſt, conſequuntur. Intelligo, inquit, eum, quòd nobis dederit reuerſionem, quam conſequemur cum gloria, ſplendoremq́ patriæ noſtræ priorem intuebimur. 9

Miſericordia & ueritas.) Etenim peccantibus, & illis qui pœnitentiam agunt, miſericordiam benignitatis torrentes ſuppeditant: qui uerò complexi ſunt ueritatem, miſericordiæ illos fluenta alluunt. Quare dixit: Miſericordia & ueritas obuiauerunt ſibi. Iudæi ſiquidem & omnis humana natura Deo ueritatis cognitionē aſsignant: miſericordiam uerò Deus benignus reddidit. Simili iterum modo, quando illi iuſticiam offerunt, pacem ille ac reconciliationem uiciſsim ipſis impartitur, diluitq́ inimicitiam priorem, & iuſticiæ adhæret pax, ueritati autem miſericordia. Sed hoc clarius per ſubiecta expreſsit. 10

Iuſticia & pax oſculatæ ſunt.) Veritatem cum eſſent mortales amplexi, Deus iuſtorum curam egit, ac Diabolum tyrannide ſua priuauit. 11

Veritas è terra orta eſt.) Rurſus ſimili uſus eſt cōiunctione. Ait enim, Deum quidem uti miſericordia: illos uerò competentem adferre fructum. Non enim ubertatem his uerbis terrenam, ſed uirtutis fertilitatem & abundantiam ſignificauit. 12

Iuſticia ante eum præcedet.) Potiſsimū finis huius Pſalmi manifeſtè nos docet, quòd de communi propoſita ſalute prophetia prędicetur. Dicit enim, quòd Dominus uſus iuſticia, quaſi quiſquam dux peregrinorum, terens ſemitam miſeriæ noſtrę, uiam uirtutis ſuis ipſius quoq́ ueſtigijs manifeſtam reddidit: & nunc quidem ad Ioannem, Sine modò (inquit:) nunc uerò ad diſcipulos, Diſcite à me, quia mitis ſum, &c. Primus igitur ipſe uiam iuſticiæ ambulauit, & obliqua in recta tranſmutauit, factusq́ eſt nobis uia: ſicut ipſe dicit, Ego ſum uia, &c. Et: Nemo uenit ad patrem, niſi per me. 13

PSALMVS LXXXV.

Argumentum.

Propoſuit quidem B. Dauid ad Deum precationem in ipſa ſtatim inſcriptione, orans, ut auxilio aliquo ſuo eum ſubleuaret. Prædicit quinetiam & de Aſſyriorum contra Hieruſalem irruptione, necnon & de ſpe Ezechiæ, quam ille ad Deum eſſet habiturus. Prædicit autem & gentium uocationem ac ſalutem.

1 *INclina Domine aurem tuam, & exaudi me.)* Exordium hoc deiectæ mẽtis habet precationẽ. Quamuis enim uterq; & Dauid & Ezechias, iuſticiæ conſequuti eſſent opulentiam, nequaquam tamen in eam, quin potius naturæ paupertatem reſpicientes, Deũ precati ſunt, ut huius cum egeſtate coniunctæ miſereretur. Illud uerò, Inclina Domine aurem tuam, ex translationis uſurpatione ægroti alicuius poſuit: qui quòd apertius loqui nequeat, medicum adigere ſolet, ut aurem dicentis ori propius adhibeat.

2 *Quoniam inops & pauper ſum ego.)* Non per id contraria loquutus eſt uates, quòd ſe & inopem ſimul & ſanctum nominauit: ſed quoniam & hic & illic hoſtes habuerunt, & ſe & Ezechiam ſanctos nuncupauit, ut qui nullam hoſtibus præbuerit cauſam. Quod autem dicit, tale eſt: Inops quidem ſum & pauper, ſi in me ipſo æſtimer, nullamq; uim uirtutis habeo: hoſtibus uerò comparatus, ſanctus iudicabor. Impij namq; & iniqui illi ſunt: tui autem ego cognitionem habeo. Et illi quidem inique aggrediuntur me: ego uerò iniquam ſuſtineo illorum irruptionem.

3 *Miſerere mei Domine, &c.)* Exhibeas mihi benignitatem tuam, indeſinẽter namq; tuam prædico miſericordiam. Symmachus enim illud Tota die, poſuit, Singulis diebus.

4 *Lætifica animam ſerui tui.)* Triſticiam ei, qui animum tibi ſeruiendi amplexus eſt exime, & læticiam animæ ad te propendenti exhibeas.

5 *Quoniam tu Domine ſuauis & mitis.)* Illud Mitis, Aquila & Theodotion, Propitius dixerunt. Et ſane manſuetudo hæc patientiam & lenitatem ſignificat.

6 *Auribus percipe Domine orationem meam.)* Tantæ igitur cum ſis bonitatis, deprecationem benigne ſuſcipe meam.

7 *In die tribulationis meæ clamaui ad te.)* Lenitatis tuæ experimẽtum cum habeã, hanc tibi meam obſecrationẽ offero. Ipſo enim adhuc precationis tempore quæ petij dediſti.

8 *Non eſt ſimilis tibi in dijs Domine.)* Quandoquidem impius Rapſaces ſuperbis eructans uerbis euomuit, Dij gentium ſuum quiſq; locum è manu mea eripere non potuerunt, & eripiet Dominus Hieruſalem? Hanc igitur ob cauſam Ezechiam uates exclamare docet, Non eſt ſimilis tibi in dijs Domine. Nomen enim illi reipſa carens habent, quod & per rapinam uſurparunt, tu uerò ipſi rei reſpondentem habes appellationem. Admodum enim competenter diuino nomini ipſa coniunxiſti opera.

9 *Omnes gentes quaſcunq; feciſti uenient.)* Imperante Dauide nuſquam hoc factum nouimus. Sub Ezechia uerò ſimile quippiam eſt fuiſſe aliquos, qui propter Aſſyriorum clamdem ſtupefacti ſint, &c. Cæterùm uaticinij huius firmitatem tempus illud, quòd incarnationi Seruatoris ſucceſsit, oſtendit. Peracta enim illius in cruce paſsione, miſsi ſunt diſcipuli cunctas ad nationes, quas erudierunt, ut ſeruatorem Deum adorarent.

10 *Et glorificabunt nomen tuum.)* Offerent tibi, ait, hymnum, te ſolum eſſe Deum edocti: tuorum enim mirabilium magnificentia, hanc illis intelligentiam ſuppeditabit.

11 *Duc me Domine.)* Gentibus ſolutionem ab errore cum prædixiſſet, precatur ut & ipſe in uita ueritatis ingredi poſsit.

12 *Et ingrediar in ueritate tua.)* Animum erga Deum pium aſſequutus, uitæ legitimam conuerſationem amplectitur. Eſt autem genetrix læticiæ uita. Recte igitur uates, cor ſuum timore Dei exhilarari precatus eſt. Sic enim alio etiam in loco ait: Lætetur cor quærentium Dominum. Et iterum: Memor fui Dei, & lætatus ſum.

Confite-

Confitebor tibi Domine.) Quæ peto, quòd præſtiturus ſis mihi ſcio, triſticiasq́ ſolutu- 13
rus, atq; effecturus, ut pro declarata tua in me benignitate, gratiarum actionis hymnum
tibi canam.

Et eruiſti animam meam ex inferno infimo.) Diſcriminis amplitudinem hiſce oſtēdit 14
uerbis. Impugnatus namq; Dauid & à Saule, & à filio Abſolomo, talia ſæpius pertulit, &
Aſſyriorum impetus manifeſtam intentabat internecionem. Huiuſmodi ergo pericula,
extremam mortem, & infernum appellauit infimum.

Deus, iniqui inſurrexerunt contra me.) Et Dauidis hoſtes impij, & Aſſyrij machina- 15
tores impietatis fuerunt. Et ſanè uim habuerunt animi nequitiæ opitulantem, ex eo de-
inde obortus eſt duplex timor iniuria oppreſsis: Ad Deum igitur confugiunt, ac ab eo
opem & auxilium deſiderant.

Et non propoſuerunt te.) Prouidentiam tuam, ait, animo ſuo excutiendam non ad- 16
miſerunt.

Et tu Domine Deus meus, miſerator & miſericors.) Benignitatis origo cum ſis, & mi- 17
ſerationis, miſericordiæq; fluenta effundas, coniunctam autem habeas & ueritatē, eosq́,
qui turpiter & flagitioſè uitam ſuam degunt, punias: ſtillulas bonitatis tuæ da, deq; hoſti
bus meis triumphantem me declarà.

Da imperium tuum.) Famulus enim tuus, tuæq; ſum ancillæ filius. hoc eſt: Iam olim 18
à maioribus meis, dominationi tuæ conſecratus ſum, itaq; ut ſeruus ſalutem à te peto.

Fac mecum ſignū in bonum.) Signorum alia ſunt ſupplicij, ut quæ in Aegyptios: alia 19
ſalutis, ut quæ in Ebræis declarata ſunt. Quare & hac determinatione uſus eſt, dicens: In
bonum. hoc eſt: Fac mihi ſignum ſalutem quod conſequatur, mihiq́; operatione bono-
rum mirabili prouentum comparet.

Et uideant, qui oderunt me.) Confuſione enim inimici erga me tuam conſiderantes 20
prouidentiam replebuntur.

PSALMVS LXXXVI.

Argumentum.

Et hic Pſalmus de gentium ſalute prophetiam habet, uitæq; innocentis conuerſationem prædicit, quam Dominus Chriſtus factus homo docuit.

Fundamentum eius in montibus ſanctis.) Fundamenta diuinæ pietatis inſtitutiones: 1
ſancti montes in quibus hæc locata ſunt fundamenta, Seruatoris ſunt diſcipuli. De
iſtis enim Paulus, Superſtructi (inquit) ſupra fundamētum Apoſtolorum. Et Dominus
ad Petrum: Tu es (inquit) Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Su-
per his montibus ſanctis locauit Chriſtus pietatis fundamenta.

Diligit Dominus portas Sion.) Quænam illa ſit, Paulus indicat, dicens: Acceſsiſtis ad 2
montem, & ciuitatem Dei uiuentis Hieruſalem cœleſtem. Et rurſus: Quæ uerò in cœlis
eſt Hieruſalem, libera eſt: quæ quidē eſt mater noſtra. Et de Abrahamo patriarcha: Acce
pit enim ciuitatē fundamenta habentem, cuius opifex & conditor Deus eſt. Quādam igi
tur ciuitatem cœleſtem eſſe Sion & Hieruſalem nuncupatam, nō lapidum ſplendoribus
refulgentem, ſed ſanctorum conuentibus claram & illuſtrem, admonemur. Portæ huius,
ſunt ſanctæ eccleſiæ. Nam per has in illam ingredi licet. Haſce portas Deo dilectas, Iu-
daicisq; tabernaculis prapoſitas eſſe affirmat.

Glorioſa dicta ſunt de te.) Admiranda quædam & humanā expectationem ſuperātia
de te prædicta ſunt. Sed quòd iſta Sioni minimè quadrēt, ſequētia ſatis ſuperq; declarāt.

Memor ero Raab.) Hæc ſunt, inquit, ò diuina ciuitas de te pronūciata, quòd qui olim 4
impiam duxerunt uitam, tuam ſint conuerſationem conſequuturi, dictorumq; populo-
rum hanc ob cauſam mentionem facit. Hæ ſanè gentes Hieroſolymis non ſunt congre-
gatæ, neq; conuerſationem legalem amplexæ. Poſt Seruatoris uerò in humanā naturam
aduentum, & hanc incolunt Hieruſalem, & Eccleſias replent, atq; ad cœleſtē Sion tran-
ſeunt, felicemq; illam conuerſationem ſortiuntur.

5 *Mater Sion.*) Quilibet autem Sion matrem nominat: & omnis homo, matrem eſſe
Sion pronunciabit.
6 *Et homo natus eſt in ea.*) Eo quod dicit, Homo natus eſt in ea, ſimul & clauſulam præ
cedentẽ huic annectit. Sion enim matrẽ nuncupans, confitebitur & hominis eius, qui in
ea natus eſt, generationẽ. Neq́ hunc nudum ſuſpiceris hominem, addit: Et ipſe fundauit
eã altiſsimus. Homo ẽm in illa natus & cõditor eſt, & opifex, altiſsimus & Deus exiſtẽs.
7 *Dominus narrabit.*) Hæc Symmachus ſic reddidit: Dominus numerabit ſcribens po
pulos, Hic natus eſt illic. Habitantes enim in illa populos conſcribere uolens, ſecundum
humanitatem in illa natus eſt, Dominus exiſtens & Deus Et hanc quoq́ connumeratio
nem Dominus tradidit, ubi ad Apoſtolos dixit: Veſtri etiã capitis capilli numerati ſunt.
Eandem etiã diſcipulis manifeſtauit dicẽs, Nolite gaudere, quòd dæmonia uobis ſubÿ
ciuntur: ſed magis in hoc gaudete, quod nomina ueſtra ſcripta ſunt in cœlis.
8 *Sicut lætantium.*) Illa enim, quæ in cœlis eſt conuerſatio, ab omni ſegregata amaritu
dine puram habet læticiam. Non autem in hac exules, ſed habitatores erũt perpetui, qui
pietatis alumni ſunt.

PSALMVS LXXXVII.

Argumentum.

Symmachus, Omni ſuper Maeleth choro diuiſo: Aquila, Tripudium dixit. Aeman choro cuidam canenti, ac Deum laudan ti præfuit. Reſponſio uerò ordines chororum inter ſe ex oppoſito reſpondentes ſignificat. De calamitatibus autem Iudæorum uaticinium, deq; captiuitate Babylonica uaticinatur: dolores quinetiam naturam humanã totam inuaſos poſt lapſum docet. Figurata autem huius Pſalmi prophetia in forma precationis, cùm ab illis tum communiter ab omnibus Deo oblatæ. Hæc autem illis competit oratio, quorum præ cæteris elucet pietas.

1 D*Omine Deus ſalutis meæ.*) Salutis meæ te Dominum ac Deum ſcio. Noctes igitur
dies q́ precor, ut orationem meam exaudias.
2 *Quia repleta eſt malis anima mea.*) Cumulum malorũ, qui me quadã quaſi cingũt in
dagine, cũ tu intelligas, (mortis nãq́ uerſor in diſcrimine) tuã exhibeas mihi opẽ rogo.
3 *Aeſtimatus ſum.*) Quædam non præuiſa incidi in diſcrimina, neq́ diſsimilis factus
ÿs, qui in lacum prolapſi, emergere inde non ualent.
4 *Factus ſum ſicut homo ſine adiutorio.*) Omni planè ſum deſtitutus prouidentia & gu
bernatione.
5 *Inter mortuos liber.*) Cum nõdum mortis ſeruituti per obitum factus ſim obnoxius,
meipſe mortuis connumero.
6 *Sicut uulnerati dormientes in ſepulchris.*) Ei quod dixit, Factus ſum ſicut homo, &c. &
hæc quoq́ cohærẽt, Factus ſum ſicut homo ſine adiutorio, & mortis ſeruituti nondum
obnoxius: factus ſum ſicut uulneribus in bello confoſſus, ac ſepulchro traditus. Sic enim
Symmachus, Sicut filÿ uulnerati iacẽtes in ſepulchro, quorum non recordaris amplius,
qui à manu tua exciſi ſunt.
7 *Poſuerunt me in lacu.*) Verba hæc uerſantib. in captiuitate Babylonica, & uniuerſo
generi humano cõueniunt. Illi etenim flagitioſis ſeruiẽtes hominib. oneroſam uitã trãſe
gerunt: hi uerò à lapſu multas in moleſtias, nebulas etiã uiuẽtibus offundẽtes, inciderũt.
8 *Super me confirmatus eſt.*) In hũc modũ hæc Symmachus: Ingrauatus eſt ſuper me fu
ror tuus, et tẽpeſtatib. tuis afflixiſti. Mulctãdo, ait perſeueras, omnisq́ generis calamita
tũ impulſus mihi infers. Trãslatio ſumpta eſt à nauigantib. & multos fluctus ſuſtinentib.
9 *Longè feciſti notos meos à me.*) Deſtitutus ſum cũ familiaribus, tum cognatis. Captiui e
nim in Babylone his omnibus deſtituebantur, quam ex illis habere poterant, conſolatio
ne carebant. Omnes homines impÿ angelica cura non ſunt potiti.
10 *Traditus ſum & non egrediebar.*) Ab imminentibus periculis omnino nullã redem
ptionem inuenio.
11 *Oculi mei languerunt præ inopia.*) Hæc Symmachus in hunc modum: Oculus meus
effluxit

effluxit propter adflictionem. Nam oculos meos creberrimis lachrymis, quas dolore co
actus fui fundere conſumpſi.

Clamaui ad te Domine.) Exprimit hæc figura animæ cruciatũ uehementem. Penuria 12
nãq; coactus, maiore hoc modo ad eũ, penes quẽ dandi facultas, ſerio precari cõſueuit.

Nunquid mortuis.) Monſtra mihi ſupera adhuc aura fruenti admirabilem tuam ope- 13
rationem: hanc enim ubi reliquero lucem, nõ uidebo eam. Nullus eñ medicus, neq; phar
macum ullum tanta ui & efficacia præditum conſtat, quod liberare à morte poſsit.

Nunquid narrabit aliquis in ſepulchro.) Fieri'ne poteſt, ait, ut defuncti, ac in puluerẽ 14
iam reſoluti, quorumq; memoria obliterata tuam perſentiſcant benignitatem, & conſti-
tuantur ſpectatores mirandorum operum tuorum?

Et ego ad te Domine clamaui.) Lachrymæ meæ Domine ad te ſunt, & precatio mea 15
mane præueniet te. Flens namq; ſupliciter oro, ut ab urgentibus eruas me malis, ac pre-
catione mea diluculum præuenio. (tuam non cõmunicas?

Ut quid Domine repellis.) Quam ob cauſam faſtidis me Domine, benignitatẽq; mihi 16

Pauper ſum ego, &c.) Iſraelis quidẽ iuuentus, exitus fuit ex Aegypto: cunctorũ uerò 17
hominũ, uita illa, quæ extra paradiſum poſt mandati neglectionem expulſos excepit. Et
iſti uerò & illi uniuerſũ mediũ tẽpus in miſeria egerũt. Iudæi ſiquidẽ poſt apparitionẽ in
ſeruitutem inciderunt: & humana natura cum ad imaginẽ Dei facta eſſet, & uita, quæ
in paradiſo ageret digna habita ad maiora aſpirãs, eorũ etiã quæ data erant iacturã fecit.

In me tranſierunt.) Mouiſti, inquit, uniuerſum aduerſus me furorem tuum, & non di 18
cendis ſupplicijs me perturbaſti: itaq; illis quaſi aqua quadam ſubmerſum reddidiſti. Ab
his igitur ſingulis diebus inuoluor.

Tota die circumdederunt.) Hæc non ſolũ Iudæis cõuenit dicere, neq; omnibus homi 16
nib. ante Soſpitatoris aduentũ: ſed illis qui etiamnũ ſimilia perpeſsi, ac comoda & corre
ſpondens eſt hæc oratio. Etẽm quæ cunq;, teſte Apoſtolo, præſcripta ſunt, ad noſtram
doctrinam præſcripta ſunt, ut per patientiã & cõſolationẽ ſcripturarum ſpẽ habeamus.

PSALMVS LXXXVIII.

Argumentum.

Poſtquã B. Dauid, fictitios Deos templis honorari, ſolæ uerò Dei arcæ nullã reuerentiã offerri animaduerteret, ſe illi fa num extructurum promiſit. Hunc eius cum Deus animum probaret, bona promiſsione compenſauit, pollicituſq; eſt. ſe ſpi rituale illi fanum paraturum, ac per hoc mortalium perfecturum ſalutem, immortaleq; regnum largiturum. Hæc autem il li per Nathan uatem pollicitus eſt, ſicut hiſtoria Paralipom. docet: Aethamuerò, & ipſe concreditum ſibi canentium, Deumq; laudantium chorum habuit.

M*iſericordias tuas.*) Dei deſiderãtes miſericordiã, eãdẽ laudãt, Dauidiq; factarũ poli 1
citationũ uerita ẽ cernere cupiẽtes, unãquãq; generationẽ docturos ſe pollicẽtur.

Quoniam dixiſti.) Verbum hoc eſt Dei, Dauidi factum, quod omnib. ſeculis miſeri- 2
cordiam promiſsionis ſemini ſit cuſtoditurus. Recordantur ita & huius: Tu, inquiunt,
dixiſti quòd aucturus eſſes. Hoc enim eſt quod dicunt, quòd in æternũ miſericordia ædi
ficabitur. Firmabitur dixit Symmachus. Hoc ipſum, inquiunt, facto declara, probans
eloquiorum tuorum firmitatem.

Diſpoſui teſtamentum.) Ei quod dixit, Tu dixiſti, & hæc cohærent. Quoniam, ait, ad 3
electos hæc teſtamenta diſpoſui. Electos uerò Abrahamum: qui hunc ſequuti ſunt, pa-
triarchas nominat. His ſe iuramento confirmaſſe aſſeuerat, & quòd à Dauidis ſemine in
teritum auertere, & thronum huius omnem in generationẽ collocare uelit. Has ubi Dei
promiſsiones ita recenſuerunt, licet nondum apparente fine & effectu iſtarũ rerum: ab
ſurdi tamẽ nihil preſsi afflictionib. dicunt, quin laudibus potius rectorẽ omniũ celebrãt.

Confitebuntur cœli.) Theodotion, Et fidem tuam in eccleſia ſanctorum. Te namq; ab 4
omnibus, atq; etiam ab ipſis cœlicolis admiranda opera tua penitius contemplantibus
laudari conuenit. Cœleſtis huius eccleſiæ & Paulus quoq; meminit. Acceſsiſtis, inquit,
ad montem Sion, & ad ciuitatem Dei uiuentis Hieruſalem cœleſtem, & Eccleſiam pri-
mogenitorum, qui ſcripti ſunt in cœlis.

Quoniam quis in nubibus.) Sequentia Symmachus ſic reddidit: Quis enim in æthere
compara- 5

comparabitur Domino, æquabitur Domino in filijs Dei. Filios autem Dei nuncupat hos, qui apud alienigenas deorum nomine ueniunt : quomodo filij hominum homines dicuntur. Inquit igitur: Quoniam nemini, neq; etiam cœleſtib. cōparari poteſt, neq; quiſquam eorum qui ſunt tibi comparari poteſt. Vanitas igitur eorum, qui ab hominib. dij ducuntur, hoc loco reprehenditur: potentia uerò tua perēnis & inexterminabilis eſt. Alio enim in loco in hunc loquitur modum: Et Dominus noſter præ omnibus dijs. Prophetæ autem huiuſmodi collatione utuntur, haud ignari excellentiæ huius differentiæ, ſed proferentes doctrinam quoad menſuram infirmitati incredulorum æqualem.

6 *Deus qui glorificatur.*) Quandoquidem eorum mentionem fecit, quibus Dei nomen falsò tribuitur: impijs autem is qui eſt Deus adhuc occultabatur: recte ſanctos adduxit, qui uerum Deum laudib. celebrantes, ipſum etiã reuerētur, ut qui illi & appropinquãt, & uirtutem eius cognoſcunt. Cœtum aũt ſanctorum hoc loco ſub uoce cōſilij exprimit.

7 *Domine Deus uirtutum.*) Veritatis mentionem ſemper faciunt, promiſsiones Domini ratas eſſe deſiderantes. Aiunt ad Deum: Eorum qui ſunt quis tecum, Domine, conferri poteſt? Virtutum es Dominus & Deus, uoluntati tuæ coniunctam habes uirtutē, omnia apud te ſunt rata & firma. Virtutis illius poſtea iudicia commemorat.

8 *Tu dominaris.*) Tu es creator cunctorum & Dominus, facileq; maria concitare, rurſus & ſedare potes. Maris uerò mentionē faciēs, etiã eorũ quæ in illo ſunt creata meminit. Elatum enim uocat Pharaonem, & inimicos Aegyptios, quos in mari ſubmerſit: prædicit ſimul & doctoris arrogantiæ exitium. Et hunc enim (inquit) cum malo exercitu in ſacro Baptiſmate deſtrues.

9 *Tui ſunt cœli.*) Non enim terras duntaxat, & maria, ſed & cœlos tu condidiſti: nec ſolum uiſibile hoc cœlum, ſed & quod illo eſt ſublimius. Sunt enim omnia ſerua tua.

10 *Vrbem & plenitudinem eius.*) Theodotion: Aquilonē & Auſtrum tu creaſti. Eruenti, inquit, & orbis climata tua ſunt opificia. Non autem ſimpliciter duorum iſtorum climatum meminit, ſed quoniam Hieroſolymis ad Auſtrum erant Aegyptij, ad Aquilonē Aſſyrij, deſtructaq; Dominus Aegyptiorum audacia, Iſraeli libertatem dederat: tam facile tibi eſt, inquit, ut & iſtos deſtruas, ſicut illos diſperdiſti.

11 *Tabor & Hermon.*) Per hos montes totam terram promiſsionis ſignificat. Sũt iſti terræ huius montes. Illud, Exultabũt: Aquila Laudabunt: Symmachus, Celebrabunt, dixit. Montes autem ipſos non hoc, ſed homines habitatores illorũ hoc facturos pronunciat.

12 *Brachium tuum cum potentia.*) Cum uirtute omnia peragere proprium tibi eſt. Brachium enim pro operatione, potentiam pro uirtute accepit. Nam & Aquila pro Potentia, Virtutem poſuit.

13 *Firmetur manus tua.*) Hæc ita Symmachus: Inuicta eſt manus tua, ſublimis dextera tua. Quòd per manum operationem, per dextram bonam operationem innuat, ſæpe diximus. Gemina ergo operatione cum indigerent, utriuſq; mentionem faciunt. Et hoſtium ſuorum uidere interitum quærebant, & ſalutis ſuæ participes fieri deſiderabant. Quare & inuictã Dei manum nuncupant ſublimem uerò illius dextram: ut quæ in illos ſęuere, in ipſos uerò benigne, animaduertere queat. Hæc & ſequentib. fuſius declarãtur.

14 *Iuſticia & iudicium.*) Precãtes enim Deũ, ut inter Babylonios, & ipſos iudicet, ut cōtra illos ferat ſententiam, & ipſis miſericordiam impendat, orant, ac promiſsionis oſtendat ueritatem. Quapropter & tribunal iudicio & iuſticia ornatũ eſſe: miſericordiam uerò & ueritatem, quòd ante multa ſecula facta eſſet promiſſio, Deum pręcedere dicunt.

15 *Beatus populus, qui ſcit iubilationem.*) Iubilus eſt uictorum, ueluti ſæpe iam dictum, uox. Victi igitur in captiuitatem quia erant abducti, felices eos, qui uicerunt prædicant. De illis autem & hic locus populis prædicit, qui in omni terra & mari myſticum Deo erant oblaturi iubilum, canticumq; uictorijs adhibere ſolitum cantaturi: ſed & ſequentia huic ſententiæ concordant.

16 *Domine in lumine.*) Iubilant & plaudunt aduerſus inimicos, tibiq; qui uictoriam dare ſoles canticum offerunt, tua colluſtrati apparitione: & lucem, quæ abs te eſt adepti, continuaq; lætitia potiti, ac legitimam iuſticiam exequuti, atq; ex illa illuſtres facti.

Quoniam

Quoniam gloria uirtutis eorum.) Multa de tua uirtute præſumunt. Hanc enim abs te 17
acceperunt: Nos, inquit, hanc ſpem habemus, & auxilium expectamus. Per hanc ſiqui-
dem hoſtes uincemus. Cornu enim uirtutem & robur trãslationis uſurpatione uocauit;
ſumpta ab animalibus cornutis, cornibus armatis, illisq; aduerſus imminẽtes utentibus.
Quia Domini eſt auxilium.) Hæc autem nos ſpes nutrit, qui te regem noſtrum agno 18
ſcimus, & gubernationem in tuam noſmet coniecimus.
Tunc loquutus es.) In hunc modum Symmachus: Per uiſionem filijs tuis. Promiſsio- 19
num enim tuarum per ſacros uates factarum memores ſumus. Hos enim & uidentes &
ſpeculatores uocare ſolemus.
Et dixiſti, poſui adiutoriũ.) Tu ſeruo tuo Dauid cõteſtatus es, cumq;, quẽ potentẽ in 20
uirtutis operib. reperiſti, auxilio tuo dignatus es, & elegiſti et unxiſti, atq; regẽ cõſtituiſti
Manus.n.mea.) Dixiſti.n. q̃d pręſtiturus eſſes illi uirtutẽ, & tuã ꝓuidẽtiã impertiturus. 21
Non proficiet inimicus.) Te declaraturum uanas inimicorum inſidias promiſiſti, atq; 22
illum uictorem conſtituturum eorum, qui lædere nituntur.
Et concidã à facie eius inimicos eius.) Pollicitus autẽ eſt, quòd omnes inimicos illius 23
eſſet diruturus, atq; firmã tuam benignitatẽ illi exhibiturus, eumq; illuſtrem redditurus.
Et ponã in mari.) Et in mari & in Epiro regnũ ei dabo. Per flumina. n. Epirũ innuit. 24
Ipſe inuocabit me.) Neq; ſub Dauide, neq; ſub Salomone hæc effectũ ſuũ cõſequuta 25
ſunt. Neq; enim dominatus eſt mari tam Dauid, q̃ Salomon neq; primogenitus Dei eſt
nominatus, nec regũ omniũ accepit imperiũ. In hũc eñ modũ & Aquila expoſuit: Excel
ſum regib. terræ. Sin aũt nec Dauidi nec Salomoni uerba iſta cõpetũt, ꝓmiſsio uerò Dei
uana eſſe nõ poteſt: cæci ſunt Iudęi, eũ, qui ſecũdũ humanitatẽ ex Dauide originẽ traxit,
adorare renuẽtes, qui terras, mariaq; ſuo premit imperio, regesq; omnes antecellit: ſpon
taneos quidẽ adoratores habẽs, cõtradicentiũ uerò imbecillitatẽ redarguẽs. Licet enim
innumeris uſi ſint machinis, legum tamen ab ipſo politarum euerſores eſſe nequeunt.
Quin & B. Paulus cum primogenitũ nuncupat, inquiẽs: Vt ſit ipſe primogenitus in mul
tis fratribus. Et primogenitus omnis creaturæ. Eſt eñ, ut Deus, unigenitus (ſolus namq;
ex patre genitus eſt) primogenitus uerò ut homo. Habet enim fratres in ſe credentes. In
ipſo igitur adimpleta eſt hæc prophetia. His autem & ſequentia conſentiunt.
Et ponã in ſeculũ ſeculi.) Soliũ igitur Dauidis regiũ in hũc uſq; diẽ perduraſſe demon 26
ſtrent, quod in æternũ Dñs ſe cuſtoditurũ hic pollicetur: & ſemen illius regio ornatũ ho
nore oſtendant. Quod ſi iſtorum ne unicum quidẽ demonſtrare poſſunt, duorũ iſtorum
alterutrũ relinquit. Aut, ut Deũ in promiſsionibus ſuis mẽdacij arguant, aut has ueraces
eſſe cõcedant, rerũq; ipſarũ teſtimoniũ recipiant. Chriſtus eñ ſecundũ carnẽ ex Dauide
natus, ſedit à dextris magnificẽtię in excelſis. Et cui nã angelorũ dixit, Filius meus es tu?
& iterũ Dauid: Sede à dextris meis. Semen igitur Dauidis per Chriſtum durat in perpe-
tuum, & ſolium illius diuturnitatem habet. Sermo hic ad hunc modum de Chriſto uatici
natus, ad reges eos ſeſe confert, qui media ætate ſupera ueſcebantur aura.
Si dereliquerint.) Etiãſi inq̃t, præuaricationes abſq; omni numero perpetrarint illi, q̃ 27
ad Dauidẽ genus ſuũ referũt, pœnis q̃dẽ illos omnino nõ eximã, ꝓmiſsionẽ tamen patri
eorũ Dauid factã ſartã tectamq; cuſtodiã. Hoc aũt, Ab ipſo: idẽ eſt atq;, A Dauide. Neq;
omnino nocebo. Symmachus Trãſibo dixit. Aquila, Nõ mẽtiar. Nequaquã (ait) menda
ces faciã promiſsiones meas. Non tranſgrediar pacta, ſed promiſsionũ ueritatẽ oſtendã.
Semel iuraui.) Promiſsionem meam illi factam firmam efficiam. Finem illi & effectũ 28
ſuum dabo. Nam illud, Semel iuraui, confirmationis ergò poſuit: haud ſecus atq; illi, qui
promittunt, iuramento firmum ueluti robur ſuis promiſsionibus adijciunt.
Semẽ eius.) Pſal. quoq; LXXI de Chriſto ait: Ante ſolẽ permanet nomẽ eius. Et iterũ: Per 29
manebit cũ ſole. Q̃m eñ ſol tẽporis mẽſurationi uſum præſtat, ortu & occaſu ſuo diẽ faci
ens noctẽq;: indiſſolubilitas aũt per ſolẽ exprimi nõ potuit, in ęternũ aũt Dauidis ſemen
permanſurum pollicitus eſt: iſta uerò promittens ac teſtificans in cœlo habitat, uerbisq;
ueris ac fidelibus loquit̃, ob id iſta loquutus eſt. Poſteaquã hũc in modũ de promiſsioni-
bus ad Dauidem factis loquuti ſunt, calamitates, qua ipſi affligebantur, deplorant.

Tu uerò

30 *Tu uerò repuliſti.*) Ita Symmachus: Tu ipſe uerò reieciſti ac reprobaſti, iratus aduerſus Chriſtum tuum.

31 *Auertiſti teſtamentum.*) Pacta ſeruorum tuorum in maledictionẽ dediſti. Tu ipſe, ait, qui illis præſtiturum te promiſiſti, abieciſti Dauidis nepotes: ac uiles reddidiſti, inq́ ſeruitutem illos tradidiſti. Deſtruxiſti autem & regnum eius, & pacta cum eo inita irrita feciſti. Chriſtum enim hic regem appellat. Duo autem Dauidis nepotes, Iechonias, & Sedechias, in captiuitatem abducti ſunt. In illis uerò deſijt regnum Dauidis. Zorobabel enim, qui à captiuitate in populo principatum obtinuit, ducem non regem geſsit.

32 *Prophanaſti ad terram.*) Sanctuarium templum uocat, quod Dauid quidem extruere uolens, ſed poſt Dauidem id Salomon extruxit. Hoc prophanatum per irruptionem Babyloniorũ, terramq́; factũ eſſe dicit. Deſtructũ enim eſt, ac uaſtæ terræ ſimile redditũ.

33 *Deſtruxiſti omnes ſepes eius.*) Munitione enim omni exuiſti. Quõdam enim urbium munitionibus confiſus, confidentia illa excidit, & timore circumuentus eſt.

34 *Diripuerunt eũ.*) Moabitę ſcilicet, Ammonitę, Aſſyrij, Philiſtęi, Iudęi, & Babylonij.

35 *Factus eſt opprobriũ.*) Obiectũ gaudij, & ignominioſus redditus eſt, apud finitimos.

36 *Exaltaſti dexteram.*) Hoc eſt, Inimicos eius præualere ei conceſsiſti.

37 *Lætificaſti omnes.*) Hoc eſt, riſui illum apud inimicos ſuos expoſuiſti.

38 *Auertiſti adiutorium.*) Arma quoq; illi, cum tu ea non regeres, inutilia facta ſunt.

39 *Deſtruxiſti eum.*) Sic Symmachus hæc: Ceſſare feciſti puritatẽ eius. Neq; enim aſperſionibus purgari poterit, qui & captiuus eſt, & procul à templo tuo degit.

40 *Sedem eius in terram.*) Hoc eſt: regnum eius uniuerſum deſtruxiſti.

41 *Minoraſti dies.*) Cum te regnum eius omne in æuum profecturum pollicitus ſis, exiguo illo temporis ſpacio circumſcripſiſti.

42 *Perfudiſti eum confuſione.*) Factus eſt, ait, ignominioſus, & probro repletus. Sedechias enim, amiſſo uiſu uniuerſo reſiduo uitæ ſuæ tempore piſtrino datus eſt. Iechonias quoque & ipſe ſeruiuit. Commemoratis itaq; hoc modo calamitatibus, ad orandum nos adhortatur.

43 *Vſquequò Domine.*) Hæc ita Symmachus: Quouſq; Domine abſconderis in finem? Accendetẽ ſicut ignis furor tuus? neq; appares, ut calamitates noſtras ſoluas, ſed furorem tuum, memoria peccatorum noſtrorum, uelut ignem accendis.

44 *Recordare, quæ mea.*) Tu creator es, & modulum ſcis meæ uirtutis.

45 *Num enim uanè.*) Non uanè hominem formaſti, ſed operi tuo etiã bonitas præfuit tua. Ne igitur deſpicias tantis malis onuſtum.

46 *Quis eſt homo.*) Omnium hominum rerum omniũ ultima linea mors eſt. Fieri enim nequit, mortem ut ſuperare poſsit, uiuentibus itaq; tuam benignitatem largire. Promiſſionum Dei rurſus mentionem facit.

47 *Vbi ſunt miſericordiæ tuæ?*) Paſsim uerò rectè ueritatis teſtimonium profert, ad corroborandas promiſsiones, Deum qui pollicitus erat excitans. Principium autem aptum eſt ex miſericordia, & in fine iterũ miſerationis meminit. Hac eñ ſummopere indigebãt.

48 *Memor eſto Domine.*) In hunc modũ iſta Symmachus: Et portaui in ſinu meo quàm plurimas gentes. Ne deſpicias me, inquit, affectum probris, non ab una tantum gente, ſed ab innumeris, Aſſyrijs, inquam, & Babylonijs, & uicinis. Sed me non ſolum impetu ſuo petunt, & te lingua ſua inuadunt, blaſphemaq́; uerba eructant, meum robur tuam exiſtimantes imbecillitatem. Sequentibus enim hoc explicat.

49 *Quo exprobrauerunt.*) Hæc ita Symmachus & Theodotion: Quo exprobrauerunt, inquiunt, ueſtigia Chriſti tui. Reges autem tum temporis ſceptra tenentes nominat, ueſtigia Chriſti, quos ſermo de regno Chriſti factos percurrit. Septuaginta uerò ἀντάλλαγμα, id eſt, commutationem illos uocarunt, tanquam ſecundum carnem illius factos maiores, & qui regno ueluti in umbra quadam pręfuerunt. Itaque propter Chriſtum tuum,

cuius

cuius illi ueſtigia ſunt & commutatio, noſtra, Domine, opprobria tolle.

Benedictus Dominus.) Bene ſperantium cantio iſta eſt. Orationes enim ſuas eſſe ex- 50
auditas credentes, hanc Deo cantionem offerunt.

PSALMVS LXXXIX.

Argumentum.

Eorum alij, qui commentationes ſuas in Pſalmos poſteritati conſecrarunt, magnum Moyſen huius orationis authorem ſtatuunt: alij uero S. Dauidem, ac Moyſi adaptaſſe aſſerunt. Vaticinium autem hic Pſalmus habet geminum. Non ſolum enim Iudæorum afflictiones, ſed & totius humanæ naturæ pariter & illorum ad meliorem ſtatum reuerſionem canit, ac prædicit.

D*Omine refugium factus es nobis.*) Iudæorum quidem refugium ſe præſtitit, non ſo- 1
lum in Aegypto, ſed & in eremo. Et tempore, quo Iudices, item quo Dauid principatum obtinebat, & per prophetas etiam omne illis auxilium largitus eſt. Vtitur autem his uerbis etiam omnis humana natura, multiuariorum beneficiorum Deum admonẽs: quemadmodũ Enoch tranſtulerit, & Noe ſeminariũ humani generis cõſeruarit, quomodo adoptato Abrahamo omnibus gentibus benedictionem pollicitus ſit. Non enim, ut infidelium quidam dicere non erubeſcunt, pœnitentia ductus peruenit eò, ut gentibus benefaceret: ſed perpetuò in hoc perſeuerauit, ut omnibus mortalibus prouideret. Et hoc iſtud nos docuit uaticinium, ut dicamus: Domine refugium factus es nobis. ſemper enim ſpe tua potiti ſumus Domine. Poſtea ait: Priuſquam montes fierent, &c. Hoc eſt, Omnia eorũ quæ ſunt tu præcedis. Es enim æternus, ſine initio, ac ſine fine. Quod enim dicit, Tu es: adiungendum eſt ei quod dixit, Priuſquam montes fierent.

Ne auertas hominem.) Summopere te precor, ne nos tantis miſerijs occupatos de- 2
ſpicias. Quandoquidem enim ipſe aduerſus Adam ſudores ac moleſtias decreuit, dicẽs: In ſudore uultus tui, &c. aptè propheticus ſermo hic orare docet, ne omnino auertat in humilitatem, etenim & Iudæi ſeruitute premebantur. Precationem autem hanc & captiuitatem & ſeruitutem deplorans profert.

Et dixiſti, Cõuertimini.) Sic Aquila hæc: Et dices, Conuertimini filij hominum. Non 3
abs re ſunt preces noſtrę, quas fundimus: ſed ſcimus quod eaſdem ſuſcepturus ſit, eaq́ in quibus uerſamur mala mutaturus: adhortãs ut conuertamur, & priorem noſtram maliciam relinquamus.

Quoniam mille anni.) Perinde eſt ac ſi dicat, Quoniam ualde breuis eſt hominum ui- 4
ta: tibi uerò æterno ac perpetuo annorũ mille numerus perinde ſeſe, ac una dies, habet. Nocturnam uerò cuſtodiam, noctis partem quartam uocauit. In quatuor enim partes illam cuſtodes diuiſerunt. Et Dominus quarta cuſtodia ad Apoſtolos uenit.

Quæ pro nihilo habentur.) Hac autem moleſtia plurimum eos cõiunxit. Innuit ſimul 5
& Iudæorum immutationem poſt Seruatoris paſſionem, & poſt multum temporis futuram diuinæ prouidentiæ priuationem.

Mane ſicut herba.) Quamprimùm enim Iudæi diuina cura digni habiti ſunt, floreſce- 6
re incœperunt, atq; germinarunt, magnumq́; ſplendorem ſunt adepti. Tempeſtiuum autem reddere fructum cum agricolę nollent, corde obturato prorſus exaruerunt. Manẽ uerò, principium Iudaicæ diſpenſationis: & ueſperam diuinæ prouidentiæ ceſſationem uocat. Illa enim poſt crucem illis abrepta eſt.

Quia defecimus.) Et Iudæis, & omnibus hæc quadrãt. Humana ſiquidem natura præ- 7
uaricationis pœnas luens, omnis generis implicatur ſupplicijs. Et Iudæi prauitatem ob ſuam animi libertate exciderunt.

Poſuiſti iniquitates noſtras.) In hũc modum Symmachus: Poſuiſti iniuſticias noſtras 8
ante te, ut iniquitates noſtræ appareãt ante uultum tuum. Huiuſmodi nos ſubieciſti pœnis, cum cerneres diuinarum nos negligentes legum, & ad hoc procliues, ut in iniquitate uitam noſtram tranſigeremus.

Quoniam oẽs dies noſtri.) Indignationẽ, ait, aduerſus nos cõcitauit delictũ: illa pœnã 9
induxit, hęc dolores incuſſit. Breuem enim hanc uitam noſtram in doloribus finiuimus.

FF Anni

10 *Anni noſtri ſicut aranea.*) Firmitate nulla ualet humana natura, facile quippe in morem araneæ diſrumpitur.

11 *Dies annorum noſtrorum.*) Quæ à Iacob prolata ſunt, hiſce non ſunt diſsimilia: Dies, inquit, mei pauci ſunt, & mali. Non contigerunt dies patrum meorum. Sunt quidē, qui tempore longiori in uita utantur: ſed raris hoc contingit. Communem uerò conditionem, quæq; potiſsimum obtineat hoc loco declarat. Quemadmodum enim eorum, qui morte prēmatura moriuntur, non meminit: ita & uitam eorū in multos uſq; annos prolongatam, non attingit,, qui non nimio ſunt confecti ſenio: Veruntamen, inquit, etiam breuis hæc uita dolore eſt referta.

12 *Quoniam uenit manſuetudo.*) Animaduerte enim quantis malis tuam modicā ob iram adobruamur. Manſuetudinem quippe ſuper eos uenientem ſupplicium nuncupauit.

13 *Quis nouit potentiam iræ tuæ.*) Symmachus ſic: Quis nouit robur furoris tui, & ſecundū timorē tuū ira tua. Si modica indignatio tantā nobis intulit caſtigationē, quis conſiderare ualebit quanta ſit pœna ab ira tua illata? Indicat autem hic ſermo pœnā ſempiternā.

14 *Dextram tuam.*) Precor, ait, ut tua fruar beneficentia, donecq; dextræ tuæ deprędicem, eosq; mihi imitandos proponam, qui fauore tuo ſapientia illuſtrati alios in tui cognitionem inducunt.

15 *Conuertere Domine.*) Ne ulterius afflictos nos Domine deſpicias, ſed benignitate ſeruos tuos proſequi dignare.

16 *Repleti ſumus mane.*) Septuaginta tempus mutarūt, Aquila enim & alij ſic dixerunt: Reple nos miſericordia tua, & laudabimus & lætabimur in omnibus diebus noſtris. Mane ac diluculum calamitatum mutationem uocant, precanturq; ut abſterſa illa caligine lux ipſis oriatur: non ob uirtutem ipſorum, ſed propter miſericordiam Dei. Hoc enim inquiunt, ſi contingat, omni gauido repleti competentem hymnodiam offeremus.

17 *In omnibus diebus noſtris.*) Hoc quoq; in loco tempus mutatum eſt. Symmachus ēm & alij, Exhilara nos dixerunt. Præſta, inquit, læticiam pro triſticia, prementisq; infortunij mutationem largire.

18 *Et reſpice in ſeruos tuos.*) Hoc ex loco apparet hæc non tanquā iam præterierint, ſed ueluti tum adhuc futura dixerunt. Non enim dicit, Reſpexiſti ſuper ſeruos tuos. Tuum, inquit, ſumus figmentum, & dominationis tuæ domeſtici, ideo precamur ut tua ſeruemur prouidentia.

19 *Et dirige filios eorum.*) Hoc eſt, ſeruos tuos. Illi namq;, qui in Babylonica captiuitate tenebantur, mortuis illius ſeruis, Deum precibus ſuis fatigarunt, ut filios ſuos reduceret. Tota etiam hoc precatur natura humana, ut homines illi, qui tempore aduentus Seruatoris noſtri futuri erant, ad ueritatis conſortium perducantur.

20 *Et ſit ſplendor Domini.*) Nosq; fax illa cognitionis diuinæ illuſtres reddit, & Iudæi poſt reditum è Babylone ſpectati denuo ſunt facti.

21 *Et opera manuum noſtrarum.*) Commode illud ſuper nos additum eſt. Noſtrum enim eſt iuſticiæ emolumentum. Et Deus quidem cooperatur: fructum uerò horum, qui ſemina ſparſerūt, metūt. Nulla ēm re Deus opus habet, hominū tamen felicitate gaudet.

PSALMVS XC.

Argumentum.

Anepigraphus hic eſt Pſalmus. Docet aūt quàm minime ſpes illa in Deū expugnari poſsit. B. enim Dauid cum oculis ſpiritualibus quæ ſub inclyto Ezechia erant futura præuideret, cerneretq; quomodo ille Aſſyriorum exercitum diſsipaturus eſſet, ſpe ſua in Deum poſita, Pſalmum hunc compoſuit: docens uniuerſos homines, quantum nobis in Domino confidere conducat.

1 QVi habitat.) Qui ſeſe, ait, diuinæ committit prouidentiæ, Dei cœli tutela fruetur, huncq; pro muro habebit.

2 *Dicet Domino, Adiutor.*) Immobilem in illum ſpem habens, eum & patronum & rectorem, ac murum nominabit aheneum.

Deus

Deus meus, ſperabo in illum.) Orationem iam ad ipſum credentē conuertit, ac loqui- 3
tur cum fiducia: ita ut non ſolum illum de manifeſtè hoſtibus, ſed & inſidiatoribus, ac de
occultè inſectantib. atq; calumniatoribus triumphaturū oſtēdat. Occultas enim inſidias
laquei nomine intelligit. Illud uerò à uerbo turbulēto, Symmachus, A contumelia, dixit.
Tales aūt ſunt calūniatores. Attamē & horū multi per ſpē in Deū facti ſunt uictores, ut-
pote magnus Ioſeph, & Suſanna, & alij quotquot in calūniā inciderunt, coronatiq; ſunt.

Scapulis ſuis.) Erit enim propugnator tuus, defendetq; te ubi impugnaberis. Hęc aūt 4
poſuit ſumpta trāslatione ab ijs, qui in bellis prima ſtāt in acie, ſcapulisq; ſuis à tergo ſtan
tes protegūt. Alas diuinæ prouidentiæ operationes uocat. Hoc autē gallinarū uſus ima-
gine addit: alis enim illæ ſuos pullos protegūt. Sic & Chriſtus ciuitati Hieruſalem dixit:
Quoties uolui congregare filios tuos, ſicut gallina congregat pullos ſuos, &c.

Armis circundabit te.) Quoniam ſuperius uerbi turbulenti & mēdacis mentionem 5
fecit, aptè hic ueritatem illius forè armaturam promiſit.

Non timebis à timore.) Nō ſolum externos hoſtes, uerumetiam internos proſternes, 6
perq; ſpem fiduciam habēs, tanquā à Deo protectus timorē abijcies, & neq; medio die
laborabis, ſed dæmonū technas effugies. Dæmoniū uerò meridianū, iuxta multorū opi-
nionē poſuit. Veriſimile aūt eſt, mortaliū aliquos poſt cibū & ſaturitatē, uelut ad paratā
prædā inſidioſè currere, ut deſtituti gubernatione diuina, facile in ſeruitutem redigātur.

Cadent à latere tuo mille.) Hoc modo Symmachus & Aquila hęc, Ex tranſuerſo, dixe 7
runt. Dicit aūt, etiā ſi à dextris & à ſiniſtris innumerabilis in te impetū fecerit multitudo,
damni tamē penitus nihil tibi accidet. Diuina autē percuſsione illos proſterni uidebis.
Tempore autē Ezechiæ & hoc factum eſt. Octodecim enim myriades, ac millia quinq;
Aſſyriorum abſq; armis hoſtilibus cæſi fuerunt. Similiter etiam ſub Gedeone, ac Iona-
than, ſub Ioſaphat quinetiam, ac propheta Eliſſæo.

Quoniam tu es Domine ſpes mea.) Hac, inquit, diuina prouidentia ſpe in Deum uſus,
illoq; refugij loco electo, frueris. Deficit autem ſermonis compoſitio, per id quod dicit,
Tu es Domine ſpes mea: Peculiare enim hoc prophetarū oraculis eſt, præſertim in Pſal-
mis: attamen ambiguitas hæc ſequentium ſerie declaratur. Quoniam enim, inquit, in
Deum ſpem meam collocas, atq; illius imploras auxilium, extemplò illius prouidentiæ
particeps redderis.

Non accedent ad te mala.) Aſſultus dæmonis ſuperabis, neq; damni quicquam acci- 9
pies ab illis. Adhunc modum domum Iob diuina gratia circundedit. Et teſtis huius eſt
hoſtis ille clamans, Nunquid tu obuallaſti interiora & exteriora eius? Mox autem per-
mittente Deo ſathan maliciam eius exerere cœpit, atq; athletam iuſtus iudex uictoriam
conſequutum corona ornauit.

Quoniam angelis ſuis.) Pſalmus quoq; XXXIII hoc habet: Caſtrametatur angelus 10
Domini, &c. Audimus & Iacob dicentem: Angelus qui eripuit me ex omnibus malis.
Et magnus Abraham ut ſeruo ſuo animum adderet dicebat: Deus mittet angelum ſuum
ante faciem tuam, accipiesq; uxorem Iſaac filio meo ex eo loco. Ex omnibus igitur hiſce
locis hoc diſcimus, quòd Deus ſibi fidentes etiam per angelos ſuos conſeruet.

In manibus portabunt te.) Omnis generis prouidentiā ab illo conſequeris, atq; ita, ut 11
ne tantillum quidem damni aliunde accedat tibi. Modicum enim damnum per id indi-
cat, quod ait, Ne unquam impingas ad lapidem pedem tuum. Illud uerò: In manibus por
tabunt te: idem eſt atq; Deducent te, dirigent te.

Super aſpidem & baſiliſcum.) Sæuiſsimas, atque crudeliſsimas inducit beſtias, in 12
unoquoque beſtiarum genere exprimere uolens excellentiam. Robur enim leonis &
draconis nomine proponit: aliarum uerò beſtiarum nomine, extrema uenit malicia. Aſ-
pis enim lethale in ſe habet uenenum: baſiliſcus uerò etiam uiſu infert læſionem. Et mul
ti fidentes Deo has beſtias ſuperarunt. Sic Daniel, ſic Paulus etiam nihil detrimenti à ui-
pera accepit.

Protegam eum.) Hæc in poſterum Deus loquitur, quis ſit ſpei fructus docens. Eri- 13

piam eum, ait, ex uiſibilibus, & inuiſibilibus inſidijs, qui ſpe in me obſeptus fuerit. Quapropter illum cuſtodiam & protegam, & orantem iterum audiam, precationemq; illius ſuſcipiam.

14 *Cum ipſo ſum.*) Etſi in periculum aliquod inciderit, præſens ero: nec ſolum miſerijs illum liberabo, ſed & clarum reddam atq; conſpicuum.

15 *Longitudine Dierum.*) Hoc etiam illi præſtabo, ut in multos uſq; annos ſuã ſenectutẽ perducat, ſalutemq; ei, quam in futura uita conſequetur, præmonſtrabo. Hoc & B. Ezechias conſequutus eſt. Etenim cum uitam ſuam prolongari peteret, quindecim annos adiecit Dominus. Multam quoq; gloriam ex Aſſyriorum clade accepit, huic illud competit: Eripiam eum, &c. Imò omnes ſperantes in Deum omnis generis bonis fruentur.

PSALMVS XCI.

Argumentum.

Lege quidem ſancitum eſt ſeptima die feriari propter ocium, ſed non quodlibet ocium. Spiritualẽ namq; multifariamq; operationem ſacerdos ſeptima die exequutus eſt. Quo enim indefeſſo ſtudio preces ad Deum funderentur, hymniq; illi offerrentur, Deoq; duplicibus hoſtijs ſacrificaretur, curauit. Lex igitur ab externis laborib. abſtinere præcepit. Quoniã igitur hic Pſalmus honorem ac præmium iuſtorum, & iniuſtornm mulctam prædicit, utraq; uerò in futura requie adminiſtrabuntur, rectè hoc modo inſcriptus eſt.

1 B*Onum eſt confiteri Domino.*.) Te benefactorẽ, ait, noctesq; diesq; celebrare utile eſt, ac beneficia tua, benignitatẽ ſcilicet erga nos, & ueritatẽ aduerſus iniuſte agẽtes cõfiteri. Hos enim, ueritate uſus, legitime punis: nos uerò cognitione tui præditos prouidentia tua dignaris.

2 *In decachordo pſalterio.*) Huiuſmodi inſtrumentis laudes Dei canere conſueuerant. Dicit itaq;: Par eſt, ut tibi & legalibus inſtrumentis, tum linguæ melodia canticum gratiarum actionis canamus.

3 *Quoniam lætificaſti me Domine.*) Siquidem geſtio, nimioq; gaudio uidens opera tua atq; ineffabilẽ diſpenſationẽ exulto, præq; animi iucũditate linguã ad laudandũ relaxo.

4 *Quàm magnifica ſunt opera.*) Symmachus hæc ita, Admodũ profundæ ſunt cogitationes tuæ, ſiquidem opera tua magna ſunt & præclara. Illud enim, Quanquam magnificata ſunt, per intenſionem poſuit. Sapientia uerò tua incomprehenſibilem profunditatem habet. At nos hoc quidem ignorantes docemus. Amentes ue: ò neq; cõſiderare hoc, neq; ab alijs diſcere ſuſtinent. Hæc enim ſubijcit, iſta quæ: Vir inſipiens, ait, non cognoſcet, & ſtultus non intelliget iſta.

5 *Vir inſipiens.*) Notanter iſta dixit, quòd qui amens eſt, atq; intelligentia caret, horũ nihil capit: imò ne auribus quidem percipere quicquam horum ſuſtinet.

6 *Et promicuerint omnes.*) Hæc ita Aquila & Symmachus, Et flouerint reddiderunt. Stulti, inquit, quòd ueluti gramẽ florerent cognoſcere nolebant: & iniquitatẽ operantes, qui ueluti herba è terra promicarent, atq; poſt præſentis uitæ affluentiam bonorum æternũ illos maneret exitium, ſed ſeipſos zelotas, beatosq; nominarunt. Videbunt autem teter miſerum ſuum finem.

7 *Tu autem altiſsimus.*) Haud ſecus illi ac fœnum areſcunt, tu uerò omnes omnium ſupremus exiſtens imperio tuo premis, ſupplicioq; eos, qui amentia tenentur, ſubijcis.

8 *Et diſpergentur omnes.*) Nos autem, qui te cognoſcimus, hoſtium noſtrorum diſsipationem uidebimus, utpote multorum deorum errore liberati, teq; uerum Deum exiſtentem adorantes. Nam unicornem iterum poſuit, ut per unum cornu innueret, qui pietatis alumni facti, unicum Deum adorant.

9 *Et ſenectus mea.*) In hunc modum hæc Symmachus: uetuſtas mea ſicut oliua florida. Florebo namq;, depoſitaq; ſenectute imitabor oliuam fœcundam. Et ſecundum Septuaginta: Quaſi oliua, ſic animi iucunditate ubertim florebo.

Et de-

Et deſpexit oculus meus.) Symmachus, Theodotiõ, necnon & ipſe Hebræus, Deſpi 10
cier, dixerunt. Prophetia enim ſunt quæ dicunt de futuris. Septuaginta uerò ex more ſuo
quæ futura erant, tanquam præterita expoſuerunt; etiam hoc loco prophetiæ certitudi-
nẽ, cui refragari nequeat, ſignificantes. Sicut em̃ quæ facta ſunt, non fieri impoſsibile eſt,
ita impoſsibile eſt, ut prophetia Spiritus ſancti ſine effectu ſuo, ac fine maneat. Ait itaq;:
Non ſolum futurum impiorum finem uidebo, ſed & audiam omnes de illo annuncian-
tes, ſupplicijq; æquitatem admirantes. Idcirco hoc modo hic eſt diſtinguendus uerſicu-
lus: Et de inſurgentib. in me maligne agentib. & hic ſubdiuidendum eſt: ac dein ſubiun
gendum, Audiet auris mea. Internecionem enim impie uitam degentium, multaq; ma
la mihi machinantium, referentibus multis audiam.

Iuſtus ut palma florebit.) Peccatores fœno ſimiles ſunt: iuſti uerò, quòd in cedro den 11
ſum, calidum ac continue decerptioni paratum: in palma uerò alticomum ac frugife-
rũ eſt, imitantur. Arbores enim ambæ ſunt diuturnæ, longoq; temporis ſpacio duran-
tes. Quin folia ſua palma nunquam amittit, ueluti arbores cæteræ, ne ſenſim quidem oc
culteq;, ſicut quædam ſolent. Tempore autem ambæ, ut augumententur, opus habent.
Talis etiam eſt plantatio uirtutis, quæ multo cum labore tum tempore naſcitur: uerùm in
ſublime ubi fuerit euecta, tempeſtiuum, iucundiſsimumq; adfert fructum, & poſſeſſo
res ſuos ſatis ſuperq; defendit.

Plantati in domo Domini.) His, ait, qui arboribus collati ſunt, plantatorem Deum, 12
paradiſum uerò ſacrum templum habent.

Adhuc multiplicabũtur.) Adhuc fructificabunt. Symmachus ait, Senes, pingues ac 13
floridi erunt, annunciantes ac dicentes: Quoniam rectus Dominus, muniens me, nec
eſt iniuſticia in eo. Conſequuti enim in futura uita promiſsionem perfectam (hanc enim
ſenectutem hic uocauit) plures ac pingues Deo fructus adferent, iudicium illius iuſtum
celebrantes. Diſpenſationem enim illius quæ nunc latet, tunc reuelatam cernentes, &
ſapientiam illius admirabuntur, & iuſticiam eius laudibus ex tollent.

PSALMVS XCII.

Argumentum.

Quod inſcriptio habet Pſalmũ hunc anepigraphũ eſſe apud Hebræos, neq; in Hexaplo, neq; in Euſebio reperitur. Prædicit aũt hic Pſalmus hominũ mutationẽ. Deus enim qui mutari nõ poteſt, & alterationis expers, perpetuo & eodẽ ſemper ſeſe habet modo. Neq; enim iam regnũ tenet, iam illo caret: ſed ſemper quidẽ natura rex eſt, ſed id nõ ſemper hominibus reuelatum eſt. Multo enim tempore plurimi eum non agnoſcentes ſimulachra uenerati ſunt: poſt incarnationem uerò, Dei cognitio inſtar lucis totum orbem terrarum peruaſit.

D*Ominus regnauit.*) Quoniam tempore paſsionis triſti, & uultu inamœno illis qui ti 1
morẽ ex eo natũ experti ſunt, apparuit, ita ut uates exclamarit: Et uidimus eum &
ſpeciem non habuit, neq; decorum, &c. Ab aſcenſione autem in cœlos, Deo conueni-
entes radios emiſit: meritò uates clamat dicens, Dominus regnauit. Neq; enim tum de
mum quæ non habuerit accepit, ſed quæ habuit oſtendit.

Indutus eſt Dominus uirtutem.) Dei uirtutem & ſapiẽtiam Chriſtum eſſe perſpicue di 2
uinus Paulus tradidit. Aliam igitur, aut aliunde uirtutem minime ædidit, niſi quam pri-
us habuit: proponit autem eum hic Propheticus ſermo ſub typo cuiuſdam regis, armis
regum inſtructum, atq; aduerſus hoſtes ſuos belligerantem. Præclare demum geſta co
ueluti procinctu proponit.

Etenim firmauit orbem.) Firmum, inquit, effecit orbem, ueritatis robur habentem. 3
Neq; enim amplius mortales nunc hos, nunc illos diuino honore proſequentes adorãt:
ſed Deo uero honorem competentem exhibent.

Parata ſedes tua.) Non, ait, iam primum ad regni gubernacula perueniſti, ſed æter- 4
num habes dominium, ac regnum perpetuò durans.

Eleuauerunt flumina Domine.) Apoſtolos flumina hic appellat, eoſq; qui Apoſto- 5
lis in munere apoſtolico ſucceſſerunt. Hæc itaq; fluenta uocem ſuam eleuauerunt diui-

 na ſonan-

na ſonantia dogmata, iterq́ ſuum expedientia. Fluctus enim hic ſemitas uocauit. Quibus enim primo uerbum Euangelij annunciatum eſt, uiam ſucceſſoribus ſuis parauerunt, doctrinamq́ illis expeditam reliquerunt.
6 *Mirabiles elationes maris.*) Haud ſecus enim, atq́ magni aquarum decurſus fluunt in mare, impetumq́ fluctuum contra littoris arenam irruentium prohibent, maris fluctus repugnantes illapſui aquæ fluminum altiſsime eleuantur: ſic etiam cum ſuauis potabilisq́ Apoſtolorum doctrina in ſalſum orbis huius mare illaberetur, mare cōcitabat, fluctusq́ crebri ſeſe inuicem excipientes exurgebāt. Dixit enim Dominus, Non ueni mittere pacem, &c. Verùm principium Euangelium prædicandi procellis non caruit: tunc uerò maris tempeſtatem Dominus increpauit, trāquillaq́ facta eſt, ac reuerſa ſerenitas.
7 *Mirabilis in altis Dominus.*) Ita Aquila: Maximus in ſublimi Dominus. Maximus enim & altiſsimus exiſtit Dominus, & habens uirtutem, quæ nulla facultate linguæ effari poteſt, neq́ mentis comprehendi capacitate.
8 *Teſtimonia tua.*) Omnia quidē iſta iā antea nobis reuelaſti, ac per uates tuos ſanctos, ueluti præconio quodā prædicaſti: ueritas tamē iſtorū ipſo tandē euentu eſt manifeſtata.
9 *Domum tuam decet.*) Pulcherrimū hoc omnium bonorum exiſtit, quod ijs quæ dono det nobis, nō in hoc tantū fruimur ſeculo, neq́ diuinus uultus ad certū tēpus, ueluti Iudæorum, aſtrictus eſt: ſed diuturnus eſt ac ſempiternus. Domum uerò Dei omnium credentium congregationem Paulus nominauit.

PSALMVS XCIII.

Argumentum.

Inſcriptionem hanc alios quoſdam, & non uatem ipſum, neq; eos qui primo hunc Pſalmum ſunt interpretati, poſuiſſe, manifeſtum eſt. Pſalmi autem huius periocha in hoc conſiſtit: Multi Iudæorum principes ac reges præuaricationem iuſtitiæ complectebantur, atq; ab iniuſtis iudicibus ſententias extorquebant hominesq; occidebant, ac ſanguinem innoxium uenundabant. Hæc cum Dauid longè antè aliquando futura præcognoſſet, hunc exarauit Pſalmum: ut per cantiones, quæ tum in templo Dei exercebantur, aliquando qui tum uita fruerentur fructum emendationis acciperent. Docet igitur de prouidētia Dei, deq; pœna iuſta omnes improbos manēte. Format autem Pſalmum in perſona eorum, qui piè educati ab impijs hanc iniuriam erant paſſuri.

1 DEus ultionum Dominus.) Illud, Confidenter egit, Aquila cum alijs reddidit, Appare. Te, inquit, oro omnium Deum, qui creaturam gubernas, ac dignum ſupplicium iniuſtis infers, exaudi, precationemq́ hanc ſuſcipe.
2 *Redde retributionem.*) Omnibus dominationis tuæ ſublimitatem oſtende, faſtumq́ ſuperborum deijce, ipſo effectu te iudicem eſſe totius terræ docens.
3 *Vſq, quò peccatores Domine.*) Non ut præuaricatores eradicentur, precatur: ſed ne ipſi regnent, poteſtatemq́ ad iuſticiam promptam & expeditam habeant.
4 *Populum tuum Domine.*) Nullum improbitatis genus eſt, Domine, quod non per audaciam exerceant. Aduenas eos dicit, qui ex gentibus ueniant, ac iuxta diuinas leges uitam ſuam informare uelint.
5 *Et dixerūt, Non uidebit Dominus.*) Hiſce uerbis improbitatem exprimit. Audent, inquit, hæc factitare, putantes tibi res hominum neq́ curæ eſſe, neq́ etiam patere. Illa uerò particula, Nec intelliget Deus Iacob: non abs re nec temere eſt addita, ſed ad exaggerandam accuſationem uim habet. Multam enim cum Dei prouidentiam curamq́ circa populum ſuum cum ex prophetis, tum ex ſacerdotibus, ex bello quoq́, & ex pace animaduertiſſent: Deum tamen non, ceu eum cui cuncta patent, coluerunt. Conſilium deinde & admonitionem illis affert, hiſce uerbis:
6 *Intelligite inſipientes.*) Vel ſerò tandem, ò ſapientia deſtituti, ad rerum cognoſcēdas naturas animum appellite.

Qui

Qui plantauit aurem.) Syllogiſtice hic colligit: Qui ex terra, inquit, oculum formauit, 7
eumq; potentia uiſiua inſtruxit, & aurem quoq; eodem modo fecit, ille ne non uideret
ac audiret? ſi autem hoc modo id ſe haberet, illa quam alijs indidit, potentia hunc carere
ſequeretur.

Qui corripit gentes.) Gentes, inquit, quæ neq; legem, neq; Prophetarum, ex eorum 8
oraculis, diſciplinam habent, corripit: ueſtram igitur præuaricationem non caſtigaret?

Qui docet hominem ſcientiam.) Hominum ipſe naturam rationis capacem creauit, ac 9
inſuper ampliorem per ea, quæ in creaturis expoſita ſunt, ſcientiam largitur.

Dominus ſcit cogitationem hominum.) Imò non ſolũmodo uidet & audit, ſed & animi 10
noſtri cogitationes illi patent, quibus non recte de illius prouidentia cogitamus. Poſt-
quam conuenientem huiuſmodi pôſuit improbis medicinam, adfert etiam illis, qui iniu-
ria premuntur ſufficientem conſolationem.

Beatus homo, quem tu erudieris Domine.) Miſeros namq; pietatis ſtudioſos multi uo 11
care ſolent, quiq; diuinæ legis utilitatem reportant. Qui enim uel modicam in hac uita
correptionem ſuſtinent, mitius tribunal Dei futurum ſentient. Malum enim diem ſem-
piternum ſupplicium uocauit.

Donec fodeatur peccatori fouea.) Amplectentes enim iniquitatem, pœnam quæ non 12
remittetur accipient. Perinde enim ut ille qui in profundam incidit foueam, abſq;
aliorum ope & auxilio conſcendere non poteſt: ita nemo æternum ſupplicium, niſi diui
na conſentiente benignitate, effugere poteſt.

Quia non repellet Dominus.) In hac etiam uita temporali prouidentia Dei fruetur, ut 13
pote hæreditas eius appellatus.

Donec iuſticia conuertatur.) Hæc Dei cura circa illum uerſabit, ſi quando diuina iuſti 14
cia de omnibus hominibus iudicium ſumptura apparuerit. Innuit autẽ hæc phraſis Ser
uatoris noſtri aduentum in carnem, & reiectionem Iudæorũ. Bene igitur additur: Do
nec iuſticia, &c. Quoad enim apparitio iuſticiæ non fuerit illi denegata, tantiſper proui
dentia Dei fruetur.

Et adhærentes ei omnes.) Poſt ipſum omnes, dixerunt Aquila & Theodotion. Hanc 15
enim, quæ iuſticiæ nomine uenit, ſalutem, omnes illi, quorum mentibus omnis abſter-
ſa eſt incredulitas, ſequentur, rectiſq; cogitationibus utentes. His iam dictis etiam uer
ba Domini ſuffragantur, dicentis: Venite poſt me, &c. Iudæos igitur uſq; ad negatio-
nem curat. Quod autem adhærentes ei rectos corde uocat, id eſt incumbentes, & delin
quere non ſuſtinentes, conuenienter & apte factum eſt.

Quis conſurget mihi.) Hæc ita tranſtulit Symmachus: Quis reſiſtet pro me facinoro- 16
ſis? Quis contendet pro me contra operatores iniuſticiæ. Humanæ, inquit, opis plane
inops ſum. Verùm habeo magnum auxiliatorem, qui facile faſtum aduerſariorum deijce
re poteſt. Hæc enim per ſubiecta ſignificauit.

Niſi Dominus adiuuiſſet me.) Hoc eſt: Neci me plane tradidiſſent. 17

Miſericodia tua Domine.) Acceſsi enim, & prouidentiam tuam imploraui: atq; ubi 18
meam oſtendi infirmitatem, benignitate tua ſum potitus.

Secundum multitudinem dolorum meorum.) Doloribus meis, ait, aptam bonitatis 19
tuæ conſolationem accepi. Et Paulus: In omnibus, ait, tribulari, ſed non auguſtari, &c.

Nunquid adhæret tibi ſedes iniquitatis?) Nunquid coniungetur tibi ſedes uiolentiæ, 20
qui fingis miſeriam iuxta præceptum? Non patieris, ait, ut conſors iniuſticiæ ſis cum illis,
qui inique iudicia exercent. Sententiam uerò legibus tuis repugnantem ferentes, pœ-
nam inde emanantem ſibi accerſunt. Iniuſtos enim iudices ſedem uiolentiæ, & iniquita
tis appellauit, qui laborem & miſeriam, iniuſticiæ fructumm, etunt.

Captabunt animam iuſti.) Nihil magis iſtis iniquis iudicibus curæ, quàm ut qua- 21
uis machina in iuſtos utantur, mortiſq; ſententiam contra iuſtos & innoxios ferant.

22 *Et factus eſt mihi Dominus in refugium.*) Ego uerò Domini fruar prouidentia, ipſoq;
muro tanquam aheneo utar.
22 *Et reddet illis Dominus.*) Illi uerò digna ſuæ iniquitatis præmia reportantes, laborũ
ſuorum fructus colligent. Non autem hæc ad illos tantum, ſed ad omnes mortales perti-
nere ſciendum eſt. Omnibus enim prouidens Deus ſingulis iuſtam adhibet curam.

PSALMVS XCIIII.

Argumentum.

*Rex Ioſias admodum pius, cùm maximam partem populi ſui idololatriæ deuotam cerneret, ſacerdotes idolorum, occi-
di, atq; aras ipſorũ funditus dirui præcepit. Defunctorũ uerò ſacerdotũ ex monumentis oßibus effoßis, in dæmonum al-
taribus ea cremauit. Conuocatum deinde uniuerſum populum pœnitentiam agere, Deumq; placare, hacq; ratione inter-
necionem, quam minatus erat Dominus, effugere hortatus eſt. Olda ſiquidem propheti ſſa granda atq; acerba
mala omni populo prædixerat. Dauid igitur uates cum hæc præſciret, hũc Pſalmũ cum ad illorum
emolumentum, tum ad omnium hominum inſtitutionem exantlauit. Figuratus eſt
autem hic Pſalmus, uelut ex perſona Ioſiæ, & ſacerdotum Dei.*

1 VEnite exultemus.) Canticum, ait, triumphale in communi Deo dedicabimus. Vin-
centium enim uox eſt iubilus. Superauit autem cœtus piorum faſtum impiorũ: me-
ritò ergo hymnum triumphis accommodatum Deo exhibent.
2 *Præoccupemus faciem eius.*) Hora priuſquam ueniat pœnæ, pœnitentiam agamus,
& antequam contra nos feratur ſententia, Dominum placabimus. Offeramus illi autem
& hymnodiam conuenientem. Tum oſtendit quomodo Deus uictoriam aſportarit, &
ſimulachra proſtrata ſint.
3 *Quoniã Deus magnus Dominus.*) Facultas enim Dñi noſtri ineffabilis eſt. Hic uerus
Deus exiſtens, falſo fictitijs dijs appellationem Dei tributã arguit. Indicia poſtea huius,
quantum humana fert ratio oſtendit.
4 *Quia in manu eius.*) Cunctorum eſt creator, creaturamq; ſua tenet in manu: montiũ
quoq; uertices ſuum ſunt opus, utut dæmones mortalibus inſipientibus perſuaſerint,
ut ſibi in illis delubra extruerent.
5 *Venite adoremus.*) Alacri igitur cum animo conueniamus, & competentem illi ho-
norem deferamus, flentes ac lachrymantes Dei miſerationem exoptemus. Hiſtoria uerò
& de Ioſiæ & de populi lachrymis docet, quas lecto Deuteronomio profuderint.
6 *Quoniam ipſe eſt Deus noſter.*) Dominus noſter, & præcipue Deus noſter, ait, exiſtit.
appellat enim nos populum ſuum, curam noſtri, tanquam ouium propriarum gerit. Sup-
plicium dein minantur inobedientibus, & patrum memoria territantes, accuſationeq;
illorum promouentes eorum commodnm.
7 *Hodie ſi uocem eius.*) Quoniam Deus noſter propter benignitatem ſuam ob delicta
priora pœnam de nobis non ſumpſit, uel nunc ſaltem admonentem percipite, neq; pa-
trum rebellantum ueſtigijs inſiſtite. Exacerbationem enim, contradictionem ſæpenume-
ro in ſolitudine factam, dicit. Similiter alio quoq; in Pſalmo, Quoties, inquit, Exacerba-
uerunt eum in ſolitudine? Oſtendit autem & animi libertatẽ. Nõ enim dixit, Ne obdure-
mini: ſed, Nolite obdurare corda ueſtra: ut doceat eos ipſos huiuſmodi cordis eſſe opi-
fices. Clarius deinde patrum inobedientiæ mentionem facit.
8 *Vbi tentauerunt me patres ueſtri.*) Terram enim promiſſam ingredi quoniam renue-
bant, utpote inanem prætendentes timorem, atq; dicentes, & ſe trucidandos fore, &
filios ſuos futuros mancipia: quadraginta annos in eremo eos commorari fecit, do-
nec perirent. Quapropter, inquit, offenſus fui generationi illi, &c.
9 *Quadraginta annis offenſus fui.*) Variãt hic Symmachus & Aquila, nam pro προσώχθι-
σα, reddiderunt δυσηρεστήθην, id eſt abominatus ſum. Hanc, inquit, ob rẽ hunc deteſta-
tus ſum populum, cum mentis eius lenitatem & uolubilitatem animaduerterem.

Ipſi ue-

Ipſi uerò non cognouerunt.) Comminationibus autem, etiam iuramento conteſtatis 10
aures præbere, minisq; per pœnitentiam occurrere noluerunt: hanc igitur ob cauſã terram patribus ipſorum promiſſam non ſunt ingreſsi. Terram autẽ hic requiem ſuam nuncupauit. Quoniam enim in ſolitudine crebris migrationibus tabernaculo præcedẽte, in quo Deus habitare ferebatur, profecti fuerant, in promiſſa uerò terra & ipſi ab itinere quieſcebant, & tabernaculũ in locum conſtitutum ponebatur: meritò terram promiſsionis nominauit requiem: uias uerò, Dei diſpenſationes appellauit.

PSALMVS XCV.

Argumentum.

Neque Dauid hanc inſcriptionem, neque illi, qui primò hoc uaticinium enuclearunt addiderunt: ſed alius quiſpiam mentem Pſalmi non probè aſſequutus. Secundum ſenſum autem literæ illis competit, qui ex Babylonica captiuitate reuerſi, templum reſtaurarunt: in illis namque omnium hominum ſalus adumbrata proponitur. Canit autem hic Pſalmus tam priore, quàm de poſteriore Christi aduentu, de extremoq; futuro iudicio, deq; gentibus exhibita ſalute.

C*Antate Domino.*) In rebus ſiquidem ad omnes ſpectantibus communi etiam o- 1
pus eſt hymnodia.

Cantate Domino, benedicite nomini eius.) Hæc ad Iudæos ab omnibus hominibus im 2
pugnatos ſpectant. Neq; enim gratum illis fuit, cum libertatem eorum uiderent: ſed in contrarium abrepti moleſtè tulerunt, atq; omnimoda afflictione illos infeſtarunt. Vniuerſum autem orbem Propheta hic ad gaudium adhortatur.

Euangelizate de die.) Cunctis, ait, diebus præſtitum beneficium ebuccinate. Docet 3
inſuper etiam, quibus iſta ſit proponenda narratio.

Annunciate inter gentes.) Doctrina hæc omni hominum generi proponatur, diui- 4
namq; & admiratione dignam operationem cognoſcant.

Quoniam magnus Dominus.) Magnitudine enim præditus inenarrabili, contra falſò 5
nominatos eos potentiam tuam declaraſti, & omnia illorum redarguiſti. Sequentibus enim hoc manifeſtum fit.

Terribilis eſt ſuper omnes deos.) Appellationem enim Dei qui acceperant, dæmonia 6
eſſe apparuerunt: Dominus uerò cœlorum creator declaratus eſt.

Confeſsio & pulchritudo.) In ſpecie enim humana apparens magnificentiæ ſuæ 7
radios emittit, omnesq; ad ſui adorationem pellicere ſolet. Sanctuarium ſiquidem fanũ, quod aſſumpſit, nominauit: pulchritudinis etiam in Pſal. XLIIII mentionem facit, inquiens: Speciosus pulchritudine, &c.

Afferte Domino familiæ gentium) Dominum igitur omnes populi conuenite, qui 8
promptus eſt ad ſaluandum, nominiq; eius canticum canite.

Tollite hoſtias.) Hoſtias, dicit, rationales, quas pij offerunt, ſacerdotesq; ſacrificant. A- 9
tria autem eccleſias nominat. Alioqui neq; hoc Iudæis mandauit, ut quiſquam hoſtias legales offerat, ſed gentium familijs, quæ noui Teſtamenti hoſtias in eccleſijs offerunt. Hac de re autem & alij uates cecinit ad Iudæos, dicens: Non eſt mihi uoluntas in uobis, nec hoſtias recipiam de manibus ueſtris. Quoniam ab ortu ſolis uſq; ad occaſum magnũ eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco incenſum mihi & ſacrificium offertur mundum.

Adorate Dominum in atrio ſancto eius.) Parturite, inquit, Aquila. Similia autem hec 10
illis à Propheta dictis eſſe uidentur, propter timorem tuum, &c. Hoc igitur quoq; in loco gentes monet, cum ſalutis primitias acceperint, ut pietatem ſectentur, & priore ſtatu relicto in pietate fundentur, ac figantur.

Dicite in gentibus.) Præconium igitur ebuccinate regni Dei, quod orbem erroribus 11
olim immerſum, iamq; conuerſum, ſtabilem effecit. In hunc etiam modũ & Symmachus: Dominus regnauit & firmauit orbem. Immutabile igitur eſt, tãquam æternum regnum Dei: demonſtratum uerò aliquando per rerum mutationem.

Iudicabit

12 *Iudicabit populos.*) Quoniam Deum regem demonſtrat, rectè quoq; & iudiciorum mentionem facit, illorum æquitatem & iuſticiam celebrans.

13 *Lætentur cœli.*) Tam cœleſtia, quàm terreſtria geſtiant. Etenim ſi unum propter peccatorem reſipiſcentem angeli gaudent, maiori utiq; gaudio, quòd omnes mortales conuertuntur, afficientur.

14 *Commoueatur mare.*) In hunc modū Theodotion, & Symmachus: Sonabit mare cū plenitudine ſua. Omnis eñ hominū uita maris inſtar cōmotione, prędicationis diuinæ uocem hauriet. Simul etiā cōtra ueritatis pręcones rebelliones incredulorum, prædicit.

15 *Gaudebunt campi.*) Gloriabitur ager, inquit Symmachus, & omnia, quæ ſunt in illo. Dominus uerò in expoſitione parabolæ zizaniorum hunc mundum agrum appellauit. Perinde igitur eſt ac ſi dicat, omnia gaudijs erunt repleta.

16 *Tunc exultabunt.*) Hoc loco Aquila, Tunc laudabunt, ait, illum quæ præcipuè Deo laudem conciliabunt. Cæterùm uatem hic perſonæ fictione uti, notandum eſt. Neque enim mare, neq; terram, neq; ligna ratione inſtructa eſſe nouimus, aut anima prędita: ſed ij, qui in illis habitant Deo canent. Mare ſiquidem inſulam: terram Epirotæ: cœlum angeli inhabitāt. Qui uerò ſaltus ab idololatria liberatos eſſe uidēt, canticum in laudes Dei canunt. Simili modo idem uates, ubi profectionem Iſraelis ex Aegypto propoſuit, per proſopopœiam loquutus eſt, inquiens: Mare uidit & fugit. Quærit etiā, atq; reſponſum accipit: gaudium hac ratione eorum, qui non perierant, ſignificans.

A facie Domini.) Appoſitè hæc duo poſuit, quòd uenerit, & quòd uenturus ſit. Aduentus ſiquidem primus mortalibus Dei cognitionem præbuit: ſecūdus uerò res à ſe inuicem diſcriminabit.

18 *Iudicabit orbem terræ.*) Iuſtum enim tunc faciet iudicium, non ulterius ea, qua hactenus patientia uſurus: ſed ueritatē rerum inquiſiturus, iuſtamq; ſententiā promulgaturus.

PSALMVS XCVI.

Argumentum.

Hanc inſcriptionem in Hebræo non extare, qui eam poſuit confeſſus eſt, ſed ipſe de ſuo illam addidit. Itaq; nec ipſa prophetica eſt, neq; mentem Pſalmi ſatis declarat. Neque enim ſolummodo Iudææ, ſed & uniuerſæ terræ reſtitutionem Propheta prædicit. Vaticinium autem & hic Pſalmus habet, de primo, item de ſecundo Chriſti in mundum aduentu, & de Gentibus ad cognitionem Dei peruenturis, ac de futuro tribunali.

1 DOminus regnauit.) Regnare Dominum affirmat, nō quod regnum aliquando acceperit: ſed quod illud aliquando hominibus reuelarit. Ne autem eadem, quę alij qui ante nos animi ſui cogitationes in Pſalmos ediderunt, afferamus, ad illos igitur, qui plura de his cognoſcere uolunt, remittimus.

2 *Nubes & caligo.*) Caliginis & nubis nomine inuiſibilem eſſe diuinam naturam docuit. Admonet inſuper etiam, eum ipſum eſſe, qui in monte Sina ſeſe in nube & nebula uiſui exhibuerit. Docet etiā, quòd etiāſi fieri nō poſſit, ut natura diuina uiſu percipiatur, per opera tamen illius in oculos noſtros incurrere. Iuſticia ſiquidem mortales erudiuit, & eos qui omni carentes iudicio res ſuas peragebant, recto uti iudicio docuit. Hæc ſunt ſolium ac regnum illius.

3 *Ignis ante ipſum.*) Poſterioris Dñi aduētus hęc ꝓphetia eſt. uidit hæc quoq; Daniel.

4 *Illuxerunt fulgura eius.*) Aduentum ſuum Dominus fulguri confert. Sicut enim fulgur exit, inquit, &c.

5 *Vidit & commota eſt terra.*) Cui enim non terrorem tribunal illud incutiat?

Montes ſicut cera liquefacti.) Neq; enim ſolum hi qui aliorum premuntur imperijs, uerumetiam illi, qui ad regnorum gubernacula ſedent, appropinquantes illi haud ſecus atq; cera, nimio timore diſſoluentur. Quo plurium enim rerum diſpenſationem acceperunt, tantò & grauior illos manet pœna.

Annun-

Annunciauerunt cœli.) Et factum eſt hoc, & fiet. Nato enim Chriſto, chorus ange- 7
lorum Deum celebrantium apparuit: cœlorum enim nomine hos innuit, ſicut terræ ſe-
pe, homines terram inhabitantes. Viderunt etiam & populi uirtutem Seruatoris noſtri
pe orbem, per ſuam ipſorum immutationem: poſterior uerò eius aduentus omnes mor
tales manifeſtè de regno Dei inſtruet. Omnes deinde angelorum quoque hymnodiam
auribus noſtris percipiemus.

Confundantur omnes.) Lucis igitur ueræ ortus tenebras abigit. Pudore etiam ſuffun 8
dantur omnes ſimulachrorum cultores.

Adorate eum omnes angeli eius.) Innuit hoc loco omnes eos, qui idololatriæ ſint ad- 9
dicti confundendos iri. Angelorum quoq; myriades numero planè carere ſimul oſten-
dit, Deum noſtrum colentium.

Audiuit & læta est Sion.) Sionis nomine piorum politia hic uenit: filiarũ autem 10
Iudæ, eccleſiæ per uniuerſum terrarum orbem. Genus enim ſuum Apoſtoli ad Iudæos
referebant, qui illas genuerunt, & plantauerunt, Paulo etiam ita loquente: Ego uos in
Chriſto Ieſu genui, per Euangelium. Quoniam igitur & una Seruatoris exiſtit eccleſia
(omnes enim credentes in unum ueluti corpus compacti ſunt) & multæ iterum ſunt il-
lius eccleſiæ (plurima namq; in membra unum corpus diducitur) per Sion communem
piorum cœtum: per filias uerò Iudæ, congregationes fidelium hinc inde per urbes, ui-
cos & ſolitudines degentes, intelligit. Hos autem unà cum iſtis lætitia iuſta ob iudicis iu
dicia abundaturos, pronunciat.

Quoniam tu Dominus altiſſimus.) Quicunq; autem ueri Dei in cognitionem perue- 11
nerunt, gaudio replentur, eorumq; etiam, quorum falſò Dei nomen tribuitur, repre-
henſionem uiderunt. Illorum enim detecta eſt uanitas, tua uerò reuelata maieſtas. Quo-
niam uerò nos non fide modò, ſed & bonis exercitijs opus habemus, neceſſariò & hoc
conſilium protulit.

Qui diligitis Dominum, odite.) Si quod bonum eſt, deſiderabile uobis habetur: quod 12
huic repugnat, ab eo abalienemini. Maliciæ uerò mentionem faciens, omnia nequitiæ
intelligit genera.

Custodit Dominus.) Iuſtas & bonas uitæ actiones quotquot exercetis, Dominum ha 13
betis rectorem & protectorem, hoſteſq; uobis inſultantes facile proſternetis.

Lux orta eſt iuſto.) Neq; enim uniuerſi mortales luce frui ſuſtinuerunt. Sol quidem 14
ipſe iuſticiæ cunctis ſalutis radios immiſit: ſuos uerò oculos ſunt qui clauſerunt, luciſq;
ſplendore intueri renuerunt.

Lætamini iuſti in Domino.) Quotquot igitur quicũq; participes facti, uirtutiſq; for 15
tem amplexi eſtis, exultate, Deumq; multitudinem eius benefactorum commemoran-
tes, celebrate. Confeſsionis enim uocabulo hic gratiarum appellauit actionem.

PSALMVS XCVII.

Cantate Domino.) Eundem hic cum priore Pſalmus habet ſenſum, utroque enim 1
de Seruatoris prædicit aduentu. Sed plura de priore commemorat. Quoniam anti
quarum rerum permutationem prędicat, nouamq; politiam prędicit, rectè nouum hym
num Deo canere iubet.

Saluauit ſibi.) Quod manus appellatione, operatio: dextræ uerò bona actio: bra- 2
chij autem uirtus intelligatur, ſæpe dictum eſt. Hominum autem ſalutem, ſuæ uirtutis
opus eſſe, ait. Immenſa uerò benignitate uſus, hominum uitam ſuum ducit eſſe emolu-
mentum. Atq; ob id non dixit, Saluauit nos: ſed, Saluauit ſibi. Idolorum enim ab errore
nos liberauit, ſalutiſq; ſuæ ſublimitatem monſtrauit, ſalutemq; illis tribuit. Sequentia au
tem hoc clarius exponunt.

Notam fecit Dominus.) Cunctis mortalibus ſalutifera attulit flumina, imperiumq; 3
ſuum gentibus reuelauit.

In conſpectu gentium reuelauit.) Eſaiæ hæc uaticinia ſapiũt. Huius enim per os Deus 4
ad Chri-

ad Chriſtum Dominum loquutus eſt: Dedi te in teſtamentũ generis, in lucem gentium, ut ſis ſalus uſq; ad extremum terræ. Quoniam enim Deus & patriarchis, & Dauidi ſe ex ſemine eius ſecundum carnem omnium ſalutare excitaturum: promiſsionem ad patres factã teſtamentum nominauit. Alij enim pro teſtamento fœdus interpretati ſunt: genus uerò ipſius Iſraelem uocauit, quòd ex Iuda ſit Chriſtus ſecundũ carnem, atteſtante Apoſtolo: Itaq; dedi te in teſtamentum generis, ut fœdus cum Iudæis impleas initum: in lucem uerò non Iudæis, ſed gentibus. Gentes enim ſalutem per fidem ſortitæ ſunt: Iudęi uerò incredulitatis caliginem dilexerunt. Idem etiam hoc loco Dauid dicit: Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ, &c. Cum enim promiſſiones Iudæis factas impleuit, uniuerſi fines terræ ſalutem Dei noſtri uiderunt. Neq; enim Iudæis ſolum, uerùm cunctis mortalibus lux ueritatis illuxit.

5 *Iubilate Deo omnis terra.*) Quandoquidem ergo omnes à dæmonis aſſultibus liberi eſtis facti, triũphale canticũ Seruatori cantate. Quapropter implemus, quod iuſſi ſumus. Hunc enim hymnum Seruatori iubilantes & cantantes, myſterij tempore offerre conſueuimus, & cum omni animi alacritate tripudiantes.

6 *Pſallite Domino.*) Hanc quoq; legem in eccleſijs ſubinde impleri cernimus: Citharа namque ſpirituali diuinam cantionem perſonamus. Noſtra autem ora ſpirituales citharæ redduntur, ac dentes fidium loco: labia uerò pro æramento habemus, lingua autem quouis plectro melius ſonans, commota harmoniam ſuauiſsimam efficit: mens uerò, quaſi muſicus quidam artifex iſta mouet, flexuram hanc & trãſitionem efficiens. Hęc autem cithara Deo, quauis alia anima deſtituta, acceptior eſt.

7 *Et tubis ductilibus.*) Tubæ nomine pro clamore Scriptura ſæpius utitur. Sic enim & Dominus ait: Quando eleemoſynam facis, ne tuba canas ante te, quod eſt: ne deprædices eleemoſynam tuam. Hoc autem in loco doctrina tubæ appellatione uenit, per quam & Dei nobis exhibita beneficia diſcimus, & in lege Domini erudimur. Ductilium uerò tubarum appellatione, æneas intelligit: corneas eas, quæ ex cornu conficiebantur. His enim uti Iudęi conſueuerant. Nobis autem tubarum loco ſunt Apoſtoli, quiq; illis in ſacro miniſterio ſucceſſerunt.

8 *Moueatur mare.*) In magnis urbibus huius uaticinij immolationẽ facile eſt uidere. Multitudo enim piorum in eccleſia exundans mare imitatur. Talis autem eſt & cantio Pſalmorum.

9 *Flumina plaudent manu ſimul.*) Docendi gratia inſtructos iterum fluminum uoce nobis proponit, qui inſtar fluminum miracula diuina profundunt: quos hic plaudere, Deumq; laudare dicit.

10 *Montes exultabunt.*) Montium nomine eos intelligit animo excelſo pręditos, in quibus ædificata eſt ciuitas Dei. Hos gaudio, inquit, exultaturos, cognito Seruatoris noſtri aduentu. Laborum enim exantlatorum retributiones expectantes, iudiciſq; iuſticiam ſcientes, geſtient.

11 *Quoniam uenit ad iudicandum terram.*) Prior namque aduentus miſeratione multa refertus eſt, poſterior uerò multa iuſticia. Omnes enim ſiſtemur coram tribunali Chriſti.

PSALMVS XCVIII.

Argumentum.

Vaticinium hic Pſalmus de reuerſione Iudæorum è captiuitate Babylonica habet: Seruatoris etiam prædicit aduentum, & Iudæorum incredulitatem.

1 D*Ominus regnauit.*) Audito regno Chriſti tam Iudęi, quàm Gręci inſanire cœperũt. Et cum Iudæi libertatem aſſequuti eſſent, cunctæ gentes finitimæ admirandam & ſupra omnem opinionem reuerſionem cernentes, dirumpebantur. Hoc autem uirtutem eius, quem adorabant declarauit.

2 *Qui ſedes ſuper Cherubin.*) Sedens, inquit, ſuper Cherubin, ſupernarum uirtutũ Deus exiſtit. Illud uerò, Qui ſedes, tanquam ad ipſum loquens dixit. Incorporea namq; & in

circum-

circumſcripta natura non indiget ſeſsione. Proponit autem omnino Deum regis inſtar ſuper Cherubin inequitantem, ut audientes ſtupore concutiat.

Dominus in Sion magnus.) Cunctis Iudæis, qui ex captiuitate redibant, potentia Dei 3
manifeſtabatur. Præcipuè uerò orbis Dominus crucifixus apparuit, poſtquã ſancti eius legati prędicationem ſalutis ad gentes detulerunt.

Confiteantur nomini tuo magno.) Cunctos igitur decet, laudibus ut te celebrẽt, necnõ 4
& beneficia tua commemorent, ineffabilem autem tuam naturam curioſè minimè inquirant. Honos autem, qui ſanctiſsimo tuo offertur nomini, ac terribili, credentes quidem ſanctificat, incredulos uerò terrore afficit.

Et honor regis iudicium diligit.) Tantundem hoc eſt, ac ſi diceret, Honore id afficit 5
regem, quòd iuſticiam amore proſequitur. Huic ſequentia lucem adferunt.

Iudicium & iuſticiam.) Non ſecus enim atq; rex iuſtus, rectam iuſtamq; protulit ſen 6
tentiam: & Iſraelem à potentatu eorũ, qui illum ſeruituti ſubiecerant liberauit. Quod uerò ad aliam prophetiam attinet, ita ſentiendum eſt: Promiſsionis tuæ ueritatem declaraſti, ubi quæ maiorib. Iſraelis promiſeras adimpleſti, ſalutemq; per ſemen illius exhibuiſti.

Exaltate Dominum Deum noſtrum.) Omnibus igitur ex uiribus ueſtris uicem bene 7
factori rependite. Exaltate Dominum, ait, hoc eſt: Exaltatũ illum prædicate. Fanum Hieroſolymis ſcabellum olim pedum Dei deputatum eſt: nunc uerò eccleſiæ per totum orbem, ac mare diſperſæ, in quibus Deum adoramus.

Moyſes & Aaron.) Non abs re omiſsis alijs prophetis horũ tantũ mẽtionẽ facit, ſed 8
hac ratione ingenitum Iudæis furorẽ ac rabiem exprimere uult. Moyſis enim & Aaronis temporibus ſacerdotiũ rapere conabantur: Samuelis autem diuino regno ignominiam inferentes, humanum amplexi ſunt. Hic igitur Pſalmus docet, quòd horum, quæ commiſerint in Seruatorem, nihil noui ſit, ſed conſueta erat illis hæc inſania.

Inuocabunt Dominum.) Deo enim multa fidebant. Illum enim precabantur, ille au- 9
tem exaudiebat: atq; cum illis omnibus uidentibus per nebulam uerba facit. Docet deinde, quòd hanc gratiam haud immeritò illis largitus ſit. Ex pręſcripto enim legum ſuarum uiuentibus hoc beneficium præſtitit.

Domine Deus noſter.) Te, inquit, Dominum prædicamus, qui tanta illos donans fi- 10
ducia, multa gratia ac beneuolentia illos es proſequutus.

Et ulciſcens.) Symmachus in hunc modum, Et ulciſcens ſuper calumnijs eorũ. Nam 11
eos, qui aduerſus diuinum Moyſen tyrannide uſi ſunt, igni abſumpſiſti: & qui ignis effuſi gerunt ſupplicium, uiuentes in apertam foueam tellure hiare iuſſa demiſiſti, ac tyrannidis locum, ultraneum illis ſepulchrum reddidiſti: atque eos qui mare tranſierant, in terra admirandis undis uſus, ſubmergi feciſti. Quiq; contra Samuelem inſurrexere, Saulis tyrannidi tradidiſti, & multis ac uarijs ærumnis adobruiſti.

Exaltate Deum Dominum noſtrum.) Tam inſignium itaq; uirorum ueſtigijs inſiſten 12
tes, conuenientem Deo honorem offerte. Mons ſanctus antiquitus Sion erat, at nunc Dei cognitionis ſublimitas. Quocirca iniunctum nobis eſt, ut ſecundum datam à Deo nobis ſcientiam, adorationem illi offeramus.

PSALMVS XCIX.

Argumentum.

Totum genus humanum uates ad pſallendum Deo inuitat, & ut eum omnimodè colat, cohortatur.

IVbilate Deo omnis terra.) Vos, ò homines, triumphalem Deo hymnum canite. Terrę 1
etenim nomine, incolas eius intelligit.

Seruite Domino.) Neq; enim Soſpitatoris imperium graui diabolicæ tyrannidis iu- 2
go ſimile eſt, ſed placidum ac benignitate plenum. Cum lætiticia igitur ad inſeruiendum illi uos parate.

3 *Introite in conſpectu eius,*) Illud, In exultationem: Symmachus ſic tranſtulit, Cum bo
na acclamatione: Aquila uerò, Cũ laude, uertit. Eſt aũt hymnus exultantiũ ac lętantium.
4 *Scitote quòd Dominus.*) Reipſa cognoſcite, Dominum noſtrũ totius uniuerſi Deum
eſſe. Quam informationem Apoſtoli gentibus etiam uno ore propoſuerunt, id quod ex
Actis illorum notum eſt.
5 *Ipſe fecit nos.*) Neq; enim noſmet ipſos creauimus, ſed ab ipſo formati ſumus. In ean-
dem ſententiam & Paulus apud Athenienſes diſſeruit, dicens: Deus, qui mundum &
omnia quæ in illo ſunt fecit, hic cũ cœli & terræ Dñs ſit, &c. Idẽ & hic Dauid docet: Ipſe,
inquit, fecit nos, & non nos ipſi. Symmachus ita, Ipſe fecit nos cum nondum eſſemus.
6 *Nos autem populus.*) Hiſce uerbis nõ imperiũ ſolũmodo, ſed & curã ac moderationẽ
innuit. Neq; ẽm Dominus tantũ, ſed & bonus paſtor eſt, in bona nos paſcua deducens.
7 *Introite in atria eius.*) Eccleſias innuit. Hę enim nobis aditum ad Deum patefaciunt.
8 *Confitemini illi.*) Nam quomodo dignũ haud fuerit celebrare eum qui ineffabili be
neficẽtia uſus eſt, & bonis promiſſis finẽ ac effectũ impoſuit? Quæ nãq; patrũ noſtrorũ
memoria ꝓmiſit, ea hoc tẽpore pręſtitit: et quã illis ſalutẽ pollicitus eſt, eã nobis largitus.

PSALMVS C.

Argumentum.

Vaticinium Pſalmus hic continet de Ioſia rege, qui idolorum aras ſubuertit, & ſacerdotes illorum occidit, populumq; ad priſtinam pietatem reduxit. Neq; autem religionis tantum, ut illa pura eſſet, curam geſſit, ſed & de uita ac moribus ſolicitus fuit. Quæ omnia Rex Dauid longo ante temporis interuallo proſpiciens Pſalmum hunc exarauit: ut & uirtutem Ioſiæ celebraret, & omnibus hominibus perfectionis quandam quaſi ideam ob oculos poneret.

1 M*Iſericordiam & iudicium.*) Narrationem de Ioſia rege inſtitutam, miſericordiæ &
iudicij celebrationem appellat: idq; ea de cauſa, quòd afflictorum miſertus ſit &
eos, qui iniuriam intulerant condemnauerit.
2 *Pſallam & intelligam.*) In hunc modum Symmachus: Canam & intelligam uiam im
maculatorum. Quam immaculatam eſſe uiam ex diuina gratia intellexi, & Deo acceptã,
hanc nunc per melodiam proponam.
3 *Ambulaui in innocentia.*) Eximius namq; rex Ioſias eò uſq; puritatis progreſſus e-
rat, ut magna cum fiducia ad Dominum clamarit Quando uenies ad me: hoc eſt, Com
petentem tibi aulam regiam adornaui, quocirca tuum ex animo aduentum expto, utq;
meis acquieſcas uotis expeto.
4 *Non propoſui ante oculos meos.*) Vitæ meæ curſum ſimplicitate tranſegi, neq; aliter fo-
ris, domi me geſſi: ſed idem in ore promptum & in pectore reconditum habui.
5 *Facientes præuaricationes odiui.*) Non tantum iniqua opera execratus ſum, uerume-
tiam huius generis animi cogitata expuli, cogitationem pr̨ alijs componẽs ac dirigens.
Abhorrui autem ab illis, qui cœlitus promulgatas leges nihili faciebant.
6 *Non adhæſit mihi.*) Familiaritate autem mihi iuncti erant, quibus iuſticia cordi erat.
7 *Declinantem à me.*) Quod ſi autem uſuuenit interdum ut ſociorum meorum unus
aut alter ob maliciam à me deficeret, perinde mihi fuit (cum omnem maliciam uſq; adeò
deteſter) ac ſi nullus à me deſciuiſſet.
8 *Detrahentem.*) Occultas delationes non ferebam, ſed qui illas ultrò citroq; ſparge-
bant, à me arcebam.
9 *Oculi mei ad fideles terræ.*) Conſiliorum meorum participes erant fidei ſpiritu prædi
ti, quibusq; cœleſtis regni myſterijs antiquius nihil erat.
10 *Ambulans in uia.*) Curam autem geſſi non ſolum conſiliariorum & amicorum, ue-
rumetiam miniſtrorum: in meo namq; famulitio nullus qui uirtuti non operam nauaret,
deprehenſus unquam fuit.
11 *Non habitauit in medio.*) Domi meæ ſuperbia inflatum non tuli, & quicunq; iniuſta
apud me in medium adduxit, is re infecta à me diſceſſit.

In ma-

In matutino interfeci.) Quod ex hiſtoria planè cognouimus. Impios ſiquidē ſacerdotes ad unū omnes occidit, & ſacroſanctā ciuitatē ab eiuſmodi quaſi colluuie repurgauit. Atqui de huius eximij regis plura cognoſcere uelit, is ſecundū Paraleipomenon, quartumq́ Regum librum euoluat. Quod autem inter cætera dicit, In matutino: perinde ualet, ac ſi celerrimum, iuſtiſsimumq́ iudicium dixiſſet. 12

PSALMVS CI.

Argumentum.

Quamuis Pſalmus hic uaticinium de miſeria populi Iudaici in Babylone, deq́; eius in patriam reditu contineat: tamen & latiſsimè patenti gentium uocationi, & unicuiq́; homini contra impendentes ærumnas luctanti accommodari poteſt.

Domine exaudi.) Acquieſce precibus meis, ò Domine, & opem tuā porrige. Clamorem namq́ Symmachus fletum interpretatus eſt. 1

Non auertas faciem.) Clementer mecum agas, iramq́ remittas. 2

In quocunq́ die tribulor.) Declarant & hæc uerba non præteritorum in hoc Pſalmo narrationē inſtitui, ſed futurorū prophetiam contexi. Quoniam in magna felicitate & eminentia fuit hic populus, ſub Dauidis regno conſtitutus, meritò Propheta illorū uſus perſona orationem profert: precaturq́ ut à Deo gubernetur, ubi huius ærumnæ tempus appropinquauerit. 3

Quia defecerunt ſicut dies.) Enumerat pro conſuetudine ſua hoc loco calamitates futuras, non ſecus ac ſi iam præterijſſent, ac uitæ ſuæ curſum non ſecus ac uaporem cōſumptum, corpusq́ ſuum aridum uelut ultionem factum, & quaſi ignis cuiuſdam impulſu conflagratum eſſe dicit. Ita enim Aquila uertit: Et oſſa mea ſicut combuſtio quædā exaruerunt, imò ſicut fœnum extinctus ſum & priſtinum florem amiſi. 4

Quia oblitus ſum.) Appetitum cibi omnē amiſi, priſtinaq́ felicitate prorſus excidi. Corpus ſiquidem meum ob ſingularem animi mœrorem conſumptum eſt: oſsibus uerò nudatis, uinculis ſubiectus ſum. 5

Similis factus ſum pelicano.) Parabolis utitur ad exprimendas pro dignitate calamitates ſuas. Hiſce autē ab auibus petitis, nihil aliud, quàm metū & diuinæ protectionis deſtitutionē uult innuere. Nam paſſer præ anxietate ſomniū abigit, & nycticorax loca culta & cohabitata uſtās, pro domibus ad ſolitudines auolat. Illud enim, In domicilio, Symmachus, In ruinoſis, tranſtulit. Sic & auis altera in deſertis locis uerſatur. 6

Tota die exprobrabant.) Irriſioni hoſtium meorum expoſitus ſum: & qui quondam zelotes eram, iam ſum illis, qui me ſuſpiciebant olim iuramentum factus. Iurant enim per ærumnas meas ne patiantur, quod quidam ſunt perpeſsi. 7

Quia cinerem.) Hoc & LXXIX Pſal. dixit, Cibabis nos pane lachrymarū, &c. Vult autem uehementem hac phraſi animi dolorē indicare. Nam ſi tempus illud, quo cibum ſumpſit mœroris expers non fuit, quanto magis reliqua dolore uacua fuerunt? His, inquit, malis uelut fluctibus marinis obrutus ſum, quoniam furorem tuum exeruiſti. 8

Quia eleuans.) Conſpicuum me & celebrem feciſti, & illico fregiſti. Illud enim, Alliſiſti me, tranſlationem in ſe habet, ab ijs petitam, qui in ſublime quid & attollunt, & mox in terram coniectum confringunt. 9

Dies mei.) Senſus eſt: Ad ipſos uitæ meæ occaſus deueni, ac ſimilis planè factus ſum inclinanti umbræ. Cæterùm & fœni ariditatem metentium manus prouocans, imitor. 10

Tu autem Domine in æternum permanes.) Ego quidem, inquit, tali natura ſum præditus, tantisq́ calamitatibus oppreſſus ſum: tu uerò in ſempiterna ſecula exiſtens, facilè me ærumnoſum meū ſtatū in meliorē, ubi ita uiſum erit, cōuertes. Hoc.n. uult ſequentib. 11

Et memoriale tuum.) Immuta, inquit, incumbētes miſerias in melius. Tempus enim ipſum commiſerationē omnibus modis efflagitat. Innuit autem tempus illud ſeptuaginta annorum, ad calamitatis Babylonicæ finem deſtinatum. Sed & uates Daniel eiuſdem 12

captiuitatis curriculo expenſo orationē profert. Huic autem ſpiritualis melodiæ uerba
concordant.
13 *Tu exurgens.*) Sionem enim licet uaſtatam uehementer deſideratis. Sunt autem & diſ
iecti illius lapides expetendi: & cumuli illorum ex deuaſtatione relicti in memoriam
reuocati, lachrymas nobis exprimunt.
14 *Et timebunt gentes.*) Videntes enim noſtrum reditum, atq; ciuitatis noſtræ reſtaura-
tionem admirabuntur tuam potentiam, quotquot noſtram miſeriam perſpexerunt: teq;
metuentes, pro ſolo Deo adorabunt. Propriè autem hoc poſt Seruatoris noſtri in car-
nem, aduentum factum eſt. Nam poſt Iudæorum reuocationem uicini quidem admirati
ſunt, quod factum erat: tantum autem abfuit, ut id à Deo factum crederent, ut etiam bel
lum aduerſus ipſos mouerent. Hic autem ſermo uaticinatur de commutatione omnium
& regum, & gentium: cuius uaticinij quædā iam facta, quædam adhuc futura ſperamus.
Nam Apoſtolus dicit, Nōdum enim illi ſubiecta omnia uidemus. Verùm idem docuit,
quòd illi omne genu flectetur, &c.
15 *Quia ædificauit Dominus Sion.*) Ignari enim ordinis diuini, arbitrabantur Iudæorum
ſeruitutem, ac Hieroſolymorum uaſtationem Dei eſſe impotentiam: quare hoc animad
uertens, rectè huius ciuitatis reſtaurationem, Dei gloriam uocauit.
16 *Aſpexit ad orationem humilium.*) Neq; enim deſpexit eos, qui in ſeruitute, atq; capti
uitate tenebantur, quin potius precationes eorum exaudiens, eos liberauit.
17 *Scribātur hæc.*) Beneficium autem hoc conſcriptum in ſempiternum ad poſteros
tranſmittam: populum uerò creandum, ex gentibus congregādos dixit, qua de re & A-
poſtolus: Siqua in Chriſto noua creatura eſt, inquit. Et ipſe docuit Pſalmo XXI. An-
nunciabitur Domino generatio uentura. Hic populus & uetera & noua edoctus, conue
nientem Deo hymnum offeret.
18 *Qui proſpexit de excelſo.*) Deus enim omnia uidens, cunctaq; gubernans, gementes
audiuit, liberationisq; ſententiam tulit: ut uincti occiſorum loco redirent, patriamq; ur-
bem reſtaurarent: conſuetum etiam cultum in ea iuxta legem Deo præſtarent.
19 *In conueniendo populos.*) Vbi reuerſi fuerimus, & populi & reges congregati poten
tiam tuam admirabuntur. Tunc igitur tanta lætitia perfundemur, ut bonitatē tuam pre-
caturi ſimus, quo annorum augmentum nobis largiaris, neq; medio tempore nos morti
tradas. Virtutis autem uiam, reditum uirtute Dei præſcitum uocat.
20 *In generatione generationum.*) Creatori enim omnium quid impoſsibile eſt? Itaque
cum hæc motum ſuſcipiant, tu immobilis permanes. Per expoſita autem hæc elementa,
quæ nominat, etiam reliquorum illum factorem eſſe ſignificat.
21 *Et omnes ſicut ueſtimentum.*) Hæc ita Symmachus, Et omnia ſicut ueſtimentum ue-
teraſcent, & ſicut indumentum mutabis eos, & mutabuntur. Omnia ſiquidem uiſibilia
ueteraſcent, & ueſtium uetuſtatem imitabuntur. Tu uerò illa mutabis, ac renouabis, red-
desq; incorruptibilia pro corruptis. Simile autem & illud eſt: Tu autem idem es, & an-
ni tui non deficient. Creaturam enim, ait, diſponis Domine ſicut tu uis: tu uerò naturam
habes immutabilem, & alterationem ſuperiorem. Hæc autem D. Apoſtolus in epiſtola
ad Hebræos Domino Ieſu attribuit. Verùm in filio patrem contemplamur. Quæ namq;
ille facit, eadem ſimiliter & filius facit, & eadem in utroq; natura conſpicitur.
22 *Filij ſeruorum tuorum.*) Pro illo, In ſeculum dirigetur, dixit Symmachus, Permanet.
Innuit autem quòd Iudæi quidē ex captiuitate liberati Hieruſalem ædificaturi erant, ſe-
men uerò ipſorum, in omnia ſecula permanſurum ſit. De hoc ſemine Apoſtolus: Donec,
ait, ueniret ſemen, quòd promiſſum erat. Et Abrahæ dictę erant promiſsiones,
& ſemini eius. Non ſeminibus, ait, quaſi de multis: ſed tanquam
de uno. Et ſemini tuo, inquit, qui eſt Chriſtus. Hoc
ſemen in æternum permanet.

PSALMVS CII.

Argumentum.

Pſalmus hic in eodẽ argumẽto præcedentẽ ordine conſequi uidetur. In illo nãq; propter Babylonicæ captiuitatis moleſtias lugentes, Deum pro reditu orarunt: hic uerò ea quæ petierunt conſequuti, benefactorem laudant. Ego uerò hunc Pſalmũ omnibus competere mortalibus arbitror, cum propter liberationem à ſeruitute acerbiore, tum propter maiorem libertatem adeptam. Et ipſe uerborum ſenſus quod dico declarabit, ut hoc ucrius Pſalmi huius argumentum ſit.

Benedic anima mea Domino.) Circa diuina beneficia qui grato ſunt animo affecti, 1
ſeipſos ad canendum Pſalmum excitant, ut benefactori, quantum fieri poteſt, gratitudinem rependant. Hi omnia interiora eò dirigunt, omnesq; ſuas cogitationes ad laudem Dei mouẽt. Interiorum enim nomine, cogitationes & affectus, & omnes animæ motus ueniunt.

Benedic anima mea.) Iterum animam ad eadem excitandam, & obliuionis nebulam 2
fugandam, beneficiorumq; Dei memoriam renouandam eſſe, docetur. Pro retributionibus, Symmachus beneficia dixit. Per partes deinde iſta recenſet.

Qui propiciatur.) Hic enim tibi peccatorum remiſsionem largitus eſt, hic tibi paſsio- 3
num curationẽ præſtitit. Nam eos, qui captiui in Babyloniam ducebantur, à ſeruitute liberauit, ſed corruptibili uita non liberauit: nobis uerò per reſurrectionem ſuam utramq; largitus eſt.

Qui coronat te.) Gratia enim, ſic loquẽte Apoſtolo, ſaluati eſtis: & hoc non ex nobis, 4
Dei donum eſt. Corona igitur hæc eſt gratiæ & benignitatis diuinæ. In hunc etiam modum Eſaias, ex perſona ſponſæ clamat: Exultet anima mea in Dño. Induit enim me ueſtimẽto ſalutis. Dos autẽ hæc omnia ſunt, ſponſiq; dona. Nihil eñ præter fidẽ attulit ſpõſa.

Qui replet bonis.) Deſiderium quia etiam prauum eſt, bene poſuit illud, In bonis. Bo- 5
na enim deſideria noſtra Dominus ſeruat, Petite, ait, & dabitur uobis, &c.

Renouabitur ut aquilæ iuuentus.) Per Baptiſma hæc uobis Dominus dedit. Per Eſai- 6
am etiam his conſona Deus dicit: Qui expectant me, mutabunt fortitudinem, pennas aſſument ſicut aquilæ. Quoniã enim à prima noſtri creatione diuinos & regios characteres acceperamus, illos uerò poſtea ſtudio peccati corrupimus: pollicetur nobis hic locus regni recuperationem. Hæc enim regia auis eſt, regnoq; inter uolucres potitur. Docet autem nos & diuinæ munificentiæ ingenium.

Faciens miſericordias Dominus.) Non enim (ait D. Apoſtolus) propter iuſticias, quas 7
fecerimus nos: ſed ſecundum magnam ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit, per lauacrum regenerationis, ac renouationis Spiritus ſancti. Cum nos iniuria ab hoſte ueritatis preſſos uideret, nobis quidem miſericordiæ ſuæ fontes recluſit: contra illũ uerò ſententiam tulit iuſtam.

Notas fecit uias ſuas.) Hanc nobis ſalutem non ex pœnitudine, ſed per ſuos olim ua- 8
tes prædixit, perq; diuum Moyſen ſalutem noſtram præfigurauit. Mare aſperſionis typum accepit, petra ſempiternorum fluentorum umbra facta eſt. Ita & reliqua, ne ſingula recenſeam, ab illis adumbrata eſſe inuenire licet.

Miſerator & miſericors Dominus.) Cauſa, inquit, bonorum iſtorum eſt diuinæ cle- 9
mentiæ abyſſus, immenſa miſericordia, ac benignitatis pelagus.

Non ſecundum iniquitates noſtras.) Non paſſus eſt, ut ſecundum menſuram delictorũ 10
noſtrorum pœnas lueremus, neq; in infinitum iram ſuam contra nos extendit.

Quoniam ſecundum altitudinem cœli.) Si ſpacia & interualla diſtãtia magis illi ſuccur 11
riſſent, in medium plane adduxiſſet, ad id contendens, ut diuinæ bonitatis infinitam amplitudinem ac latitudinem monſtraret.

Quomodo miſeretur pater filiorum.) Creator & opifex cum ſit, eandem erga ſeruos ſu 12
os amoris beneuolentiam oſtendit, quam pater erga ſuos liberos habet.

Quoniam ipſe cognouit figmentum noſtrum.) Infirmitatem enim noſtræ naturæ ipſe 13
cognouit, nouit enim unde formati ſimus, & in quid reſoluamur.

14 *Homo, ſicut fœnum Dies eius.*) Homo nihil differt à fœno ac flore.
15 *Quoniam ſpiritus.*) In hũc modũ Symmachus hæc reddidit: Quoniam ſpiritus per-
tranſit eum. Deinde animum non ſubſiſtere aſſerit, qua pręſente corpus & uiuit & opera
tur, auolante uerò, corrumpitur, ita ut ne cognoſci quidem priores characteres poſsint:
ſicut uidere licet in ſepulchris. Spiritus igitur ad hunc modum locum ſuum non cogno-
ſcet, corpus uidelicet tum non corruptibile, ſed quod corruptioni non amplius ſit obno
xium aſſumpturus.
16 *Miſericordia autem Domini ab æterno.*) Fragilis quidẽ eſt noſtra natura, diuina autẽ
benignitate in multa uſq; ſecula uitã producere poſſumus, & ad nepotes uſq; iuſticiæ re
tributionem, maioribus debitam conſeruamus. Ita Iudæorum regnum ad generationẽ
quartam uſq; conſeruauit, cum tamẽ abſolutam pietatem minime eſſent aſſequuti, ſed in
ipſis regni initijs æmulationem oſtẽdiſſent. Sic etiã Dauidi inextinguibilẽ generis ſcin-
tillam ſeruauit, etiamſi multi improbi medijs temporibus inde prodierint. Hanc autem
miſericordiam, ait, teſtamentum ſuum ſeruantibus, & non ſimpliciter mandatorum ſuo-
rum recordantibus, ſed uerbis ipſa quoq; opera coniungentibus præſtabit.
17 *Dominus in cœlo.*) Simile hoc eſt ijs, quæ in alio Pſalmo dicuntur, nempe: Qui in al-
tis habitat, &c. Docet enim nos hoc in loco ſermo propheticus, Dominum quidem cœ
lum inhabitare, deſpicere tamen, & regere creaturam, tanquam omnium quę ſunt & con
ditor, & rex, & Dominus.
18 *Benedicite Domino.*) Inuiſibiles uirtutes ad cõmunicationem hymnodiæ meritò uo-
cauit. Humana enim natura ad hoc minime ſufficiens eſt, ut benefactorẽ ſuum digno prę
conio celebret. Corporis autem expertes ſanctæq; naturæ, utpote uitam ſegregatam ab
omni paſſione habentes, diuina præcepta ſeruare poſſunt.
19 *Benedicite Domino.*) Multi ſunt uarijq; ordines cœleſtes, utpote principatus & po-
teſtates, & quæ alia nomina huius creationis D. Apoſtolus proponit nobis: omnia au-
tem iſta hic uates iſtis duobus complectitur nominibus.
20 *Benedicite Domino omnia opera eius.*) Hoc neq; Iudæis competit. Illi enim cum ab il-
lis qui eos in captiuitate retinebãt, aliquid ex canticis Sion canere iuberẽtur, legitime fa-
cientes: reſpondebant, Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? Apo-
ſtolus uerò nobis cõmendat, ut in quouis loco cõſtituti puras manus orantes tollamus.
21 *Benedic anima mea Domino.*) Finis cum initio Pſalmi concordat. Ad hymnodiæ e-
nim cõmunionem ſpirituales eſſentias cum uocauit: docet & nos, ut ex totis uiribus no-
ſtris noſtrum factorem honore afficiamus, gratiarumq; actionem parem uiribus cũ hym
no offeramus.

PSALMVS CIII.

Argumentum.

Gratia Spiritus ſancti non ſolum moralem & dogmaticam doctrinam hominibus profert: uerùm etiam quibus modis Deum laudare deceat informat. Quare & hunc Pſalmum Dauidis miniſterio uſa conſcripſit, ut diſcant omnes quibus hymnis benefactori ſit rependendum, cuius hic communia beneficia recenſet, quemq; omnium factorem & rectorem eſſe demonſtrat.

1 B*Enedic anima mea Domino.*) Omnes pietatis alumnos Deum laudare docet.
2 *Domine Deus meus magnificatus es.*) Illud Magnificatus es, nõ auxeſin & incremen
tum Dei: ſed inmenſam illius amplitudinem ſignificat. In hunc modum & Symmachus
dixit: Deus meus magnus es uehementer. Neq; eñ paruus exiſtens magnus eſt factus:
ſed natura magnus eſt.
3 *Confeßionem & decorem.*) Hæc ita Symmachus: Hymnum & glorificationem profe-
rant. Non enim adhuc ignorant te, qui tuis ſunt bonis potiti: neq; ſimulachra honorant,
ſed te celebrant, & tibi glorificationis debitum reddunt.

Amictus lumine ſicut.) His quoque Apoſtolus habet concordantia: Qui ſolus ha- 4
bet immortalitatem, inquit, & lucem inhabitat inacceſſam. Tanta ſiquidem lux illa exi-
ſtit, ut ne appropinquare quidem quiſquam auſit. Eſt igitur & ipſe quidem lux uera: ami
citur autem luce ſicut ueſtimento.

Qui extendiſti cœlum.) Facilitatem opificij his innuit uerbis. 5

Qui obtexiſti aquis.) Moyſes hoc quoq; docuit, inquiens: Fiat firmamentum in me- 6
dio aquæ, & diuidat inter aquas & aquas, quæ ſunt ſupra firmamentum.

Qui poſuiſti nubi.) Dei prouidentiã omnia penetrantem his uerbis ſignificauit. Im- 7
minet enim, ait, & uentis & nubibus, & ipſe gubernat & moderatur ea. Simul autem di-
uinam paſsim præſentem eſſe naturam docet, & omnibus imperare. Quoniam uerò ue
lociorem naturam in ijs quæ ſenſibus ſunt expoſita non inuenit, quàm ſit uenti, Deum
ſuper pennis uentorum uehi dicit.

Qui facit angelos ſuos.) Non tantum eorum, quæ uiſui ſunt expoſita, uerumetiam in- 8
uiſibilium Deum creatorem oſtendit. Eoſdem autem & ſpiritus & ignem appellauit,
utriſque dictionibus potentiam & uelocitatem illorum declarans. Velox enim natura
eſt ſpiritus, & potens ignis operatio. Angelis autem utens miniſtris Deus, & dignis be-
nefacit, & aduerſarios punit. Quapropter & ignis meminit, aptam ad puniendum uim
ſeu efficaciam ſignificans.

Qui fundauit terram ſuper ſtabilitatem ſuam.) Super baſim ſuam, Aquila & Sym- 9
machus dixerunt.

Non inclinabit.) Non auertetur, non cadet. Fundauit enim eam ſuper eam ipſam, de- 10
ditq; illi ut ſit immota: & hoc modo permaneat, quamdiu ipſe uolet. In hunc modum &
alibi dixit: Qui ſuſpendit terram in nihilo.

Abyſſus ſicut ueſtimentum.) Pro αὐτῆς poſuit αὐτοῦ. Sic enim Aquila cum Theodo- 11
tione reddidere: Induiſti eam abyſſo ſicut ueſtimento. Humidã autem eſſentiam abyſsi
nomine D. Scriptura proponit. Sicut enim & initio creationis D. Moyſes dixit: Terra
autem erat inuiſibilis, & indiſpoſita, & tenebræ erant ſuper faciem abyſsi. Quoniam igi-
tur undiq; circumſepta eſt aquis terra, & magna quidem atq; innauigabilia maria termi
ni eius ſunt: mediam uerò alia nauigabilia diuidunt, aptè dixit abyſſum terram ueluti ue-
ſtimentum circumplecti.

Supra montes.) Prouidentiam Dei creaturæ ubique præeſſe docet. Hac enim ratio- 12
ne mare montium imitatum uertices continentem undis ſuis non inuoluit: ſed ſicut
nos tonitruum horremus, ita illud præfixum terminum timet. Illud uerò, Supra montes
ſtabunt aquæ: idem atq;, Sicut montes ſtant aquæ. Illud Aſcendunt montes, pro Aſcen-
dunt in montes, poſitum eſt.

Terminum poſuiſti.) Mare reueretur arenam, & ad illam uſq; furens quaſi freno quo 13
dam termino diuino cohibetur, ac rurſus coercetur, retroq; cedit.

Qui emittis fontes.) Neceſsitatem huius poſtea indicat. 14

Inter medios montes.) Maximum hoc eſt diuinæ diſpenſationis & prouidentiæ ſi-
gnum, quòd non hominum modò, ſed ratione carentium neceſsitati ſatisfacit. Qua-
propter montes diuiſit, undiq; peruios reddidit, ut non homines tantum, ſed & bruto-
rum genera fluentorum copia fruantur. Illud uerò, Vſurpabũt onagri ad ſitim ſuam: Sym
machus, Recreabit onager ſitim ſuam, reddidit.

Qui rigas montes.) Neq; enim tantummodo infernè, ſed & deſuper per nubes adfert 1
irrigationem: poſtea & utilitatem ex eo naſcentem oſtendit.

De fructu operum tuorum.) Naſcitur enim herba, & nutritur iumenta ad uſum morta 15
lium condita. Fructus autem imbribus aluntur, hominibuſq; proferuntur: ueruntamen
propter hominum neceſsitatem & iumenta hac prouidentia fruuntur.

Et herbam ſeruituti hominum.) Symmachus ad hunc modum clarius reddidit, Qui 17
egerminare facis fœnum iumentis, & herbam ſeruituti hominum, ut alimentum ex terra

naſcatur. Et uinum, ut lætificet cor hominis, & ut facies oleo niteat, & panis ut cor hominis confirmet Ad hoc enim, inquit, imbres terræ immittit, ut fructus germinent, & corpus pane confirmetur ac nutriatur, oleoq; externè niteat.

19 *Saturabuntur ligna campi.*) Hebræus & reliqui poſuerunt, Saturabuntur ligna Domini. Poſteaquã de fructum ſerẽtibus diſſeruit, neceſſariò etiam & de infrugiferis mẽtionem facit, quòd & illa hominibus uſum exhibeant neceſſarium. Hanc ob rem & Domini illa nominauit, tanquam ſpontè naſcentia, & non manu conſita, ſed diuini uerbi uirtute germinantia.

20 *Cedri Libani.*) Neq; enim illas quidam hortulani plantarũt, ſed diuinum uerbum ingentes illos montium uertices conſtituit Libani autem tanquam inſignis montis, cedrorumq; illius nomine, reliquos etiam montes, atq; arbores eorum comprehendit.

21 *Ibi paſſeres.*) Ita Aquila, Ibi uolucres nidificabunt: herodij, abietes domus eorum. Arbores enim illæ ad hominum ædificia extruenda ſunt accommodatæ: auium uerò nidos recipiunt.

22 *Montes excelſi ceruis.*) Animantium quidem ne minimum abs te neglectum eſt, ſed ceruis quidem montium uertices cõmorandi gratia: minoribus uerò animalculis petrarum luſtra dediſti.

23 *Fecit lunam.*) Poſtquam omnia recenſuit tam uiſibilia q̃ inuiſibilia, luminariũ etiam mentionem facit, quæ quarto die à Domino ſunt creata. Lunæ autem opificium ad docendum tempora factum affirmat. Variationes enim huius, temporis menſurationem efficiũt. Ipſa ſiquidẽ menſuram menſis, totidẽ diebus creſcens ac decreſcens conſtituit.

24 *Sol cognouit occaſum ſuũ.*) Non quòd animatus ſit aut ratione utatur, ſed quòd iuxta terminum diuinitus præſcriptum ingrediens, diem illuſtrem reddit, & nocte abſconditur: curſumq; eundem ſemper retinet, ac cuſtodit ſuas mẽſuras, & lucis ſubductione cohibitus, refocillationem mortalibus præbet.

25 *In ipſa pertranſibunt.*) Quietem enim nox hominibus, beſtijs uerò ſecuritatẽ & confidentiam exhibet, ut uentres repleant famelicos. Illud uerò, Vt quęrant à Deo eſcam ſibi: idem eſt atque, Et illis diuina prouidentia, quæ neceſſaria ſunt præſtat. Siquidem à Deo petere rationalium: quærere uerò etiam irrationalium eſt.

26 *Ortus eſt ſol.*) Sole autem ſupra finitorem emergente, beſtiæ quidem ad luſtra ſua ſecedunt. homines uerò laborem præterito die repoſitum, alacriter denuò diurno labore proſequuntur.

27 *Quam magnificata ſunt opera tua Domine.*) Poſtquam uates ea omnia, quæ enumerauit recognoſcit, magnamq; Dei prouidentiam circa ea agnoſcit, in medio narrationis hymnodiam Deo offert. Repetit enim & noctem uehementer utilem, & infrugifera ligna, aliam utilitatem adferentia, beſtiarumq; genera multis alijs inſeruientia, à profanis quibuſdam traduci, & damnari.

28 *Impleta eſt terra.*) Cæteri interpretes, Poſſeſsiõe tua, reddiderũt. id eſt, Omnis generis bonis illã repleuiſti. Terræ aũt mẽtione facta, ad mare, quod huic circũfuſum eſt, trãſit.

29 *Ibi reptilia.*) Eſt & hoc diuinæ prouidentiæ abunde magnum argumentum, quòd minuta animalcula maioribus miſcuit, à quibus tamen non prorſus conſumuntur.

30 *Ibi naues.*) Qui magnus profectò hominum uſus eſt.

31 *Draco iſte.*) Draconis nomine maximos cetos accipit, qui in Oceano frequentes apparent. Illud uerò, Ad illudendum ei, de mari dictum eſt. Nam cũ Hebræus, tum Syrus mare maſculino genere uſurpat: Ita magnum eſt, inquit, ut & infinita piſciũ genera complectatur, & grandes admodum ceti in illo innatent. Si quis uerò allegoriam in dracone hoc cum Eſaia & Iobo agnoſcat, ei nos magnoperè haud repugnauerimus.

32 *Omnia ad te expectant.*) Omnia, quæ neceſsitate inſeruiunt, à te, uel ùm ſuo tempore, referunt. Quæ enim ratione carent, cibum illa quidem, iuſtumq; alimentarium quærunt, at cùm quis eum ſuggerat ignorent, à creatore accipiunt.

Dante

Dante te ipſis.) Te manum tuam almam aperiente, quæq; ea, quæ ſuæ naturæ accom 33
modata ſunt accipiunt.

Aperiente te manum.) Promptitudinem elargiendi hac loquẽdi formula expreſſit. 34
Sicut enim facillimum eſt, digitos in pugnum compreſſos explicare: ita & Domino faci
lè omnium bonorum copiam ſubminiſtrare.

Auertente autem te.) Sicut omni abundant gaudio, qui à te collatis beneficijs fruun 35
tur: ita ſi tu faciem auertas tuam conturbabuntur omnia, ac horrore replebuntur.

Auferes ſpiritum eorum.) Etenim ſi ita tuæ Maieſtati uideatur, anima & corpus, tam 36
arcto iuncta uinculo, ab inuicem ſeparantur, corpusq; in priſtinũ, ex quo ortum eſt, pul
uerem reſoluitur. Spiritus autem homine, animam intelligit.

Emittes ſpiritum.) Vaticinatur hic Dauid Spiritus ſancti inſtinctu de corporum no- 37
ſtrorum reſurrectione, & uitæ inſtauratione. Sic & Helias uiduæ filium reſuſcitauit, ſimul
ac puerum afflaſſet, & gratia Spiritus ſancti fretus, qua inſtructus erat, in uitam reduxit.
Sed & pari ratione Eliſæus. Poſtquam autem & hanc diuinæ potentiæ efficaciam oſten
dit, uerba ad hymnodiam conuertit.

Sit gloria Domini in ſecula.) Par eſt, inquit, ut continuo à cunctis celebretur. 38

Lætabitur Dominus.) Innuit hiſce uerbis futurã inter mortales Dei ſignificationem: 39
inter eos nimirũ, qui à dæmoniorũ liberati erroribus, cogitationẽ Dei conſequuntur. Eſt
aũt hoc Domino lætitiæ, non quòd ipſe adorat̃, ſed quòd miſeri mortales conſeruantur.

Qui reſpicit terram.) Appoſite admodũ hæc ſubiunxit, quo diuinum Numen ſibijpſi 40
ſufficere indicaret. Neq; eñ quaſi foriniſecus oblati honoris indigus adoratiõe delectat̃:
ſed tanquam ſeruare cupiens, ueritatem oſtendit: & quamuis pœnas expoſcere poſsit,
ſupplicium tamen differt, licet uel ſola apparitione terrã concutiat, monteſq; igne & fumo
repleat. Quod quidem in Sione mõte factitatum legimus. Seſe enim præſentem eſſe de-
clarans, totum montem fumigantem reddidit.

Cantabo Domino.) Commode ſubiunxit, In uita mea. In morte enim qui Dei memor 41
ſit, nemo eſt.

Iucundum ſit.) Symmachus, Sermocinationem: Aquila, Homiliam tranſtulit. Ex- 42
opto autem ut mea hæc prachnodia gratiſsima, acceptiſsimaq; ſit. Quod ſi fiat, ſumma
inde lætitia perfundar.

Deficiant peccatores.) Pulchritudine diuina hactenus, quantũ humanæ naturæ licet, 43
expoſita, cũctiſq; ad eã cognitionẽ cõprehendẽdã hominib. inuitatis: precat̃ in genere,
ut peccatorũ infinitus numer9 deficiat: non quidẽ orans ut pereant, ſed ut in uiã redeant,
illorum deijciantur criſtæ, ſicq; commutati cœleſtia ſapiant. Quod ſi aũt quis uerba hæc
in alium ſenſum trahere uoluerit, quaſi Dauid impios diris deuoueat, hoc etiã ſenſu ua-
ticinium hoc Apoſtolorum doctrinæ conſentiens, deprehendet. Nam & Paulus Corin
thijs ſcribens, talem concluſionẽ annexuit: Si quis non diligit Dñm noſtrum Ieſum Chri
ſtum, anathema ſit. Eſt enim hæc eorum qui ex animo Deũ diligunt, propria quaſi nota.

Benedic anima mea Domino.) Qui igitur inſanire ac deſipere uolunt, ea, quę dixi pa 44
tiantur: at tu ô mea anima, conditorem ac ſeruatorem tuum celebra.

PSALMVS CIIII.

Argumentum.

Cohortatio ad laudem Dei, ob beneficia ab illo profecta. Et quoniam populum Iudaicum Deus ob extremam ingratitudinem ſua prouidentia priuauit, cunctos mortales admonet, ut illorum exemplo admoniti, ob omnia benemerita Domino gratiſsimum animum declarent.

CONfitemini Domino.*) Pro Inuocate: Symmachus Prædicate, habet. Inſtigat autem 1
oracularis hic ſermo, ut gratiarum actionis hymnum offeramus, beneficiaq; Domi
ni ad aſtra uſq; extollamus.

Annunciate inter gentes.) Clarum eſt, quòd non Iudæis tantum, ſed & gentibus pro- 2
deſſe expetat.

Canta-

3 *Cantate ei.*) Pſalmis ac harmonicis hymnis gratiam illi reponite, & admiranda eius
opera qui ignorant, eos erudite.

4 *Gloriamini.*) Illud, ἐπαινᾶσθαι, hoc eſt, laudamini: Aquila uertit, καυχᾶσθαι, hoc eſt, glo
riamini. Eſt autem uerborum ſententia, Neq; in opibus, neq; in uiribus, neq; in imperio,
ſed in ſola Dei cognitione gloriandũ eſſe: id quod & Apoſtolus monet, inquiens: Qui
gloriatur, in Domino glorietur.

5 *Lætetur cor.*) Hic enim fructus eſt ſpei in Deo repoſitæ, nimirum lætitia.

6 *Quærite Dominum.*) Vtq; quánam ratione hoc fieri poſsit doceat, ſubijcit nõ ſemel
& iterum, ſed per omnẽ uitã diuinã opem quærendam eſſe, & illius emolumentum inde
referendum. Etenim qui hanc deſiderant & quęrunt, expugnari ac ſuperari non poterũt.
Quærite, inquit, & inuenietis, &c.

7 *Mementote mirabilium eius.*) Ne excidãt uobis animo Domini admirãda opera, ex
iuſtiſsimo ipſius iudicio profecta. Miraculorũ ſiquidẽ appellatione in præſentia, ea quæ
iuſtè à Domino facta ſunt intelligit. Et ſiquidem ea quæ in Aegypto euenerũt cõmemo
rat, primùm omniũ quanta æquitate ſupplicium ab Aegyptijs ſumptum ſit, oſtẽdit.

8 *Semen Abrahã.*) Abrahæ ſemẽ & filij Iacob ijdem planè ſunt, utpote illius nepotes,
huius uerò filij: electorum autem titulo ornantur, quòd præ cæteris gentibus Dei popu
lus nominati eſſent. Quod & ſequentibus indicauit.

9 *Ipſe Dominus Deus noſter.*) Licet namq; totius uniuerſi Dominus & Deus ſit, hos ta
men ſibi prę cæteris omnibus peculiarem populum delegit.

10 *Memor fuit.*) Promiſsionũ Abrahæ factarũ certitudinem ac firmitatẽ hoc loco do
cet. Neq; enim uerba hæc hyperbolen, ut quidam ſomniarũt, continent, ſed uerã rei de
monſtrationẽ. Promiſit namq; Dominus ſeſe in Abrahæ ſemine cunctis gentibus bene
dictionẽ præparaſſe. Quod quidem ſemen, quoad humanitatem Chriſtus eſt, ſempiter
nus ille rex, regnum nulli interitui obnoxium imperio ſuo premens. Idem etiam mille
generationum mentio ſubindicat. Multitudo ſiquidem iſta tot generationum haudqua
quam certum numerum, ſed diuturnitatem imò perpetuitatem innuit.

11 *Quod diſpoſuit ad Abraham.*) Iuramenti huius Moyſes quoq; mentionem facit. Di
xit enim Deus ad Abrahamum: Per memetipſum iuraui, niſi benedicendo benedixero
tibi, &c. Huius iuramenti & Iſaacum admonuit, atq; id confirmauit, & fœdus ſuum cum
Iacobo innouauit. Stetit autem Dominus promiſsis hiſce, Moyſæ quidem tempore po
ſteros illorum ex ſeruitute Aegyptiaca liberans: ſub Ioſua autem terram Chananęam in
habitandã exhibens, tandẽ aũt per Dñm noſtrũ Ieſum Chriſtũ cõcludẽs atq; abſoluens.

12 *Funiculum hæreditatis noſtræ.*) Imperium terreſtre funiculum nominauit. Terram e
nim illorum menſurationi, qui hanc adepti erant, permiſit.

13 *Cum eſſent numero modico.*) Promiſerat aũt hæc illorũ maioribus, cũ eorũ adhuc pau
ciſsimi numero eſſent. Vult autem in hunc modũ ipſius promittentis uirtutẽ ac potentiã
ſignificare, quòd tam paucis, tam longè lateq; patentis terræ imperiũ largiri dignatus ſit.

14 *Pauciſſimi, & incolæ eius.*) Patriarchæ etenim in terra hac peregrini permanſerunt,
neq; definito aliquo loco ſedem ac domicilium habuerunt: ſed de loco in locum taber
nacula ſua caſtrorum inſtar mouerunt.

15 *Non reliquit hominem.*) Qui enim damnũ illis inferre conabant̃, uicti ab illis fuerũt.

16 *Et corripuit pro eis reges.*) Sic Pharaonẽ regem ob Sarã Abrahæ uxorẽ grauiter puni
uit. Ita nocte Abimelech perterrefecit, inquiens: Ecce morituros es propter Saram uxo
rem Abrahæ, habet enim maritum. Sic & Iſaacum inter Palæſtinos reddidit authoritate
conſpicuum. Sic quoq; Labani cædem ac ſanguinem ſpiranti interminatus eſt, dicens:
Vide ne duri quicquã contra ſeruũ meum Iacob loquaris. Hos autẽ omnes Chriſtos no
minat, nõ quod oleo peruncti, ueruntamẽ electi eſſent. Sed & Dñs ipſe Abrahamũ Prophe
tę ornat nomine: Redde, inqt, uxorẽ uiro iſti. Eſt.n. ꝓpheta, orabitq; pro te, et ſeruaberis.

17 *Et uocauit famẽ.*) Peccatũ enim caſtigationem meretur, caſtigatio belluinam uitam
repre

reprehendit,reprehenſio uitæ reſipiſcentiæ cauſa eſt.Famis itaq; ſub id temporis intro-
ductæ cauſa,fuit mortalium ſub id tempus uiuentium nequitia.Sed tamen & hoc pacto
colentium ſe rationem habuit.

Et omne.) Id eſt:Quicquid ad ſuſtentandam uitam hanc conducebat,carũ reddidit. 18

Miſit ante eos uerbum.) Cum Ioſephi ſapientiam,tum fratrum maliciam innuit. Ma- 19
licia namq; illorum conuenienter uſus fuit.

In ſeruum.) Neq; enim eis author fuit ut fratrem uenderent,ſed hoc illorum maliciæ 20
permiſit. Ille uerò hanc ipſam fratrum nequitiam ad optimum finem dirigens ,ex ſeruo
regem fecit, & deſcẽſus in Aegyptum occaſionem præbuit. Sic enim in fatis erat, ut qui
Dei populus appellandi erant, magnis miraculis fierent cõſpicui. Prouidentia enim &
tutela illis præſtita Deum illorum declarauit, & ad quorum illa aures perueniebat Dei
cognitionem colluſtrabat.

Humiliauerunt.) Adulterij enim calumnioſe inſimulatus in carcerẽ ac uincula con- 21
iectus eſt.Hoc autem Symmachus ſic uertit, Ad ferrum tranſijt anima eius: quod perin-
de ualet atq;, Capitis ferè diſcrimen ſubijt.

Eloquiũ Domini.) Hæc omnia inſtar auri per ignem explorati forti animo pertulit, 22
non ut adulterationem uirtutis Ioſephi cognoſceret:ſed ut ueræ philoſophiæ uiuũ qua-
ſi exemplar alijs hominibus ob oculos poneret,ueritatiſq; archetypum,oſtenderet.

Miſit rex.) Vtq; diſpẽſatiõis huiꝰ fructũ explicaret,ſubiũxit,ut erudiret principes eis. 23

Conſtituit eum Dominũ.) Celebris enim apud regem , propter facultatem enodandi 24
ſomnia redditus,poteſtatemq; ad diuina cognoſcenda conſequutus,alios etiam eòdem
adduxit: & non uerbis ſolummodo , ſed & ipſis operibus ad eandem pietatem attraxit.

Et intrauit Iſrael.) Hæc,inquit,cauſa erat ob quã Patriarcha in Aegyptum ſeſe con- 25
ferret. Terrræ enim Cham nomine,Aegyptum intelligit. Quoniam Meſrem alter filius
Cham fuit.Cham enim,inquit,genuit Chus primogenitũ,& Meſrem fratrem eius.Chus
uerò Scriptura ſacra Aethiopiam appellat.Meſrem autem Aegyptum . Iacob uerò & Iſ-
rael unus idemq; eſt.Illud enim nomen à patribus,hoc à Deo ipſo accepit.

Et auxit populum.) Idem & hiſtoria Exodi docet.Quanto enim,inquit,magis eos af- 26
fligebant Aegyptij,tanto plures reddebantur,& multiplicauit illos terra.

Conuertit cor eius.) Aegyptiorum mentem eis non mutauit ,ſed libertatem arbitrij 27
illis conceſsit,inſidiaſq; non prohibuit : Iſraelitis tamen uictoriam de illis largitus eſt.

Et dolũ faceret.) Iam enim obſtetricibus iniunxerunt,ut Iſraelitarum filiolos interime- 28
rent ,iam præceperunt ut in profluentem illos abijcerent : ſed & hac ratione Iſraelitica
gens mortis machinas effugit.

Miſit Moyſen.) Nam cum hos cognationis ſuæ miniſtros, inq; libertatem aſſerto- 29
res deſtinaſſet,uirtute miracula edendi eos exornauit.

Miſit tenebras.) Sancti enim miniſtri Dñi ſui mãdatis immorigeri nõ erãt,ſed impera- 30
ta faciebant:longiſsimamq; Aegyptijs utpote triduanam noctem,imò profundiores no-
cte tenebras inducebant.Nox enim licet luna non ſplendeat, tamẽ reliquorum ſiderum
fulgore nonnihil temperatur:cum illas tenebras Scriptura palpabiles appellat.

Conuertit aquas.) Neq; enim color tantum aquæ , ſed & ipſa guſtui expoſita qualitas 31
immutata fuit,id quod omnis generis piſcium interitus teſtatur.

Ebulliuit terra.) Nam cum Hebræorum infantulos fluuijs ſubmergendos deſtinarãt, 32
meritò aqua in ſanguinem mutata eſt,homicidij eos reos peragẽs. Ranas uerò illic ebul-
lire fecit, in morem occiſorum infantium repentes , domuſq; illorum infeſtantes, & uſ-
que ad ipſos thalamos regios penetrantes.

Dixit & uenit.) Verba ſubſequuta fuerũt extẽplò ipſa opera:& Deo mãdante, Moy- 33
ſe uerò loquente illico & cynomyia & ſcineſes terrã oppleuerunt : non quidem alijs ho-
minibus damnum inferentes , ſed inimicis Dei pœnam infligentes.Hoc enim uult cum
ait:In omnibus finibus illorum,hoc eſt, extra terminos Aegyptiorum nihil tale fiebat.

Poſuit

34 *Poſuit pluuias illorum.*) Nubes enim ſolitos ſuos fœtus mutabãt, & pluuiæ loco grandinem fundebant. Flumina autem & flammæ cum grandine ferebantur, & contrariæ naturæ aqua & ignis, ſeſe mutuo non extinguebant: ſed naturali pugna ſepoſita, unanimi conſenſu pœnam Aegyptijs infligebant. Quocirca omne plantarum genus peribat.

35 *Dixit, & uenit locuſta.*) Grandine quidem & igni arbores perdidit: per locuſtam autem & bruchũ, hortos, prata & ſegetes deuaſtauit. Neq; enim fructum ſolummodo, ſed & fœnum eorum excidit.

36 *Et percuſsit omne primogenitum.*) Quæ poſtrema fuit plaga Aegyptijs illata, poſtquam Iudæos ad egrediendum urſit. Domus enim quælibet lachrymis replebatur. Plagam ſiquidem deſideratioribus intulit, durius eos puniens, qui ad priores plagas ſtupidiores erant.

37 *Et eduxit eos.*) Nam quoniam Hebræis Aegyptij non cõceſſerant, ut res ſuas aſportarent ſecum: non ſolum has, ſed & Aegyptiorum opes, quaſi ſeruitutis præmium, abſtulerunt. Neque enim hoc iniuſtè Deus fieri præcipit, ſed & inuitos corripuit, & iniuria diu oppreſſos recreauit.

38 *Et non erat in tribubus illorum infirmus.*) A plagis enim Aegyptijs illatis tuti fuerãt.

39 *Lætata eſt Aegyptus.*) Grauiſsimis ſiquidem ſupplicijs perterrefacti Aegyptij, Hebræorum libertatem pro beneficio reputabant.

40 *Expandet nubem.*) Nubes hæc interdiu tabernaculi loco erat, ſolisq; æſtum temperabat: noctu uerò in ignem conuerſa, lucis uſum ſubminiſtrabat.

41 *Petierunt, & uenit coturnix.*) Carnes ſiquidem cum petijſſent, exhibuit illis auium illarum multitudinẽ capiendam: panemq; deſiderantibus, è cœlo per nubes, non quidem pluuiam, ſed eſcam ſuppeditauit. Sed & ſitim illorum admirandis petræ parturitionibus reſtinxit, riuosq; aquarum perenniter è petra ſcaturientes euocauit.

42 *Quoniam memor fuit.*) Quæ omnia facta ſunt, ut promiſsionibus Abrahæ factis ſatisfieret.

43 *Et dedit eis regiones Gentium.*) Neq; enim ex ſeruitute Aegypti eos tãtum in libertatẽ aſſeruit, uerùm & Cananæorum illis terram ſubiecit, alienorumq; laborũ dominos conſtituit: cum illos iuſtè puniens, tum his promiſsiones ſuas confirmans. Quòd autem Palæſtinæ incolas non ſine cauſa eiecerit, per ea quidem docuit, quæ Iudæis in lege præcepit, ubi eos cauere iuſsit, ne illorum politiam imitarentur: docuit uerò & eo loco ubi Abrahæ poſſeſsionem huius terræ promiſit, qua'nam ratione non ſtatim dominatũ illius tradiderit, ſed longo prius tempore peregrinari permiſerit. Nondum enim impleta ſunt Amorrhæorũ peccata ad hoc uſque temporis. id eſt: Nondum commiſerunt quod extremum mereatur excidium, neq; æquum eſt, ut ſupplicio afficiãtur, neq; par eſt ut propter grauioris delicti præſcientiam ſententiæ condemnationis ſubijciantur: ſed expectãdus eſt rerum exitus. Omnia namque in pondere, numero atq; menſura moderor. Quocirca trium etiam annorum periodum expecto. Ita & illos eiecit, & iſtis quæ pollicitus fuerat præſtitit.

44 *Et legem eius.*) Non ſolum terram Chanaan illis ſubiecit, ſed & legem, ad cuius normam uiuerent, promulgauit.

PSALMVS CV.

Argumentum.

Præcedenti quidem Pſalmo diuina beneficia propheticus ſermo recenſuit: in hoc uerò & beneficiorum meminit, & ſupplicia illis illata præcipuè docet. Figuratus autem hic Pſalmus eſt, uelut in perſona piorum communes ærumnas deplorantium, & miſericordiam ut conſequantur orantium.

1 C*Onfitemini Domino.*) Cum ob præterita benemerita Dominum celebrate, tum & in poſterum meliora ſemper ſperate. Bonus ſiquidem ac beneficus eſt Dominus. Deinde ut humanæ mentis captum miraculorum Dei narratio excedat, oſtendit. Quis

Quis loquetur.) Nulla uerba ſufficiunt ad laudandum pro dignitate Dei opificium. 2
Beati qui cuſtodiunt.) Peccati ſenſum uirtutis beatificatio excipit. Nam qui peccati 3
luit pœnas, eos felices prædicat, qui ab illo redempti ſunt, uitamq; ſuam ad iuſtitiam cō-
poſuerunt: beatum autem uocat, non qui ſemel atq; iterum, ſed ſemper iuſtè agit.
Memento noſtri Domine.) Populum nouum innuit, & eccleſiam ex gentibus conſti 4
tutam, quam ſalute dignatus eſt Dominus: cuius communionem arripere Iudæorū mul
titudo docetur. Huic conſentiunt ſententiæ etiam ſequentia.
Ad uidendum.) Oramus, inquit, ut noui tui populi ſalutis conſortes euadamus, bo- 5
nitatisq; illi conceſſæ participes reddamur.
Peccauimus.) Transgreſsionem enim legis tuæ tanquam hæreditatem quandam à 6
maioribus noſtris accepimus. Patrum autem nomine non ſanctos intelligit patriarchas,
ſed illorum ſucceſſores. Quod & ſequentibus declarat.
Patres noſtri.) Licet illorum nomine maxima in Aegypto miracula facta ſint, nolue 7
runt tamen illa conſiderare.
Non fuerunt memores.) Quamuis enim Aegyptios à tergo inſtātes cernerent, & ma- 8
re fugam illorum interpellare, opem tuam expectare nolebāt, & aduerſus Moyſem mur
murabant, dicentes: Quaſi non ſint monumenta in Aegypto, eduxiſti nos, ut occidas
nos in hac ſolitudine. Tanta autem ingratitudine diſsimulata, ſalutē illis largitus eſt. Hoc
namque ſubiunxit:
Et ſaluauit nos.) Solo namque uerbo mare exiccatum, ſpacioſum & planum reddi- 9
dit. Nam quoniam in deſerto nulla eſt currentibus facilitas, eo quòd nullæ plantæ aut
arbuſta impedimento ſint, idcirco ſolitudinis comparatione hanc mare tranſeundi op-
portunitatem expreſsit.
Operuit aqua.) Vna enim atq; eadem unda Hebræis quidem utilitatem, Aegyptijs 10
uatem interitum attulit.
Et crediderunt uerbo eius.) Moyſes quidē uiris, at Maria mulieribus Deum celebran 11
tibus præfuit. Quæ quidem oda ſcripta extat.
Cito defecerunt.) Habentes tam euidentia diuinæ potentiæ argumenta, non petie- 12
runt neceſſaria: neque Dei donum præſtolati ſunt, ſed etiam conuicijs ſanctos Dei ſer-
uos proſciderunt.
Et dedit eis petitionem illorum.) Per petitionem deſiderium intelligit. Neq; enim pe- 13
tierunt quicquam, ſed obloquuti ſunt. Nihilominus tamen quæcunq; ſuſtentationi illo-
rum inſeruiebant abundè ſubminiſtrauit.
Et irritauerunt Moyſem.) Core enim, quique illi ſocietate iuncti erant, ſacerdota- 14
lem dignitatem ſibi arrogabant: Dathan uerò & Abyron aliam tyrannidem in animo
uoluebant.
Aperta eſt terra.) Dathan enim Abyron, omnesq; illorum ſocij terra abſumpſit. Co 15
re autem, quiq; cum illo erant, igni cœleſti conflagrarunt. Quas de illis pœnas Deus id-
circo ſumpſit, ut reliquos rectè ſapere cogeret: uerùm nihil inde emendationis accipere
uoluerunt. Quod quidem eorum quæ conati ſunt narratio teſtatur.
Et fecerunt uitulum.) Non ſimpliciter huius montis meminit, ſed ut inſignem impie- 16
tatem declararet. In hoc quippe monte Dominus apparuerat, in hoc monte terroribus
eos, poſt plurimam ignis oſtentationē tubis etiam uſus ac tonitruis grauiter inſonando,
cumq; tantis oſtentis legem promulgando repleuerat.
Et mutauerunt gloriā ſuam.) Sculptile uenerati ſunt. Quæ quidem altera eſt ſtulticia. 17
Competenter ualde eorum imprudentiam taxat. Nam pro eo, qui tanta miracula edi-
derat, uituli ſimulachro honorem detulerunt, cuius archetypus cibo opus habet. Cibus
autem uituli non panis eſt, ſed herba & fœnum.
Et obliti ſunt Dei.) Ita enim propriæ ſalutis, ſupplicij de Aegyptijs ſumpti, miraculi 18

in rubro mari editi memores erant: uerùm omnia ſimul reſpuerant.

19 *Et dixit ut diſperderet eos.*) Deus enim cum dixiſſet, Sine me, & iratus conteram eos,
te'que faciam in gentem magnam: dixit Moyſes, Siquidem remittis illis, hoc peccatum re-
mitte: ſin minus, dele me de libro, quem ſcripſiſti. Ecce confidentiam uiri. Vſque adeò ſcili-
cet familiaris eſt Deo, quę erga ipſum eſt uirtus.

20 *Et contempſerunt terram.*) Noua inobedientia. Deus enim licet mandaſſet ut ter-
ram occuparent, metum præ ſe ferentes facere id recuſarunt, Cananæos affirmantes ui-
ros eſſe robuſtos, ſe uerò illis minimè conferendos. Quod quidem euidentiſsimum in-
credulitatis illorum argumentum erat. Par enim fuiſſet tantorum operum ſpectatores
contra omnem uim hoſtilem Seruatori ſuo confidere.

21 *Non audierunt uocem Domini.*) Habebat quidem in animo dignas pœnas de tan-
ta incredulitate repetere, ſed ſolita ſua clementia uſus, particulari tantum pœna conten-
tus fuit.

22 *Et ut proſterneret ſemen illorum.*) Denuo temperantiæ fines egreſsi, Moabiticis fœ-
minis commixti, illarum impietatem imbiberunt. Fuit autem Beelphegor idolum quod
colebãt, cuius locus Phegor nominabatur: Baal autem idolum ipſum. Affirmant aliqui
hoc ſimulachrum Græcis Saturnum dici. Sacrificia uerò mortuorũ inferias Græcorum
uocat, quas mortuis offerre conſueuerant. Neque quis longe à uero aberrarit, ſi etiam
eos, quos pro dijs uenerabantur, mortuos hic appellari contendat.

23 *Et multiplicata eſt in illis ruina.*) Denuo enim mortem illis immiſerat.

24 *Et ſtetit Phinees.*) Quaſſationes Symmachus plagam uertit. Docet autẽ ipſa etiam
hiſtoria. Phinees enim Zambri cum Madianitide muliere manifeſtè ſeſe miſcere auſum,
haſta arrepta unà cum muliere occidit. Cuius zelo approbato, Dominus & ipſum cele-
brauit, & pœnam reliquis irrogatam, ſententia mutata abrogauit.

25 *Et irritauerunt eum ad aquas contradictionis.*) Cum enim Moyſes defunctam ſo-
rorem lugeret, accedentes magna importunitate, quæ uſui ſibi erant efflagitarunt. Il-
le uerò poſito luctu, conſpecta'que illorum intemperantia, furore & obliuione corre-
ptus, non ut antea conſueta conuenientia diuino præcepto miniſtrauit, ſed hæſita-
tione quadam uerbis immixta petram percuſsit, aquam'que elicuit. Quod quidem i-
pſa hæſitatio præ ſe ferebat. Dixit enim, inquit, Moyſes ad eos: Num ex hac petra a-
quam uobis educam? Et hac de cauſa Dominus ira accenſus, terram illi patribus pro-
miſſam non dedit: ſed hoc defuncto, per Ioſuam promiſſis ſuis ſtetit. Hoc autem non eo
fecit, quo Moyſen puniret, ſicut quidam putant: ſed ut alia quædam diſpenſaret. Et pri-
mò quidem, ne Iudæi pro innata ſua inſipientia hunc pro Deo tandem colerent. Nam
qui ſimulachrum uituli erexerunt, quem non cultum ei deferrent, per quem tot geri mi-
racula quotidie cernebant? Quocirca hoc etiam Deus cauit, ne quis ubi'nam terrarum
eius monumentum eſſet ſciret. Deinde legem Moſaicam temporariam eſſe per ea quæ
acciderunt ipſi nomothetæ oſtendere uoluit. Et enim ſi ipſe legislator in promiſsionis
terram ingreſſus non eſt, facile inde colligi poterat, ne cæteros quidem hac diuina pro-
uidentia diu uſuros. His itaque, quæ in deſerto acciderunt in hunc modum enarra-
tis, porrò & illam maliciam, quam in ipſa terra Canaan exercuerunt grauiter perſtrin-
git. Commercium namque cum gentibus, Deus ob impietatis communicationem
interdixerat, cum principio finem complectens, & cum radice fructum deſtruens, an-
te'que minus malum quod peius erat prohibens. Verùm illi & hac ex parte legem diui-
nam uiolantes, neque impios populos exciderunt, & inſuper peruerſam illorum politiam
imitati ſunt.

26 *Et immolauerunt filios ſuos.*) Summum faſtigium illorum impietati iam imponit,
quòd nimirum filiorum, filiarumque cruore terram contaminauerint, illorumque ſacrifi-
cia cruentis dæmonibus obtulerint. Deo enim ne legitima quidem, idolis autem etiam
propriorum liberorum uictimas obtulerunt.

27 *Et ſcortati ſunt.*) Scortationis nomine non tantum carnis petulantiam, uerumetiam

cultum

cultum idolis exhibitum intelligit. Quoniam enim Deo coniuncti, cultum ſimulachro-
rum amarunt, ſuperſtitionem hanc optima de cauſa ſcortationem uocat.

Et tradidit eos in manus gentium.) De qua re Iudicum & Regum hiſtorias conſuli- 28
to. Nam ut eos ſub quadam quaſi diſciplina in ordinem cogeret, aliquando Moabitis,
interdum Amalechites, nonnunquam Madianitis, non rarò Philiſtæis oppugnan-
dos obiecit.

Sæpe liberauit eos.) Poſtquam enim eos caſtigaſſet, denuò ſuam illis benignitatem o- 29
ſtendit, uerùm illi contraria repoſuerunt.

Et uidit Dominus cum tribularentur.) Quod & hiſtoriæ teſtantur, nempe quòd ur- 30
gente neceſsitate Deum rogarunt, & preces illorum auditæ ſint.

Et memor fuit teſtamenti ſui.) Miſericordia ſiquidem ob promiſsionẽ maioribus il- 31
lorum factam uſus eſt: pœnitentiam autem caſtigationis ceſſatione appellat. Cum
Deum pœnitere non poſsit.

Et dedit eos in miſerationes.) Adeò Dominum placarant, & ad commiſerationem ad- 32
duxerant, utq; captiuis libertatem concederet, commouerant.

Serua nos Domine Deus noſter.) Et hæc argumento ſunt diuinum hic uatem, qua ra- 33
tione Deus placãdus ſit, docere. Et Paulus futuram Iudæorum ſalutem per Eliam Theſ-
biten prædixit. Venit enim, inquit, lex & auertit impietatem à Iacob, & hoc ipſis teſta-
mentum à me eſt, cum abſtulero peccata illorum. At non eſt ut quiſq; ſtultorum quorun
dam more expectet Hieroſolymæ hoc tempore inſtaurationem, cultusq; legalis poſt
ſacrum Baptiſma innouationem (hæc enim anilibus nænijs ſimilia ſunt) ſed uocatio, &
ueritatis cognitio, & fides in Deum Chriſtum, nouiq; teſtamenti politia.

Benedictus Dominus Deus Iſrael.) In omnibus enim Iſraelis Deus celebratus eſt, ut- 34
pote qui gratia hominum tantam ſalutem largitus ſit, par eſt autẽ & decet ut omnis po-
pulus ad laudantiũ uocem, Amen ſuccinat. Illud enim, Fiat, Hebræus Amen uocat: hinc
mos hic in eccleſia obtinuit, ut ſacerdotis doxologiæ, populus per Amen ſubſcribat.

PSALMVS CVI.

Argumentum.

Vmbram ſi ſpectes, de liberatione Iudæorum uaticinium Pſalmus hic continet: ſin uerò rem & ueritatem, redemptio totius humani generis.

COnfitemini.) Denuo ad laudandum Deum, ut qui benignus ſit hortatur. 1

Dicant qui redempti ſunt.) Deum laudare par eſt cum Iudæos, utpote Babylo- 2
nica ſeruitute liberatos: tum & nos omnes ſathanæ tyrannide exemptos.

Et de regionibus.) Iudæis hoc ad iſtum eueniſſe modum non memini. Nam paſsim 3
per orbem palantes quaſi diſperſi ſunt: Eccleſiam autem ex gentibus in cunctis terræ
regionibus & uocauit & congregauit, cuius cœtus etiamnum hinc inde per orbem in-
uenire licet.

Errauerunt in ſolitudine.) Iudæos ſi ſpectes eorum illi potentiam, à quibus captiui 4
detinebantur effugere, patriosq; lares repetere: ſin uerò eos qui ex gentibus Euange-
lio fidem habuerant, hi ante Seruatoris incarnationem piam inuenire politiam non
potuerunt.

Eſurientes & ſitientes.) Vtroſq; doctrinæ Dei fames afflixit. Nam Iudæos quod at- 5
tinet, illi in Babylone degentes ſacerdotibus carebant, inſtitutum à Deo cultum ſartum
tectum ſeruare non poterant: ſin autem gentes conſideres, neque ullam aliam ſpiritua-
lem doctrinam, qui animæ cibus eſt, conſequuti fuerant. Et hanc ſanè famem Dominus
Iudæis ſæpius intentauit. Adducam enim, inquit, ſuper terram non famem panis, neq; ſi-
tim aquæ, ſed famem audiendi uerbum Domini.

6 *Et clamauerunt ad Dominum.*) Pietate ſingulari inter Iudæos prçditi preces has ad Deum profuderunt. Quod & Danielis prophetia teſtatur. Nam ipſe & qui cum illo erant tres pueri, pro toto populo precantes miſericordiam implorarunt: gentes autem calamitatibus oppreſsi ingemuerunt, luctuq; inſolabili, utpote reſurrectionis ſpe deſtituti, uſi ſunt. Et liberationem quidem ab incumbentibus malis apud Deum non quæſierunt, nihilominus tamen aſpexit eos pro ſua benignitate Dominus, clementiam que illis largitus eſt.

7 *Et deduxit eos in uiam rectam.*) Cyrus Perſarũ rex Iudæos reduxit: Apoſtoli autem alienigenas in uiam rectam deduxerunt, & cœleſtem illis Hieroſolymã, cuius ipſe Deus opifex & architectus eſt, oſtenderunt.

8 *Confiteantur Domino.*) Illud, Et mirabilia eius, &c. Symmachus ita uertit: Portenta eius, quæ in filios hominum, &c. Nec miſericordia, nec admiranda Dei opera, ſed qui tantis bonis potiti ſunt gratiarum actionis hymnum Deo offerunt. Et licet admiratione digniſsima fuerit Iudæorum liberatio, multo tamen magis ſuſpicienda eſt, totius humani generis ſalus, & ad meliorem frugem conuerſio. Quorũ omnium conciliatrix mera eſt Domini miſericordia. Non enim, ut Apoſtoli utar uerbis, propter iuſticias noſtras quas fecerimus, ſed ſecundum multam miſericordiam ſeruauit nos.

9 *Quia ſatiauit animam.*) Iudæos quidem annonæ anguſtia laborantes, & alijs inſuper calamitatibus adobrutos liberauit. Totum uerò genus mortalium cœleſti doctrina pauit, & ignorantiæ tenebris ereptum cognitionis ſuæ luce colluſtrauit, ſpemq; reſurrectionis animis illorum indidit, nec non ualidiſsimas peccatorum compedes diſrupit. Quiſque enim peccatis ſuis non ſecus quàm quibuſdam catenis conſtringit. Et uæ illis qui peccatũ ſuum attrahũt uelut fune longo, & iniquitates ſuas ueluti loro iugalis uituli.

10 *Et clamauerunt ad Dominum.*) Omnium harum ærumnarum peccatum cauſa eſt, ſiue Iudæos, ſiue omnes in genere homines reſpicias. Illi ſiquidem pœnas exoluentes in Babylonem abducti ſunt, ut totum genus humanum poſt mandati tranſgreſsionẽ laborum ſubiecti ſunt miſeriæ. Tantis autem ærumnis adobruti, cum nullam illarum releuationem inuenirent, ipſe idem, qui eos illis deputauerat, etiam redemptionem ab illis largitus eſt.

11 *Et eduxit eos è tenebris.*) Cum horum, tum illorum miſertus, hos quidem incumbentibus calamitatibus, illos uerò ignorantiæ caligine liberauit, & ſeruitutis uincula diſrupit.

12 *Quia cõtriuit portas.*) Quoniam enumerata mala effugi nequeunt, idcirco portas ferreas & uectes ferreos nominat. Sicut enim fieri non poteſt, ut qui intra eiuſmodi portas atq; uectes concluſus tenetur euadat: ita & Iudæis impoſsibile erat Babylonicam tyrannidem & cunctis hominibus mortis potentiam effugere. Sola autem Dei clementia & illius & huius dominatum eneruare, & à triſtibus liberare potuit.

13 *Propter iniquitates enim ſuas.*) Nec Iudæi, nec uniuerſum genus mortalium in triſtia incurrerunt, ſed utrinq; iuſta pœna data eſt. Attamen utroſq; Deus ſalute exornauit.

14 *Omnem eſcam.*) Nam Iudæi innumeris adobruti malis uictum etiam alimentarium reſpuebant. Oblitus enim ſum, inquit, comedere panẽ meum: ethnici autem neque ſapientum ſuorum decretis animũ attendere uoluerunt. Quocirca alij Socratem ad mortem condemnarunt, alij Anaxarchum inſolenti ſupplicio affecerunt, alij Pythagoræ aſſeclas flagris cæciderunt, immaturaq; morte è medio illos ſuſtulerunt. Sed & his Dominus pro immenſa ſua miſericordia immortalitatis cibũ largitus eſt, perſuaſitq; ut ad hanc prompto ac expedito animo accurrerent, eq; portis ipſius mortis eos liberauit.

15 *Miſit uerbum ſuum.*) Modum & rationem ſalutis explicat. Deus enim uerbum, humana natura aſſumpta, & miſſus ut homo (quatenus enim Deus incircumſcriptus eſt) omnis generis animarum morbos ſanauit, corruptasq; cogitationes in integrũ reſtituit.

16 *Confiteantur Domino miſericordiæ eius.*) Horum itaq; omnium ratione habita, ęquiſsimum fuerit Deum celebrare, utpote qui tanta clementia uſus ſit, & inexpectatam ſalutem largitus: ad hæc & ignorantes erudire, & quoslibet ad hymnodiam inuitare. Iubet autem

autem Deo ſacrificium offerre, non quidem animantium rationis expertium, ſed laudis & gratiarum actionis. Legalem igitur cultum & hic reijcit. Sacrificium autem hoc Aquila gratiarum actionem uertit.

Qui deſcendunt mare.) Per parabolam hoc dictum eſt. Eſt autem uerborum hæc ſententia: Sicut qui maria traijciunt, in horrendas tempeſtates incidentes Dei magnificentiam cernunt, præter omnẽ autem humanam ſpem & expectationem ſalui ac incolumes ad portum perueniunt: ſic & Iudæi in maximas illi quidem ærumnas inciderunt, ex ijs tamen diuinitùs liberati, ſicq; Dei potentiam experti ſunt. Quamuis & totũ genus mortalium improuiſam rerum commutationẽ, erroris priſtini ablationẽ, animarum pacem & reſurrectionis aſylum cernens, mortis uictorem admiratum eſt. 17

Dixit & ſtetit.) Innuit à Dei nutu tam triſtia, quàm iucunda dependere. 18

Aſcendunt uſq; ad cœlos.) Perſiſtit in modificata oratione, uideturq; etiamnũ de maria ſulcãtibus uerba facere: nihil autem his aliud ſignificat quàm omnis generis miſerias, quas nemo hominum ſua fretus ſapientia diſſoluere queat. Neq; etiam nautæ huc illuc ebriorum inſtar iactati, fluctibus inualeſcentibus, etſi omnẽ nauigandi peritiam adhibeant, diſcrimina illa euitare poſſunt. 19

Et clamauerunt ad Dominum.) Nauigantibus ſuam opem implorantibus eam exhibet, precibus eorum acquieſcit, tempeſtatisq; uim quaſi compeſcit: adeò ut mare ab omnib. procellis liberet. Sic etiã in genere, qui aduerſis rebus conflictantur, per ipſius clemẽtiã malorũ immutationẽ in melius, ſicut & Iudęi ſuę ſeruitutis in libertatẽ inueniũt 20

Et duxit eos ad portam.) Sic ei uiſum eſt, & redemptio ab omnibus malis ſubſequuta, proq; fluctibus portus uiſus eſt. Quod quidem magis in nos, quàm illos quadrat, qui diuina ſcientia ornati ſumus. 21

Confiteantur Domino miſericordiæ eius.) Videmus & hoc à gentibus fide præditis fieri. In cunctis enim per orbem diſperſis eccleſijs, totius populi cœtus admiranda Dei bonitatis opera commemorans eum celebrat. 22

Poſuit flumina in deſertum.) Celebrant uerò illum, qui ſalutis facti participes inexpectatam ac ſubitam rerum immutationem cernunt. Qui enim quondã plurimis propheticis quaſi riuis irrigebantur, & maturum Deo fructum proferebant, iam ne parum quidem humoris amplius habent. 23

Poſuit deſertum in ſtagna aquarum.) Ethnici autem olim deſtituti & ne paruam quidem guttulam doctrinæ habentes: undis iam circũfluunt, fluenta rationalia ſupra quàm neceſsitas requirat, conſequuti. 24

Et collocauit illic eſurientes.) Qui enim ſpiritualis cibi fame olim contabeſcebant, eorum in fluuijs illis ſedem poſuit, politiamq; inſtituit. 25

Et ſeminauerunt agros.) Sunt & hæc per tropum omnia poſita. Nã & Dominus ipſe huiuſmodi frequenter uſus eſt parabolis, & nunc quidem Apoſtolos meſſores nominauit, nunc uerò ſeipſum ſeminatorem & agricolam: eosq; qui uerbum Dei audiunt terram bonam, fluenta ac ſemina appellauit. Quinetiam Apoſtolus, Ego, inquit, plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit. Et iterum: Dei agricultura eſtis, Dei ædificatio eſtis. Seminarũt igitur Apoſtoli prædicationes diuini uerbi, & rationales Deo hortos plantarunt, illicq; maturum iuſticiæ fructum attulerunt. Sed & qui poſt illos docendi partes ſibi ſumpſerunt, eadem conſtanter præſtiterunt. 26

Et benedixit eos.) Qui enim in benedictionibus ſeminat, in benedictionibus quoq; metet, teſte D. Apoſtolo. Iumentorũ autẽ nomine eos intelligit, qui ab ipſis paſta ſunt, quos Dominus facultate patrandorũ miraculorum conceſſa, creſcere quoq; fecit. Quod & Lucas in Actis teſtatur, dicens: Dominus uerò eccleſiæ quotidie addebat, qui ſaluabantur. Poſtea denuo de calamitatibus in quas Iudæi inciderunt uaticinatur. 27

Et pauci facti ſunt.) Qui igitur quondã deſertas ſolitudines, & ſterilia loca incoluerunt, tantam felicitatem & benedictionẽ conſequuti ſunt: & è contrariò qui oraculorũ 28

fluentorum irrigatione potiti fuerant, poſtmodum propter iniquitatem animi eadem priuati in multiplices calamitates præcipitati ſunt, & per uniuerſam terram diſsipati: ita quidem ut populoſiſsima illorum ciuitas à paucißimis incolatur.

29 *Effuſus eſt contemptus.*) Res ipſa prophetię huic teſtimonium perhibet. Quos namque illi principum & doctorum loco habebant, hos ad nihilum redegit.

30 *Et errare faciet eos.*) Symmachus ita: Et errare faciet eos in uanitate mentis. Errorem quidem Deus non ingerit, ſed inobedientes gubernatione ſua exuit, ſuoque arbitratu ferri permittit. Qui inermes & inanes huc illuc iactati oberrant. quod & Iudæis uſuuenit. A recta enim uia exorbitantes, ſuas ipſorum cogitationes ſequuntur.

31 *Et audiuit pauperem.*) Ethnici enim pauperes quondam, ſpiritualibus iam opibus affluunt.

32 *Et poſuit ſicut oues.*) Aquila ſic, Et leuabit pauperem ex inopia, ponetque inſtar gregis cognationes. Sicut enim oues ſuas illas protegit, illiſque tanquam ſi carnem reſpicias cognatis proſpicit.

33 *Videbunt recti.*) Mente ſiquidem ſana præditi, dum hęc cernunt lętitia perfundunt: impij uerò et iniqui, ad terrā oculos abijcere, & ad iuſtū iudicium obmuteſcere cogūtur.

43 *Quis ſapiens.*) Benignas enim Soſpitatoris diſpenſationes intelligentia comprehendere non eſt cuiuslibet: ſed eius qui ſapientia & intellectu ualet, perpetuoque ad Dominum clamat: Illumina oculos meos, & conſiderabo mirabilia tua.

PSALMVS CVII.

Argumentum.

Continet & hic Pſalmus uaticinium de Iudæorum è Babylone reditu, & de Gentium uocatione ad ſalutem. Habetque affinitatis non parum cum LV, & LVI.

1 P*Aratum cor meum Deus.*) Monuimus iam antea uatem gloriam ſuam appellare gratiam propheticam. Hymnodia, inquit, oraculari uſus, indicabo tibi Domine quàm confirmato corde ſim, & ad amplectendum gratiam tuam expedito.

2 *Exurge pſalterium & cithara.*) Seipſum pſalterij & citharę nomine intelligit: tanquā enim inſtrumento aliquo muſico, intra ſemetipſum oracularem cantilenam ſonabat: ſibijpſi itaque ad pſalmodiam calcaria addens promittit ſe hoc ſummo ſtatim mane factu rum, ac ſi aliquando non ſolus hymnum hunc, ſed cum infinitis gentibus ac populis eū ſit decantaturus. Diluculi autem nomine, Soſpitatoris incarnationem intelligit. Inde enim ueritatis lux emerſit, ex eo tempore S. Dauid per totam terram Domino canit.

3 *Quia magna eſt ſuper cælos.*) Clementiæ tuæ amplitudo cūcta longe ſuperat. Monuimus autem aliàs etiam per nubes ipſos diuinos uates & Apoſtolos, quotquot item docendi ſpartham nacti ſunt intelligendos eſſe. Horum enim miniſterio quaſi nubibus quibuſdam uſus Dominus, ſpiritualem irrigationem effundit.

4 *Exaltare ſuper cælos Deus.*) In eandem ſententiam & Abacuc, Operuit cælos uirtus eius: & Dauid, Quoniam exaltata eſt, inquit, magnificentia tua ſuper cælos. Illud igitur Exaltare, perinde ualet, atque Declara te exaltatum & omnibus ſuperiorem, quo uniuerſa terra intelligat gloriam tuam.

5 *Vt liberentur dilecti tui.*) Profer potentiam tuam inter mortales, quos tibi coniungere, & amore proſequi dignatus es. Exaudi igitur preces meas, dextramque tuam, hoc eſt, operationem bonam porrige.

6 *Deus loquutus eſt.*) Id eſt: Per ſacri ſpiritus gratiam loquutus.

7 *Exaltabor & diuidam Sicimam.*) Voti ſui uates compos factus eſt. Quoniam enim dixerat, Exaltare: reſponſum iam fert à Domino dicente, Exaltabor. Sed & exaltationis modum exprimit, inquiens: Diuidam Sicimam. Erat autem Sicima ciuitas Ioſepho aſſignata. Quinetiam conuallem, in qua paſtorum ſunt tabernacula, denuo habitatoribus implebo, redeuntibuſque illis ad diuidendum dabo.

8 *Meus eſt Galaad.*) Approbabo mihi non Manaſſen tantū, ſed & eius regionem. Eſt enim

enim Galaad loci Manaſſes nomē propriū. Manaſſe uerò nomē tribus eſt. Quinetiā ipſi
Ephraim priſtinā potentiam reſtituam: at Iudam inter reliquas tribus imperare faciam.
A reditu quippe è Babylone tribus indiuiſæ manſerunt. Zorobabel autem cum in illas,
tum & has imperium obtinuit: propriè autem Dominus Chriſtus, qui ex Iuda quoad
carnem oriundus erat, uniuerſæ creaturæ rex eſt.

Moab lebes ſpei meæ.) Virtutem autem meo populo tātam exhibebo, ut & Philiſtæis 9
dominetur, & Moabitas atq; Idumæos ſuo imperio ſubijciat. Diligentius autem hæc in
LIX Pſalmo enucleauimus, quocirca hic breues ſumus.

Quis deducet me.) Propheta ex bonorum uaticinio gaudio affectus, deſtructā urbem 10
inſtauratam, & Idumæos à Iudæis ſubiugatos uidere cupit. Hæc autem, inquit, præſtare
nemo ualet, niſi tu ſolus, qui iam nos reiecisti, ſeruireq; iuſsiſti.

Et non exibis Deus in uirtutibus noſtris) Symmachus ita: Nec prodire uolens cum ex- 11
ercitibus noſtris. Te enim duce nunquam ſuccubuiſſemus.

Da nobis ſubleuantem.) Effice ut triſtia abeat: Quodcunq; enim humanum auxiliū, 12
niſi tu præſtò fueris, uanum & nullius momenti eſt.

In Deo faciemus uirtutem.) Quocirca tuam inuocamus prouidentiā. Hac enim ſola 13
freti hoſtes debellare poterimus.

PSALMVS CVIII.

Argumentum.

Oratio contra Iudam proditorem, & in genere contra omnes Eccleſiæ hoſtes.

D*Eus laudem meam*) Ne, inquit, negligas ſupplicium: ſed quæ geſta ſunt ad truti- 1
nam iudicij expende. Magnus ſiquidem es, & hæc corrigere potes.

Loquuti ſunt aduerſum me.) Deus enim maximè offenditur, cū mala magna circum- 2
ſpectione aguntur. Neq; enim tam graue eſt ſi quis occupatus ſeducatur, ut opus malū
faciat: ac ſi quis malè de benemerito mereatur. Quod enim inquit, Pro eo quod ego dili-
gebam, detrahebant mihi: nihil aliud ſubindicat, quàm quòd bene affecto mala repende
rint. Poſtea ſubiungit, Ego uerò orabam. Hæc cum mihi ad hunc modum eueniant, o-
pem tuam imploro.

Cum iudicatur.) Id eſt: A prauis hominibus accuſationi ſubijciatur, nec illorū uictor 3
euadat. Hoc enim innuit dicens: Cum iudicatur, exeat condemnatus. Deinde poſtquam
Iudæ mentionem fecit, quomodo ſeipſum condemnauerit, ſtrangulauerit, mortisq; con
tra ſemetipſum ſententiā pronunciauerit, quomodo item Apoſtolatus ipſius alij delatus
ſit: denuo priori materiæ inſiſtit. Delineatum autem hoc uaticinium eſt propter Iudæo-
rum ingratitudinem. Oſtenditur autem, ut dixi ab initio, quendam à reditu è Babylone
ſacerdotio inſidias collocaſſe: quod peritiores hiſtoriā expendentes facilè intelligūt. Et
huic quidem maxima mala minitatur, priuationemq; præſulatus, & omnia illi pernicio-
ſa cumulari, utq; nullam conſequatur, nec patientiam nec benignitatem precatur.

Pro eo quòd non eſt recordatus.) Extremæ hoc crudelitatis eſt, & inhumanitatis maxi 4
mæ. Qui enim ut eius miſertus eum ferret ac dirigeret, hunc ipſum repulit.

Et dilexit maledictionē.) Multas illi calamitates imprecatus, fontem & originem ha- 5
rum omnium non ſe eſſe, oſtendit, ſed ex illo ipſo, qui reipſa Dei auxilium reſpuerit, di-
uinamq; ultionem ſibi accerſiuerit.

Et noluit benedictionem.) Plagæ excellentia & ſupplicij firmitas hic indicātur, oſten 6
dit enim hominibus cuncta aduerſa ex ipſiſmet & proprij animi uitio obuenire, quo-
niam proprijs opibus bona à ſe abigant, ſeq; ipſos pœnis obijciant.

Et induit maledictione.) Quod quidem ineffabilem Dei indignationem oſtendit, 7
quod mala illos adeò occupant, ut nullam correctionē admittant, ſed corroborati, firmi
ter in illis permaneant.

Hoc opus eorum.) Id eſt: iſtud ſit ſupplicium eorum qui aduerſus me inſurgunt. 8

Et qui loquuntur mala.) Verborum igitur etiam ratio reddenda & pœna luenda. 9

10 *Et tu Domine Domine.*) Obſerua gratum animum. Videre enim hoc licet paſſim in
ſcripturis, quod qui iniuſte affliguntur, magnam fiduciæ occaſionem habeant, ad acqui
rendam Dei opem. Sed hic illa neglecta, ad ſolum Dei benignitatem ſe recipit. Fac me-
cum, inquit, propter nomen tuum: non quòd dignus ſum, ſed propter temetipſum, eò
quod benignus es & miſericors. Quocirca ſubiungit: Quoniam bona eſt miſericordia
tua. Talis enim humana miſericordia non eſt: cum nonnunquam uſuueniat ut noceat,
Dei uerò ſemper & ubiq; proſit.

11 *Libera me quoniam egenus.*) Non ceu iuſtum adeoq; dignum, ſed ceu ſubuerſum in
ſinitaq; mala perpeſſum. Calamitates eñ non corpus modò, ſed & animũ diſcruciant.

12 *Sicut umbra.*) Inſidiarum excellentiam, affligentiumq; maliciam, & ſuam in his ſedu
litatem innuit.

13 *Et ego factus ſum opprobrium illis.*) Mali enim pietatem bonorum non ſolum non ue
rentur, ſed & conuicijs inſectantur.

14 *Et ſciat quòd hæc ſit manus.*) Id eſt, auxiliũ tuũ. Nã & ſeruari cupio, & ut id illi uideãt.

15 *Maledicent illi.*) Benedicente Dño, inquit, omnis maledictio in illorũ caput recidit.

16 *Qui inſurgant in me.*) Læticia quæ à te eſt permanẽte, nulla me moleſtia cõtriſtabit.

17 *Induantur qui detrahunt mihi.*) Supplicium & confuſionem illis imprecatur.

18 *Confitebor Domino.*) Pro his omnibus grati animi ergò hymnologiam Deo, & gratia
rum actionem offert, Seq; in medio theatri eorũ illis qui adſint præconẽ fore profitetur.

PSALMVS CIX.

Argumentum.

Vaticinium de regno Meßiæ benedicti.

1 DIxit *Dominus Domino meo.*) Cum audis patrem pedibus filij quoſdam ſubijcere,
non eſt quod perturberis. Neq; enim hæc eò dicta ſunt, quòd infirmus ſit filius.
Quando igitur legis patrem ſubieciſſe, ne exiſtimes filium ab hoc opere alienum eſſe: &
ſicubi legeris filium ſubieciſſe, ne putes patrem ab eo opere ſemotum eſſe. Communia
enim illorum ſunt opera.

2 *Virgam uirtutis.*) Virtutem eius dicit & Sionis mentionem facit, ex illa ſiquidẽ Chri
ſti miracula initium duxerunt. Illic etiam legem promulgauit, miracula edidit, inde præ-
dicatio Euangelij per totum orbem ſpargenda primo emerſit.

3 *Et Dominare.*) In medio Græcorũ, & medio Iudæorũ. Ita eñ Eccleſiæ plantatæ ſũt.

4 *Tecum principium.*) Non quod poſtremis demum temporibus acceſſerit, ſed ſem-
per in te fuerit. Diem autem uirtutis, reſurrectionis diem dixit, cum eam qua reſurrexit
ipſe, tum & illam quæ uentura eſt. Vtraq; enim maximæ potentiæ argumentũ continet.
Sũme eñ uirtutis indiciũ eſt, quòd morte mors eneruata eſt, & ſi quę ſunt his alia ſimilia.

5 *In ſplendoribus.*) Et hoc de Domini aduentu intelligendum eſt. Splendoris autem no
mine ſanctorum pulchritudinem intelligit, qui ſua uenuſtate ſolem antecellent.

6 *Ex utero.*) Veram & minime fucatam filij generationem indicat. Quemadmodum
enim manus meminit, non ut ego Deo manũ eſſe ſuſpicer, ſed ut opificij uirtutem intel-
ligam. Sic & uteri mentionem facit, exprimens generationis huius ueritatem. Illud: An
te Luciferum: non ante ortum, ſed ante naturam Luciferi intelligendum eſt. id eſt, priuſ-
quam fieret Lucifer.

7 *Iurauit Dominus.*) Sicut ira in Deo non eſt ira, ſed illatio ſupplicij & non quædã per-
turbatio: ita nec iuramentum. Non enim iurat Deus, ſed quod omnino futurum eſt prę
dicit. Quid autem illud ſibi uult: ſecundum ordinem Malechizædec, niſi propter my-
ſteria, quod & ille Abrahæ panẽ & uinum attulit, & quòd ſacerdotium illius fuerit à le-
ge liberum, & quòd, teſte Paulo, nec initium nec finem habuerit?

8 *Dominus à dextris tuis.*) Quoniam diſpenſationem attigit, orationem ad humiliora
demittit, carni inditam eſſe opem dicens. Carnis enim natura ſudorem ac guttas ſangui-
neas e militie, & confortationem accepiſſe uiſa eſt.

Iudicabit

Iudicabit in gentibus.) Si quis hæc de Eccleſię hoſtibus accipiat, non errauerit. Poteſt 9
tamen de Iudæis dictum uideri, quos radicitus extirpauit.

De torrente in uia bibet.) Senſus eſt: Nec cum magna pompa ingredietur, nec ſtipa- 10
tus ſatellitio erit, cũ aduenerit: ſed humile & abiectũ coram mũdo uitæ genus ingredieť,
adeò ut uel ex torrente in uia bibiturus ſit. Qualis enim illi menſa, talis etiam potus fuit.

Propterea exaltabit caput.) Non tantum, inquit, illa tenuis & ſpreta uitæ cõditio non 11
oberit, uerumetiam ad ineffabilem cum gloriam euehet.

PSALMVS CX.

Argumentum.

Gratiarum actio pro omnibus Dei beneficijs, populo Iudaico exhibitis.

Confitebor tibi Domine.) Quid ſibi uult quod dicit: In toto corde meo? dicam bre 1
uiter. Cum omni animi deuotione. Cordis aũt meminit, quaſi non ſimpliciter uer-
bis, aut labijs aut lingua: ſed ex intimis animi penetralibus Deo confeſſurus ſit.

In conſilio rectorum.) Iudice igitur candido et concilio haud corrupto opus fuerit. Et 2
euidentiſsima erunt Dei opera, & magna admiratione digna.

Exquiſita in omnes uoluntates eius.) Exacte perpenſa, ſufficientia & potentia ad exe 3
quendã uolũtatẽ eius, nec manca, nec deficiẽtia. Et aliter: Quoniã uſq; adeò numeris o-
mnibus ac partibus expleta ſunt, ut expẽdentibus ea ſolidiſſimã rerũ ſcientiã conferant.

Confeſſio & magnificentia.) Nullum eſt, inquit, Dei opus aſpectabile, quod non ſui 4
ſpectatorem ad gratiarum actionem & opificis celebrationem alliciat.

Et iuſticia eius.) Iniuriam inferẽtes, raptores, auari pacificum uitæ finem haud ſor- 5
tientur. Suorum enim operum omnium rationem Domino reddent. Deus enim ut per-
petuò exiſtit, ita & iuſticiam ſempiternam exercet.

Memoriam fecit.) Non defecit, inquit, omni tempore admiranda præſtans. Hoc eñ 6
ſibi uult, cum ait, Memoriam fecit mirabilium ſuorum. hoc eſt: Non ceſſauit, non deſti-
tit omnibus ſeculis admiratione digna operari, & ſtupidioris ingenij portẽtis ſuſcitare.

Miſericors & miſerator Dominus.) Annũciat illis mirabilia ſua, & prouidentiã ſuam 7
reipſa declarat: quodq; hæc omnia non in ſuum emolumentũ faciat, ſed per philanthro
piam ad humanum commodum conferat.

Eſcam dedit.) Quonam pacto timentes hoc loco poſuit? Cum non hos tantum pa- 8
ſcat. Solem ſiquidem ſuum oriri facit, pluuiamq; mittit, cum iuſtis tum iniuſtis. Eſcæ hic
non corporalis, ſed ſpiritualis mentionem facere uidetur. Quæ tantummodo timenti-
bus illum deſtinata eſt.

Memor erit in ſeculum.) Ciuitates enim magnificas ſi extruxerit, ita nequaquam pro 9
pter tuam hoc tibi eueniſſe iuſticiam dices, ſed propter teſtamentum, cum maioribus tu
is erectum. hæc Moyſes loquitur.

Virtutem operum ſuorum.) Trophæa namq; erecta inter illos, prædicationis uicem 10
ſubeunt apud eos, qui animum aduertunt. Illa enim non humana ratione acciderunt, ſed
rationis omnem captum excelſerunt. Nam cum dicit, Virtutem operum ſuorum annun
ciabit populo ſuo: perinde ualet, atq; Oſtendit illis ſuã potentiam, non ſolũ gentes eijci-
ens, ſed & alio modo, per quẽ præcipue potentiã Dei euidẽtiſsime cognoſcere poterãt.

Operum manuum eius.) Hactenus de potentia eius diſſeruit, nunc & de iuſto eius iu 11
dicio uerba facit, quòd nõ ſolum potentiam in factis ſuis, ſed & magnam philanthropiã
declararit. Habet enim hoc Scriptura in more poſitum, ut ueritatis appellatione phi-
lanthropiam accipiat. Etenim ſi non niſi iuſticia uſus fuiſſet, de omnibus actum fuiſſet.

Fidelia.) Hucuſq; de portentis, miraculis atq; operibus uerba fecit, iam ad materiam 12
præceptorum eius orationem conuertit. Non autem ſimpliciter, cuncta mandata dixit,
ſed ut multa eſſe eorũ genera admoneat, utpote creationis, quæ naturæ à principio ſunt
inſita, ſcripta quoq; & non ſcripta, propterea dictionem hanc inſeruit.

Facta in

13 *Facta in ueritate.*) Hic obliqui nihil plane, nihil intorti, obſcuri nihil, non ſicut leges hominum multum incommodi & intricati, uerùm cuncta ad utilitatem directa. Illæ namq; mendaces, hæ ueraces.

14 *Redemptionem.*) Hiſtoriam ipſam ſi ſpectes, Iudæorum ſolũmodo, ſed anagogicè totius terrarum orbis liberationem innuit: id quod ex ſequentibus clarius apparet.

15 *Mandauit.*) Nouum ſubindicat teſtamentum. Nam quoniam legis & mandatorum mentionem fecit, illa uerò tranſgreſsionem, iramq; operata eſt, ſubiecit Dominum populo ſuo liberationem per gratiæ legem contuliſſe, quo uitæ conuerſationem gratia dignam oſtendamus.

16 *Sanctum & terribile nomẽ eius.*) Virtutem eius quoniam perpendit, numine quodã afflatur, & conſiderata eius magnificentia obſtupeſcit, inq; celebrationem eius deſinit.

17 *Initium ſapientiæ.*) Hoc loco, initium, fons, radix & argumentum eſt. Quoniam eñ tanta de orbis Domino deprædicauit: iam conſequenter ſubiungit, eum qui huius timore ſit ornatus omni iuga ſapientia inſtrui. Ne quis autem dicat hanc ſapientiam ſola cerni ſcientia, ſubiungit:

18 *Intellectus uerò bonus.*) Fides eñ ſine uitæ cõuerſatione fidei cõueniente ſatis non eſt.

PSALMVS CXI.

Argumentum.

Conſolatio contra afflictiones uel maximas.

1 BEatus uir, qui timet Dominum.*) Pſalmo præcedenti, timore Domini preditũ uocauit ſapientem, eundem hic beatum uocat: propterea, quòd reliqua uniuerſa uanitas, umbra, puluis & nil ſint. Quoniam autem & dæmones Deum timent, ne timorem ſolum ad ſalutem ſufficere quis arbitretur, idcirco ſubnectit.

2 *In mandatis eius.*) In eum finem hoc dicit, ut uitam & politiam ad exactam normam inſtituat. Neq; ſimpliciter dicit, Mandata eius faciet: ſed cũ animi propenſione & intentione: ita ut qui tales ſunt, mandata Dei maximopere deſiderent.

3 *Potens in terra erit ſemen eius.*) Iudæos hoc concernit, id quod res ipſa declarat (cum enim illi maledictione repleti ſunt, quo pacto alijs benedictionis cauſa poſſent eſſe?) uerum etiam Eccleſiam, quæ propter communicationem fidei eius ſemen hoc loco appellatur. In terra autem dicit, quòd uirtus in ſeipſa etiam antequam hinc emigremus, ut dictum eſt, remunerationem habeat.

4 *Generatio rectorũ benedicetur.*) Aſpice hanc florentem, plurimosq; præcones ac decantatores habentem: eosq; non quoſuis, ſed prudentia conſpicuos. Reliqua enim turba humi etiamnum repens cernere illam nequit.

5 *Gloria & diuitiæ.*) Scriptura conſueuit bonorum operum poſſeſione gloriæ, diuitiarumq; nomine inſignire. Quod ſi autem quis hæc caducis facultatibus intelligere malit ne hic quidem quicquam nobis deerit. Quis enim Apoſtolis in pecunijs ditior? Verùm illi pecunia ſublimiores erant.

6 *Et iuſticia eius manet.*) Virtutem uniuerſam, innuit, ſiue iuſticiam, ſiue philanthropiam, quæ in ſempiternum permanet.

7 *Exortum eſt in tenebris.*) Quoniam eum eſſe beatum ac felicem dixit, qui Deum timet, res quoq; eas enumerat, quæ illi in hoc ſeculo eueniunt: nimirum quod ipſius poſſeſiones immortales ſunt, quodq; gloriam ſit conſequuturus, & in rebus aduerſis magna ſit potiturus ſecuritate.

8 *Miſericors & miſerator.*) Quod ſi namq; miſericors eſt, & peccatores etiã uenia dignatur: multò magis rectè ſeſe gerentes non deſpiciet, ſed coronabit: ſi uerò iuſtus eſt, ut omnino eſt, unicuiq; pro dignitate reddet, etſi id in hac uita non ſemper fiat.

9 *Bonus uir qui miſeretur.*) Attẽde quo pacto munera benefico deſignet, quod nimirũ fructus eius perpetuò maneat, q ex tentationib. eruendus, quòd Dei nomine zelaturus, quòd

quod ſuorum delictorum ueniam conſequuturus ſit. Quod enim dicit, Diſpenſabit ſer
mones ſuos in iudicio, uel in futuro die fiet: uel perinde ualet atq;, Concinna & diſpoſi-
ta erunt illius omnia, neq; in uerbis eius confuſum quicquam deprehendetur.

In memoria æterna erit iuſtus.) Obſerua ut non in hac ſolum, ſed & futura uita pluri- 10
mos inſtruat. Vt enim uehementer increduli, intelligant iuſti fructum in ſempiternum
manere, experientiam illius hic tradit, oſtendens, quod & aliàs dictum eſt, uirtutem an-
te futura pręmia, etiam in ſeipſa remunerationis ſatis habere.

Ab auditione mala non timebit.) Sicut ſuprà non dixit, Quia in ſeculum non ten- 11
tabitur: uerùm, quod licet tentetur, in ſeculum tamen non moueatur: ita & hoc loco
non dixit, Malum nuncium non accipiet: ſed, Non timebit, etiamſi accipiat.

Paratum cor meum ad ſperandum in Domino.) Nihil eſt, inquit, quod illum concute 12
re & alligare pręſentibus poſsit: ſed quantus quantus eſt, Deo aſtrictus eſt, & non niſi fu
turam ſpem expectat.

Confirmatum eſt cor eius.) Cui Deus fauet, huic ex utraq; parte ſecuritas parata eſt: 13
nec ulla illum huius ſeculi calamitas commouere poteſt.

Donec deſpiciat inimicos ſuos.) Quis autem quæſo, exceptis cacodæmonib. talem hó 14
minem odio proſequutus fuerit.

Diſperſit, dedit pauperibus.) Miſericordiæ cum multiplex ſit mẽſura (alius enim plus, 15
alius minus dat) attendamus cuiuſmodi miſericordem diuinus uates ſuis depingat co-
loribus: talem'ne qui ex abundanti det, uel talem qui ea quæ habeat, euacuet. Perſpicu-
um eſt, quod euacuantem ea quæ habet & rebus ſuis parce non utentem. Non enim di-
cit Diuiſit, ſed, Diſperſit: ut amplißimam, largißimamq; miſericordiam exprimat.

Iuſticia eius manet.) Cum illum conſpicuum & inſignem fore dicit, non ſolum in 16
futuro ſeculo, ſed & in hoc eueniet. Nullus enim adeò ſplendidus eſt, glorioſus ac
miſericors.

Peccator uidebit & iraſcetur.) Vide peccatorem, ne interea quidem dum tabeſcit, re 17
prehendere: & contra alacrem uirtutis aſpectum reſpicere audentem, ſed & animo ta-
beſcentem & conceptum dolorem dentibus ſignificantem: uerbum uerò nullum pro-
ferre audentem, ſed tabeſcentem, ſeq; ipſum enecantem.

Deſiderium peccatorum peribit.) Quid ſibi uult quòd ait, Nuſquam conſiſtet? Quo- 18
niam quæ peccator expetiuit fluxa, caduca ac momentanea ſunt. Cum itaq; deſiderium
rem ipſam, quæ deſideratur, imitetur, ſequitur deſiderium quoque eius generis rerum
momentaneum eſſe.

PSALMVS CXII.

Argumentum.

Vaticinium longè auguſtißimum, lætißimumq; de Meßiæ regno per totum terrarum orbem longißimè, latißimeq; propagandum.

L*Audate pueri Dominum.*) In Scripturis ſacris plurima eſt laudum illarum com-
mendatio. Eſt enim laus non leuis aut parui momenti res, ſed quoddam quaſi ſacri-
ficium & oblatio iucunda, grataq; Domino. Verùm non hoc ſolummodo uidendum eſt
ex iſto Pſalmo, ſed quod & ad conſonantiam inducat. Neq; enim unum aut alterum, ſed
uniuerſum alloquitur populũ: utiturq; plurali numero, & mandat ſingulis, ut unus quiſ-
que ſeorſim preces fundere, fratrum quoq; nomine oret. Cur autem adijcit, Laudate no
men Domini? Innuit hæc clauſula præcipuum affectum orãtis. Sed & aliud ſubindicat,
nimirum ut diuinum Numen per nos glorificetur & celebretur. Vult autem ut eius laus,
in noſtra etiam conuerſatione eluceat.

Sit nomen Domini benedictum.) Concede ô Domine nobis gratiam, ut uitæ noſtræ 2
curſum ad uirtutis dictamen peragere poſsimus, quo nomen tuum per nos etiam bene
dictum ſit. Sicut enim ſi inique uixerimus, illud blaſphemijs impetitur: ita ſi uirtutibus
ſtuduerimus, glorificatur.

A ſolis

3 *A ſolis ortu ad occaſum uſq.)* Non ſolummodo in Iudæa,ſed quàm longe,quàm late tota terra patet. Quando autem? Quando noſtra floruerunt, ita ut iam olim non ſolum non benedictum ſit nomen Domini in Palęſtina, ſed & blaſphematum.

4 *Excelſus ſuper omnes gentes Dominus.)* Quo pacto excelſus? Quoniā magnificamus illum, non quòd eius maieſtati quandam addamus excellentiam, nullo modo: ſed doctrina quam profitemur, religione pura, & reliquis modis omnibus, nihil de illo quód abiectum ſit ac humile, ut Iudæi,ſentientes, ſed multo excellentiora, præſtantioraq́.

5 *Et ſuper cœlos gloria eius.)* Ne eas tantum, quæ in terra ſunt creaturas intuere, ſed mēte & cogitatione ad eam pulchritudinem, quæ ſupra cœlos eſt, angelicam nimirum politiam,te conuerte: tumq́ demum quomodo in cœlis eius gloria reluceat apparebit.

6 *Quis ſicut Dominus.)* Qui cœlum, terram & quæ his continentur omnia implet,quánam rationem is in cœlis habitare dicitur? Vſus uidetur uerbis his,quoniam ad Iudæos craſſiore ingenio prēditos ſermonem inſtituit,quo mentes illorum ſtupidas, deosq́ certis ac definitis locis templisq́ incluſos uenerantes,ſenſim ad cœleſtia eueheret.

7 *In cœlo & in terra.)* Vbiq́ eſt,& illic & hic.Neq́ enim ita ſe res habet ac ſi quis in cœlo conſtitutus,ea quæ in terra geruntur è longinquo proſpiceret: uerùm ubiq́ præſens & præſtò eſt.

8 *Suſcitans à terra inopem.)* Raræ uirtutis eſt,& quæ nullis pro dignitate uerbis explicari queat, humilia euehere. Aliàs autem huius etiam contrarium inducitur, nimirum quòd excelſa deprimat.

9 *Et de ſtercore erigens pauperem.)* Humilitatem innuit, & ſubitam ex ea mutationem: indicans cuncta illi eſſe prona ac facilia. Quo autem oſtēdat eum non tantum res,ſed & naturæ ipſius transferre fines, ſubijcit:

10 *Ut collocet eum cum principibus.)* Quaſi dicat,Ne dubites,ô homo,quiſquis es,quin tanta immutatio futura ſit. An tui peregrinantur oculi, quo minus quæ eueniant quotidie uideas & perpendas? An'non humiles & abiecti euehuntur, inq́ eminentiæ gradibus conſtituūtur? Non'ne naturę ipſius curſus interdum interpellatur? Nunquid quæ ſteriles diu erant concipiunt, pariunt, matresq́ fiunt? Quæ omnia de Eccleſia etiam accipienda fuerint.Deo enim quæcunq́ uiſa ſunt,facillima ſunt.

PSALMVS CXIII.

Argumentum.

Narratio de admiranda liberatione ex Aegyptiaca ſeruitute: gratiarum item actio, qua Iſrael Deum ſibi propitium celebrat. Quæ omnia euoluto typo ac remota umbra ad Eccleſiam accommodari poſſunt.

1 IN *exitu Iſrael de Aegypto.)* Ideſt: Cum liberati per manum tuam omnipotentem ex Aegypto egrederemur.Dicit autem non ſimpliciter ex Aegypto,ſed è barbaro populo:quo hoſtium expreſſo nomine Dei potentiā exaggeret, qua populum adeò ferocem & crudelem eo adegerit, ut nunc uolentes, nunc nolentes ſeruos ſuos dimiſerint.

2 *Facta eſt Iudæa.)* Antea enim regio illa inculta & ſqualllida iacebat: at ſimulac populus iſte reuerſus eſt, facta eſt ciuitas illa ſanctificatio eius, nimirum in Iudæa:idq́ ob ſacrificia, religionem, reliquaq́ eodem pertinentia.

3 *Iſrael poteſtas eius.)* Ideſt:Sub imperio ac dominatu eius. Et licet totius terrarū orbis eius pareat imperio, iſti tamen arctiore ei uinculo coniuncti erant: nam & diuinis inſtructos oraculis uates habuerunt, & alia multa, eaq́ maxima per cæteris populis ornamenta acceperunt.

4 *Mare uidit & fugit.)* Sed quid, inquit, barbaras & efferas gentes commemoro, cum ipſa etiam natura ducis huius præſentia perterrita,loco ceſſit, ſeſeq́ ſubduxit? Non aūt dixit, Ceſſit, aut ſeſe ſubduxit: ſed, Vidit & fugit, fugæ appellatione celerrimam ceſſionem innuere uolens.

Iordanis conuerſus eſt retrorſum.) Quo enim intelligerent, reipſaq́ experirentur po- 5
tentiam Dei ubiq́ diffuſam eſſe, nec ullis circumſcriptam cancellis atque terminis, ſed
ubiq́ præſentem miraculaq́ edentem nunc in mari, nunc in fluminibus: & tum quidem
ſub Moyſe, poſteris uerò temporibus ſub Ioſua populum per flumen ſicco pede tra-
ducentem.

Montes exultauerunt.) Hyperbolicῶs iucunditatem animarum & magnitudinē mi- 6
raculorum ex plicaturus, inanimata lætantia ac tripudiantia inducit.

Quid eſt tibi mare quòd fugiſti?) Sicut præcedentia non eò dicta ſunt, ut anima caren- 7
tibus ſenſum attribueret, ſed hyperbolicè rei magnitudinem exprimeret: ita & hic per-
cunctationem inſtituit: non ut ab elementis reſponſum extorqueat, ſed ut rei inſolen-
tiam innuat. Quo enim rarum quoddam & inauditum factum quod nō ſecundum com
munem naturæ curſum contigiſſet, ſignificaret, interrogationem hanc induxit.

A facie Domini commota eſt terra.) Vt rerum geſtarum ſingularem magnitudinem 8
exprimat, denuo hic commotionis terræ nomine obſtupefactionem ac ecſtaſin intelli-
git. Deinde ut ſignificet, quanta ſit unius hominis uirtus, à ſeruo Dominū cognominat.

Qui conuertit petram in ſtagna aquarum.) Duræ igit̄ ac præfractæ ceruicis homines, 9
quam'nam excuſationem queſo habebunt, cū etiam duriſsimæ petræ atq́ ſaxa Dei man
dato obtemperare coactæ fuerint? Rupis autem meminit, quòd illa haud facile retroce
dat, ſed uix ſuperficietenus refringatur. Sed & illius natura immutata eſt, & mādato crea
toris obtemperans fontes aquaticos profudit.

Non nobis Domine.) Non quo nos magis conſpicuos efficias, ſed quo tuam omni- 10
potentiam omnibus mortalibus innoteſcere facias. Aliàs: Oſtende eorum, qui ſeruan-
tur indignitatem (ſumus enim innumeris ærumnis digniſſimi) ut nomē tuum celebret̄.

Super miſericordia tua.) Par quidem erat ut nomini tuo, cum uita, tum conuerſatione 11
noſtra gloriam daremus: ſed cum hoc intermiſerimus, adiuua nos ipſe per tuam clemen
tiam, & per benignitatem id effice.

Ne quando dicant.) Etiamnum plurimos iſta orantes dicere audio, & metuēdum cer 12
tè erat ne quando & alij dicant, Vbi eſt Deus illorum, quando ipſi rapiunt, affligunt, in
finitaq́ alia ſcelera comittunt? Deus autem interea patienter agit.

Deus autē noſter in cœlo & in terra.) Vel cœleſtes uirtutes intelligit, uel imperia quę 13
citra difficultatem adimplet. Etenim quàm potens ſit Dominus quamq́ fortis, ea quæ
in cœlo fiunt ſatis ſuperq́ declarant, Si uerò aliter in terra ſe habet, indignos ſeipſos effi
ciunt, qui in culpa ſunt.

Simulachra gentium.) Inſaniæ illorum ſuprà mentionem faciens dixit, quòd filios, fi- 14
liasq́ dæmonijs immolarent: hic uerò ſtupiditatem eorum omnis fere ſenſus expertem
perſtringit, quod nimirum anima carentibus creaturis affixi intabuerint. Commemo-
rat autem ordine ſingula illorum membra, quo illorum contemptio ſit uehementior.

Similes illis fiant.) Quanquā uirtus ſit Deo ſimilem fieri, horum tamē deorum, quos 15
iſti colunt, reſpectu, maledictio eſt. Perpende igitur obſecro quódnam deorum genus
ſit, quorum ſimilitudo etiam pro maledictione reputatur.

Et omnes qui confidunt.) Dicat autem illorum forte aliquis: Non eſt ipſum idolū De 15
us, ſed qui in ipſo inhabitat. Hoc autem ualde ridiculum eſt, Numen uidelicet diuinum
ſtatuæ affixum credere, idq́ ibidem colere.

Domus Iſrael ſperauit.) Diuidit orationem in Iſraelem, Sacerdotale genus, & eos qui 17
ex gentibus aſciti fuerant. Neq́ enim eiuſdem dignitatis ſunt ſacerdos & idiota: ſed in
ſublimiori gradu ſacerdos conſtitutus eſt, quapropter etiā diſtinctionem inſtituit. Maio
res enim reliquis ſacerdotes facti ſunt.

Dominus memor noſtri.) Quànam ratione benedixit illis? Panem eorum, aquam, 18
ingreſſum & egreſſum, armenta, quodq́ peculiarem populum & regnum ſacerdotale,
aliaq́ infinita nominauit.

19 *Puſillis & magnis.*) Nemo illorum benedictionis expers erat, cum hæc ad omnes in uniuerſum cuiuſcunque ſtatus aut conditionis eſſent pertineret.

20 *Adijciat Dominus ſuper nos.*) Benedictionẽ hanc etiã in Aegypto ſenſerũt, quãuis plurima ei obſtaculo eſſent, utpote ipſorum miſeria & præfectorum tyrannis: uerùm horum nihil uerbum Dei impedire potuit. At in iſtis quidem tum temporis erat benedictio, in nouo autem fœdere in multò præſtantioribus illa cernitur.

21 *Benedicti uos Domino.*) Appoſitè adiecit, Domino. Hoc enim potiſsimùm eſt benedictio. Nam & apud homines nonnulli benedicti ſunt: ſed illa humana, hæc uerò diuina eſt benedictio.

22 *Qui fecit cœlum & terram.*) Illius nanque uerba in opera exeunt. Nã & cœlũ ipſum per uerbum fit. Hoc igitur ſuo omnipotenti uerbo, per quod tanta producit, tibi benedicat.

23 *Cœlum cœli Domino.*) Accommodat orationẽ ad infirmiorum captum, Deum cœlo minimè circumſcribens. Neque etiam illud, Cœlum & terram ego adimpleo, pro maieſtate diuini numinis, ſed pro hominis imbecillitate dictum eſt. Dicitur autem locus is Dei ſedes, quòd ab omnibus malis repurgatus ſit.

24 *Non mortui laudabunt te Domine.*) Mortuorum nomine non eos hic ſimpliciter intelligit, qui uitam cum morte commutarunt, ſed qui in impietate ſunt mortui, qui ad inferna deſcendunt. Quocirca etiam dixit, nos qui uiuimus, hoc eſt, in uirtute uitæ noſtræ curſum tranſigimus.

25 *A modo & uſque in ſeculum.*) Neque in ſeculum quidem, uitamque præſentem, niſi illi & illi quidem ſoli, qui in ſempiternum cum gloria uiuunt.

PSALMVS CXIIII.

Argumentum.

Gratiarum actio, quòd exauditus & ex grauiſsimis horroribus liberatus ſit.

1 D*ilexi.*) Gaudio affici, quòd Dominus preces ad ſe effuſas audiat, quæque ex uſu ſunt conferat, non eſt cuiuſuis hominis. Plurimos ſiquidem inuenias, qui quæ pernicioſa ſunt expetant, illiſque antiquius nihil habeant. Secus autem diuinus uates animo comparatus fuit. Dilexit enim quòd ſe Deus exaudiuit, & quæ utilia erant dedit.

2 *Quia inclinauit.*) Anthropopathos loquitur. Ego quidem qui exaudiret indignus planè eram, attamen ipſe ad me deſcendere haud grauatus eſt.

3 *Et in diebus meis.*) Non intermittam unquã precandi ſtudium, cum me exauditum eſſe reipſa deprehenderim: uerùm cunctis uitæ meæ diebus hoc faciam.

4 *Circumdederunt me dolores.*) Quòd Deum meũ inuoco, hoc mihi ad id ut ab incumbentibus malis liberer ſatis ſuperque eſt.

5 *Tribulationem & dolorem inueni.*) Animam ſibi ſolummodo ſartam tectamque cõſeruari petit. Hoc enim impetrato, nulla infelicitas nos manet, quemadmodum & è contrario nulla proſperitas quicquam emolumenti allatura.

6 *Miſericors Dominus & iuſtus.*) Auditorem informat, tantùm non dicens: Ne frangaris animo (eſt enim Deus miſericors) nec etiam ſis animo remiſſo ac oſcitanti, quoniam & iuſtus. Atque ita de utriuſque ſalute ſollicitus illi oſcitantiam eximit, hunc à deſperatione retrahit.

7 *Et Deus noſter miſeretur.*) Commodè dictum eſt, Deus noſter, ad diſtinguendas gentes, quarum antea mentio facta eſt: ut qui illos quidem interimere, hos uerò fauore & beneuolentia proſequi ſolitus ſit.

8 *Cuſtodiens.*) Quoniam enim rationem habemus quæ expetenda, quę item fugienda ſint, illius uerò inſtitutiones uanæ ſunt: idcirco ubique Dei prouidentiam inſerit, cuius niſi fiat homo conſors, ſerpens utique infantulum in cunis adhuc uagientem interimeret. Materna enim cura aut alia quæuis, niſi cœleſte præſto eſſet adiutorium, parum prodeſſet.

Humi-

Humiliatus ſum.) Duplex gratiarũ actio, partim quòd in diſcrimina incurrere per- 9
miſit, partim quòd ex illis eluctantem non dereliquit. Vtrumq; enim beneficiũ magnũ
eſt, neq; illud hoc inferius.

Conuertere.) Migrationis ex hac lachrymarum ualle meminit, quæ nihil eſt aliud quã 10
liberatio quædam ab omnibus huius uitæ moleſtijs, nec ultra timore ſubiacebit, qui bo-
na cum fiducia uitæ terminum attingit. Quamuis enim ex occaſione peccati mors in-
trarit, nihilominus tamen hac Deus utitur, ut nobis benefaciat.

Oculos meos à lachrymis.) Illic enim nec dolor, nec mœror, nec luctus ullũ locum ha- 11
bent: quoniam non ſolum ab omni dolore exempti ſumus, ſed & euerſionis & inſidiarũ
uictores euaſimus.

PSALMVS CXV.

Argumentum.

Querela de afflictionibus propter confeſſionẽ doctrinæ. Inſignes præterea promiſſiones, quibus cultum Dei magnificè prædicat, ut eius uoluntatem patienter feramus, eumq; inuocemus & celebremus.

C*redidi, propter quod & loquutus ſum.)* Nondum loquutus eſt, ſed hoc quod iam lo- 1
quitur dicit. Quid eſt autem quod loquitur? Cogitans, inquit, de miſerabili & ex
trema Iudaicę gentis deuaſtatione, non abieci ſpem omnem de eius in meliorem ſtatum
immutatione, uerùm hac inſtructus fiducia eam & ſperaui, & annunciaui.

Ego autem humiliatus ſum.) Licet mirum in modum afflictus fuerim, haſtam tamen 2
non abieci, nec animum deſpondi.

Ego uerò dixi in exceſſu meo.) Id eſt, Cum maximis calamitatibus ac ærumnis adob- 3
ruerer. Tanta enim nos tentatio inuaſit, ut in ecſtaſin raptus ſim. Ecſtaſeos hîc nomine
ſtuporem ex malis obortum innuens.

Omnis homo mendax.) Sicut de ſegetib. dicere cõſueuimus, eas nobis mẽtitas eſſe ac fe 4
felliſſe, eo ꝙ ſpẽ noſtrã fruſtratæ ſint: ſic etiã homo nullius precij ac momẽti eſt. Quocir-
ca diuinus uates perpẽſo eius ingenio, q̃ ſit reprehẽſione dignus, ut eius uanitatem expri
mat, inq̃t: Omnis homo mẽdax. hoc eſt: Nihil homo pręter mẽdacẽ exiſtimationẽ refert.

Quid retribuam Domino?) Pro eo quòd me miſerum homuncionem, mendacem, & 5
nullius precij, abiectiſſimæq; ſortis tanto exornauit munere?

Pro omnibus quæ retribuit mihi.) Grati beneficiorumq; memoris animi certa hæc no 6
ta eſt, circumſpicere ac deliberare quid'nam pręclare de ſe merito gratiæ referat: & omni
bus perpenſis ingenue fateri, nihil eſſe quod collatum beneficium pro dignitate recom-
penſare queat.

Calicem ſalutis accipiam.) Calicis nomine hoc loco uictimas & gratiarũ actionis hym 7
nos intelligit. Vult igitur dicere: Dignũ quod rependam tuis, ô Domine, beneficijs non
habeo, rependo autem quod habeo, nempe uictimam gratiarum actionis Deo, quem
& ob ſalutem partam ſemper celebrabo.

Vota mea Domino reddam.) Promiſſorum nomine pollicitationes intelligit. In ad- 8
uerſis namq; rebus ad Deum ceu ſacram anchoram confugit, ſeſeq; illi deuinxit: pollici
tus, ſi diſcrimina euitaſſet, tales ſeſe oblaturum hoſtias. Calamitate itaq; ereptus, Vota,
inquit, mea reddam.

Precioſa in conſpectu Domini.) Quæ autem uerborum conſequutio? Si attente ex- 9
penderis, facile deprehendes. Dixerat modò, Quid retribuam Dño, ut beneficia ipſi
us oſtendat: non ſolum uitam illi, ſed & mortem ſanctorum precioſam eſſe dicit: idq; nõ
uulgariter utcunq;, ſed quando ipſe illam ſua diſpenſatione admittit.

O Domine.) Non meminit uulgaris ſeruitutis, ſed de ea quæ cũ amore coniuncta eſt. 10

Ego ſeruus tuus.) Id eſt: Iam inde à multis annis propter meos maiores tibi ſeruio: id 11
quod honoris ergò eſt poſitum.

12 *Dirupiſti uincula mea.*) Non dixit, Soluiſti: Sed Dirupiſti, adeò ut inutilia ſint red-
dita. Vinculorum autem nomine miſerias intelligit & afflictiones. Vinculum enim in bo
nam etiam interdum partem ſumitur, ut cum dicit Apoſtolus, In uinculo dilectionis.
13 *Tibi ſacrificabo.*) Dixit quidem antea, Calicē ſalutis accipiam: hîc uerò, Tibi ſacrifica
bo hoſtiam ſalutis: id eſt, gratias tibi agam, nomenque tuum celebre reddam.
14 *Et in nomine Domini inuocabo.*) Quod quidem neque oſtentationis neque magnifi
centiæ ac gloriæ ergò fecit: ſed ut reliquos etiam ad æmulandum ſuum feruens ſtudium
alliceret, & gratiarum actionis conſortes reciperet.

PSALMVS CXVI.

Argumentum.

Prophetia de regno Christi per totum orbem propagando: & adhortatio ad gratiarum actionem pro tanto Dei beneficio.

1 L*Audate Dominum.*) Neque enim unam, alterámue aut etiam certas aliquas gen
tes uocat: ſed terram & mare uniuerſum, id quod per Chriſti aduentum impletū eſt.
2 *Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius.*) Id eſt: Valida facta eſt, & quali-
bet petra firmior.

PSALMVS CXVII.

Argumentum.

Vaticinium Pſalmus hic continet de paßione & glorificatione Chriſti, quemadmodum ipſemet de his Matth. 21 loquitur, & apoſtolus Petrus in eandem ſententiam Actorum quarto uerba facit. Maior pars ab initio ipſius Domini & Seruatoris uerba ſunt, prædicantis in Iſraele, hoc eſt, in Eccleſia electorum, ſe in ipſa paßione adiutum fuiſſe, conſeruatum atq; glorificatum. Hortatur item ad gratiarum actionem, & pro ſucceſſu Eccleſiæ precatur.

1 C*Onfitemini Domino.*) Ad eandem gratiarum actionē quoslibet diuinus uates inui-
tat, maximum bonorum numerum in medium adducens.
2 *Dicat nunc domus Iſrael.*) Cúrnam domus Iſraelis meminit? cum in tot captiuitates
abducta, & per uniuerſam terram ad ſeruitutis iugum diſperſa ſit? Omnino, inquit. Hi
namque teſtes eſſe poſſunt beneficentię diuinæ, utpote qui pluribus quàm alij muneribus
exornati fuerint.
3 *Dicat nūc domus Aaron.*) Denuò ſacerdotum à reliquis ſeiunctorum peculiarē men
tionem facit, eosque ad cantandum Domino allicit. Ad ſublimiorem ſiquidem illi excel-
lentiæ gradum euecti fuerant.
4 *Dicant nunc omnes.*) Dei namque benignitatem hi prę cæteris uidere, & illius clemen
tiam deprehendere poſſunt. Illud uerò, In ſeculum, perinde eſt atque Continuò, non in-
terpellatum, ſed in uniuerſum clarum ac ſplendidum.
5 *De tribulatione inuocaui.*) Non dixit, Quia eram dignus: ſed, Quia inuocaui ſolum
modo, orationisque ea fuit energia, ut ærumnis me ſubleuaret. Verùm ex afflictione non
eripuit tantum, ſed & pacem ac tranquillitatem conceſſit. Hoc enim ſibi uult, quod ait,
Et exaudiuit me in latitudine.
6 *Dominus mihi adiutor.*) Viden' animum excelſum. Non dixit, Nihil patiar: ſed, Li-
cet patiar, haudquaquam mihi tamen magnopere timebo.
7 *Dominus mihi adiutor.*) Obſerua animum ab ulciſcēdi ſtudio alienum, & uindictam
omnem Domino (huic namque pertinet) committentem.
8 *Bonum eſt confidere in Domino.*) Collationis modo hæc non dicuntur. Habet e-
nim hoc ſacra Scriptura in more poſitum, ut tali utatur loquendi forma: uerùm illo-
rum ſeſe captui conformat. Quid enim quæſo humana ſpe infirmius? Fiducia uerò in
Domino repoſita non ſolum ualidiſſima eſt, ſed & ab omni deceptione alieniſsima.
Haud

Haud petebatur interno aliquo bello, neq; per antagoniſtas aperte reluctantibus: ſed
interne correptus ac ueluti ſagena quadam concluſus erat, & tamen cuncta hęc auxilio
Dei fretus ſuperauit.

Circundederunt me ſicut apes fauum) Geminatione utitur, ut quanta ſint mala ob ocu 9
los ponat. Neq; enim ſimpliciter circūdederūt, ſed ſicut apes, et inſtar ignis in ſpinis. A-
pes dum nominat, quàm ad nocendum propenſi ac expediti fuerint: per ignem autem
quàm minime illorum rabies toleranda innuit.

Impulſus, euerſus fui ut caderem.) Hæc autem, inquit, mala eouſq; inualuerunt, præ 10
terea & ego impulſus euerſus ſum, ut quin caderē ac collaberer parū admodū abſuerit.
Sed ecce dū meos quatit æger anhelitus artus, præſto mihi Dñs eſt, & auxilium defert.

Fortitudo mea & laus mea Dominus.) Domini fortitudo, uult dicere, mea utiq; facta 11
eſt fortitudo, ideſt, meum auxilium. Quid autem eſt, Laus mea? Gloria, inquit, mea,
laus mea, illuſtratio mei. Neq; enim Deus in libertatē ſolummodo ex captiuitate aſſerit,
uerumetiam inſignes, conſpicuoſq; efficit, & gloriam ſimul ac ſalutem impertit.

Vox exultationis & ſalutis.) Deus enim ſimulac uniuerſa perficit, gaudent qui uicto 12
riam reportarunt: duabus de cauſis hilares, cum quòd conſeruati ſunt, tum quòd per
Deum id factum ſit. Sed ut & quæ auxilij cauſa fuerit exprimat, ſubiungit, In tabernacu
lis iuſtorum. Non enim dicit, In domibus: uerùm, In tabernaculis: abiectam ac ex tempo
re extructam illorum habitationem innuens.

Dextra Domini fecit uirtutem.) Poſtquam dixit, Dextra Domini fecit uirtutem, ſub 13
ijcit: Dextra Domini exaltauit me. Neq; enim potentia tantum, ſed & gloria me ornauit.

Non moriar ſed uiuam.) Tanta mihi imminebant diſcrimina, ut mortem mihi pręſen 14
tiſſimā intentarent: ego uerò ex illis tua manu liberatus non moriar, ſed uiuam. At ſi quis
anagogen hic agnoſcat, de reſurrectione dicta ſunt. Illud enim, Non moriar, mortem
non eſſe mortem innuit. Qui enim, inquit, credit in me, etiamſi mortuus fuerit uiuet.

Et narrabo opera Domini.) Præcipuum enim hoc eorum qui uiuunt eſt officium, ut 15
Deum laudent, & admiranda eius opera celebrent. Opera Domini, inquit. Quæ opera
Domini, dic quæſo? Quæ commemoraturus eſt.

Caſtigans caſtigauit me Dominus.) Non tantum ea de cauſa gratias agit, quòd ex cala 16
mitatibus & ærumnis liberatus ſit, uerumetiam quòd in illos incurrerit, ampliſſimā enim
Domini clementiam reipſa expertus, afflictionis ſuæ fructum prædicat. Morti enim, in
quit, non tradidit me. Omnia ſiquidem in ipſius manu ſunt poſita.

Aperite mihi portas iuſticiæ.) Caſtigationem æquo ferentibus animo portæ aperiun 17
tur, eandem reſpuentibus peccata. Qui enim caſtigationem æquē tulit, is cum fidu-
cia dicit, Aperite mihi portas. Anagogice tamen, portarū nomine cœlum accipi debet:
quæ quidem portę peccatoribus clauſæ, per eleemoſinam & iuſticiam pulſandæ ſunt.

Hæc eſt porta Domini.) Duplices portæ ſunt, aliæ perditionis ac interitus, aliæ uerò 18
uitæ & ſalutis. Cum igitur plures ſunt, ideo inſigne Dominicæ portæ dicit. Quocirca
hæc eſt, inquit, porta Domini. Cuius inſigne, quod per eam caſtigati ingrediuntur.

Confitebor tibi quoniam exaudiſti me.) At non ſimpliciter exaudiuiſti, ſed antea caſti- 19
gaſti & correxiſti. Quocirca etiā gratias agit, nō tā ob exauditionē, quàm caſtigationē.

Lapidem quem reprobauerunt ædificantes.) Aedificantes ipſi Iudęi ſunt, qui Chriſtum 20
reprobauerunt, cum dicerent: Samaritanus es tu, & dæmonium habes. At is ipſe, qui ab
illis reprobatus fuit, adeò probatus uiſus eſt, ut caput ſit anguli factus. Neq; enim quiuis
lapis angulo eſt idoneus, ſed probatiſſimus & qui ad conectendos parietes utroq; latere
aptus ſit. Hoc enim eſt, Vtramq; gentem colligauit.

A Domino factum eſt illud.) Non hominis, nō angeli, nō archangeli, ſed Dei Opt. 21
ac Max. opus hoc fuit. Illud, inquit, intellige de angulo.

Et eſt mirabile in oculis noſtris.) Credentium nimirum. Neq; enim uniuerſis inno- 22
tuit: eſt & admirāda anguli huius inopina ſynodus. Crucifixores eñ in ignominia ſunt,

adoratores in gloria. Et hæc doctrina per totum terrarum orbem diſperſa eſt.

23 *Hæc eſt dies, quam fecit Dominus.*) Per diem hic non illud temporis ſpacium intelli-
git, quod ſolis curſu menſuratur, ſed prçclara facta eodem die geſta: ſicut & per diē ma
lum, mala opera intelligimus. Eſt autem uerborum hæc ſententia: Deus ipſe corū, quæ
illo die geſta ſunt author eſt. Nam non niſi ipſius manus hæc perfici poterant. Lætemur
igitur, quòd tanta bona adepti ſimus. Neq; enim hoc leue opus eſt, Dñi munera, quæ am
pliſsima ſunt, cum ſumma animi alacritate agnoſcere.

24 *O Domine ſerua quæſo.*) Eos inquit conſerua, qui beneficiorum tuorū conſortes fa-
cti ſunt, uiā illis effice planā, ut cū tantis bonis cumulati ſint, illis nunquam iterū priuent.

25 *Benedictus qui uenit.*) Quæ nobis acciderunt, nequaquam in illis quç geſta ſunt con-
ſiſtunt: ſed ad alia plura tendunt, ad regnum nimirum & ſortem cum Chriſto, &c. quæ
quidem indicaturus inquit: Benedictus qui uenit in nomine Domini.

26 *Benediximus uobis de domo Domini.*) Totum cœtum fidelem dicit benedictionē in
domo Domini conſequutum. Cuius autem gratia dixit, Benediximus, & unde eſt iſta
felicitas? Quoniam, inquit, Deus Dominus eſt, & illuxit nobis: de incarnatione autem
uerba facit, quòd cùm Deus eſſet, in carne mundo uiſus eſt. Quod autem ſubiungit: Et
illuxit nobis, de diſpenſatione illius intelligi debet.

27 *Conſtitue diem ſolennem.*) Reuertitur ad hiſtoriam relicta prophetia. Quid ſibi igitur
uult quū ait: Conſtitue diem ſolennē? Alius interpres habet, Sacrificate ſacrificia: alius,
Serta & ramos ſuſpendite in tēplo: utrū autē firmū ſit, feſtum diē & panegyrin intelligit.

28 *Deus meus es tu, & confitebor tibi.*) Indicat hic quod licet nulla præſto ſint beneficia, ta
men nihilominus gratiæ Dño agendæ ſint. Verborum autem hæc eſt ſententia: Quo-
niam etiam ſiue bonis, quibus potitus ſum & gratias agam & cōfitebor, quoniam talem
habeo Dominum tantumq;, & adeò ſublimem. Illud uerò, Exaltabo, idem eſt atq; Glori
ficabo. Deinde plures ad hanc uocās, Dei erga humanum genus amorem prędicās per-
petuitatē illius, immortalitatemq; canit. Nam quid dicit? Confitemini, inquit, Dño, &c.

PSALMVS CXVIII.

Argumentum.

Plurimas easq; diuerſiſsimas pius Rex Dauid rerum uiciſsitudines in uitæ ſuæ curſu habuit. Nam & hoſtes fugit, præq; mœrore ingemuit: & è contrario iucunde uixit, Domini uiam ingreſſus, modò impegit, modò legi eius rurſum adhæſit. Quæ omnia in hoc Pſalmo in unum quaſi faſciculum colligauit, & preces quas quouis tempore ad Dominum fudit inter ſe concinnatas, tanquam unam aliquam doctrinam hominibus cunctis maximè fru giferam propoſuit: ſicq; qua ratione quis poſsit practicam quaſi uirtutem exercere, docuit.

1 B*Eati immaculati in uia.*) Beatos eos eſſe pronūciat, qui regiam ſemel uiam ingreſsi
conſtanter in eadem progredientes, neque ad læuam, neque ad dextram defle-
ctunt. Oſtendit autem qui nam illi ſint: Nimirum, qui ambulant in lege Dñi. Nam qui
ex huius præſcripto uitæ ſuæ curſum inſtituunt & tranſigunt, uitam ab omni reprehen-
ſione alienam habent. Viæ autem nomine uitam innuit: hanc enim à natiuitatis puncto
uſq; ad mortis articulum ambulamus omnes.

2 *Beati qui ſcrutantur.*) Cum XVIII Pſal. explanaremus admouimus quid inter legē
& teſtimonia, iuſtificationes item, iudicia & mandatum diſcriminis ſit: breuiſsime ta-
men, quæ illic fuſius explicata fuerunt, repetemus. Lex per Moyſen data eſt: mādata &
præcepta idem ſunt, niſi quod regiam quaſi quandam authoritatem ingerunt. Iuſtifica-
tionis præterea nomen hæc eadem lex ſibi uendicat, eò quòd qui eam ſeruant iuſtificen
tur: & poſtremò iudicium ſiue iudicia hæc ipſa lex dicitur, quod cum de iuſtis tum iniu
ſtis iudicium ferat, illis præmia, his pœnas decernens. Teſtimoniorum inſuper nomine
lex interdum uenit, ut quæ conteſtetur, & oſtendat quibuſnam pœnis peccatores ſub-
iaceant. Quocirca & hic in beatis illos numerat, qui omni tēpore Dei teſtimonia inqui-
runt & Deum ex imo pectore quærunt.

3 *Non enim qui operantur iniquitatem.*) Seiunctione hac in primo etiam Pſalmo uſus
eſt.

eſt. Nam ibidem etiam, poſtquam cum beatū eſſe pronunciaſſet, qui cœlitus promulgatam legē in animo uoluerit, & huiuſce meditationis fructū indicaſſet, e ueſtigiò ſubiecit: Non ſic impij, &c. Sed & hoc loco oſtendit, poſtquā immaculatos felices eſſe pronunciauit, quo pacto operatores iniquitatis relicta Dei uia, aliam ſibijpſi parent.

Tu mandaſti.) Mandatum autem hoc per legem, Prophetas atq; ſacroſancta Euangelia, quinimo per uniuerſam ſacram Scripturam diffuſum eſt. 4

Utinam dirigantur.) Quocirca, inquit, precor, ut uia mea ad legis tuæ præſcriptum, ceu normæ & regulę dirigatur, quo omnes iuſtificationes tuas cuſtodiā. Quo autem fructum & utilitatem huius exprimat, ſubiungit: 5

Tunc non confundar.) Confuſio enim trāſgreſsionis fructus eſt. Vnde & Apoſtolus in hæc uerba: Quem igitur fructum tunc in illis habuiſtis, de quibus nūc erubeſcitis? At qui præceptis ac mādatis diuinis dicto audiētes ſunt, cōſcientię teſtimoniū bonū habēt. 6

Confitebor tibi in rectitudine cordis.) Gratiarum actionis mentionem facit. Tum demum, inquit, intemeratum tibi hymnum offeram, ſi contigerit ut cuncta tua iudicia cognoſcam, & ad illorum normam uitæ curſum inſtituam. 7

Iuſtificationes tuas cuſtodiam.) Vſuuenit non rarò, ut diuina gratia nōnullos aliquandiu deſerat, ſed illorum utilitatem in eo diſpenſans. Sic Helias deſertus timore magno correptus eſt, & humanæ naturæ conditionem agnouit: ſed non ita multo pôſt diuinæ gratiæ beneficio ſeſe recollegit. Eodem modo & apoſtolus Petrus prolapſus eſt. Iudas autem protectione Dei priuatus, inimico præda factus eſt. Meritò itaque uates Dauid orat, ne uſq; quaq; derelinquatur, id eſt, ne omnino deſtituatur, atque à diuina gratia alienus efficiatur. 8

In quo corriget adoleſcentior.) Iuuentus lubrica & fluxa eſt. Pluribus enim ijsq; uarijs animorum permotionibus huc illuc agitatur. Quocirca moderatore indiget. Cuius quidem partes oracula cœlitus patefacta ſibi ſumunt. Nam quod armentario pullo frenum & domitor, id Domini uerbum adoleſcentibus præſtat. 9

In toto corde meo.) Ad illorum differentiam hoc poſuit, qui corde ſuo & illo quidem toto, non Deum, ſed uel ſeculares curas, uel obſcœnas uoluptates quærunt, atque ſic cor ſuum partim illuc, partim huc partiuntur. 10

In corde meo abſcondi.) Terrenis qui abundant diuitijs ac opibus, non quibuſuis eas oſtentant, ſed in imis penetralibus abdūt, ne uidelicet furibus ſint expoſitę: ſic & qui ſpiritualibus, hoc eſt, ueris circumfluit diuitijs, in animo illas ſuo occultat: ne uidelicet has animarum prædones ex inanis gloriæ occaſione deprædentur. 11

Benedictus es Domine.) Par eſt, inquit, ut ab uniuerſis celebreris. Quocirca à te, quánam ratione iuſtificari queam diſcere cupio. 12

In labijs meis.) Quæ aūt à te didicero, eadē & cū alijs eadē ignorantib. cōmunicabo. 13

In uia teſtimoniorum tuorum.) Virtutis uia eſt laborioſiſsima illa quidem, attamen perfectis exoptatiſsima. Teſte enim Domino ipſo: Iugū eius ſuaue eſt & onus leue. Quò & propheticus ſermo reſpicit: Diuitijs omnibus iucundior eſt mihi teſtimoniorum tuorum poſſeſsio. Illud, ſicut in omnibus diuitijs, non eſt abs re additū, uerùm omnis generis diuitias indicat. Quemadmodū enim opum plurima genera uno quaſi faſciculo comprehenſa, diuinus uates cū teſtimonijs diuinis comparauit: ita quoq; ſibi exoptatiſsima ſimul & iucundiſsima Domini teſtimonia eſſe proteſtatus eſt. Non ſecus atq; auaris omnia diuitiarum genera arrident. 14

In mandatis tuis exercebor.) Huius, inquit, gratia perpetuam elogiorum tuorum conſiderationem habeo, inq; uijs tuis incedo. 15

In iuſtificationibus tuis.) Oraculorum tuorum memoriam in animo meo nulla obliterabit obliuio. 16

Retribue ſeruo tuo.) Ope tua ſuſultus mortē, quę peccati ſtipendium eſt, effugiam, & uitæ illius ueræ, quæ ex tuis uerbis eſt, particeps euadam. 17

18 *Reuela oculos meos.*) Multi quidem diuina legunt oracula, at non niſi illi, qui cœleſti lumine colluſtrantur, eadem intelligunt. Quapropter & Apoſtolus inquit: Quādo conuerſus fuerit ad Dominum, auferetur operculum. Dominus autem Spiritus eſt. Ipſe quidem cœleſti perfuſus lumine, non ſine cauſa in hæc uerba prorupit. Nos aūt omnes reuelata facie gloriam Domini contemplamur. Noſtri itaque muneris & officij fuerit, Dominum perpetuis ſolicitare precibus, quo à mentis noſtræ oculis operculum ſubducat, & cœleſtium nobis oraculorum uim & energiam oſtendat.

19 *Incola ego ſum.*) Incolæ nomen ſibijpſi uſurpat, & precatur ne quādo ſibi uſu ueniat, ut in diuinis informatus præceptis, diuina ignoret. Haud enim eum latebat hanc non niſi momentaneam quaſi uitam eſſe. Plurimos tamen interim reperias, qui ob præſentia bona ceu diuturna criſtas erigant, magnosq́ ſibi ſpiritus ſumant.

20 *Concupiuit anima mea.*) Legis diuinæ contemptores arrogantiæ uicium incurrunt. Sed hi iuſto Iudici graues ſatis pœnas exoluent. Cuius rei exempla in Saule, in Pharaone, in Senacheribo, alijsq́ infinitis cernimus. Quod cum diuinum uatem non lateret, tanquam uates ſubiungit:

21 *Increpaſti ſuperbos.*) Maledictionē hanc lex quoq; ijs à quibus uiolatur intentat. Sic enim habet: Maledictus omnis homo qui non manet in ijs quæ ſunt in libro legis.

22 *Aufer à me.*) Nabal Dauidem ignominia affecerat, ſeruum transfugam illum nominans affecerāt itidē multis eum probris Chettæi. Hinc dolore omni concepto precatur, ut hæc opprobria à ſe auferātur, tanquam eo, qui Dei teſtimonia perſcrutatus ſit. Quapropter uerba hęc Semei probris, quibus Prophetā impetiuit non quadrant. Illa namq; poſt patratum adulterium, hæc uerò ante idipſum facta ſunt.

23 *Etenim ſederunt.*) Saul, Abner & Achitophel. At ego imperium tuum confitens, iuſtificationes tuas in animo uoluebam.

24 *Nam & teſtimonia tua.*) Opinionibus humanis abiectis, tuis inſtitutis obtempero.

25 *Adhæſit pauimento.*) Singularem animi demiſsionē & humilitatē innuit. Precatur aūt uitā non quidē ſimpliciter & omnino, ſed quæ ita inſtituat, ne Domino ſit dedecori.

26 *Vias meas.*) Res à me geſtas detexi tibi Domine uniuerſas, quocirca uotis meis acquieſce. Precor autem ut iuſtificationes tuas adamuſsim cognoſcam.

27 *Viam iuſtificationum.*) Cœleſti intelligentia indigemus, ut uirtutem quæ lege Dei præcipitur pro dignitate colamus, & qui philanthropus eſt, uanæ gloriæ nullam rationē habeat: & qui religioſus, popularē auram non captet: & qui caſtus, caſtitati non propter libidinis ſpurcitiem, ſed ipſius uirtutis amorem, ſtudeat. Meritò igitur uates precatur, ut cœleſti ornetur ſcientia, quo uiam ueræ iuſticiæ cognoſcat.

28 *Dormitauit anima mea.*) Perpetuus delictorum inſultus cogitationū uigorē ſæpiſsimè labefactat, & uel athletam, ut impudentius agat, cogit, atq; iniuſticiam quæ aliàs affligat producit. Anima autem ita labefactata & diſſoluta ſomnum admittit, ſomnus mortem gignit. Quocirca ſe confirmari & corroborari Propheta petit. In alio etiam Pſalmo ſic inquit: Illumina oculos meos, ne quando obdormiam in mortem, &c.

29 *Viam iniuſticiæ.*) Eſt & hæc deprecatio ſummè neceſſaria. Par eſt enim opem à Domino petere, qua freti uiam iniuſtam declinemus, & uera ingrediamur ac teneamus, ſic & indelebilem diuinorum teſtimoniorum memoriam afferamus.

30 *Adhæſi teſtimonijs.*) Nō dicit ſimpliciter ſequutus ſum: ſed, Adhæſi. id eſt: Ne modicum quidē temporis interuallum cogitationē meam auerti. Cuius quidē affectus fructū aliquē metere expetit, nimirum ne ullam unquā turpitudinem, confuſionemq́ incurrat.

31 *Viam mandatorū.*) Ambobus opus eſt, animi nimirū noſtri propoſito, & Dn̄i prouidētia. Neq; em̄ malū propoſitū habentib. gratia diuina cōfertur, neq; hominis uires tātæ ſunt, ut ijs tātū inſtructus & cœleſti ope deſtitutus uirtutē pro dignitate exercere poſsit. Qđ & ꝓpheta ſentit, dicēs: Viā mādatorū tuorū impetrata à te currēdi copia, inoffenſe cucurri. Latitudinē nāq; facultatē nominauit. Et alibi dicit: In tribulatiōe dilataſti mihi.

Legem

Legem pone mihi Domine.) Aliter Symmachus, Oſtende: Aquila autem & Theodo 32
tion, Illumina. Semper, inquit, indigeo ut me & illuſtres & lege tua inſtituas, quo non ſolùm tuarum iuſtificationum uiam intelligam, uerumetiam obedienter eandem inſiſtam acteneam.

Da mihi.) Dominus quoq; præcepit: Scrutamini Scripturas. Qui aũt illas ſcrutaturi 33
ſunt, diuina luce maximoperẽ indigent, quò id quod ſcrutantur tandem inueniant.

Deduc me in.) Aqua naturali inſtinctu deorſum tendit, & ſi quem nacta fuerit exi- 34
tum, eò ſe totam recipit. Eodem planè modo & hominis natura comparata eſt, diabolo ad peccatum uiam aperiente, ad id quòd deterius eſt ſeſe conuertit. Conuenientiſsime itaque precatur uates, ut cor ſuum diuinis teſtimonijs conformetur, neque in alterutram partem ab illis declinet.

Auerte oculos.) Vanum dicitur quod nullius precij ac momenti eſt. Sic Salomon: 35
Vanitas, inquit, uanitatum. Iucũdis autem omnibus enumeratis, ſubiecit tandem: Et ecce omnia uanitas, & præoccupatio ſpiritus. Precatur aũt ut mentis ſuæ oculi ad aliã contemplationẽ cõuertantur, neq; eorum quæ præſentia ſunt uanitate oblectentur: uerùm ut ad normam legis tuæ curſum meæ uitæ inſtituam.

Statue ſeruo tuo.) Confirma me, inq; tuis uerbis immotum redde. Cuſtodi me timo- 36
re tuo, id eſt: Regat me tui numinis metus, terrens ita quidem ut oraculis tuis me excidere non patiatur. Illud, Quod ſuſpicatus ſum: Aquila uertit, Quod horrui: Symmachus autem, Quod uereor. Opprobriũ autem hic appellat, quòd à peccato euenerat. Nam horrebat hoc, uerebaturq; & idcirco ſuſpectè uiuebat. Atque idcirco cauſam non ſubiecit, ſicut aliàs conſueuit: quia iudicia tua exquiſiui aut cuſtodiui. Neque enim peccantibus tantum minas intentat, uerumetiam ad bonum frugem redeuntibus ſalutem pollicetur. Iudiciorum enim nomine iuſtas Dei ſententias intelligit. Cupienti, inquit, uitam, quæ ſit in iuſticia, largire. Vniuerſi ſiquidẽ diuina beneficentia opus habemus. Et qui ad ſummum uſq; uirtutis faſtigium euectus eſt, hac opus habet perpetuò.

Et ueniat.) Salus, inquit, tua iuxta uerbum tuum. Salutis, inquit, quam per uerbum 37
tuum promiſiſti, participem me redde, quo ijs, qui me naſo ſuſpendunt infracto animo loqui ualeam. Nam qui in calamitatibus conſtitutus eſt, opprobria tacitus tolerat: at qui ex animi ualet ſententia, conuicia dicentes, redarguit.

Et reſpondebo exprobrantibus.) Quoniam, inquit, in uerbis tuis ſpem habui. A pro- 38
miſsis namq; tuis totus pependi, qua ſpe ſuffultus incedo.

Et ne auferas.) Monet Propheta ut ueritati ſtudeamus, & hanc à Deo ex animo pe- 39
tamus. Ita enim, inquit, ad legẽ tuã procliuior ero. Seculorũ appellatio futurã etiã uitam cõplectitur, in qua præcipuè uniuerſis pura ac ſincera legum Dei cuſtodia conſecretur.

Et ambulabam.) Ampliſsima, inquit, facultate incedens & ex mandatorum tuorum 40
dictamine præſcripto uitam tranſigens, ne regiam quidem poteſtatem metui: ſed animo intrepido coram illo cauſam meam peroraui. Vita enim ad legum normam tranſacta, confidentiam gignit. Cuius teſtis Dauid eſt: qui antequam deliquiſſet, confidenter Sauli loquutus eſt: Elias item iuſticia nixus impium Achab reprehendit. Sic & Paulus ad Agrippam, Feſtum & Felicem uerba fecit. Eodem modo totus cœtus martyrum.

Et leuaui.) Neque enim regnum Dei in ſermone ſitum eſt, ſed in uirtute. Quiq; & 41
fecerit & docuerit, is magnus erit. Quocirca Dauid meditationi actionem coniunxit: Poſtquam enim dixit, Et meditabor in mandatis tuis: ſubijcit, Et leuaui manus meas ad mandata tua, &c. Etenim quæ ex diuina lege didici, ea uita & operibus expreſsi. Neque enim legis auditores ſed eiuſdem factores, iuſti ſunt. Sine intermiſsione enim meditationes illius exerceo.

Memor eſto.) Cum Deus legem promulgaret, fauorem ſuum legem cuſtodientibus 42
pollicitus, uiolantibus autem eandem ſupplicium comminatus eſt. Precatur illum itaq;, ut promiſsionum ſuarum recordetur. Docuiſti enim me, inquit, ut in illos ſperem: utq; huius ſpei utilitatem oſtendat ſubijcit:

Superbi

43 *Superbi iniquè.)* Superbos nominat Saulē, Abſolonē, regem Ammonitarū, qui lega-
tos eius tam iniquè tractauerāt. Attamen licet illi quidem ſic animo affecti ſint, ego ta-
men leges tuas ſequutus ſum. Quadrarent & in martyres uerba hæc.
44 *Memor fui.)* In memoriam enim reuocans, quæ Abelo, Abrahæ, Iacobo euenerint,
quomodo in uarias tentationes inciderint, & quàm illos laude cōſpicuos reddideris, ſo-
lidam inde conſolationem conſequebar.
45 *Mœſticia occupauit.)* Ego quidē in afflictionib. cōſtitutus, recordatione iudiciorum
tuorū refocillabor: plurimos aūt legis tuæ uiolatores cernēs, mœrorē animo cōcipiebā.
46 *Cantabiles mihi.)* Hoſpes & peregrinus inter Philiſtæos Dauid erat, cū à Saule extur
batus eſſet. Exiſtimo tamē illū hoc loco nō tēpus illud exilij, ſed totum uitæ ſuæ curſum
peregrinationē appellare. Exegit enim illam nō ut incola ac ciuis, ſed ut peregrinus, inꝗ
illa iuſtificationes Dei cantans ambulauit. Hoc modo namꝗ & reliqui reddiderūt: Can-
tica mihi erant præcepta tua, in loco peregrinationis meæ.
47 *Memor fui in nocte.)* Semper enim hoc ſanctorum chorus facit. Puto autem per no-
ctem ipſam afflictionē accipi. Homines enim inſtar noctis impetum faciunt. Quo tem-
pore uel in primus Dei memoria opus eſt, quæ animum refocillat, confirmat, cogitatio-
nes contrarias expellit.
48 *Hæc facta.)* Sic, inquit, ſuperare, & tuarum iuſtificationū poſſeſsionem eligere potui.
49 *Portio mea.)* Neque enim omniū portio Deus eſt, ſed eorū, qui quæ ſacra ſunt & exi
mia ſequūtur. Sic enim ſacerdotū atque leuitarū portio ac ſors factus eſt. Filijs eīn Leui,
inqt, nō erit portio in medio fratrum ipſorum. ego Dominus. Et Pſal. x v Dominus, in-
quit, portio eſt hæreditatis meæ, &c. Dicit igitur & hoc loco: Quoniā reliquis omnibus
cōtemptis, te habeo portionē & diuitias, quapropter & ſatago ut leges tuas cuſtodiam.
50 *Precatus ſum.)* Vbiꝗ illud, In toto corde meo: adijcit. Legi etiam in hoc obſequens.
Sic enim Dominus mandauit inquiens: Diliges Dominum Deum tuum.
51 *Miſerere mei.)* Non erat indefinitè, ut miſericordiam inueniat, ſed ſecundum uer-
bum Dei. Hoc eſt: Secundum iudicium tuum, inquit, ſecundum uoluntatem tuam. Ho-
modo & nos clementiam diuinam implorare par eſt.
52 *Cogitaui uias.)* Hebræus ita habet, Vias meas: ſicut & interpretes cæteri uerterūt. Di
cit autem, Cogitaui & expendi uias meas ad teſtimonia tua, direxiꝗ pedes meos.
53 *Paratus ſum.)* Diſpoſui enim me ac inſtruxi aduerſus malorum inſultus, nec paſſus
ſum tēpeſtatē ex inopino ac ſubito impulſu. Sic martyres etiā & ante et poſt Chriſtū, etc.
54 *Funes peccatorum.)* Technas tam cacodæmonum, quàm hominum, funes appellat,
trāslatione à nexu ſumpta. Sic enim & uates Ieſaias: Væ, inquit, qui peccatum ſuū uelut
fune longo trahunt. Cum, inquit, iſti funes conſtrictum me tenerent, Dei legis recorda-
tionem à me non abieci. Mox recordationis huius rationem ſubijcit.
55 *Media nocte.)* Neꝗ enim diem tantum, uerumetiam noctem, in qua ſomnus non ſi-
ne magna refocillatione mortalibus obrepit, laudi tuæ impendi, & æquiſsimas tuas ſen-
tentias celebraui. Id quod & Paulus unà cum Sila fecit.
56 *Particeps ego ſum.)* Symmachus, Coniunctus ſum, dixit: Syrus autem reddidit, Auer
ſatus enim eos, qui quæ uoluntati tuæ contraria ſunt amplexantur, eos habui conſortes,
qui timorem tui plurimi faciunt, & in lege tua uiuere uolunt. Quod & in alio Pſalmo di-
cit: Mihi autem uehementer honorati ſunt amici tui Deus.
57 *Miſericordia tua.)* In omnes, inquit, miſericordiam tuam affatim effundis, ſolemꝗ
uniuerſis producis: neꝗ iram quotidie profers, ſed fers illos toleranter, qui iniqua auſi
ſunt. Quocirca cum tantam benignitatem declares, me quoꝗ illa digneris & iuſtificatio
num tuarum cognitionem largire.
58 *Bonitatem feciſti.)* Bonitatis tuæ ſpecimen præbuiſti. Quocirca denuo precor, ut hu
ius eiuſdem particeps fiam, & ex legum tuarum præſcripto uiuam.

Bonita-

Bonitatem & diſciplinam.) Non latebat Prophetã diſciplinæ fructus & utilitas, quo 59
circa ea potiri deſiderat. Bonitatem ſiquidem declarans ſuam Deus diſciplinam adhi-
bet, & hæc ſcientiam operatur. Sic & Hieremias, Caſtiga nos, inquit, Domine, ſed in iu
dicio, non in furore, ne nos imminuas. Hinc undenã diſplinæ utilitatẽ didicerit monet.

Priuſquam humiliarer.) Ego ipſe inquit, hanc mihi comparaui diſciplinam. Senten 60
tia ſupplicij ab iniuſticia eſt libera. Peccatum ſubſequuta eſt diſciplina, per diſciplinam
legum D. cuſtodia perſtat. Supplicio affectus ſum & reualui.

Bonus es tu Domine.) Omnio bonus es & beneficus. Sumpta itaq; fiducia, ut iuſtifi- 61
cationum tuarum cognitione imbuar, obnixè peto.

Multiplicata eſt.) Qui faſtu & arrogãtia inflati ſunt, omnis generis inſidias mihi ſtru- 62
unt: ego autem ad tuorum præceptorum normam dirigor.

Coagulatum eſt.) Concordat hoc cum dicto illo Prophetæ: Incraſſatum eſt, inquit, 63
cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & obduratum eſt cor eorum. Illi igitur
quidem, inquit, corde rebelli fuerunt, & molliciem eius in duriciem ipſimet commuta-
runt, & inſtar lactis congelarunt ac coagularunt.

Bonum mihi.) Gratiam Propheta petit & ſanitatem, quæ ex auſterioribus eſt medi- 64
ci pharmacis prædicat.

Bona mihi lex oris tui.) Licet per filium ex regno exturbatus ſim, diſciplinę tamẽ tuæ 65
beneficio legem tuam poſſedi, quam omnibus opibus pręfero.

Statio ſecunda.

Manus tuæ.) Creatorem humanæ naturæ erga opus ſuum conſuetæ beneuolentiæ 66
admonet. Quoniam enim omnia per uerbum creauit, humanam ipſe naturam finxiſſe
dicitur. non quidem manuum miniſterio cum corporis expers ſit, ſed quod in hac homi
nis formatione maiorem animi propenſionem adhibuerit. Precatur itaque, ut formator
intellectum ſuæ facturæ ſuggerat.

Qui timent te.) Occaſio, inquit, gaudij futurus ſum pijs, qui in te ſperaui & clemen- 67
tia potitus ſum ſpem meam non fruſtrante.

Cognoui Domine.) Scio, inquit, quod æquam contra me tuleris ſententiam, & non te 68
merè calamitatibus expoſueris.

Fiat obſecro.) Verum conſolationis nunc & beneficentiæ tempus eſt: in uiam enim 69
redeuntibus beneuolentiam tuam pollicitus es. Quod & Eſaiæ ore dixit: Quando con
uerſus ingemueris, tunc ſaluaberis. Conuertimini ad me, & conuertar ad uos.

Veniant mihi.) Mortuum ſe, diuina beneuolentia priuatus putat: quocirca precatur 70
ut diuino fauore denuo potitus uitæ reſtituatur.

Confundantur ſuperbi.) Non diris deuouet hoſtes, ſed pro illis preces fundit. Confu 71
ſio enim ſalutem gignit. Quam itaq; ipſemet medicinam adeptus erat, eiuſdem ut & il-
li conſortes fiant, petit.

Conuertentur ad.) Tanquã procul à cœtu iuſtorũ ob peccatũ reiectus, & ab omnibus 72
perinde atq; à Deo ſeparatus, orat denuo ut ipſis uiuatur, & communionem eorum reci
piat. Clarius enim hoc Symmachus expreſſit, dicens: Conuerſentur mecum timentes te.

Fiat cor meum.) Nam cor à labe omni alienum, confuſionis expers eſt. Quocirca & 73
ſtatim à principio Pſalmi immaculatos felices eſſe aſſeuerauit.

Defecit in ſalutem.) Deficere dicuntur, qui eo, quo nihil habẽt antiquius deſtituun 74
tur. Sic qui ſiti laborant, ſi aqua deſit: ſic qui notum aliquem è peregrinatione reuer-
ſum expectant: ſic qui cum ærumnis decertantes Dei beneuolentiam præſtolantur, ſi il
la differatur, deficiunt.

Defecerunt oculi in eloquium.) Oraculum, promiſſioq; Dei à diuino numine ſug- 75
geſta, Scriptura nominatur. Quapropter non tantum ille deficit, qui Dei promiſſa ex-
pectat, & releuationem ab incumbentibus malis præſtolatur: uerum etiam qui cum in
diuino-

diuinorum oraculorum lectione ac meditatione uerſatur, eorundem ſententiam ad amuſſim intelligere deſiderat, ſicq; hanc conſequatur, conſolationis ac recreationis loco habet.

76 *Quia factus ſum.*) Vter tepefactus laxatur & inflatus tumet, in pruina uerò obduratur & congelat: ſic & corpus à natura affectũ eſt. Voluptatibus quippe laxatur, intumeſcit atque aduerſus ſpiritum inſurgit: religioni uerò deditum afflictione ac caſtigatione humiliatur & reprimitur. Cui rei & D. Apoſtolus teſtimonium perhibet, dicens: Sed caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redigo, ne quo pacto fiat, ut cum alijs prædicarim, ipſe reprobus efficiar. Sed & uates ipſe, cum Saul illum perſequeretur, perturbationes animi omnes uicit: pacem autem adeptus, uoluptatum illecebris eneruatus eſt. Humiliato igitur corpore Dei legum recordatus eſt.

77 *Quot ſunt.*) Breue eſt humanæ uitæ curriculum. Dies enim annorum noſtrorum in ipſis ſunt ſeptuaginta anni. Quando igitur tandem me liberabis, meq; ex hoſtium inſidijs uindicabis?

78 *Narrauerunt mihi.*) Conſilium nonnulli Prophetæ dabant, ut hoſtes ſuos occideret: ipſe uerò Dei legem præ oculis habens, iudicium ipſius quoq; præſtolabatur. Et nobis profectò oraculorum iſtorum doctrina longe fouet fructuoſiſſima. Par enim eſt ut non tantum Græcorum fabulas, ac Iudæorum incredulitatem, ſed & blaſphema hæreticorum dogmata deuitemus.

79 *Omnia mandata.*) Propterea legem mihi tuam elegi.

80 *Paulò minus conſummaſſent.*) Magna, inquit, inimicorũ eſt cum iniquitas, tum poteſtas. Non enim multum abfuit, quin me omnino occidiſſent.

81 *Secundum miſericordiam.*) Modeſtia animi orationem temperauit. Vitam ſiquidem non tanquam iuſticiæ remuneratione, ſed ut donum miſericordiæ teſtimoniorum Dei cuſtodiam pollicitus petijt.

82 *In æternum.*) Mandatum tuum immota cœli conuexa conſeruat. Quod & Pſalmo CXLIIII teſtatur. Statuit ea, inquit, in ſeculum, &c. Innuit autem uerbis his, angelorum choros, qui cœlum ... diuinã cuſtodire legem, & à traditione exemptos eſſe.

83 *In generatione & generatione.*) Nam hanc Iudæorum generatio ei quæ poſt illam futura erat ſartam tectam conſeruauit. Meminit autem gentium, quæ Chriſti ſoſpitatoris interceſsione ſalutem conſequutæ ſunt.

84 *Fundaſti terram.*) Conceſsiſti hoc terræ, ut longiſſima diuturnitate permaneat, & ut mandaſti, ita perdurauit. Diem à nocte diſtinxiſti, quę ex tuæ legis pręſcripto uiciſsitudinem ſuam ſemper ſeruant. Cuncta enim à tuo nutu dependent.

85 *Niſi quod lex.*) Piorum quilibet calamitatibus ingruentibus hæc uerba profert. Dauid autem meritò illa protulit, à Saule in exilium eiectus, & inter Philiſtęos, aliosq; homines impios degere coactus. Illorum enim impietatis factus fuiſſet particeps, niſi legem Domini ſemper in animo uoluiſſet, & eandem ob oculos poſitam habuiſſet.

86 *In æternum non obliuiſcar.*) Reipſa enim expertus iuſtificationibus tuis uitã prolongari, indelebilem illarum recordationem retineo.

87 *Tuus ſum.*) Voce hac non omnes uti poſſimus. Etenim peccator qui eſt, ſeruum ſi ſe Dñi dicat, mendaciũ loquitur. Nam eius ſeruus eſt quilibet, à quo ſuperatus eſt. Quocirca ſi peccatis liberati diuinis legibus operam dederimus, hæc uerba fundere poterimus.

88 *Me ſuſtinuerunt.*) Quod hic eſt ὑπέμειναν, id eſt, Suſtinuerũt: Symmachus & Theodotion προσεδόκησαν, id eſt, Expectauerunt, reddiderunt. Sentẽtia autem eſt. Spem quidem illi fouerunt fore, ut me interimerent: at ego teſtimonijs tuis animo affixus, uitam meam ab illis ſaluam & incolumem conſeruaui.

89 *Omnis conſummationis.*) Aliter Symmachus: Omnis conatus uidi finem. Latè admodum mandatum patet. Cuncta humana, inquit, finem habent, & illum quidem uelociſſimum. Tuum autem mandatum longiſsime, latiſsimeq; ſe extendens, deleri nequit, & ſeruanti

ſeruantibus ſe uitam ſine carentem & bona mutationi nulli obnoxia confert.

Quomodo dilexi.) Non omnes Dei legi ſatisfacientes, amoris inſtinctu id faciunt: ue 90
rùm alij metu ſupplicij, alij uerò popularem auram ſectantes, alij ſinceri uirtutis ſtudioſi,
& ad bona propendentes Domini præceptis reſpondere cupiunt.

Super inimicos.) Diuina præcepta ardenter amare uates confeſſus, totum hoc gratiæ 91
Domini acceptum fert. Poſtquã enim, inquit, tu & ſapientia & ſcientia me ornaſti, legẽ
tuam ſeruaui. Multo enim plus ſapiẽtiæ mihi, quàm meis hoſtibus largitus es. Quocirca
uitæ illi meæ inſidias ſtruunt, ego autem quod ultionẽ de illis ſumpturus ſim in animum
nunquam induxi. Sempiternum quippe uirtutis fructum ob oculos habeo.

Super omnes.) Docere regibus conuenit, ſubditis doceri. Rex Saul erat, & ætate præi 92
bat: at neq; regia illum authoritas atq; maieſtas, neq; etiam ætas, ſapientem reddiderant,
cùm & illos, qui de ipſo præclarè erant meriti internecioni dare conaretur. Magnus au-
tem rex & Propheta Dauid, cum inter ipſius ſubditos adhuc numeraretur, atque annis
inferior haberetur, ad ſapientiam animum adpulit, & iniurias ſibi collocantem, neq; ma-
nibus iniuſtis laceſſere, neq; ulciſci uoluit.

Ab omni uia mala.) Neq; enim ut duas quis ſimul uias inſiſtat fieri poteſt, prӕſertim 93
ſi una iuſta ſit, altera iniuſta: ſed neceſſe eſt ut unam teneat, alterã relinquat. Ita enim fieri
poterit ut legem cœleſtium cuſtodes efficiamur.

A iudicijs tuis.) Etenim cum hæc à te pronunciata eſſe certò ſciam, cum omni animi 94
promptitudine illa amplexus ſum.

Quàm dulcia.) Neque enim tantopere mellis dulcedo labia mea afficit, quantopere 95
tua eloquia animam meam lætificant. Gutturis enim tanquam uocis formandæ inſtru-
menti meminit. At meditatio manifeſta eſt. Quibus uſus animus, emolumentum, quod
inde exiſtit refert.

A mandatis tuis.) Poſtquã enim animaduertiſſem quibúſnam oblectarere, omnia 96
maliciæ genera deteſtatus ſum.

Lucerna pedibus.) Lege ẽm tua tanquã lucerna quadã colluſtratus, in tenebris haud 97
ambulo. Obſeruandũ aũt lucernæ appellatione ipſam Dei legẽ uenire, propterea quòd
uix unã tantũ gentẽ colluſtrauit. Soſpitator aũt noſter iuſticiæ Sol nominatus eſt, ut qui
ſuis radijs uniuerſum terrarum orbem illuminarit. Sic & Chriſtus Iohannem lucernam
uocauit. At quoniam illa uera lux omnẽ hominem in hunc mundum uenientẽ illuſtrans,
orta iam erat: Apoſtolos quoq; lucis encomio ornauit: eo quòd lucis huius facti conſor-
tes, uniuerſum genus hominum illuminaturi eſſent.

Iuraui & ſtatui.) Immotum animi ſui iudicium, iuramentum appellauit, propterea 98
quòd maior pars humanorum contractuum iureiurando rata, firmaq; reddantur.

Humiliatus ſum.) Humiliatum ſe eſſe dicit non quidem utcunq;, ſed uehemẽter: idq; 99
cum & regia & prophetica dignitate cõſpicuus eſſet, uirtute item & diuitijs, ac hoſtium
uictoria inſignis: at horum nullo unquam fretus, Dei tamen munera eſſe agnouit. Vitam
uerò non ſimpliciter petit: ſed quæ ſecundum uerbum Dei & legitima ſit.

Voluntaria oris mei.) Rectè uirtutis facta maiore ex parte leges ipſæ mandãt, quædã 100
uerò pius animus adijcit: ſic & ſacrificia partim in lege præcepta, quædam ultrò ac ſpon-
te ſuſcepta erant. Nam quæ pro peccatis erant, lege offerri præcipiebantur, illaq; Domi
nus inſtar cuiuſdam debiti, recipiebat: at quæ ultrò offerebantur, dona ac munera nomi
nabantur. Sic & hoc tempore reſipiſcentiam & iuſticiam quidem Euangelica Euange-
lij doctrina præcepit: uirginitas autem & continentia poſt nuptias, & paupertas, & uita
ſolitaria, uoluntatis ſunt opera, ultra leges progredientia. Hæc igitur Dauid uoluntaria
nominauit. Nam quæ à legibus non exiguntur, uerùm animi diuini numinis dilectione
exornati fructus ſunt, commodè uoluntaria uocantur.

Anima mea.) Prouidentia enim tua conſeruatus, leges tuas nulla obliuione deleri 101
in animo meo patiar.

102 *Poſuerunt peccatores.*) Inſidias mihi plurimas, cum cacodæmones, tum impij homines collocant, ego autem nihilominus uiam tuam in nullum labyrinthum inducentē tenendam mihi duxi.

103 *Hæreditate acquiſiui.*) Teſtimonia tua cum æternam eſſe hæreditatem ducerem, ea profeſſus in exilio oberro.

104 *Inclinaui cor meum.*) Conſilium animi bilancis inſtar habet. Cōtinet autem lancem mens imperio potita. In pijs cogitationibus neceſsitas accedit, ut lances ad honeſtiora propendeant. Hoc ſe feciſſe Propheta ait: Inclinaui, inquit, cor meum. Expenſa enim quæ inde prouenit utilitate, cupidē illorum gratia certamina obiui. Vtq; quo pacto diuina elegerit oſtendat, ſubiungit:

105 *Iniquos odio.*) Reiectis enim à me iniquis, legem tuam mihi delegi.

106 *Declinate à me.*) At ſine tuo auxilio haud præſtiti, uerùm opis tuę cōſors factus, inq; te ſpe collocata, enutritus. Hæc abſurdis cogitationibus & illis qui mala conſulebant dixi, ne huiuſmodi conſilium mihi ſuggererent. Vitæ enim genus illud mihi delegi, quòd ad legum tuarum amuſsim conformatum eſt, atq; has ipſas tanta diligentia ſcrutabor, ut nulla illarum me lateat.

107 *Adiuua me.*) Cum itaq; hic mihi ſcopus ſit propoſitus, ne me quæſo tua prouidentia dedignare, ne ſpe mea deiectus rubore ſuffundar.

108 *Adiuua me.*) Salutem enim adeptus iuſtificationes tuas non parui faciam, ſed ſemper in animo uoluam. Meditationis autem meminit, cum eius quæ in uerbis, tum & eius, quæ in operibus eſt.

109 *Spreuiſti omnes.*) Ita erga legem tuam propendeo, cum mihi cōſtet eius transgreſſores reprehenſionem & ignominiam non effugiſſe.

110 *Præuaricantes reputaui.*) Pro, Præuaricantes, Theodotion, Pro nihilo: Symmachus uerò, Scoriam dixit. Propheta autem ſe non ſecus ac Deum præuaricatores aſpernari dixit. Omnem animi propenſionem ad explenda Dei oracula attulit, utpote qui ſciret, quid detrimenti illorum uiolatio adferat.

111 *Confige timore tuo.*) Animus meus tuæ legi affixus eſt, uerùm quoniam corpus aduerſus hunc inſurgit, precor ut eius membra timore tuo configantur, quo peccato emortua animo dicto ſint audientia. Conuenit hæc particula illis Apoſtoli uerbis: Mortificate, inquit, membra ueſtra quę ſunt ſuper terram, ſcortationē, immundiciem, affectionē, &c. Et iterum, Crucifixus ſum cum Chriſto: uiuo autem iam non ego, uiuit in me Chriſtus.

112 *Feci iudicium.*) Quoniam ex legum tuarum dictamine uiuere uolo, quæſo ne hoſtibus me obijci contingat. Quis autem hodie tanta animi puritate exornatus eſt, ut confidenter uerbis his uti poſsit? Gloriatio enim noſtra hæc eſt, teſtimoniū conſciētię noſtræ.

113 *Suſcipe ſeruum tuum.*) Aquila & Theodotion uerterunt, Fideiube, id eſt, uera dicēs non mentior, fidem habeas promittēti ſeruo tuo, ipſeq; promiſsionis meæ fideiuſſor ſis, quoniam legibus tuis reſpondere mihi cordi eſt.

114 *Ne calumnientur me.*) Calumnia res poſtquam grauis ac moleſta eſt, licet magnum afferat præmiū, Ioſephus tamen alijq; inſignes uiri plurimi eam haud defugerunt. Cohortatur, autem Dominus ut ne in tentationē inducamur indeſinenter oremus. Nihil igitur abſurdi ne Propheta quidem hoc petens commiſit.

115 *Oculi mei defecerunt.*) Denuo eloquium promiſsionē nominauit. Sine intermiſsione, inquit, ſalutem à te præſtolor, & promiſsionis à te factæ exitum expecto. Defecerunt autem, inquit, ut uehemens deſiderium innuat.

116 *Fac cum.*) Cum uirtutis tantus operator eſſet, miſericordiam implorauit, & ut ſalutis compos fierit, illam petijt: neq; præmium exegit, ſed pro ſola benignitate orauit.

117 *Seruus tuus.*) Homines omnes, naturam ſi reſpicias, Dei ſerui ſunt, at adoptione illi tantùm, qui Dei dominium cupidē amplexi ſunt. Quorum ex numero cùm & ille eſſet, ſeruum

ſeruum ſe Dei nominauit, & ut intelligentiam ad Dei teſtimoniorum cognitionē acquireret orauit.

Tempus faciendi.) Deus cuncta in ſtatera quaſi moderatur. Fert quidem aliquandiu 118
hominum peccata: at poſtquam patiētiæ ſuæ intuitu accreſcere iniquitatem cernit, tum pœnas repetit. hoc igitur hic etiam innuit. Tempus hoc requirit, ô Domine, ut ad ferendam afflictis opē accingaris. Hoſtes enim legem tuam tantū non pedibus conculcarunt.

Ideo dilexi.) Leges tuas illi quidem contempſerūt, at ego eas auro, præcioſiſq; gem 119
mis præſtantiores duco. Topaſij enim lapidis nomine, reliquas omnes gemmas intelligit. Eſtq; credibile hunc illis temporibus reliquis fuiſſe antepoſitum.

Propterea ad omnia.) Nam animi deſiderium propenſionem gignit: quæ animi pro- 120
penſio in cauſa eſt, ut uia Dei ad finem perducatur, uiaq; iniuſticiæ exoſa ſit.

Mirabilia teſtimonia.) Indicat his uerbis teſtimonia diuina ſe non ſine cauſa dilexiſ- 121
ſe. Sunt enim, inquit, maximè expetenda, & quæ conſiderare ipſa ualentes ad amorē excitare queant. Et unde uirtutem illorum cognouiſti?

Declaratio ſermonum.) Colluſtratus, inquit, tuo lumine, ſcientiam hanc conſequu- 122
tus ſum. Eosq; omnes, qui in ignorantia conſtituti ſunt, infantibusq; haud abſimiles, lex tua replet. Et alibi: Cuſtodiens paruulos Dominus.

Os meum aperui.) Oris nomine propenſum animum innuit, qui ſpiritus ſacri gra- 123
tiam allicit. Alibi ſiquidem inquit: Dilata os tuum, & implebo illud: Et Apoſtolus in apertione oris ſermonem ſibi dari petijt. Quòd & Propheta ait: Os meum hic aperui. Nam cum me tuorum mandatorum deſiderio deflagrare animaduerteres, gratia tua dignatus es.

Statio tertia.

Aſpice ad.) Precatur ut diuinam beneuolentiam conſequatur, non quidem ſimpli- 124
citer, ſed ut conſueuiſti, inquit, miſericordiam illis impartiri, qui te amant. quòd enim dixit, Secundum iudicium, perinde eſt, ac ſi dixiſſet, Oro ut æquali cum illis ſententia potiar.

Greſſus meos.) Animum propēſum ſi nos primò attulerimus, & Dominus auxilium 125
ſuum ſubminiſtrauerit, uiam'que direxerit, peccati imperium apud nos locum non inueniet.

Redime me.) Probris qui impetuntur Chriſtus ipſe beatos pronunciauit: præcepit ta 126
men etiam, ut ne in tentationem inducamur perpetuò precemur. Quapropter propheticus hic ſermo cum præceptis euangelicis bellè concordat.

Faciem tuam illumina.) Scriptura ſancta paulò pinguiore Minerua de Deo loqui- 127
tur, uerba ſua ad humanum captum accommodans. Faciei itaq; Dei colluſtratio intelligenda eſt, triſtium ſolutio & lætorum ſuggeſtio.

Exitus aquarum.) Eſt & hæc lex Apoſtolica: Si enim, inquit, patitur membrum u- 128
num, compatiuntur illi membra omnia. Vates itaque Dauid Euangelio conſonam perfectionem exercet, dum aliorum tranſgreſſiones deplorat. per aquarū ſiquidem exitum magnam lachrymarum uim intelligit. Torrentis inſtar, inquit, lachrymas profudi, cum hominum tranſgreſsiones cernerem.

Iuſtus es Domine.) Cuncta Domine iuſtè diſpenſas, & cum mortalium curam gerēs, 129
tum operatores eos iuſticiæ reddere uolens, legē ſanxiſti, eiusq; uiolatores cōteſtatus es quas pœnas exoluturi ſint, promiſsionesq; tuas reipſa ratas & firmas efficis. Hoc enim Propheta innuit dicens: Et ueritatem ualde.

Tabefecit me.) Proſequitur & illos lachrymis Propheta, qui iniuſtè uiuunt, legemq; 130
contemptui habitam animaduertēs, meritò ſtomachatur. Hic animi feruor ipſum etiam Phinees inſignem reddidit, magnumq; itidem uatem illum Eliam. Quem & Paulus circumferens clamabat, Quis infirmatur, & ego non infirmor? &c.

131 *Ignitum eloquium tuum.*) Verbum tuum,inquit,probatum & ab omni macula alienum eſt,unde fit ut ardentiſsimo erga illud amore affectus ſim.

132 *Iunior ſum.*) Quando Samueli Deus mandauit,ut Ieſſe filium in regem inauguraret,cæteris filijs omnibus repudiatis,patrem interrogauit, omnes ne iam filios in conſpectum adduxiſſet:qui cum reſponderet, reſtare adhuc paruum puerum, tanquam ad regni gubernacula minus idoneum:præcepit Samuel ut & hic ſibi ſiſteretur, adductumq́ꝫ extemplò inunxit. Cuius quidē honoris recordatus Dauid ait: Cum iunior,& ipſis etiā parentibus parui momēti æſtimatus eſſem,tu tanta me gratia dignatus es. Quocirca expeditiſsimo animo iuſtificationes tuas cuſtodire cupio.

133 *Iuſticia tua.*) Legibus humanis obtemperans, ne in hac quidem uita ab ipſis legum conditoribus honorem conſequitur: at qui ipſius Dei mandatis paret,laborum ſuorum præmium,uitam nimirum ſempiternam adipiſcitur. Et homines quidem non in uniuerſum quod iuſtum eſt edicunt, leges autem Domini ut ueritatis fulgor reſplendeſcunt. Quapropter rectè dixit,Et lex tua ueritas.

134 *Tribulationes & anguſtiæ.*) Hæc enim operatores uirtutis comitantur. Ex horum quippe doctrina animi fortitudinem addiſco,& triſtia æquo animo fero.

135 *Iuſticia teſtimonia tua.*) Id eſt,ſempiterna bona cōciliant. Abs te namq́ꝫ colluſtratus, ueram uitam conſequar.

136 *Clamaui in toto.*) Clamoris nomine uotum animiq́ꝫ promptitudinē intelligit. Quocirca etiam ſubiungit, In toto corde meo. Sic etiam Moyſes quamuis ſilens clamauit: ac Deus,Quid,inquit,clamas ad me?

137 *Clamaui ad te.*) Salutis enim tua beneficentia particeps factus,leges tuas cuſtodiam, licet & rex ſim,& infinitis negocijs adobrutus. At non tantum interdiu ſed & noctu preces ſuas ad Dominum profudit,ut qui maximo erga conditorem ſuum deſiderio accenſus eſſet. Neque uerò intempeſta ſolum nocte, qua gratiſsima ſolet eſſe miſeris mortalibus dono Dei conceſſa quies,uerumetiam inalbeſcente iam cœlo diuinis legibus inuigilabat.

138 *Vocem meam.*) Tantis exornatus muneribus,ut miſericordia potiretur precatus eſt: nec ſimpliciter miſericordiam petijt,ſed ſecundum D.iudicij commoditatem.

139 *Appropinquauerunt.*) Qui enim iuſto bellum facere conātur, longius quàm cœlū à terra, à Dei legibus remoti ſunt.Qui enim,inquit,uos reijcit,me reijcit.Et:Inimicus ero inimicis tuis,& aduerſarius aduerſarijs tuis.

140 *Prope es.*) Neq́ꝫ enim abes Domine,uerùm orbē uniuerſum imples,& ueritate uſus res à te conditas regis.Sic per os Prophetæ alibi dixit Dominus: Deus appropinquans ego ſum,& non Deus procul conſtitutus.In eandem quoq́ꝫ ſententiam Apoſtolus:In illo enim uiuimus(inquit)& mouemur & ſumus.

141 *Initio cognoui.*) Teſtimonia cœlum & terram nominat: Deſcendens enim, inquit, conteſtare cœlum & terram.Quocirca Moſes etiam dixit: Attende cœlum,&c. In his autem diuina prouidentia omni tempore ſpectandam ſeſe exhibet. In concinno enim ordine cuncta ſuum curſum peragunt. Hinc, inquit, exactè cognoui, quòd propè ſis, coramq́ꝫ illis quæ fiunt,nec te quicquam fugiat.

142 *Vide humilitatem meam.*) Humilians ſeipſum, atteſtante idipſo Domino exaltabitur.Et beati ſunt pauperes ſpiritu.Hac itaq́ꝫ uirtute Propheta reliquas exornauit, & hāc pollicitus diuinam opem implorauit.

143 *Iudica iudicium.*) Reuocat Domino promiſsiones in memoriam, ſalutemq́ꝫ ab illo petit & ut inter ſe ac hoſtes decidat litem,orat.

144 *Longè à peccatoribus.*) Qui iniquè agunt ſibijpſis cur ſalute priuentur in cauſa ſunt, utpote qui noluit ea quæ præcepiſti diſcere.

145 *Miſericordiæ tuæ.*) Copioſa eſt, inquit, clementiæ tuæ opulentia, iudiciumq́ꝫ tuum iuſtum,ex quibus ſalutem ego peto.

Mult

Multi ſunt.) Licet plurimis circumuallatus quaſi ſim calamitatibus, nullum tamen mandatorum tuorum tranſgredi ſuſtinui. In Pſalmi argumento à nobis dictum eſt, Dauidem hic omnia congeſsiſſe, quæ ſibi euenerant, & alia illis competere, quæ à Saule iam triſtia perpeſſus fuerat: alia uerò ab ijs, quæ Abſolon intulerat. 146

Vidi inſipientes.) Clarum eſt quòd à Saule eiectus precando hæc dixerit: neque enim iamdudum peccatum illud expertus fuerat. 147

Vide quòd mandata.) Quo deſiderium ſuum erga mādata, leges, iuſtificationes & teſtimonia Dei oſtendat, frequentem eorum mentionem facit. 148

Principium uerborum.) Promiſſiones Abrahæ factas intelligit. Ab hoc enim Iudæi oriundi ſunt. At quod fuerat pollicitus id præſtitit. Populumque hunc auxit, inque eius ſemine, ſicut promiſerat, omnibus gentibus benedixit: Dauid enim prophetico ornatus ſpiritu Chriſti uidit potentiam. 149

Principes proſequuti.) Non metui, inquit, inimicos, ſed leges tuas: quocirca & capitalem meum hoſtem, licet in eum ſomno ſopitum incidiſſem, interimere tamen non ſuſtinui: quin & filij mei Abſolonis, quamuis nefandi parricidæ, miſertus dicebā, Parce meo puero, &c. O animum generoſum, & incredibilem patientiam. 150

Exultabo ego.) Hoſtium mentione facta, ſpoliorum etiam meminit. Dicit autem: Licet hoſtes interemiſſem uniuerſos, omniaque illis detraxiſſem ſpolia: nequaquam tamen tantam animo uoluptatem atque ex tuis legibus accepiſſem. 151

Iniuſticiam odio.) Eſt & hic ſermo ueritas. Amore enim diuinorū inflammatus, quæ his ſunt contraria cane peius & angue odit. 152

Septies in die.) Septies, nonnulli, Sæpenumero uerterūt. Sed & hoc feruentem Dauidis amorem indicat. Laudando ſiquidem Dominum ſaturari nequiuit. 153

Pax multa.) Qui amore Dei ignis cuiuſdam inſtar incenſus & pacem erga Deum, legū eius cuſtodiæ beneficio conſequutus eſt: is licet ab omnibus infeſtetur hominibus ſuauiter tamen uiuit. Cuius rei & Apoſtolus teſtis eſt, inquiens: In omnibus tribulatus attamen non anguſtiatus. Huc & Dominus reſpexit, cum Apoſtolos in uniuerſum mundum tanquam inter lupos ablegaturus, dixit: Pacem meam do uobis. 154

Expectaui ſalutem.) Licet ærumnis oppreſſus, meliorū tamen rerum ſpem non proieci, ſalutemque à te expectans, perduraui, præceptisque tuis acquieui. 155

Cuſtodiuit anima mea.) Cum enim mihi conſtaret te omnium inſpectorem eſſe, non tantum legem tuam ſeruaui, uerum etiam ardenti id ſtudio feci. 156

Appropinquet deprecatio.) Tota oratione Deo oblata, precatur ut orationi acquieſcat, rogatque ut intellectu potiatur, nō quidem humano, uerùm diuinorum oraculorum cognitione inſtructo. 157

Intret poſtulatio mea.) Ἀξίωμα orationē uocat. Quòd & apud interpretes alios reperi. Verbis enim uarijs Dominum placare ſtudet. 158

Eructabunt labia mea.) Eructationis uocula in Scriptura frequens occurrit. Iuſtificationes enim, inquit, tuas edoctus, tibi à quo eas didici, laudem offeram. 159

Pronunciabit lingua.) Conſiderationi tuorum oraculorum linguā meam totam addicam, utpote qui mandata tua iuſtiſsima eſſe ſciam. 160

Fiat manus.) Illud, Quia mandata tua dilexi, ita Symmachus, Complexus ſum: Aquila & Theodotion, Elegi, dixerūt. Manus autem nomine Dei operationem intelligit, per quam ſalute potiri orat. 161

Concupiui ſalutem.) Salutis, inquit, tuo beneficio, conſors fieri exopto. 162

Viuet anima.) Conſtat mihi, inquit, me hac ſpe non defraudatum iri: uerùm uita me tuo beneficio uera potiturum, teque largitorem bonorum laudaturum. 163

Erraui ſicut ouis quæ perijt.) Hoc & Prophetæ poſt peccatum, & omni homini meritò dicendum eſt. 164

165 *Quære ſeruũ.*) Quamuis enim nonnulla Domini præcepta uiolauerit, omnimodam tamen illorum obliuionem non admiſit: uerùm hanc quidem orationẽ Propheta obtulit, ſalutem autem uniuerſa mortalium natura adepta eſt. Bonus ſiquidem paſtor ad ouiculam accurrit errantem, & in montibus oberrantem inuenit (nam in illis cultum dæmonibus exhibẽs errauit) & ad paſcua reduxit, maioreq́ꝫ exinde lætitia, quàm ex alijs quinquagintanouem, quæ non errauerant, perfuſus fuit.

PSALMVS CXIX.

Argumentum.

Pſalmo cuilibet ſua eſt præfixa inſcriptio, hic autem plures coniuncti, appellationem unam ſortiti ſunt, & graduum Cantica dicti. Quocirca ſi hiſtoriam reſpicias, de aſcenſu è Babylone: at ſi ſenſum anagogicum, de aſcenſu ad uirtutem loquuntur. Via enim ad uirtutem deducens, ſenſumq́; ſapientiæ ſtudioſum ad cœlos ſubuehens, gradibus quaſi quibuſdam eſt ſimilis.

1 AD *Dominum.*) Animaduertis'ne quàm ſit prompta Dei beneficentia, utque ſuam opem implorantibus illicò præſtò ſit, ſicut & in Aegypto fecit? Aliter autem ſi ad cœleſtem conuerſationẽ occurrere uoles, fuge uitæ huius illecebras & omnino precibus tuis acquieſcet. Gradus igitur illos cõſcendere uolens, laborioſæ conuerſationi te addicito, & à terrenis negocijs abſtineto, hic eñ primus quaſi ſcāſionis huius gradus eſt.

2 *Domine libera.*) Obſerua hoc loco Apoſtolicum illud inſigne præceptũ. Neq́ꝫ enim maius malum cuiq́ꝫ obuenire poteſt, quàm ſi in fraudulẽtum hominem incidat. Quocirca hoc Dominum aſsiduè ſurſum ac deorſum uerſans orat. Quòd ſi autẽ dolis ac inſidijs pleni fugiendi ſunt, quanto magis ſeductores, impia dogmata, uirtuti inimica ſpargentes. Hoc enim ſibi uult Paulus apoſtolus cum ait: Colloquia praua corrumpunt bonos mores. Cum ijs itaq́ꝫ commercium eſt habendum, qui uirtutis ſtudioſi ſunt.

3 *Quid detur tibi.*) Senſus eſt: Quódnam ſupplicij genus excogitabitur, quod hac malicia dignum ſit? Id quod & Eſaias in Iudæos dixit, Qua in re adhuc percutiemini? Aliter uerò: Quænam fuerit iuſta pœna, inquit? Hic quidem nulla coram Deo uero plaga erit. Nullus quidem homo te pro merito punierit, Deus autem plagam inferet.

4 *Sagittæ potentis.*) Supplicij multitudinem antea, iam uerò eiuſdem uehementiam exprimit. Deſolatorijs, inquit: hoc eſt, quæ deſolationem pariant & conſumant. Eſt enim hic Scripturę mos, ut ab ijs quę nos terrent ſuppliciũ figuretur, unde ſagittarum & ignis nomine id ſæpè uenit.

5 *Heu mihi.*) Lachrymis hæc Iudæi proſequebantur ab captiuitatem Babylonicam. Apoſtolus uerò de tota hac præſenti uita eadem extulit. Etenim in hoc exiſtentes tabernaculo ingemiſcimus, inquit, grauati. Vita enim hæc fluxa ac temporanea incolatus nomine inſignitur. Quocirca ſaluberrima doctrina eſt, ut ſciamus nos non niſi hoſpites in hac uita eſſe.

6 *Tabernaculum fixi.*) Non lugent hoc tantum, quod inter alienos: uerumetiam quòd inter tam immanes & feroces degunt. Nomen autem barbarorum Cedar eſt, qui beſtijs ſimiles tugurijs & tabernaculis ſeſe tegunt.

7 *Multum incola.*) Attendis'ne ut moleſtam barbarorum cohabitationem exprimat? Neq́ꝫ enim dixit, Cum his qui pacem non habebãt: ſed, Cum ijs, qui pacem oderãt. Obſerua autem afflictionis fructum, captiuitatisq́ꝫ emolumentum. Odio contrariorum ſiquidem uirtutem ſuam luculentius declarauit.

8 *Cum loquebar.*) In ipſo, inquit, colloquij momento, cùm pręcipuè amoris ſpeciem exhibebam, furore percellebantur & fraudes aduerſum me machinabantur: at ego uirtutem meam declarabam.

PSALMVS CXX.

Argumentum.

Conſolatorius Pſalmus eſt, quo Eccleſiam ſuo hortatur exemplo, ut conſtanter auxilium à Deo expectet. In fine adijcitur pia precatiuncula.

L*Euaui.*) Obſerua animum intricatum, & conſilio deſtitutum, atq; multis aduerſi- 1
tatibus adobrutum. Quoniam enim in medio hoſtium derelicti erant, nec ciuitas
illis erat, nec turris, nec murus, nec quicq; generis eiuſdem aliud: ſed captiui, ac ſerui
inter dominos & hoſtes detinebantur. Ex cuius deſolationis occaſione philoſophari
cœperunt dicentes:

Auxilium meum.) Non adiecit ſimpliciter, Qui ſicut cœlum & terram. Quòd ſi 2
enim cùm cœlum tum terram ipſe creauit, ubiq; gentium & inter alienos ac barbaros
opitulari poteſt, manumq; porrigere. Quod ſi namq; uel per ſolum uerbum omnia
elementa produxit, multò facilius ex barbarorum manibus eruere nos poteſt.

Non det in commotionem.) Ne pudore ſuffundaris, inquit, neq; offendaris atq; ſic 3
Deum auxilium ſubminiſtrantem habebis. Principia itaq; ut à nobis proficiſcantur, ne-
ceſſe eſt. Deus namq; non ocioſos, ſed induſtrios ſalute ornat.

Ecce non.) Animo, inquit, ſi ita comparatus ſit, non dormitabit: id eſt, non derelin- 4
quet, non deſtituet. Si enim hoc perpetuum illius opus eſt, quo iam olim & à maiori-
bus tuis tutum te reddat, non derelinquet opus ſuum, niſi tu ipſe pedem tuum com-
motioni dederis.

Dominus cuſtodiet te.) Attende quo pacto ſtrenuam operam & hic requirat, trans- 5
latione ab illis petita, qui in acie conſtituti ſunt. Manui tuæ, inquit, dextera aſsiſtet, ut
inuictus ſis ac ſtrenuus. Manu enim dextera precipua noſtra opera expedimus. At
non tantum aſsiſtet, uerùm etiam proteget atq; defendet: uniuerſam Dei cuſtodiam,
certiſsimumq; auxilium dexteræ ac protectionis appellationem innuere uolens.

Per diem ſol.) Quod illo etiam tempore contigit, cum poſt deſcenſum ex Aegypto 6
in deſerto uerſarentur. Magnæ autem ſecuritatis hic meminit. Eſt autem ueritati con-
ſentaneum, eos cum è Babylone reuerterentur quoq;, tam admirando uſos fuiſſe bene-
ficio, idq; alia quàm illic ratione. Ex abundanti igitur prouidētiam ſuam oſtendere uo-
luit, quòd non tantum à grauioribus ærumnis liberat, ſed ne humanas quidem perpeti
concedit.

Dominus cuſtodiet.) Nam qui non permiſit ut leuioribus iſtis grauaminibus contri- 7
staremur, uerùm ſuam prouidentiam tam longè extendit, multò magis & in cæteris in-
uictos nos reddet.

Dominus cuſtodiet.) Amori huic quid'nam comparari poterit? Introitus autem & 8
exitus appellationibus totum uitæ curſum accipit, cum is in hiſce cernat. Quo autem
hoc dilucidius explicet, ſubijcit: A modò & uſq; in ſeculum. Non ſolum certos aliquot
dies, ſed in ſempiternum: quod inter hominem fieri nequit.

PSALMVS CXXI.

Argumentum.

Eſt Pſalmus hic gratiarum actio, pro eximio Dei beneficio, diuini nimirum uerbi miniſterio: quodq; Deus in illo populo conſtituiſſet certum locum, Hieroſolymā nimirum, in quo nomen & uerbū Domini certò habitaret ac inueniretur: perq; certas & ad id deſtinatas perſonas, ſcilicet Leuitas & Sacerdotes traderetur certis diſcipulis, tribubus uidelicet Iſraelis. Ac ſanè hoc beneficium, ſicut meretur, magnificè Propheta commendat. Deinde precatur ut hoc beneficium Deus Eccleſiæ ſuæ perpetuò ſeruet.

L*Aetatus ſum.*) Quánam ratione qui iam antea relicto Dei templo, in montes & 1
nemoroſa loca ſeſe abdiderant, in uiam redierunt? Captiuitate & uarijs in ea cala-
mitatibus emendati. Fame enim auditus uerbi diuini inter illos oborta, maiore iam ſtu-
dio & feruore ea expetunt, quibus antea deſtituti fuerant.

Stantes errant.) Nam cū per id temporis urbs prorſus deſolata eſſet, turrib. demolitis, 2

mœnibuſq́; ſolo adæquatis: ubi rediſſent, eáq; uaſtationē uidiſſent, priſtinū eius ornatū in memoriā reuocātes, illius elogia proſequebātur in hæc uerba: Quę quondā cōſpicua erat & inſignis, conuentusq́; populoſiſsimos habebat, deformi iam induta eſt habitu.

3 *Hieruſalē.*) Bene coędificatā urbē innuit, in qua nulla deſolatio, ſed ſumma perfectio.

4 *Cuius participatio.*) Hic præcipuus urbis illius ornatus erat. Neq; enim tantum ei uel amplitudo uel monumenta tantum decoris conciliabant, quàm quòd in ea frequentes totius populi cōuentus cogebantur. Neq; enim alibi quā illic panegyres celebrare integrum erat. Quod ob conſeruationem cognitionis Dei fiebat, ne ubilibet oberrando ad ſimulachrorum cultum ac ſuperſtitionem deflecterent.

5 *Tribus Domini.*) Id eſt: Maximum eſt prouidentiæ Dei teſtimonium, argumentum & demōſtratio, ita ut reſilientibus nulla omnino excuſatio relinquatur. Illic enim & lex legebatur, & innumera illis bona illinc ex eo parabantur, quod in templo cōueniebant.

6 *Ad confitendum.*) Hoc eſt ad gratiarum actionem, ad colendum, item & ad offerendum hoſtias, quæ illos ad religionem inducebant.

7 *Quia illic ſederunt.*) Quia illic regia ſedes erat. Hoc eſt quod dicit: Illic ſederunt ſedes in iudicio, ſedes in domo Dauidis. Geminus enim principatus ille, ſacerdotum uidelicet ac regum, illic coniunctus erat: illic erant & iudices, ad quos quæ multitudinis captum excedebant, deferebantur.

8 *Rogate quæ ad pacem.*) Precamini & orate ut multitudine hoſtium liberemur, & ad priſtinam felicitatem reuertamur. Aut hoc dicit: Pax eos aprehendet.

9 *Et abundantia.*) Multa eſt felicitatis abūdantia, bonis in illis non conſiſtentibus: uerùm & his etiam ij potiuntur, qui eam diligunt. Qui ſunt autem illi? aut eos, qui cum illis erant habituri commercium, uel ipſos ciuitatis huius ciues dicit.

10 *Fiat pax in uirtute tua.*) Quid eſt quod dicit, In uirtute tua? In ſubſiſtentia tua, in illis qui te inhabitant. Quoniam infructuoſa res eſt bellum, illudq́; hanc ciuitatem perdiderat, optat ut pax illi contingat.

11 *Et abundantia tua.*) Alius dicit, In aulis ac regijs tuis. Abundātia felicitas eſt, & tranquillitas. Nō eñ liberationē tantū à malis, ſed & innūerorū bonorū adiectionē prędicit.

12 *Propter fratres meos.*) Proximos eos dicit, qui propter ipſorum captiuitatē lætabantur. Pax, inquit fiat, ut ciues tui ab ærumnis recreentur.

13 *Propter domum Domini.*) Propter gloriam Domini, ut cultus eius denuo reuocaretur, & plus eſſet doctrinæ. Ne putarēt ob eam cauſam ſe bona quæ erant recepiſſe, quòd dignas pœnas dediſſent: ſed propter gloriā Dei ad patriam ſe reductos eſſe ſcirent, ſubiunxit: Propter domum Domini Dei noſtri, &c.

PSALMVS CXXII.

Argumentum.

Ardens precatio Eccleſiæ in mundo ſpretæ, contra falſos fratres, uerbiq́; hoſtes, contra hypocritas, Epicureos, potentes & cōtemptores miniſterij ſacroſancti, ſecuros & arrogantes.

1 AD te leuaui.) Attēde captiuitatis utilitatē ubiq; relucentē. Qui nāq; murorū munitione, & pecuniarum copia confidentes erant, ab omnibus illis auulſi ad Deū confugiunt. Et quoniam templum ipſorum hoſtes ſubuerterant, è cœlo iam Deū aduocant. Dicitur autem in cœlo inhabitare nō quòd illo ſit incluſus, abſit (ipſe enim omnia adimplet) ſed quod in cœleſtibus uirtutibus potius inquieſcit. Alioqui & in hominibus habitare dicitur, ſecundum illud: Habitabo in illis, & inambulabo.

2 *Ecce ſunt oculi ſeruorum.*) His uerbis innuit, quòd haudquaquam aliunde ſpem ſibi adiutorij & auxilij, quàm à Deo conceperint, nec ad alium quenquā reſpexerint. Et ancilla quippe & ſeruus unam hanc occaſionem per alimētum & amictum, ac reliquā conuerſationē habent, ut ad dominos ſuos reſpiciant: nec ceſſent, donec quod petunt accipiunt: & ſi acceperint, gratias agūt: atq; etiāſi nō accipiant, nihilominus perſeuerant. Quapropter non dixit, Donec mercedem reddat: ſed, Donec miſereatur noſtri.

Miſere-

Miſerere noſtri Domine.) Per miſericordiam ſaluari petit: imò non per miſericor- 3
diam tantum, ſed & propterea, quòd multum pœnarum, inquit dedimus, ſicut & Da-
niel dicit, Quoniam imminuti ſumus præ omnibus gentibus. Hoc & iſti dicunt: Extre-
mam calamitatem ſuſtinuimus, quapropter quieſce iam, ac miſerere.

Multum repleta eſt anima noſtra.) Ipſa, inquit, deficit, ac diſſoluitur, fieri poteſt ut 4
multi quæ grauia ſunt patiantur, idq; animo forti: nos uerò etiam hoc perdidimus. De-
fatigamur ac deijcimur. Quoniam enim ſupplicijs non ſunt decenter uſi, per contraria
caſtigauit eos Deus.

Opprobrium abundantibus.) Quoniam iſta in illos transfert, eadē (inquit) illis con- 5
tingant, quæ fecerunt, faſtusq; & timor illorum deprimatur.

PSALMVS CXXIII.

Argumentum.

Suauis conſolatio Eccleſiæ in mundo afflictæ, & gratiarum actio pro fideli defenſione, patrocinio & liberatione, quòd Deus Eccleſiæ præſtat contra furorem & inſidias ſathanæ, contra uim, aſtutias ac furores mundi, hoc eſt regum, principum, populorum atq; hypocritarum, qui Eccleſiam delere conantur. Egregiè autem pingit Propheta furorem illum, ſimilitudine fluminis magna ui graſſantis. Nam ſemper Eccleſia uagatur in mundo inter diabolos & inter impia imperia, ſicuti grex ouium inter multa luporum agmina, nec defenſionem habet certam, niſi Dei filium.

N*Iſi Dominus fuiſſet in nobis, dicat nunc Iſrael.*) Magnus eſt captiuitatis fructus, & q 1
ſufficiat ad philoſophiam. Hi namq; qui ad ſimulachrorum cultum cucurrerant,
audi quid iam dicant, quomodo ſalutem ſuam Deo adſcribant. Propheta uerò ſicut in-
teger thori moderator, eadem cum illis ſine intermiſsione orat. Poſtq; enim ipſe primus
dixit, illis etiam ut dicant præcipit, & quaſi diſcipulis præceptor quid dicant præfatur
dicens: Dicat nunc domus Iſrael, niſi Dominus fuiſſet in nobis, utiq; uiuos deglutiſſent
nos. Erant enim inermes ac nudi, ciuitatemq; muris deſtitutam habebāt, atq; ita omni-
bus uelut obuia quędam præda poſt reditum erant expoſiti: uerùm Deus illis muro-
rum ac turrium loco erat.

Cum exurgerent.) Vides quomodo ferociam eorum à quibus impetebantur, expri- 2
mat? Erant quippe tales homines, ut crudelitatem beſtiarum exprimerent, imò illis e-
tiam crudelius contribulibus ſuis uterentur.

Torrentem pertranſiſſet.) Torrentem hic & aquam indicendam hoſtium iram dicit. 3
Non ante calamitatem modò hic dicit, ſed & tranſitum illius. Itaq; ne deijciamur animo
ſi mala ingruant. Quodcunq; namq; malum dixeris, finem habet. Niſi enim finem ha-
buiſſet, natura ad ferendum non ſuffeciſſet.

Benedictus Dominus.) Animaduerte quęſo, quomodo eos in talibus malis non ſit 4
ſubmergi paſſus. Ob eam enim cauſam mala augeri permiſit, non ut illa nos ſubmerge-
rent, ſed ut nos probatiores redderent, & ampliorem nobis ipſe uirtutis ſuæ demonſtra
tionem exhiberet. Superbos autem hic hoſtes fuiſſe dicit.

Anima noſtra ſicut paſſer.) Exprimit hoc loco & ſuam infirmitatē, & hoſtium poten- 5
tiam. Illi enim in morem beſtiarum & leonum, ut carnem horum uorarent irruerant: iſti
uerò quouis paſſerculo imbecilliores erant. In hoc enim potiſsimum mirabilia Dei de-
clarantur quod imbecilles potentibus pręualent. Cum igitur undiq;, inquit, adflictio-
nibus cincti eſſemus, multa nos cum facultate liberauit.

Laqueus contritus eſt.) Vide & hoc loco defenſionis excellentiam, ipſas etiā inquit, 6
occaſiones inſidiarum ſuſtulit. Poterit quis etiam hunc locum per anagogen de diabo-
lo & humano genere intelligere, quomodo illum cruce ac morte ſua deprędatus ſit, in-
ſidias illius deſtruxerit, & laqueos contriuerit.

Adiutorium noſtrum in nomine Domini.) Ecce qualem ducem & qualē regem ha- 7
beas, nempe uniuerſi huius opificem, qui tot, ac tanta corpora, tantamq; magnitudinē
uerbo ſuo produxit. Perſta igitur fortiter: nihil prohibebit, quo minus ſplendidum tro-
phæum ſtatuas.

PSALMVS CXXIIII.

Argumentum.

Eſt & hic Pſalmus gratiarum actio, continens affectus exercitatæ fidei & gratias agit, quod quamuis Deus aliquandiu patiatur pſeudoprophetas & phanaticos ſpiritus regnare quaſi omnia occupaturos, (idq; nonnunquam ad puniendam ingratitudinem erga uerbum Dei) tamen ad extremum horribili eos ſupplicio euertit, nec patitur eos per omnia uincere contra pios, ne uere pij nimijs afflictionibus & anguſtijs fracti & ipſi de fagitati, à uerbo Dei deficiant ad impietatem. Continet igitur fidei & ſpei ſalubrem doctrinam.

1 QVi confidunt in Domino, ſicut mons Sion.) Quare non ſimpliciter Mons dixit: ſed,
Mons Sion? Vt inſtrueret, ne ſimus animo humili in ærũnis, ſed ut ſpe à Deo pen
deamus. Quoniam & hic mons deſolatus antea, ad priorem felicitatem reuerſus eſt, o-
ſtendit his uerbis, quàm ſit ſpes in Deum immota. Quemadmodum enim, etiamſi quis
innumeras machinas adhibeat, nec concutere tamen, nec conuellere montem hunc po
terit: ita & ſi quiſquã eum impetat, qui ſpem in Deũ collocauit uacuis manib. abſcedet.
2 *Montes in circuitu eius.*) Quid igitur, moti non ſunt tres pueri & Daniel? Patria qui
dem exciderunt, & captiuitatem ſuſtinuerunt, commotionem tamẽ nullam unquã ſunt
perpeſsi: ſed in tanta perturbatione ac tempeſtate, nihil illis accidit acerbi. Non aberra
uerit autem quiſquam, ſi quæ hic dicuntur per anagogen accipiat. Dicit quidem, Quid
urbi iſti fuerit ſubſidij ex ipſius loci ſitu: uerùm non permittit eam illi fidere. Sed ad De-
um, inexpugnabile auxilium, dirigit. Nam etiamſi montes eam obſepiunt, inquit, hac
tamen opus habet ſecuritate. Hæc enim illam inexpugnabilem reddit.
3 *Quia non relinquet.*) Quod dicit tale eſt: Tentationibus caſtigati & bonorum ſuppe
ditatione emendati, in uirtute perſeuerant, nec maliciam contingent, aliunde eruditi,
quod huius gratia totum hoc ipſis acciderit, ut animus ipſorum, cum aduerſis correctus,
tum bonis alacris redditus, emendaretur.
4 *Benefac Domine.*) Vides ubiq; poſita eſſe principia, cum ut bonis potirentur, tum ut
ſupplicia paterẽtur. Verùm licet à nobis ſint horum principia, & ſic tamen multus decla
ratur diuinæ philanthropiæ ſplendor, multa namq; abundãtia retributionibus ſuis ſupe
rat. Rectos autem corde ſic eos uocat, qui dolo carent, ac ſimplices ſunt. Talis enim eſt
uirtus, plena ac facilis: ſicuti uerſutia uaria eſt & peruerſa.
5 *Declinantes autem.*) Tales ſunt ſanctorum animi. Poſt adhortationem ac conſilium
orationem adijciunt, maximum iuuamen audientibus adferentem. Pacem autem non
ſenſibilem illam dicit, ſed hac ſublimiorem: qua fit ut animus non ſit ſeditioſus.

PSALMVS CXXV.

Argumentum.

Prophetia de liberatione ex peccato, morte, lege &c. per Chriſtum futura, & inuulgatione Euangelij, per quod regnum Chriſti propagatur, mors et ſathan uincitur, malaq; omnia abolentur. Eſtq; ſimul gratiarum actio pro liberatione ex captiuitate Babylonica & alijs omnibus malis.

1 DVm cõuerteret ſenſus captiuitatis.) Nomen quidem ſimplex eſt, habet uerò multos
ſenſus. Eſt eñ bona captiuitas ut quãdo Paulus dicit: Captiuãtes oẽm intellectũ in
Chriſtũ. Eſt mala, ut cũ dicit: Captiuãtes mulierculas oneratas peccatis. Eſt etiã ſenſibilis
captiuitas. Rurſus eſt ſpiritualis, de qua præco dicit captiuis dimiſsionem. Senſibilis eſt
apud hoſtes, qua prior eſt grauior: quæ Iudã captiuũ nacta, proditorem etiam reddidit.
2 *Facti ſumus.*) Hoc eſt Refocillatione, læticia, & iucunditate repleti ſumus.
3 *Tum repletum eſt.*) Haud exiguã mutationẽ ad meliora habent, quæ dicit: utpote quæ
ſuper liberatione à captiuitate gaudẽt. Patres eñ eorũ ex Aegypto liberati murmaraue
rant: at nos, inquit, non murmuramus, ſed gaudemus, cauſam quoque iucunditatis dicit.
4 *Tunc dicent inter gentes.*) Nõ eſt temere adiecta ingeminatio, ſed multæ emphaſis de
monſtrationem habẽt. Tunc dicent illi, Quia magnificauit Dominus &c. Hoc gentium
eſt uerbum: alterum uerò quod ſubiungitur ipſius Prophetæ. Non dixit, creauit: ſed
magnificauit, ut magnificandi uerbo inſolentiam ac nouitatem miraculi exprimeret.

Conuer-

Conuerte Domine.) Quomodo, cum initio dixerit, Dum conuerteret Dominus, iam 5
conuerte inquit, Domine captiuitatem noſtram? Quoniam conuerſio iſta initium ſortita fuerat, ac non ſtatim tota initio conſummata erat: ſed multæ factæ ſunt illorũ è Babylone aſcenſiones, prima ſcilicet, ſecunda, & tertia. Orat igitur ut hæc liberatio tota perficiatur. Multi ſiquidem Iudæorum in Babylonis regione permanere uolebant. Quapropter dicit, Cõuerte Domine captiuitatem noſtram, ſicut torrentes in Auſtro: id eſt, multo cum impetu ac uehementia.

Qui ſeminarunt.) Hoc quidem de Iudæis dictum eſt, in multis tamen & alijs locum 6
habet. Tale quid enim uirtus eſt. Illuſtres habet laborum retributiones. Quòd autem dicit, tale eſt: Non ſolum propter reditum gaudendum eſt, ſed & in ipſa captiuitate, & de utriſque gratiæ ſunt agendæ. Quemadmodum inquit, qui ſeminarunt, reditibus potiuntur: ita & nos. Cum migraretis, ſeminatores imitabimini, lachrymas ſeminantes: at ecce iam laborum illorum prẹmia recepiſtis.

Uenientes autem uenient.) Inſtruit auditorem, ne in tribulationibus conſtitutus mo- 7
leſte ferat. Sicut igitur qui ſeminat, animo non concidit, etiamſi multum accidat moleſtiæ: ita nec is qui tribulatur, animo debet eſſe abiecto, etiamſi multa triſtia inferantur: ſed meſſem expectare, gaudium uidelicet, quod è tribulatione naſcitur.

PSALMVS CXXVI.

Argumentum.

Continet Pſalmus hic, utilem, grauiſſimã & neceſſariã doctrinam, & eſt eodem argumento ſcriptus, quo Solomon Eccleſiaſten ſcripſit. Docet politian et œconomiã benè conſtitutam planè eſſe gratuitum Dei donum, & neutrum illorum humana ſapientia aut uiribus conſtitui poſſe aut conſeruari. Sed hæc omnia ſita eſſe in manu Dei, ubi ipſe non dat pacem, homines amantes pacis artiumq; peritos, ubi non ipſe tenet gubernacula Reipub. ibi eſt fruſtra omnis quamuis magna ſapientia, leges, ordinationes: ibi fruſtra omnis labor & induſtria, quæuis uires et arma, omniſq; apparatus.

N*iſi Dominus ædificauerit domũ.*) Dictus eſt hic Pſalmus poſt reſtaurationem ad re 1
ditum. Quoniam enim captiuitate liberati, & è regione barbarorum reuerſi, ruinoſam ciuitatem & muros illius diſiectos inuenerunt, reſtaurare eam conabant, multumq; temporis in reſtauratione illius ac templi inſumebatur, inſtruens eos, ut ad Deum confugerent, dicit: Omnia in uanum & fruſtra fiunt, niſi opem Dei nobis cõciliauerimus. Et quid de ædificatione ciuitatis dico? etiam perfectam & abſolutam nemo cuſtodire poterit, ſi auxilio illius deſtituatur.

Niſi Dominus cuſtodierit.) Etiamſi uigiletis inquit, etiamſi mane ſurgatis, & tardius 2
quieti uos tradatis, atq; omne tempus laboribus inſumatis: niſi cœleſti auxilio potiamini, omnia humana in uanum abibunt, nec ullus erit ſtudiorum ac ſedulitatis finis.

Surgite poſtquam ſederitis.) Laborioſam ſiquidem uitam agebant, & armati ſimul & 3
ædificatores exiſtentes. Quoniam enim urbs muro carebat, ſubitos hoſtium incurſus metuentes, armati muros ſubſtruebant.

Cum dederit dilectis ſuis.) Quod dicit tale eſt: Niſi ipſe ſuccurrerit, omnia inania e- 4
runt & fruſtra: ſi uerò opem tulerit, tunc etiam ſomnus iucundus erit, tunc & requies erit. Quando ipſe irruentes hoſtes abegerit, tunc non ſolum ædificabunt & cuſtodient ciuitatem, ſed multo etiam maiora recipient: patres multorum liberorum erunt, & quẹ ad fœcunditatem prolis pertinent, ipſe adijciet.

Merces fructus uentris.) Et hanc quoq; mercedem accipiet, liberorum ſcilicet fœcun 5
ditatem, licet enim ea res naturæ ſit opus: quando tamen ipſe cooperatur, etiam hic maior erit ſucceſſus. Nam & hæc res diuino indiget ſubſidio.

Sicut ſagittæ.) Sicut ſagittæ nõ ſimpliciter cõſpectæ, ſed in manu potẽtis (in ſe quip- 6
pe non ſunt formidabiles ſagittæ) ſed quando à potente apprehenſæ mortem occurentibus minantur: ita iſti, inquit, non ſolum ſecuri intra mœnia, & fœcundi, ſed & hoſtib. formidabiles erunt.

Beatus

7 *Beatus qui implebit.*) Quid eſt quòd dicit? Etiam hæc illis erunt, inquit: Robur cor-
poris, fœcunditas prolis, munitio ciuitatis, tropæa in bellis. Quapropter & beatos eos
dicit, qui felicitate hac potiti erant.
8 *Non confundentur.*) Haud pudefient, haud cõfundent, cõſpectis hoſtibus, ſed multa
illis cũ alacritate occurrent. Et hoc autẽ caput eſt bonorũ, de auxilio Dei gloriari poſſe.

PSALMVS CXXVII.

Argumentum.

Eſt Pſalmus conſolatorius, in quo coniugium ut uitæ genus ſanctum & pium inſtitutum à Deo, magnificis laudibus extollit. Quare eſt epithalamium & carmen nuptiale, quo Propheta & conſolatur coniuges, & eis omnia felicia precatur à Domino.

1 B*Eati omnes.*) Hinc orditur, unde pręcedenti Pſalmo deſijt. Quemadmodum enim
illic propterea eos beatos eſſe dixit, quòd haud cõfundantur in eo, quòd Deum ad
iutorem habent: ita & hic. Hinc itaq; exorſus eſt dicens: Beati omnes qui timent Domi
num. Et recte dixit, Omnes etiamſi ſeruus, ſi dominus, ſiue quiſquis ſis, nihil horum
felicitatem hanc, de qua loquitur, impedit.
2 *Qui ambulant in uijs eius.*) Ne ſcientiam tibi ſufficere putes, propterea adiecit: Qu
ambulant in uijs eius, hoc eſt, qui timent & ambulant. Multi namque ſunt, qui cum fi-
de ſatis accurata corrupte uiunt, ideoq; omnium ſunt miſerrimi. Viæ uerò Dei, conuer-
ſationes ſunt ſecundum uiriutem, quibus in cœlum tendimus.
Beatus es.) Qua de cauſa felicitatem ingeminat? Quoniam magnitudinem illius ſcie
3 bat, & imaginatione rei huius oblectebatur. Et quid eſt quæſo, quòd dicit, Et bene ti-
bi erit, uxor tua ſicut uitis abundans? Hæc felicitas eſt, & hoc emolumentum, proprijs
frui laboribus, & liberorum habere multitudinem, & uxorem ſecundam.
Filij tui ſicut nouellæ.) Hoc eſt: Aderunt bona, opes, honeſtas, honores, ſecuritas &
4 pax. Hoc enim potiſsimum ſignum eſt, hæc à Deo eſſe data: & quòd nulla ſubeunda mu
tatio, ſed felicitas hæc perpetuò ſit duratura.
Ecce ſic benedicetur Homo.) Multi timentes Dei ſine liberis mortui ſunt. Celebritas e-
5 nim iſta non eſt in pręſentibus bonis ſita, ſed in eo ſi Deo probemur. Deinde & in ſpe fu
turorum bonorum. In ueteri quidem Teſtamento hæc erant pręmia, iam uerò cœlum, &
quæ in cœlo ſunt.
6 *Et uideas filios filiorum tuorum.*) Caput bonorũ ſubijcit, pacem uidelicet, eamq; per-
petuam, quæ Dei opus eſt: Vt illam & det, & ne concidat, conſeruet. Quod ſi inter-
rumpatur, non Dei eſt, ſed maliciæ illorum culpa.

PSALMVS CXXVIII.

Argumentum.

Eſt oratio & gratiarum actio, in qua prædicat populus Dei beneficia diuina, quod Eccleſia quamuis affligatur tamen non pereat ſed defendatur à Deo ac ſeruetur. In poſteriore parte eſt precatio contra hoſtes populi Dei, quibus interitum prædicit.

S*Eepe impugnauerunt me.*) Cohæret hic pręcedenti Pſalmo. Quoniam enim ciuita-
1 tis reſtauratio interrumpebatur, ut cœptum opus ad finem deducere nequirent, du-
cit eos Propheta in ſpem bonam: & ut confidenter agant hortatur, inſtruens eos, ut di-
cant: quòd licet ſæpe numero irruerint aduerſarij, uictores tamen euadere nequiuerint,
neq; conſummatã uictoriam abſtulerint. Atqui captiuos eos abduxerunt, & in terram
alienam tranſtulerunt. Verùm non ſua ipſorum uirtute, ſed Iudæorum peccato uicerũt.
2 *Supra dorſum.*) Non ſolum conſultarunt, inquit, ſed & multa ſunt machinati. Illud e-
nim ſupra dorſum meũ fabricauerunt, aut dolum ac fraudem ſignificat, aut idem eſt atq;
cum potentia & multa cum uehementia ipſam uirtutem meam confringere conati ſunt.
Non enim cũ uehemẽtia modò irruerunt, ſed & multa cũ aſsiduitate, multiſq; temporis
inſumentes inſidias in opus perducere tentarũt, inq; eo conatu conſtanter perdurarũt.
3 *Dominus iuſtus.*) Hoc eſt, Inſidias & machinas eorum non modò diſſoluit: ſed &
conſi-

conſilia eorum ita reddidit inutilia, ut ad finem perduci nequirent?

Confundantur.) Non ſolum uicti ſunt, inquit, ſed & turpiter & cum riſu. Deinde dicit, Fiant ſicut fœnum tectorum. Atqui etiam fœnum campi citò corrumpitur. Verùm 4
Propheta aduerſariorum utilitatem magis per hoc oſtendit, quòd eos fœno tectorum comparat, ut facilem eorum caſum utrinq; cum ab ipſa fœni natura, tum à loci conditione exprimat. Tales enim ſunt, inquit, aduerſariorum inſultus, ut qui nec radicem, nec ſubſiſtentiam habeant: ſed breui quidem tempore florere uideantur, tandem uerò, infirmi & inualidi deprehendantur.

PSALMVS CXXIX.

Argumentum.

Precatio ex animo cognitione peccati territo manans, in qua duo uates Dauid fatetur. Vnum, coram Deo neminem iuſtum, ſed omnes iniuſtos eſſe: alterum, per nullum aliud remedium, quàm gratuitam Dei miſericordiam huic malo ſubueniri.

E *Profundis.*) Quid eſt è profundis? Non ſimpliciter, inquit, ex ore & lingua animo 1
aberrante, effundũtur hæc uerba: ſed è corde profundiſsimo, ex imis animi ſedib. ex intimis & abditiſsimis cordis penetralib. Duo autem hoc loco ponit, & quod è profundis, & quòd clamauerit. Clamorẽ uerò nõ uocis intentionẽ, ſed animi affectum dicit.

Domine exaudi uocem meam.) Duo hinc diſcimus: unũ, quòd quę à Deo ſunt, temere 2
acquiri nequeant, niſi quæ nos concernunt accedant. Primum enim dixit, Ex profundis clamaui ad te Domine: & tum demum ſubiecit, Domine exaudi uocem meam. Alterũ quòd oratio intenſa & lachrymis plena multum habeat uirtutis: ad hoc, ut Deum ad annuendum petitis permoueat.

Fiant aures tuæ.) Aures potentiam Dei ad audiendum: & uocem, non ſpiritus ſo- 3
num, ſed conciſum animi affectum dicit.

Si iniquitates.) Quod dicit, Quis ſuſtinebit: idẽ eſt, Quod nemo ſuſtinebit. Nemo 4
enim, nemo inquam, miſericordiam ac benignitatem unquam cõſequi poterit, ſi exacta factorum ſit reddenda ratio. Quapropter & non temere adiecta eſt ingeminatio, ſed cum admiratione & ſtupore, propter multam benignitatis copiam. Non dixit autem, Quis effugiet: ſed, Quis ſuſtinebit? Ne ſtare quidem tunc poterit, inquit.

Propter nomen tuum.) Propter benignitatẽ tuam, propter nomen tuum, & propter 5
legem tuam ſalutem dediſti. Alioqui ſi me ipſum conſideraſſem, iam olim deſperaſſem, iam olim animum deſpondiſſem: iam uerò legi tuæ ac uerbo tuo attendens, ſpes bonas ſum conſequutus.

Suſtinuit anima mea.) Hoc eſt: Propter promiſsiones tuas, ac multa pollicita ſacrã 6
benignitatis ac bonitatis tuæ anchoram nactus ſum, nec deſperaui.

A cuſtodia matutina.) Omnem uitam dicit: hoc eſt, noctẽ ac diem omnem. Nihil 7
enim par huic eſſe poterit, ſi quis ſemper Deum diligit, & ſpe ab illo pendeat.

Quia apud Dominum miſericordia.) Fons illic eſt, inquit, & theſaurus benignitatis 8
ſemper ſcaturiens. Vbi uerò miſericordia eſt, & redemptio: ibi animo cõcidendum nõ eſt, nec deſperandum. Hic enim non exigetur accurata delictorum ratio, propter multam iudicis miſericordiam.

Et ipſe redimet.) Itaq; ſi ad hunc modum ubiq; magnitudo benignitatis eius effuſa 9
eſt, manifeſtum eſt, quod populum ſuum nõ à pœnis modò, ſed & à peccatis liberabit.

PSALMVS CXXX.

Argumentum.

Eiuſdem ferè hic Pſalmus cum præcedenti eſt argumenti: inuehitur enim in hypocritas, qui ſuis operibus confidentes, & inflati, non ad ſolam Dei miſericordiã ceu unicam ſalutis anchoram confugiunt.

D *Omine non eſt exaltatũ cor meum.*) Paulus, etiam ſi neceſſe ſit, ſeipſum prędicare, 1
ſtulticiam eſſe dicit. Quomodo igitur Propheta hoc ignorauit, iam quę gloriatur,

atq; id non coram uno & altero, aut decem, ſed coram uniuerſo mundo? Qua nam ratione hoc facit? Quia res iſta non ubiq; prohibita, ſed alicubi neceſſaria etiam eſt, ubi & gloriando ſtulti reddimur. Nam qui in cruce & fide non gloriatur, omnium eſt miſerrimus. Eſt etiam ubi malum eſt gloriari, ut in Phariſæo uidere eſt. Et non dicit, Exaltatus quidem ſum, affectionem uerò cohibui: ſed quid? Malicia hæc, inquit, ne tetigit quidem cor meum.

2 *Neq; elati ſunt.*) Hoc eſt, Neq; ſupercilia contraxi, neq; ceruicem extendi.

3 *Neq; ambulaui in magnis.*) Hoc eſt, Inter opulentos uiros, inter arrogantes & ſuperbos. Et non modò expers ipſe morbi huius fui, ſed huiuſmodi inflatos etiam fugi.

4 *Neq; in mirabilibus.*) Hoc eſt, Neq; in illis quæ me excellunt.

5 *Si non humiliter ſenſi.*) Dictum hoc hyperbaton habet. Si non humiliter ſenſi, ſicut quod ablactatum eſt: ſed exaltaui cor meum, ita retribuatur animæ meæ.

6 *Speret Iſrael.*) Etiam (inquit) ſi accidãt ærumnę, ſi mœſticiæ, ſi captiuitates, uel quic quid huiuſmodi inopinorum malorum irruat: tu ſpe in Deum, & expectatione futurorum nitere, & omnino bono fine potieris.

PSALMVS CXXXI.

Argumentum.

Oratio eſt, in qua Salomon uel populus Iſrael petit, quod Deus regnum & ſacerdotium, propter promiſſiones Dauidi factas ſeruare uelit: id eſt, religionem & uerum cultum, & felicem ſtatum Reipub. in illo populo. Item pro nouo & æterno Chriſti regno & ſacerdotio, & pro regnis quæ præbent Eccleſiæ hoſpitia.

1 M*Emento Domine.*) Quid dicit? De manſuetudine loquutus, omittit ea, quæ Saulem, deinde & fratres Dauidis, ac alia plura concernunt, & ad aliam cauſam quæ potiſsimum plena zeli erat, ſermonem conuertit. Cuius igitur gratia hoc facit? Primũ quidem quod hac potiſsimum delectatur Deus. Ad quem enim inquit, adſpiciam, niſi ad manſuetum ac quietum? Deinde uerò maxime urgebat templi reſtauratio ac ciuitatis ædificatio, & priſcę politię redditio.

2 *Si dedero ſomnum.*) Et quid hoc tua intereſt? Quoniam filius illius ſum, inquit, cum illum ſuſciperes, confirmaturum te genus ac regnum eius dixiſti. Et hæc nunc teſtamẽta expetiuimus. Non dicit autem, Donec ædificauero: ſed, Donec inuenero locum & tabernaculum. Deinde eum qui ædificauit pręterit, & eum qui pollicitus erat in medium adducit: ut diſcas quantum ſitum ſit in uoluntate, & quomodo uoluntati Deus perpetuò mercedem deputare conſueuerit. Propterea iterum illius meminit: quoniam ipſe magis ędificator eſt, quàm filius. Ipſe nanq; promiſit, ille uerò pręcipit.

3 *Ecce audiuimus.*) Vetera nunc narrat, ac dicit: Ecce audiuimus eum in Ephrata. Hęc narrauerunt nobis patres noſtri: hęc auditu percepimus. Quoniam & tunc ubiq; ſiue in campis, ſiue in agris pręſto fuit, poſtea uerò fundata, & ſtabilita eſt. Hoc itaq; & nũc fiat. Ephrata uerò tribum Iuda dicit, in quam poſt longam periodum eſt inducta.

4 *Introibimus in tabernacula eius.*) Vide quanta dictionis craſsicie, propter auditorũ ſtupiditatẽ utatur: Tabernacula Dei dicens, & pedes, & locum, ubi ſteterint. Hęc autem omnia de loco arcæ dicit, quoniam ex illa terribiles uoces, quæ in Iudaicis rebus obſcura erant ſoluentes, & de futuris prędicentes, ac peccata remittentes ferebantur.

5 *Surge Domine in requiem tuam.*) Multa illinc ſanctitas data eſt, multęq; res adiectę erant, ſanctitatis & ueritatis effectrices. Per quas enim Deus multam uirtutem oſtendit, arca quoq; ſemel atq; iterum à Philiſtęis intercepta. Quid eſt autem quod dicit: Surge Domine, fac nos, inquit, captiuos, certo loco conſiſtere, & arcam oberrantem, uel ſero tandem requieſcere ſinent?

6 *Sacerdotes tui.*) Alius interpres, Induantur (inquit) quod eſt manifeſtius. Dictum enim hoc optantis eſt, non prędicentis. Iuſticia uerò hic ſanctitatem, cultum & ſimul exactam politiam dicit. Sunt enim iſta potiſsimum à ſacerdotibus exigenda.

Propter Dauid ſeruum tuum.) His factis, uide quomodo nõ quærat ciuitatis ædifica- 7
tionem, nec aliud quicquam rerum ſenſibilium, ſed arcæ conſtitutionem, ſacerdotum ordinem ac cœtum, ueteremque cultum & ſacerdotium. Deinde quoniam iſta petentes, peccatis obnoxij erant, ad genitorem confugit, dicens: Propter Dauid ſeruum tuum. Non ſolum propter uirtutem illius, neque propter ſtudium, quod erigendo templo impenderat: ſed propter teſtamentum, quod cum illo Deus erexerat.

Ne auertas faciem Chriſti tui.) Cuius Chriſti? Eius qui tunc unctus erat, populumque 8
moderabatur ac regebat.

Iurauit Dominus Dauid.) Quoniam enim Dauidis, uirtutisque ac ſtudij illius circa 9
templum meminit, & priſcarum narrationum mentionem fecit: hoc quod maximum erat rei huius caput, teſtamentum ſcilicet Dei relegens, prætexit.

Si cuſtodierint filij tui.) Teſtamenta non ſunt ſimpliciter, ſed cum determinatione 10
quadã facta. Quæ eſt aũt determinatio? Si cuſtodierint filij tui teſtamentum meum, &c.

Quoniam elegit Dominus Sion.) Locum eñ illum nõ homo elegit, ſed Deus ipſum, 11
ad illorum ſeſe imbecillitatem demittens, determinauit. Hoc igitur dicit: Quem locum ipſe determinaſti? Quem aptum eſſe iudicaſti, ne maledictioni ac perditioni obnoxiũ eſſe ſinas. Dixiſti enim, Hic habitabo. Verùm hæc dicta ſunt poſt teſtamenta illa. Quænam illa? Si cuſtodierint filij tui teſtamentum meum.

Hæc requies mea.) Rerum uenalium abundantiam & copiam dicit, ita ut omnia illis 12
uelut ex fonte quodam adfluant. Hoc igitur dicit: Pollicitus eſt te uiduam eius benedicturum: hoc eſt, rerum neceſſariarum abundantiam illi, multa cum ſecuritate largiturũ.

Pauperes eius.) Vide felicitatem undique coaceruatam, ab eo uidelicet: quod nulla 13
ſint rerum neceſſariarum penuria laboraturi, ab eo quod ſacerdotes in ſecuritate ſint, ab eo quod populus in lætitia agat, ab eo quod rex in potentia ſit. Lucernam enim regem dicit, aut auxilium, aut ſalutem uel lucem. Deinde quod potiſsimum eſt felicitatis genus, ab eo quod inimici ſint confundendi, ne quiſquam ſit qui bona iſta labefactare poſsit. Nec perditionem ſimpliciter dixit, ſed confuſionem: ut & uiuentes confundantur ac pudefiant. Quid eſt aũt quod dicit, Super ipſum uerò efflorebit ſanctificatio mea? Mihi uidetur de proſperitate, de ſanctitate, ſecuritate, & potentia, deque regno loqui: ut quæ initio illi deſtinata ſunt, florida & copioſa maneant, uidelicet: Si cuſtodiant filij tui teſtamentum meum, inquit.

PSALMVS CXXXII.

Argumentum.

Cohortatio ad concordiam, cum in Eccleſia tum Republica fouendam.

Vide obſecro quid bonum ſit.) Multæ res bonæ quidem ſunt, at iucundæ non ſunt: 1
aliæ uerò bonam quidem iucunditatem habent, eo uerò quod optimũ eſt carent. At hæc in eo quod hic dicitur, utraque concurrunt, & iucundum, & quod optimum eſt. Hoc enim potiſsimum dilectio poſsidet. Non enim ſimpliciter habitationem, nec eam quoque, quæ iiſdem eſt ædibus, ſed quæ ſimul ſit: hoc eſt, quæ cum concordia & dilectione fiat, dicit.

Sicut unguentum.) Summus ſacerdos hoc ungebatur unguento, quo undique ſtillabat, admodum gratus conſpicientibus. Quemadmodum igitur unguento hoc unctus 2
ſplendidus erat aſpectu conſpicientibus: ita & hoc inquit, animo iucunditatem indit. Oleum illud ſacerdotale ex uarijs condimentis conſtabat. Verùm nullum illorum ſeparatim tantam emittebat fragrantiam: uerùm mixtura illorum & inunctio, maximã reddebat odoris redolentiam. Recte igitur huic unguento cõcordiam comparauit. Multarum enim uirtutum coadunatio, perfectę uirtutis fragrantiam operatur. Delicto iſti unguento ſimilis eſt, quod quidem in caput Aaronis fundebatur: uerùm non ſolum in barbam deſſluebat, ſed eam quoque tunicæ partem ſanctificabat quæ circa pectus erat. Oram enim uocat, quod nos uocamus peritrachelium: hoc Aquila, Os indu-

menti dixit. Quemadmodum igitur à capite uſq; ad barbam, & ſummitatem indumenti ſacrum unguentum decurrens, ſacerdotem bona fragrantia replebat: ita à principe uſq; ad ſubditos concordiæ utilitas deſcendit.

3 *Sicut ros Aermon.*) Quoniam ante Babylonicã captiuitatem duodecim tribus diſperſæ erant, etiam illud multę prȩuaricationi cauſam dedit, inq; ſeditiones eos & contentiones coniecit. Ne denuo iſta fierent, admonuit & conſuluit, ne amplius populus diuelleretur: ſed ſimul habitaret & coniungeretur, & dilectio à capite ad calcem uſq; deflueret, perinde atq; ros omnia perfluit. Comparat igitur concordiam hanc unguento & rori: per illud boni odoris fragrantiam, per hunc uerò refocillationem ac iucunditatem aſpectus exprimere uolens.

4 *Quoniam illis mandauit.*) Vbi? In tali cohabitatione, in tali concordia, in tali contubernio. Hæc enim benedictio eſt.

PSALMVS CXXXIII.

Argumentum.

Cohortatur Eccleſiæ præfectos ut ſpartam nactam pro dignitate exornent, precaturq; his benedictionem à Domino.

1 ECce nunc.) Terminat hic Pſalmos graduum, ſermonem laude ac benedictione concludens. Vult autem eos eſſe ſeruos Domini, non ſolum ratione dogmatum, ſed accurata politiæ diligentia. Quapropter & adiecit: Qui ſtatis in domo Domini. Immundũ enim ac prophanũ, ne aſcendere quidẽ illuc fas eſt. Itaq; ſi quiſquã dignus eſt ut illuc aſcendat, dignus eſt etiam ut benedicat. Eſt enim domus Dei cœlo ſimilis.

2 *In noctibus*) Quare dicit in nocte? ut inſtruat nos, ut uigilemus et oremus: ſimulq; doceat, tũ puriores ac Deo acceptiores eſſe preces, quãdo alacrior mens eſt, & plus ocij.

3 *Benedicat te Dominus.*) Si hæc feceris, benedictionẽ à Deo cõſequeris: ſi uerò dormiendo pernoctaueris, indigne orabis. Quid uerò eſt, quod dicit: Ex Sion? Deſiderabile eſt illis nomen Domini in Sion, & hinc omnis eſt ſanctificationis occaſio. Quapropter apprecatur illis, ut priorem uitæ politiã recuperent. Inq; illa ſanctificatione, & benedictione hac potiantur. Deinde ut inſtruat eos, Deum, cum ubiq; ſit, propter ipſorũ imbecillitatem, templum illud ædificari prȩcepiſſe, oporterecq; illum ubiq; locorum inuocare, ſubiungit: Qui fecit cœlum & terram.

PSALMVS CXXXIIII.

Argumentum.

Gratias Domino pro collatis in Eccleſiam ſuam beneficijs agit, & eiuſdem miniſtris, ut hæc beneficia ſemper inculcent præcipit.

1 LAudate nomen Domini.) Continue domus & atriorum Dei meminit, loco illos affigens, ne reſilire, neq; ad cultum ſimulacrorum uagantes declinare permittens, ſed uno loco congregans: ut uel inuiti ſapiant, ac ſemper canant, Deumq; laudent, laudes enim pietatis ipſis argumenta, ueterum geſtorum narrationes habentes, ſubminiſtrant, Deumq; celebrant, ac doctrinæ materiam complectuntur.

2 *Laudate Dominum, quia bonus Dominus.*) Quod potiſsimum auditoribus deſiderabile eſt, hoc frequenter ponit, benignitatem uidelicet, miſericordiam, & bonitatem Dei. Quid eſt autem, quod dicit: Quia bonum eſt? Habet hæc res iucunditatem quandam cum utilitate coniunctam. Emolumentum enim ex uſu pſallendi eſt, quod animã repurgat. Habet autem præterea per melodiam & magnam iucunditatem & conſolationem, canentem quoq; pudicum reddit.

3 *Quoniam Iacob.*) Non loquitur de cõmunibus beneficijs, quæ cum alijs à Deo acceperunt: ſed de eo quod ipſis propriũ erat & peculiare. Quod nam illud? quòd eos Deus in populũ acceptauit, ſibiq; appropriauit, ac peculiarẽ quandam ſeparatã ab alijs prouidentiã erga eos oſtendit. Quid eſt aũt quod dicit, In poſſeſsionẽ ſibi? In diuitias, in opulentiã, in hæreditatem. Licet eñ exigua hæc gens eſſet, hanc autem uelut opes quaſdam elegit, non parcitati attendens, ſed ad uirtutis ſtudium eos inducere uolens. Quia

Quia ego cognoui.) Quid dicis? tu cognouiſti, alij uerò ignorant? Sciunt quidē, ſed 4
non ut ego. Eſt enim hoc eorum, qui maxime contemplandi dono ſunt præditi, magni-
ficentiam Dei exactius, non quidem uniuerſam, attamen reliquis, quæ'nam ſit diluci-
dius noſſe. Illud uerò, Et Dominus noſter præ omnibus dijs, non ad illorum compara-
tionem, ſed ad imbecillem auditorum captum poſuit.

Omnia quæcunq.) Cœlum & mare omiſit, & quæ in illis ſunt poſuit. Et neq; hæc o- 5
mnia, ſed præteritis quæ in cœlo ſunt, licet admiranda, ea dicit quæ ſub cœlo ſunt. Qua
de cauſa? Quia illa licet magna ſint, obſcura tamen ſunt: hæc uerò utut modica, multos
habent ſpectatores. Quoniam igitur ad homines loquitur, non ita in fide inſtructos, &
inuiſibilium amatores, ſicut ab apparentibus inſtitutos, hinc ſermonem contexit. Oſtē-
dit autē etiā hoc loco nō unū eſſe mare ꝙ nobis eſt cognitū, ſed multa ac uaria.

Educens nubes.) Mirabile quidem eſt, quòd in leui aëre aqua continetur: multo uerò 6
mirabilius eſt, quòd in leui elemento contenta fertur: & adhuc amplius, quòd ab aëre
illo contenta, poſteaq̃ è nube defluit, non amplius aëre qui ſub nube eſt detinetur, ſed
perfluit & ad terram fertur: id quod argumentum eſt, rem hanc non geri naturali con-
ſequentia. Alias quippe oportebat eam à nube prolapſam in aëre contineri.

Fulgura in pluuiam fecit.) Vide rurſus aliud paradoxum, ex contrarijs naturis confla 7
tum. Neq; enim fulgure ignitum magis, neq; aqua frigidius quicq̃ eſt, & tamen iſta cō-
miſcentur, ita ut nec confundantur, nec alterum in alterius naturam tranſeat, ſed ſuos
quoq; fines retineat, & nec aquam ignis exiccet, neq; ignem aqua extinguat.

Qui producit.) Quod dicit, de theſauris ſuis: non hoc ſignificat, quod ſint quidam 8
uentorum theſauri, ſed facultatem præcipientis dicit.

Qui percuſſit.) Poſteaq̃ de illis loquutus eſt, quæ uniuerſalia ſunt, ac prouidentiam 9
Dei in elementis mundi declaratam oſtendit: iam ad particularia tranſit, quæ Iudæos
concernunt. Qui percuſſit, inquit, primogenita Aegypti. An'non uidenť iſta propter
Iudæos potiſſimum facta? Non ſolum propter illos, ſed & propter alios etiā ſunt facta:
id quod maxime ipſa ſententia Dei ſufficienter declarat, cum dicit: Vt oſtendam in te
potentiam meam, & ut annuncietur nomen meum in omni terra. Ab homine, inquit,
uſq; ad pecus. Vt quid & pecora percuſſit? Quoniam illa propter homines ſunt facta,
propter homines & puniuntur, ut timor augeatur.

Emiſit ſigna.) Quid eſt quod dicit, In medium tui Aegypte? aut locum, aut quod ſi- 10
gna hæc & prodigia manifeſte ſint facta, ſignificat. Quod enim in medium infertur, ma
nifeſtū eſt. Sunt namq; hæc ſigna ad correctionē, & ad demonſtrationē eorū, quæ pro-
deſſe debebāt, ita ut & percutiēdo, & miraculoſe percutiēdo utilitati occaſio daretur.

Qui percuſſit.) Per omnem eam uiam uarijs modis potentiæ ſuæ illis pignora exhi- 11
buit, oſtenditq; non ideo ſe iſta in Aegypto contra inimicos mouiſſe, quòd elemētis in-
digeret, ſed quòd uarijs ac differentibus modis potentiam ſuam oſtendere uellet. ideo
exiſtentibus ad manum, ad eam rem eſſe uſum.

Seon regem Amorræorum) Non recenſet ciuitates, neq; uel pauliſper aciei meminit, 12
ſed iterum magno animo innumeras miraculorum cateruas tranſit: cum immorari &
tragœdiæ in morem iſta amplificare poſſet. Habebat etiam iuſtam cauſam hoc bellum.
Non enim ipſi Iſraelitæ primum irruerant, ſed illi uiam eis obſtruxerant.

Et dedit terram eorum hæreditatem.) Et hoc maximum erat miraculū, quòd nō ſolū 13
gentes haſce eijcere, ſed & terram eorum occupare, & ciuitates diſtribuere potuit.

Domine nomen tuum in ſeculum.) Gloria tua, inquit, perennis manet, nihil hanc la- 14
befacit, nihil excidit: ſed perpetuo immota manet. Similiter & memoria tui in genera-
tionem, & generationem durans, finem non habet.

Quia iudicabit.) Aut hoc dicit, quia ultionem ſit ſumpturus, & denuò refocillaturus:
aut utraq; unum eſſe ſignificat: quod & afflicturus ſit, & conſolaturus. hoc eſt, ultionem 15
ab hoſtibus populi ſui gratia ſumpturus. Quod autem dicit, Et pro ſeruis ſuis obſecra-
bitur: reconciliationem non ipſorum dignitati, ſed diuinæ benignitati debere oſtēdit.

Simulacra gentium.) Simulacra, inquit, eorum non ſolum ex ſe habent, quod imbe-
cillia ſunt ac uilia: ſed etiam ex hominibus. Quapropter & adiecit, Opera manuum ho- 16

minum. Id quod & potiſsimum cultores eorum culpabiles reddit.

17 *Os habent & non loquentur.)* Quoniam enim dæmones ſæpenumero ſimulacra mouent, nudat illorum hypocriſin ac fabulam, dicens: Et non eſt ſpiritus in ore ipſorum. Et qua'nam ratione dæmon non ſine illis loquitur? Quoniam ſimulacrorũ columnæ ſcortationis, adulterij, ac plurimæ malitiæ typos habent: ut ſeductos ipſo conſpectu, ad ea inſtituat, quorum figuræ ſunt ſimulacra, aſsidet illis, eaq; mouet & dirigit.

18 *Similes illi fiant.)* Deinde aliud reprehenſionis genus mouet, dicens: Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Vide hic, quales ſint dij illi, quorum ſimilitudo maledictioni ſubiecta eſt. Verùm apud nos talia non ſunt. Eſt enim hæc extrema uirtutis meta, ad uerticẽ bonorũ aſcendere, ac Deo, quantum licet, aſsimilari.

19 *Domus Iſrael benedicite.)* Quare non ſimul omnes uocat, ſed in ordines diſcriminat? Vt diſcas, multam eſſe benedictionis differentiam. Aliter ſacerdos, aliter Leuita, aliter laicus, & aliter multitudo populi Deo benedicit. Quòd uerò dicit, Benedicite, beatam naturam eſſe oſtendit. Benedicite enim inquit, quòd aduerſarijs liberati, ac talibus bonis donati eſtis. Sionis autem meminit, eò quòd illic quæ politię Iſraelis ſunt, congregata erant, & illinc dirigebantur. Agnominatione Dei loca iſta anguſta reddere conatur, ut uerenda exiſtentia, maiore ab illis ſtudio & religione colantur.

PSALMVS CXXXV.

Argumentum.

Inſignis & generalis gratiarum actio, pro rerum creatione, pro infinitis, ineffabilibus, nunquam interituris beneficijs Dei, cùm corporalibus, tum ſpiritualibus, quæ quidem Deus huic populo contulit: pro conſeruato regno & uerbi miniſterio. Subijcit autem hæc omnia donata, non ex meritis, ſed gratuita bonitate & miſericordia Dei.

1 *CONfitemini Domino.)* Suprà de beneficentia Dei loquutus, iam de quantitate eius diſſerit: non ut uiam metiatur (quod fieri nequit) ſed ut amplitudinem eius exprimat. Et dicit, Confitemini: id eſt, Gratias agite, & laudate eum. Quid eſt autem quod dicit, Quoniam in ſeculum miſericordia eius? Non aliquando tantum miſeretur, poſtea uerò deſerit: ſed perpetuò miſeretur, nec unquam deſerit.

2 *Confitemini Deo deorum.)* Præcedenti Pſalmo dixit, quòd omnes deos excellat: hic uerò amplius quiddam dicit: nempe quòd & Dominus, & Imperator eorum ſit, ſiue de idolis, ſiue de dæmonibus dicas. Licet enim ignominioſi ſint & rebelles, ſerui tamẽ ſunt, & ſubiecti. Quapropter dicit: Confitemini, quoniam Deum habetis omnium ſupremum, omnium Dominum & imperatorem.

3 *Qui facit mirabilia.)* Multa illius miracula ponit, utpote quòd & faciat, & miranda ac magna faciat, & quòd ſolus faciat. Hæc autem non ideo ſunt dicta, ut filio ac ſpiritui derogetur, ſed ut dæmones excludantur.

4 *Qui firmauit terram ſuper aquas.)* Hæc enim & potentiam & intellectum eius declarant, imò & multam benignitatem oſtendunt. Nam quòd ita magna & diuturna facta ſunt, potentiam ac ſapientiam eius deprædicant. Quòd autem hæc noſtri ſunt gratia facta, benignitatem eius, ac perennem bonitatem exprimunt. Vides quomodo miſericordia eius ſit in ſeculum. Non enim iſta ad determinatum aliquod tempus, ſed per uniuerſam noſtram uitam extendit.

5 *Solem in poteſtatem diei.)* Vide & hoc loco benignitatem Dei. Quoniam enim mortales facti & in multis neceſsitatibus conſtituti ſumus, intermedium illud tempus in diuerſorũ morem dedit: ac tantis terram hanc benignitatis ſuæ declarationibus impleuit, ut ne ſermone quidem exprimi queat.

6 *Qui percuſsit Aegyptum.)* Irremiſſe miraculum percuſſæ Aegypti uerſat, propter multam Iſraelitarum ingratitudinem: & propterea, quòd cum de illo ſemper audierint, obliti tamen eius ſint. Deinde & aliud quiddam hic innuit, nempe quòd & poſt eam plagam, ipſius ſit potentia factum, ut moleſta illa ſint ſeruitute liberati.

7 *Qui diuiſit Mare rubrum.)* Sunt qui dicunt nõ unũ tantum fuiſſe diuiſi maris uiam ſed,

ſed aquã ſingulis tribubus ſeorſim fuiſſe inter ſeptem,ut multi ſint tranſitus facti. Verùm hæc omnia,licet multam potentiam Dei oſtenderint,terribilemq́ȝ illum & magnum red diderint, multam tamen & benignitatem habuerunt,non modo illis,qui hac ſunt potiti, ſed & aduerſarijs,ſi animum aduertere uoluiſſent.

Et deduxit Iſraelem per medium eius.) Et hoc potentiæ Dei argumẽtum habet.Non 8
enim ſatis erat,quòd mare ſubterlabebatur, facileinq́ȝ tranſituris uiam dabat: ſed & hoc ipſum eos conſternebat, quòd poſt maris ſeceſſum confidentiam accipiebant, inſolentem eam uiam ingrediundi.Etenim aqua utrinque in uertices erecta,fortis erat animi ad id ſpectaculi nullam concipere formidinem.

Et excuſsit.) Rectè hac dictione eſt uſus,ut ſubuerſionis facilitatem exprimeret. 9

Qui deduxit populũ ſuum.) Non minoris uirtutis eſt, quod per mare eos duxit, eo 10
quòd aquam è dura rupe eduxit. Licet enim terra ſicca, & quæ exitum ferre poſſet, ſub pedibus eorum eſſet: multa tamen alia mortem ipſis minantia erant. Verùm his omnibus priuati, ac neceſſarijs etiam deſtituti, quaſi in medijs ciuitatibus in deſerto proficiſcebantur.

Qui percuſsit.) Singulis particulis hoc adijcit.Quoniã in ſeculum miſericordia eius. 11
Hoſtes enĩ hoſtibus ſucceſſerãt,& tamen nemo eos ceperat. Quapropter dicit: Quoniã in ſeculũ miſericordia eius.quaſi dicat,Quoniam perpetuò benignitate eius potiti ſunt.

Seon regem Amorræorum.) Gemina erat beneficẽtia: Cùm quòd hoſtes uicerãt,tum 12
quòd domini eorum, quæ habuerant, facti erant. Nam & hoc multæ uirtutis erat, non ſolum eieciſſe terræ illius habitatores,ſed & alienam terram occupare potuiſſe.

Quia in humilitate noſtra.) Non in uirtutibus, non in rerum proſperitate, ſed in hu- 13
militate noſtra: hoc eſt, ipſa calamitas, quòd male afficiebantur, ſufficiebat ad flectendum eum.

Qui dat eſcam omni carni.) Neq́ȝ enim terræ, neq́ȝ aeris,neq́ȝ aquarũ ſunt fructuum 14
prouẽtus:ſed ipſius potẽtiæ. Aliter: Neq́ȝ iuſtis,neq́ȝ rectè faciẽtibus tantũ:ſed & peccatoribus, & impijs, & uniuerſæ humanæ naturæ, prouidẽtiam ipſius potiſsimũ prędicat.

Confitemini Deo cœli.) Per hæc enim & illud ſignificat, quòd & ſupernè & infernè i- 15
pſe Dominus eſt,& prouidentia ipſius ubiq́ȝ extenſa eſt.

PSALMVS CXXXVI.

Argumentum.

Eſt precatio in perſona captiuorum in Babylone: *ſiue* Pſalmum *hunc accipias ante captiuitatem, ut uaticinium ſcriptum ſiue poſt.in qua orat populus pro ciuitate* Hieruſalem,*id eſt pro loco uerbi,& ueri cultus* Dei.*Per* Babylonios *enim omnia ibi deuaſtata ſunt.Quocirca & noſtræ* Eccleſiæ *precatio eſt, contra hoſtes & deriſores ſuos,ut &* Eccleſiam *& politias,quæ præbent* Eccleſiæ *hoſpitia, ſeruet* Deus,*hoſtes uerò perdat.*

SVper flumina Babylonis.) Multum erat uiris iſtis ciuitatis huius deſiderium. Donec 1
enim bona poſsidebant,ingrati & contumelioſi manebant: poſteaquam uerò eiecti ex illis erant,tum demum concupiſcentia illius tenebantur. Propterea namq́ȝ eos eiecit etiam,ut in maius deſiderium induceret. Qua uerò ratione ad flumina ſederunt? Tanquam captiui,& terra hoſtili detenti,extra muros & ciuitates commorabantur.

Super ſalicibus.) Qua ratione organa in captiuitatem abeuntes, ſecum aſportarunt? 2
Diſpenſatum hoc eſt ob eam cauſam, ut inter alienos conſtituti, prioris conuerſationis monumentum haberent: & ſymbola illius cultus uidentes amplius morderentur.

Quia illic interrogarũt nos.) Et hinc haud parum emolumenti ceperunt, quòd Barba 3
ri ipſos urſerunt, & cantica ex ipſis audire cupierunt. Vide & hinc quantam correctionem acceperint. Qui enim præuaricati fuerant, & de cultu ſuo reſilierant, iam Barbaris urgentibus & audire deſiderantibus: deſiderio illorum ne ſic quidem utuntur, ſed legem præferunt, & accurate cuſtodiunt. Illud uerò, Qui abduxerunt nos, hoc ſenſu dictum eſt, quaſi dicat: Qui antea nobis inſultauerunt, uſq́ȝ adeò facti ſunt mites, ut & cantica noſtra audire uoluerint.

4 *Quomodo cantabimus.*) Qua ratione in terra aliena non cecinerunt? Non licebat pro
phanis arcana illa audire. Nam etiamſi patria exciderant, legem tamē ſeruare debebant.
5 *Si oblitus fuero tui.*) Vide & hinc quanta fuerit in iſtis immutatio. Qui namque antea
ſingulis diebus audierant, quod urbe eſſent eijciendi, nec curauerant: iam ſeipſos diris
deuouēt, ſi illius obliuiſcantur. Quid eſt autē quod dicit: Obliuioni detur dextera mea?
Fortitudo mea, inquit, & uirtus mea, obliuioni detur, & mutus præ magnitudine malo-
rum reddar, ſi tui oblitus fuero.
6 *Si non propoſuero.*) Non ſimpliciter inquit, Tui memor ero: ſed, Et in hymnis & can-
ticis. Hoc enim eſt quod dicit, Si non propoſuero: hoc eſt, Si non præcinuero. Id quod
uehementer deſiderantis & accenſi erga illam erat.
7 *Memor eſto Domine.*) Pœnas, inquit, de illis ſume, qui nec captiuitate, nec ſubuerſio
ne urbis contenti eſſe uolunt: ſed inſtant, & dicunt, euerte, donec non ſit fundamentum
in ea, ut ne fundamenta quidem maneant, ſed funditus euertantur.
8 *Filia Babylonis.*) Quæ urbi Babel mala euentura erant, Propheta prædicit, & miſe-
ram eam, propter mala, quę illum erant apprehenſura uocat: ut & hoc pacto Iudæos eru
diat, & potentiam Dei ubiq; eſſe extenſam oſtendat.
9 *Beatus qui retribuet tibi.*) Prophetæ multa quidem de ſuis loquuntur, multa uerò &
de aliorum paſsionibus diſſerunt. Quod ſi mentē huius quæſieritis, audies eum dicentē.
Si retribui, retribuentibus mihi mala. Quando uerò aliorum paſsiones exponit, tūc iram
& dolorem exprimit. Id quod & Iudæorum deſiderium in medium adducens fecit. Qui
etiam ad immaturam uſq; ætatem iram ſuam extenderunt.

PSALMVS CXXXVII.

Argumentum.

Generalis gratiarum actio, pro omni auxilio contra hoſtes: & optat, ut Chriſti regnum ueniat: uaticinaturq; fore, ut etiam reges & gentes hoc Euangelium audiant, pro illo gratias agant, Deum uerè colant, cognoſcantq;: Hoc eſſe regnum illud Chriſti æternum, ut Chriſtus ſolus exaltetur ſuper omnia, &c.

1 CONfitebor tibi Domine.*) Illud, In conſpectu angelorū: alius, In conſpectu deorū, in-
quit, pſallam tibi. Quid eſt igitur quod dicit? Si angelus dicit, cū ipſis, inquit, cœle-
ſtibus uirtutibus cantaturum me tibi, cumq; illis etiam me certaturum, ac unà tripudiatu
rum affirmo. Si uerò alteram uerſionē receperimus, uidetur mihi de ſacerdotibus loqui.
Sacerdotem enim & angelum & Deum uocat, quaſi dicat, Sacerdotibus prę́ſentibus, ac
præcinentibus ſuccinam, ac ſubſequutus eos cantabo tibi.
2 *Quoniam audiſti.*) Nō ſicut inepti quidā iactatores ac diſſoluti ſolēt, qui antequā or
dinantur uehementes ac ſeduli ſunt: poſteaquā uerò cœperunt, remiſsi redduntur. Sed
hic, etiā antequā incipiat, ſedulus eſt: Et poſtquam cœpit, in gratiarū actione perdurat.
3 *Adorabo ad templū.*) Neq; hęc uirtus exigua eſt, pura cū cōſcientia in templū aſcēde
re, & illic adorare. Non em̄ quod hic quærit, ſimpliciter eſt genua flectere, aut templum
introgredi: ſed animo feruenti & cōpoſito, nō corpore tantū, ſed interno animi affectu.
4 *Et confitebor.*) Gratias, inquit, agam tibi, quod plurimum gubernatione tua ſum ad-
iutus. Non enim uirtutum mearum meritis, urbem hanc & templum recepi, ſed miſeri-
cordia ac benignitate tua. Super his confitebor tibi, quod me, cum ſupplicio dignus eſ-
ſem, & merito inter alienos commorarer, confeſtim reduxiſti.
5 *Quoniam magnificaſti.*) Non modo propter beneficia tua gratias agam, ſed & pro-
pter indicendam illam gloriam. Magnificaſti enim, inquit, ſuper omnia nomen ſanctum
tuum. Siquidem per elementa, quæ ut nos iuuaremur, ad ultionem hoſtium noſtriq; de-
fenſionem conuertiſti, nominis tui amplitudo deprædicatur.
6 *In quocunq; die.*) Tales enim adflicti ac lugentes animi, quàm uelociſsime malis libe
rari cupiunt.
7 *Alacrem me.*) Hoc eſt: Implebis me lætitia, & animum meum alacrem reddes ſubli-
mem:

mem:nec permittes ut ſublimitas & lætitia mea marceſcant, ſed firmam eam, robuſtam, & immotam reddes. Hoc enim eſt quod dicit, Alacrem me in animo meo uirtute tua reddes, id eſt, Virtute tua exaltabis me.

Confiteantur tibi Domine.) Nō modò ipſe gratias agit, ſed & potētes omnes ad com 8
munionem gratiarum actionis uocat. Licet enim magna ſit illorum poteſtas, tibi tamen,
inquit, uniuerſi, gratiarum actionem debent, etiā pro illis, quæ in alios ſunt collata. Hoc
enim eſt quod dicit: Quia audierunt omnia uerba oris tui.

Quoniam magna eſt gloria Domini.) Hoc eſt: manifeſta omnibus, clara per beneficia 9
erga quoſuis facta. Quod uerò dicit: Quoniam excelſus Dominus: excelſus quidem eſt
natura, excelſus eſſentia: uerùm hic ſeſe ad captum Iudaici cultus demittendo loquitur,
& magis acerbe. Illud uerò quod ſequitur, hoc quoqꝫ perficit, & humilem quoqꝫ auditorem magnanimum reddit.

Et alia procul cognoſcit.) De præſcientia loquitur, quòd uidelicet alta non modò co- 10
gnoſcat, ſed & ex multo interſtitio, antequam fiant, præuideat.

Si ambulauero.) Non dicit, Tribulationes repelles: ſed, In ipſis etiam me adflictioni- 11
bus conſtitutum ſeruare, & mortem expectantem uiuificare poteris.

Super iram inimicorum meorum.) Nos enim, inquit, etiam in medijs malis ſeruabis: 12
illos uerò inſanientes ac moleſtiam inferentes humiliabis. Dextram uerò potentiam dicit. Poteſt enim Deus etiam deploratos ad ſalutem reducere.

Dominus retribuet.) Hoc eſt: ultionem ſumet de hoſtibus. Nec dixit, Vlciſcetur: ſed, 13
Retribuet pro me. Licet, inquit, ego ſubiectus ſim, ipſe tamē eos deijciet ac proſternet,
eſt enim benignus. Nam ipſe pro nobis retribuit.

Domine miſericordia tua.) Duas haſce iuſtificationes ponit, quib. benignitas Dei ac- 14
quiratur. unam, quòd miſericors ipſe eſt & bonus: alteram, quòd conditor ac factor eſt.
Verùm ſicuti iſtis ſaluari petimus, ita & dignum quid miſericordia oſtendamus.

PSALMVS CXXXVIII.

Argumentum.

Gratiarum actio procreatione & mirabili gubernatione ſanctorum, quæ admiranda opera Dei uult conſiderari ab Eccleſia: ut cum nihil in noſtra, ſed omnia in ipſius Dei manu ſint poſita, hoc modo in nobis exuſcitetur fides, inuocatio & timor Dei. In fine petit deleri hoſtes Dei, & ſe regi uerbo & Spiritu ſancto.

D*Omine probaſti me.*) Quid dicis? an poſteaquam probauit, cognouit Deus, antea 1
uerò non cognouit? Abſit. Quomodo enim tum demum cognoſceret, qui omnia
antequam fiant cognoſcit? Sed quod dicit, Probaſti me: idem eſt, atque, Exactè ſcis, id
eſt, cognoſcis me.

Tu cognouiſti ſeſsionem meam.) Seſsionem ac reſurrectionem, omnem uitam, cum a- 2
ctibus ſuis dicit, eo quòd illa nunquam in eodem conſiſtit. Deinde quoniam exorſus dixit, Probaſti me, & cognouiſti me, ne quiſquam illum ex probatione cognouiſſe putet,
uide quid ſubijciat:

Tu intellexiſti.) Vides quòd non probando demum, ſed uirtute præſcientiæ cogno 3
uerit. Qui namque cogitationes in animo motas nouit, probatione quæ ex operibus
eſt, non eget. Quare ergo probationē Deus, quæ per opera eſt, inducit? Non ut ipſe ex
illa diſcat, ſed ut ſuſtinentes eam probatiores reddantur.

Semitam meam.) Sicut ſeſsionem ac reſurrectionem actus, ita ſemitam & funiculum 4
omnem ſuam uitam dicit. Illud enim inueſtigaſti, non inquirentis eſt ad hoc ut ſciat, ſed
exactè ſcientis. Quapropter & ſubijcit: Et omnes uias meas præuidiſti. hoc eſt: antequā
eſſent, nouiſti omnes.

Quia non eſt dolus.) Non dicit, Dolū quem aliquando admiſerā reieci: ſed, Nunquā 5
mihi fuit, neqꝫ aſcēdit in linguā meā hic morbus. Sed hęc malicia mihi facta eſt inacceſſa.

Ecce Domine.) Non modò cogitata, neqꝫ facta tantum, ſed omnia, cum quæ fiunt, 6
tum quæ futura ſunt, cognoſcis.

7 *Tu formaſti.*) Non ſolum non exiſtentes feciſti, ſed factis etiam dominaris.

8 *Mirabilis facta eſt.*) Quod dicit tale eſt: Tametſi prouidentia tua fruor, nouiq; quòd omnia præſcias, & quòd me ex non exiſtentibus feceris: exactam tamen omnem tui ſcientiam habere nequeo, ſed illa admirabilis eſt facta. hoc eſt, Excellit, & exaltata eſt ſupra me, potentior eſt facta, quàm quæ cogitationibus meis intelligi queat.

9 *Quò ibo à Spiritu tuo.*) Spiritũ & faciẽ Deũ ipſum dicit: ut idẽ ſit, atq;, Quò à te ibo? Omnia imples, omnibus ades, non ex parte, ſed omnibus ſimul totus. Et cum dixerit ſuperna, inferna, latitudinem, longinquitatem, profunda, & ſublimia, nõ dixit, Quocunq; abiero audies me: ſed, Quocunq; abiero, illic es, illic te præuenientem me inuenio.

10 *Et dixit, Forſan tenebræ.*) Quod dicit tale eſt: Cinctus eram malis, ac dixi in meipſo, opprimentme iſta. Hoc eſt, quod dixit: Forſan tenebræ operient me.

11 *Et nox illuminatio.*) Ego quidẽ iſta ſumptis à rerum natura argumentis dicebã: uerũ ſubitò mala illa in bona ſunt mutata: imò manẽtibus etiam illis multa ſum bonitate potitus. Non enim dixit. Abolita eſt nox: ſed, Manens nox, id eſt, mala illa & calamitates, me nequiuit conculcare: ſed facta eſt lux in nocte. id eſt, auxilium me circumdedit.

12 *Et tenebræ.*) Rectè dixit, Apud te. Si uolueris, inquit, tenebræ non ſunt tenebræ, & quæ lucis ſunt exhibebunt. Quapropter & ſubiunxit, Et nox ſicut dies illuminabitur, ut priorem particulam clariorem redderet, quòd quæ diei ſunt, & perinde quæ diei atque quæ ſua ſunt ipſius, præſtitura ſit nox.

13 *Sicut tenebræ illius.*) Hæc quidem de elementis ſunt dicta, metaphoricè uerò de rebus ipſis loquuntur, quòd uidelicet in tribulationibus Deus tantum recreationis poſſit afferre his qui in eas incidunt, quantum illis tribulationis ac deſperationis præfinire poteſt, qui quiete iam agunt.

14 *Quia tu poſſediſti.*) Non eſt hæc modica encomij ac prouidentiæ portio, poſſeſsionẽ eſſe Dei. Qui namq; poſsidet, curam ac prouidẽtiam eius rei gerit, quam poſsidet. unde & ſubiunxit: Suſcepiſti me, ex utero matris meæ. Semper, inquit, prouidiſti ac muniuiſti me à prima ætate, & inde à cunabulis meis.

15 *Confitebor tibi.*) Hoc eſt, Admirabilis apparuiſti. Et quid de te dicam, cum etiam quę abs te fiunt, multum habeãt admirationis. Et relicta omnium deprædicatione, ſua ipſius cognitione contentus eſt, dicens: Et anima mea admodum cognoſcit. Non enim ſimpliciter illa, ſed uehementer, & admodum accurate cognoſcit.

16 *Non eſt occultatum os meum.*) Iterum de præſcientia Dei loquitur, aut omnia illius arcana eſſe dicit: aut aliud quid innuit, opificiũ uidelicet & figurationẽ. Quoniã nihil, inquit, in me eſt, quẽ fingebas, quod ignoraris: ſed omnia cognouiſti, licet in abſcõdito, & uelut in inferioribus terræ factum ſit naturæ meæ opificiũ. Quoniã formatum me exactè & particulatim, & ſecundum ſingula membra, & incrementum etiam cognouiſti.

17 *Imperfectum meum.*) Aut idem denuò dicit, Quoniã nondũ formatũ me uidiſti: aut de actibus ipſis. Quoniã (inquit) quod nõdum factũ eſt cognoſcis. quod dicit tale eſt, ut cũ priore cõſentiat: Informẽ me uiderũt oculi tui, inquit. Cũ nullã dũ figurã accepiſſem, atq; ita me clare uidiſti, atq; illum qui formatus & figuratus eſt. Et ne uno quidem die ad abſolutionem opus habet, cum illis omnibus, qui in libro tuo ſunt ſcripti. Ac in diebus formatis, cum illis me uidiſti, inquit, qui formati ſunt in diebus ſuis. Hæc autem non ideo dicit, quòd liber quiſquam ſit in cœlis: ſed ut libri mentione, exactam ſcientiam ſignificet.

18 *Mihi autem ualde.*) Præſciuiſti me, inquit, cum nondum eſſem, adduxiſti me, & hoc ego uiciſsim rependo, ut diligenter te honore proſequar.

19 *Valde confortati ſunt principatus eorum.*) Hoc eſt, Ipſi cõfortati ſunt: alius uerò dicit, plurimum multiplicati ſunt.

20 *Dinumerabo eos.*) Ego quidem, inquit, honoro illos, tu uerò eos multiplicas, & arena numeroſiores reddis. Non ſolum autem ut multi, ſed ut fortes ac potentes ſint facis. Hoc enim eſt, quod dicit, confortati ſunt principatus eorum.

Exurrexi,

Exurrexi,& adhuc ſum tecum.) Multi namq; proſperitatē,qua uſi fuerant, obliuio- 21
ni tradiderunt: ego uerò nequaquam, ſed poſtquam ſurrexi, id eſt, malis liberatus ſum, ſemper tecum ero.

Si occideris.) Non dicit,Si occideris,tum ero tecum: ſed illud quidem ſine hoc cōme 22
morat.Hoc uerò fieri petit,nō ut hominum eſſentiam aboleat,ſed ut eos ad iuſticiā conuertat.Non enim dixit:Si occideris homines:ſed,Si occideris peccatores.

Viri ſanguinum.) Viros ſanguinum truculentos, ac cæde gaudentes dicit. Non eſt 23
autem & hæc uia ad uirtutem exigua,ſi ab illorum commercio reſiliatur.

Quia contentioſi eſtis.) Vide,quomodo non quæ ſua ſunt quærens, ſed propter con- 24
tumeliam aduerſus Deum reſiliat, & commercium illorum fugiat. Nam & hoc Iudæis perditionis cauſa fuit,quòd malis ſunt commixti.

Accipienti in uanitatibus.) Alius interpres habet, Quoniā eleuati ſunt in uanum æ- 25
muli tui.Quapropter fugit ac reſilit,eo quòd illi contra gloriam Dei ſunt eleuati.

Non'ne qui oderunt te.) Nam & Deus ita præcepit,ut eſſent inimici inimicis, & ad- 26
uerſarij aduerſarijs ipſius:hæc enim potiſsimum ſunt amicitiæ indicia.Et ipſe igitur Deo uiciſsim utroque pacto rependit,cum quòd dicit, Admodum ſunt mihi honorati amici tui Deus:tum quòd iam ſubdit,Qui oderunt te Domine,oderam. Et hic cum hyperbola non ſimpliciter Oderam,inquit,ſed & Tabeſcebam.

Proba me Deus.) Atqui initio Pſalmi.dixit,Probaſti me,et cognouiſti me:quomodo 27
igitur hic rurſus dicit,Proba me Deus? Vides quòd humanis loquutionum formulis utatur, ad hoc ut mentem Deo competentem adhibentes, ad ſublimes ſenſus conſcendamus.Quod enim hoc dicit,Proba me Deus: idem eſt atq;, Vide, quòd non ſit in me uia iniquitatis, & deduc me in uia æterna. Quæ eſt autem æterna uia? Spiritalis, & finem non habens.

PSALMVS CXXXIX.

Argumentum.

Precatio ardentiſsima contra hoſtes Eccleſiæ.

ERipe me Domine.) Cùm multæ ſint ſuper terrā uenenatæ ac pernicioſæ, maliciamq; 1
oſtendentes beſtiæ,relictis omnibus,Propheta à malo eripi petit.Nam illæ in natura quidem manſuetum quid habēt,& facilè uitari poſſunt,& quales ſunt, tales apparent: homo uerò maliciam meditans, beſtia quauis minus caueri poteſt. Generale uerò malicię nomē ponit.Non eīn ſimpliciter eum,qui in pecunijs,ſed qui ubiq; iniuſtus eſt,dicit.

Qui cogitauerunt.) Mala ex animo ſtruunt. Cogitauerūt enim,inquit,in malicia: nec 2
citò proferunt,ſed parturientes manent. Non corripiuntur, ſed rei huius meditationem inſtituunt.Hoc enim eſt quod dicit,Quia cogitauerunt,&c.

Tota die conſtituerunt prælia.) Non ea prælia dicit,quæ armis & aciebus, ſed quæ inſi 3
dijs ſtruuntur: quibus homines,cum in foro,tum in domibus repugnant.

Acuerunt.) Vide maliciæ ignobilitatē. Ex hominibus beſtias, aſpides & ſerpentes 4
reddit,& linguam ad illam ferociam adoptat. Quemadmodum autem ſuprà dixit: Tota die conſtituerunt prælia:ita & hic uenenum aſpidum ſub labijs eorum ſemper. Diapſalma ſiquidem hoc ubiq; ſignificat.Quamuis breuis tēporis malicia moleſta res eſt: quando uerò aſsiduè illam exercent,quam ueniam habebunt?

Qui cogitauerunt ſubuertere.) Quid'nam iniuſtius fieri poterit? Et alijs calumniam 5
ſtruere moliuntur. Cogitauerunt enim, inquit, ſubuertere greſſus meos. Quod uerò cogitatio hæc in opus non exit,debetur hoc potentiæ Dei.Et inde maliciam meditatione concinnatam, & abſconderunt, & iuxta uiam tetenderunt:ut & longitudine,& occultatione, & propinqua intentione, ſtructores maliciæ facti laqueos ubiq; extenderunt, attraherentq;,& caperent.

Dixit Dominus.) Poſtquam de prælio & inſidijs dixit,confugit deinceps ad inuictū 6
auxilium,opem cœlitus à Deo petēs, qui mala iſta diſſoluere poteſt. Et uide quid dicat. Non dicit,Meritus ſum: ſed quid? Deus meus,inquit,es tu. Maximam iuſtificationem

auxilio

auxilio prætexit, nempe quod ad Dominum confugit. Quid eſt aũt illud, Virtus ſalutis meæ? uirtus apud te & puniendi, & ſaluandi: mihi uerò uirtutem ſalutis exhibe.

7 *Obumbraſti ſuper caput meum.*) Vide quomodo facultatem Dei oſtẽdat. Non dicit, Ante bellum: ſed, In ipſo die belli. Quando ſublata ſunt mala, tunc in ſecuritatẽ me conſtituiſti. Deinde ut uictoriæ & ſecuritatis excellentiam oſtendat, non dicit, Seruaſti me, ſed quid? Obumbraſti ſuper caput meum. Neq; uulgarem me adflictionem, aut quantam feruoris æſtus infert, ſuſtinere feciſti, ſed in tantam ſecuritatem conſtituiſti, ut uelut in umbra delicier. Loquitur autem de ereptione ac liberatione à malis. Quapropter & dicit, Obumbraſti: ut auxilij facultatem oſtendat.

8 *Ne tradas me.*) Quod dicit, tale eſt: Ne des me à concupiſcentia, quæ contra me eſt, quæ concupiſcit contra me, ea ne ſinas illum adimplere.

9 *Cogitauerunt contra me.*) Vide animi illius modeſtiam. Non enim dicit, Ne derelinquas me, quia dignus ſum, aut propter uitæ uirtutem: ſed, Ne fortè exaltẽtur, ne arrogantiores fiant, & in maiorem contumaciam erigantur.

10 *Caput circuitus eorum.*) Circuitum hic cœtum uocat, & conſeſſum. Caput ipſum mali & peruerſi animi, eos opprimat, ac perdat. Laborem uerò hic maliciam uocat. Talis enim eſt malicia. Ipſi poſſeſſori ſuo pernicioſa redditur.

11 *Cadent ſuper eos.*) Quod dicit, tale eſt: Sufficiens quidẽ ipſa malicia, propter circumdantes eum, ad hoc eſt, ut iram diuinitus illatam ſuſtineat. Carbones uerò ignis, hic & ignem ſupplicium cœlitus illatum dicit.

12 *Deijcies eos.*) Vnus quidẽ interpres, Ita, inquit, eos perdidit, ut amplius non ſurgant: alius uerò, Multa, inquit, cum uelocitate. Linguoſum uerò hic conuiciatorem, nugatorem, uituperatorem & continue latrantem dicit. Quis fructus huius? Non proſperabitur, inquit, in terra: hoc eſt, deijcietur, ac ſubuertetur.

13 *Virum iniuſtum.*) Vide iterum maliciam ad ſubuerſionẽ habentis ſe ſufficientẽ. Verũ qua ratione Capturæ nomẽ poſuit? Vt oſtendat talẽ effugere non poſſe, etiãſi nõ ſubito in capturam hanc, qui iniuſtè agis incideris, ne ſis ſecurus. Talis eſt eñ hęc captura.

14 *Noui, quod faciet.*) Quoniã dixit, Virũ iniuſtũ mala capiẽt, nec tamẽ cõfeſtim ſuppliciũ illatũ oſtẽdit, ne quiſquã craſsiorib. iſtis ſegnior fiat, ſubiũgit, dicẽs: Adhuc omnino hoc fiet. Non enim quæ iniuſtè ſunt illata, inulta manent. Quapropter dicit, Noui hoc futurum prorſus. Pauperes uerò hic non inopes, ſed humiles ac corde contritos uocat.

15 *Veruntamen iuſti.*) Quicquid, inquit, fiat, illi gratias agunt, etiamſi humiles calumniam ferre, & ſuperbos celebrari audiant, pœnas tamen delictorum non repoſcunt.

16 *Et habitabũt recti cum uultu tuo.*) Id eſt, Quicquid tandẽ cõtingat, iniquo id animo nõ ferẽt: neq; etiã ullas de ijs quæ agunt ſpargẽt querimonias, ſed tecum perpetuò erũt.

PSALMVS CXL.

Argumentum.

Duo in hoc Pſalmo Dauid precatur. Vnum ut in ſana doctrina conſeruetur, inq; ſancta uita: alterum, quia crux pios ſequitur, ut ex omnibus ærumnis liberetur.

1 Domine clamaui.*) Internum hic ſicut & alibi clamorem innuit, quali & Moyſen uſum eſſe legimus: hunc cor accenſum, animusq; contritus parit. Non autem talem ſolummodo clamorem petit, uerumetiam ut & ad ipſum oretur.

2 *Attende uoci.*) Obſerua & aliam orationis uim atq; uirtutem. Neq; enim tantum exaudiri cupit, eò quòd ardenter & ſedulo precetur: ſed & ob id, quod talem orationem exprimit, ut digna ſit uigilãtibus oculis. Dei ſiquidem ipſius hoc promiſſum eſt: Adhuc loquente te, ecce adſum.

3 *Dirigatur oratio.*) Lex ſacerdotibus lata erat, ut licet nemo quicquam offerret, ipſi tamen quotidie unũ matutinũ, ueſpertinũ alterũ agnum ſacrificarent: & illud quidẽ matutinũ, hoc uerò ueſpertinũ ſacrificiũ appellabaſ. Quo Deus indicare uoluit, quod & ſub
initium

initium & ſub finem diei, atq; adeo omni tempore coli debeat. Sacrificium itaq; hoc acceptum & iucundum erat. Orat igitur Dauid, ut talis ſit ſua precatio, quale illud ſacrificium erat, nulla uidelicet macula pollutum. Cur autem ueſpertini potius, quàm matutini meminit? Cauſa eſt, quòd matutinum imperfectius eſſet, utpote ueſpertinum expectans: quod perfectum tandem cultum habebat.

Pone Domine.) Obſerua intelligentiam ſimul & ſapientiam, & unde oratio initium 4
ſumat, nempe à uirtute omniũ ſumma, quæ malorum cauſam aſpernatur, & bona ſectatur. Vanitas enim linguæ infinitorum malorum fons eſt. Quoniam itaq; hanc rem iniuſtam admodum ſcit, & orat, & Dominum ad ferendam opem implorat.

Ne declines cor meum.) Nullo modo quod Deus declinet hoc dixit. uerùm hæc uer- 5
borum mens eſt atq; ſententia: Ne patiaris ut declinetur, & ſubuertatur. Cur autem ordine interpellato recta ad cor ſermonem conuertit? ut ipſas prauarum cogitationum radices ſtirpitus euellat.

Ad prætexendum.) Præcipua interitus hæc uia eſt, cum animus delinquens nullo ti- 6
more afficitur, & obtentum qualemcunq; comminiſcitur. Malum enim per ſe cum ſit peccare, multò eſt grauius, ſi peccato patrato id negetur.

Cum hominibus.) Præcipuum hoc eſt, quod illi ne rubore ſuffundantur, obtẽdere ſo- 7
lent. Quocirca Dauid non temere & hoc in ſummis uirtutibus ponit, huiuſmodi nimirum horum conſortium fugere.

Et non communicabo.) Sententia eſt: Congregationum illorum, quæ uel ex gratiæ, 8
uel odij affectu loquuntur conuerſationem nullam habebo: perſtringentibus autem & emendantibus, qui ueritatis ergò reprehendunt, me coniungam. Præcipuum quippe miſericordiæ munus eſt, uulnera, ſi quæ apparent, curare.

Corripiet me iuſtus.) Obiurgationes à iuſtis profectas æquo animo tolerat, blandas 9
autem adulatorũ ad gratiam cõcinnatas uoces à ſe amandat. Cur nam autem id? Quia hi etiam miſerando perditionis cauſa fuerunt: illi autem etiam obiurgando ſalutem pepererunt. Quod ſi itaq; malos etiam cum commiſerationis erga nos affectu tanguntur, auerſari nos conuenit, quando igitur cum illis conſortium habendum fuerit? Nunq; profectò: quamuis omnia faciant, omniaq; exhibeant.

Quoniam adhuc.) Non ſolum gratiam illorum mihi pernicioſam fugiam, uerumetiã, 10
ad precandum contra illos in procinctu ſtabo.

Abſorpti ſunt.) Docet hic, quàm facile peccatum capiatur, & quàm facile malitia in 11
preceps ruat. Ipſi enim, inquit, potentes, quiq; & egerunt & tulerunt omnia, interuenerunt: & ita quidem, ut ne minimũ quidem illorum appareat ueſtigium.

Audient uerba mea.) Id eſt: Cohortationis ac conſilij mei iucunditatem, ubi res has 12
ipſimet experti fuerint, intelligent. Nam quamuis extrema quæque pertulerimus, & nõ ſecus ac ſi terra diſciſſa foret, omnino perierimus, atq; ad mortis ipſius uſq; portas delati ſimus: tamen & hoc modo affecti, correptionem iuſtorum, commiſerationi peccatorum anteponimus.

Quia ad te Domine.) Quamuis ærumnæ infinitæ ingruant, in ſpe tamen noſtra ſe- 13
mel in te repoſita permanebimus, & reliquis omnibus poſt tergum quaſi abiectis ſuum, quo liberemur auxilium expectabimus.

Cuſtodi me.) Inſidiarum hic meminit occultarum & abſconditarum, quæ uix declinã- 14
tur, atq; idcirco præ cęteris diuina ope indigent. Ad orationem hic conuerſus ſermoni finem imponit, orationem & incipiens & finiens.

Cadent in retinaculo eius.) Cuius? Dei. Id eſt: capientur, conprehendentur. Tentati- 15
ones quidem iuſtorum ad correptionem & philoſophiæ illorum excitationem: peccatorum autem, quorum morbus immedicabilis eſt, ad pœnas, ſuppliciumq; diriguntur. Illud uerò, Singularis ſum ego, donec tranſeam: perinde ualet, atq; Coadunatus, collectus, non diſperſus, ſed à malis liberatus, et ab illorum conuerſatione utpote ſolus longo ab illorum cœtu interuallo degens, expurgatus ſum.

PSALMVS CXLI.

Argumentum.

Eſt precatio, qua iam in periculo undiq; conſtitutus, quaſi è carcere clamat ad Deum, propter infinitam crudelitatem & ſæuitiam falſorum doctorum, qui ipſum propter uerbum proſequebantur. Sic & Eccleſiam ueram Dei, ſemper inde ab initio afflixerunt hæretici & hypocritæ: ut ualde neceſſarium ſit, contra illos Cainicos ſanctos, pro uerè ſanctis orare.

1 V*Oce mea.*) Attendis'ne quo pacto hoc ubiq; attexat? Bipartita enim uox, clamor & uociferatio ad Deum ſeſe offert. Duasq; hic uirtutes diſcimus, uoluntatis uigorem, & animi compoſitionem. Præter hoc & aliud, nimirum ipſius uocem eſſe. Neq; em̃ omnes uoce, nec omnes ad Deum, nec omnes ſua uoce clamant, cum tamen hæc omnia concurrere debeant.

2 *Effundo.*) Non ad mortalem, ſed ad firmiſſimum auxilium & Dei opem ſeſe recipit. Deinde & animi compoſitionẽ & feruorem intrinſecus latentem hoc uerbo declarat, inquiens: Effundo deprecationem meam, & tribulationem meam ante conſpectũ eius pono. Neq; enim dicit, Virtutes meas, ſed: Tribulationem meam, ut cuius etiam non ſit modicum patrocinium.

3 *In deficiendo.*) Tunc, inquit, præcipuè induſtrius ille erat.

4 *In uia hac.*) Incrementa ærumnarum, & inimicorum inſidias innuit, quo pacto nimirum appropinquauerint, propiuſq; conſtituti, euellere illum conati fuerint: & quod multò erat grauius, quòd qui ſe uel conſilio uel re iuuarent nullos planè habuerit. At nõ adiutoribus tantum deſtitutum ſe fuiſſe ſed à nemine etiam ob deſolationem ſingularẽ agnitum fuiſſe queritur.

5 *Perijt fuga à me.*) Non tantũ quòd in uijs laquei parati erant, nec ob id ſolum, quòd qui opitularetur haud appareret, imò qui ſaltem cognoſceret: uerùm etiam quòd nullus eſſet, qui ad liberationem à malis fugam ſaltem exhibere poſſet, ita in medijs comprehenſus eram perturbationibus.

6 *Clamaui ad te.*) En ſobrietate inſignem animum. Non ſolum non oppreſſerunt mala, uerumetiam uegetiorem effecerunt. Nam & in malis illis conſtitutus Domini manum agnouit, & dixit: Tu es ſpes mea. Humana omnia diſparuerunt, maioris auxilij ſpes in nihilum redacta eſt, nec ulla uſpiam ſalus affulget: quamuis autem apud mortales de his omnibus actum ſit, tibi tamen nihil eſt difficile.

7 *Portio mea es.*) Id eſt: Sors ſeu hæreditas mea, theſaurus meus. Terræ uiuentium nomine patria arua, dulceq; ſolum intelligit. Nã captiuitatem Babylonicam inferni & mortis nomine ſæpe inſignire conſueuit. Aliter uerò: Quoniam cùm in peregrina terra eſſet, nullum cultum pro conſuetudine præſtabat: hic uerò quæ ſunt ſanctimoniæ, adimplebat. Portio, inquit, mea es in terra uiuentium. Nunquam enim me non defendis, tibiq; addixiſti, & arctiſſima mihi tecum interceſſit familiaritas.

8 *Attende.*) Obſerua quo pacto, quod ſuprà dixerat, hic quoq; loco patrocinij inferat, nimirum quòd humiliatus ſit, & delictorum pœnas abunde dederit. Illud uerò, Admodum, non quidem ea, quæ fiebãt, accuſat: ſed ferentis illa mœrorẽ & infirmitatẽ indicat.

Libera me.) En nouam cauſam, iniquas nimirum obtrectatorum technas, ac inſidia-
9 rum plenas machinas, quodq; ipſe infirmus ualde eſſet.

Educ de cuſtodia.) Illud, Ad confitendum, perinde ualet atq;, Ad gratias agendum
10 erue me, inquit, à malis, (Cuſtodiam enim malorum ambitum ac murum quaſi nominat)
ut nomini tuo gratum me declarem.

Me expectant.) Sententia eſt: Ex uſu illorum hoc quoq; erit. Gaudio
11 enim & lætitia perfundentur, ſimulac me libera
tum uiderint.

Pſalmus

PSALMVS CXLII.

Argumentum.

Pſalmus Dauidis, tempore perſequutionis Abſolonis compoſitus: in quo affectus afflictæ, inq; agone conſtitutæ conſcientiæ exprimuntur.

Domine exaudi.) Eſt quidē oratio, quæ uerbis fit deprecatio: eſt uerò oratio ipſa etiam promiſsio. Vnde inquit, Ne alteres uerbū in oratione tua, non ut denuo nō oremus (iubemur enim in oratione perſeuerare) ſed ne quam nectamus morā, ſi quid Domino uouerimus, alioqui alteratores petitionum efficiemur. Per orationem autem in præſentia ſupplicationem, deprecationemq; intelligit. 1

Auribus percipe.) Id eſt: acquieſce precibus, & reipſa illis reſponde, ſolita ueritate tua utere, quo & hanc ſtabilias, & petita adimpleas. 2

Exaudi me.) Quò prolaberis ô homo? Paulò infra hæc uerba proloqueris, Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens. &, Si iniquitates obſeruaueris, quis ſuſtinebit? hic autem ſecundum iuſticiam exaudiri petis? Quid igitur hæc ſibi uolunt, aut qua ratione conciliari poterunt? Iuſticiā Dei benignitatē appellat. Quod quidem pluribus locis cernere licet. Idq; non temere. Iuſticia ſiquidē, inter mortales miſericordia omni destituta eſt, ſecus autem apud Deum ea comparata eſt: apud quem iuſticia cum commiſeratione commixta eſt, ita quidem ut iuſticia Dei ipſa benignitas appelletur. 3

Nec intres.) Quid unum, alterumue commemoro? Nullus omnium mortaliū, in toto terrarum orbe eſt, qui coram tuo tribunali accuſatus conſiſtere queat. 4

Quia perſequutus eſt.) Anagogicè de ſathana hæc accipi poſſunt, qui ſine intermiſsione nos perſequitur. 5

Humiliauit ad terram.) Duplicem ærumnā innuit, quod in obſcuris ſe collocārit, ſicut mortuos ſeculi, captiuitatem ſubindicans. Nam cum fieri queat, ut etiam in tenebris lumine accenſo peragatur quippiam, ut malorum ſignificaret obfuſionem, mentione mortuorum tragœdiam exaggerauit. 6

Et anxiatus eſt.) Plurimas afflictionum procellas imminētes, per perturbationē animi exprimens, oſtendit. Quid autem ſibi uult quod inquit, In me? Non eſt, inquit, mihi integrum, ut meas anguſtias, uel ex parte ſaltem cum alijs communicem, & pauxillum refocillationis ab ijs expectem. 7

Memor fui dierum antiquorum.) Conſolatio eſt & illa quidem non parua, cum præſentia tum præterita in recenti memoria habere. At non ſimpliciter illorum memor fuit: ſed, Meditatus ſum, inquit, & hoc operis mei loco duxi. In memoriam autem reuocans, quæ iamdudum acciderant, multum ex illorum recordatione conſolationis peperit. 8

Expandi ad te.) Non inquit, Extendi: ſed Expandi, quò ſingularem cordis propenſionem ſubindicet, quæ corpus quoq; ipſum ferè exilire compulerit. Nam Dei geſta, eiuſq; benignitatem dum memoria repeto, non ſecus ac numine diuino afflatus, ad te rurſus me recipio. 9

Anima mea.) Diligentia eadem utor, ſiue res ſecundæ, ſiue aduerſæ ingruant. ſicut enim terra arida pluuiam, ita ego te deſidero. Quod quidem Dei deſiderium, quo magis afflictiones ingruūt, eò magis etiā in animo fidelis ac pij hominis cuiuslibet intēdit. 10

Velociter exaudi me.) Quid? Num medicum ut ſe ſanet, urget? Nullo modo: ſed hęc perpetua animorū afflictorū conſuetudo eſt, ſicut & ægroti medicos rogare obnixè ſolent, tum etiam cum tempus id minus efflagitat, ut quā primū releuationē à morbo adhibeant. Quocirca cauſam etiam ſubijcit: Defecit, inquit, ſpiritus meus. Non ignorat equidem omnia ei prona & expedita eſſe, at moram longiorem non ſuſtinet. 11

Ne auertas.) Et unde eſt auerſio Dei? Ipſe hoc dicit: Num inualida eſt manus mea? Sed peccata ueſtra diuidūt inter me & uos. Cùm itaq; perperam quid deſignamus, auertit ſe. Studeamus igitur uirtuti, ne in tartara nequitię pręcipitemur: ubi nos profundæ inuoluant tenebræ. 12

Auditam fac mihi.) En animum afflictum & perturbatū. Vult autē audire priuſquā 13

experiatur, quo ſpe & expectatione erigatur. Erige igitur, inquit, me, & promiſsis tuis ampliſsimis confirma. Cuius petitionis cauſam ſubnectit, inquiens: Quia in te ſperaui. Nihil enim Deus tantopere à nobis flagitat, quàm ut ad ſe omni tempore ſuſpiremus.

14 *Notam fac mihi Domine.*) Sententia eſt: Ipſius conſcientia iniquitate inuoluta erat, quocirca ut illa inſtauretur precatur. Vel multa, quæ homines latent uiam hic nominat. Neq; enim ſimpliciter, ut Dominus ſuam uiam innoteſcere faciat precatus eſt: ſed quid? Quoniam ad te, inquit, leuaui animam meam.

15 *Eripe me.*) Simpliciter non dixit, Voluntatem tuam doce me: ſed, Doce me uoluntati tuæ ſatisfacere, & illam ipſam reipſa pręſtare. Diuina enĩ ope uel maxime opus eſt, ut uirtutis uiam ſemel ingreſsi, eandem ſemper teneamus, non quidem ut ocio indulgeamus, ſed ut & noſtro conferamus. Attende autẽ ut Propheta animo affectus ſit. Hoſtiũ interitum non optat, neq; rerum humanarum quicquam aliud, uerùm hoc tantũmodo, ut ab inimicis liberatus, uoluntatem Dei perſpicuè addiſcat.

16 *Spiritus tuus.*) Obſerua denuo ut per ſacrum ſpiritum iter hoc conficere doceamur. Terra autem recta, ſi literæ quidem inhæreas, patrium ſolum: ſi uerò anagogen agnoſcas, uirtutis uiam nominat.

17 *Propter.*) Quin & hoc loco rurſus hominem ad Deum ſeſe recipientẽ, non ſuſpicius, confidentia tumultuantem cernis.

18 *In iuſticia tua.*) Attende quomodo, id quod & antea monui, iuſticiam Dei, eiuſdem beneficentiam appellet. Nam quid quæſo ſuprà dixit? Exaudi me in iuſticia tua. Sic iterum & hoc loco: In iuſticia tua, inquit, educes meam animam ex afflictione: benignitatem Dei iuſticiam uocans.

19 *Et in miſericordia tua.*) Quamuis ego, ô Domine, omnibus modis indignus ſim, tamen ut me propter tuam immenſam bonitatem, ab ijs, qui me oppugnant liberes, reſpirandiq; à tentationibus facultatem exhibeas, etiam etiamq; rogo.

20 *Quoniam ego ſeruus.*) Obſerua iterum expreſſam cauſam. Neq; enim ſimpliciter petita impetrari queunt, ſed adnitendum eſt, ut quoad poteſt fieri, undequaq; dignos nos exhibeamus. Nam preces ad Deum fundere, tum demum ſatis fuerit, ſi ea quæ noſtræ uocationis ſunt attulerimus.

PSALMVS CXLIII.

Argumentum.

Inſignis gratiarum actio pro regno & magiſtratibus. Fatetur autẽ, gerere bella, uictorias, admimiſtrare Rempublicam, obedientiam ſubditorum & ſucceſſum in imperijs, non eſſe humanarum uirium, ſed Dei dona: atq; idcirco omnibus qui ad Rerumpublicarum ſedent gubernacula, inde & petenda & expectanda. Vltima autem Pſalmi pars querimoniam de impietate & contumacia populi continet.

1 B*Enedictus Dominus.*) Quid audio ad bella'ne mouenda & ineundas pugnas Dominus hortatur? Omnino. Neq; enim à ſcopo aberrarit quiſquam, ſi & in his uictoriam ac triumphum omnem Deo acceptum retulerit. Hoc namq; ſibi uult cum ait: Qui docet manus meas ad prælium, id eſt? Qui ut de hoſtibus meis uictoriã reportem, atq; triumphem, ſolus cauſa exiſtit.

2 *Miſericordia mea.*) Obſerua & hic Dei bonitate, quemuis ad illum aſpirantem conſeruari. Sed & aliud quiddam loco hoc indicat: Ne ipſa quidem, inquit, eius clemẽtia, niſi ipſe annuiſſet, dignus fuiſſem. Nam ipſe mea eſt miſericordia, cum illam ego in operibus haud poſsideã. Eundem in modũ & ſequentia attexit: Adiutor & liberator meus.

3 *Qui ſubdis populum meum.*) Nam & huic rei cœleſti ope indigemus, nimirũ ut ſubditi dicto audientes ſint, & neque ſeditioſi, neq; rebelles fiant. Quocirca non in hoſtibus tantum, ſed & in noſtris ciuibus ſubiectio ſummopere eſt neceſſaria.

4 *Domine quid.*) Magnus itaq; is ſit, cui innoteſcere debeat Deus, oportet: ſed et magis Deo

Deo deſideret innoteſcere. At non hunc ſolum, ſed & illum, cui Deus innoteſcere uelit
magnum eſſe par eſt. Quocirca optime ſeptuaginta interpretes dixerunt, oſtendentes,
quod non ipſi nos Deum inuenerimus, ſed ipſe nobis inuentus ſit. Idcirco haud dixit,
Quid eſt homo, qui te innoteſcere fecit: ſed, Quid eſt homo, quod innotuiſti.

Homo uanitati.) Quid hoc ſibi uult, Vanitati ſimilis factus eſt? hoc eſt: fluxæ, cadu- 5
cæq; naturę, & quaſi momentaneus eſt. De corpore autem loquitur. Appellat autē uani
tatem, nulliusq; præcij, eò quod res mortalium neq; permanent, neq; ſtabilia ſunt.

Dies eius.) Quonam pacto & hæc ſuperioribus attexuntur? Cōmodiſsimè. Cum eñ 6
antea de naturæ hominis tenuitate uerba fecerit, & quàm nullius momenti illa ſit oſtēn-
derit, denuo & hic idem inculcat, quo ſuperborum faſtum frangat, criſtasq; deijciat.

Tange montes.) Neq; ijs, quæ dicis indiges Deus, ad id ut mōtes fumigare facias, imò 7
ne nunc quidem, cum hoc ſola uoluntate præſtare poſsis.

Fulgura.) Supplicia intelligit, prolapſum per ea quæ nota ſunt, tremere ac timere fa- 8
ciens. Si enim fulgur quis, quamuis non puniendi ergo demiſſum, tolerare non poteſt:
quis tum obſecro conſiſtere poterit, ubi Dominus ſuam potentiam ad ſumendum ſup-
plicum exerere uoluerit?

Emitte manum tuam.) Neq; enim puniendi tantum ſed & opitulandi poteſtatē ha- 9
bet. Manus autem nomine hic, ut & alias opem & auxilium intelligit. Quocircà haud
dixit, Extende: uerùm, Emitte manū tuam. Quod ſi autem hoc & alibi dicatur, diuerſo
ſenſu accipiendum non fuerit. Per aquas item denuo importunum hoſtium inſultū in-
nuit. Nam quoniam de aquis uerba hic non facit, idcirco ſubijcit: De manu filiorū alie-
norum. Alienos autem filios nominat, qui à ueritate longè exorbitarunt. Proprius eñ
& germanus eſt, qui parentem ſuum per omnia refert, eiuſdemq; menſę conſors eſt: ali-
enus uerò, qui longo ab illis interuallo excluſus.

De manu filiorum alienorum.) Quóſnam filiorum alienorum nomine hic intelligit? 10
Malicioſos, iniuſticiæ addictos, & qui licet & conſilium & auxilium data dextra confir-
maſſent, nihil tamen quàm inſidias ſtruebant.

Deus canticum.) Nam quoniam dixit, Emitte manum tuam de alto, promittit ſe eius 11
auxilio remunerationem retributurum, quæ licet Deo neq; ferat, neq; metat, repen-
denti tamen commodet.

In pſalterio decachordo pſallam.) Id eſt: Gratias tibi agam. Sub id temporis inſtrumē- 12
ta ad canendum appoſita, prę ſto erant: at hoc tempore organorum uice corporis noſtri
membra ſint, quando illis (ut decet) uſi fuerimus.

Qui dat ſalutem.) Victoria etenim neq; copijs militaribus, neq; exercitus robori, ſed 13
diuinæ opi aſcribenda fuerit.

Qui redimit Dauid.) Communibus commemoratis auxilijs, priuatum iam attingit. 14
Neq; ait: Qui redempturus eſt: ſed, Qui redemit, quo continuam illius & nunq; dormi-
tantem prouidentiam exprimat.

Quorum filij.) Felicitatem hic mundanam ac temporaneam depingit. Primoq; loco 15
opum ac diuitiarum meminit, mox liberos alacres ac florentes ſubijcit. Ex utraq; autem
parte firmitudinem induxit, & cum iuuentute hic & opulentiam oſtendit, & coronas
eorum, & muliebrem habitum deſcribit: cui quidem ſecundus rerum, proſperq; ſtatus
anſam & occaſionem exhibet.

Promptuaria.) Id eſt: Promptuaria uſq; adeò coarctant, ut opes capere nō poſsint. 16

Oues eorum.) Non minima humanæ felicitatis pars hæc erat. In hoc enim ueterū cer- 17
nebantur diuitiæ. Armenta & greges dico.

Non eſt ruina.) Id eſt: Agricultura etiam illorum diuina prouidentia nō caruit. Nam 18
uici, ſepes, & uinea circumquaq; fuerunt plantata. Hinc ait: Neq; clamor in plateis eo-
rum. Id eſt: Pax illis eſt libertas & ſecuritas. Nemo apparet qui inſidias moliatur, nemo
qui oppugnet, imò qui uel turbas det, uel tumultum aliquem excitet.

Beatum dixerunt populum.) Omni deſcripta abundantia, haud dignos eos duxit, ea 19

 de cauſa

de cauſa,quorum quisqꝫ ſequeretur exemplum: ſed ſicco quaſi pede his omnibus præteritis,ad uerum theſaurum beatitudinem extendit. Alij pleriqꝫ, inquit, aiunt, hæc qui poſsident felices eſſe: at ego ei populo beatitudinẽ aſsigno, cuius Dominus Deus eſt.

PSALMVS CXLIIII.

Argumentum.

Gratias agit in perſona Eccleſiæ pro regno Chriſti, omnibuſqꝫ beneficijs in eo comprehenſis.

1 EXaltabo te.) Expendamus paulò diligentius Pſalmum hunc. Verba enim eiuſmodi continet,quæ ſi in recenti memoria habuerimus, perpetuò eadem ſuccinentes, dicemus: Si namqꝫ tu dixeris rex meus, & non tantum dixeris, uerumetiam eundem amorem declaraueris: tum & ipſe de te teſtabitur,Seruus meus & miniſter meus.Id quod de Moyſe pronunciatum fuit.

2 *Et benedicam.*) Attendis'ne ut futuræ uitæ mercedem indicet? Benedictionis aũt hic meminit,non quidem eius, quæ nudis uerbis, ſed quæ rebus ipſis cernitur. Hac eñ ratione Deus & euehitur & celebratur. Eſtqꝫ hoc mentis religioni addictæ pręcipuum officium,ut curis huius ſeculi exempta,hymnis operam nauet.

3 *Et laudabo.*) Dixerat modò,Benedicam & laudabo: nunc igitur oſtendit Deo nulla re ex nobis opus eſſe,uerùm adeò perfectam omnibusqꝫ numeris expletam eſſe ipſius eſſentiam, ut ipſe ſibijpſi ſufficiat.

4 *Magnus Dominus.*) Quid'nam ſibi uult,dicens, Laudabilis? Dignus laude & celebratione. Neqꝫ tantum, Laudabilis, inquit: ſed, Admodum laudabilis.

5 *Et magnitudinis.*)Quoniam immenſa Dei magnitudo uerbis pro dignitate exprimi nequit, idcirco ſubiecit: Et magnitudinis eius non eſt finis.

6 *Generatio & generatio.*) Propheta pro more ſuo & conſuetudine hic etiam magnificentiæ & gloriæ Dei ſpecimina ac documenta in operibus ab eo creatis exhibet. Neqꝫ enim illa uno tempore facta tranſijt, ſed per omnia ſecula extenditur,ut quęcunqꝫ generatio opificium eius uideat, ipſumqꝫ glorificet.

7 *Magnificentiam.*)Tam beneficiorum, quàm ſuppliciorum reſpectu. Continuò eñ Dominus & quauis ratione, quæ noſtram concernant naturam diſpenſat.

8 *Et magnitudinem tuam.*) Quoniã eñ uirtutis diuinæ mentionem fecit, oſtendit eã cum excellentia: ut quæ nõ ſimpliciter, & qualiacunqꝫ tantũ operata ſit, uerùm quòd omnia admirando modo, & qui rationis humanæ captum longè excedat,operatus ſit.

9 *Memoriam abundantiæ.*) Nam ipſius potẽtia cùm ad benefaciendũ, tum ad pœnas infligendas ſufficiens eſt. Horum aũt unumquodqꝫ omnia quæ enumerata ſunt, habet.

10 *Miſerator.*) Neceſſe eſt ut eorum,quæ iam enumerata ſunt,cõtraria quoqꝫ è regione oppoſita connumeremus,cõuerſionis dierum, paradiſos, prata,placiditatem noctis: & inter bruta,ceruos,lepores,quæ ad eſcã accõmodata ſunt.Etiam in ipſis uidere eſt operibus,non ſolum punientia, ſed & benefacientia,quod multò maius eſt,etiam indignis ne illa inducat,quæ non uult.

11 *Bonus Dominus.*) Salus eñ niſi multa illi ſit benignitas,nobis haud quaqꝫ obueniet. Neqꝫ eñ miſericordiæ affectu tantũ erga peccatores tangit, ſed & benignitatis genus aliud haud exiguum declarat: Bonus eſt inquit, Dominus uniuerſis & peccatoribus & ijs,qui in præuaricatione uiuunt: non aũt his ſolum,ſed & ratione deſtitutis animantib. Imò ſi quis etiam mente & cogitatione ad ipſos angelos atqꝫ archangelos ſeſe conuertat,bonitatis ipſius nõ leuia argumenta deprehendet. Singula enim illius opera,ampliſſima eius bonitate fruuntur.

12 *Confiteantur tibi.*) Id eſt: gratias tibi agant, hymnos offerãt, nõ ſolũ ea animalia quæ loquendi facultate pręditа,ſed & quæ eadẽ deſtituta ſunt. Nam & muta ſunt ita cõparata,ut benedictionẽ Deo offerre queant.

13 *Et ſancti tui benedicant tibi.*) Sancti ſunt, qui præceptis Dei reſpondent.

Gloriam

Gloriam regni tui.) Id eſt, ſufficientiam, quæ nulla re opus habeat, benignitatem, gu- 14
bernationem, & quòd ſuam erga illos prouidentiam abunde teſtatus ſit.

Et potentiam tuam.) Potentiam, inquit, inuictam & quæ expugnari nequeat. Non 15
quidem quod laudibus iſtis magnopere opus habeas, ſed propter illos, qui te celebrant,
& ut & alios erudiant, laudiſq; tuæ participes reddant.

Vt notam faciam filijs potentiam tuam.) Tam præſentium, quàm futurorum. Nam im 16
mortalis eſt.

Et gloriam.) Obſerua illius immortalitatem & hoc loco: per totum terrarum orbem 17
à principio ad finem uſq; extenditur.

Fidelis Dominus.) Hactenus regni Dei perpetuitatem oſtendit, nunc etiam uerbo- 18
rum eius firmitatem aperit. Quod enim dicit, Fidelis Dominus: perinde eſt ac ſi dixiſſet,
Omnino euentura ſunt, quæ ab illo prædicta ſunt. Illud uerò, Sanctus: idem ualet, atq;,
Ab omni reprehenſione alienus, ac rectus: nemini planè aliquid, de quo iure poſſit con-
queri, operibus ſuis adferens.

Suſtentat Dominus.) Denuo de beneficentia Dei uerba facit, quæ & ipſa maxima eſt 19
eius regni gloria: quòd nimirum non erectos tantum, ſed & ad caſum inclinãtes, ne pro-
labantur conſeruat, iacenteſq; erigit: quodq; ſuſpiciendum adhuc magis eſt, non unum
tantum, ſed uniuerſos.

Et tu das eſcam illorum tempore opportuno.) Neque enim, inquit, uel pluuia, uel terra 20
uel aer: ſed mandatum Domini fructus & maturat, & producit. Quid autem ſibi uult di-
cẽs: Tempore opportuno? Quoniã temporibus, eorumq; articulis omnia in diuina men
te diuiſa ſunt. quod quidem immenſæ ſapientiæ eius abunde magnum argumentum eſt.
Singulis autem annis uictum alimentarium diſtribuit, quo colonus recreetur.

Aperis tu manũ tuam.) Manus nomine operationem & uirtutẽ neceſſaria quæ ſunt 21
ſubminiſtrandi intelligit, quò doceamur frugum abundãtiam non ex elementis eſſe, ſed
ex diuini amoris, uoluntatiſq; prouidentia. Neq; enim uictũ ſimpliciter, ſed talem qui
unicuiq; accommodatus ſit largitur: nec largitur tantum, ſed cumulatim, quo nulla ſit pe
nuria id facit.

Iuſtus Dominus in omnibus uijs ſuis.) Per uias hoc loco Dei diſpenſationes, prouiden 22
tiam & gubernationem eius intelligit. Sanctum autem, ueritatis ſtudioſum, & reprehen
ſione uacuum nominat.

Prope eſt Dominus.) Enumeratis ijs quæ fidelibus cum infidelibus communia ſunt, 23
iam ad ea ſermonem conuertit, quæ prærogatiuæ loco fidelibus tantũ conferuntur: nem
pè, quòd prope illis ſit Dominus: id eſt, quòd eos adiuuet, moderetur ac protegat, ut po-
te qui curam illorum gerat.

Voluntatem timentium.) Volebat quidem Apoſtolus ſathanam, id eſt, tentationes à 24
ſe amoueri: Deus autem eius uoto non acquieuit. Quoniam enim ſciebat ſe non utilia
petijſſe, rurſus hoc uoluit. Quapropter & dixit: Placeo mihi in infirmitatib. meis, in tribu
lationibus. Cum eñ hoc Deo placere nõ ignorat, ipſe etiam idem uolebat. Neque eñ ti-
more Dei præditorum uolũtas aliter affecta eſt. At ſi, (ſunt enim adhuc caro & ſanguis)
interdum eueniat contrarium, illico id corrigunt.

Cuſtodit Dominus.) Et hæc diuinæ prouidentiæ non minima pars eſt, quòd quibus 25
proſpicit ita communit. Peccatores appellat, qui incurabiliter laborant, nec ſaluari uo-
lunt. At ſi & diligentium ſe quoſdam puniri permittit, eſt hoc animas illorum curantis, il
luſtrioreſq; reddentis, quamuis corpus intereat.

Laudem Domini.) Deum, inquit, meritò celebrare debent, nõ tantum illi de qui- 26
bus benemeretur, ſed & qui puniuntur (eſt enim hoc diuinæ prouidentiæ)
& quidem non ſolum homines, ſed & elementa cætera. Per
uniuerſa enim bonitas Dei commeat
& diffuſa eſt.

PSALMVS CXLV.

Argumentum.

Docet hic Pſalmus non in hominibus, quamuis potentiſsimi ſint, ſed in ſolo Deo confidendum eſſe, ut qui ſolus liberare poſsit.

1 LAuda anima.) A laude denuò auſpicatur, quoniam in ea deſierat. Ad repurgationem ſiquidem animi hoc non leuiter conducit. Laudis autem meminit, id quod & alias dixi, quæ ex operibus eſt. Sicut & pręcedenti Pſalmo dixit, Per ſingulos dies benedicam tibi: ita & hic, Donec, inquit, fuero.

2 *Nolite confidere.*) Monet ut omnibus relictis ad Deum nos recipiamus. Quid aũt ſibi uult, inquiens: Quibus non eſt ſalus? Id eſt, Ne ſibi quidem ipſis ſalutẽ præſtare queunt.

3 *Exibit ſpiritus eius.*) Quamuis, inquit, tibi omnia pro uoto ſucceſſerint, etiamſi acceptus illi fueris, etiamſi in medio promiſsionũ illius uitam cum morte cõmutaueris, derelinquet te in ſpebus nihili, eo quòd illius uita diu non perduret: ſed ita effunditur, & perit, cum ne dominus quidem illius maneat. Reuertetur enim, inquit, in terram ſuam unde ſumptus eſt. Tumq; non tantum in effectum quæ mãdarat non deducẽtur, ſed & eius promiſsio incaſſum abibit. Hoc ẽm innuit dicẽs: In die illa peribũt oẽs cogitationes eius.

4 *Beatus cuius.*) Felicitatis nomine, omnia bonorũ genera cõplectit: ſecuritateq; ſpei huius oſtẽdit, & beatũ eum iam dicit, qui talis eſt, & ſimul adiutoris Dei uirtutẽ indicat.

5 *Qui fecit cœlum.*) Opera illius cum diuturna ſint, multò diuturnior atque potentior ipſe erit. Quid autem prodeſt potentem illum ac diuturnum eſſe, ſi non ſimul etiam ad opitulandum promptus ſit? Multi enim inſipientium, iſta obganniunt. Attende autem ut huic ſuſpicioni obuiam eat.

6 *Qui cuſtodit.*) Hoc, inquit, opus eius eſt, non ut iniurijs oppreſſorum curam nullam habeat, calumnijs adobrutos prætereat, ſed ut manũ illis porrigat, auxiliumq; exhibeat. Idq; ſine intermiſsione. quocirca ſubiecit In ſeculum.

7 *Dominus ſoluit.*) Attendis ne ut uniuerſa eius deſcribat, prouidentiã, gubernationẽ, & quòd hoc ſingulare eius opus ſit, calamitatib. releuare. Hæc aũt & homines quodammodo poſſunt: at cæcos illuminare, prolapſosq; erigere, diuinæ tantũ eſt potentiæ. Quoniam enim dixit, quòd iuſtos amore proſequatur, oſtendit eum multis ſolius ærumnæ cauſa opem tuliſſe. Quos enim alit, eo quòd eſuriant alit, quod alicuius uirtutis non eſt: & compedibus conſtrictos ſoluit, quæ res calamitoſæ ſunt. Quod ſi itaq; calamitatibus oppreſſos tanti facit, multò maioris eos faciet, qui uirtutibus addicti ſunt.

8 *Regnabit Dominus.*) Si itaque ſemper regnat, dubitandum non eſt, & licet temporaneam retributionem non conferat, ad excellentioria tamen eam conſeruat.

PSALMVS CXLVI.

Argumentum.

Gratiarum actio pro uarijs, ijsq; maximis Dei beneficijs, quibus ſuam in hoc mundo Eccleſiam, præ cæteris populis exornat.

1 LAudate Dominum.) Antea etiã dixit, Laudate, quoniam Deus ipſe laude admodum dignus eſt: hic autem dicit, & laudem ipſam bonam eſſe, & Pſalmũ innumera bona conciliare. Animum enim terræ adimit, & animam ſublimem effecit.

2 *Domino noſtro.*) Fiat illi, inquit, grata & iucũda. Quocirca nõ ſatis eſt pſallere, ad hoc ut laus Deo probetur: ſed neceſſario requiritur, ut propter puritatẽ uitæ illi arrideamus. Puto autem Pſalmum hunc ipſius è Babylone reditus meminiſſe.

3 *Aedificans.*) Quãuis enim à Cyro dimiſſi ſint, nequaquã tamẽ hoc illius uolũtati, ſed diuino auxilio acceptũ ferẽdũ fuerit. Per diſperſiones aũt diſperſos, et repulſos intelligit.

4 *Qui ſanat.*) Quoniam uitæ rectẽ exactæ fiducia carebant, idcirco denuò ærumnam, Deiq; conſuetudinẽ prætendit. Quamuis, inquit, indigni ſumus, quoniam tamen opus illius ſumus, creaturam ſuam haud deſeret, nec à conſuetudine ſua recedet.

5 *Qui numerat.*) Multitudinis diſperſæ, nec dum apparentis mentione facta, cõmodè hypodigma hoc in medium adducit: nempe, quòd & diſsipatos in unum cogere locum queat,

queat, qui innumeras ſtellas numerare poteſt. Quapropter & nos facilè, quos in modũ
aſtrorum multiplicatum iri ipſemet promiſit, congregabit.
Et omnibus eis.) Exiſtimo de Iſraelitis hoc dictũ eſſe, quod & Eſaias alicubi dixit: O- 6
mnes eos, inqt, nominatim uocabit. Hoc eſt: Nullus illorũ deſiderabit, ſed perinde atq;
ij conſueuerũt, qui nominatim aliquos euocãt, ſic & ipſe omnes diligenter congregabit.
Magnus Dominus noſter.) Quoniã maximæ cuiuſdã rei meminit, nimirum quòd tot 7
hominũ millia per totum terrarũ orbem diſperſa congregaturus eſſet Deus, de potentia
eius iam loquitur: quo Iudæos animo prorſus deiectos ad fiduciam huius rei inducat.
Et intelligentiæ eius.) Non eſt igitur, ut qua'nam ratione hæc præſtare poſsit, ſolici- 8
tus ſis. Potentiæ eñ eius nullus finis eſt, intelligentia aũt iudiciaq; eius abyſſus multa. Ete
nim ne inſipientiũ aliqui dicãt. Quid nobis hoc prodeſt, quòd ſidera ad amuſsim nouit?
de cura etiam illius quã erga genus humanũ gerit loquitur. Neq; dicit, Adiuuãs manſue-
tos: ſed, Suſcipiens. id eſt, Quemadmodum pater tenere amans, colligens ac poſsidens.
Humilians.) Denuo hic cernis abſolutam illius potentiam, atq; cum ad exaltandum 9
humiles, tum ad humiliandos ſuperbos accommodatam.
Præcinite Domino.) Id eſt: Gratias magna cum diligentia agam. Ne quis enim inſi- 10
pientium dicat, Quid ad me cœleſtia illa? illico humanam gratiam ſubiungit. Ideo enim
cœlo nubes obducit, ut pluuiam tibi paret. Et obſerua ſapientiam, uniuerſalia dicit, quæ
uniuerſis largitur, quo illis ora obturet. Quod ſi enim erga incredulos tam liberalis eſt,
ut & nubes moueat, & pluuiam creet: multò magis erga eos, qui peculiaris eius populus
nominantur id faciet.
Et parat terræ.) Obſerua denuo copioſam eius prouidentiam, quoniam non in con 11
uallibus ſolum, ſed & in montibus largam alimoniam & pabulum iumentorum ſuppedi
tat. Quare ſubiungit.
Qui dat iumentis eſcam.) Eſt & hoc inſignis magnificẽtiæ, quòd non tantũ homini- 12
bus ſubſeruientibus & iumẽtis iuſtum ſubminiſtrat: ſed & cæteris rationis expertibus &
coruorum quoq; pullis inuocantibus eum. Quod ſi igitur eius prouidentia, ad agreſtes
quoq; & feras animãtes, quæ hominibus nulli ſunt uſui ſeſe extendit: multò magis ad ho
mines, quos Deus populi ac portionis ſuo titulo inſignit atq; exornat.

PSALMVS CXLVII.

Argumentum.

Eiuſdem argumenti hic Pſalmus cum præcedenti eſt.

Lauda Hieruſalem.) Alloquit Deus nõ urbẽ, ſed eius incolas: quodq; in toto hoc li 1
bro, idipſum & hic conſulit, ut perpetuas Domino pro immenſis ſuis beneficijs gra
tias agamus, neq; uel propugnaculis, uel mœnibus ac foſſis, ſed Dei prouidẽtia nitamur.
Quoniam confortauit.) Quoniam tutum te & inexpugnabilem effecit. Hinc & aliud 2
beneficij genus ſubiũxit. Benedixit, inquit, filios tuos in te. Id eſt: in magnum numerum
creſcere fecit, Et illud, In te: aliud quoq; beneficium cõtinet. quaſi dicat, Non diſsipatos,
ſed congregatos & in te exiſtentes: neq; oberrantes creſcere fecit.
Qui poſuit fines.) Fieri namque poteſt, ut quidam ſecuri ſint, & tamen oppugnentur: 3
uerùm hic etiam iſtis eos inſidijs, nec urbem ſolùm, ſed & ſolitudines liberauit. Quod
autem interdum uſuuenit ut illi oppugnarentur, id non illius opus erat, ſed illorum per
uerſitatis ac nequitiæ.
Et adipe.) Non dixit, Et frumento: ſed, Adipe frumenti. quò maximam ubertatem 4
innuat. Adipis enim frumenti nomine, pinguedinẽ fructus intelligit. Talia quippe ſunt
dona Dei, ubera nimirum & utilia. Neq; etiam ſimpliciter dixit, Dabit: ſed, Cum largita-
te. Hoc enim ſibi uult inquiens: Satiat te.
Qui emittit eloquium.) Quoniã enim dixerat, Lauda Hieruſalẽ Dñm, ne quis paulò 5
inſipientior exiſtimet, Iſraelitarum tantum curam habere Deum, indicat prouidentiam
eius ad omnia extendi, & toti naturæ rerum intentam eſſe. Eſt autem uerborum hæc
ſententia: Non noſtri tantum curam habet, ſed totius terrarum orbis. Sermonem autem
illius,

illius præceptum & prouidentiæ eius operationẽ uocauit. Deinde ut & facultatem eius
exprimat, non uerbi, ſed curſus nomine eam exprimit. Neq; hoc contentus, uelocitatem
illis adiungit: quo oſtendat, quæ ille mandat, celerrime expediri.

6 *Qui dat niuem.*) Inſuperabilem & immenſam Dei potentiam indicat, qua naturas
nondum exiſtentes procreat, & exiſtentes cõmutat, & cuiq; rei quod uiſum eſt accom-
modat. Quamuis enim immutabilibus naturæ legibus aſtrictæ ſint, his tamen ubi illi ita
uiſum fuerit eximuntur. Et nunc naturas ipſas immutat, nunc permanẽtes ad aliam ope-
rationem adaptat. Et licet hæc annuatim, ante noſtros oculos fiant, nequaquam tamen
eo minus ea ſuſpicere & admirari debemus. Nam perpende obſecro quantæ poteſtatis
ſit, modò niuem parare, modò aquam, inq; momento ferè tantas mutationes ac uiciſſi-
tudines cõſpici. Ne quis fortè autem inſipientior paulo naturæ hæc omnia aſcribat, ideo
ſubijcit: Emitte uerbum tuum & liquefaciet ea. Id eſt: Pręceptum eius hæc omnia opera-
tur, non uentorũ uis atq; natura. Facit autem his uerbis fidẽ Iudæis, quòd ſicut illa prout
ipſi uidetur conuertit, ita facillimum ei fuerit, ut & ipſos priori felicitati reſtituat.

7 *Qui annunciant.*) Sermonẽ hic ad ſublimiora trãsfert, de promulgatione legis uer-
ba faciens, quod beneficium præ cæteris excellens eſt. Abducit enim à malicia, & ad cœ-
lum quaſi manu ducens, animos colluſtrat.

8 *Non fecit taliter.*) Huic enim ſoli genti legem ſuam cœlitus promulgauit. Naturæ ſi-
quidem lex omnibus promiſcuè indita, imò innata eſt: Iudæis autem hoc peculiare erat,
ut ipſis ſcripto comprehenſa lex ſanciretur. Quocirca & uates ipſe non dicit, Quòd non
fecerit cuiuis nationi: ſed, quòd ſic non fecerit. Tabulas quippe cęteris non exhibuit, ne-
que etiam literas, & nomotheten Moyſem: at his omnibus Iudæos dignatus eſt, lege ni-
mirum, diuinis tabulis, & eiuſdem generis alijs.

PSALMVS CXLVIII.

Argumentum.

Gratiarum actio pro creatione rerum, & peculiari Eccleſiæ conſeruatione.

1 L*Audate Dominũ.*) Habẽt ſancti hoc in more poſitũ, quãdo gratiarũ actionẽ ador-
nãt, plures accerſere D. laudis participes. Deinde & aliud molit̃. Quòd nã illud: Ne
quis ſtolidus duos eſſe opifices exiſtimet. Nã cũ creaturæ diuerſarũ naturarũ ſint, utpote
aliæ ſpiritales, aliæ corporatæ: ne quis ex operum diuerſitate, diuerſos eſſe opifices colli-
gat, de creaturis omnibus hymnum uni Deo offert, hortatur ut tam à supernis, quàm
infernis creaturis laudetur. Eſt autem hoc animi uehementer accenſi, cunctos ad cele-
brandum Deum exuſcitare deſiderantis.

2 *Laudate eum Sol.*) Hactenus de cœleſtibus, iam de aſpectabilibus diſſerit, illisq; im-
moratur. Hęc autẽ illis euidẽtiora ſunt, utpote ob oculos poſita. Cum aũt dicit cœlos cœ-
lorum, nequaquam cœlorum multitudinẽ innuit: cœlum enim Scriptura in Hebræa lin-
gua cœlos nominat. Percunctetur autem fortè aliquis, quomodo hæc cum loquendi fa-
cultate careant, Deum laudare queant? Plures ſunt glorificandi modi: unus oratione fit:
aſpectu alter, tertius uitæ operibus. Homines enim cum loquẽtes, tum ſilentes Deus au-
dit. Quoties igitur creaturas Deum laudantes inducit, hoc innuit, quòd quæcunq; crea-
ta ſunt, in ijs ipſius creatoris ſapientiæ ueſtigia extent.

3 *Quoniam ipſe dixit.*) Duo hic, imò tria, quin ſi quis exactius inſpiciat quatuor ponit.
Quòd fecerit, quòd facillimè fecerit, quòd facta conſeruet. Quòd enim dicit, Ipſe dixit:
facillimè eum feciſſe indicat. Conſeruare autem facta ab illo, his oſtendit uerbis: Statuit
ea in ſeculum & in ſeculum ſeculi, præceptum poſuit & non præteribũt. Obſerua denuò
poteſtatem numinis diuini.

4 *Laudate Dominum de terra.*) Cur tranſſumit ſermonem? Vt ex abundantia proui-
dentiam Dei oſtendat. Nam ſi quæ in ſpeciem inutilia apparẽt tam bona ſunt, ut & hym-
nos Deo cõcilient, facilè cogitatu eſt, qualia ſint reliqua. Enumeremus igit̃ dictorũ ſin-
gula. Dracones, cæte grandia appellat: ſicut & alio Pſalmo, Draco ille quẽ formaſti. Tan-
ta igitur conſpecta beſtia, qui quęſo eius formatorem nõ magnopere admirarere? Quid
ſi altitudinem abyſſi expendas? Et digna quidem hæc ſunt, quæ ſuſpiciamus: quod
autem

autem de beſtia hac, idipſum quoq; de aquis cogitandum fuerit. Quoniam ambo immutabilibus quaſi uinculis conſtricta tenentur, neq; ſuos limites egrediuntur.

Ignis, grando, nix, glacies.) Admiratus eſt Pſalmo præcedenti niuē tam breui tempo- 5
ris ſpacio in terram deſcendere: hic autem quòd etiam nuſquam antea exiſtentia facta ſint, & quòd facta manent, & miniſterij uicem obeunt, et licet rationis expertia ſint, mandatis tamen Domini multa cum obedientia obtemperant.

Montes & omnes colles.) Frugifera quidem per ſe, & ultro utilitatem ſuam proferūt, 6
non ſolum camporum planicies, ſed & cum manſueta, tum repentia animalia. Montes autem & arbores infrugiferæ, quid afferunt, inquis, utilitatis? Multā ædepol, & uitæ noſtræ non parum conferunt. Sunt enim ad ſtructuras perquam utiles: ita ut niſi potiremur illis, de uita noſtra actum foret. Quid de draconibus autem, leonibus & ſerpentibus ſentiendum eſt? Plurimum & hæc animalia proſunt. Nam priora quidem, corporum uſibus inſeruiunt: hæc autem timorem tibi & modeſtiam incutiunt, nec non ſtrenuum & impigrum efficiunt, & peccati primorum parentum admonent. Neque enim hæ beſtiæ ante, ſed poſt lapſum tandem formidabiles factæ ſunt.

Reges terræ.) Licet in regia ſis dignitate conſtitutus, tamen par eſt, ut Deo beneficen 7
tiſsimo gratias agas, cum tantæ curæ auxilium acceperis: quamuis ſubditus ſis, iterum gratias age, quòd habeas qui tui curam gerat. Et ſiue ſis ſenex, ſiue iuuenis, gratias age Domino.

Laudent nomen Domini.) Sententia uerborum hæc eſt: Prouidentiæ & gloriæ numi 8
nis diuini argumenta & indicia in omnibus eius aſpectabilibus operibus oſtendimus. Meretur autem Dominus laudem & celebrationē ſui nominis non horum tantū cauſa, ſed & ſine his. Nam priuſquā hæc eſſent, & ſine illis, ſublimis & beneficus iam inde ab æterno fuit. Rectè autem dixit: Quia exaltatum eſt nomen eius ſolius: ad diſcernendum eum ab ijs, qui dij non ſunt. Auditorem igitur non iterum ad cœleſtia ſubuehit, dicens, Confeſsio eius ſuper terram. Virtutes ſupernæ enim laudandi eum finem nullum faciūt: non quidem quòd illorum miniſterio admodum opus habeat, uerùm ut ſuam clementiam & munificentiam declaret, ſibi eas deuinxit. Nam ne rurſum deſides eos efficiat, & ne hoc ſolo confiſi uirtutē animi ponant, cum dicit, Hymnus omnibus: non ſimpliciter hoc profert, ſed ſubijcit, Sanctis eius: & poſtquam dixit, Filijs Iſraelis, ſubdit, Populo appropinquanti illi. Eſt autem ſenſus: Si fueritis ſancti, ſic; Deo appropinquaueritis, multa gloria potiemini.

PSALMVS CXLIX.

Argumentum.

Cohortatio ad gratiarum actionem pro immenſo beneficio, quod Deus ſuæ Eccleſiæ in Meßia benedicto exhibet.

Cantate Domino.) Anagogicè, quæ ad nouum Fœdus ſpectant dicit. Nam in hoc 1
noua facta ſunt omnia. At ſi hiſtoriam cōſideres, Canticum nouum uocat, quod de triumphis, rebus præclarè adminiſtratis, poſtliminioq; recuperata felicitate cantaturi erant.

Laus eius.) Attendis'ne ut eam laudationem, quæ uerbis peragitur, eam uelit præce- 2
dere quæ in uita & moribus cernitur? Neq; enim ſufficit ore gratias agere, niſi & operis uirtus in comitatu ſit.

Lætetur Iſrael.) Gratias Deo age, quòd cum nil eſſes ipſe te procreauit, animāq; in- 3
ſufflauit. Aliter autem, non de opificio, ſed appropriatione uerba facit. Non enim tantum, tanquam ei qui hominem fecit: ſed & tanquam ei, qui illos populum ſuum conſtituit, agendæ ſunt gratiæ.

Et filij Sion.) Innuitur quod modò dixi: Proprietas uidelicet, quòd peculiaris eius 4
populus facti ſint. Neq; enim creationis tātum reſpectu rex illius erat, ſed & ob id quòd illos ſibi obſtrinxerat.

Laudent nomen eius.) Obſerua denuo ſymphoniā illuſtrari. Idcirco enim chori ſunt, 5
ut unà omnes Deo laudes canant.

In

6 *In tympano.)* Sunt qui & in his uerbis de organis, anagogen agnoſcant, tympano carnis mortificationem, & pſalterio cœlorum contemplationē ſignificari aſſeuerantes. Superne ſiquidem illud pulſatur, non inferne, ſicut cithara. Ego uerò puto reuera illa organa, quibus olim Deo cecinerunt, hic intelligi.

7 *Quia placet Domino.)* Denuo tam quæ Dei, quàm quæ hominū ſunt dicit. Exaltationes enim ad Deū, manſuetudo autem ad homines refertur. Neq; enim à Domino fit, niſi hominibus ſequentibus. Neq; ſimpliciter dixit, Seruabit: ſed, Exaltabit in ſalute.

8 *Gloriabuntur.)* Illic manſuetos, hic ſanctos requirit. Cuncta quippe Deus ita ut admirationem ſui excitent oſtendere conſueuit.

9 *Et exultabunt in cubilibus ſuis.)* Cùm ſecuritatis, tum refocillationis plurimū oſtendit. Idcirco autem hæc dicit, quo ſciant totum hoc non ipſorum armis, ſed diuina ope factum eſſe, & quòd hæc per animi modeſtiam ſit concilianda.

10 *Exaltationes Dei in gutture illorum.)* Superandum eſſe etiam cum tripudio bellum oſtendit, quòd nimirum cantando & celebrando uictoria potituri ſint. Exultationum enim nomine hymnodias & pſalmodias intelligit.

11 *Ad facienda uindictam.)* Quid ſibi uult dicēs, Increpationes in populis? Ad redarguēdos illos, quòd perpetuis illos conuicijs proſciderant, & reipſa declarandum, quòd non Dei imbecillitas, ſed ipſorum iniquitas hoc illis dederit, ut ipſis imperarent.

12 *Ad alligandos reges.)* Obſerua inſignem uictoriā. Neq; enim ſolùm propulſarunt & fugarunt hoſtes, ſed & uinctis regibus illorum, Dei poteſtatem omnibus oſtendentes, reuerſi ſunt.

13 *Vt faciant in eis iudiciū.)* Eiuſmodi ēm uictoria & iudiciū Dei eſt de hoſtib. ut uniuerſis meridiana luce clarius appareāt, utpote quod conſcriptū ita ſit, ut antiquari nequeat.

14 *Gloria hæc eſt omnibus.)* Quæ? Non quòd uictoria potiti ſunt, ſed quòd ope diuina id contigerit. Videntur autem mihi non ſolummodo uictoriæ, ſed & melodiæ atq; hymnorū mentionē facere, quòd nimirū laudando Deum, magnam ſibi gloriā acquiſierint.

PSALMVS CL.

Argumentum.

Cohortatur ad gratiarum actionem: quam uult non modò declarari, propter magnitudinē & multitudinem beneficiorum, quibus & ſub lege populum Iſrael, & in nouo Teſtamento Eccleſiam cumulat. Porrò Euangelij prædicatio eſt, qua unà Deus prædicat, & nos gratitudinem ſine hypocriſi teſtamur.

1 L*Audate Dominum.)* Vel populi hic, uel uitæ ſanctæ, ſanctorumq; uirorum meminit. Quantum autē ego aſſequi ualeo ob id dixit, in ſanctis eius, quòd talem conuerſationem uitæ inſtituit, & ex hominibus tantum non angelos effecit.

2 *Laudate eum.)* Hoc enim maiore diligētia Deo prēſtatur quàm illud. Cœlum namque hominibus, non homines cœlo inſeruiunt. Atque aliter: Qui in firmamento cœli conſtituti ſunt angeli, laudate eum, &c.

3 *Laudate eum in uirtutibus eius.)* Sententia eſt: Laudate eum potentiæ eius ergò, uirtutis admirandorum operum quæ oſtendit.

4 *Laudate illum ſecundum multitudinem magnitudinis eius.)* Non hortatur ut pro dignitate eum laudemus, quod fieri nullo modo poteſt, ſed tamen pro uirili, moduloq; diuinitus nobis conceſſo.

5 *Laudate eum in ſono tubæ.)* Enumerat omnia inſtrumenta, omnibusq; ijs Deo melodiam offerri mandat. Sicut autem tum temporis Iudæi omnibus inſtrumentis muſicis Deum celebrare iubebantur: ita & nos hoc temporis omnibus membris Deum laudare iubemur. Quoniamq; omnes res creatas, cunctaq; inſtrumenta muſica, quibus hymni dicebantur, ad hymnodiam cohortatus eſt: iam ad omnem naturam, & omnem ætatem ſe conuertit, easq; ad hymnodiam, & doxologiam inſtigat.

FINIS EXPLICATIONVM DIVI BASILII IN PSALMOS DAVIDIS.

MONO-

MONODIA GREGORII NAZIANZENI IN MAGNVM BASILIVM, PER RAPHAELEM VOLATERRANUM conuerſa.

CVM MAGNI BASILII uiri ſanctiſſimi præconijs,mea penè omnia ſcripta ſint referta:ipſumq; dum uiueret,& admirari,& in honore ſummo habere nunquam deſtiterim:hoc ſanè tempore quando exceſſit,uberiores à me laudes expoſtulari proculdubio uidentur: cum defunctorum memoriam præſertim excellentiſsima uirtute præditorum,non ſolum ab amicis,ſed etiam alienis commendari, maxima ſit pietas. Ardua quidem res,& meis nõ ſolum impar uiribus,qui ab hac dicẽdi exercitatione iamdudũ abſtinui,ſed & ijs qui nihil aliud agũt,totũq; huic arti tẽpus ac ſtudiũ tribuũt,& inde laudẽ ſibi uindicare contendũt,ſanè difficilis. Qui ſi profectò ad ſummũ ſeſe in dicẽdo experiri uoluerint,ex omnib. omnino materijs unã hanc ut cæteris potiorẽ,quemadmodũ nobiles pictores ex omnib. exẽplaribus unũ cæteris præſtantius ad effingendũ ſibi potiſsimũ deligẽt. Ego uerò ſi hac uti facultate ullo unquam tempore debeo,neſciam profectò ubi melius aut religioſius, ſiue opportunius,quàm in huius laudibus uires meas omneis intendã. Quod officiũ tribus omnino de cauſis mihi aſſumendum duxi. Primũ,ut mei amiciſſimo & amantiſſimo pietatis hoc munus, quando aliud nequeo,extremum impendam. Deinde,ut omnibus bonis, & illius uirtutẽ colentibus atq; admirantibus,rem gratiſsimam faciam. Poſtremo, quod exitum qualemcunq; ſortiatur oratio,feliciter eueniet. Nam ſi prope ad eius meritorum narrationis metam peruenerit,id potiſsimũ quod optamus aſſequemur,noſtra dictio magnopere commendabitur. Si uerò longè infra ſpem remaneat, huius maximè ſancti commendationi accedet,quod eius laus ac uita omni ſit cõmendatione ſuperior. Virtus nanq; encomij illa demum eſt,quẽadmodum ea quæ laudantur,omni ſint oratione ſuperiora oſtendere. Ego autem ſi poſtremus omnium ad hoc officium ueni,cum & Gregorius Nyſenus, & Amphilochius Iconienſis præſules,ac nõnulli alij de eo luculentiſsime dixerint, ueniam iure precabor ab eo primum de quo agimus. Nam & ipſe dum uiueret, me ſæpe, meaq; ſcripta ſi quid erraſſem emendare ſolebat:neq; id me pudet, quando eius uirtutẽ pro lege ferè omnes habuerunt. Non enim per negligentiam aut contemptum tantæ neceſsitudinis officio defui:neu quod alijs potius quàm mihi hoc munus conuenire exiſtimarem:ſed ut uerum fatear,quemadmodũ quidam antequã ore ac animo purgati ſint, ad ſacra accedere uerẽtur:ſic ego niſi longa meditatione & animo preparato,quicquam de ipſo dicere ſum ueritus:præſertim cum me corpore debilitatum,& articulorum morbo confectum uideam:eum attingere qui præter naturam omne corporis pondus,ac iniurias præ celſitudine animi minimè ſentiebat,non ſum auſus. Sed iam ad rem ipſam uenio:ac primum quemadmodũ Iſaac & Iacob Deum ob ingentem uirorum uirtutẽ dicimus:ſic item Baſilij Deum imploro:ne ſi ultimus ordine, ſaltem facundia poſtremus ad eum laudandum ueniam. Quod ſi æque omnes laudabimus,eius attamen meritis inferiores cuncti apparebimus, ueluti qui ſolem aſpiciũt, quanquã alius alio plus minus'ue, omnes tamẽ uidendo deficiunt. Ego igitur ſi à maioribus ipſius ordiar,& exiſtimem in hac parte qua terreni homines humana tantum ſentientes maximè commendantur, extolli debere,nihil profectò apud Homerum heroum illorum catalogum admirabimur. Nouum hunc tantum Baſilij progenitorũ ſuſcipiemus. Nam & priſcis illis clariora hæc geſta,& (quod potiſsimum) ueriora conſpicias: cum illa ferè ſint omnia fabuloſa. Igitur paternum genus ex Helenoponto Ponti oppido claro uenit:de qua regiõe mira multa à poetis ſimul & hiſtoricis,ut Apollonio,Xenophonte, Polybio, conſcripta reperiuntur. Maternum uerò à Cappadocia,patria item mea, quæ & iuuentutem pulchre educatam,& gentem equorum generoſam admodum profert. Quorundam enim genealogię ac proſapiæ priſcorum Græcorum, plus tumoris ac uanitatis quàm ueræ gloriæ aut ue-

ritatis habent:quarũ nõnullas bona cũ uenia audientiũ narrare breuiter uacabit, ut plané uideamus nihil in his forte,ſublime,magnũ,ſed eo nomine omnino indigna:ac uirtute inferiora inueniri. Hi ſunt Pelopidæ,Cecropidę,Alcmæones,Aeacidæ,Heraclidæ & alij cõplures. Pelops Tãtali fuit filius Phrygiæ regis,qui bellũ cum Ilo, Ilij conditore gerens,cum belli exitũ formidaret,filio mandauit in continentẽ ſe cum facultatibus reciperet,hac conditione,ſi uiueret rurſus in Phrygiam remearet: ſi ſuccumberet, remaneret in Europa. Pelops itaq; ſubſtantiam ferens omnem,in Græciam uenit,in partem quę tunc Apia uocabatur,ubi Oenomaus regnabat,filiam habens Hippodamiã:quem cum equeſtri certamine ac curſu Pelops ſuperaret,filiam promeruit. Ex quo locum habitans, poſtea ſuo nomine Peloponneſum uocauit. Ex eo deinde deſcendentes,Pelopidæ ſunt dicti,ut Atreus,Thyeſtes,Agamemnon,Menelaus,poſtremus omnium Oreſtes:& hoc quidem de Pelopidis. Cecrops rex fuit Athenarum biceps deſcriptus, quod duas teneret linguas,Gręcã & Aegyptiacã. Nam fama eſt Athenienſes Aegyptiorũ colonos eſſe, è Saienſi ciuitate,quorũ dux is fuit,Cecrops,unde & Cecropidæ dicti. Alcmæon Athenienſium unus,uir inſignis,cum Piſiſtrati tyrannidem odio perſequeretur,patriamq; libertati reſtituere cuperet,uenit Delphos oraculum ſciſcitaturus:unde accepit,Lacedæmonios Athenas liberaturos:quo facto illi ad delendã ex Athenis tyrannidem ſunt poſtea impulſi,unde Alcmæon magnã eſt hac ſapientia laudem aſſecutus. Aeacus Iouis filius per ſiccitatẽ Græciæ rogatus,ut ex patre imbrẽ ſupra terrã impetraret,magno deinde fuit apud populos in honore:Peleum ſuſcepit & Telamonẽ. Is Aiacem,ille Achillem genuit. Hercules mit e Ioue natus ex Alcmena Amphitryonis uxore, ex quo Hyllus pluresq; alij fuerunt liberi,Lacedæmoniorum reges omnes Heraclidæ appellati. Et demum Græci nihil ex proprio genere præclarum gloriari habentes,ad fabulas ſe conuerterunt,dicentes eos eſſe ſibi progenitores quos Deos facerent. Quis enim Iouem ſanus mente dixerit Deum omni libidinis genere cõtaminatum? Si aũt dicis hominẽ, nec propterea corruptioni obnoxium ac mortalem,magnum eſſe quendã,& maleficis hoc aſſequi artibus eſt neceſſe. Quamobrẽ ad id quod inſtitui dicere reuertar. Si ex progenitoribus Magnum Baſilium laudare uellem,multa ex eius nobilitate generis dicere haberẽ: uerùm ipſe nõ ex maioribus,ſed ex ſeſe ac propria uirtute nobilitatem potiſsimũ ſumendam duxit. Cum ſit longe turpiſsimũ,colores & formas & equos aliunde quàm ex ſeipſis probari,nos uerò ornatum ac pulchritudinem extrinſecus ab alijs quærere ac mutuari. Quid enim quæſo ad nos maiorum uirtutes ac bona,ſi nos ignaui fuerimus ac ſocordes? Vnum igitur & alterũ factũ in eius proſapia,cuius religio,pietas,iuſticia,cõſtantia, domum facile totam illuſtrauit,recenſere ſat erit.

Vigente ſiquidem illa Maximiani ſæuiſsimi tyranni in orbe toto inſectatione, cædes ubiq; ac ſtrages,ubiq; terror ac fuga Chriſtianorum conſpiciebatur. Baſilij auus ſimulq; reliqui tunc ſanguine coniuncti parati pro Chriſto pati , legem martyrij minimè prætererunt. Lex aũt præceptumq; ſeruatoris,neminẽ ſeſe morti ſponte offerre, aut iugulum petenti præbere cogit:ne aut placẽdi Deo cupiditate in effundẽdo ſanguine , proximũ contra id facere præceptũ cogamus, Ne occidas : aut nobiſipſis mortem inferre uideamur. Tempore uerò nos uocãte ad certamen,alacriter fateri ac legitime pugnare oportebit:ſeſe namq; inimicis ut interficiantur tradere,audacis nimium eſt: deprehenſum uerò,minimè Chriſtũ fateri aut refugere,timidi ac ignaui. Igitur Baſilij progenitores hoc rectè intelligentes,in quandam montis ſpeluncam in Ponto cum paucis miniſtris tyranni ſæuitiam fugiunt:in quo ſanè ſeceſſu quis non longi temporis eorũ patientiam mirabitur? cum hic annos ſupra ſeptem commorati,ſub dioq; agitantes tantum pane uictitarint,reliquis uſui neceſſarijs deficientibus,nec ullam propterea (ut olim Hebræi in deſerto) lamentationis uocem emiſerint. Sed tantum hæc ſecum : Duremus & noſmet rebus ſeruemus ſecundis,non deerit prouidẽtia. Quod ſi Deus in eremo Iudæos manna & coturnice pauit, & alia prodigia edidit:nobis item hodie cibum præparabit pro pietate laborantibus. In hac itaq; cogitatione exiſtentibus mira Dei benignitate ecce obſonia impræparata atq; improuiſa aderant,cerui pingues ad illos nemine perſequẽte uenientes, è quibus quot erat opus pro tempore interficiebant, reliquos dimittebant, ac quodam modo uoluntarios in promptuario uſui futuro cõſeruabant. Hæc eorum uenatio longe

felicior

felicior quàm Orionis & Actæonis, quibus Dianam iratam ferunt: alteri quod eam tentaſſet, ſcorpium immiſiſſe: alterum, Actęonem dico, quod nudam eam lauantẽ uidiſſet, in ceruum conuerſum, à canibus ipſius diſcerpi iuſſiſſe. Felicius item hic ceruina carne diuinitus ſuſtentati, quàm Iphigenia illa apud Aulidem à morte per ceruã liberata: quæ cum (ſi uera eſt fabula) pietatem ex Diana inueniſſet, non reddidit tamen: ad aram Scythicam in Tauris translata eſt, ubi hoſpitũ ſanguine placatur. Illi uerò Dei beneficio longè alacriores facti, pro eius nomine demum ſupplicium conſtantiſsime tulere. Parentes eius ut perpetua concordia deuincti, in mediocri ac bene parta ſubſtantia perſanctè ac piè uixerunt, pauperes nutriendo, hoſpites excipiendo, partem ipſius Deo cõſecrando, cæteris omnibus eiuſdem ſtatus exemplo fuere. Magiſtratus uerò & honores, quos uulgus admirari potiſsimum ſolet, in patria ſunt omnes ferè aſſequuti. Ego uerò optimũ ex eorum uirtute iudiciũ facio, quod prolem optimam ediderunt: adeò, ut ad obtinendum celebre nomen, ſatis per ſe, etiamſi tales non edidiſſent filios, ſufficerẽt. Rurſus uerò talium extitere filiorum parentes, ut ſi ipſi per ſe minimè clari extitiſſent, filiorum attamen præſtantia, cæteros meritis antecellere potuiſſent. Quod ſi inter natos omnis unus aut duo tantum præſtarent, hoc planè naturæ potius quam parentibus aſcribi potuiſſet: uerùm quando omnes fermè ſumma uirtute præditi fuere, palàm profectò uideri poteſt, hoc parentum ſapiẽtiæ ac educationi diligenti referri oportere. Sunt enim hi, Macrina, Baſilius, Gregorius, Petrus, Naucratius. Ex his tres cœlibes ac ijdem præſules fuere, Baſilius Cæſareæ, Petrus Sebaſtæ, Gregorius Nyſæ. Hic enim Baſilij pater, Baſilius item appellatus, & ſi matrimonio ſe uinxit, ita tamen in eo uixit, ut nihil propterea ad perfectam uirtutem ac philoſophiam conſequendam impediretur: & in ſtatu cõiugali uitam ac ritum ſeruauit ſacerdotalem. Ex quo tria hæc, caſtitas, matrimonium, ſacerdotiũ, quæ diuerſa ſolent uitæ genera conſtituere, nequaquã in hoc pugnantia fuere, aut uirtuti ullo modo offecerũt. Eamq́ pene ſolus eſt felicitatem aſſequutus, quam patres optare ſolent. Et cum ipſe cæteris uirtute præſtaret, à filio facile uictus eſt. Mater Emmelia appellata, re nomen hoc promeruit. Emmeles eñ, hoc eſt, prudens, ſagax, atq; ſolers, in rebus agendis una fuit omnium aptiſsima, nec minori inter mulieres quàm uir eius in ſuo ſexu, uirtute fuiſſe apparuit. Quamobrem iure id quidem ac naturaliter contigit, ut ex bonis bonus admodum ederetur fructus. Venio nunc ad ipſum, ac in primis de ipſius oris dignitate, uiribus ingenuis, ſtatuæ proceritate, corporis totius pulchritudine nihil dicam: non quod in ipſa iuuenta, ubi adhuc carnem abſtinentia non corruperat, aliquid non laudatũ habuerit: ſed ne mihi ut palæſtram exercentibus eueniat, qui robur ac uires fruſtra cum alijs experiundo ac præludendo abſumentes atque atterentes, cum ad ueram poſtea ueniunt pugnam, ac corona palmaq́ expectatur, inferiores inueniũtur. Hæc tantum laudabo, quæ dicendo non ſuperflua narrare, neu extra ſignum iaculari uidebor. Prouerbium nanque eſt cum ea quæ ab initio tendimus minimè conſequimur. Exiſtimo enim apud omnes qui ſapiunt iam eſſe in confeſſo. Quemadmodum eruditio ſeu diſciplina primum eſt omnium bonorũ, non ſolum Chriſtiana, quæ non dictionũ pulchritudinem, ſed rerum ſenſum & intelligentiam ſequitur: uerùm & ea quæ extra fidem eſt, quam'ue Chriſtiani nõnulli uelut à Deo ſeparatam odio habuere, male quidẽ iudicantes. Si enim quoniam quidam ex philoſophia aliena noxam contraxerunt, ac in errores uarios inciderunt, ea de cauſa illam deſpiciũt: eodem modo & hi cœlum terramq́, & omnia quæ in eis continentur odio poterunt habere: quando plures inueniuntur qui hęc Deos conſtituunt, aut his alioqui abutuntur. Similiter autẽ & ignis & elementa cætera, & cibus ipſe, quæ interitum ac perniciem male utentibus ferunt, ab omnibus male uidebuntur. Verùm contra conſpicimus, quod non ſolũ ea quæ de genere ſunt meliorũ, ſed omnino peſtifera & uitanda, interdũ ea probe accõmodantes, iuuare inueniãtur. Iamq́ ex uiperæ carne ſingulare morbis remedium inuentũ, quod theriacam appellant. Sic igitur ex Græcis doctrinis quæcunq; ad naturæ cognitionem, morumq́ inſtitutionẽ faciunt, ediſcamus: quæ uerò ad errorem & ſuperſtitionem uitemus. Non enim ex eorum dogmatis ad Dei cultum parum proficimus. Quomodo inquis? Si noſtra cum illis cõferamus, ac cõparatione ut ſancta, pura, integra, uera illis probroſis, impuris, ineptis, longè præſtare noſcamus. Non itaq; ulla deſpiciẽda diſciplinæ cognitio, cũ de genere bo-

NN 2 norum

rum ſcientia ſit omnis: quin potius ipſam ſpernētes, & ruſticos & planè ignauos exiſti-
mare debemus, qui libēter omnes pariter ignaros eſſe uellent, ut ipſorum ignorantia in
communi latēs minimè deprehendi aut ab alijs taxari ualeat. Iſtorū itaq; opinione con-
futata, quid indolis aut diſciplinarū in Baſilio fulſerit, uideamus. Prima ætatis rudimen-
ta à patre optima quidem in Ponto accepit baptiſmi: magis autem morum regeneratio
nem, quam diurnam Dauid uocat, dicens: Dies renouabuntur. Eſt enim uitæ renoua-
tio luci ſimilis, nocti contraria, ueluti ſordidæ ac tenebroſæ pura ſplendidaq;. Sub patre,
inquā, educatus, nō ut ſub Chirone Achilles uenari, equitare, citharizare, didicit. Quā-
obrem Achilles, id eſt, ſine cibo dictus: Chilos enim cibus ac ſuccus eſt. Nam crudis tan
tum ferarum artubus paſci aſſuetus erat. Sed grāmaticam in primis edoctus quæ cycli-
ca dicitur ſcientia, quod circa eadem uoluitur ac uertitur: nec ſolum hanc, ſed morum ac
pietatis ſtudia: quæ ſi quis non utraq; acceperit, ſimilē monoculo dixerim, cui altero ca-
rere lumine magni incōmodi loco eſt. Qui autem in utroq; legitime inſtructus fuerit, ut
unà cum moribus ſcientiam dicendiq; facultatem habeat, is iam in hac uita beatus uiue-
re incipit: & quod futurum pollicetur ſeculum, ſecūdum naturā iam poſſidet. Hæc itaq;
Baſilius retinuit ex patrio & domeſtico exemplo accepta, probè: in quod reſpiciens ue-
luti equinus pullus ſtatim natus circa matrem alacer generoſitatis indicium ludendo &
hinniendo prodit: uelut etiam imago ab egregio pictore antequam ſit abſoluta, linia-
mentis ac umbris quibuſdam ducta, ſatis quantum ſit egregia futura oſtenditur: ſic ipſe
ante legitimos ætatis annos immaturam adhuc uirtutis indolem in futurū tempus præ
ſe tulit. Poſtquam uerò ad ætatem uirilem peruenit, melioris occaſionem frugis, & labo
ribus alios addere labores cupiens, & dicēdi ſtudiò incenſus, ut in eo magis proficeret,
Cæſaream Cappadociæ metropolim uenit, quæ tunc literarum gloria & ſtudioſorū fre
quentia in Aſia tota florebat. In hac breui tempore adeò cōtendit, ut in omni ferè diſci-
plina æquales omnes ſuperaret, unde magnum apud eos populos eſt nomen aſſecutus.
Nam & doctrinam ſupra ætatem, & morum grauitatem ſupra doctrinam oſtendebat.
Omnia iam aſſecutus, quæ & philoſopho & oratori & ſacerdoti opus erant, cū in his ho
noris ac profeſſionis de more inſignia poſſet accipere, facile deſpexit, ac ſuperuacua pu
tauit: ut qui non phaleras, ſed ueram ex his doctrinis utilitatem captaret: quibus tantum
operam dedit, ut eas theologiæ dogmatiq; noſtro ueluti miniſtras adiutrices haberet. Si
quis enim quæ probè recteq; intelligit, oratione prodere nequear, ſimilē hunc dixerim
ſiderato: qui quàuis conetur, ſeſe tamē mouere non poteſt. Opus itaq; futuro ſeruo Dei
philoſophari, & ab hoc mundo ſecedere, & cum Deo uerſari, & his demum adminiculis
uitam mortalibus diſpenſare cœleſtem. Poſt hæc Conſtantinopolim petijt, ſtudijs item
literarum admodum celebrem, ut magis ac magis in his proficeret. Poſtremò Athenas
contendit doctrinarum omnium ac diſciplinarū procreatrices: quas ego aureas appel-
lare ſoleo, quod multa mihi tribuerint bona. Hic nanq; Magnum Baſilium quod longè
melius ac felicius quid, quàm eruditio erat quā ſectabar, primum noui, ſimile quiddam
Sauli regi aſſecutus. Is enim patris aſinos quæſitum miſſus, cū de his Samuelem prophe-
tam percōtaretur, rex ab eo declaratur ac ungitur. Ex quo (parergum hoc eſt, non ab ini-
tio quæſitum aut excogitatum) pluris ſe, longe q; quod anteà quærebat, factum eſſe ui-
dit. Aſinos enim ueſtigans, regnum inuenit. Sic item ego doctrinam ac dicendi faculta-
tem ſequens, Magnum Baſilium reperi. Ego enim cū eius laudes celebrare inſtituerim,
quandam mea cauſa digreſsionem hic facere cogor, ut planè referam, quæ initia noſtræ
beneuolentiæ in hoc loco fuerint. Quod ſi longiuſculus fuero, meo ergà illum amori ac
deſiderio danda eſt uenia. Nam nec oculus à ſpectaculis, nec item lingua à narrationib.
poterit dulcibus retineri. Affectus quidē honeſtus, quem minimè pati pœnam ac dam-
num is qui ſapit exiſtimabit. Igitur nos Athenæ habuere ueluti fluminis fluxum ex uno
uenientis fonte. Quèmadmodū, inquam, aqua ex eodem ſcaturiens fonte, ac in duo di-
ducta rurſus in unum coit: ſic & nos ex eadē patria euntes, ac poſtea diducti, ego quidē
Alexandriam, Baſilius uerò Byzantium profecti ſumus, rurſus Athenis conuenimus:
quo prius ego, poſt me ſtatim ille acceſſit magna quidem expectatione, ut cuius iam fa-
ma celebris eſſet. Quamobrem quiſq; doctorum curabat ac ſatagebat quemadmodum
eum ſibi diſcipulum adſciſceret. Hic ego rem nouam ueluti ientaculum curioſis inter

ponendę

ponendo, parumper digrediar. Athenis iuuenes erga ſuos ſophiſtas inſaniũt. Nã quemadmodum hi qui curſus equorũ ſpectatum in circum uenere, in diuerſas diuiſi partes à coloribus cognominatas ſedent: ac quaſi equos ipſi flagello uerberent, ita aera palmis cædunt, digitos mouent ac indicant, equos iungunt, ac dexterũ ad ſiniſtrã, medium'ue ad ſummũ tranſponunt: & cum nullius ſint domini nec equi, nec aurigæ, alteri tamen dicunt parti, commutemus, uos ueſtros ſimul & aurigas & magiſtros nobis date: nos autem noſtros uobis concedimus, ac ocyus uidebitis quantum uos curſu ſuperabimus. Et hæc dicunt homines qui nec in craſtinum habent quod edant. Sic & Athenis iuuentus certatim ſtudet, ut plures ipſi condiſcipuli ſint, & ſuos doctores ex hoc fere locupletiores reddant. Res quidem abſurda ſimul & inepta. Nam pars nulla eſt Athenis, ſeu in tota Græcia quam nõ ipſi præoccupent, & ubi exploratores non habeant: ut eos qui ad diſcendum ueniunt, ad proprios deducãt magiſtros. Quando itaq; aliquem ſunt nacti, ſiue uoluntarium ſiue inuitũ, hunc retinent. Ridiculũ ſanè quem in modum illum exagitent, aut deludant. Mox atq; aduenit ab aliquo deducentium hoſpitio recipitur, qui maxime in ſophiſtica præcellere uideatur, ut magiſtris lucrum afferant: quamobrẽ ab ipſis magnopere diliguntur, quod huiuſcemodi diſcipuli quæſtuarij ac illis nouos adducentes iuuenes loco magnæ mercedis habentur. Hunc itaq; hoſpitio ſemel exceptũ, ut eius faſtum & arrogantiã (ſi quam fortaſſe habet) extinguant, & humanum ac facilem reddant, uerbis prouocare ac plane interrogare per contentionem quidam audacter & incompoſitè, nonnulli uerò cum ratione ac dialectica ſolent. Quod ſanè factũ ijs qui rem hanc & conſuetudinem neſciunt metum incutit: ijs uerò qui norunt, iucundum & ludi inſtar eſt. Oſtentatio quidem ſola timorẽ habere uidetur: res uerò minime. Poſt hæc in balneum per forum eum ducunt. Appropinquantes more furentiũ ſaltant ac clamant. Vox hæc eſt: Balneum prohibetis, nec nos recipitis: ſimulq; portas calcibus cõfringũt: ut uox ac ſonitus hoſpitem eò deductum perterreat, & ex hoc ſanè appareat, an is intrepidus & firmus, an mollis & inconſtans exiſtat. Deinde in balneum introducunt, & ab omni liberant metu, & in reliquum tẽpus ut unum ex eis habent. His demum nugis illa iuuentus oblectatur. Vt igitur ad Baſilium reuertar: Tunc ego illũ non ſolum noui, ſed & apud eos qui minimè, niſi forte ex fama nouerant, mea cõmendatione effeci, ut in honore perpetuo haberetur. Ex quo inſaniam illius ludi cõſuetũdinem unus effugit, ut nõ nouus iam aut nuper aduenã, ſed ex ueteranis uideretur. Hic itaq; cũm eo mihi amicitiæ initium, quam ut alij quoq; ſeruarent operã dedi. Deinde res euenit huiuſcemodi: Erant ibi Armenij uafrum genus, ut ſcopulis maritimis cõparandi uideri poſsint, qui aqua operti atq; ignoti maximum nauigantibus periculum afferunt. Quando igitur Baſilius Athenas uenit, Armenij huiuſcemodi, qui eius ſocij ac condiſcipuli in ſchola patris fuerant, eum cõuenerunt, amicitiam priſtinam ac beneuolentiam ſimulantes, re autem uera ei quod honorẽ ab Athenienſibus magnopere præferretur inuidentes: eumq; non ordine aut ratione interrogauêrẽ, ſed cõtẽtione atq; audacia freti quęſtiones propoſuêrẽ: hoc fermè modo illum ſibi ſubijcere, ac humilem reddere exiſtimãtes. Non enim ſecum bene agi exiſtimabant, ſi ipſi qui iam Athenis philoſophi nomen & habitũ ſumpſiſſent: (Nam philoſophorum habitus tritus & colore tetro ac mœſto erat) pretereã ſciẽtiæ ſermonisq; faſtũm præ ſe ferrẽt, hoc nuper aduena longè inferiores haberẽtur. Ego uerò me nunc deceptum eſſe, nec inuidiam malignitatemq; eorũ deprehẽdiſſe fateor. Quam ob rem eorum diſputationi aſtipulator ſuffragatorq; fui, cum iam ceſſuros eos ac planè ſuccumbere uiderem: ne ex hoc Athenienſium ſtudium ac gloria, quam cũ primis amore proſequebar, peſſundaretur, (Nam in huiuſcemodi diſputationibus quædam uel parua acceſsio breueq; auxilium magno eſt ad uictoriam momento.) Itaq; ut ait Poeta, pares ceruices pugnæ prębui, hoc eſt, pares eos cum Baſilio diſſerendo reddidi. Vbi uerò illorum noui iniquitatem: (Neq; enim quod intus erat, diu celari potuit) tunc demũ uiro ſanctiſsimo aſtiti rurſusq; ad uictoriam ἑτεραλκῆ, hoc eſt, nunc in illam nunc in iſtam partem inclinantem, operam meam contuli, puppimq; moui. Prouerbiũ eſt hoc, in eos qui iter retractant iam cœptum, ex nauigantiũ ſimilitudine: qui cũ ſe ad iter aliud cõuertunt, puppim remis agitant. Baſilius uerò cum me ſuas partes tueri uideret, magnopere gauiſum animum reſumpſit: ex quo illos & ſyllogiſmis & arte dialectica cõfundens atq;

abſterrens,ab ſe humiles dimiſit. Quæ quidem res ita me illi beneuolum rurſus reddidit, ut amoris igne immortali continuo mihi afficeretur. Igitur hoc modo Armenij illi magna cum uerecundia uicti abſceſſerunt ſuum damnantes conſiliũ, quod tam temere uirum talem eſſent aggreſsi: præterea mihi irati ac maledicentes, quod nõ ſolum eorũ ſed Athenarũ honorem meo in illum ſuffragio prodiderim. Magnus uerò Baſilius dolore quidẽ, attamen humano tangebatur. Nam ſi forte magna quædã ſperamus, deinde longe infra ſpem cõceptam ea eſſe comperimus, affligimur. Sic ille Athenas ueniens plurimam putabat ſe ſapientiã ac morum diſciplinam inuenturũ: ubi uerò Armeniorum in quos primũ incidit inſolentiã deguſtauit, magnopere admiratus eſt: quapropter & fruſtra beatas eſſe Athenas appellatas dixit. Ego uerò eum cõſolari conatus, adducebã occultos eſſe mores hominũ: nec cito ſed tempore deprehendi, neq; ſubito, quid ex diſciplina profecerint dignoſci: his itaq; uerbis eum ad ſpem atq; alacritatẽ reduxi. Procedẽte aũt tempore nos & philoſophia & bonorum ſtudiorum concertatio magis ac magis conciliauit. Ego quidem dum omnia quæ ſimul geſsimus cupio narrare, orationis modum me uideo præterire. Verùm me continere nequaq; ualeo, ne hæc perſequar: dum ſi quid prætereo, melius mihi quàm quę dicta ſunt, cõtinuo uidetũ. Quòd ſi quis prohiberet, & à ſerie eorum quæ dicere cupio abſcindere conaretur, mihi idem quod polypodi eueniret. Hoc enim genus piſcis, ſi quis è cubilibus trahere per uim uelit, quod acetabula ſaxis hærentia teneat, aut è petris aliquid auellet, aut certe è carne ipſius petris infixum aliquid relinquet. Si quis eñ mihi circa omneis laudes late uagari cõceſſerit, habeo quod uolo ac quæro. Si minus, anxius quidem & cum moleſtia, attamen ſiue nolit ſiue uelit, narrabo quæ uolo. Sic itaq; inter nos habuimus, ut rerum pulchrarum fundamenta proculdubio, quæ Pindarus aureas columnas appellat, iecerimus. Nam ſi quis domũ munitam ædificare uoluerit, ſi bona ac ualida ponat fundamenta, proculdubio pulchrã claramq; reddet: ſic & nos ad noſtram ædificationem ſimul pulchrum hoc amicitiæ ſtudiorumq; communium exordium cœpimus, per quod iter poſtea ad ulteriora fecimus, profecimusq;. Pari nanq; ſpe ac indole diſciplinas continuantes citra inuidiam, zelo tantum mutuæ concertationis incenſi contendimus. Duæ nobis erant notæ uiæ, una quidem præcipua, quæ ad Dei templũ ac in eo præceptores deduceret: altera uerò inferior dignitate, quæ ſecularis ſcientiæ ac prophanarum doctrinarum magiſtros oſtenderet. Alias uerò uias aliaq; inſtituta, alijs prorſus reliquimus. Cũq; diuerſas quiſq; appellationes & nominum adoptiones honoris gratia, ſeu ex maioribus, ſeu ex proprijs geſtis ſtudijsq; ſumptas ſibi aſciſceret, nos tantum in nomine domini Ieſu Chriſti gloriabamur. Chriſtianosq; appellari & cenſeri loco ſummæ dignitatis & honoris eſſe putabamus: multò nos magis quàm Gyges ille in annulo, uel Midas in auro feliciores propterea exiſtimãtes. Fama eſt, Gygem annulum inueniſſe, quem ſi quando uideri nollet, intra digitum uerteret: & cum hoc aliquando faceret, clam in Lydorũ regiam ingreſſum regem cepiſſe, ſeq; regem conſtituiſſe. Midam uerò Phrygiæ dicunt regem ita auri cupidum, ut quæcunq; attingeret in id conuerti optaret: & hoc pacto cum & cibus ipſe in aurum uerteretur, fame perijſſe. Dicitur & Abaris, homo genere Hyperboreus, apud Scytas talem ab Apolline ſagittam accepiſſe: quam iaculans ſimul ipſe cum ea ferretur, ſicq; uelociſsime populos circumiens reſponſa per eam dediſſe. Ferunt item Pegaſum equum alatum à Minerua Bellerophonti dono datum, in quo inſidens ille per aera ſit latus. Non igitur hæc tam cito mouebantur, quàm nos dum alterum alter ad Deum per uirtutem incitat, tollebamur. Quodq; etiã mirum nos Athenienſiũ ſuperſtitio, ad quam præclara ingenia ſeſe quãdoq; cõuertebant, quod difficile ſit ab ijs abſtinere, quæ apud eos quibuſcũ uiuimus magnopere laudantur, nunquam contaminauit. Ego uerò quando cœpi, ſi quid mirum in orbe terrarum reperitur, ad noſtræ amicitiæ cõparationem adducam. Vt eſt Alpheus fluuius, qui ex Arcadia Peloponneſi ad amatũ Arethuſæ fontem in Siciliã per aquas marinas ingreditur, nec propterea ex eius dulcedine quicquam mari ſeſe commiſcendo amittit. Item Salamandram lacertæ magnitudine animal tanta dicunt frigiditate naturæ ut in ignis medio qui omnia domat, non ſolum lætetũ & uiuat: ſed eum omnino extinguat: ſic & nos in omni Athenis ſocietate ac conuerſatione, fidei dulcedinem inuiolatam atq; incontaminatã in media hominum ſuperſtitione atq; infidelitate

delitate ſeruauimus. Nec ſolum in igne perfidiæ Deum uerum colẽdo incolumes uerſati ſumus, ſed eum potius noſtra profeſsione atq; cõſtantia ſuppreſsimus. Quin & ſocietas quædam ac collegium hominum non ignobilium circa nos erat, qui ſibi Baſilium ſtudiorum ſuorum ducem ac magiſtrum conſtituerent. Erat enim non ſolum Athenis, ſed etiã apud extremas nationes præclara de nobis fama: adeò ut qui nos deſpicere uellent, cum ſtomacho loquerentur ea, ex quibus Athenæ laudantur, apud tales & noſtra iuuentus commendatur. Et demum in id amicitiæ nomen uenimus, ut Pyladem & Oreſtẽ ſuperare uideremur. Sed ego dum Baſilium extollere contendo, in meas imprudẽs incidi laudes, qui nec ab alio laudari facile paſſus eſſem. Veruntamen non mirum, ſi ut ex illius amicitia uiuentis admodum profeci, & ad uirtutem inſtitutus fui: ſic & dum mortui memoro laudes, dum inclyta facta recenſeo, iuuari proculdubio ſpero. Ego enim ab eius alioqui ingenij celſitudine ac uelocitate tantũ diſtare me fateor, quantum pedites à Lydio curru. Sunt enim currus Lydij uelociſsimi. Pelops namq; Lydius cum ſocero Oenomao contendens, curru eũ ac curſu ſuperauit. Sed oratio noſtra iam ad inſtitutũ reuertatur. Quis enim tanta prudentia ſapientiaq; ante ætatem præditus unquã ut Baſilius fuit? quoniam Salomon ſenectutẽ canosq; ſapientiã appellat ac definit, non capillorũ caniciem intelligens: ſenectus namq; preciosa & grauis non annorum numero, ſed moribus ac diſciplina recenſetur. Quis enim coæuorũ æqualiúmue, uel etiam ſeniorũ adeò uenerabilis fuit? Quis utrunq; adeò retinuit, ut orationis facundia & morũ diſciplina omnino probaretur? Sic oẽs probe doctrinas edidicit, ut uni tantũ uacauiſſe crederes: ſic ſummus in cunctis apparuit, ut ſi forte illum tanquam oratorẽ interrogares, tantum nouiſſe rhetoricam uideretur: ſic item reliquas. Nec mirũ, cum naturæ ingenioq; excellenti diligentiam ac curam uehementem adhibuerit, quibus ſanè duobus proficere magnopere ſolent in ſcientijs homines. Nam eo fuit ſtudio ac labore, ut ſat ei citra naturam ad conſequendas omnes artes diligentia fuerit. Rurſus uerò ita celeri uelociq; præditus natura, ut ſtudio uehementi ac cura non multum indiguerit. Quis enim rhetoricen ignis feruorem ſpirantem (ut Homerus de Chimæra dicit) tam probe nouit? Chimæra namq; monſtrum è tribus compoſitum: anteriora leo eſt, poſteriora draco, media capra: ſic item rhetorice in tria diuiſa genera: deliberatiuum, iudiciale, demonſtratiuum. Quis inquam ea melius eſt uſus? Non ut mos plerunq; oratorum eſt, ad accuſationem, maledicentiam, aſſentationem eſt uſus. Non in proximos mordax, nõ in rebus petulans aut ſcurrilis, non in conſulendo uafer aut calidus, deniq; ab his omnibus uitijs quibus alij facultatem hãc habentes abundant, prorſus alienus. Quis enim ſimilis in grãmatica, quæ hiſtoriã eſt apta deſcribere, rem humano generi admodũ utilem ac neceſſariã, planeq; ad ſapientiam uiam per uaria præteritarũ rerum exempla monſtrantẽ? Eſt item ars grammatica eorum quæ apud poetas & hiſtoricos ſcribuntur iudex ac directrix: poemata taxat: linguas ac catalectos interpretatur, etymologias ueſtigat: analogias tradit. Philoſophiæ latebras omneis penetrauit, quæ ad ad mores naturãq; ac contentionẽ pertinerẽt. Ex alijs mathematicis Aſtrologiam primum, quantum ſobrio ac plane Chriſtiano fas erat, ut planetarum curſus ac rationem teneret: reliqua, hoc eſt, apoteleſmata & aſtrorum effectus ac figuras, per quas eis credentes ac perſuaſi prouidentiam tollunt, penitus ſpreuit. In Geometria cum figuras omnes planas ac ſolidas earumq; rationem noſſet, in nullam hac de cauſa ſuperſtitionem uenit: nec errauit ut quidam, qui circulari cœlum forma, nec circuli principium aliquod aſpicientes, in opinionẽ facile uenerunt, mundum hunc ſine principio eſſe. Numeros ac proportiones probè tenuit, rebusq; rectè accõmodauit: ut quẽadmodum ſe habẽt octo ad quatuor, ita quatuor ad duo. At numeris diuinã ineſſe naturam, ut Pythagoras putauit, & Deũ per ipſos multa agere, & oĩa ferè eorũ ratione euenire, deliramentis ſimilia putabat. Ex quo magnopere laudandus Baſilius, qui ex artibus cunctis quæ potiora eſſent delegit: quæ uerò minimè tenenda, minimè curauit. Quæ autem ad corpus pertinent, ab ipſius uitæ exordio uſque ad extremum, tenui fuit ualetudine, & ex hepatis morbo continuo laborauit. Quamobrem neceſſariam ei continua ualetudo medicinæ ſcientiam fecerat, cuius theoricam ac rationem facile per philoſophiam quam tenebat inuenit: practicã uerò & empiricam per laboris dolorisq; toleratiã adeptus eſt. Nam & ad philoſophiæ cognitionẽ ſimul & obſeruantiã corporis debilitas &

ualetudinarium eſſe, ut ait Plato, non parum faciunt. In primis igitur ſeſe ac proprium malum curando, in huius artis habitum uenit: non tam ea quæ ſunt artis, manifeſtè curam & experientiam exquirens, quàm rei huius & morborum cauſam ad philoſophi ueſtigationem pertinentem perſcrutans, ut cuiuslibet rationem accidentis reddere ualeret. Vir itaq; ſanctus poſtquam omneis adeptus erat diſciplinas, ut ultra Gades tranſire non poſſet, (prouerbium hoc Pindari in his quæ ad ſummum peruenerunt, quod ultra Gades non ſit tellus penetrabilis,) de reditu in patriam cogitauit, ad rerum meliorum occaſiones captandas, ſicuti ambo conuenimus. Aderat dies qua ex Athenis nobis digrediendum erat: ac ſtatim amicorum ac ſociorum, tum etiam præceptorum turba nos circumſiſtunt: orantq; nullo modo diſcederemus: non precum, non inſtantiæ locum ullum, ſolitum ab ijs fieri qui à chariſsimis diuelluntur dimittebant. Hic enim meipſum potius quàm Baſilium, cum audax ſit facinus eum taxare, accuſabo. Is cum cauſas eius neceſſariæ peregrinationis adduceret, meq; propterea relinquere oporteret, Athenis ego miſer ab eo proditus & laſſus & debilis & æger remanſi: me nanque dimittendum eſſe ſibi nequaquam ipſum dimittere uolentem, credidit. Hoc enim factum circa nos fuit, ueluti ſi corpus unum in duas ſcinderetur partes, & ambæ ſimul interirent. Vel quemadmodum ſi duo uituli ſimul educati, & ſub eodem iugo aſſueti diſiungerentur, ac mugitu lamentabili omnia complerent. Sed non diu hæc ſeparatio fuit. Neque omnibus interea gentibus noſtræ diuiſionis rationem ſeu excuſationem reddere ſuſtinui. Itaque me ingens deſiderium, uincula omnia eorum, qui me retinebant abrumpere iuſſit, & ad meum Baſilium properare, equum illum Homericum imitando: qui præſepe dedignans, uincula'que abrumpens, fremit, in campumq; ruit: ac ſublata ceruice iubas quatiens ad proprium ac relictum gregem facile reuertitur. Poſtquam igitur ambo in patriam reuerſi ſumus, mundo quidem ueluti theatro cuidam aliquantulum ſatisfecimus. Nam ut in theatro & ſcena quadam exiſtentes palàm, familiæ, amicis, propinquis eouſque uerba fecimus, ut eorum deſiderio & charitati erga nos ſatisfaceremus: qui nos interrogare ac aſpicere quantum in literis ac doctrinis profeciſſemus magnopere cupiebant. Nos uerò cum minimum oſtentationi dediti eſſemus, minimumq; dilatare phylacterias cuperemus, breuiter in ſtatum priſtinum noſtrum reuertimus. Cumq; in uirilem ueniſſemus ætatem, generoſiorem longe Chriſti cauſa prouinciam aggreſſi ſumus, non tamen ſimul. Nam & malus dæmon per inuidiam nos diduxit. Et Magnum Baſilium Cæſarea ut rectorem & inſtitutorem, ſimul præſulis adiutorem habuit: qui ubi me reliquit, peregrinationes multas ac propoſito quod inſtituerat neceſſarias ſuſcepit. Nam ſtatim Seleuciam ad beatæ Theclæ templum, ſiue ſeceſſus & quietis, ſeu potius uoti & ſupplicandi gratia profectus eſt. Me autem ab illo meorum pietas parentum, quod cuperem ſenectutem eorũ nutrire, deinde domeſtica calamitas, ſeparauit. Nam ea fortè tempeſtate mea ſoror Gorgonia defuncta eſt: & ante hanc bonus Cæſarius exceſſit: cuius diuitias ac ſubſtantiam multi rapere uolebant. Ego autem & patri aſsiſtere & rapaces prohibere cupiens, in multa incidi mala: exiſtimoq; quod à uiro ſancto diſceſſerim, nec me in uia Dei ut planè animo inſtitueram, relictis omnibus exercuerim: hæc omnia incommoda mihi eueniſſe: ſed mea facta quocunq; Deus omnipotens iuſſerit ferantur. Illũ uerò Dei diſpenſatio per ſacerdotij gradus illuſtrem ac notum omnibus fecit, ac inter preſbyteros conſtituit: non tamen ſtatim nec præter ordinem, ſed per gradus uiceſq; paulatim deductus ac promotus. Nec enim hos laudo qui ſine ordine ſtatim in eccleſia promouentur. Quin potius nautarum morem laudauerim. Nam illi gubernatorem non ab initio, nec ſubito faciunt: ſed poſtquam illum per omnia nautica exercuerunt & experti ſunt officia, remigem prius uidere uolunt. Deinde in prora conſtitutũ uentos noſſe atq; ediſcere, petras inſuper ac ſcopulos probẽ uitare aſſuetum. Poſtremo in omnibus exercitatũ muneribus in puppi collocant, clauumq; in manum tradunt, & gubernatorẽ conſtituunt. Similiter & in bellica diſciplina. Primũ miles efficitur, deinde ordines regit, poſtremò dux efficitur. Eadem & medici & pictoris ratio, ut hic ante profeſsionẽ canones multos ediſcat, multosq; uideat & tractet morbos: ille colores cõmiſcere ac temperare prius, deinde delineare, ad extremũ abſolutas colorib. figuras reddere ſciat. Epiſcopũ autẽ (res ridicula) tumultuarie cõfuſeq; nec ordine nec rite fieri uidemus: nõ itẽ ex uirtute, ſed

ſed uitio & aſtutia: non qui dignus, ſed qui potentior fuerit. Nam nec prius exercitatus,
ſed rerum eccleſiæ ignarus, rudiſq; adeò & à ſeculari uita recens promouetur, ut gigan-
tes apud Thebas. Cadmus enim apud Thebas Bœotias cum draconis dentes ſeuiſſet,
nati ſunt ſubito armati pubetenus gigantes, & ſic inter ſe bella gerẽtes eadẽ die interie-
runt. Sic item nos eodem die præſules facimus: & cum nihil didicerint, credimus eſſe ſa-
pientes: qui nullo prius muniti ſunt gradu, non uirtute, non eloquentia: nullum pro iu-
ſticia laborem, nihil demum pro eccleſia ſunt paſſi. Ille nanq; qui diuina tantum medita-
tur, & corpus ſpiritui ſubiugat, ut quandoq; loco cœleſti ſit dignus, locũ inter homines
libenter retinet humilem atq; inferiorem: ignauus uerò & abſq; diſciplina elatus ac ſupi
nus ſupra meliores extollitur: nec boni aut humilitatis exẽplo mouetur: ſed omni ſtudio
tamen honores quærens, ex poteſtate ſibi ingenium ac prudentiã pollicetur. Ex quo ue
rum illud Demoſthenis: Rem præter dignitatem feliciter aſſequi, ſtultis male ſentiendi,
aut cogitandi eſt occaſio. At noſter Baſilius quemadmodũ & reliquæ uirtutis, ſic ſacer-
dotij & ordinationis eccleſiaſticę norma, & exemplũ cæteris efficitur. A primis enim in-
cunabulis munerum ſacerdotaliũ paulatim creuit, ut non dedignaretur lector ſacrorum
uoluminũ prorſus, deinde interpres et enarrator fieri, ſicut ait Dauid: Ex Cathedra ſenio Pſal. 106
rum laudent dominum: ſic demum epiſcopus effici meruit. Quem locũ neq; ipſe unquã
quæſiuit, aut optauit unquam, ſed diuinitus oblatũ ac uenientem cepit. In quo quidem
ſtatu ineundo quæ illi contigere, uideamus. Fuit enim aduerſus eum cõtentio quædam
Euſebij Cæſarienſis ante ipſum epiſcopi, uiri alioqui certe admirabilis, tum pro pietate
ac nominis Chriſti confeſſione conſtantiſsimi, ut in Valentis principis inſectatione ſat s
oſtendit. Veruntamen inuidiæ, quæ dæmonis impulſu magnos interdum ſolet euerte-
re uiros, reſiſtere non potuit, quin & humanum aliquid ipſe pateretur. Nam Magno Ba
ſilio uerbis factiſq; palàm aduerſabatur, eumq; omnino ab eccleſia repellere conabatur.
Aduerſos tamẽ habuit Nazareos, id eſt, qui Dei cultui dicati erant. Item aſcetas, id eſt,
qui uita ſanctiore ſeſe in uirtute perfecta exercebant, quorũ caput Baſilius erat: quanq;
& Nazareus etiam ipſe. Quoniã itaq; hi Baſilij in præſulatus electione repulſam, eumq;
Euſebio laico poſt haberi nullo modo patiebantur, eccleſiam in partes ſcindere decreue
runt. Quod tribus admodũ de cauſis facile fuit. Primum, quòd Magnus Baſilius, cuius
ſpreti gratia uehementer exacerbati ſunt, ſumma & autoritate & ueneratione apud om-
neis erat, quod illis magnam ad id faciendũ tribuebat audaciam. Deinde quod de Euſe-
bio multi non rectè ſentiebant: cũ nec canonicè, nec ritè, ſed per uim quodãmodo ac tu-
multũ ad hoc officiũ tractus eſſet. Tertio, quod ex urbe Roma Lucifer & Euſebius epi-
ſcopi Cæſareã ad rem ſedandam miſſi fuere. Quid igitur Chriſti diſcipulus in tanta tur-
batione faceret? Nã nec paci aut quieti ſeſe opponere ullo modo ſtatuit: nec ſanctitatis
ipſius erat decertare: nec in eccleſia tunc ab Arianis oppugnata, ſchiſma omnino ali-
quod introducere. Quamobrem nec Euſebij partibus aduerſari: neq; Nazareorũ quos
propitios habebat, fauore uti cõſtituit. Igitur me autore atq; adhortante, mecũ in Ponto
in cœnobiũ ſeceſſit: tutius in ſolitudine ab his periculis poſſe liberari, ac conſcientiæ pa-
ci conſulere cogitans, quàm cum Euſebio de ambitione cõtendere. Qui quidẽ ſeceſſus
cum omnibus admirationi fuerit ut ſic repente è Cæſarea omiſſis omnibus abſcederet,
mirabilior tamen eius reditus inuenietur. Res enim ſic habet. Quo tẽpore nos in Ponto
requieuimus, fuit Valens imperator Cæſareæ. Is enim non apoſtata quidem ut Iulianus
extitit, nec à Chriſti cultu omnino abſceſſit: ueruntamen non minori impietate incõmo
doq; ueris Chriſtianis fuit, qui unã atq; æqualẽ in tribus perſonis naturã fatentur, nec Sa
bellij errorem unicã trium eſſe perſonam, nec Arij treis diuerſas in trinitate naturas po-
nentis, ſequuntur inſaniã. Ex quo cum Arius à Marte nomen trahat, diſcordia peſtilen
ti eccleſiam omnem referſit. Valens itaq; ab hac bellua perſuaſus, catholicos præſules
omneis partim in exilium miſit, partim ſupplicijs affecit. Cæſareã quoq; expeditionem
barbaricam, nõ tam terrena fragiliaq; ædificia quæ rurſus inſtaurari poſſunt uaſtaturus,
ſed eccleſiam Dei & miſerorum animas æternæ damnationi ac morti traditurus: Aria-
norum item epiſcoporum alius in eo tractu erat exercitus, in quos eccleſię diuiſæ erant,
quemadmodum Iudæorũ regnum in quatuor Herodis filios. Hi uerò aliam quidem ec-
cleſiam iam tenebant, aliam iam adibant, aliam deniq; habere ſperabãt, Imperatoris ini-
qui fauore

qui fauore & auxilio freti. Illius nanq; poteſtas alios quidem ſubuertit, alijs uerò mina-
batur. Itaq; Ariani, Baſilij & Euſebij cõtentionis occaſionem nacti, & ipſum Euſebium
nondum ſacris initiatum uidentes, audentiores facti, ad oppugnandum tempus cõmo
dum eſſe cogitantes in ciuitatem irruerunt. Aderant quidem noſtri, prompto magis ani
mo quã potẽti ad reſiſtendũ, pugnaq; propterea debilis, quod magnũ bellatorẽ & athle
tam uerbo & ſpiritu munitiſsimũ Baſiliũ non haberent. Miſſus itaq; ſum ad eum roga-
tum, ut ſi eccleſiã ſaluam eſſe uellet, uenire maturaret. Illi roganti ſtatim obtemperauit,
ac pulchre cogitans priuatam Euſebij cum eo diſcordiam magno eſſe hæreticis uſui: fa-
uore, & uniuerſalis boni & cõmunis eccleſiæ periculi uitandi gratia, omni ſtudio, Euſe-
bium ſibi conciliare contendit. Deinde ſe totum contra cõmunes hoſtes conuertit: ar-
ma ſpiritualia ſumpſit: meq; adiutorẽ pulcherrimæ huic pugnæ habuit. Itaq; populum
in fide dubium ad officium reduxit: illos qui bene ſentiebãt in officio cõtinuit, ad ſpem
exhortans ne ab aduerſarijs perſuaderi paterentur: ac demum amicis ſe muniendũ præ-
buit: hoſtibus uerò enſem, ſecurim, ignem intentans: eos qui in fide errabant quatiens:
fomenta quoq; ac omnem aridam materiam malignantium aptam ad hoc, ut ignẽ incẽ
deret in eccleſia Dei omnino remouẽs. Dicta inſuper à prophetis Dauid, et Hieremia in
Hier.23 medium adducẽs, quorũ alter ait: Nõnne ſicut ignis ecce ſermones mei dicit Dominus,
Pſal.117 & ut ſecuris incidens petras? Dauid uerò: Circumdederunt me ſicut apes fauum, & ex-
Act.13 arſerunt ſicut ignis in ſpinis. Quemadmodũ enim Paulo Barnabas olim ad manifeſtan-
dam euangelij ueritatem, & cõmune fidei certamen affuit: ſic ego Baſilio tunc meo in
Arianam pugnam ſocius acceſſi. Audi epiſtolam per quam me uocauit. Accinge te, cu-
ra me in præſenti pugna liberare, ac nobiſcum ijs qui nos omnino euertere cupiunt, oc-
curre: quorum audaciam ore tuo tantum frenabis, cauſaq; fueris ne res pugnæ noſtræ
ab illis peſſundentur: ſcientq; propterea omnes, quemadmodũ unus ipſe Dei gratia no-
ſtram congregationem regas, & omne os impium ac contra Deum loquentium inſolen
tiam facile contundas. Aduerſarij tandem & epiſcopi omnes à Valente miſsi, magnam
paſſi uerecundiam, ſic rebus infectis abierunt, ac didicerunt, non ita facile Cappadocas,
ut reliquas gentes contemnendos eſſe, quos plures circũiacentes populi obſeruant, ue-
luti centrum circulus circumſcriptus, non ſolum ob rectam fidem, ſed etiã ob datam eis
à domino concordiæ gratiam. Ex hoc enim quod de trinitate bene ſentiunt, ac eam uer-
bis req; cõtra impugnantes tuentur, ipſi ab eo magnopere defenduntur, & magis ac ma
gis apud Deum gratia conualeſcunt. Vnde maius ſanè adiumentum ex ea recipiũt, quã
ipſi præſtent. Vt igitur ad inſtitutum ſuprà redeam ſermonem. Baſilius Cæſaream reuer
ſus, nihil potius habuit, quam expugnandæ cauſa hæreſeos Euſebiũ placare: illi tantum
ſeruire, atq; in omnibus quæ ex Deo eſſent præſto eſſe: ut cunctis palàm oſtenderet, om
nia quæ paſſus ex illo fuerat, inſtigatione diabolica prouenisse, ut cõmunib. fidei hoſti-
bus maior graſſandi commoditas eſſet: ipſe autem cum obedientiæ uitæq; ſpiritualis le-
ges probè noſſet, illi cunctis in rebus aderat, audiendo, conſulendo, agendo ſpiritalem
ſedulamq; operam epiſcopo nauabat: & ut uno dicam uerbo, tantũ ad illius acceſsit be-
neuolentiam, quantum prius ab ea procul uidebatur. Quamobrẽ Euſebius quidem pri-
mas in eccleſia ut epiſcopus tenebat, penes Baſilium uerò eccleſiæ poteſtas & autoritas
erat. Ille tantum præſidebat: hic omnia obibat. Erat enim ſingularis admirabilisq; con-
cordia alterutrũ ſe iuuantibus: & uires inter ſe accipientibus: epiſcopus quidem ex Ba-
ſilij conſilio atq; ingenio cõualeſcendo: Baſilius uerò ex epiſcopo autoritatẽ ſumendo.
Et demum epiſcopus populum habebat: hic uerò epiſcopum. Et quemadmodum is qui
leonem curat, cum eo ſit uiribus inferior, arte quadã lenit ac manſuefacit, quo fermè mo
do feræ impetum atq; ferocitatẽ ſopit & emollit: ſic & Magnus Baſilius circa Euſebium
ſe geſſit. Ille nanq; cum nuper laicus & rerum eccleſiaſticarum imperitus ad hanc digni-
tatem aſſumptus eſſet, uigente præſertim flamma tunc hæreſeos Arianæ, huic ponderi
nõ ſatis idoneus uidebat: ex quo ductore & adiutore Baſilio indigebat, cuius maximè
uirtute res feliciter ac probè ſuccedere ſpes erat. Itaq; non ut quidã exiſtimant, Baſilius
ſub Iuliano principe, ſed poſt Valentis mortẽ epiſcopus fuit. Vbi autem regimen & ad
miniſtrationem eccleſiæ Cæſarienſis ſub Euſebio præſule accepit, diſcordias omnes ſe-
dauit, ſimultates abſtulit, mores conſtituit: nõ ſolũ uerbis ac pręclaris ſermonibus ab eo
editis

editis,ſed etiam uitæ exemplo.ſpiritu nanq; & corpore iuuare populũ conatus eſt: opera exercitationeq; corpora curando,quoquo uerſus ambulando,benigne faciendo,inopibus opitulando.Spiritu uerò,docendo,monendo, omnibus uitæ modum inſtituta q; dando.Monachis item quomodo ſe exercerent ſcribendo.Omnia deniq; excogitauit ac fecit,quæ ad Dei plebem ædificandam facerent. Inter hæc unum ipſius ac potiſsimum factum non ſilebo Ciuitas Cæſarienſis &,omnis ei ſubiecta regio fame quandoq; laborabat,nec mali nullum erat remedium.Nam loca maritima & quæ in ora ſunt polita,huiuſcemodi calamitatem atq; penuriam facilè tolerant ob mercatorum adnauigantiũ,& quæ ſunt uſui neceſſaria uendentium,cõmoditatem.Nos autem in mediterranea regione & procul à mari collocati,nec uendere quicquã ſi fortè abundamus : nec ſi egeamus ob mercatorum ad nos minimè peruenientium penuriam, comparare quicq; ualemus. Quodq; longè peius,famis tempore ij qui poſſident,ſine pietate ſunt,ac planè inſatiabiles quæſtu.Huiuſcemodi nanq; difficultates obſeruant:alimenta non ſtatim proferunt, aut hominum uſui ſubueniunt:ſed quoad poſſunt tempore prorogantes malum hoc augent,& demum eſurientium calamitatem,quęſtum,agriculturamq; ſibi fructuoſam faciunt,dum uberiores redditus ex fœnore,& iniuſtis mercaturis ac negotijs, excogitãt: Salomonem minimè audientes,dicentẽ:Deo fœnerat,qui pauperis miſeretur.Hęc itaq; ij qui in frumento negociantur,agunt : lucroq; huiuſcemodi ſordido dant operam. At Magnus Baſilius quid?Quando tempus miraculorum non erat(Nam ſigna & prodigia ob eos qui non credunt,ut ait ad Corinthios Paulus)non pluit manna, ut per Moſen in deſerto factum,nec uaſa ut per Helię uerbum apud mulierem Sareptanã impleuit.Neq; quinq; panibus tot milia per dominum,epulo excepit. Sed ſuas ipſius poſſeſsiones ac facultates in medium ponens,ac pecuniam ad comparandum frumentum præbens,toto famis tempore,ac populo laboranti ſuffecit:undecunq; confluentes,etiam Iudęorum pueros nutriendo.Sed & oratione quoq; & adhortatione ad populum, diuites ad horrea cõmunicanda & aperienda facilè induxit.Ex quo illud Eſaiæ fecit: Frange eſurienti panem tuum.Item illud Danielis:Pauperes ſaturauit panibus,& nutrijt eos in fame.Deniq; quod in cantico Dei genitricis ſcribitur:Eſurientes impleuit bonis. Sed quomodo Baſilius hoc egerit,uideamus.Coegit enim omnis ætatis ſexusq; miſerorum uulgus fame ſauciatum.Nam Hieremias quemadmodum fames non minus quàm enſis uulnerat, oſtendit.Coegit item omnis generis cibaria, & ollas & lebetes frequentes cum obſonijs poſuit.Hęc erant legumina ſalita,ut faba,cicer,& his ſimilia cum ſale. Deinde diſcũbentibus ipſemet miniſtrabat.Atq; hoc modo non ſolum corpora pauit, ſed etiam animas pauperum honorauit,ut utroq; exemplo beneuolos eos,hoc eſt,ſaniores redderet. Hũc igitur ego ſecundũ Ioſeph uere dixerim,ac longe plus illo præſtitiſſe. Ioſeph enim uenienti fami per frugum prouidentiam occurrit. Cum enim annonæ caritatem præuideret ex Pharaonis inſomnijs,qui ſeptem pingues boues totidemq; macie confectos uiderat:ex quibus copiam,deinde ſubſequentem penuriam ſignificari dixit.ex toto tractu frumenta in multos annos coegit,quo fermè modo Aegyptũ omnem in ſeruitutem cum hominibus redegit.Eum nanq; Aegyptij adeuntes dixerunt, hei nobis non amplius q; proprium corpus & terra hæc relinquitur.Ne igitur moriamur, & noſtra tellus deſolata remaneat,oramus nos poſſeſsionesq; noſtras pro frumento habe.Ex quo Ioſeph quam quam miſericordia motus illis ſubueniret:ita tamen ſubuenit, ut Aegyptũ unà cum colonis ueluti ſeruos Pharaoni ſubigeret.Magnus autem Baſilius non mercatura uſus aliqua,ſed gratis populum pauit, ut ex benignitate hac ſua Dei benignitatẽ in ſe pararet: & ut per cibum corporeum alijs præbitum cibo ipſe ſpirituali nutriretur.Ait enim Propheta:Panem angelorum manducauit homo:quanquam ille manna hunc intelligeret, theologus Dei uerbum hoc exiſtimat,quo animę humanæ cibo nunquam defituro nutriuntur,ut apud Ioannem dominus ait.Quo quanto ditior erat noſter Baſilius, frumenti præbitor,omnium hominum alioqui pauperrimus,tanto minoris pecuniam æſtimauit.Poſt hęc autẽ Euſebio in eius manibus decedẽte,eccleſiæ ſucceſſit:patriæ tamẽ principibus ob inuidiam magnopere reſiſtentibus, cum quibus peſsimi apud Cæſareã uiri conſpirabant:ueruntamẽ ſanctus ſpiritus uicit, ac ciuitatis præfectum mouit,ut præſules nonnullos creari iuberet:inter quos ipſum Baſilium Cæſareæ, & magnũ Euſebium Samoſatis

Prou.19
2.Cor.12
Exod.16
3.Reg 16
Mat.14
Cap.58
Pſal.131
Luc.1
Hier.34
Gen.41
Pſal.77
Ioh.6

Charitas d. Ba[illegible] in pauperes

Samoſatis,meum inſuper patrem,qui quod iam ſenio confectus & inualidus uiribus eſ-
ſet,lectica ferebatur:ſpiritus tamen qui ex ſemimortuis uiuos,& ex ignauis ſtrenuos ac
ſolertes reddere ſolet,promptus admodum erat:adeoq́ ad capitis tactum tantũ electus.
Baſilius igitur ſic ad præſulatum promotus,opinioni omnium nõ ſolum reſp ondit,ſed
eam longè ſuperauit,nihil rerum quæ ad ſanctum pertinerent paſtorem prætereundo.
Quodq́ mirum,in arduis huius officij negotijs & adminiſtratione,philoſophię theolo-
giæq́ ſtudia,in quibus nutritus erat,nunquam deſeruit:cumq́; in omni uita cæteros uir-
tute ſuperauerit,ubi factus eſt epiſcopus ſeipſum ſuperauit.Exiſtimabat enim, homines
quidem cõmunes & idiotas ſatis ad uirtutem habere, ſi non improbi eſſent uel medio-
criter boni. At ſi quis in dignitate & adminiſtratione,ſeu imperio fuerit,in præſulis offi-
cio præſertim,uitiũ omnino putauit,ſi non omnes alios uirtute antecelleret, & tantum
ea quantũ dignitate præſtaret. Nec enim populos aliter uel ad mediocrem uirtutem,ni-
ſi ipſe in ea abſolutus longè inter cęteros emineat,trahi poſſe. De huius itaq́ uitę in hoc
Luc. 2 ſtatu ſanctitate id dici poterit, quod de ſeruatore Lucas teſtatur: quemadmodũ ſapien
tia apud Deum & homines proficiebat. Non ut augmentum aliquod acciperet, quũ ab
initio Dominus gratia ſapientiaq́; abſolutus eſſet:ſed,quòd hæc hominibus ignaris pau
latim apparerent. Sic item Baſilij uirtus in hoc officio minime quidem creuit, cum ſum-
mus etiam uir antea fuiſſet:ſed ex opera & exercitatione populo manifeſtior apparuit.
Me uerò ubi primum eſt eius audita promotio,putabant omnes ſtatim diſceſſurũ, ac ad
eum iterũ paremq́ cum illo poteſtatẽ habiturũ,tantam inter nos amicitiam ac beneuo-
lentiam nouerant. At ego cum inuidiam fugerem,ne uiderer eorum loca qui propę ade
rant occupare,ſimulq́ ne Baſiliũ falſo iudicare poſſent, me priuata amicitia ſuſceptum
alijs prætuliſſe,quoad potui me continui ac ſuperſedi,cum plus rationi quàm appetitui
cupere in hac parte tribuere. Ille uerò me uocare, modo queri de mora nõ ceſſabat. Rur
ſus meam cauſam & excuſationem in bonam accepit partem. Demum aliquod poſt die
bus ad eum ueni,cumq́ me ſupra cæteros in gradu collocare, ac protopresbyterũ crea-
re uellet,abnui ſtatim honoriq́ ex eadem quã ſupra narraui cauſa protinus ceſſi:hoc eſt,
ne plus beneuolentię quàm iudicio tribuere uideretur:ille uerò non ſolum non queſtus
eſt,ſed ut ingenioſus & ſagax meam deprehendens mentem magnopere laudauit. Cum
primũ uerò hanc adminiſtrationẽ inijt,nihil prius habuit,quàm eos qui aduerſus ſe in-
ſurgebant omni ſtudio placare. Itaq́ illis citra aſſentationẽ uſus,in omnibus quæ ſecũ-
dum Deum eſſent,obſequebatur:cõtumaces ſimili modo ad officium reduxit. Cumq́,
ut ait Demoſthenes,multi in manſuetudine ignauiam,& in grauitate atq́ cõſtantia ſe-
ueritatem & audaciam accuſent:ita utrunq́ coniunxit,ut humanitati iudicium & iuſti-
tia,ne languidus aut mollis:auſteritati uerò placabilitas,ne peruicax & crudelis uidere-
tur,non deeſſet. Qui,ut Iſocrates,non acerbitate aut pœnæ metu,ſed clementia ac uirtu
tis amore ad obtemperandũ induxit,unicam oſtendendo in obedientia ſalutẽ, unicũq́
rurſus in contumacia & cõtentione periculum:nec ab eo tales,ſed à Deo potiſſimũ alie
nari. Quibus artibus effecit,ut omnes quos ſuſpectos habebat, ad eius procumberent
pedes,ueniam præteritorum petentes,ac ſeſe omnino excuſantes. Poſtquã res domi or
dine ac in ſtatu felici cõpoſuit,uitiumq́ omne abſtulit,ad alias dirigendas eccleſias ani-
mum conuertit. Nam alij quidem epiſcopi proxima tantũ reſpiciunt,ac ſatis habens ſua
ſibiq́ credita curare,& ſic ſecure agere : (ſi ſua tantum reſpicere nec aliena quicq́ æſti-
mare ſecuritas ſit)at Magno Baſilio non hoc ſatis:ſed cõtinuo cunctarum eccleſiarum
curam æque ac propriæ in ſe recepit. Itaq́ uniuerſi orbis multitudinem,quæ Euangeliũ
iam receperat,uidit diuerſis ſectis atq́ hæreſibus contaminatam,pro qua dominus no-
ſter Ieſus Chriſtus ſanguinẽ ſuum fudit,quamq́ ad imperium ac regale ſacerdotiũ ele-
gerat,quemadmodũ in Exodo ad Iudæos dicitur: Eritis mihi regale ſacerdotiũ, & gens
ſancta. Vidit etiam,quemadmodũ Aſſyrius,uelut aper,Iudæos illos ex Aegypto in Pa-
læſtinam migrantes,ut uineam quandam,euertit,ſicut ait Pſalmus : Vineã de Aegypto
tranſtuliſti. Et quæ ſequuntur. Sic Chriſtianorum multitudinem,ex tenebroſa infidelita
te tanquã ex Aegypto egreſſam,ac in fidem,uelut in terram promiſſionis,tranſpoſitam,
& in hac adeo auctam & dilatatã,ut montes ac ualles operiret, à diabolo tanquam ſin-
gulari apro uaſtari. Atq́ hoc eos qui prius altiſsimo propoſito ac uirtute ſpiritualẽ odo-

rem

rem præ ſe ferre uidebantur, abſcondebat atq; tegebat. Hanc itaq; per figuram uineam
appellatam, Magnus Baſilius ſic laceſsitam conſpiciens, corrigere quoad potuit, cogi-
tauit. Itaq; non conniuendum, aut ullo modo dormiendum: ſed precibus, lachrymis, o-
rationibus, monitionibus, obiurgationibus, omni ſtudio inſtandũ cenſuit: idq; hoc am-
plius quòd malum cõmune immineret. Nam uno homine bene uel male agente, nihil
admodum ad reliquos attinet, nec propterea cæteri contaminantur. Publicum uerò ad
omneis ſpectat, & eo demum priuatim quiſq; morbo quo ſocietas ferè omnis laborat.
Hæc itaq; die nocteq; cogitans minime quieſcebat, illudq; Ionæ patiebatur, qui ſiccato *Ionæ 4*
ex ſole capitis uertice, debiliſq; factus uitam ſpreuit, dicens: Bonum mihi magis mori *Pſal. 131*
quàm uiuere. Paſſus item & illud Dauid dicentis: Non dabo ſomnum oculis meis, nec
palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis, donec inueniam locum
in tabernaculo Deo Iacob: hoc eſt, donec inueniam locum in quo Dei templũ ædifice-
tur. Sic item diuus Baſilius curis abſumebatur, ut ſi quid carnium ſeu corporis ipſius ex
abſtinentia continua reliquum eſſet, id totum à curis abſumeretur, quouſq; calamitatis
huius ſolutionem reperiret. Vt autem intelligas quanta uir ſanctus animi anxietate oc-
cupatus fuerit, ex ipſius uerbis de ſe ſcribentem audi: In uitam heri uenimus, quæ & cor-
pus meum conterit, & animam conturbat, quòd impares huic ponderi uirtute reperia-
mur. Corpore nanq; toto iam ferè nullus ſum, ad eam deduxit me cura debilitatem. At
tamen autore Deo durabimus, ac donec hos ſpiritus regat artus, hanc Chriſto diligẽtiã
debebimus, ut de his quæ ad Dei eccleſiæ ædificationẽ facere cognoſcimus, nihil relin-
quamus. Igitur omni ſtudio & opera ad reſiſtendum hæreticis paratus, nihil potius ha-
buit quàm ſacrorũ uoluminũ arcana fibraſq; omneis ueſtigare, ac in medium adducere,
& hoſtibus ut bonus Chriſti miles bellũ internecinũ mouere. Et quemadmodũ in bello
arma ſunt quæ cominus hoſtem excipiunt, ut enſis & gladius: alia uerò quæ eminus fe-
riunt, ut haſta & ſagittæ: ſic & Baſilius accedentes propius & ſecum congredientes hæ-
reticos, lingua ſermoniſq; eruditi acumine uelut enſe feriebat: eos uerò qui procul erãt,
literis & epiſtolis ſicuti ſagittis ac iaculis uulnerabat. Quæ epiſtolæ non uſquequaq; il-
lis tabulis quas accepit Moſes, ignobiliores erant. Neq; de cibis aut ſacrificijs ſeu purga-
tionibus quæ ad corpus attinent, ut Iudæis tantum præcepta traduntur, ſed uniuerſi or-
bis hominibus de rebus fidei maximis ac altiſsimis ſcriptæ ſunt. Deinde quæ ſcripſit aut
docuit: exemplo, uita moribus, oſtẽdebat: quandoquidem neutrum ſine alterutro pro-
deſſe cognoſcebat. Nam quæ ſuaſeris niſi facias ipſe, parum alios mouebunt: nec moue-
re ſatis poterunt, niſi quæ ſentis, aut agis, docere cõmodis uerbis, & oppugnantibus e-
tiam, ſi opus ſit, reſiſtere ualeas. Quamobrem alios ipſe quidem inhortatũ ac monitum
ibat: per alios uerò nonnullos quoſdam etiam ad ſe ultrò uocatos cogebat. Populos ali-
ter in publico, priuatim uerò alios aliter admonebat, ut errãtes in fide ac moribus quoſ-
uis pro medicina & natura cuiuslibet ad ſanitatẽ & officium reduceret. Et demũ quem-
admodum ille Beſeleel è diuerſa materia tabernaculum ſibi conſtruxit: ſic & is Eccle-
ſiam ex his qui antea & opere & uerbis diuerſi fuerant, excitauit. Interea Valens impe-
rator Cæſaream uenit cum apparatu plurimo, quòd non amplius res eſſet ei cum Euſe-
bio uti prius, ſed cum magno Baſilio longe fortiore. Quamobrem maioribus ſe uiribus
accinxit, ut priorem pugnam inſtauraret: magnum ſibi dedecus futurum exiſtimans, ſi
cum tot dominaretur gentibus, & omnes circumquaq; catholicos ob impium dogma
euerterit, ab uno tantum Baſilio & una urbe Cæſarea uinceretur: atq; ita non ſolum a-
pud hæreticos præſules qui eum impellebant, ſed omneis homines ridiculus eſſet. Rex
quidam Perſarum Xerxes, ut ſcribit Herodotus, cum multis millibus contra Athenien-
ſes mouiſſet, non ob hoc ſolum eſt in arrogantiam ſuperbiamq; effuſus, quod magna ſi-
bi ac uaſta polliceretur, quodq; tanto cõfideret exercitui: ſed longe maius, quod Athe-
nienſes maximi nominis uiros perterrefaceret. Quamobrẽ Helleſpontum nauibus iun-
xit, ita ut ponte tranſiri poſſet, Athos montis cacumen diuidens uelificauit, Eretrienſes
ex improuiſo euertit. Nam miles quilibet dextram ſiniſtræ alterius complicans ac iun-
gens more ſagenæ, Eretrienſes omneis incluſos abduxere. Item quoniam pontem prius
in Helleſponto conſtitutũ maris impetus euulſerat, firmiore rurſus conſtituto, iuſsit pe-
lagus haſtis more ſerui uerberari. Quam omnino inſaniã timidi quidem horruerunt, au-

daces autem ac firmi riſerunt. Valens uerò his longè peiora fecit: maior eius ſtulticia, ma
ior arrogantia aduerſus etiam maiorem & inuictiſsimum, & eum uirũ qui penitus nihil
Pſal. 72 curabat, nihil aliud quàm uanarum uirium oſtentatio apparuit. Nam, ut ait Dauid, Iniu-
ſtitiam in altitudinem locutus eſt: poſuit in cœlos os ſuum, & lingua eius pertranſiuit
in terra. Hoc eſt cœleſtis unigeniti diuinitatis altitudinem non horruit impius in terram
deprimere, & eum creaturis coniungere: cuius diuinam naturam nec capere quidem
Pſal. 43 mundus poteſt, quamuis noſtra cauſa deſcenderit, ac nobiſcũ familiariter ſit uerſatus,
ut hos qui in tenebris & in umbra mortis iacebant, ad ſe traheret: deſcendit, inquam, ut
aſcenderemus. Sed & ipſius Valentis furorẽ ab initio referre parumper uacabit. Is enim
quoquo uerſus catholicos præſules inſectando, alios precibus ac perſuaſione de ſenten-
tia dimouit: nonnullos ui ac metu, propterea quod reſiſtentes partim cæde multabat:
bonaq; proſcribebat, ac certi ab eo miſsi eſſent, ut canes uenatici qui in ſectam Arianam
uti ſe ſubſcriberent omnes adhortabantur. Octoginta orthodoxos ad eum presbyteros
de impietate deprecanda miſſos cepit, atq; alligatos nauibus uentis ferri dimiſit, ac de
mum cremauit. Duces cum exercitu nõ aduerſus barbaros, ſed aduerſus uniuerſam ec-
cleſiam mittebantur. Poſtq; igitur Valens (ut ſuprà narraui) Cæſaream attigit, nihil ha-
buit prius quàm Baſilium, qui tanq; ſcintilla rutilans ex toto illo incendio ſupererat, uer-
bis, minis, diſputationibus per alios exagitare: quę omnia uelut ab arcu ſagittæ fuerant
in pectus durũ atq; impenetrabile ueluti ferrũ emiſſæ: unde in autorẽ ipſum & mitten-
tem repercuſſæ facile retorquebantur, ſeq; ille ſuis telis miſer feriebat. Baſilium uerò ſco
pulo maritimo comparabimus, in quem undarum impetus minimum ualentes, refracti
retrorſum redundabant. Nam nunc quoſdam de iudicum ordine ad ei perſuadendum,
nunc milites ad eum tenendum, interdum eunuchos ſuos ad leniendũ miſit. Hi cubicu-
larij ipſius erant, genus admodum molle, tantum impietate aduerſus Deum fortes, dum
ſectam & ipſi Arianã tuentur. Viri nanq; ſunt inter mulieres ad eas cuſtodiendas oble-
ctandaſq;: mulieres uerò inter uiros ad omnia obſcœna patienda. Quam ob rem quan-
do genitalibus ſtuprũ admittere nequeunt, lingua fornicaria & adultera utuntur: quod
illis omnibus euenit, qui contra Deum loquunt̃ aut ſentiunt, ut ait in Euangelio Domi-
Matth. 12 nus: Generatio praua & adultera. Itẽ Propheta: Mœchatus es cum amatoribus multis.
Hier. 3 Valens igitur quemadmodũ olim Nabuchodonoſor ſuum archimagirũ Nabuzardam
4. Reg. 25 miſit Hieruſalem, ut omnia incenderet: ſic & ipſe ad Baſiliũ ſuum archimagirũ Demo-
ſthenem uirum furibundum & audacem miſit, quem Baſilius adipiſcens ait: En Demo-
ſthenes illiteratus. Is enim uiro ſancto mortem culinæ gladijs intentabat. At iuſto Dei in
terij iudicio, ac igni æterno ac proprio eſt miſſus. Nam ſicut ærarij fabri, ſic & coci igne
ad ſuam utuntur artem. Sed hæc relinquam, & ad maius eius certamen ueniã. Quis non
nouit Modeſtum præfectum, quanta ille tum contra nos audacia & ira ſit uſus? Is Impe-
ratori ualde dilectus erat, quod omnia eius mandata diligenter obiret. Ad hũc Magnus
Baſilius tanquã ad leonem rugientem adductus, hilari lætoq; uultu erat, quaſi non ad iu
dicium, ſed conuiuium aliquod iret. Vbi uerò in conſpectu fuit, eum nomine ſuo præfe-
ctus compellat, epiſcopum tacet. Dic, inquit, quid'nam ſibi uult tanta in poteſtatem im
peratoriam audacia? Quid tandẽ cogitas? ſolus'ne tu poteris reſiſtere? At Baſilius, Cur
me, inquit, audacem uoces aut temerarium neſcio. Ego uerò nihil mihi conſcius ſum.
Tunc præfectus: Hoc, ait, Baſili queror & accuſo, quod cum cæteri quidem Imperatori
aſsint, tu ſolus illũ ſpernis. Cui ſanctus, Iure inquit, hanc Valentis opinionẽ reſpuo. Non
enim Imperator meus Deus hæc iubet: nec ullo modo patietur, ut Dei filiũ creatũ dicas.
Ego quoq; creatura ſum, & aptus ad hoc quoq; ut Deus fiam per adoptionẽ & mãdato
Pſal. 81 rum obſeruantiã, ut ait Dauid: Ego dixi dij eſtis, & filij excelſi omnes. Cui rurſus præfe-
ctus: Ego enim hæc uolo quæ iubeo. Quid tibi uideor eſſe? an certe nihil? Nónne tibi ſa-
tis erit honoris ac dignitatis ſi mecũ unà in fide ſentias: & me ſociũ profeſsionis habeas?
Cui ille: Fateor, inquit, te & præfectum, & uirum planè charum eſſe: non tamen propte-
rea Deo chariorẽ, & te in fide ſociũ habere magnum profecto mihi fuerit: attamen nolo
te mihi ſociari, ut præfectum aut Arianum, ſed ut unum ex alijs mihi ſubiectis Chriſtia-
nis: quando Chriſtianus non ex perſona aut nobilitate, ſed ex certa fide ac conſcientia
cenſetur. Tunc præfectus ira cõcitatus, cũ preces nihil poſſent, minis uirũ Dei aggredie
batur,

batur, ac exilium, tormēta, deniq; mortem proponebat. Ac Baſilius nihil horum, inquit, quæ dixiſti curo. Melior namq; ſum ijs qui publicant ac proſcribunt, ipſe me ob ſpem regni cœleſtis proſcribens. Nihil uerò poſsidens ab exilij metu liber ſum, unam hominum cognoſcens eſſe patriam paradiſum. Omnem autem terram cōmune aſpicimus naturæ exilium. Propria uerò carens terra nullo loco circumſcribor. Domini enim terra & plenitudo eius. Incola ego ſum in terra ſecundum ipſum, ſicut omnes patres mei. Tormenta item deſpicio. Quid enim hæc in me poterunt, cum corpus prope nullum, & oſſa ſine carnibus ferè ſint inuentura? Tantum unam breuemq; admodum plagam inferre poteris, ut me his ærumnis liberes. Quomodo mortem formidabo, quæ me meo creatori ſit reddıtura? His igitur uerbis præfectus perterritus. Mecum, ait, nemo hactenus hac audacia & licentia cōgredi aut loqui, ut tu nunc, eſt auſus. Cui ſanctus: Quòd fortè, inquit, in epiſcopū non incidiſti. Quòd ſi incidiſſes, ſic item ille pro pietate certans tecū diſſeruiſſet. Nos enim cetera humiliores omnibus ſumus hominibus: ubi uerò de fide deq; Chriſti pietate agitur, minimè humiles aut timidi apparemus, quòd ipſum execrari Deum uideremur, ſi quicquā ex eius dignitate detrahi pareremur. In ſumma, tu etiāſi quicquid tibi libet facias, & tuo modo poteſtate cōtra me utare: nūquā perſuadebis, aut certe coges me tuæ ſectæ & impietati adſentiri. Poſtquam uerò hæc audijt præfectus, & illius propoſitum atq; cōſtantiam accepit, eum ab ſe dimiſit, non quidem minabundus, ſed reuerentia quadam ſe ſubtrahendo. Ipſe autem ad Imperatorem reuerſus, pugnam habitam retulit. Alium tentare oportere ait, Baſiliū uerò uel palàm de medio tollendum, uel non expectandum ut minis flectatur. His geſtis Imperator ſuum mutauit conſiliū, uictusq; laudibus ac fama Magni Baſilij, iuſſit uim ei minimè inferri. Veruntamen quemadmodum ferrum in igne quidem mollitur, remanet tamen ferrum: ſic & Valens ad breue tempus lenitus, minas quidem in ſancti admirationē conuertit, idem tamen nihilominus remanſit, ac in eadem perfidia obdurauit: nec Baſilij fidem abſumere ullo modo uoluit, turpe ſibi fore putās, ſi à cœpta opinione diſcederet: ideoq; honeſtā cauſam occaſionē'ue quærebat, quónam modo uiro ſancto nocere, aut incōmodum inferre poſſet. Reperit tandem. Nam in die luminariū quādo populus omnis in eccleſiā cōuenit, ingreſſus & ipſe: ubi ordinē pſalmodiæ, ceremonias rite celebratas, aras omni decore ac reuerētia cultas, populū deniq; diuino cultui aſsiſtentē uidit, admiratus eſt. Omnes enim ut angeli cum reuerentia quadam ac honore circa Baſiliū ſtabant: ipſe uerò medius inter ipſos circa cathedram integer, immobilis, graui ſupercilio, firmis oculis conſpiciebatur, tanquā ſi Imperator minimè ſuperueniſſet, nec nouum aliquod aut formidandum negocium contigiſſet. Vbi autem hoc ſpectaculum Valens animaduertens, attonitus cunctabatur: ſubito capitis ac oculorū uertigine quadam correptus eſt: quæ multitudini quidem minimè tunc apparuit. Poſtquam autem uaſa quæ Chriſto dono daturus attulerat, in manus cepit ac ad arā acceſſit, tunc cauſam palàm oſtendit ueſtigio corporeq; toto tremebundus, ita ut niſi diaconorum quidam cum manibus prehendiſſet, proculdubio cecidiſſet. Dona uerò quæ offerebat, ſuſcepit aut attigit ex aſtantibus nemo: quod ſanè ignorabant an Baſilius ob hæreſim ea accipere aut grata habere uellet. Poſt hæc Imperator quaſi nobiſcum conſentire uiſus, intro ſacrū parapetaſma ſiue diaconiū ingreſſus, Baſilium iamdiu uidendi cupidus aſpexit, ac cum eo collocutus eſt. Quid autē ei ſanctus dixerit, quid'ue cum eo diſſeruerit, non habeo dicere: niſi tantum Dei uoces quæ ab alijs multis & mihi quoq; tunc præſenti auditæ ſunt. Quæ nempe collocutio ac diſputatio prudentiſsima diuinaq;, principi erga nos beneuolentiæ & humanitatis cauſa cum etiam magno nos diſcrimine liberandi principium fuit. Et ut Demoſthenes in oratione pro Cteſiphonte, ait, Hoc primum res Thebanas cōſtituendi initium primaq; conſtitutio fuit: ſic factum hoc ciuitati maximum & inſtans periculum uti nebulam diſpulit. Et profectò iam ferè Imperator perſuaſus erat, niſi improbi uiri in ſuas eū partes ac ſententias extorſiſſent. Quamobrem in exilium mittere Baſilium cum decreuiſſet, prodigijs quibuſdam ſuperuenientibus perterritus ſententiam reuocauit. Nam ſella qua uehendus erat ſtatim cōfracta & diſſoluta eſt. Cum'que de more literam quæ exilium notaret ſcripturus eſſet, nunquam eam calamo non reddente exprimere ualuit. Nocte deinde in qua ſpacium ad deliberandum Baſilio datū erat, Imperatoris filium ægrotare grauiſsime contigit. Imperator uerò

cum præ triſtitia male quoq; haberet, & humi proſtratus uolutaretur, more Dauid, cum
à Deo ob adulterium admonitus in cinere & ſacco iaceret, medicos undecunq; accerſit.
Ad preces demum ac ſupplicationes confugit: & quoniam Baſilium per ſe uocare uere-
batur, quod eum contumelia paulo ante affecerat, per legatum unum ex ijs qui ei fami-
liares erant, rogauit: ille ſtatim uenit: cuius præſẽtia filius reualeſcere cœpit, ex quo pa-
ter exhilaratus in ſpem uenit meliorem. Quòd niſi aquæ dulci ſalſam miſcuiſſet, hoc eſt,
Baſilij tantum aduentu contentus, alios hæreticos non uocaſſet, proculdubio etiã ex eo
rum qui principi aderant ſententia, qui unà & ipſi mœſti erãt, filius perfectæ ſanitati re-
ſtitutus fuiſſet. Idem fere caſus paulo pòſt Modeſto præfecto (de quo ſuprà mentionem
fecimus) euenit, ut in morbum & ipſe incideret periculoſum, qui huius uiri manibus di-
uinitus eſt ſeruatus. Ex quo ille gratias ei agens, præteritorũ ueniam petijt: locoq; excu-
ſationis ac ueræ pœnitentiæ, inquit, lachrymas accipe, preceſq; meas ac demum erroris
præteriti ueram confeſsionẽ. Da igitur uir ſanctiſsime mihi quam ignorabã ſalutis uiã.
Itaq; hanc proculdubio aſſecutus, alijs poſtea qui neſciebãt, palam fecit. Et hęc quidem
quæ Baſilius cum Valente & Modeſto geſsit exitum ſortita bonum, ſic ſe habent. Cum
alijs uerò quomodo certauerit, uideamus. Euſebius Ponti præfectus Dominicæ Augu-
ſtæ Valentis uxoris auunculus, aduerſus Baſiliũ uelut impietate & dogmatis eius com-
motus, ſpecie & occaſione querelæ ſuper muliere quadam uidua, quam paulo antè qui
dam ex eis aſſeſſoribus in matrimonium ſibi per uim trahere cupiebat, acerbitatis ſuæ
uirus oſtendit. Hæc uerò non tam audax q̃ prudens conſilium ceperat, ad aram ut con-
fugeret. Vt autem Baſilium meum, tanquam in iudicio conſtitutum defendam, inuoco
te ſanctam trinitatem: Dic, oro, quid tunc nõ ſolum Magnum Baſilium, ſed ſacerdotem
ſimplicem facere oportuit? Nonne eius erat officium mulieri adeſſe, opemq; ferre, cum
facta ſacrilega Deus prohibeat, ac ſacras ædes honorari, & ad has confugientes minime
attingi aut auelli omnino iubeat? Sed nouus legislator & iudex & pręfectus, omnes ait,
noſtræ potentiæ aut autoritati cedere oportet. Itaq; mulierẽ omnino quærebat. At hic
omnino iuuabat, ille uerò furebat: & ad poſtremũ aliquos ad hoc ſubornatos miſit, qui
in Baſilij cubiculo illam ſe inueniſſe dicerent, ut hac eum infamia notarẽt. Igitur de re ha-
bita eſt quæſtio, ad dicendam cauſam accerſitur. Pręfectus autem arrogãtia ſimul & au-
Pſal. 7 dacia pro tribunali ſedet: Baſilius comparet, ac illud Dauid ait: Niſi conuerſi fueritis, gla
dium ſuum uibrabit, arcum ſuum tetendit, & parauit illum. Hoc enim totum tunc conti-
git: nam & Dei gladius acuebatur, & arcum tendebat Deus: ſagitta uerò non adhuc mit
tebatur. Ita enim Dei lex eſt, tolerare, longanimitate uti, pœnitentiæ tempus expectare:
Eccleſ. 15 deniq; ſpacium modumq; dare, quo ſe à peccatis homines liberent, ut ait in Sapientia Sa
lomon. Sed reſpice quæſo athletæ Dei, & iniqui præfecti certamen. Sacerdotalẽ ille ue-
ſtem excuti ac diſtrahi iuſsit, at hic & tunicã exuere paratus erat. Quin & uerbera & un-
gues intentauit, & hepar è medijs uiſceribus euellere minabatur. Quæ omnia ſanctus
aſpiciens, ac contemnens ut ineptias, uanum eius furorem riſit, aitq;: Gratias tibi ex hac
tum in me uoluntate agam, ſi hepar hoc meum pulſaueris. nam hoc ſane, ut ex habitu ui
des, cætera uiſcera cruciat & affligit. Itaq; interioribus ſane medeberis: ſi autem ut mina
ris id omnino extraxeris & euulſeris, corpus totum ſemel à moleſtia liberabis. Sanctus
igitur & pręfectus ſic inter ſe certabant. Ciuitas uerò hoc ſentiẽs, ueluti cum fumus apes
commouet, ſic tota commota eſt: maxime uerò hi qui Cæſareæ arma factitabant, qui ue
Imperatoris opera texebant. Hi enim ad tumultum & ſeditionem promptiores erant, ut
audaciam ex principe ſumentes. Et demum correpto quicquid armorũ uel caſu, uel ex
arte, cuiq; in manus uenerat: mulieres etia... quædam textrices, radijs, hoc eſt, texendi in
ſtrumentis, haſtæ loco uſurpatis, in Baſilij defenſionẽ cucurrerunt. In ſumma, nullus fuit
qui non ad ſe ſuamq; ſalutem hoc pietatis opus ut uirum ſanctiſsimum tueretur, pertine-
re putaret. Et qui maxime ſe audacem oſtendiſſet, is magnopere collaudabat: qui uerò
minime reſtitiſſet, ut impius aut ignauus taxabatur. Et profectò ea die præfectum truci-
daſſent, niſi Baſilius ſtatim apparens autoritate ſua tumultum ſedaſſet. Hæc itaq; omnia
Eccleſ. 10 Dei prouidentia bona de cauſa facit, ut ait Salomon, dum ſuperbis reſiſtit, humilibus au
tem dat gratiam. Quamobrem enim Magnum Baſilium non liberaſſet ille, qui mare ru-
brum, ut Iſraël tranſiret, deduxit? qui Iordanis aquas diuiſit, ut arcam ſacerdotes ſine in-
undatione

undatione per medium deferrent? qui ſolem, ut Ieſu Naue uictoriam præberet, ſtare iuſſit? qui Amalech ſupplicante Moſe in fugam conuertit: & alia quamplurima prodigia edidit, ut populum ſuum ſeruaret? Hic igitur labores Baſilij quos à prophanis ac laicis uiris illatos ſuſtinuit, felicem admodum finem habuere. Subijciam reliquum nunc bellum uicinorum epiſcoporum, incommodum profectò ac damnum maximum ſubiectus afferens populis. Quid ni? quum ij qui exemplo pacis ac quietis cęteris eſſe debent, inter ſe pugnantes ac tumultuantes aſpiciantur? Cauſæ diſſidij contra uirum optimum plures. Primum quidem, quod in una fide minime concordabant, niſi forte à populis catholicis coacti. Deinde quod ægre ferebant ipſum Epiſcopum declaratum, quem ſplendori ac gloriæ ſuæ obfuturum putabant. Quamobrem inuidia cruciabantur, cum uirtute longe ſuperari uiderentur: nec tamen id fateri præ uerecundia uolebant, quod morbus hic eo profundius penetret ac laceſſat, quo magis in arcano conditur pectore, nec palam fit: & præterea alia accedebat occaſio, patriæ ſchiſma, ac in plures præfecturas diductio, uidelicet in primam ac ſecundam Cappadociam. Et in duas metropoles, Cæſaream & Tyanam, & quod multa ex prima præfectura ſecundæ eſſent addita. Hinc itaque ſeditio epiſcopis mota eſt. Anthimus enim nouus ciuitatis Tyanenſis Metropolitanus, utrique Cappadociæ ſingulos creabat epiſcopos, & ſi utraque uſque ad id temporis unum Epiſcopum habuerit Metropolitanum, conuenit quoque, dicebat, ut & noſtræ, id eſt, eccleſiaſticæ parochiæ, ſeu iuriſdictiones ſimul cum ſecularibus præfecturis & diœceſibus diuiderentur. Quamobrem parochias tranſpoſuit in ijs quæ addita nouæ præfecturæ, id eſt primæ Cappadociæ fuere, in qua metropolis tunc Tyana fuit. Baſilius uerò ueteri conſuetudini, & ei diuiſioni quæ olim à patribus eſt facta, fauebat: dicebatq́ ſecularia quidem diuidi poſſe, eccleſiaſtica uerò nequaquã oportere, ſed in priſtino ſtatu relinquenda eſſe. Quid enim commune gladio cum ſpiritu? Hinc itaque multa mala alia iam contigerant, alia uerò inſtabant. Tyanenſis enim Epiſcopus ad ſe Cæſarienſes præſules trahebat, eorumq́ redditus ſurripere conabatur, & presbyteris quibuſdam perſuaſerat, ut ſe, non Cæſarienſem ſequerentur, quoſdam uerò nõ perſuaſos de ordine mouebat, & alios conſtituebat. Ex his igitur, horumq́ exemplo res quoque ſeculares diuiſæ & in ſeditionem uerſæ male habebant. Plures nempe his tumultibus gaudebant, præſertim ſeculares, quum ſacerdotes talia deſignare conſpicerent: unde & ipſi peccandi licentiam ſumebant, nec ne redarguerentur ullo modo metuebant. Facilius namque eſt ea quæ conſiſtunt diſſoluere, quàm iam collapſa reſtituere atque aptare. Baſilius poſt hæc per loca ſubiecta nonnullos creauit Epiſcopos: me uerò inter cæteros apud Saſima paruum admodum oppidum pręſulem conſtituit. Ego uerò cum in reliquis omnibus Baſilius mihi magnopere ſit laudandus, in hoc ualde laudare nequeo, quod me non admodum fidum putarit, nec multo in honore meam habuerit amicitiam, loco tam ignobili me præficiendo: quanquam metropolitani cum dignitatis, tum nominis participem feciſſet. Verùm quum ſancti ſpiritus inſtinctu omnia egerit, Dei tantum honorem ac uoluntatem omni amicitiæ præponens, in bonam id ſumimus partem. Mihi ſane ex hac cura totius uitæ ſpiritalis & philoſophiæ impedimentum ſubortum eſt. Nunc reliquas eius uirtutes breuiter percurram, quibus ſummis omnium temporum uiris non ſolum æquiparari, ſed eos longè ſuperare palàm eſt. Nonnulli una aliqua uirtute tantum clari. Alij uerò quædam recte faciunt, omnia uerò, pauci admodum perfecte. Hic uerò in omnibus pariter ſummus, magnitudine quadam naturæ apparuit. Si paupertatem quæris, peculij aut rei cura nunquam ei fuit: ſi quid forte poſſedit, pauperibus affatim communicauit, ut in ea quam ſupra memoraui, fame oſtendit. Non ut Crates ille Thebanus, qui ſubſtantiam dimittens omnem, ſupra aram aſcendit, aitq́: Crates cratem liberauit, hoc eſt, ſeſe à pecuniæ ſeruitute liberum fecit: ſed hoc ille fecit inani gloria ductus: noſter uerò Baſilius illud Aeſchyli ſeruauit: Vt non uideri, ſed eſſe iuſtus uellet: ſumme ſciens illud Platonis, iniuſticiam eſſe, iuſtum uideri uelle non exiſtentem. Neque item ut Cynicus Diogenes, qui in urbe media, dolio ſe incluſerat, & paupertatem quæſtuoſam habebat, ut occaſio foret unde omnes ei conferrent. Hic autem procul ab omni ambitione, ſeu arte, aut quæſtu abalienatũ animum à rerum omnium poſſeſſione abduxit: & ut nautæ uitandi periculi, & leuandæ nauis gratia one

ra ſubtrahunt: ſic & ipſe ſponte abiectis omnibus, ſecurus hoc uitæ pelagus pertranſiit.
In uictu autem & cultu corporis, quàm abſtinens & paruo contentus fuerit, ſcimus: uni-
ca tantũ tunica ſe amiciebat, humi cubitabat, noctibus totis uigilabat, quod illud Domi-
Matt. 6 ni teneret dicentis: Aſpicite lilia agri quomodo creſcũt: dico uobis, quod nec Salomon
in omni gloria ſua ita ueſtitus erat, ſicut unum ex illis. Quotidie ieiunabat, pane ſolo con-
tentus, & loco deliciarum ſal habebat. Aquam continuo potabat. Ob quam uitæ durita-
tem ſimul & aſperitatem morbum facile contraxit, in curiſq; ac medicinis diu fuit: cum
quo & ego, quanquam cætera infirmior uirtute, attamen ſimiliter affectus ægrotaui. De
ipſius uerò caſtitate habeo tantum dicere, quod eam uſque ad extremum diligentiſſime
ſeruauerit. Integer enim corpore, & omnis expers libidinis perpetuo permãſit, cum nul-
la magis uirtus angelis cœleſtibus æquiparari poſsit: quam etſi quidam matrimonio in-
feriorem putarunt, quod humanum genus ex ea deficere uidetur, magnopere tamen er-
rarũt. Nec Deus ipſe, niſi diſcipulis ſuis, & ſe plane ſequentib. tradere uoluiſſet exemplũ,
uirgo ex uirgine natus permanſiſſet. Baſilius igitur hanc adeò dilexit, ut de uera uirgini-
tate ſermonem etiam conſcripſerit, per quem corporis pulchritudinem in animæ deco-
Prou. 17 rem transfert. Omnis enim gloria filiæ regis ab intus. Nam exterior quidem pulchritudo
facile corrumpitur, materiamq; libidini & incontinentiæ præbet: interior autem Chri-
ſto tantum ſeſe uero ſponſo maniſeſtat. Cui prudentes illæ uirgines obuiam eunt. Vt au-
tem non ſolum ſibi, ſed & alijs quoq; proficeret, primus cœnobia excogitauit, ritumq; il-
lum monachorum antiquum atq; agreſtem ad ordinem quendam formulamq; religio-
ni propiorem reduxit. Cum enim animaduertiſſet eos qui in cõmuni uita, hoc eſt, inter
alios mixtim agunt, monaſticam licet abſtinentiam ſeruent, alijs quidem utiles, ſibi uerò
nequaquam exiſtere, cum in multis eos neceſſe ſit uerſari malis, quæ uitæ quietæ ac pla-
ne perfectæ contraria uidentur: eos uerò qui in ſolitudine procul ab alijs agũt, firmiores
ſane propoſito, magiſq; Deo coniunctos quàm ſuprà dictos, uidit, attamen ſibi tantum
utiles, quum rerum experientiam nequaquam teneant, nec cum alijs commercium ul-
lum habeant: utrumq; uitæ genus coniungere conatus eſt. Quamobrem monachorum
cœnobia haud procul ab ijs qui in hominum ſocietate uiuunt, ædificari iuſsit, nec omni-
no ſeparauit: ut & propinquitate cum opus charitatis expoſceret, adeſſe ualerent diſſiti
alioqui proprijs terminis, ne quies eorum aut pax interrumpi per multitudinem poſſet:
nec ipſi monachi actionis merito, quod ex impẽdenda alijs pietate eſſet, priuarent: neq;
rurſus eorum actio per tumultus inutilis efficeretur. Vt alter alterum hoc modo iuuare
poſſet, & monachorum uita per conuerſationem eorum qui in communi agunt, pia fie-
ret, & ipſi ex monachis quietem, conſtantiam, ſapientiam, cõtemplationem ediſcerent,
quemadmodum tellus ac pontus inuicem ſe iuuant, ac ſuſcipiunt. Animaduerſo item ni-
hil Dei magis gratiam promereri, quàm benignitatẽ in pauperes, hanc ita coluit, ut Xe-
nodochium celeberrimum ædificauerit, in quo ægri ac pauperes curarentur atq; educa-
rentur: ea fama ac celebritate ut diuites iam in hoc etiã proficiant, hoc eſt, ſuperflua huic
largientes, alia uitent mala: aut certe ne reliqua eorum in futurum pereant bona. Hic, in-
quam, ægri mala & incommoda æquo ferunt animo, & ob inuẽtam miſericordiam Deo
gratias continuo agunt. Ego autem hunc locum tanta magnitudine & nobilitate con-
ſpicuum contemplatus, ſeptem orbis miraculis non inferiorem dixerim. Quorum pri-
mum Aegyptiæ ſunt Thebæ centum portas habentes. Secundũ muri Babylonis à Semi-
ramide coctis lateribus & bitumine conſtructi, circuitu ſtadiorũ trecẽtorum, latitudine
cubitorum octuaginta. Tertium in Caria Mauſoli ſepulchrum ab Artemiſia uxore ædi-
ficatum. Qartum pyramides in Aegypto, ut quidam uolunt ab Ioſeph Hebræo ad fru-
menti conſeruationem excitatæ: unde nomen accepit, pyros enim triticum dicunt. Alij
ſepulchra eſſe ferunt, in ignis quem colunt honorem cõſtructa, ad eiuſq; ſimilitudinem
in acutum quadrata ſpecie tendere. Quintum in Rhodo Coloſſus idolum Apollini ſa-
crum: quidam æream eſſe columnam dicunt, altam, ut ait Ariſtoteles, cubitis ſexcentis.
Sextum Capitolium Romanorum. Septimum Hadriani templum in Cyzico. Ex quibus
ſane omnibus nulla autoribus utilitas, niſi breuis admodũ & fragilis gloria emerſit. Ma-
gnus uerò Baſilius hoc xenodochium pietatis gratia tantum excitauit, quod minimè
ſit paſſus inopes ac debiles oberrare, & miſero ſpectaculo coram alijs abijci & expelli.
Quo

Quo exemplo nos admonere uoluit, unum eſſe omnium caput Chriſtum, ut ait Apoſto
lus: Nos autem membra in Chriſto, & qui membrum ſpernit, caput etiam ſpernere. Et 1. Cor. 11. 12
cum Salomone docuit: Deo fœnerare, qui pauperis miſeretur. Aegris uerò ac tetris affe Prou. 19
ctos morbis exoſculari ſolebat: nō inani gloriæ aut oſtentationi, ſed ut exemplum plane
cæteris præberet, ne pauperes aut ægros faſtidirēt, hulceraq; potius curarent. Quidam
uerò maligne erga illum affecti ex hoc & nōnullis alijs geſtis tanquam iactabundum ta-
xabant. Inuidi namq; ſemper quando per ſe aperte rem laudabilem deteſtari nequeunt,
in uitium illi uicinū detorquere conantur. Fortem, audacem uocant: iuſtum, ſeuerum &
crudelem: prudentem, aſtutum & malignum: magnanimum, glorioſum: liberalem &
miſericordem, prodigum. In dicendo pro iuſticia liberum, impudentem & licentioſum.
Baſilij conſtantiam atq; grauitatem, contemptum ac ſuperbiā dicebant. Nam ille ut bo-
nis omnibus arridere ſolebat, quaſi hoc ſigno eorum collaudans ac probans uirtutem:
ſic improbos ſeueriore aſpiciebat uultu, quib. & taciturnitas ſola loco increpationis ac
correctionis fuerat: dum illi eius colloquio ac ſermone priuati, intra ſe quid mali admi-
ſiſſent, cogitabant, atq; hoc modo ad officiū reducebantur. Viros facetos & quos urba-
nos proprie uocant, ſcurras, minime diligebat, minimeq; his arridebat. Non enim uulgo
placere, aut omnibus ſe obſequentem pręberc curabat. Quem morem ſi quis uituperet,
leonem etiam accuſet, quod acriter ac torue, non humiliter ac blande, quemadmodum
ſimia, id eſt, mimus aliquis, aſpiciat: ac ſcenicos ac hiſtriones, qui ſpectatorib. riſum per
alapas & uerbera inter ſe mutuo cædentes præbent, potius recipiat ac probet. Quanq;
ſi quis in conuerſando huius manſuetudinem exquirat, uidebitur & huic parti magno-
pere ſatisfeciſſe: in caſtigando lenis, ita tamen ut diſciplinæ ratio ſemper haberetur, ſine
triſticia grauitatē, ſine aſſentatione hilaritatē, ſine oſtentatione animi magnitudinē præ-
ſe ferebat. De ipſius nunc oratione & eloquentia quid dicam, aut cui cōparabo? Quan-
tum itaq; tuba tibiam, aut uxor domini cæteras famulas: ſic eius ſcripta ſermonesq; reli-
quos antecellunt. Nam & ſacri eloquij myſteria exprimere non omnibus datum, ut ait
Dauid: Peccatori autē dixit Deus: quare tu enarras iuſticias meas? Nec ullus dominū Pſal. 49
Ieſum, niſi in ſpiritus ſancti uirtute (ut ait Apoſtolus) dicere poterit. Magnus autem Ba- 1. Cor. 12
ſilius præter omnes qui diuina narraret, dignus erat, & ut dignus in agro dominico ope
rarius, in ſacro eloquio gratiam ac lumen ex Deo ac ſpiritu ipſius inuenit. Igitur ſacra uo
lumina nemo, nec eloquentius, nec uerius aut uberius enarrauit: nec ullo alio unquam Eccleſ. 43
uerbo aut ſententia errauit. Sed quod ait Salomon, id ei probè euenit: Det mihi Deus
ex animi ſentētia loqui, & quæ dico: dignè cogitare. Nam ſcite quæ nouit, expreſsit: quę
uerò exprimebat, recte ſenſit, & par ſibijpſi apparens, nullum doctrinæ theologiæ lo-
cum ſiue ad mores, ſeu ad Dei contemplanda myſteria facientem, reliquit. Eius monu-
menta ita clara celebrataq; ſunt hodie, ut nemo ſit qui ſapere cupiat, aut de rebus diuinis
aliquid intelligere, quin ea in manibus habeat. Vetera iam ceſſant, his nouis tantum ua-
cant. Hinc affatim ſibi quiſque materiam ad ea quæ cupit aſſumit: & ſiue ad exercitatio-
nem encomium faciat, ſeu ad conſulendum & deliberandum, aut hæreticis reſponden-
dum ueniat, uelut in promptuario apud eum cūcta reperit. Scripſit Hexaemeron, quem
ego quoties lego, ubi de rerum principio diuinitus diſſerit, ita me in conditoris charita-
te atque cognitione cōfirmo, ut nulla re magis mouear aut oblecter. Quæ uerò contra
Eunomium & hæreticos ſcripſit, ignem mihi uidere uideor inconſumptum, ita ipſorum
repreſsit audaciam. In libro ad Amphilochium de ſpiritu ſancto, eo quod in illius fide il-
lum erraſſe inuidi nōnulli dictitabant, ita ſpiritum ſanctum ante oculos ponit, ut nil ma-
nifeſtius aut uerius Deum illum eſſe oſtendat. Epiſtolas nonnullas, ſermones item ſuper
uarios ſcripturę locos & homilias ad populum habuit, quibus omnis magnopere ædifi-
catur eccleſia. Has igitur ob res Baſilium ego omnis ætatis ac memoriæ principem faci-
le iudico, cuius ſi laudes abſoluere omnino uellem, cum ad montis uerticem iam perue-
niſſe uidear, infra eius radices adhuc uerſabor. Sed age, eum cū utriuſq; Teſtamēti uiris
parumper cōparemus. Adam primum domini mandatū prætcrijt. Hic ſemel ſuſceptum
perpetuo ſeruauit: & ob ſcientiæ lignū non errauit, ritè & ordine ac ad ſuā aliorumq; ſa-
lutē illa uſus. Et nūc in paradiſo cuius ardentē rompheā euaſit, triūphat, quā Deus uerti-
bilē fecit, ut peccatoribus formidoloſa ferri faciē obuerteret: iuſtis uerò terga oſtēderet.

Enos primus cœpit inuocare nomen Domini. Hic autem Deum palàm alijs fecit, quod
longe maius eſt. Enoch Deo placuit, & ob breuem iuſticiã translatus eſt. Nam fides tũc
obſcura & in umbra erat. Hic uerò in omni uita ob perfectam uirtutem translatus in ad-
optionem filiorum Dei, ac ſupra hominem exaltatus eſt: nec clam aut in fidei obſcurita-
te, ſed manifeſta profeſsione: & nõ in parte uitæ, ſed in tota: quod ea demum ſit felicitas,
ut ait Ariſtoteles, quæ non in uno actu, ſed in uita omni eſt perfecta. Noe per breuis li-
gni opus, humanum ſeruauit genus, per octo tantum animas in arca ſeruatas. Sanctus
uerò hic hæreticorum diluuium effugiens, arcam ſalutis patriam ſuam fecit, quæ cun-
ctis præualuit zizania ſeminantibus, unde & cæteris ſalus redundauit. Abraham noui
generis nouiq; ſacrificij autor, promiſſa ex Deo accipere meruit, proq; filio arietem con-
dignam inuenit hoſtiam. At hic cum ſeſe totum Deo traderet ad omnem laborem, & ad
martyrium uſque paratus, non alium ſubſtituit. Neq; enim brutum animal æqua eſt ho-
mini compenſatio. Iſaac ex Meſopotamia Rebeccam duxit: & poſtquam conſenuit, ocu
liq; eius caligauerunt, uolens filium natu maiorem Eſau benedicere, deceptus eſt à Re-
becca ſubdito Iacob. Hic autem pro uxore eccleſiam ex propinquo ſibi iunxit, & filijs
ſpiritalibus pro dignitate benedictionem impertijt. Iacob ſcalam in cœlum aſcendẽtem
in ſomnis uidit, & per eam angelos aſcendentes & deſcendentes, quę quidem Chriſti di
uinitatis in carnem deſcenſum prænotabat. Item lapidem ſtatuit, oleoq; obleuit. Angu-
laris hic lapis Chriſtus eſt pro nobis oblitus atq; unctus. Idem cum Deo in hominis for-
ma luctatus eſt. Palæſtra hæc, contentio uerbi circa corpus aſſumptum, ſiue naturæ hu-
manę ad diuinam altitudinem comparatio eſt. Dolor uerò femoris icti, humanæ gene-
rationis pugnam oſtendebat. Si enim cum diuina natura noſtra conferatur, ut fragilis &
doloribus obnoxia ſuperatur. Iacob item multos greges poſſedit, ac cum Laban conue-
nit, ut quæ uario uellere naſcerentur, ipſe ſibi haberet: uirgis igitur in aqua ubi bibebant
appoſitis, ad earum imaginationem grauidæ factæ, ſimiles illis poſtea fœtus ediderunt:
unde diues eſt factus. Ad poſtremum duodecim filijs moriturus benedictionẽ dedit. Ba
ſilius uerò uidit, & aſcendit altiſsimam in rebus ſpiritualibus ad Deum tendentẽ ſcalam:
& ſua ſcripta inuectiua, cõtra hæreticos columnam maximumq; lapidem orthodoxæ fi-
dei cõſtituit, nec cum Deo, ſed contra fidei communes hoſtes luctatus eſt. Plures quoq;
diuerſis ac uarijs uirtutibus inſignitas oues rationis participes habuit. Demum non tan-
tum duodecim, ſed innumerabiles filios ſpiritales genuit, quibus & benedixit. Ioſeph
frumenti copiam in Aegypto quæſtuoſam habuit. Baſilius gratuitæ præbitor frugis, uti
ſuprà memorauimus, non ſolum terreſtris, ſed etiam ſpiritalis fuit. Et ut ille dominam re-
pulit impudicam, ob quam & calumniam eſt paſſus: ſic is tentatorem cum uictoria eie-
cit, & tum quæ de ſpiritu ſancto ſenſerat contra fas accuſantes, libro ſuper hoc edito lu-
culentiſsimo compeſcuit. Moſes quidem Aegyptum decem plagis percuſſit, his uideli-
cet, ſanguine, rana, cyniphe, omni genere muſcarum, quadrupedũ interitu, turgente tu-
bere, grandine, locuſta, tenebris, poſtremo primogenitorum interitu. Legem quoq; in
duabus tabulis utrinque, id eſt, etiam à tergo ſcriptis accepit, ut plane oſtenderetur uul-
go, & ijs qui humi iacebant, exteriora eſſe ſcripta. Ea uerò quæ intra erant, paucis admo-
dum, ut ad ſuperiora tendentibus, oſtendi. Aaron uerò ſacerdos erat pro populo ſacrifi-
cans atque orans: conſecrabat inſuper ac curabat ea quæ circa tabernaculum fœderis e-
rant, quod, ut ait Paulus, Dominus, non homo conſtituit. Ambos itaq; imitatus eſt Ba-
ſilius: Aegyptios quidẽ, hoc eſt, hæreticos ſpiritalibus flagellis, ore ſcriptoq; caſtigans,
ac eos in regnum cœleſte ut in terram promiſſionis ducens, longe magis zelotes bono-
rum operum, ut ait Paulus, & in cordis tabulis leges ſcripſit non partim umbratiles & fi-
guratiles, partim ſpiritales, ſed omnino ſpiritales habentes. Nec ſemel in anno ut Aaron
ſummus ſacerdos, ſed ſæpenumero in ſancta ſanctorum ingreſſus eſt: hoc eſt, in ſacro-
rum uoluminum penetralia, arcanaq; myſteria: ut multitudini ac uulgo inacceſſus ſacræ
theologiæ ſenſus ac inſcrutabiles aperiret. Expians inſuper populum, non uituli cinere,
uel rebus alijs fragilibus, ſed ſacro baptiſmi fonte, & alijs ſpiritalib. expurgationibus fru
ctiferũ reddidit. Succeſſit Ieſus Naue, qui terrã attigit promiſſionis. At Baſilius ijs quos
Ioan.14 ſubiectos habuit, diuerſas diſtribuit manſiones. De quibus Seruator ait: In domo patris
manſiones multæ ſunt: hoc eſt, diuerſa pro dignitate cuiuſq; meritorum præmia donaq;.
In

In Domini nanq; manu & poteſtate mercedis eſt diſtributio: ut eſt apud Dauid, In manibus tuis ſortes meæ: hoc eſt, penes te poteſtatemq; tuam. Item: Funiculi ceciderunt mihi in præclaris: id eſt, datæ ſunt mihi Dei partes ac ſortes, ut ſuccedã illis in præclaris & optimis: hoc eſt, in triumpho ac de dæmone uictoria. Funiculos enim, ſortiũ ac partiũ diſtributiones uocat, quod funiculis terram diuidamus ac metiamur. Samuel ex materno ſuſceptus eſt uoto, Baſilius item ex patrio. Ille duos reges unxit: hic frequentem populum ſancti ſpiritus oleo fouit. Dauid manſuetudo prædicatur. Manſuetus ille quidẽ dicitur, qui alienas æquo animo ſuſtinet iniurias. Hic autem Valentis inſaniam ac furorem non ſolum conſtanter tulit, ſed etiam uerbis ſanctis & eloquij modulatione diuini temperauit, quemadmodum ille cithara Saulem inſanientem curauit. Salomon ſapientiam quidem à Deo petijt, uerùm ex ea paulo pòſt per idololatriam & concubinarum libidinem excidit. Hic rectam fidem in Deum ſemel acceptam perpetuo ſeruauit, & ob eam Valenti principi continuo reſtitit. Qua de cauſa & Helia inferior non fuit, qui reſtitiſſe regibus dicitur. Quin & ille igneo ad cœlum curru eſt ſublatus: hic in tribulationis pariter & charitatis igne, ut rubus ille Moſeos, non ſolum inconſumptus incolumisq; ſeruatus, ſed altiſsima contemplatione ſublatus ad Dei penetralia fuit: unde gratia illi, uelut Heliſeo ex inclita chlamyde prouenit plurima. Quin & corpore iam per abſtinentiam conſumpto, cum oſsibus ac pelle tantum ſuperſtes eſſet, ſine mortis ſenſu proculdubio migrauit. Vt autem ad nouæ legis ueniam uiros: quamuis audax plane ſit res, eum Ioanni Baptiſtæ comparare: attamen & hic quoq; tenuiſsimo uictu fuit, ut qui pane & aqua tantũ nec ad ſatietatem aleretur: noctibus totis tunicam ex animalium ſetis, quam cilicium uocant, amictus, ſacris lectionibus aut ſcriptionibus uacabat. Ille in medio duorũ fuit Teſtamentorum: hic uetus nouo ita prudenter enarrando accommodauit atq; cõiunxit, ut omnes de fide ambiguitates facile ſolueret. Reliquis poſtremo apoſtolis ac diſcipulis Ieſu Chriſti non inferior dici poterit, uerus poſt eos Apoſtolus ad orbem moribus ac fide collapſum reſtituendum miſſus, tanto difficiliorem prouinciam adminiſtrans, quanto reficere, quàm de nouo condere difficilius ſæpenumero putatur. Sed quid plura dicam? Illius uitia non tam animi quàm corporis ac naturæ, aliorum uirtutes dici poterant. Si quis igitur illum imitari ſe putat, tãto inferior ut umbra à ſtatua, aut echo à uera uoce inuenitur. Satis enim eius ſtudioſi habere uidebuntur, ſi ad ipſius prope accedant uirtutes, aut aliqua ex dictis eius mutuentur: quemadmodũ & ego ſæpe facere ſoleo, ut ipſius utar ſententijs: quoniam quæ ille uel ſine cura & ex tempore dixit, ijs quæ ab alijs apposite dicuntur, ſunt longe præſtantiora. Vbi uerò tempus reſolutionis, ac certaminis legitimi præmium accipiendi appropinquauit, non aſcendit in mõtem ex præcepto Domini, ut Moſes, ac deinde mortuus eſt: ſed ante mortuus eſt, & deinde in montem cœleſtemq; lo cum aſcendit. Iam iamq; moriturus Dei uerba clara uoce nunquam deſeruit: quin & ſucceſſorem ſibi ex ijs qui ei miniſtrabant, & auditores in rebus diuinis fuerant, declarauit. Poſt hæc quæ ſequuntur, alij referant. Ego deinceps quid aliud agere potero, quàm ut fleam, quum eccleſiam tanto paſtore uiduatam, noſq; tali præſule ac doctore priuatos uideam? Vbi iam in extremis iacebat uir ſanctus, angelorum choris celeriter inſeri expectans, ad eum omnis populus cõfluxit: cuius mortem iram in ſe Dei fore putabant, & amentes præ dolore facti circumſtabant, ſi qua uia effluentem ac properantem animam retinere poſſent. Ipſe autẽ cum poſtremo Prophetæ uerba protuliſſet, ac dixiſſet: In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum, expirauit. Elatus à ſacerdotibus, ac per urbem feretro tanta comitantium multitudine uectus eſt, ut uici frequentia pſalmos hymnosq; in eius laudem canentium complerentur. Mirumq; cum philoſophiæ partes ſint dolorem temperare, lachrymis modum imponere, huius occaſu nemo tam ſapiens fuit, qui non dolore, lachrymis, queſtubus certatim alios uincere ſtuderet. Corpus cum omnes magna contentione & tangere & arripere certarent, ſepulchro maiorum illatũ eſt: ubi & pater ſacerdos, & auus martyr ſub Maximiano conditi erant. Mihi uerò tanti uiri conſuetudine orbato, quid reliquũ niſi mori, aut miſeram in futurum ducere uitã? Quò me uertam iam amplius? Vnde conſilium quæram? Quid agam? quando eum amiſi qui ærumnas meas ac labores ſolabatur. Venite omnes, uenite, ac me choro circũſiſtite: laudes eius mecũ canite, alius aliam partẽ ſuſcipiẽtes: quando nõ omnia poſſumus omnes.

Pſal. 54 Pſal. 7 Luc. 23

Narrate

Narrate illius decora uirtutesq; omnis ætas, ſexus, ordo. Pueri patrem deſiderãtes, ſenes coæuum ueſtrum: qui in magiſtratu & adminiſtratione eſtis, ueſtrum principem: populus præſulem & paſtorem, egentes & pauperes nutritorem. Deniq; quilibet ſuis laboribus & officio adiutorem & aduocatum ploret, ut ueſtræ ſalutis patronum habeatis. Hoc tibi ô Magne Baſili extremum munus poſt annos octo quibus eccleſiæ præfuiſti, obtuli. Quòd ſi propè ad meritas tuas laudes dicendas acceſsi, tu mihi in te ſperanti hanc gratiam redde. Si uerò ualde infra uotum contigit, ueniam & ſeni, & ualetudinario, & ob tuam mortem attonito dabis. Tu obiter è cœlo nos reſpice, & datam mihi renum debilitatem ac articulorũ dolorem uel iube diſcedere, uel adiuua: & hortare ita me æquo ferre animo, ut hinc demum diſcedentem me in æterna tabernacula recipias, & beatam trinitatem eo quo eſt modo, tecum pariter contemplari ualeam.

GREGORII NAZIANZENI MONODIAE IN VITAM BASILII MAGNI, FINIS.

INDEX IN OMNIA D. BASILII MAGNI OPERA, IN QVO DILIGENTER SENTENTIAE NOtatu dignæ, uoces obſcuriores, ſimilitudines, & parœmiæ ſunt annotata, per I. GIRCK A G.

ABalienatio mentis à Deo, unde proueniat 564
Abalienationem à Deo, impijs intolerabilem olim futuram 518
Abnegatio ſuiipſius quid ſit 521
Abnegatio perfecta, qua in re conſiſtat 523
Abominationẽ idola uocari ſæpius 812
Abraham exul & erro Dei ob amorem eſſe uoluit 280
Abſtinentia à uentris uoluptatibus per ſe ipſam bonum non eſt 272
Abyßi ſignificatio quæ ſit 8. & 919
Accuſari, & eoſdem iniuria affici, miſerrimum eſt 670
Accipere commune eſſe & ad creaturã, habere autem ex natura, propriũ eſſe geniti 218
Actionis identitas in patre & filio & Spiritu S. naturæ diuerſitatem nullã eſſe declarat 716
Actionem omnem iuxta id quod inſtat, peragit 210
Actiones nos ducere ad diuinæ naturæ perſcrutationem 716
Actionum bonarum, iram eſſe miniſtram 187
Adipis uocabulo quid denotent pſalmi 788
[redacted] 81
Adoptione nihil dici poſſe, non præcedente eo quod natura eſt 344. & 342
Adoleſcens ſecundum animã, qui ſit 204
Adoleſcentes apum naturã imitari debere 253
Adoleſcentibus conſilium à Baſilio datum 251
Aduentus Chriſti in carne cur ſit factus 384
Aduentus Chriſti localis aut carnalis non eſt expectandus 494
Aduerſarios noſtros docendos eſſe cum expectatione illorũ pœnitentiæ 504
Adulter ſacerdos, ad pœnitentiam agendam priſtinumq́; ſtatum inuitatur 759
Adulteræ mores qui ſint 281
Adulatorum uoces blandas, pij curare non debent 973
Aegyptum rubro mari humiliorem eſſe 19
Aegritudinum tria eſſe genera 258
Aegritudines naturæ cur eueniant 551
Aegroti quomodo ſubleuandi ſint 165
Aëris naturã ſpecies uiſibilium omnes ſuſcipere 8
Aerium & Alypium cohortatur ad liberalitatem erga pauperes, Theologus 739
Aerumnæ qua ſint ratione diluendæ 810
Aeſopica fabula de lupo & agno pulchrè accommodatur 714
Aeſtus quando fiat 32
Aetatum ac uitarum alterationes tres ſuſtinere homines 138
Aeternitatis teſtimonium præbere creaturæ, inſaniam eſſe 329
Aeternum quid ſignificet. ibid.
Aetius Syrus repræhenditur 306
Aetij commentum recitatur 371
Aeuum paruam diei partem appellare, inſaniam eſſe 318
Aeui proprium quod ſit 11
Affectus animæ uirginis eſſe corruptionem 291
Affectus animæ Euangelium quoq; interdicere 482
Affectus bonus quid ſit 589
Affectus corporis duplices exiſtere 627
Affectui proprio cognata quemuis ex Scriptura ſumere debere 234
Affectum bonum ſæpius in malum commutare diabolum 285
Affectum animi excogitare peruerſum, quæ à natura ipſa denegata ſunt 786
Affectu proprio, qui non eſt ſuperior, eum in contemptum uenire 56
Affectus corporis, uelut canes temerarios eſſe 627
Affectuum caſtigationem tranquillitatẽ eſſe animæ 628
Affectus prauos eſſe domandos 56
Affectus humanos cur Deo tribuat Scriptura 88
Affectiones omnes uiſiuam animæ partẽ confundere ac perturbare 100
Afflictiones externæ uirtuoſum nõ attingunt 751
Afflictionum fructus qui ſint 954
Afflictorum animorum quæ ſit conſuetudo 975
Agamemnon eum quem iniurijs ac contumelijs affecit muneribus placauit 748
Agareni ex quo orti ſint 890
Αλαλαγμὸς quid ſit 801
Alarum appellatione, quid Pſalmi uelint indicare 788
Allophyli qui fuerint, & unde nominati 890
Alteratio ſi inducatur, uanus eſt iuſti labor, contrà irreprehenſibiles ſunt peccatoris mores 755
Altitudinem dierum, quid nominarit Dauid 845
Amatorem & inuidum æqualem dolorẽ ſuſtinere 291
Amatorem Dei, carnalem amatorem imitari debere 279
Ambitio peßimus dæmon eſt 725
Ambitionis crimen eſſe fratrum præfecturam deſiderare 634
Ambroſius ad primam Apoſtolorum ſedem translatus 684
Ambroſius generis ſplendore, diuitijsq́; clarus. ibid.
Amicus Chriſti qui ſit 114
Amicus Dei Abraham & propter fidem & propter obedientiam eſt appellatus 361
Amicus ab adulatore qua re differat potißimum 720
Amici ſuauem eſſe recordationem 658
Amici omnes ſunt inter ſe, qui ſecundum Deum uiuunt & idem Euangelium ſequuntur 725
Amicorum omnia ſunt communia 734
Amicitiæ bonum non cadere in malam affectionem 114
Amicitiæ principium ex diuturna conſuetudine ſumere, nihil indecori habere 163
Amicitiæ morbum, inuidiam eſſe 189
Amicitiæ finis hoc ſeculo qui ſit 404
Amictus Chriſtianis qualis conueniat 533
Amianton quid ſit 144
Amoris carnalis natura quæ ſit 279
Amoris ergò uoluit Abraham exul & erro libenter exiſtere 280
Amorem erga fratrem excutere uolens, quid eum facere oporteat 713
Amiſſas res plerunq; deplorare, præſentes autem parui ducere 163
Anaxarchus propter animi fortitudinẽ laudatur 733
Angelicæ naturæ; quid ſit proprium 447
Angelus unus, toti aßimilatur exercitui 101

PP Angelus

Angelus Domini à Moyſe in rubo uiſus, quis fuerit 329
Angeli conſpectum neminem contemnenere debere 281
Angelum omni credenti aßidere 101
Angelum ſæpe Chriſtū in Scripturis appellari 329
Angelos non eſſe creatos infantes 54
Angelos mutationem non ſuſcipere 113
Angelos ubique præſentes eſſe, & quæ agantur uidere omnia 284
Angelos ſimul in multis locis eſſe non poſſe, ſed in circumſcripto loco 393
Angelos & homines cur glorificare non debeamus 356
Angelos non omnia ſcire 798
Angelorum natura quanta ſit 101
Angelorum perfectio quæ ſit 385
Angelorum theſaurum eſſe, ſummi boni ſpeculationem uirtutumq; manifeſtā comprehenſionem 637
Angelorum tripudium in terra imitari quo pacto poßimus 655
Anguillas ex limo generari 45
Anima quæ ſit pulchra 90
Anima affectibus dedita, nihil eſſe deformius. ibid.
Anima, de diuinis rebus inquirens, quid cogitare debeat 260
Anima ſæpe citra corpus arrepta, per affectus quos in ipſa operatur, cupiditatem ſuam perficere diabolum 291
Anima cur ſit corpore præſtantior 445
Animi promptitudinem, in minimis etiā rebus, Deo gratißimam eſſe 481
Animi intricati atq; conſilio deſtituti natura quæ ſit 955
Animæ abundantia quæ ſit 90
Animæ potentias, iiſdem nominibus, quibus externa membra, in Scripturis appellari 101
Animæ dona incorruptibilia eſſe 104
Animæ tranquillitas iucunditas'ue quomodo ſit conſeruanda 160
Animæ tantum, gerere curam oportere 256
Animæ opus eſſe, placentes imaginationes per cogitationes, prout uult, perficere 283
Animæ ſpeciem, uelut in ſpeculo, non uocem ſolum, aut aſpectum, ſed & uiri ornatum & riſum, & pedis gradum, pronunciare 285
Animæ pulchritudinem illigatæ corpori, qui uidere non poßit, eum corporis motum in quo eſt, cernere. ibid.
Animæ bona ad corporis apponenda eſſe 290
Animæ acquirere bona corporis impedientibus eſſe impoßibile. ibid.
Animæ morbum eſſe, curioſè quærere de Deo 360
Animæ puritas quomodo corrumpatur 447
Animæ curationem ſimilem eſſe corporis curationi 564
Animæ uiſum mentem eſſe noſtram 626
Animæ uim duplicem eſſe 627
Animæ uirtutes præcipuæ quæ nam ſint 628
Animæ trāquillitatem affectuum exiſtere caſtigationem. ibid.
Animæ eſſe eligere bona, corporis autem operari 631
Animæ ordinem uirtutis eſſe compoſitionem 633
Animæ morbum eſſe lōgè grauißimum, alijs præeſſe deſiderare 634
Animæ purgationis quod ſit principiū 656
Animæ lucrū ex heſterna uirtutis actione nō accedit, ſi hodierna iuſta relinquatur actio 755
Animæ & corporis diſſolutionem, ab omni malo liberationem eſſe cenſendā 757
Animam uiuentem cur terra producat 40
Animam animantium, ſanguinem ipſorum eſſe. ibid.
Animam quidem animæ æqualem eſſe, uerum in uelaminibus differentiam exiſtere 55
Animam factam eſſe, ſed carnem formatam 57
Animam iuſti à conſenſu ad corpus ſeparari 68
Animam peccatoris, uelut in cœno, in affectibus carnis uolutari. ibid.
Animam noſtram ſimul & à Deo & à peccato regi non poſſe 133
Animam indepreſſam in rebus aduerſis conſeruare, rebus contrà proſperis ad iniurias ac contumelias inferendas nō extollere æquè difficile eſſe 166
Animam ſtudijs euadere ſimilem 240
Animam aurigam eſſe, corpus uehiculū 290
Animam non illuminatam nihil intelligere poſſe 328
Animam diſcendi cupidam & ueritatem inquirentem, difficillimum eſſe nanciſci 370
Animam pro uita in Scripturis accipi 384
Animam à bono incipere inq; malum dilabi mirum uideri non debere 573
Animam dominium corporis tenere 627
Animam non proptre mundum, ſed mūdum propter animā eſſe creatum 834
Anima incorrupta permanente, corpus etiam incorruptum permanere 288
Animalis animam ſanguinem ipſius eſſe 40
Animalium uariæ proprietates recenſentur 46
Annus ſolaris quid ſit 32
Annus benignitatis qui fuerit 857
Antiquitatem ueluti canitiem quandam uenerandam eſſe 143. & 401. & 448
Antiochenſis eccleſiæ ſtatus exprimitur 680
Apes imitari adoleſcentes debere 253
Appellationes non eſſentias ſignificare, ſed proprietates quæ ſingulos delineant 322
Apollinarem uocalißimum omnium ſcrīptorem fuiſſe 718
Apollinarius repleuit ſuis ſcriptis orbem terrarum 703
Apollinariſtas longanimitate peiores eſſe factos 738
Apologia de ſeceſſu & fide Baſilij 739
Apologiam cur ſcripſerit Baſilius 712
Apologus de hirundinibus & cygnis 661
Apoſtoli cur nubibus in pſalmis comparentur 846
Apoſtolum uerbis Græcis ad proprium ſæpe ſcopum uti non auerſatum eſſe 460
Apoſtoli crebrò principes nominantur 862
Apoſtolorum & prophetarum ſcriptis non debere nos eſſe contentos 398
Apoſtolos etiam uita defunctos imperare 829
Apum diſciplina mores & inſtituta recenſentur 41
Aqua cur amplius quàm dici queat, excellat calorem 14
Aqua & igni baptizari quid ſit 357
Aqua in leui aere continetur 965
Aquam congregari cur iuſſerit Deus 18
Aquæ ſuperficiem planißimam eſſe. ibid.
Aquæ naturā ſanctificari oratione 802
Aquarum exitu quid intelligatur 951
Aquas in ſupernis etiam partibus detineri 13
Aquas tropicè intelligentes in Moyſe reprehendit Baſil. 17
Aquila cur ſanctus dicatur 83
Aquila & Symmachus pſalmorum interpretes reprehenduntur 819
Aquilam iniuſtißimam eſſe circa ſobolis educationem 42

Arcus

Arcus Dei quid denotet 71
Arietes qui dici poſſint ſpiritualiter 80
Arriani quomodo ſint refutandi 49
Ariſtotelis ſordes reprehenduntur 732
Arithmetices ſemina in Scriptura exiſtere 58
Armorum appellatione quid denotetur in uniuerſa Scriptura 827
Arrogantia quomodo cognoſcatur & curetur 566
Artem unam abſoluere utilius eſſe, quàm multas imperfectè attingere 544
Artem paſcendi & regendi ſorores eſſe 259
Artes hic materijs poſteriores eſſe 7
Artes ſingulas in auxilium nobis à Deo donatas eſſe 550
Artium diuiſio 4
Artium cognitio cur ſit iuuentuti comparanda 252
Artium doctores quomodo diſcipulos ſuos corrigere debeant 549
Artibus cur incubuerit eo diligentius D. Baſilius 988
Artificioſam ac uerſutam eſſe malitiam, ut ubi ſi aliquem deſtituit oratio, ſilentium ſe præferre dicat 323
Artifex inſtrumentum, non inſtrumentū artificem regere debet 645
Aſpidis quanta ſit malitia 847
Aſtrologorum nugæ prolixè recenſentur 31
Aſtrologorum ſapientiam telis aranearum ſimilem eſſe. ibid.
Aſtrologiæ copioſa refutatio. ibid.
Aſtronomorum de mundi globo ſententia 5
Aſtutia quid ſit 203
Aſtuti appellationem duo ſignificare. ibid.
Athanaſij Magni dolor ob miſerabilem Eccleſiæ ſui temporis ſtatum exprimitur 679
Athanaſij immenſa pro Eccleſijs cura docetur 681
Athanaſium Ancyræ epiſcopum eo quòd credulus nimium fuerit, obiurgat oblique Baſilius 682
Attendere duplex eſſe 151
Athenienſium prudentia de pueris in artibus inſtituendis laudatur 732
Athenienſium Sophiſtarum & eorum diſcipulorum circa nouitios conſuetudo recitatur 989
Athletas Dei ad finem uitæ conſtitutos à principe huius ſeculi examinari 68
Atrium Dei unum eſſe 81
Auarus qui ſit 569
Auari natura egregiè depicta 235
Auaritiæ morbum nunquam quieſcere 234
Auaritiam planè fugiendam eſſe 484
Auerſio Dei unde ſit 976
Audacis nimium eſſe, inimicis ſeſe interficiendum tradere 986
Audacem quid faciat hominem 238
Auditores imperiti ab operibus doctores iudicare debent 506
Auditores in Scripturis eruditos debere probare ea quæ à doctoribus dicuntur. ibid.
Auris officio qui fungantur 534
Auribus noſtris audiuimus, qualis ſit locutio 823
Aures duas, linguam autem unam cur nobis natura largita ſit 277
Aurum animarum laqueum, mortis hamum peccatorum ineſcationem eſſe 175
Aurum animæ inſidiari, & peccati patrem miniſtrumq́; diaboli eſſe 757
Autumnus quando fiat 32
Auxilium ex tribulatione qui ſumant 132
Auxilium Deus quomodo ſuo figmento tulerit 693
Auxilia quæ ab hominibus feruntur nullius ferè momenti exiſtere 851
Axioma uocat orationem Dauid 953

B

BAptiſma potentiam ad reſurrectionem eſſe 207
Baptiſma introductorium & perfectiuū 207
Baptiſmatis encomion illuſtre 209
Baptiſmus quarum ſit rerum figura 384
Baptiſmum primā regenerationis diem eſſe 380
Baptiſmum uitæ Chriſtianis principium eſſe. ibid.
Baptiſma Moyſis Ioannis et Chriſti quomodo differat 413
Baptiſma Moyſi ſigillum purificationis fuiſſe. ibid.
Baptiſma in aqua quarum ſit rerum ſimilitudo 422
Baptiſma in igne quid faciat. ibid.
Baptiſma quid præcedere debeat, iuxta Chriſti doctrinam 408
Baptiſmus quid nobis conferat 808
Baptiſmatis tempus totam eſſe uitam humanam 207
Baptiſmatis quæ ſit uis & ratio 476
Baptiſmati nullum eſſe tempus magis cognatum quàm eſt dies paſchatis 207
Baptizatus qui non eſt, eum illuminatū haud eſſe 207
Baptizatos in proprio ſanguine ꝑ Chriſto, nihil opus habere in aqua baptiſmate 385
Baptizari in nomine patris, filij & Spiritus S. quid ſit 419
Baptizari in nomine Trinitatis qui dignus ſit 422
Baptizati ſunt in Moyſen, quomodo ſit intelligendum 382
Barlaam martyris encomion 224
Baſilius & Gregorius Theologus in concilio apud Eupſychium reprehenſi 668
Baſilius traductus fuit, quaſi noua quædam de Spiritu Sancto tradiderit 702
Baſilius epiſcopis Occidentis. ibid.
Baſilius epiſcopos maritimos ad concordiam cohortatur 707
Baſilius Diodoro 751
Baſilius Olympio 752
Baſilius Eunomio. ibid.
Baſilius Phirmino 753
Baſilius Iuliнæ liberæ 754
Baſilius ex artibus cunctis quæ potiora eſſent delegit 991
Baſilius à pueris tenui fuit ualetudine, & ex hepatis morbo continuo laborauit. ibid.
Baſilius medicinæ peritus fuit. ibid.
Baſilius cum Euſebio de ambitione contendere noluit 993
Baſilius quomodo ſeſe geſſerit in epiſcopatu 994
Baſilij ad Ambroſium epiſtola 683
Baſilij ad Orientales Eccleſias epiſtola 697
Baſilij encomion magnificum à Gregorio Theologo conſcriptum 723
Baſilij eloquentia commendatur 749
Baſilij ad Andronicum epiſtola. ibid.
Baſilij epiſtola ad Euſtathium 750
Baſilij ad Chilonem epiſtola 755
Baſilij epiſtola ad Iulianum 751
Baſilij pater ſacerdos & coniunx 987
Beatum eſſe, quid ſit 64
Beatum in primo pſalmo cur uirum tantum propheta dixerit, mulieris uocabulo neglecto. ibid.
Beatitudinis cauſa quæ ſit 96
Beatum nihil ex inuoluntarijs eſſe 101
Beati cur ſint ij qui ueræ pulchritudinis ſpectaculum amant 118
Beatitudinis nomen quid ſignificet 771
Bellum ſibi ultroneum accerſere, abſurdum 628

Bellum aduerſus huic uitæ deditos ſuſcipere, quare friuolum ſit 632
Bellum contra innumeros, unius Dei demerendi gratia, ſuſcipere debemus 717
Bellum gerere, Dei opus eſſe 976
Benedictio perfectißima quæ ſit 85
Benedictio Dei qua in re conſiſtat 960
Benedictionis multam eſſe differentiam 966
Benedictionem Dei, maledictionibus hominum longè fortiorem eſſe 776
Beneficium ſit magis danti quã accipienti 750
Beneficio afficiuntur ſæpius, qui iniuria affici uidentur, & contrà 730
Beneficia Dei innumerabilia, & omniũ maxima eſſe 164. & 518
Beneficia Dei cur ſæpius animo ſint repetenda 519
Beneficentiæ celeritas longè gratior eſt 662
Benignitas Dei quomodo acquiratur 969
Benignitatem erga malos oſtenſam, perniciosam eſſe 536
Benignitatem materiam manſuetudinis eſſe 636
Benefacere fratribus ex ſuperfluis oportere 484
Benefaciendum eſſe nos inuocantibus 501
Benefacere multis, etiamſi non ſis loco firmiter affixus, firma res eſt, quod ſimilitudinibus probatur 724
Beſtias in homine permultas eſſe 55
Beſtias appellari ſæpe iracundos in Scriptura 183
Bis ad eundem offendere lapidem, ſtultorum eſſe 729
Bombyx unde fiat 44
Bonum quid uerè ſit appellandum 102
Bonum eſſe, quod omnes cupiunt 113
Bonum attingere impoßibile eſſe ei, qui non deſtitit ac declinauit prius à malo 104
Bonum omne à Deo proficiſci ex gratia 488
Bonum perpetuum ſolum ſtudio dignũ & laudabile eſt 673
Bona ſi laborioſa fuerint, multi mala putant 84
Bona neminem repudiare, ob priuationis timorem 211
Bona opera neceſſariò ſequi utilitatem 225
Bona quæ per ſe non ſunt, per boni miniſterium bona ex ornatu euadunt 272
Bona uitæ huius Dei amator turpitudines eſſe pronunciare debet 280
Bona quæ dicuntur, non eſſe bona 673
Bona multa non uidentur eſſe talia his qui animi iudicium non ſincerum habent, quod manifeſtè probatur 705
Bona noſtra, non eſſe noſtra, ſed Dei 785
Bonorũ ad aſſumptionem quod ſit principium 64
Bonorum particeps fieri qui deſiderat, quid ei facto ſit opus 406
Bonorum omnium ſumma quæ ſit 809
Bonis corporis impedientibus, animæ bona acquirere poſſe neminem 290
Bonis huius mundi mala multa ſunt immixta 757
Bonas res eſſe permultas, quæ tamen iucundæ non ſunt 963
Blaſphemiam eſſe, qui dicit, unum eſſe ſubiectum, patrem & filium & ſpiritum S. 221
Blaſphemi in Spiritum S. qui nam exiſtant 480
Brachia peccatorum quid denotent 814
Brutis quomodo ſit aßimilatus homo 128

C

Cæſareæ Cappadociæ literis operam dedit Baſilius 988
Cælum unicum eſſe, nonnulli falſò tradunt 13
Cælum Scriptura, more ſuo, aërem uocat 182
Cælum cur habitaculum Dei dicatur 936
Cælo Deus non eſt incluſus 956
Cælum quo pacto Deum laudet 982
Cælum hominibus, non homines cælo inſeruire 985
Cæli magnitudinem, humanæ intelligentiæ menſuram excedere 28
Cælorum regno uim afferre, quid 445
Cælorum non eſſe multitudinem 982
Cælos eſſe duos, nonnulli philoſophati ſunt 12
Cælos & mundos infinitos, Græciæ ſapientes confinxiſſe 13
Cælos animatos non eſſe 17
Cœnobia primus excogitauit Baſilius 1002
Calamitas ſpontaneus nuncius 754
Calamitates repentinas, perturbare uehementius 627
Calidum eſſe natura, uel ex affectione ardorem habere, nihil differre 16
Calcanei nomine, quid in Scriptura ſignificetur 834
Calumniam patienti, alteram aurem integram ſeruare debemus 683
Calumniam quam præſtantißimi quiq; uiri non effugiunt, perquam grauem eſſe 950
Calumnia Ioſeph & Suſanna obruti, uictores euaſerunt 903
Calumnia nullum uitæ genus apud malos uacat 662
Calumniæ in miniſtros, unde ſuam trahant originem 669
Calumnias aliquot recitat Baſilius 717
Calumnijs reſpondere noluit Baſilius 670
Calumnijs uitam eſſe humanam ſuperiorem, difficillimum eſt, imò impoßibile 683
Calumnijs quare ſit reſpondendum 689
Calumnias à Boſporio epiſcopo perſcriptas diluit Baſilius 721
Calumnias ſummo pios afficere dolore 722
Calumniatores redarguendi 714
Caluus cum ſis, arietem aduerſa fronte ne impetas 731
Camelis uindictæ cupidos perſimiles eſſe 40
Canis encomion haud eſſe, quòd ex uelocißimis prognatus ſit 258
Caniciem aliquid etiam erudire 738
Canum naturalis ratiocinatio oſtenditur 47
Canum nomine qui intelligantur 795
Cancri aſtutia qua in re ſit 36
Canticum quid ſit 87
Canticum nouum qui Deo canat 93
Canticum canticorum Salomonis ſcopus qui ſit 195
Canticum nouum quod ſit 983
Cappadoces laudat Lybanius Rhetor 745
Captiuitatẽ Iſrael magnum attuliſſe fructum 956
Captiuitatem eſſe multiplicem 958
Carnis debilitatem animæ conducere 55
Carnis & ſanguinis nominibus, quid innuere Chriſtus uoluerit 741
Carni quantum detrahes, tantum facies animam ſpiritali bona habitudine relucere 147
Carnẽ Domini participaſſe deitati 248

Caſia

Caſia quid ſit 117
Caſtrantes ſemetipſos laudem non mereri 301
Caſtratorum petulantia quanta ſit, exemplis oſtenditur duobus 300
Caſuum noſtrorum omnium quis gubernator ſit 844
Caſtratos audaciores eſſe uiris reliquis, ad concupiſcentiæ fruitionem 301
Caſtratos maximè fugere uirgines debere 300
Cauſæ qui fiat, quòd bonorum cœleſtium participes non reddamur, exponuntur copioſè 406
Cauſarum diſtinctiones apud Ethnicos, feſelliſſe quoſdam Chriſtianos 371
Caueri qui difficulter poßint 703
Cedri Libani qui nam ſint 82
Cedar barbarum nomen eſt 954
Ceruus quid myſticè ſignificet 84
Ceruus ubi præſens eſt, omne reptilium detrimentum fugari. ibid.
Cerui ſtructura quæ ſit 83
Ceruorum naturam eſſe, ut animalia humi repentia aſpernentur 803
Ceruorum in modum, cur ſe dixit ſitire Dauid 821
Cibi nec tempus, nec modus idem, omnibus ſanciri quòd non poßit 531
Cibum ſumere uolentem prius agere gratias Deo debere 488
Ciconiæ pietas commendatur 42
Cicuta ueſci ſturnos 24
Ciuitatis definitio traditur 121
Cygni tum canent, cum tacuerint graculi 662
Cyngulum cur uiri geſtent 534
Cythara ſpirituali diuinam cantionem perſonamus 952
Coactum quicquid eſt, laudabile non eſſe 137
Coætaneorum conuerſationem, eſſe militi Chriſtiano fugiendam 443
Coeſſentialem eſſe patri filium, probat Baſilius 342
Coexiſtere de quibus propriè dicatur 397
Cogitationis repentinum eſſe delictum 151
Cogitationi terminos eſſe ponendos 5
Cogitationes prauas duobus cõſiſtere modis in anima 636
Cogitationes omnes in uita futura, uelut pictura in anima depicta conſpicientur 283
Cogitationes malæ quomodo fugandæ ſint 636
Cogitationibus imperandum, ut rerum fiamus omnium principes 56
Cognatos in uitæ prioris complexu manentes, mundi pars eſſe 639
Cognitio rerum utilium negligi non debet 470
Cognitionis Dei uia quæ ſit 390
Congreſſus raritate reuerentiam conſeruari 527
Cognitionis modus quotuplex ſit 683
Cognoſcere unumquemq; quomodo debeamus 478
Cognoſcere ſeipſum & curare, difficillimum eſſe 643
Cohortatio ad agendam pœnitentiam 513
Cohortatio ad cuſtodiendum Dei uerbũ 515
Columbas capiendi ars 754
Colores, formas & equos aliunde quàm ex ſeipſis probari; turpißimum eſt 986
Cometa quomodo generetur, & unde 251
Communitatem habere cum operibus infructuoſis tenebrarum, quid ſit 432
Compoſita diuidi omnia, in ſubſtantiam & accidens 29
Conceſſa quoq; à Scriptura, fugienda eſſe 479
Concio de Chriſti natiuitate 247
Concilij nullius bonum finem uidit Gregorius 727
Concordiæ utilitatem à principe ad ſubditos uſq; deſcendere 964
Concordiam Eccleſiæ neceſſariam eſſe 456
Concupiſcentiam citius caſtratos, quàm reliquos uiros perficere 301
Concupiſcentiam noſtrum infeſtiß. hoſtem eſſe 237
Conditionis nomen plerunq; pro transmutatione in melius ſumi 179
Conditoris potentia cuncta contineri, ſatendum eſt 5
Conditoris ſapientiam in minutißimis quoq; rebus conſpici 27
Confeßio catholica de Spiritu S. 222. & 260
Confeßio catholica de Trinitate 367
Confeßio intrepidè fieri debet 469
Confeßio fidei Nicenæ Romæ repoſita eſt 719
Confeßionem baptiſma præcedere, baptiſma uerò confeßionem ac pactum obſignare 381
Confeßionem abſq; mandatorum executione prodeſſe nihil 469
Confidere ſibijpſi debere neminem 756
Clamandi uerbum in pſalmis quomodo ſit accipiendum 801
Clamare ad Deum qui dicatur 91
Copias quantumuis magnas Dauidem nõ magni æſtimaſſe, ſed auxilium Domini, &c. 778
Cor rectum quod ſit 70
Cor pro principali animæ parte, ſumere Scripturam, renes autem pro cõcupiſcente. ibid.
Cor quod diuina oracula ſuſcepturũ eſt, purum prius ab omnibus contrarijs cogitationibus radi oportere 96
Cor, non munus oblatum, reſpicere Deũ 722
Cordis præparatio quæ ſit 655
Cordis ad Deum conuerſio quid 893
Corda diſtorta, Dei non decet laudatio 92
Conceptiones Deum adhibere nec fortuitò nec temerè 818
Corpus animæ bona miniſtrans, quidam pro bonis dilexerunt 285
Corpus incorruptum eſſe, ſi modò incorrupta ſit anima 288
Corpus Domini manducare uolens, qualis eſſe debet 423. & 425
Corpus Domini edens indignè, quomodo fiat reus 423
Corpus Domini participans cum ſanctis, eum laudare debet 477
Corpus macerare nimis, Scripturæ S. cõtrarium eſt 631
Corporis præſentiam utilem non eſſe, audire ſacra cupienti, ſi circa terreum theſaurum cor occupatum fuerit ſuũ 12
Corporis uelamento exuti, animæ næuos contegere non poterimus 282
Corporis motum animæ pulchritudinem indicare 285
Corporis puritatem, ubi affectuum eſt turbatio, nihil omnino cuiquam prodeſſe 291
Corporis Chriſti participationem eſſe neceſſariam 476
Corporis neceßitatis prætextu, ad uoluptates deferri debere neminem 629
Corporis uictum moderatum concupiſcentias accendere non ſolere 630
Corporis iuſti etiam umbra quauis re digna pijs eſt 688
Corporum diſsimilitudinem eſſe permagnam 628

Cornicis erga ſobolem amor laudatur 43
Cornices deducere ciconias aliò tranſmigrantes 42
Cornu in Scriptura pro gloria accipi 83
Cornu iuſti quid ſignificet 877
Conſcientia pura in templum aſcendere, uirtutem eſſe non exiguam 968
Conſilium Baſilij adoleſcentibus datum 251
Conſilium oportet non ſolum dictis, ſed exemplis etiam efficacibus confirmari 630
Conſtantiam in fide profeſſione requiri 481
Conſolationes in rebus aduerſis quæ nã adhiberi debeant 159
Conſuetudinem in naturam tranſire 66
Cõſuetudinem perlongam naturæ robur accipere 521
Conſuetudinem eccleſiarum ſuarum narrat Baſilius 689
Conſuetudinem rectæ doctrinæ regulam facere, planè iniuſtum eſſe 714
Contemnenti opprobria qui conuiciatur, affectionis ſuæ ſolatium inuenire non poteſt 185
Contemplationis uocabulum quid ſignificet 311
Contemnere alios, ſeipſum uerò extollere, haud decere 489
Contemptores uerbi Dei fugiendos eſſe, nec eorum eſſe utendum beneficijs 505
Contemnendum nihil eſſe uelut paruum 561
Contentionum in Eccleſia quæ cauſæ 455
Contemni nõ ægrè feramus, honorari autem gaudeamus 724
Contentiones & ambitiones rationem ac doctrinam in concilijs ſuperare 727
Continentia, nũ ſis cum Chriſto mortuus, oſtendit 530
Continentiæ terminus qui ſit 448
Continentiæ uocabulo quid intelligi debeat 529
Continentiæ encomion. ibid.
Continentiam pro uirium ratione ſeruandam eſſe 628
Contrarium à contrario non generari 9
Contradictionem à Domino contradicentem abalienare 472
Contritio cordis quid ſit 105
Contumelijs eſſe inimicum, longè ſuperiorem, nihil inimico triſtius accidere poſſe 185
Contumelias fortiter contemnendas eſſe 184
Coniugium uelut aliud omne bonum, per preces & communia piorum uota fieri decet 728
Coniugij moleſtiæ recitantur 278
Coniugibus maiora imminere undiq; pericula, quàm ijs qui cœlibem agunt uitam 441
Coniunctum ſemel per omnia cõiunctionem habere 715
Coniunctè approbata 496
Coniunctè interdicta 495
Conuentus publici miniſtrorum, cur fieri ſoleant 764
Conuerſos noſtra uiſitatione eſſe confirmandos 501
Conuerſationem habere in cœlo, quid eſſet, ex exemplis didiciſſe Baſiliũ 711
Conuitium quid ſit 565
Conuitijs conuitia reddens, quòd nullam habeat iuſtam excuſationem 185
Charitas ubi deficiat, iſthic odium ſuccedere 451
Charitas, radix Dei mandatorum eſt 764
Charitatis ingenium quale ſit 809
Chriſtum ſtatim carne perfectum fuiſſe conceptum 249
Chriſtus cur ſolas repudiarit nuptias, qui tamen in omnibus legi paruerit 294
Chriſtus imago Dei quomodo ſit 328
Chriſtus cur diuerſa ſibi nomina impoſuerit 311
Chriſtus quomodo ſit imago patris, quomodo item genitura, ſimilitudine declarat 366
Chriſtus uarijs nominibus cur appelletur 377
Chriſtus ad ſeſe cur nos inuitet 440
Chriſtus in extremo iudicio quid exprobraturus ſit, declarat 459
Chriſtus cur ſit incarnatus 623
Chriſtus cur de uidua parabolam dixerit 626
Chriſtus cur ſit genitus, crucifixus, mortuus, & reliqua perfecerit 765
Chriſtus quò conſcenderit 863
Chriſti natiuitas prima, ſilẽtio coli debet 247
Chriſti dictum, Sicut mnãduit mihi pater, ſic facio, quomodo ſit intelligendum 378
Chriſti imitationem ad uitæ perfectionẽ eſſe neceſſariam 384
Chriſti formam aſſequi uolens quid, facere debeat 406
Chriſti diſcipulum eſſe, quid ſit 408
Chriſto quid familiare fuerit in docendo. ibid.
Chriſti conſortio nihil eſſe iucundius 441
Chriſti membra quæ ſint, itidem quæ non 456
Chriſti iugum eſſe iucundum 483
Chriſti aduentum localem aut carnalem expectandum non eſſe 404
Chriſti miniſter futurus, quomodo ſit probandus initiò 526
Chriſtus riſit nunquam 529
Chriſti fidelem miniſtrũ tum publicè tum priuatim docere oportere 552
Chriſti miniſtrum ad animarũ perfectionem promptum eſſe conuenit. ibid.
Chriſti actiones, ac ſermones uniuerſos, pietatis atq; uirtutis eſſe regulas 623
Chriſti corpus in cœlis eſſe nunc 630
Chriſti uirtutum catalogus. ibid.
Chriſti adminiſtrationis myſteriorũ ſumma 637
Chriſti faciem quid nominet Dauid 892
Chriſto in morte quomodo ſimiles ſimus 384
Chriſto duplicem deferri gloriam 389
Chriſtum genituram & creaturam ſanctos appellaſſe, refert Eunomius 321
Chriſtum genito modo, ingenitæ patris naturæ coniunctum eſſe 328
Chriſtum ex patre cauſam habere ſubſtantiæ. ibid.
Chriſtum natura Dei eſſe filium 342
Chriſtum eſſe facturam primam, docere Arrianos 347
Chriſtum uidens, quomodo uideat ſimul patrem 378
Chriſtum ſequi in quibus oporteat diſcipulum 418
Chriſtum induere, cunctis baptizatis neceſſarium eſſe 424
Chriſtum ad legem ac prophetas diſſoluendum non ueniſſe 482
Chriſtum ſequi, quid impediat 524
Chriſtum ſequendi deſiderio qui tenentur, aliud nihil hac in uita quærere 524
Chriſtum nõ omnibus ſeipſum crediſſe 632
Chriſtum æqualem Apoſtolis omnibus poteſtatem dediſſe 643
Chriſtum ne minimo quidem temporis momento permiſiſſe, à ſeſe regni cœlorum alumnos ſeparari 639

Chriſtum

Chriſtum nequaquam corpus cœleſte ſecum attuliſſe, cõtra Valentinum 693
Chriſtianiſmus quid ſit 55
Chriſtiani à gentibus qua re differant potiſſimum 331
Chriſtiani unde ſimus 380
Chriſtiani ueri deſcriptio 452
Chriſtiani ſtudere tranquillitati debent 468
Chriſtiani cui renunciarint 523
Chriſtianiſmi terminus qui ſit 546
Chriſtianum ab omnibus mundum eſſe decet 419
Chriſtianam doctrinam eſſe ſimplicem, et omni carentem arte 371
Chriſtianorum ſqualor corporis quid indicet 530
Chriſtianis in foro non litigare, ſed ueritatem ſolum declarare, conceſſum eſſe 525
Crœſi manſuetudo 750
Creatio cœli & terræ quomodo ſit tradenda 1
Creationis hiſtoria cur multa ſilentio præterierit 8
Creatoris comparatione, Solem & Lunam, culicis & formicæ rationem habere 34
Creationis eſſe ſocium Chriſtum, unde appareat 49
Creationis uaria eſſe ſignificata in Scriptura 95
Creaturã quod ſuperat, in creatura quæri non debet 218
Creaturam eſſe Chriſtum, nuſquam dicere Scripturas 322
Creaturam in duo diuidi 351
Creaturis communia, nihil habere prorſus commune cum Spiritu S. ibid.
Creatorem participare ea quæ ſecũdum ipſius imaginem facta ſunt 354
Creatura ſupra Deum quando glorificetur 355
Creaturam non ſanctificat creatura. ibidem.
Creatoris & creaturarum eſſe diuerſam actionem 356
Creaturas & opificia non ad eſſentiæ diſſimilitudinem, ſed ad exactam ſimilitudinem ducere 337
Creaturæ cur ad alicuius rei teſtimonium aduocari ſoleant 382
Creationis modus cœleſtium uirtutum, quare ſilentio ſit præteritus 385
Creaturarum multiplicem eſſe gloriam 394
Creationes tres in Scriptura 744
Creatorem imitari creaturã debere 807
Credentes Domino pœnitẽtiam primùm oportet agere 466
Credentes baptizari oportere 475
Cura plurium, plurium miniſterium 537
Cura rerum communium nõ eſt ad proximum detrudenda 688
Curarum unica fuga eſt, à toto mũdo ſeparatio 655
Curatio à principaliſſimis partibus ordiri debet 680
Curioſitas à pijs abeſſe debet 470
Cur ſingula inquinamenta more Iudaico non abluant Chriſtiani 384
Cum Spiritu ſancto, rectè dici oſtenditur 402
Cupiditatem nullam maiorem eſſe, quàm eſt in uiris fœminæ, aut in fœminis maſculi 622
Chori quare ſint inſtituti 984

D

David ſimplicitate cũ prudentia mixta, populum moderatus eſt 884
Debilium uiſitatio, maximum eſt præceptum 702
Debilitas, & ualetudinarium eſſe, ad philoſophiæ cognitionem, & obſeruantiam corporis non parum faciunt 991
Defenſio ueritatis cur ſuſcipienda ſit 306
Defenſionibus magis irritantur aduerſarij 702
Defunctos pietate celebres, alienis commendare, pietas eſt maxima 985
Delicta propria prius eſſe corrigenda, quàm ad aliena deſcenderimus 486
Delictorum omnium fons qui ſit perennis 839
Deliciæ ſanctis conuenientes, quæ fieri poſſint 305
Delitijs qui affluant, eos ſalutis expertes eſſe 144
Delitiarum inſectatio 532
Delitias ſemper fugiendas eſſe 531
Deus per has quas iam tribuit nobis diuitias, etiam promiſſorum nobis fidem facit 28
Deus quòd non ſit omnium Deus 88
Deus perfectum bonum 102
Deus quare ſit in carne 248
Deus uidet omnia 281
Deus nouit quibus pij indigeant 247
Deus cur immenſus & infinitus dicatur 311
Deus quare ingenitus dicatur. ibidem.
Deus quòd ſit, perſcrutatio, non quid ſit, ſalutem nobis efficit 316
Deus hoc uerbum eſſe animæ, quod oculo eſt ſenſibile lumen 328
Deus quomodo creauerit omnia 355
Deus quomodo glorificetur 394
Deus non ex dimidio cognoſcendus 514
Deus quare ſit diligendus 518
Deus cui ferat auxilium, cui non 625
Deus quæ facit pro ſalute noſtra diſponit 626
Deus unde dicatur Græcis 744
Deus res noſtras melius quàm elegerimus gubernat 751
Deus uoluntati concurrentem habet potentiam 766
Deus recens non eſt adorandus 888
Deus uiuus cur appelletur Iehouah 891
Deus ſibi fidentes per Angelos conſeruat 903
Deus in cœlo cur dicatur habitare 956
Deus quid à nobis magnoperè flagitet 976
Dei attributa uaria & multiplicia 2
Dei factiuam potentiam, eſſe paſſiuam materiæ naturam 8
Dei uocem naturæ fuiſſe creatricem 19
Dei deſcriptio traditur 51
Dei ad imaginem & ſimilitudinem factum eſſe, quomodo ſit intelligendum 54
Dei aſſiduè meminiſſe, apud animam Dei amantem ſatietatem non habere 217
Dei cognitio quanto fuerit maior in aliquo, tanto ſuam illum dignoſcere imbecillitatem magis. ibidem.
Dei ignorantiam mortem animæ eſſe 207
Dei cognitio quæ ſit 260
Dei de eſſentia quæ ſcripſerunt Theologi, ea per tropologias, aut etiam allegorias, aut alias ſententias explicanda eſſe 315
Dei gloriam eſſe ſpiritus S. gloriam 357
Dei ſimilitudinem abſq; cognitione non contingere 370
De Spiritu S. quid ſentiẽdum & cogitandum ſit 379
Dei mandata quò reſpiciant 450
Dei uerbo plus quàm ratiocinationi credendum 470
Dei conſpectu frui, quanta ſit iucunditas 517
Dei beneficia quænam ſint omnium maxima

xima

xima 518
Dei uoluntas, cui totius uitæ ſcopus non eſt, quantum accipiat detrimentum 539
Dei hominem duabus perfici rebus 552
Dei ignorantiam, uel reprobam cognitionem malorum omnium cauſſam eſſe 455
Dei dona qui occultat periculum ſibi acerſere 646
Dei imitatorem fieri, laudem eſſe omniũ maximam 644
Dei inhabitatio quid ſit 656
Dei dona qui propter inexperientiam emere uult, tolerabilior eſt illo, qui ea uendit 707
Dei laudem hominum anteponendam eſſe 776
Dei opus ſingulare quod ſit 783
Deo qui pſallant, qui non 89
Deo placere uelle, quid ſit 279
Deo cur multæ tribuantur nomina 313
Deo cur negatiua tribuantur nomina. ibidem.
Deo patri, filio & Spiritui ſancto unam eſſe formam deitati inſidentem 389
Deo ſeruire qui poßit, qui non 467
Deo rem dicatam, tantiſper eſſe ſacram, donec in ea Dei uoluntas conſeruatur 479
Deo quæ dicata ſunt, uſus in alios inſumere, non licere. ibidem.
Deo qui placere ſtudent, de quibus oportet interrogare 470
Deo cur agendæ ſint gratiæ 626
Deo conuenientia nomina omnia & cogitata, æqualia eſſe probat 715
Deo & ſpe in ipſum nihil antiquius apud ueritatis amatores habetur. 717
Deo danti bona ſunt gratiæ agendæ, & reſeruanti non indignandum 751
Deo precioſißima quæq; offerenda eſſe 858
Deum figurarum inuentorem non eſſe, ſed ipſius naturæ rerum opificem 8
Deum experimento præſentium, ea quæ ſperamus confirmare 28
Deum nihil redundans, & nihil defectuo ſum in aliquo creaſſe 44
Deum qui exaltent, & qui contrà humilient 88
Deum uelle ut omnes uitæ ipſius participes fiamus 89
Deum ab omni affectione alienum eſſe 108
Deum non quantus eſt, ſed quantum nos aſſequi poſſumus prædicari 217
Deum glorificandi cupiditatem, à natura cunctis eſſe inſitam, uerùm unum alterum pietate ſuperare 217
Deum eſſe, unumquemque ſanctorum 261
Deum unicum reputare malum, multa uerò non conſiderare ſæpißimè 264
Deum eſſe iudicem, non hominum audaciam. ibidem.
Deum cauſam aliquam ſuperiorem non habere 316
Deum patrem, unà cum æternitate ſuam extentam habere paternitatem 326
Deum patrem noſtrum, non abuſiuè, neque per translationem, ſed propriè et primariò & uerè nominari 332
Deum ad omnia & ſecundam omnia, incomparabilem eſſe 342
Deum citra affectionem & creaſſe, & generare 343
Deum uerborum prolatione nihil creaſſe 355
Deum & ſanctos eius nos imitari oportere 478
Deum omnia cernere, & cunctis rebus adeſſe 384
Deum primum, ſecundũ, &c. numerare, Ethnicorum, non Chriſtianorum eſſe 390
Deum inobedientiam omnem æqualiter punire 459
Deum diligere, maximum eſſe mandatũ 467
Deum qui diligant, qui non. ibidem.
Deum qui honorent, qui non 468
Deum qui ſequi uelit, eum ex uinculis uitæ conſenſus exolui oportere 520
Deum alios bonos, alios malos feciſſe, iã olim hæreſin hãc, ut blaſphemam, dãnatam eſſe 576
Deum nihil præter rationem facere, etiamſi id nobis uideatur 734
Deum unum nõ numero, ſed natura confitemur 740
Deum à qualitate liberum eſſe. ibidem.
Deum de cœlo proſpexiſſe, quomodo intelligendum ſit 786
Deum eſſe qui inficiatur, quid ſimul perneget. ibidem.
Deum nos non inueniſſe, ſed ipſum nos 977
Deploratos etiam ad ſalutem reducere Deus poteſt 969
Deitas in carne quomodo ſit 248
Deitatis delapſum non cogitandum. ibidem.
Deitatis teſtimonium eſſe, quòd in iiſdem diuinis operibus ſancta trinitas glorificatur 356
Deitatis nomen naturæ indicatiuum eſſe 716
Deitati participaſſe Chriſti carnem 248
Deitati attribuenda non eſſe, eà quæ dicuntur humano more 360 & 362
Deitatem alteratam non eſſe 248
Deitatem negare in uniuerſum, impium eſſe 715
Deitatem tollere nõ debet, id quod propter myſterium eſt 765
Deitates multas Scriptura non admittit 714
Deſertores ſocietatis non facilè recipiendos eſſe 647
Deſcenſus ad debilitatem tuam dignitatis imminutio fieri non debet 218
Deſcenſum ad inferos quomodo faciant homines 384
Deſiderium animi propenſionem gignit 951
Deſperare de ſalute debere neminem 563
Derelinquere pro fide uera decertantes non debemus 494
Dracones atque ſerpentes quid conducant 983
Diabolus cur hominem fefellerit 181
Diabolus cur ſit calumniator dictus 870
Diaboli uerſutiæ multiformes 233
Diaboli inſidias uitare, extra Spiritus S. armaturam poſſe neminem 406
Diaboli miræ technæ fraudesq́; declarantur 698
Diaboli uariæ fraudes & technæ 639
Diabolum furem eſſe, noſtraq́; ſuos ad interpretes efferre 219
Diabolum Dei & hominum oſorem eſſe 237
Diabolum per ſeipſum authorem peccati eſſe nemini 574
Diaconi & miniſtri quales eſſe debeant 506
Dialecticæ argumentationes ſententiæ continuitatem diuellunt 751
Dialecticis præceptionibus ſoluit Sophiſma Eunomij Baſilius 335
Dianoi encomion illuſtre 722
Diapſalma quid ſignificet 971
Dicere aliquid uolens de Deo, quomodo eſſe affectus debeat 217
Dicta Scripturæ quomodo interpretanda & intelligenda 413
Dies una non prima, cur dixerit Moyſes 11
Dies boni qui ſint 103

Dies

Diei definitio 11 & 32

Diem numerare in temporis mēſuratione Scripturam ubiq;, nō etiam noctes cum diebus 11

Digitum Dei eſſe Spiritum S. 353

Dij cur principes appellentur 889

Dilectio uera quid ſit 288

Dilectio ubi nō eſt, iſthic odium eſſe 451

Dilectio proximi, unde appareat 468

Dilectio erga Deum quî oſtendatur 626

Dilectio eſt res bona & iucunda 963

Dilectionis nomine, ſæpe carnis ad affectus delabi homines 286

Dilectionis demonſtratio quæ ſit 421

Dilectionis eſſe duo præcipua 592

Dilectionis bonum in humana natura nō putabat exiſtere Baſilius 718

Dilectionis exempla Moyſes & Paulus 519

Dilectionem adaptatos à timore ſcientifico perficere 95

Dilectionem oportet non eſſe uitioſam 285

Dilectionem Chriſtianam nunquam eum offendere quem uerè diligit 468

Dilectionem erga Deum abſq; doctrina contingere 517

Dilectionem in affectu eſſe 592

Dignitas ſumma quæ ſit 99

Dignitatis ſupremæ cupidum quid animaduertere conueniat 439

Dignitatum differentias diuinæ adaptare naturæ non licere 391

Diodorus à B. Syluano educatus 718

Diogenes naturæ conſectator 752

Diogenis dictum, cum ex febre laboraret 732

Dionyſij cuiuſdam ſcripta reprehendit Baſilius 672

Diluuium baptiſmatis gratia in Scriptura uocare 85

Diſcendum eſt citra pudorem 656

Diſcipulus Chriſti qui ſit, qui non 408

Diſcipulum Chriſti primò fieri oportere illum, qui baptizari expetit. ibidem.

Diſcipulum Chriſti quid deceat 467

Diſcipuli Chriſti quomodo fiamus 409

Diſcipuli Chriſti unde cognoſcantur 468

Diſcipuli prauitatem præceptori incommodam eſſe 641

Diſciplinarum omnium principia dicenti citra contentionem eſſe conceſſa oportere 139

Diſcipulorum quod ſit officium 656

Diſciplinarum cognitio cur non ſit Chriſtiano deſpicienda 987

Dirumpamus uincula eorum, de quibus dicatur 772

Diſpenſatio Dei & ſeruatoris Chriſti circa hominem quæ ſit 384

Diſſenſione inteſtina nihil eſſe triſtius 678

Diſſenſionem ueterem affectionem eſſe 259

Diſsidia docentium deplorat Baſilius 764

Diſſoluere facilius eſt, quàm collapſa reſtituere 1001

Diſtantia iuxta naturæ rationem ad operationum ſpeciem mutuò inter ſe conuenire non poſſe 716

Diteſcere non oportet, ſed pauperem eſſe 484

Diues cur hic, ille uerò pauper ſit. 170

Diuitum inſania oſtenditur 172

Diuitiarum commoda & incommoda 174

Diuitiarum quis ſit uerus uſus, quis item abuſus 170 & 245

Diuitias uiaticum eſſe ad iniuſtitiam 191

Diuitijs redundantem, dilectione proximi deſtitutum eſſe 171

Diuina natura in omnibus quæ excogitantur nominibus quemadmodum eſt, manet ignota 716

Diuinam uirtutem in Chriſto per corpus reſplenduiſſe 251

Diuinas res proſequi & explicare, facinus audax eſſe 217

Diuortium ſolius adulterij cauſa fieri debere 507

Docentis fides quid faciat 198

Docendum eſt citra inuidiam 656

Docere à Scripturis aliena debere neminem 499

Doctoris, & non propriam ſententiam eſſe ſequendam 442

Doctorem qualem oporteat eſſe 656

Doctores falſos cauere cum primis decet 482

Doctores in correctione diſcipulorum Nathan prophetam imitari debent 657

Doctorum bonorum, bonos eſſe doctrinas, & contrà 442

Doctoribus non eſſe lætitiam ullam maiorem, quàm ſi diſcipulos proficere uident 700

Doctrinam ſpiritus ad futurum ſeculum, bonum eſſe theſaurum 12

Doctrinæ Chriſtianæ finem eſſe non audientium collaudationem, ſed eorum qui docentur ſalutem 1

Doctrinæ Chriſtianæ ſumma traditur 408

Doctrinæ Domini formam ſeruantes, honore afficiendos ampliſsimo 481

Dogma & prædicatio quid differant 398

Dogmata Eccleſiæ nōnulla cur literis nō ſint comprehenſa. ibidem.

Dogmata quæ in Eccleſia ſeruantur, unde ſint. ibidem.

Dogmata ſancta illotis (ut aiunt) pedibus aliquem accedere, non eſt concedendum 525

Dogmata praua prauis medicamentis aſſimilantur 692

Doli & malitiæ Baſilius accuſatus 718

Dolorem ingentem ſuum declarat Baſilius, ob cuiuſdam inſperatū defectum, quē unicè prius dilexerat, leui de cauſa factum. ibidem.

Dolore nihil ad inuentionem efficacius eſt 733

Dolus quid ſit 104

Dominus non eſſentiæ, ſed poteſtatis nomen eſſe 322

Dolum uelut inimicum Dei, multis in locis Scripturæ uituperari 73

Dominus magna per eos qui ſunt ipſo digni, operatur 680

Dominorum multitudinem exitium adferre 540

Dominos tales eſſe debere, qualem ſibi Deum eſſe cupiunt 508

Domus Dei qui ſint 861

Donum cuiuſuis acceptum Deo non eſſe 79

Donum omnino nullum ad creaturam peruenire, quod non conferat Spiritus Sanctus 394

Donum iiſdem affici honoribus, quibus is qui dedit afficitur, apertè demonſtrat 395

Donum quod in nullo reperitur, inconſpicuum eſt 764

Donum Dei quódnam ſit omnium maximum 683

Dona ſuſcipientes quomodo ſint affecti 385

Dona ſpiritus cum diuerſa ſint inter ſe mutuò concordes eſſe Chriſtianos decere 491

Dona Dei temerè non acquiri 961

Dona Dei pecunia non acquiri 489

Dona Dei iuxta fidei proportionem dari ad utilitatem Eccleſiæ 490

Dona Dei rectè collocans, maioribus ornatur, & econtrariò. ibidem.

Donec particula, in multis Scripturæ locis quandam temporis determinationem ſignificare 250

Dorcas laqueis capi non poteſt 151

Dormire

Dormire quando dicatur Deus 88
Dubitare de Dei uerbo debere neminem 469
Dulcia mixta malis eſſe 304
Duplices animos Deum odiſſe 802

E

EBrietatis inuitamentũ ſingulare memoratur 216
Ebrietatis inſectatio 147 & 148
Ebrietatis incommoda commemorantur 213
Ebrietatem eſſe duplicem, animæ atque corporis 146
Eccleſia creſcere non poteſt, uinculo nõ colligata pacis atq; charitatis 764
Eccleſia uineæ comparatur, Iudæi palmitibus, propagines proſelytis 886
Eccleſiæ memoria quæ ſit 119
Eccleſiæ benedictionem eſſe, Multiplicamini 57
Eccleſiæ gubernationes per Spiritum S. peragi 386
Eccleſiæ ſuo tempore ſtatum eleganter depingit 403
Eccleſiæ miſerabilis ſanè ſtatus depingitur noſtro planè ſimilis 405
Eccleſiæ ſtatus qui fuerit Baſilij tempore 454
Eccleſiæ Dei ueri miniſtri honore ſunt afficiendi 481
Eccleſiæ Chriſti ingenium in malis quod ſit 819
Eccleſiæ lucerna qui ſit 667
Eccleſiam ex omnis generis ſtudijs collectam eſſe 123
Eccleſiam inconſutilem eſſe tunicam 259
Eccleſiam habere permulta, quæ tamen in ſcriptis Apoſtolorum nec alibi extant 398
Eccleſiam uidere ſinceram, conſeruantemq; Apoſtolicam doctrinam, difficile eſſe 699
Eccleſiam Dei diuina prouidentia ſemper indigere, rationibus oſtenditur 819
Eccleſiarum Orientalium miſerabilis ſtatus explicatur 695
Eccleſiaſtis Salomonis intentio ſeu ſcopus 197
Echinus marinus tranquillitatis & tempeſtatis doctor exiſtit 38
Edem quid ſignificet 305
Egenorum curam diuitias conſumere 171
Elementorum uariæ permixtiones quæ 21
Electio natura non fit 716
Eligere propter pecunias, fas non eſt 707
Eloquentiam ac eruditionem comparare quemuis ſibi debere 745
Eloqui id quòd moleſtum eſt, melius eſt quàm quieſcere, ut interrogent ignorantes 731
Encomij uirtus quæ ſit 985
Ephraimitica tribus præ cæteris idololatriæ dedita fuit 880
Epiſtolæ Laconicæ nullus eſt labor 658
Epiſcopum omnem lucro ualde intẽtum eſſe 748
Epiſcopum nullum ſermonibus tributum impoſuiſſe. ibidem.
Epiſcopi reliqui Baſilium perſecuti ſunt 1001
Epiſcoporum conuentum omnem fugere Theologum 727
Epiſcopos quæ deceant, ijsq; & presbyteris quid debeatur 505
Epicteti fortitudo commendatur 733
Errare facit aliquos Deus, quomodo intelligendum 930
Errore in paruo ſermo multus peccat 754
Erroribus infinitis nos ſubiectos eſſe cum homines ſimus, & in carne uiuimus 708
Erroneas de Deo opiniones nũquam habuit Baſilius 712
Erubeſcere, rhetorum non eſſe 732
Eructationis nomine quid ſignificetur 826
Eruditio ſeu diſciplina primum eſt omnium bonorum 987
Eſſentia quomodo differat à ſubſtantia 673
Eſſentia quibus cõmunis eſt, minimè neceſſe iudicat Baſilius eſſe, ut ea ſint ordini ſubiecta 318
Eſſentiæ communitatem uariè accipi. ibidem.
Eſſentiæ alienitatem naturalem reprobare coniunctionem. ibidem.
Eſſentiæ diuerſitatem in trinitate non eſſe, ualidiſsimis probatur argumentis 353
Eſſentiæ communitas propriè deitatis nomen Spiritui S. adaptari poſſe conuincit 716
Eſſentiam Dei uniuerſorum ſe inueniſſe, Eunomius opinatus eſt 314
Eſſentiam terræ cum nemo dicere poßit, quomodo Dei eſſentiam efferre poterit? ait Baſilius [illegible]
Eſſentias ex creaturis æſtimari non poſſe 337
Eſſentias diuerſas non una comprehendi cognitione, neque ſimiliter uiuificare 343
Et & Cum, in Scriptura idem ſæpe ualere 395
Ethnicorum ſcripta cur repudient nonnulli, ut Eunomium feciſſe conſtat 335
Ethnicorum doctrinam aliter uſurpaſſe uoces, Ex quo, Per quem, & In quo, quàm ſacræ literæ 371
Euangelium animæ quoq; interdicere effectus 482
Euangelium totum, lex partem ſolum ab uno quoq; rectè facto requirere 482
Euangelij definitio traditur 384
Euangelio obedientes quid facere oporteat 467
Euangeliorum uox, cur reliquis ſit ſpiritus dogmatibus præſtantior 219
Euangelijs contenti eſſe debemus, utpote quæ nullo auxilio ad fidem ac dignitatem ex ſomnijs opus habent 693
Euangelica mandata neq; cum temporibus, neq; cum humanarum rerum circumſtantijs mutantur 719
Eudoxij ſecta. ibidem.
Eunomius Galata hæreſiarcha appellatur 306
Eunomius Spiritum S. non eſſe Spiritum oris Dei credidit, ſed manuum Dei opus 357
Eunomius quid uoluerit, quòd in apologiæ forma blaſphemias ſuas contra Chriſtum ſparſerit 306
Eunomij Galatæ impudentia taxatur. ibidem.
Eunomij apologia refellitur. ibidem.
Eunomij faſtus perſtringitur 307
Eunomij mira calliditas oſtenditur 316
Eunomij Temporis definitionem ineptã eſſe 318
Eunomij argumenta & recitantur et refutantur eruditè 343
Eunomium Galatam ſcenicum apologiæ actum ſine perſona ſubire nõ erubuiſſe 307
Eunomium omnibus ferè uerbis inſidias ſtruxiſſe ſynceriter fidem amplectentibus 308
Eunomium Iudæis ipſis impudentiorem eſſe 319
Eunomium parua curare uulnera, ut maiora tutò infligere poßit 323
Eunomium ſecum ipſe pugnare ſæpius 336
Euſebius Cæſarienſis uir alioqui bonus, inuidiæ morbo laborauit aduerſus Baſilium 993
Euſebius Ponti præfectus quomodo egerit cum D. Baſilio 1000

Euſebij

Euſebij epiſcopi Samoſaten. encomion illuſtre 737
Euſebium ſibi conciliare contendit Baſilius 994
Euſtochius Sophiſta reprehenditur à Theologo 731
Eunuchorum petulantia duobus exemplis oſtenditur 300
Eunuchorum mentio cur fieri debeat 301
Eunuchorum deſcriptio ſatis amarulenta 722
Eunuchos eſſe uirginibus fugiẽdos 300
Exaltari Deus cur dicatur in Pſalmis 794
Exauditionis quinam finis ſit 101
Exemplo debet alijs eſſe quilibet 480
Exempla magis inducere ueritatis certitudinem 428
Exemplis & marinis & terreſtribus proteruorum affectiones erudiri 38
Exemplis humanis Theologum conſpurcare fas non eſſe 391
Exercitationis uim eſſe maximam 255
Exitus ex Aegypto myſticè explanatur, et refertur ad ſpirituales Iſraelitas 407
Exordij formula, ante concionem 512
Experientia in ueritatis uerbo, ad inſatiabilem concupiſcentiam nos prouocare 102
Experimentum eius amplius eſt cuius amplior eſt conſuetudo 668
Exploratores eorum quæ dicuntur plurimos, diſcipulos aũt paucos eſſe 764
Externum & internum hominem quid Theologi appellent 733
Exultationũ nomine quid intelligat pſalmus 984
Exurgendi uox quomodo ſit in Pſalmis accipienda 778

F

Facere & generare, quomodo differant 342
Facies quomodo obſcuretur 142
Faciei Domini colluſtratio, quid ſignificet 951
Faciem ſuam auertiſſe quando dicatur Deus 90
Factorum ſi reddenda foret ratio, miſericordiam Dei nequaquam nos aſſecuturos unquam 961
Facultates non abijcere, ſed rectè diſpenſare debemus 578
Fallere ſeipſum rem omnium eſſe facillimam 640
Fame laborantis elegans deſcriptio 196
Fame perire miſerrimum eſſe mortis genus. ibidem.
Fœmina eſt malagma uoluptatis ipſi maſculo 276
Fatũ & neceſſitas cur dominari nõ poſſit 31
Fati ſententia improbatur 751
Fauere quid ſit 892
Ferebatur ſuper aquas, pro confouebat & incubabat aquarum naturam, Syros exponere 10
Ferre iniuriam Chriſtianis præceptũ eſt 729
Ferrum ignitum multis à lapide ictibus opus non habet 735
Fides pro occaſionibus alterari non debet 702
Fides immobilis perſtat etiamſi capiatur homo 764
Fidei ſimplicitatem cunctis demonſtrationibus fortiorem eſſe debere 5
Fidei de Trinitate ſancta confeſſio 217
Fidei probationem eſſe beſtias 48
Fidei uerbis multi uelut medici pro temporis occaſione utũtur, aliàs aliter ad ſubiectos affectus accõmodantes 701
Fidei definitio traditur 460
Fidem ſermones de Deo præire, & non demonſtrationem debere 138
Fidem & Baptiſmum duos eſſe modos ſalutis inter ſe cohærentes & inſeparabiles 381
Fidem nos facere ſaluos 389
Fidem in Deum actiones præcedere cunctas oportere 636
Fidi nihil uſquam eſſe putauit Baſilius 712
Fidelis quibus probetur tentationibus 756
Fidelitatem in paruis rebus qui nõ præſtat, cum in maioribus uix præſtiturum 474
Figura circularis quænam ſit 11
Filius Dei cur uerbum appelletur 220
Filius patri quomodo præpoſitus ſit 318
Filius Dei cur ſplendor patris dicatur. ibidem.
Filius nec generatio proprium eſt deitatis 357
Filius hoc debet intelligi, quod eſt ſecundum eſſentiam pater 701
Filius hominis diem ultimum ſe ignorare, cur dixerit 742
Filius alienus qui ſit 977
Filij Dei quomodo fiamus 79
Filij appellationem coarguere, quod naturæ Chriſtus ſit ſocius, & non præcepto creatus 218
Filij Dei operationem per Spiritũ S. manifeſtari 222
Filij operationem nullam à patre diſſectam eſſe 338
Filij formam mente concipiens, paternæ ſubſtantiæ characterẽ impreſſit 674
Filij pedibus patrem aliquid ſubieciſſe, ut intelligendum 932
Filium Dei ad patrem nullam habere cõparationem, ſcripſit Eunomius: ibidẽ refutatio 317
Filium patri æqualem eſſe, negauit Eunomius 319
Filium Dei nõ exiſtentem, dicit genitum eſſe Eunomius 329
Filium Dei unicũ eſſe natura, plures autem adoptione 342
Filium Dei non ſimpliciter unigenitum, ſed filium unigenitum appellari. ibid.
Filium Dei non eſſe creaturam, probat Baſilius 346
Filium filij, cur Spiritum S. non appellet Scriptura 357
Filium qui tollat, principium creationis uniuerſorum illum tollere. ibidem.
Filium eſſe cum patre, rectè dici probat 375
Filium Dei non eſſe creaturam, probatur 743
Filium hominis cur ſeſe Chriſtus appellarit 887
Filij hominum qui ſint 774
Finis hominis qui ſit, tum uariæ de illo ſententiæ 123
Firmamentum, cur ſit à Deo cœlum dictum 16
Firmamenti uocabulum quid ſignificet 13
Flere quoq; uoluptas eſt aliquando 695
Flumen Dei eſſe Spiritum S. 121 & 856
Fœlicitas humana cur ſit inconſtans 730
Fœlicitas mundi, quibus in rebus conſiſtat 977
Fœlicitatis genus quod ſit potiſſimũ 963
Fœlicitatem humanã inſtabilẽ eſſe 730
Formauit hominem, de corpore dictum eſſe, ſed, Fecit de anima 57
Fœlicitatem quomodo definiuerit Ariſtoteles 732
Fœminarum naturam eſſe perblandam ad ſeipſam alliciendi alios 284
Formam aſſumpſit ſerui Chriſtus, quid ſignificet 317
Fortitudinis actio unica, fortem non declarat 686
Fortitudinem ſuam, cur Deum appellet Dauid 789
Fortuitò nihil ferri 93
Fratres Chriſti qui ſint 796
Fratrum neceſſitatem alijs curæ eſſe debere 485
Fratrum duorum, triumúe ſocietas, in uno eodemq; cœnobio, quod ferri non debeat

debeat 645
Fraternitatem ſpiritualem ſemel profeſſum, hanc relinquere nõ debere 640
Frigori corpus expoſitum, intolerabilem eſſe tormenti ſpeciem 230
Fructus uernaculos multò iucundiores externis eſſe 225
Frugalitas commendatur maximè 813
Frugales eſſe pios cum primis decere 644
Frugum abundantiam non eſſe ex elementis 979
Frumenti uocem ambiguam eſſe 311
Fulgura in pluuiam fecit, eſſe paradoxon 965
Furor ab ira quomodo differat 866

G

G *Abaleni qui fuerint* 890
Galaad quid 931
Gaudium à Deo cui contingat 91
Gaudium carnale quæ adferant res 155
Gaudere ſemper qui poßint, qui contrà non 156
Gaudere ſemper, & lugere cum lugentibus, quomodo concilientur hæc duo dicta 157
Gaudere debemus, ſi quid aduerſi propter nomen Chriſti nobis obtigerit unquam 493
Gaudendi cauſſas per donorum Dei magnificentiam nobis propoſitas eſſe 156
Genealogias Græcorum plus tumoris ac uanitatis quàm ueræ gloriæ ac ueritatis habere 985
Generatione opus non habere, qui eſt, de creatis rebus intelligi debere, nõ de filio Dei 327
Generandi appellationem duo ſignificare 333
Genitum ingenito contrarium eſſe, refert Eunomius 334
Genitorum eandem eſſe naturam ad genitorẽ, etiamſi genitus alio modo ipſum eſſe habeat 344
Genituram filium Dei appellauit Eunomius 323
Genituram in filio, non ſignificare eſſentiam 325
Geometriæ & Aſtronomiæ uanitas declaratur 2
Genui uox in Pſalmo 109. cauſam à qua principium habet Chriſtus, ſignificat 328
Genua cur orantes flectant 399
Geſtorum ueterum narrationes, quid adferant fructus 964
Gentes, cur à Paulo non exiſtentes nominentur 330
Gloria uana cur fugienda ſit 635
Gloria uera hominis quæ ſit 836
Gloriæ qui appetens ſit 570
Gloriæ Dei ſplendorem quomodo conſpiciamus 397
Gloriam humanam rectè comparatam eſſe flori, apud Eſaiam 23
Gloriam ſanctorum in cœlis eſſe 68
Gloriam & honorẽ Deo qui afferãt 80
Gloriam eſſe duplicẽ, Naturalem & externam 389
Gloriam ab hominibus quærere, non decere Chriſtianum 490
Gloriari & bonum & malum eſſe 962
Glorificandi modos eſſe complures 982
Gordij martyris encomion, qui ultrò ſibi mortem accerſere nõ dubitauit 224
Graculum graculo aßidere, prouerbium eſt 734
Gradus ad uirtutem primus qui ſit 954
Gradatio quæ ſit ad humanæ mentis naturam accommodata 771
Graduum cantica quæ ſint 954
Græcorũ errori qui ſint propinqui. 702
Gratia cur aquæ in Baptiſmo tribuatur 384
Gratia Dei mortales omnes opus habere 806
Gratias pro omnibus agendas eſſe 162
Gratias agere pro Dei beneficijs quemuis debere 488
Gratis accepta gratis danda eſſe 490
Graui corde, carnales intelligi 774
Gregorij epiſcopi ſortem deplorat Baſilius miſerandam 720
Gregorij Magni miracula recitantur, ob quæ Moyſi ſimilis dictus fuit 402
Gregorius Nazianzenus in Baſilij familiaritatem Athenis peruenit 988
Gregorius Nazia. non laudat eos qui ſine ordine in Eccleſia ſtatim promouentur 992
Gregorium Nazianzenum, eiusq; ſcripta, correxit ſæpè Baſilius 985
Gregorij Niſſeni laudatio 724
Gregorij Niſſeni à ſacerdotali munere defectionẽ uehementer deplorat Grego. Theo. 725
Gregorij Theologi encomion illuſtre 687
Gregorij Theologi ad Simpliciam hæreticam epiſtola 723
Gregorij Theologi querela de ſui temporis miſeria & Eccleſiæ miſerabili ſtatu 724
Gregorij Theologi ad Procopium epiſtola 727
Gregorij Theologi ad Olympiũ pro Diocæſarienſium ciuitate interceßio perelegans. ibidem
Gregorium Theo. Chriſti os appellat Baſilius 739
Gubernatio quid ſit 205
Guloſitatis uitiũ cum aquæ natura comparatum 443
Guloſitatis commoda, pariter incommoda, & huius exempla 444
Guſtare Dominum quid ſit 808
Guſtui primũ dominabitur uirgo 270
Gygas qui appelletur 97

H

H *Aebraicas quaſdam uoces cur interpretes non transfuderint in alias linguas* 324
Hæreditas uera quæ ſit 852
Hæreditatis nomine qui ueniant 883
Hæreſes multas à parua ſæpe uocula principio ſumpto, exortas eſſe 8
Hæretici minus triſtantur, cum ueritatis propugnatores nõ triſtari uidẽt 724
Hæretici quibus calumnijs Baſilium deformarint 689
Hæreticorum regulæ recitantur 371
Hæreticorum nomina quare nota eſſe neceſſe ſit 703
Hæreticorũ ſcopus, ſuam utilitatẽ ubiq; quærere, et amicum ducere illum, qui cupiditatibus ipſorũ obſecundat 719
Hæreticis mos eſt, ſemper ad potentem partem tranſire, debiles amicos conculcare, potentibus aũt inſeruire 701
Hæreticos omnino uitandos eſſe, contra Patrophilum epiſcopum qui id negabat 721
Halcedonij dies cur appellati ſint 42
Herbas complures in fundo & radice ſemen habere, ut ſunt gramen, crocus, mentha, &c. 22
Herbido loco quid in Pſalmo denotetur 797
Heſiodum reprehendit Theologus 726
Heſperum ſtellarũ pulcherrimũ eſſe 10
Hirundinis induſtria quid moneat 42
Hyems quando fiat 32
Hyemis fructus qui ſint 753
Hymnodia quid ſit 801
Hymnorũ conſolationes hilarẽ ac iucundum animæ ſtatum largiuntur 656
Hypocritæ definitio 142
Hiſtoriæ cur ſint legendæ 224
Homo quomodo fiat Deo ſimilis 55
Homo quare creatus ſit 57
Homo cur auxilio indigeat multo 119
Homo brutis quomodo ſit aßimilat⁹ 128
Homo cur ad malum ſuſcipiendum aptus fuerit 180
Homo cur non ſit creatus, ut labi nõ poſſet 181

Homo quomodo ſine matre regeneretur 209
Homo cur ſit poſt, & non ante rerũ omnium creationem creatus 305
Homo poſt lapſum & uitæ & mortis poſtatẽ amiſit, quam ante lapſum habuit 787
Hominis definitio erudita traditur 53
Hominis imperio cũcta ſubiecta eſſe. ibi.
Hominis incrementum duplex eſſe 57
Hominis formationem documentum eſſe, finis ad quem eſt factus 61
Hominis interni curã eſſe neceſſariã 421
Hominem animal imperiale exiſtere 52
Hominem nihil eſſe, & magnũ quid eſſe 56
Hominem ad antiquam ſuam cõſtitutionem redire 58
Hominem reuera paruum eſſe mundũ 61
Hominem uel maximè tentationibus eſſe ſubiectum 112
Hominem non ex neceßitate, ſed ex temeritate factum eſſe, malum 181
Hominem cur odio proſequatur diabolus 182
Hominem nõ hominem eſſe, ſi ratione ſit fortè priuatus 183
Hominem eſſe duplicem 203
Hominem, dum quod non potuit, habere deſideraret, id quod habere poterat, amiſiſſe 237
Hominem animal ſociale ac manſuetum eſſe 519
Homines qui dicãtur, cũ ait Dauid, Omnis homo mendax 140
Homines nõ qualia uolunt, ſed qualis eſt natura eorum quæ uidentur uidere 233
Homines maligni & auari quid faciant 241
Homines & cadere & reſurgere 264
Homines nubibus comparantur 719
Homines temerè meliores habent odio, amantq́; peiores 722
Homines in alienis promptius philoſophantur 729
Hominũ conſtitutiões adeò ualidas haud eſſe, ut malis ex ebrietate prouenientibus, mederi poßint 214
Humanam naturã cur aſſumpſerit Chriſtus 248
Humanum bonum nullum eſſe ſyncerum 304
Humanas res, duas in uitas diuiſas eſſe 442
Homicidium nullum impunè abiturum 781
Honoris ac profeßionis inſignia facile deſpexit Baſilius 988
Honorem quem bonis conſeruis exhibemus, beneuolẽtiæ erga cõmunẽ dominũ ſignificationẽ de ſe præbere 228
Honores quærere pios haud decere 567. & 644
Hoſtes ſanctorum robuſtiores reddi, ſi in peccatum incidant aliquod 777
Hoſtem non perire, ſed cõpeſci, orat Dauid. ibidem.
Hoſtium copia nos nihil mouere debet, quo minus ueritatẽ profiteamur 405
Hoſtibus nobiſcũ confligere ceſſantibus, ſocios noſtros nos adoriri hoſtiliter 404
Humilis corde qui ſit 105
Humilis ac deiectus animus unde appareat 657
Humilitas quomodo comparetur 240
Humilitatis cõmoda & incõmoda 132
Humilitatis encomion illuſtre 237
Humilitatis Chriſti imitator quod ferret præmium 241
Humilitatis commendatio 636
Humilitatis uis quanta ſit 785
Humilitatem eum qui magna comiſit peccata, liberauiſſe ſæpißimè 239
Humilitatem amplecti eũ oportere, qui cupit in cœlis maiorem aſſequi gloriam 483

I

IDola Scripturam abominationem ſæpe uocare 812
Iecur organon eſſe concupiſcentiæ 303
Ieiunium, donum eſt antiquum, non ſeneſcens 142
Ieiunium uerum quod ſit 146
Ieiunij encomion 142
Ieiunium in profundo peccatũ habitans, ad animũ uſq; progreſſum, occidere. ibidem.
Ieiunium in paradiſo ſancitum eſſe 143
Ieiunium patrum eſt theſaurus. ibid.
Ieiuniũ accepiſſe tabulas Dei digito ſcriptas, quas ebrietas poſtea contriuit 144
Ieiunium ad Deum adducere. ibid.
Ieiunare corpore, animam autem innumeris eſſe malis repletã, inutile eſt 44
Ieiunij commoda fermè innumera 144
Ieiunantes deſcribunt angeli per ſingulas eccleſias 147
Ieiunare uelut reſpirare, mulieribus proprium 147
Ignis & illuminat & urit 83
Ignis qui eſt Spiritus ſanctus, uarij effectus enumerantur 407
Ignem in corporibus exiſtentem, citra nocumentum deliteſcere, permirũ eſt 4
Igne baptizatum eſſe, quid ſit 415
Igni examinata quæ dicantur 791
Immaculatum eſſe, quid ſit 73
Imago Dei in homine, quæ ſit, & ubi 51
Imago Dei ubi ſit 52
Imago Dei quomodo recuperetur 447
Imagini reuera ineſſe omnia, quæ quidẽ ad ſunt formæ primariæ 217
Imaginem patris filium eſſe, filij autem ſpiritum ſanctum 354
Imaginẽ Dei amittens, uitam ſimul amiſit homo 447
Imaginem omnem aut eſſentiæ, aut figuræ aut formæ, aut ſpeciei eſſe atq; coloris 343
Imaginem Dei amiſſam qui recuperent 447
Imaginem, cum ſit patris filius, eſſe creaturã ipſius minimè poſſe 347
Imaginationes in ſomno, diurnarum curarum reſonantis eſſe 162
Impij canibus famelicis comparati 848
Impij quomodo nõ reſurgent ad iudiciũ 772
Impium non eſſe, eum qui ſpeciẽ non habet ſpeciẽ non habenti cõparare, &c. 319
Impiorum nomine qui intelligantur in Scriptura 771
Impiorum ſors quæ futura ſit. ibidem.
Impios fruſtra Dei prouidẽtia & gubernatione niti 883
Improbitatem quæ latet, nocentiorẽ eſſe quàm diuulgatam 307
Improborum ingenium ſcitè depingitur 714
In, pro Cum, Scripturã ſæpius uſurpaſſe 395
In, quot modis dicatur, tot modis etiã de ſpiritu S. accipi 396
Incolatus nomine quid denotetur 954
Incorporea non ex eſſentijs, ſed ex nominib. & operationibus cognoſci 345
Incorporeũ loco non circumſcribi 304
Indefinitum omnia cõprehendere 427
Iudicia antiquitùs ubi ſolita ſint exerceri 865
Indigentibus qui ſuccurrunt paratum habent theſaurum 750
Indignari non oportere, ſi maiora fortè fecimus onera reliquis 646
Indignatio ſit ratione temperata 635
Indignationis effectus recenſentur 183
Indignationem quid nominet Scriptura 89
Indiuiſibile quid ſit 314
Indumenti humilitatem, ſufficiens eſſe ſignũ humilitatis, opinabatur olim Baſilius 711
Indumenta quare cum homine ſtatim cõſtructa non ſint, ut brutorum ſunt 182
Indumẽta paulò ſplẽdidiora frater negligere debet 646

Infirmos pferre firmiores cōuenit 482
Infirmos etiam multoties neceſsitates faciunt bellatores 670
Ingenitum appellari uitam principio carentem 316
Ingenitum ſubſiſtentiam, & non eſſentiā ſignificare 344
Ingeniti uox id quod nō adeſt Deo ſignificat 313
Ingeniti uocem nequaquam eſſentiam ſignificare, contra Eunomium 314
Ingenito ad genitum nullam eſſe comparationem, ſcripſit Eunomius 317
Ingeniti uocabulum reijciendū eſſe 309
Ingenio & diligentia cuncta poſſumus aſſequi 991 (391
Ingratitudo extrema erga Deum quæ ſit
Ingratitudinem auditorum deplorat Baſilius 212
Inimicitiæ cauſa in eccleſia quæ ſit 404
Inimici Domini cōfirmāt magis acies inſtructas quas bello impetunt, quā auferūt aliquid gratiæ quæ ipſis adeſt 661
Inimicorum inſidiæ cum ſint manifeſtæ, facilius quā amicorū euitari poſſe 843
Inimici quodnam ſit proprium 592
Inimicos diligere Chriſtiani debent 468
Iniquus qui ſit 432
Iniuſti quib. utantur technis, ut pium opprimant 813
Inobedientes completa diligentia eſſe reijciendos 505
Inobedientiā omnem diuinis in literis periculoſam eſſe 428
Inobedientiam primam per intemperantiam in hominem incidiſſe 529
Innocentiam duplicem eſſe 203
Innouationes qui ſuſcipiant 376
Inſomnia talia eſſe, qualia uitæ noſtræ ſtudia extiterunt 162
Interrogare citra contētionem debemus 656
Interroganti memorabiliter reſpondendum 470
Interitus uia quæ ſit præcipua 973
Inuidia primum & domeſticum eſt malum poſsidenti 188
Inuidiæ definitio. ibid.
Inuidiæ inſectatio 236
Inuidiæ morbus quomō curādus ſit 190
Inuidiam morbum eſſe amicitiæ 189
Inuidia nihil eſſe peius & nocētius 188
Inuidorum natura atq; ingenium 1003
Inuiſibile quid eſt 7
Inuocatio Dei ſatis ſuperq; facit ad ſecuritatem 842
Inutiliter nihil generatum eſſe 24
Iob multo tempore calamitates ſilentio pertulit 710
Iob patientiæ exemplum 246
Iohannes reliquos Euāgelij præcones ſuperat 219
Iohannis principium Euangelij refellere conantibus, quomō ſit reſiſtēdū. ibid.
Ira Dei quid ſit 89
Ira & indignatio quomō differant. ibid.
Iræ præmia quæ ſint 184
Iræ & indignatiōis diuerſa ſunt nomina 187
Iræ dominari qui non queant 132
Iræ nomine ſupplicium pœnamq; non ſemel intelligi in Scripturis 778
Iram doloris ſenſum adimere 184
Iram eſſe breuem quandā inſaniā 183
Iram plerumq; bonarum actionum miniſtram eſſe 187
Iracundi deſcriptio 184
Iracundis tradit remedia præſentiſsima 185. 234
Iracundos camelis ſimiles exiſtere 40
Iracūdos appellare Scripturā beſtias 183
Iracundiæ damnum quomodo effugere poſsimus 186
Iracundiæ incommoda 184
Iraſci nonnunquam utile neceſſariumq; exiſtere 186
Ire de uirtute in uirtutem, quid ſit 892
Irruptio in ædes Baſilij facta 753
Iubilus eſt, uincentium uox 908
Iucunda quæ ſunt ſuſpecta debemus habere 241
Iucundum adeò nihil eſſe quod non per fruitionis aſsiduitatem contemptibile reddatur 145
Iucundas res in uita noſtra, non noſtras propriè, ſed alienas eſſe 242
Iudaiſmum & Græciſmū cum Chriſtiana fide pugnare, ut Aegyptij & Aſsyrij 364
Iudæi, angelos eſſe creatiōis noſtræ dominos, impudēter affirmare uidētur 49
Iudæi refellūtur, quia Chriſtum Dei filiū eſſe negant 899
Iudæi qua de cauſa nō cecinerint in aliena terra 968
Iudæi quomodo ſint refutandi, negantes Chriſtū eſſe creatiōis noſtræ ſociū 49
Iudæorum error taxatur 797
Iudæorum aſſenſiones à Babylone multas fuiſſe 959 (995
Iudæorū quoq; pueros nutriuit Baſilius
Iudæis qui aggregari poſsint 702
Iudæos uarijs quondam organis muſicis uſos fuiſſe, unde conſtet 887
Iudæos qui quondā erant filij, ob malitiā ſuam canum ſortem ſubijſſe 850
Iudex ſibijpſi quiſq; benignus eſt 640
Iudicium, ſeu iudicari, uariè in Scriptura accipitur 69
Iudicium duplex eſſe 781
Iudicium exercere mutuum, ob ea quæ à Scriptura ſunt conceſſa, Chriſtianos non oportere 487
Iudicia Dei non ſunt contemnenda 471
Iudiciorum Dei cognitionē nos effugere 812
Iudicio iræ in quoſdam reliquos erudiri oportet 471
Iudicare de rebus obſcuris debere neminem 487
Iulittæ encomion 160
Iulittæ fortis ad circumſtantes mulieres oratio 161
Iulittæ corpus, & locum, & eos qui in ipſum cōueniūt, ſanctificare dicit. ibi.
Iuramentū quid appellauit Dauid 949
Iuramenti duplex eſt in Scriptura ſignificatio 74
Iuſtitia quid ſignificet in tertio pſalmo ab initio 774
Iuſtitia quottuplex ſit 776
Iuſtitia per dignitates non dirimitur 723
Iuſtitia ſæpe benignitas appellatur 975
Iuſtitia Dauid quæ fuerit, cū iuxta illam ſe iudicari à Domino petit 778
Iuſtitiam quis operetur 73
Iuſtus cur à malis odio habeatur 107
Iuſti quid exoptent maximè 777
Iuſti magnam eſſe uirtutem 778
Iuſto qui bellū facere conātur, eos à Dei legibus eſſe remotos. 952
Iuſtificationib. Dei uitā prolongari 948
Iuuencularum nomine quid innuat Scriptura 862
Iuuentus quando in Ethnicorum ſcriptis uerſari debet, ac humaniores diſcere literas 252
Iuuentutem ſuam deplorat Baſilius, quòd eam in diſciplinarum ſapientiæ à Deo infatuatæ perceptione conuerſatus, inſumpſerit 711

L

LAbia Chriſti, Apoſtoli appellantur 115
Labore partum cū lætitia ſuſcipi & diligentia conſeruari 12
Labores generare gloriam 211
Laconiſmus quid ſit 661
Lachrymæ unde generentur 158
Lachrymarum uallis qui ſit typicè 892
Lachrymas cur fuderit Chriſtus 157
Lachrymas animæ cibum eſſe 407
Lacus in ſacris literis quid ſignificet 71
Lætitiam duplicem eſſe 775
Lætari uerè qui poſſunt 776
Lapſo debet altior eſſe, qui erigere iacētem uelit 165
Lapſuum modū nos diſcere debere, nō ut peccemus, ſed ut ab eis abhorreamus 302

Laus Dei uariè accipi poteſt 99
Lapſis ueniæ ſpes non eſt amputanda 261
Laus præceptorum eſt, magnus diſcipulorum progreſſus 641
Laus uera quæ ſit, & omnium maxima 776
Laus ſacrificium & oblatio Deo grata 935
Laudes ad uirtutis profectum prodeſſe 267
Lex naturæ quæ nam ſit apibus 224
Lex encomiorum quæ ſit 225
Lex facultatum in nobis exiſtentiũ, agricola eſt & nutritor 519
Lex legem uincit ſæpiſſimè 664
Lex Athenienſis laudatur, quæ iubet iuuenes qui ad pubertatem peruenerũt, artibus deſtinari 731
Lex uaria ſortitur nomina 880
Lex tua ueritas, cur Dauid dixerit 952
Lex de matutino & ueſpertino ſacrificio, quid ſignificet 973
Legis literam qui auferat, qui non 393
Legis diuinæ perfectionem primum oſtendere pſalmum 771
Legi diuinæ deditus, cui aſſimilari poſſit 771
Legi Dei ſatisfacere non omnes amoris inſtinctu 949
Legi Dei cur pleriq; ſatisfaciant. ibid.
Legem diuinam non actionem, ſed cogitationem iudicare 299
Lege naturæ unigeniti eſſentiam à patris eſſentia ſeparatam eſſe, ſcripſit Eunomius 336
Lege naturæ quæ comprehenſa ſint. ibi.
Leges non omnia uirtutis facta præcipere 949
Leges humanas non omne quod iuſtum eſt, præcipere 952
Legibus humanis obtemperans, nullum conſequitur honorem à legis cõditoribus. ibid.
Leuitatẽ & inconſtantiam quorundã notat Baſilius, circa fidei pfeſſionẽ 720
Libanius Rhetor Baſilij epiſtolam magnopere laudat 746
Libanius coarguitur à Baſilio negligentiæ 747
Libanius commendatur 749
Libanij Sophiſtæ eloquentia laudatur 748
Libya malorum mater & nutrix dicitur 679
Liberi carnaliter qui ſint 392
Liberi familiaq; noſtra cur ad Chriſtum ſit adducenda 440
Liberum arbitrium quouſq; ſeſe extendat 405
Liberorum procreatiõe nihil antiquius Iudæos duxiſſe 799
Librorum iudices qui, & quales eſſe debeant 705
Lignum ſcientiæ boni & mali quare fuerit in paradiſo 182
Lingua nõ omnia poteſt exprimere 765
Linguæ delictis plenã eſſe uitam noſtrã 104
Linguæ libertatem nemo cõpeſcet 670
Linguam ualde procliuum eſſe membrũ ad lapſum 817
Linguam iuſti eſſe calamum 114
Literam quid nominet Paulus 418
Literæ liberis comparantur 655
Litigare nequaquam Chriſtianos oportere 485
Loci amœniſſimi deſcriptio 663
Locum Sanctorum Spiritum eſſe ſanctũ 397
Locorum ſitui non eſſe confidendũ 958
Longitudo literarum, non ex literis, ſed ex rebus iudicanda eſt 661
Loth in Sodomis uirtutẽ cuſtodiuit 640
Lux à cõditore teſtimonium habet, quòd pulchra ſit 10
Lucis non omnes fieri participes 100
Lucis ante generationem non erat nox, ſed tenebræ 11
Lucem cur ſe Chriſtus appellarit 311
Lucernæ appellatione quid denotetur 949
Lucere, pro illuminare, dixit Moyſes 28
Luctum augentia non eſſe curanda 159
Lumen in lumine uidere, quid ſit 390
Luminarium notæ ac ſignificationes neceſſarias eſſe ad uitam humanam 29
Lunæ & Solis, quæ in luce differẽtia ſit. ibidem.
Lunæ corpus aliud eſt, aliud quod illuminat 29
Lunæ uarietas unde fiat 33
Lunæ alteratio quid innuat. ibidem.
Lunæ in terra mariq; uarij effectus 34

M

MAcrina Gregorij diſcipula, pietatis dogmata Baſilium edocuit 706
Magi qui dicantur in Euangelio 250
Magiſtratus & honores omnes aſſecuti ſunt Baſilij parentes 987
Magiſtratus quid faciat, ſi quẽ fortè morti uult adiudicare 713
Magnanimi eſt, benignum eſſe ſuccumbentibus 750
Magnificemus Dominum, ut intelligendum 936
Magnificus qui appelletur 82
Magnus, abſolutè & relatiuè accipi ſolere 32
Magnus ſit oportet, cui Deus innoteſcere debet 977
Maioris uocem, nullo pacto præeminentiam ſecundum eſſentiam propoſitam ſignificare 320
Maiora facere, minora uerò negligere non oportet 483
Maius uocem, comparatiuè dictam ad eſſentiæ diuerſitatẽ, accepit Eunomius 320
Maius ex comparatione ad ea quæ excedunt, conſiderari. ibidem.
Maius ex minore ſæpius colligit Chriſtus 483
Mala unde ſuam trahant originem 9
Malè affici, quid ſit propriè 383
Maleficos non ob malè facta puniri 750
Mali uocabulum multipliciter accipitur 178
Mali aliquid dicere de aliquo, licet nonnunquam 565
Mali ſunt magis propter internum morbum deplorandi, quàm nos illis propter externum 734
Malis litẽ intendere, nihil prodeſſe 403
Malorum Deum authorem non eſſe 178
Malorum meminiſſe, Chriſtianũ nõ oportere 487
Malorum conſortiũ pietati obſtaculo eſt 521
Malorum ſuorum quemuis aſſentatores & præcones habere 782
Malorum omnium fons qui ſit 838
Malũ à Deo generari, impiũ eſt dicere 9
Malum ſuum pius non occultat 109
Malum aliud eſt, quantum ad noſtrũ ſenſum: aliud, quantum ad ſuipſius naturam 178
Malum non eſt ſubſtantia aliqua 180
Malum eſt boni priuatio. ibid.
Malum à bono fieri non poteſt 181
Malum malo curandum non eſſe 184
Malum quocunq; tandem admiſſum tempore, eſſe malum ex æquo 449
Malum perpeti maius poſſe neminem, quàm ſi precioſiſſimæ ueritatis damnum ſit paſſus 705
Malum ſi quis in prætextu boni facit, duplici pœna dignus eſt 707
Malum omne hac in uita finem habere 957
Malitia uerſuta quæ ſit 323
Malitiæ operibus ſæpe quis in pœnã traditur 471
Malitia carens, tardius malitiã ac uitia deprehendit 672
Malitia uirtuti ſeruit 835
Malitia ipſi poſſeſſori ſuo pernicioſa redditur 972
Mamantis martyris encomion 258
Mãdatum Dei non factum ita, ſicut Dominus

minus uult, peccatum eſt 429
Mādatum Domini uel unicum tranſgrediens, generali ſubiectus eſt ſententiæ 428
Mandatum Dei non ex ſano facientem affectu, impedire non oportet 475
Mandatū omne abſolutū eſſe debet 515
Mandati Dei finis eſt uita æterna 471
andati unius prætextu, alterum diſſoluere fas non eſt 525
Mandata Dei ſi quis exequi uult, an poſſit eū abſq; periculo quiſquam ab ijs reuocare 434
Mandata magis ad milites eſſe regalia, quàm ad ſubditos edicta 439
Mandatorum obſeruationem ad omnes æquè pertinere 441
Mandata Dei exequi ſic oportet, ut ipſe præcepit 473
Mandata Dei cum inſatiabili cupiditate facere debemus 474
Mandata Domini bono cum affectu facere decet. ibid.
Mandata Dei cur facienda. ibid.
Mandata qui dedit, uires ad ea ſeruanda quoq; ſuppeditat 517
Mandatis Dei obtemperans laborū ſuorum præmium accipit 952
Manna cur angelorum panis nominetur 881
Manichæorū error de terra refellitur 39
Manſuetudo tolerantiæ malorum mater eſt 635
Manſuetudo permixta benignitati, dilectionem efficit 636 (738
Manſuetudinem malos minimè placare
Manſueti uiri nota quæ ſit propria 827
Manus ſupercilijs cur prætendatur, cum eminus aliquid intueri uolumus 62
Manus Dei quid denotent 108
Manus officio qui funguntur 534
Manus nomine intelligit Scriptura opē & auxilium 977
Marcellus aliter Nicenæ Synodi fidem explicauit, quàm debuit 709
Marcelli dogma omnis ſpei noſtræ reprobationem habet 704
Marcellum ex diametro impietatem Arrij docuiſſe 682
Marcion duo confinxit principia 366
Marcionem ait Baſilius, alia de diuinis Scripturis reieciſſe, alia falsò inſeruiſſe 324
Marcionem & Manichæum, duo induxiſſe principia pariter æterna 338
Mare cur pulchrum appellarit Deus 21
Mare unum non eſſe 965
Maris rubri uiam multiplicem fuiſſe, nōnulli uolunt 966 (249
Maria cur Ioſepho deſponſata fuerit
Martyris encomia quæ ſint 258
Martyres laudato, ut uoluntate martyr fias 229
Martyres orationis noſtræ cooperatores 232
Martyrum 40. encomion illuſtre 228
Martyrum ciuitas, eſt ciuitas Dei 229
Martyrum encomion quod ſit. ibid.
Mater omnium eſt terra 233
Matutina hora quid ſit 11
Matutinum tempus animæ quis efficiat, & quomodo 121
Medicos amori erga homines operam dare 713
Medicina princeps eſt, & choragus ſanitatis 414
Medicinæ encomion illuſtre 50
Medicinæ ſcientiam uniuerſis uitæ ſtudijs rectè præponi, cōfirmat Baſilius 713
Medicamenta & portus quorū ſint 735
Meliores filios ex uirtute, deteriores à peccato nominare Scriptura frequenter ſolet 67
Membra noſtra prudenti eſſe ratione gubernanda 301
Membra reſecare, ut peccatum uitetur, abſurdum eſſe. ibid.
Membra Chriſti in omnib. à capite quod eſt Chriſtus dependere debent 510
Membra timore configi quid ſit 950
Membra noſtra organorum uice nunc eſſe debent, quādo illis, ut decet, uſi fuerimus 977
Memoria quid ſit 283
Mens tanquam gubernator affectibus præſidere debet 205
Mens ſtomacho comparata 221
Mens longè minor rebus eſt 248
Mens otioſa unde ſuam trahat originem 564
Mens noſtra uelut pictor aliquis, in anima, uelut in tabula, cogitationes, prout uult, format 282
Mentis puritas primò beata prædicanda eſt 65
Mentis intentio ad Dei ac proximorum dilectionem requiritur 519
Mentem noſtram alia uidentem, non cernere ſeipſam, niſi Scripturis incubuerit 50
Mentem noſtram omnia per uerbum elaborare 356
Mentem animæ uiſum eſſe 626
Mentem ab infinitis mundi curis diſtractam, impoßibile eſt euidenter ueritati intentam eſſe 655
Mentē ut in quiete habeamus, conari debemus efficere 655
Mēte uaria q ſunt, inordinatè uiuūt 751
Mentiri nefas eſt 477
Mentiri nunquid aliquando liceat 575
Mendacium diaboli ſobolem eſſe 712
Mendacij operatores ſæpe coacti ab operatione, ueritati teſtimonium præbere non uolentes 337
Mendacio contra ueritatem proſperum ſucceſſum habēte, cōplures lædi 714
Mendacia cur uana nominentur 784
Mendaces ſunt, corrupta habētes animæ iudicia 134
Mercenarij qui ſint 259
Mercedem à diſcipulis non exterſiſſe Epiſcopos unquam 748
Metuere, pœna magna eſt 750
Miles Chriſtianus coætaneorū debet conſortium fugere 443
Militis officia, præmia ac priuilegia 439
Militis Chriſtiani elegās cōparatio. ibid.
Militem quamuis uulnera acceperit, coronari tamen 264
Militantes quales eſſe oporteat 509
Miniſter Chriſti non tantū ſuarū, ſed etiā aliarū ouium gerere curā debet 435
Miniſter Chriſti cùm publicè tum priuatim docere debet 552
Miniſtri fidelis quod'nā ſit officiū 460
Miniſtrum Dei non eſſe qui ſua prædicatione auditoribus mauult placere quā Deo. 504
Miniſtros ſponſi æqualiter cum ſponſo, cōplecti amore debere neminē 285
Miniſtros ſponſi propter ſponſum diligere decet 286
Miniſterium uerbi qui negligit, uelut homicida damnatur 568
Miniſterium quod ſit præſtantius 624
Miniſterij ſcopus eſt, ut ad Dei perfectionem quiſq; ut poteſt accedat 504
Mirabilium Dei operum catalogus 880
Miracula ſeptē orbis recenſentur 1002
Miſeria quæ ſit omnium ſumma 844
Miſeriarū in hoc mundo quæ ſint cauſæ 191
Miſericordia citra iudicium, neq; iudiciū citra miſericordiam eſt 93
Miſericordiā præſtare quēq; decet 484
Miſericordiam quare cum ueritate coniunxerit Dauid, explanatur 893
Mites ac manſueti qui appellentur 100
Molares dentes qui appellentur 847
Moleſta quæ ſint 156
Monachi probi deſcriptio 446
Monachorū lex cōmunis quæ ſit 449
Monachorum ſeu Chriſtianorum leges 449. & 451
Monachos ſibi uictum ac amictum quærere, proprijs debere manibus 448
Monarchiæ piū dogma 390
Mons ſanctus, qui appelletur myſticè 73

Montes myſticè qui dicantur 120
Montes & arbores quid proſint 983
Morbus ſæpenumero utilis exiſtit 119
Morbum animæ eſſe, ſi quis alijs præeſſe cupiat 634
Morbus eſt pædagogus ad res corporales contemnendas 734
Morbum odiſſe non didicimus 47
Mors peccatorum quare mala ſit 107
Mors quare formidanda non ſit 140
Mors ſanctorum cur ſit pretioſa coram Domino 141
Mors iuſtorum ſomnus eſt 223
Mors quotuplex ſit 785
Mors cur lacus & miſeria dicatur 818
Mortis Domini qui memoriam celebrẽt, qui non 423
Mortis & uitæ poteſtatem ante lapſum habuit homo 787
Morti ſponte ſeſe offerre, neminem ſeruatoris lex cogit 986
Mortem animæ Dei eſſe ignorantiã 207
Mortem exoptat Dauid 817
Mortes ex Deo ſunt, ſed quomodo 178
Mortibus cotidianis ingruentibus, nihilo tamen minus Dei dilectionem retinere, magnum eſſe quippiam 826
Mortuos immoderatè deflere, prorſus eſt alienum ab his qui reſurrectionẽ mortuorum credunt 494
Mortificare membra quid ſit 417
Mori ſæpius homines prius, quàm anima diſcedit à corpore 138
Mutatio dexteræ Altiſſimi quæ ſit 113
Morem ſanctorum eſſe, ut mandata Dei adhibitis teſtibus tradant 381
Mores faſtuoſi dum obſequium ipſis contingit, magis ſeipſis contumaces euadere ſolent 661
Morum uarietas ac multiplicitas fugienda 37
Moyſes in Aegyptiorum diſciplinis exercitatus 252
Moyſes quamuis ſilens clamauit 952
Moyſis encomion 1
Mulier dotata uirum dominũ emens, ſerua pro libera eſt 278
Mulierem qui attingit, nõ ſine damno diſcedit 289
Mulieres non minus fortiter ſeſe geſſerũt quàm uiri 440
Mulieres non pulchritudine, ſed bonis operibus ornari debere 507
Mulieres, tanquã ignem, fugiendas 628
Mulierum laſciuia uehementer reprehenſa 213
Mulierum natura cur ſit tenera & mollis 236
Mulierum congreſſus cur planè uitandus 628
Muliebribus cupiditatibus ad inſeruiendum, nullæ ſufficiunt opes 173
Multiplicamini, Eccleſiæ benedictionem eſſe 57
Multitudo eorum qui aliquid decernunt, dogmatis ſuſceptionem talem efficit, cui contradici non poſſit 703
Muſarum commendatio 749
Mundus habet principiũ, & factus eſt 2
Mundus artificialis eſt ſtructura 4
Mundus citra temporis moram ſubſtitit. ibidem.
Mundus ex diſſimilibus partibus conſtat 7
Mundi cum circulo comparatio 2
Mundi generatione ſtatus erat quidã uetuſtior 3
Mundum quare trãſmutari ſit neceſſe 2
Mundum uitare quid ſit 655
Mutationem angelos non ſuſcipere 113
Mutui datio danti & accipiẽti pernicioſa eſt 79
Myſterium quid ſit 398
Myſteria Domini qui tractare debeãt, qui non 425
Myſteria diuina quibus ſunt communicanda 858
Myſteriorum Dei cognitionem perfectã nulli hic contingere poſſe 6

N

NArrationes Hiſtoriarum quid emolumenti adferant 964
Naſci deſuper quid ſit 413
Natiuitas Chriſti prima ſilentio colenda 479
Natum indui, neceſſarium eſſe 420
Natum eſſe deſuper, quid ſignificet 384
Natura cur duas aures, unam autem linguam largita ſit 277
Natura diuina nullis finibus ac terminis circumſcripta 860
Naturæ defectus ad bonum perpetrandum impedimẽto nulli eſſe debet 161
Naturæ noſtræ cognatis aſſueſcere, contraria uerò negligere debemus 732
Naturam eorum quæ facta ſunt, nos ignorare 6
Naturam rerum non ſequi nomina, ſed poſterius rebus nomina inuenta eſſe 323
Naturalia ſenſuum iudicia Deum indoctã feciſſe 744
Nautilus quid ſit 733
Negotio in omni, Dei uoluntatẽ quærere & facere debemus 472
Neceſſitatem in rebus uiſibilibus maiorẽ eſſe quàm uoluptatem 28
Neocæſareſi Eccleſiæ acriter Baſilius reſpondet ad calumnias ab ipſa confictas 689
Nicenæ cõfeſſionis fidei explicatio 709
Nix unde generetur 16
Nobilitatem ex ſeſe ac propria uirtute ſumendam eſſe, duxit Baſilius 986
Noctis definitio 11
Noctis appellatione quid Scriptura ſæpe denotet 774
Noctem in quatuor partes diuidũt cuſtodes 901
Noctuæ prophanis hominibus comparatæ 43
Noe inter prauos pius eſſe non deſijt 640
Nomen Dei cur ſanctum appelletur 98
Nomen nullum eſſe, quod totam Dei naturam cõplexum enunciare poſſit 313
Nomina ſua in terris q uocauerint 127
Nomina de induſtria impoſita ſubiectæ naturæ indicationem habere 249
Nomina ſibi multiplicia cur impoſuerit Chriſtus 311
Nomina omnia idem inter ſe ualere qui dicit, inſanit 312
Nomina cũ ſint diuerſa, ut eſſentiæ quoq; diuerſæ ſint, abſurdum eſſe 322
Nomina Chriſti diligenter explanantur 377
Nomina corporalia, cur ad ſpirituales intelligentias ſæpe transferat Scriptura 397
Nominum effectionibus, in uolatilibus diſcernendis, uti conatos eſſe nonnullos 40
Nomina quæ ſunt, eſſentiæ eorum quorũ ſunt nomina, notas eſſe 342
Nominum diuerſorum unam eſſentiam eſſe crebrò 345
Noſcere ſeipſum, eſſe difficillimum omnium 48
Noſtra bona non eſſe noſtra, ſed Domini 785
Noſtrum quid ſit reuerà 243
Noua creatura quid ſit apud Paulũ 391
Nouit ſeipſum qui 263
Nubes quòd fiunt, rem non eſſe naturalem 965
Numerus quid ſit 388
Numerus quare ſit excogitatus 389
Numerum eſſe corporeæ naturæ 740
Nuptæ impedimenta & ſollicitudines quæ ſint 278
Nuptiæ quando legitimæ ſint, & ſecundum Scripturas 286
Nuptias in Domino contrahere, quid ſit. ibidem.
Nuptias uoluptatum eſſe prætextus 622
Nuptias uelut pedicas eum fugere, qui à uinculis mundi liber eſſe cupiat. ibid.
Nutricis atque matris dogmata fideliter retinuit Baſilius 712

O

Obedientiæ cõmendatio prolixa 641
Obedientiæ exempla Abraham & Apoſtoli 642
Obedientiam ut erga Deum conſeruare poßis, mortis etiã periculum eſſe ſubeundum 435
Obedire Deo ſimpliciter quiſq; debet, & nullas omnino prætẽdere cauſas. ibid.
Obiurgationes fratrũ ex charitate procẽdentes, moderatè ferendæ ſunt 717
Obliuionem in Deum non cadere 822
Obtrectatio quid ſit 565
Occidentales neq; ueritatem ſcire, neq; diſcere uelle 661
Occidẽtales epiſcopos ad reliquas etiam Eccleſias ab Arrianiſmo defendendas incitat Baſilius 686
Oculi forma & præſtantia declaratur 61
Oculi officio qui fungantur 534
Oculi alia cum uideant, ſeipſos non uident 735
Odiũ Diabolus eſt, ut Deus charitas 451
Odij terminus qui ſit 188
Odio nonnunquam uti, laudabiliter decet 117
Oeconomiæ optimæ eſt, poſitos ſequi modos ac terminos 629
Officium humanum quod uel modicam inducit dilationem obedientiæ, quæ Domino debetur, alienam eſſe à diſcipulis Chriſti 410
Olla pro pœna & ſupplicio, in Scriptura ſæpius accipitur 851
Oleum in ueteri fœdere Spiritus S. typũ ac figuram fuiſſe 828
Olympij eulogium 788
Omnia implere illos oportere, qui cœlorum regnum poßidere uolunt 412
Opera Dei contemplanda ſunt, & non anxiè inquirenda 807
Operantis naturam, per operationũ conſideratione cognoſcere poſſumus 716
Operationem quamlibet nulla externa re obſtante congruam eſſe proprijs effectibus 320
Operationem nullam ſubſtantiam habere 347
Operationes eædem quorũ ſunt, horum etiam eſſentiam unam eſſe 343
Opiniones de mũdi creatione diuerſæ 7
Opifex naturæ, quæ nos cogitatione ſeparamus, ea etiam ipſa actione diſparare poteſt 29
Opificis proprium quod ſit 133
Opportunitatis Dei bipartitæ mentionẽ facit Baſil. 781
Oraculum ſeparatim, à patre & filio & Spiritu ſancto nullũ eſſe factum 354
Oracula Dei nõ omnibus eſſe ſcripta 113
Oracula qui tractare debeant, & iudicare 706
Oracula Dei quibus aperiantur 799
Oraculis diuinis intentus cui aßimiletur 771
Ordinem eſſe duplicem 318
Organorũ uice quid Chriſtianis eſſe debeat 977
Onus omniũ quod ſit grauißimum 824
Ora accuſantium nos cohibere, impoßibile eſt 702
Oris nomine quid intelligi uelit Dauid 951
Orãs quomodo debeat eſſe affectus 624
Orandum quomodo 776
Orandum eſſe, & gratias agendas pro profectu eorum qui nobis ſunt concrediti 500
Oratio non tam uerbis, quàm animo fieri debet 161
Oratio natura potens eſt bonorum quidem impetus augere, ſegnium uerò ac ſocordium alacritatem excitare 147
Oratio nequit animi omnia ſenſa exprimere 248
Oratio non habens concinentes, ſeipſa debilior eſt 695
Orationis definitio 161
Orationis ſpecies pro temporum et perſonarum uarietate 461
Orationis formula 624
Orationis duo ſunt modi. ibid.
Orationem intenſam lachrymiſq; plenã multum habere uirtutis 961
Orationes Sanctorum quid ualeant 737
Orantes cur ad Orientem reſpiciant 398
Orare indeſinenter quomodo quis poſſit 162
Orare in omni loco, quomodo ſit intelligendum 430
Orare alter pro altero debet, præſertim pro profectis doctrinæ ueritatis 489
Orare pro his qui uerſantur in tentationibus Chriſtiani debent 494
Orare pro inimicis quoq; debemus 489
Orare quomodo debeamus, & in quali animæ ſtatu. ibid.
Orare inſtituens, à garrulitate abſtineat 489
Orare mulierem detectã, uirumq; uelatum non debere. ibid.
Orientalium Epiſcoporum ad Occidentales literæ 695
Origenes reprehẽditur ob non ſanas de Sancto Spiritu opiniones 402
Os quoddã homini pio ſpirituale eſt 99
Oßium rationalium natura quæ ſit 107
Oßium nomine quos intelligat Pſalmus 795
Ocium mala faciendi principium eſt 38
Ociũ ſine timore Dei, prauitatis doctor eſt, his qui tempore uti nõ ſciunt 44
Ocium quod ſit bonum, quod contrà malum 122
Ouium duo inueniri genera 824

P

PAcem à Deo qui nondum aſſecutus eſt 55
Paci omnia poſthabenda ſunt 682
Pædagogi quomodo diſcipulos corrigere debeant 549
Panem cur ſe Chriſtus appellarit 311
Panem cœli cur Mannam appellet Scriptura 881
Parabolis uti conuenit ad eorum confirmationẽ quæ fiunt, aut dicuntur 478
Paracletum ipſum quoq; Chriſtum eſſe, Scriptura confirmat 346
Paradiſus Spiritualis qui & ubi ſit 305
Paradiſi deſcriptio 303
Paradiſi uoluptates uerbis explicari nõ poſſe 304
Parœmiæ definitio 198
Parœmiarum Salomonis utilitas. ibid.
Parentes ut optent liberis ſuis bona, naturale eſt 641
Parentes Baſilij Tyrannidem fugientes, ſeptem annos in ſpelunca quadam cõmorati ſunt 986
Parentum ſapientiæ ac educationi diligẽti, ſi filij duo trésue probi ſint ſimul, acceptum referre debemus 987
Parua quoq; pauperib⁹ magna ſunt 728
Paſtor miſericors ſit in afflictas animas 502
Paſtoris boni natura atq; ingenium 954
Paſtori non eſſe curam gerendam rerum temporalium 504
Paſtorem agere, quanta res ſit 259
Paſtorem debere reliquis exemplo prælucere 499
Paſtorem non debere ſua rectè facta curare, ſed ut ſibi concrediti meliores fiant 500
Paſtorem ſuorum utilitatem plus quàm propriam uitam curare debere 501
Paſtorem non debere negligere corporeas ſuorum neceßitates 502
Paſtorem hac poteſtate non debere abuti ad calumniam ſubiectorum 503
Paſtorem minorũ cauſa à rebus magnis non debere abſtrahi 502
Paſtorem nõ debere plura poßidere quã requirat uſus neceſſarius 504
Paſtorem exemplo & doctrina officio ſatisfacere debere 505
Paſtorem his cedere debere qui ob timorem præſentiam eius recuſant. ibid.
Paſtores boni qui ſint, qui itidem mercenarij 259

Paſtores uerbi Dei, rei ſunt ſanguinis periclitantium, ſi quid conticuerint quo poſſent illi Deo placere 499
Paſtores locos omnes ſibi commiſſos circumire debere 500
Paſtores pios quæ uel maximè commoueant 687
Pater cur filio maior dicatur eſſe 320
Pater eſſe, Deus cum nunquã cœperit, ſed ſemper fuerit: ergo filium quoq; ſemper fuiſſe, dicit Baſil. 326
Pater primus quinam ſit, quiq; ſecundus 639
Pater & filius ſanctificat 716
Patris claritudo nihil ad filium 258
Patris in curſu præſtantiam, celerem æquum non facere. ibid.
Patris uox quid ſignificet 320
Patris appellationem operationis, et non eſſentiæ nomen eſſe, dixit Eunomius 320
Patri cum filio nullam eſſe ſocietatẽ, ſcripſit Eunomius: ibidem extat eius refutatio 317
Patrem & matrem quomodo debeamus odiſſe 410
Patriarchis confertur Baſilius 1004
Paucorum eſt, accedere ad lucem ueram 101
Pauli dicta ubi aliquando ſolius Chriſti, aliquando ſpiritus in baptiſmate mẽtio fit, quomodo ſint intelligenda 381
Paulinus diſcipulus Marcelli hæretici 704
Pauper quo liberetur modo 101
Pauperis cuiuſdam conuiuatoris beneuolentiæ ſermonem aſsimilat ſuum Baſilius 45
Pauperem cur ſæpius ſe Dauid appellet 781
Pauperes liberaliter ſubleuãdi ſunt 245
Pauperes qui ſint ſpiritualiter 796
Pauperes dici crebrò, qui contrito ſunt et humiliato corde 875
Paupertas cum uera ſufficiẽtia, omni fruitioni ac uoluptati à modeſtis præfertur 36
Paupertas non eſt ſemper laudabilis 101
Paupertas philoſophiæ nutrix 752
Paupertatem multos ad malum promptos ad modeſtiam reuocaſſe 119
Pax Dei quæ ſit 85
Pax uera ſupernè eſt 104
Pax animi cur à Deo confertur 775
Peccator ob ueniæ ſpem ad peccata procedere non debet 261
Peccator qui eſt, & ſeruum Dei ſeſe nominat, mentitur 948
Peccatore uilius eſſe nihil 384
Peccatores eſſe uarios 798
Peccatorum commertia non eſſe fugienda ſimpliciter 486
Peccatorum nomine qui intelligantur in ſacris literis 771
Peccatum primus dæmonis partus 28
Peccatum abigit angelum, uitæ noſtræ cuſtodem 101
Peccatum maximè omniũ humiliat 105
Peccatum febri ardenti eleganter comparatum 109
Peccatum præcedit gratiæ depoſitionem 237
Peccatum per corpus animæ uitio longè minus eſſe 291
Peccatum per crucis myſterium aboleri 405
Peccatum ſæpius unicum, & non multa, multis exitium attuliſſe 412
Peccatum occultare, periculoſa res eſt 547
Peccatum imaginis pulchritudinem deturpauit 447
Peccatum eſt, inania fundere uerba 477
Peccatum diabolo nos mancipat. ibid.
Peccatum ob unicum plurimos eſſe damnatos 513
Peccatum perfidis cõteſtari oportet 525
Peccatum alter alterius prodere debet 547
Peccatum qui ſilet, immiſericors eſt 561
Peccatum in ſubſtantia propria, non reperitur 630
Peccatum & impietatem differre 805
Peccatum cur ecſtaſin Dauid appellarit. ibidem.
Peccatum cur cœni lutum appelletur 818
Peccatum cur iniquitas appelletur 838
Peccati radix & principium eſt, libertas ac poteſtas quæ in nobis eſt 178
Peccati extenuatio, pernicioſa 458
Peccati finis mors eſt 471
Peccati author per ſeipſum diabolus eſſe nulli poteſt 574
Peccati modum & peccantis affectum, in pœna decernenda conſiderare decet 576
Peccati uocabulo quid intelligatur 630
Peccati naturam eſſe, ut & linguam obliget, & os obturet 840
Peccati pœnas qui luũt, fœlices ſunt 925
Peccato ſeruiens externo Dei cultu, ſordet in conſpectu Domini 249
Peccata noſtra non eſſe celanda 109
Peccata in cogitatione, uelut opera, in anima fientia, meritò iudicari 283
Peccata nonnulla præcedere, quædam uerò ſequi. ibid.
Peccata remittere, proprium eſſe Dei ſolius 353
Peccata quanquã in ſpecie leuia ſint admodum, grauiter tamen à Deo puniri 457
Peccata qui iterat, deterius ſibi acquirit iræ iudicium 471
Peccata & peccatores deflere, non irridere decet 486
Peccata ſunt corrigenda, iuxta medicinæ rationem 549
Peccata cur portæ ferreæ dicantur 928
Peccata hominum aliquamdiu ferre Deum 950
Peccata noſtra nos à Deo ſeparant 976
Peccatorum remiſsio hic, & non in futuro ſeculo contingit 466
Peccatorum multitudo Deum non placat, ſed qui complacet ipſi 472
Peccatorum remiſsionem quinam ſit aſſecutus, unde colligendum 562
Peccatis ſingulis cur pœnæ etiam ſingulares in literis ſacris non aſsignentur 427
Peccatis mori, an omnibus baptizatis æquè neceſſarium ſit 424
Peccans inuitus noſſe debet, q̃ alio quodam regitur peccato 477
Peccanti opprobrium facere nemo debet 74
Peccantes aliquos ſi uideris, ſilere nõ debes 486
Peccantes qui defendit, peccat grauiter 561
Peccant qui quod bene factum eſt, uelut expedit, non ſeruant 629
Pecora cur Deus in Aegypto percuſſerit 965
Pecuniæ cur datæ ſint 175
Pecuniarum adeptio, auaritiæ cauſſa eſt 237
Peregrinationibus uſus eſt Baſilius 454
Peregrinationes frequentes pijs peſtiferas eſſe 633
Peregrinationes propter bonum commune ſuſceptæ, nihil poſſunt lædere 644
Perfectus neque minuitur, neque augetur 765
Perfectorum quódnam ſit propriũ 705
Perfectio Chriſtiani hominis qua in re cõſiſtat 711
Perfici nihil poteſt, citra conſpirationem eorum quæ eiuſdem generis ſunt 695
Periculum eſſe non leue, aufferre quid, aut addere his quæ à Spiritu S. tradita ſunt 324
Periculũ eſſe uno deficiẽte, quod ad rem aliquam requiritur 412
Periculum ſecuritate, calamitatem item proſperitate potiorem eſſe 729
Periculum deſcribere uolens extremum,

quo uti nomine conſueuerit Scriptura 818
Periculis ſeipſum temerè obijcere nemo debet 492
Perſecutiones horribiles Eccleſiæ narrantur 697
Perſeuerantes in peccatis Chriſtianos auerſari oportere 487
Perſeuerantia in orationibus atque uigilijs opus eſſe 488
Perſonæ claritudinem auditorem attrahere 198
Perſonæ uilitatẽ in miniſterio nemo floccipendere debet 491
Perſonæ celebriori potius, quàm inferiori complacere ſtudeamus 521
Perſonarũ differentiæ tot ſunt, quot mẽtium, quot ætatum, tot etiam peccatorum 233
Perſonarum reſpectus in iudicio ualere non debet 487
Perſonarum reprehenſio quando admittenda 752
Perſuadere ſeipſum non ſatis eſt, ſi non etiam alios. ibid.
Peſtes animarum qui ſint 67
Peſtilentes qui dicãtur in Scriptura 771
Petere quid à Deo debeamus 624
Petrus quomodo petra ſit 263
Pharaonem quomodo indurauerit Deus 180
Philoſophus, ſcholã ſedemq; animæ, corpus habet 631
Philoſophi morbum effrenis fœlicitati meliorem eſſe 734
Philoſophorum opiniones contrariæ ridentur 16
Philoſophorum error de anima, taxatur 40
Philoſophia duo nouit, quæ nam illa ſint uide 725
Philoſophiæ ſtudia nunquam deſeruit Baſilius 996
Pictam imaginem & inter hominem uiuum, eſſe parum diſcriminis 817
Picturam per imitationem oſtendere ea, quæ hiſtoria per auditum exhibet 229
Piæ mentis eſſe, ea quæ ſilentio præterita ſunt in ſacris Scripturis, uereri dicere 342
Pius poſt uitam eſſe nemo poteſt 176
Pij aliter, quàm impij, ſunt caſtigandi 576
Pij cur nõ debeant cũ impijs uerſari 632
Piorum honor qui ſit 852
Pijs eſſe propoſitũ, ut ſimiles Deo fiant, quãtum humanæ naturæ poßibile eſt 370
Pios, licet ab omnibus infeſtentur hominibus, ſuauiter tamen uiuere 953
Pios ab omni facetia conuenit abſtinere 635
Pietas eſt maxima, defunctorum, excellẽtißima præſertim uirtute præditorũ, memoriã alienis cõmendare 985
Pietatis exercitationem ſcalæ ſimilem eſſe 65
Pietatis doctrina inſtitutos conſternari non decet 159
Pietatis amor animam ſi præoccupauerit, genus omne bellorum ipſi ridiculum exiſtit 223
Pietatis ſcopus quinam ſit 450
Pietatis proceſſus per timorem utilior eſt 519
Pietatis impedimenta quæ ſint 521
Pietatis exercitatorem conuenit ab omni faſtu alienum eſſe 629
Pietatis exercitator quid cõſiderare debeat. ibid.
Pietatis ſtudioſum opera conuenit operari decentia 631
Pietatis exercitatio animam diuinis cogitationibus alit 655
Pietati deditus, quomodo debeat affectus eſſe 450
Pietati deditos crucẽ tollere, Chriſtumq; ſequi oportere conſtanter 491
Pietatem eſſe, non in aeris ſono, ſed in rerum poteſtate quæ ſignificantur 334
Piſces ab aqua paululum ſeparati cur pereant 35
Piſciũ ſors priuata, propria natura, diæta ſeparata proprij moris uita. ibid.
Piſcium cibus uarius eſt 36
Piſcium natura quorum nos moneat 37
Piſcibus deteriores ſunt homines. ibid.
Plãtæ & arbores cur uiuere dicãtur 35
Platonis eloquentia cõmendatur 752
Platoni quæ ſint uiſa, ad Philoſophiã conferre ibidem, quæ requirantur ad Philoſophiæ ſtudium 732
Pluuiæ appellatione doctrinæ irrigationem intelligi 861
Pluuiæ generatio unde fiat 16
Pœnæ in delinquentes pietatis exercitatores conſtitutæ à D. Baſilio 648
Pœnæ incerti authoris monachis conſtitutæ 649
Pœnæ cur infligãtur à Deo potißimum 881
Pœnarum cauſæ quæ ſint 191
Pœnas à peccantibus ſubitò Deum nõ ſumere 798
Pœnas cui irrogat Deus, hunc aliũde ſibi ſalutem quærere non poſſe 844
Pœnas de impijs quãdo ſumat Dominus 951
Pœnitentia citra ieiunium irrita eſt 143
Pœnitẽtia quib. ex reb. cognoſcitur 563
Pœnitentiæ locum relinqui, etiã poſt maxima interdum flagitia 260
Pœnitentiam non eſſe differendam 209
Pœnitentiam tempeſtiuè agere abnuẽtes, quo deploraturi ſunt modo ſuam poſt miſeriam 212
Pœnitentiam agentes amarè flere oportet 466
Pœnitentiã agentibus quid opus ſit. ibid.
Poetæ non omnes legendi 253
Poetarum ſcripta cur iuuentus legere & audire debeat. ibid.
Polypi dolus ac furacitas exponitur 36
Polypos qui imitentur 37
Politiæ proprium quod ſit 41
Ponti natus Baſilius 985
Portare pro tollere, accipi in Scriptura 593
Portas Hieruſalem cœleſtis eccleſias eſſe ſanctas 895
Poſſedit me, pro creauit me, locum prouerb. 8. uertiſſe nonnullos 330
Potens exiſtens, potentia tamen non abutens, laudandus aliàs minimè 301
Potentiam ſibi per homines comparantes, ſerui ſunt eorum qui beneficiũ cõtulerunt 695
Potentia alterum oppoſitorum ſi exceſſerit, cõſumptiuũ penitus ſit ſuperati 8
Potus cur nulla fiat mentio Matth. 14. 531
Præceptores eoſdẽ nactos eſſe, confert ad coniunctionem 704
Præcepta à Domino & Apoſtolis in Euãgelio tradita docere oportet eos, qui credunt 499
Præcepta ne pauliſper quidem prætergredi licere 513
Præcepta ſunt ad illius, qui ea præcepit uoluntatem dirigenda 520
Præceptorum differentia quæ ſit 581
Præcipua modò ſana ſint, reliqua facilè tranſigi poſſunt 690
Prædator qui ſit 170
Prædicationis bonam uoluntatem nõ ex noſtra induſtria eſſe, ſed fide in Deum 504
Præfect⁹ paterna debet beneuolẽtia ſubditorũ res ac negocia tractare 645
Præfectus, iuxta uirium corporis portionem, præcepta reliquis conſtituere debet 646
Præfecti in Baſilium ſæuitia 998
Præmia piorum ad tempus differri 805
Præpoſitione uel cõiunctione utatur quis ad nomina coniungenda, nihil intereſſe 400
Præſcientiam Dei ſanctum facere neminem 847

Preuari

Præuaricatores qui uerè dicantur 380
Preces ad Deum fundentes, ſi non exaudiantur illicò, nequaquã animum ideo deſpondere debent 785
Preces noſtræ quando ſint acceptiores Deo 964
Precum uim locum non minuere 756
Precatio bona quæ ſit 656
Principium in duas ſecãs partes, duo pro uno faciet 4
Principium rei alicuius ſi fuerit inconſtans, etiam finis eius inconſtans erit 343
Principium Euangelij Ioannis explanatur 328
Principij uaria ſunt ſignificata 3
Principij principium animo concipere, ridiculum eſt 4
Principiò ſemper conſiderandum, quis ſit qui nobis aliquid dicit aut præcipit 1
Principio nihil antiquius eſſe 327
Principia duo ſunt uniuerſi 4
Principes ac magiſtratus debere eſſe uindices iuſtitiæ Dei 509
Priuata quoq; uita requiritur ad mentis intentionem 521
Priuatas offenſas publico bello nocentiores eſſe 404
Priuatiua non eſſe ingenitum incorruptibile, inuiſibile immortale 313
Priuationes habitibus poſteriores eſſe 312
Profeßionem ſuam per opera quiſq; confirmare debet 478
Proficientibus opus eſt doctrina ad perfectionem 112
Proficere paulatim melius eſt 756
Prope quod ſit, & abeſt exiguo, non putandum eſt exiguum eſſe 411
Prophetica gratia in quibus ſit, in quib. non 692
Propinquus Deo qui ſit 775
Proprietatum natura quæ ſit 335
Proprietates huius ſeculi futura in uita nobis non contingent, ſed angelicæ 494
Prouerbiorum Salomonis ſumma 197
Prouidentia Dei nos indigere 784
Proximi fœlicitatem propriam lætitiam exiſtimare debemus 842
Proximo, non ſolum nobis, uiuimus 725
Prudentia neglecta, ſæpe quæ bona ſunt alioquin, per importunitatem, ad uitium dilabuntur 636
Prudentia & fortitudo maximè principibus conuenit 738
Prudentiæ nomen triplex eſſe 200
Prudentium proprium quod ſit 683
Pſallendi uſus qui ſit 964
Pſallere Deo, nequaquam eſſe ſatis, ſed requiritur inſuper ut propter uitæ puritatem ei complaceamus 981
Pſallere Domino corde debemus 89
Pſalmorum librum reliquos antecellere 63
Pſalmodias & uirorum cum mulieribus congregationes, reprehendit Neocæſarea 689
Pſalmus primus quid complectatur 64
Pſalmus primus cur omnia dixerit proſperè ſucceſſura ei, qui legi ſit deditus 7.71
Pſalmus quid ſignificet 87
Pſalmorum cantus concinni, cur ſint excogitati 63
Pſalterium quid appelletur 87
Pſalterium ſpirituale quod ſit 124
Pſalterium nominaſſe Symmachum lyrã 887
Pſalterij encomion magnificum 63
Puer quantus eſt triennalis, tantus bis euadet 53
Puer mente, nihil differt à puero ætate 527
Pueri quomodo ſint informandi & corrigendi. ibid.
Puerorum æqualitatẽ, qui ergà alios non imitantur, cœlorum regno digni non ſunt 483
Pueros quidẽ aſſumere, ſed inter corpus fratrum connumerare non licet 527
Pugnandi ars Chriſtianis unde diſcenda 441
Pulchritudo corporum unde ſit 10
Pulchritudo uera quænam ſit 90
Pulchritudo filios etiam Dei ad uoluptatem allicit 284
Pulchritudini animæ opponitur turbatio 91
Pulchra difficilè non fuerit admirari, ſed ad eorum quæ admiraris, intellectum peruenire, hoc eſt difficile 219
Pulchrorum oſcula uitare oportet 289
Pulchrarum rerum naturaliter ſunt cupidi homines 517
Puteos, dum hauriuntur, meliores euadere 717

Q

Quæſtiones ſemper multas obijci, nõ ut ueritas inquiratur, ſed ut alteri inſidiæ ſtruantur 370
Quæſtiones mouere inutiles, haud oportere 477
Querelæ impiorum quæ ſint 212
Qualitates rerum ſingularũ ratione tentans adimere, ad nullum finem peruenire poteſt 5
Quicquid ex Deo ſcaturit, ſubſtantiale eſt 261
Quicquid eſt ex aliquo, aut per creationis modum, aut generationis, aut ex ipſo naturaliter eſſe 352
Quilibet eius eſt, à quo ſuperatus eſt 948
Quintam corporis naturam nonnulli finxere 8

R

Racha quid ſit 569
Radicis bonæ bonum germen 232
Radicum propagines ſeminis rationem habent 24
Ratio ſi concupiſcẽtias uicerit, laudatur ſin autem ſuccubuerit, condemnatur 839
Raritatem & nouitatem admirationem parere, & reuerentiam 145. & 398
Rationis dono à brutis homo differt 213
Rebus in aduerſis & ſecundis animi conſtantiam cõſeruare, æquè difficile 166
Rebus aduerſis excitari pleroſq;, ſecundis autem ſecordes ac negligentiores fieri 781
Rectus qui nominetur 70
Rectè facta etiam commemoranda eſſe, ſi ad gloriam Dei ſpectent 501
Reddere ſuum cuiq; nos oportet 479
Refugium unicum, Deum eſſe 126
Regeneratio quid ſit 384
Regeneratio ex aqua & ſpiritu cur fiat coniunctim 384
Regeneratum quid facere cõueniat 422
Regio uiuorum ubi ſit 138
Regibus docere, ſubditis doceri conuenit 949
Regnum cœlorum quid ſit 744
Regni definitio 97
Regni cœlorum promiſsio, ad quos pertineat propriè, ad quos contrà non 412
Regno cœlorum cur digni ſiamus 411
Regno cœlorum digni qui ſint 482
Regnum cœlorum quibus continget, & quibus non 513
Regulam ueritatis his qui mente peruerſi ſunt, non conuenire 309
Religioſæ mentis quod ſit præcipuum officium 978
Remiſsionem poſt baptiſma quoq; reſtare 262
Renunciare ſibijpſi, quid ſit 523. & 524
Renum cordiſq; nominibus, quid intelligat Pſalmus 806
Reprehenſio Gregorij Theologi 677
Reprehenſionem & increpationem tanquam medicamentum eſſe tolerandã 506
Reprehẽdere ſi quos uolumus, prius laudandi erunt 836

Reptilium natura quæ ſit 35
Repulſæ comes eſt indiuiduus, pudor et confuſio 824
Res nominibus fortiores eſſe 345
Res externas fœlicitatem non impedire 733
Reſipiſcentiæ locum poſt diſceſſum ex uita non relinqui 777
Reſpondere debemus citra ambitionem 656
Reus non auditus, temerè condemnari nō debet 488
Rhamnus quid ſit 847
Riſus immodicus, eſt intemperantiæ ſignum 529
Riſus uaria ſignificata ī Scriptura S. ibi.
Roſa initiò ſine ſpina fuit 24
Roſæ cur in ſpinis creſcant. ibid.
Roſam qui decerpere uolūt, ſpinis ī quibus flos enaſcitur, nō indignari 747
Ructus ſpiritualis 114

S

SAbellius temporalibus interuallis, à patre filium, à filio Spiritum S. diſparauit 396
Sabellij doctrina recitatur 365
Sabelliani putant omnia mēte ſua ſe cōprehendiſſe 368
Sabelliana hæreſis refutatur 691
Sabelliſmum eſſe Iudaiſmum. ibidem.
Sacra prophanari non oportet 478
Sacræ literæ quomodo ſint utiliter legendæ 234
Sacræ quæ tradunt literæ, illa negligere non oportet 472
Sacræ Scripturæ dictionem minus ornatam & puram eſſe 746
Sacras lecturus uel auditurꝰ literas, quomodo debeat affectus eſſe 1
Sacras literas, medicæ animarum officinæ, defungi officio 63
Sacras literas ſuperuacaneum nihil continere 426
Sacerdotem lapſum ad pœnitentiam uocat erudito admodum ſermone & affectibus pleno Baſilius 759
Sacerdotes quib. rebus ornati eſſe debeāt 963
Sacerdotio fungi quibus liceat, quibus cōtrà non 425
Sacrificia Deus quæ requirat 837
Sacrificia non omnia fuiſſe à Deo præcepta, quæ pij offerebant 949
Sacrilegus eſt, qui ſeipſum Deo dicauit, deinde reſilijt ad aliam uitam 527
Sagittæ ſpirituales quæ ſint 108
Sal pruritus corpori inducit 271
Salutem ſibi ipſi præſcribere, cur debeat nullus 440 (776
Salutē quomodo nos conſequi oporteat
Salute quòd multi priuantur, ipſi ſunt in cauſa 952
Salute quos ornet Deus 955
Salutare quid ſit 133
Saluari non quemuis, ſed reliquias tantum, ſecundum electionem gratiæ 96
Saluemur quomodo 380
Sancti uiri eſt, tranſire uitam hanc, & ad aliam feſtinare 72
Sancti quàm fuerint patientes 625
Sancti ne minimum quidem præceptum temerè neglexerunt 645
Sancti nomē & incorruptibilis, et recti, & boni nunquam cōmune factū cum alijs dijs 715
Sancti poſt adhortationem conſiliumq; orationem adijciunt 958
Sancti quando gratiarum actionem adornant, quid in more poſitum habeant 982
Sancti montes qui ſint 895
Sanctorū uitæ cur recenſendæ ſint 225
Sanctorum mortes lacrymis ornabantur 223
Sanctorum obitus nunc lacrymis amplius non proſequimur. ibid.
Sanctorum conuerſationis qui fient participes, qui non 514
Sanctorum uitæ cur ſint conſiderādæ, & cognoſcendæ 656
Sanctorum nota quæ ſit 776
Sanctorum preces Dominū anteuertere 849
Sanctos deficere ſæpius 784
Sanctos ex animo malū deteſtari 953
Sanctificatio quid ſit 570
Sanctificationem naturalem in perſonis tribus conſiderari 340
Sanctificationem non fieri abſq; ſpiritu 386
Sanctificari nihil niſi per ſpiritus præſentiam 54
Sanitatis definitio 47
Sanitatis ſpem in medicis habere, beſtiale eſt 551
Sanitatis matrem uocant inopiam medici. ibid.
Sapientia quid ſit 198
Sapiētia externa refutari ueritatē 740
Sapiens deliberat, artifex conſiderat 50
Sapientum Greciæ uanitas de natura 1
Sapientes eſſe duplices 204
Scandalum quod exhibet, oportet excindi 482
Scandalū quid & quottuplex ſit, et quæcunq; de Scandalo dici poſſunt alia 434
Scandalum quid ſit 479. & 572
Scandala ſunt ubiq; uitanda 48
Scandala & offenſiones uitare poſſe, Spiritus S. in nobis opus eſſe 405
Scientia omnis eſt de genere bonorum 987 (988
Scientias cur pleriq; proſequantur odio
Scortationem eſſe multiplicem 447
Scriba Spiritus S. appellatur 114
Scribæ uelocis ac expediti appellatione, quid denotetur 826
Scribentis officium 755
Scribentis diligentia id quod dicitur, corrigitur 754
Scriptura cur plurib. nominibus ac uerbis utatur 162
Scriptura quæ non determinauit ſecundum præceptum, à quolibet ſecūdum melius ſunt interpretanda 499
Scriptura diuinitus inſpirata cōſtituatur arbiter in fidei dogmatib. dubijs 714
Scripturæ teſtimonio deſtitutus affirmare nihil debet 478
Scripturæ præfectum quid in omni negocio meminiſſe neceſſariò decet 580
Scripturam ſequi debemus, nō quòd nos uolumus 264
Scripturam tanquam pharmacopolion eſſe quoddam 656
Scripturam ſacram ſuijpſius interpretē eſſe 827
Scripturam ſanctam uerba ſua ad captū humanum accommodare 951
Scripturarū uſus quæ non recepit, neq; conſuetudo communis, id tentare audere, dementiæ eſſe 324
Scripturarū meditationē ad officij decētis inuētionē, uiam eſſe maximā 656
Scripturis abuti mirificè diabolum 300
Scrutatio quid ſit propriè 70
Seculum in Scriptura hominis ſæpe uitā denotare 872
Secula omnia infra generationē Chriſti intelligi 329
Seculares Epiſcoporum diſsidia probant (703
1001
Sebaſteni hæretici calliditas exprimitur
Securitas ueritati præferri non debet 392
Sedere à dextris, quid ſignificet in Scriptura 375
Segniciei prætextus peccati prætextus eſt 573
Segnicies efficit, ut in ſorte peccatorum ſimus 433
Semen Chriſti qui ſint 796
Seminis rationem radicum propagines habere 24
Seminare agros qui dicantur 929
Senarius numerus eſt mundi creationi cognatus 58
Senes cur iunioribus rectè conſulere poſſunt 251

Senectus

Senectus non annorum numero, ſed moribus ac diſciplina cenſetur 991
Senectutis ac iuuentutis accidentia in ipſis plantis reperiri 25
Senectutem ad prudentiã intelligentiãq; non omnino fide dignam eſſe 738
Senſus animæ feneſtræ ſunt 274
Senſum omni ratione ad experimentum euidentiorem eſſe 207
Sententias in ſpecie pugnantes quomodo conciliare debeamus 426
Separationem fratrum magnũ attuliſſe dolorem Baſilio 717
Septenarius numerus eſt ſterilis 58
Septenarij numeri myſterium nouit Petrus 59
Septenarium numerum magnarum rerũ ſignificationem habere. ibid.
Sermo de iudicio Dei conſeruat in pietate in Deum uerè credentes 69
Sermo uitæ ſignum eſt 754
Sermonis uſum cur Deus nobis conceſſerit 50
Sermones ſunt animarum imagines 672
Sermones alatam habent naturam 754
Serpentis ingenium qui referant 847
Seruari ac liberari, quid differant 68
Seruire Domino qui poßint, qui non 409
Seruitus Dei quæ commoda nobis adferat 852
Seruum Dei eſſe, dignitas eſt omnium maxima 99
Seruum eſſe natura neminem 391
Seruos Dei duplices eſſe 950
Seruos Dei omnes in uniuerſum eſſe. ib.
Sicenia quid ſit 850
Sicima ciuitas 930
Signum à Deo datum ſi quis pro re communi & ab omni natura confeſſa reputat, peccat 249
Signa duplicia in Scriptura reperiri 895
Silentio in Scriptura prætèrita non debent curioſius ueſtigari 251
Similitudo ad Deum uitæ perpetuitatem nobis largitur 447
Similitudinem non iuxta ſpeciei identitatem, ſed iuxta ipſam eſſentiam conſiderari 319
Similitudines tres imaginem Dei ſubſtantialem aliquomodo delineantes 328
Similitudines aliquo modo Trinitatis myſterium declarantes ponuntur 389
Simplex quid ſit 314
Simpliciæ hæreticæ reſponſio Baſilij ſatis acris 722
Simulacrorum columnas malitiæ plurimæ typos habere 966
Sinum paternum ſedem eſſe dignam filio Dei 375
Sion cur in tanta ueneratione ſit habitus 884
Sion de uniuerſa quoq; creatura intelligi 772
Sobrium eſſe ſemper oportet 472
Societas ad malum eſt omnibus interdicta 433
Societas uitæ quæ'nam perfectißima ſit 637
Societas duorum trium'ue fratrũ in uno eodemq; cœnobio ferri nõ debet 645
Societas ſuſpiriorum lugentibus adfert ſolatium 764
Societatis deſertorẽ non facilè recipiendum 647
Societatẽ ingreſſus nihil habere proprij debet 648
Socratis fortitudo laudatur 733
Sol ex alijs ad alia loca quare meare ſolet 16
Sol magnam ſæpe regionem breuißimo temporis momento humore penitus priuat. ibid.
Sol eſt uelut oculus naturæ decorãs creationem 28
Sol quomodo diei poteſtatem habeat 32
Sol iuſticiæ quibus ſuum largiatur ſplendorem 100
Sol iuſticiæ quare ſit appellatus Saluator 949
Solis magnitudinẽ ex uarijs indicijs colligi poſſe 33
Solis eſſentia ſenſibilis quæ ſit, dicere poſſe neminem, & alia multa 368
Solem eſſe cauſſam eorum quæ ex terra naſcuntur, error eſt turpißimus 22
Solare corpus primogenitæ lucis uehiculum eſſe 28
Solitariæ uitæ utilitas, & contrà ſodaliũ conuerſationis pernicies exponitur 757
Solus multipliciter dicitur 740
Somniũ haud omne prophetiã eſſe 692
Sophiſtæ opus eſſe, ſcribere 720
Sophiſtæ proprium quod ſit 746
Sortium caſus abſurdi ſunt 41
Spectacula ꝓponere turpia, eſt ſeipſum ſpectandum proponere 736
Speculationes cum uocibus non diſſolui 311
Speculationem eſſe regnum cœlorum 744
Speculationem tantum circa hominem conſiſtere. ibid.
Sperantes in Dominum in delicto, non examinabuntur 107
Speraui in te Deus, qui dicere non queãt 67
Sperare in miſericordiã Dei, quid ſit 97
Spes piorum quæ ſit potißima 98
Spes miſericordiæ quãdo bona ſit 135
Spes eſt, quæ gaudium animæ cohabitatorem uirtuoſi efficit 157
Spes eſt etiam poſt peccatum admiſſum 264
Spes uigilantium ſomnia eſſe 663
Spei de Deo conceptæ uim eſſe maximã 383
Spei in Dominum, quod ſit emolumentũ 813
Spem in aliorũ factis collocare nõ oportet 473
Spem in homine ponere, quid ſit 545
Spem abſolutam conſequi nos oportere, ſi multa Dei miſericordia potiri ſatagimus 807
Spem in Dominum Deum immotam eſſe 958
Species à pulchritudine quomodo differat 115
Speciosus formà cur Deus appelletur. ibid.
Spinarũ nomine quid ſignificetur 847
Spiritus S. ab opificiali actione non abfuit 10
Spiritus Chriſti, cur Spiritus S. dicatur 389
Spiritus per quæ ſtudia quis euadit 419
Spiritu quomodo ſit aliquis regeneratus. ibid.
Spiritus & literæ differẽtia quæ ſit 418
Spiritus eſt natura uelox, & potẽs ignis operatio 919
Spiritus natura ac potẽtia quomodo fiat manifeſtior & euidentior 261
Spiritus aerij profuſione cœlos non ornari 355
Spiritus appellationem ex ſimilitudine eſſe 357
Spiritus S. ſæpißimè fieri in Scripturis ſacris mentionem, quotq; fiat id in locis 364
Spiritus libertatem non penitus inſeruire, inepto ſcriptorũ externorum decoro, uerùm prout neceßitas requirit, ita locutiones uariare 372
Spiritus S operationes in piorum cordibus, ſtudioſè recenſentur 379
Spiritus S. ad animam conſortium quale ſit. ibid.
Spiritus S. beneficia recitantur 384
Spiritus S. donis qui digni ſint, qui non 393
Spiritus S. eminentia naturæ unde notã ſit. ibid.
Spiritus glorificatio quæ ſit 394
Spiritus S. donum eſſe uitæ. ibid.
Spiritus S operationes egregijs ſanè ſimilitudinibus illuſtrantur 396
Spiritus S. auxilio opus eſſe, qui malis ualedicere, bonumq; facere uelit 405

Spiritus

Spiritus noui nomine in 50. Pſalmo quid denotetur 839
Spiritum S. Dei flumen appellari in Scriptura 121
Spiritum debellat qui carni opitulatur 145
Spiritū S. cur inſufflauerit Chriſtus 221
Spiritum S. creaturam & opificium appellauit Eunomius 337
Spiritum S. eſſe filio impedimentum, ad patrem comparationis, pronunciauit Eunomius 338
Spiritum S. à Deo patre tollit Eunomius. ibid.
Spiritum S. non eſſe tertium natura. ibid.
Spiritum S. fontem eſſe ſanctificationis 340
Spiritum S. Deum non eſſe natura, ſcripſit Eunomius 341
Spiritum S. eiuſdem cum patre deitatis eſſe, unde colligi queat 351
Spiritum S. nec uerti neq; mutari poſſe. ibid.
Spiritum S. non eſſe creaturam, unde colligi poßit. ibid.
Spiritum in Deo nō diffundi, nec in aëre diſſolui, ſed potentiam in eſſentia in ſubſtantia exiſtentem eſſe 352
Spiritum S. creaturam non eſſe, multis et euidentibus argumentis probat Baſilius. ibid.
Spiritū S. eſſe creatorem, probatur. ibid.
Spiritum S. eſſe Deum, quomodo poßit euinci 353
Spiritum S. non eſſe Dei poſſeßionē 354
Spiritum S. omnium eorum, quæ per filiū à Deo facta ſunt, eſſe perfectorē 355
Spiritum S. diuinam eſſe naturam, probatur. ibid.
Spiritum S. ſanctitatis Dei charecterem eſſe, fontemq; ſanctificationis. ibid.
Spiritum S. per 7 operationes cognoſci 357
Spiritum S. qui non honoret, eum nec filium & Deum patrem honorare 368
Spiritum S. patri & filio non adiungendum eſſe, quare docuerint hæretici 379
Spiritum S. à patre & filio inſeparabilē eſſe 385
Spiritū S. multipliciter ineſſe rebus creatis 327
Spiritum S. in Scripturis appellari Dominum, manifeſtè probat 392
Spiritum S. à patre & filio inſeparabilē eſſe in adoratione 397
Spiritum S. Chriſto conregnare, probatur 400
Spiritum quid appellet Apoſtolus 418
Spiritum S. deitatis notione non comprehendi clamitabant hæretici 715
Spiritualis qui appelletur 396
Spiritualis conuentus quid ſit 764
Spiritualia præferentibus Dominus benedicit 12
Spiritualium conuentū non eſſe unquā, ſed mare uentis agitatum & turbatū 757
Splendor patris cur Dei filius appelletur 318
Sponſus noſter nullum habere miniſtrū carnalem comperitur, ſed omnes ſpiritu uiuentes 285
Sponſa ſponſo correſpondere debet 280
Spōſa Chriſti pro dote quid adferat 917
Stacte quid ſit 117
Stantes cur precari debeamus 399
Stellam à Magis conſpectam, neq; fixam, neq; erroneam fuiſſe 250
Stoici dictum elegans 717
Stoicorum dogma de fœlicitate comprobatur 733
Subditi ut dictis audientes exiſtant, Dei eſſe donum 976
Sub numerationis uocabulo quid intelligatur 386
Subſtantia filij Dei antiquiora requirentes, uanos eſſe 329
Subſtantiæ character cur dicatur Chriſtus 318
Subſtantiam ſingularum rerum inquirere, inutile eſt 4
Subſtantiarum proprietates in trinitate coloribus in iride comparantur 674
Summum omnium rerum appetibilium quod ſit 379
Superbia quàm ſit atrox uitium 237
Superbia inflammatorū corporū tumori comparatur. ibid.
Superbiæ remedium fortißimum 60
Superbiæ quæ ſeruiant 237
Superbus homo Dei miniſter eſſe non poteſt 537
Superborum natura quæ ſit 238
Supercilia uelut muri oculis ſunt 62
Supplicij genus quod ſit grauißimū 825
Supplicationes nō fuerunt Gregorij Magni tempore 690
Suſpiciones in peius augeri ſemper, neceſſe eſt 679
Suſpiciones ualde familiaritati & amicitiæ obeſſe 712
Suſpiciones falſas qui facilè concipiunt, eos Spiritu S. carere 713
Syderum prauitas ſi ex natura foret, opifex ipſe mali creator eſſet 31
Syllabarum obſeruationem nimis anxiā multos nobis errores peperiſſe 371

T

Tabernaculū Dei quid ſignificet 72
Tabernaculi exitus, eſt diſceſſus ex hac uita 79
Tabernaculi nomine qd intelligatur 821
Taciturnitas melior eſt garrulitate 662
Talia facientes cur Apoſtolus dixerit, & non, Hæc facientes 412
Taurorū nomine qui intelligantur 795
Tela mortis quæ ſint 71
Temperantia in ſenectute non eſt temperantia 210
Temperantiam eruditioni anteponendā eſſe, docuit Baſilius 748
Templum Dei quomodo efficiamur 65
Templum Hieroſolymitanum cur ſit reædificatum 964
Tempus quomodo definiuerit Eunomi' 318
Tempus omne commodum eſt ad ſtudiū eorum quæ Deo placent 473
Tempus rebus in omnibus obſeruandum 473
Tempus præſens ab indicatis nobis à Scriptura proprietatibus cognoſcere debemus 473
Temporis uarietas cur accidat 32
Temporis definitio uera 319
Temporis menſuras eſſe dies, horas, menſes & annos, non partes 319
Temporalibus eſſe rebus affixum debere neminem 241
Tenebræ num ſint antiquiores luce 9
Tenebræ lucis incurſus effugere 29
Tenebras ut quidam exponant 8
Tenebras ſuper abyſſum exiſtere neceſſariò 10
Tentationes quomodo ſint uincēdæ 757
Tentationum ſpecies duas eſſe 166
Tentationum cùm piorum, tum impiorū qui ſit finis 973
Tentandi non diſcendi gratia, pleraſque nunc aliquas proponere quæſtiones 370
Terminus principatus qui ſit 735
Terra inornata quid ſit 6
Terra ſecūdum genus, quomodo proferat ſemina 24
Terra uniuerſa cuniculis referta eſt 21
Terra noſtrûm omnium eſt mater 233
Terra uiuentium, cur æterna uita nuncupetur 801
Terra recta, de qua Dauid, quæ ſit 976
Terræ perfecta ſtructura quid ſit 6
Terræ proprium eſt, aridam eſſe 20
Terrā cur inuiſibilem Moyſes dixerit 7
Terreſtria animantia marinis præſtantiora 39
Teſtamentum uetus damnum ſæpe dat legentibus 756
Teſtamentum uetus ſæpe lædit eos quorum mens infirma eſt. ibid.

Teſtamentū

Teſtamenta non ſimpliciter, ſed cum conditione facta eſſe 963
Teſtibus priuatos ad coitum acrius ſtimulari 299
Teſtimonia Dei æternã hæreditatem eſſe 950
Teſtimonia Dei quare ſint diligenda 951
Teſtimonia cœlum & terrã nominat Dauid 952
Theologus nunc qui ſit 404
Theologi ad fratrem literæ 729
Theologorum exhortationes cur iam nihil proficiant 404
Theologia, non artes tractandæ 687
Theologiæ doctrina ubiq; ad hiſtoriam myſtice inſperſa eſt 28
Theologiæ myſterium aſſenſum ex fide citra examinationem requirit 139
Theologica uox omnis minor eſt intelligentia ac dicentis cogitatione 657
Theologicas uoces non oſcitanter audiendas, & legendas eſſe, gradatione probat 370
Theophaniam natiuitatis Chriſti feſtum eſſe nuncupandum 251
Theſaurus in cœlo potius colligendus 483
Thronus Dei, dignitatis nomen 320
Throni Dei natura quæ, & qualis ſit 781
Timentes Deum glorificare, malos autẽ nullius putare precij iubemur 74
Timentibus Dominum ſufficit per pauca contingens commonefactio 604
Timere Chriſtianum non debere, ſed in tentationibus in Deo ſpem collocare 493
Timor Dei ubi eſt, quid fiat 60
Timor Dei tantum pios moueat, aliud nihil 95
Timor diuin⁹ ubi fuerit, iſtic affectus prauos locum non habere 102
Timor ſalutaris qui ſit 103
Timor non omnis bonus eſt & ſalutaris. ibidem.
Timor Dei ad quid bonus ſit 135
Timores rectè ſentientibus boni & ſalutares ſunt 729
Tolerans qui uerè ſit 231
Tonitru quomodo fiat 81
Topaſius quid ſit 951
Torrentes iniquitatis qui ſint 789
Traditiones patrum quæ ſint ſeruandæ 376
Traditiones etiam non ſcriptas recipere, Apoſtolicum eſſe 401
Traditionis uim multos induxiſſe, ut etiã ſuis dogmatibus contradicerent 402
Traditiones humanas ſequi non oportet 472
Tranquilitatis doctorem Echinum eſſe 38
Tranquillitate qui fruantur 627
Tranſgreßiones aliorum deplorat Dauid 951
Tres in diuinitate perſonas eſſe, quomodo probari poßit ex ueteri inſtrumento 362
Tres Deos minimè Chriſtianos colere 714. & 765
Tribulatio quò nos ducat 132
Tribulationes uelut alimenta quædam athletica ſunt exercitamentaq; uerè pijs 99
Trinitas ſuper creaturam eſt 221
Trinitatem non ſuſcipere ſeparationem 356
Trinitatem ſemper immutabilem eſſe 361
Triſtia lætis cur præcedant 89
Triſtia lætioribus præponere conſueuit Scriptura. ibid.
Triſtitiæ in mollioribus hominum moribus proueniunt 158
Tubarũ nomine, qui intelligantur 831
Tubæ nomine pro clamore Scriptura ſæpius utitur 912
Tubis cur ſint uſi Iudæi 887
Turpia nonnunquam proferri, non ut fiant, ſed ut uitentur: quæ uitari non poſſent, ſi nota non forent 301
Turtur coniuge priuata, non amplius alteri adhærere uolẽs, quid nos moneat 42
Typus quid ſit 382
Typi ueteris Teſtamenti explicantur. ibidem.
Typi ueteris inſtrumenti, quando ſint ad ueritatem tranſlati 393
Tyrannus à rege quomodo differat 198

V

VAlentini dogma 693
Valentis cum Baſilio colloquium 999
Vaniloquentia quæ ſit 5.6
Vanum quid appellemus 774
Vbiq; eſſe, ſoli Deo competere 393
Vehiculum eſſe corpus, aurigam autem animam 290
Velamen cum Moyſe qui deponant 393
Velo contectum cor qui habeant. ibid.
Venenata quoque ſæpius utilia exiſtunt 24
Ventris cuſtodia eſt affectuum caſtigatio 628
Ventris nomine quid intelligat Dauid 804
Ver quando fiat 32
Veratrum coturnicũ alimentum eſt 24
Verbũ aliquod eſſe in Scriptura ocioſum dicere, ingentem eſſe blaſphemiam 54
Verbum corporea debilitate non impletum 248
Verbum eſſe uiuẽs in quo facti ſint cœli 355
Verbum Dei uiuens & efficax eſſe 356
Verbum Dei omnium eſſe ſubſtantiarum principium 357
Verbum nouiſſe patres & adoraſſe 362
Verbum Dei omnibus eſſe annunciandũ, quæcunq; impediant pericula 500
Verbum Domini non eſſe docendum arrogãtiæ, aut propriæ utilitatis cauſa, ſed ſolius Dei gloriæ 502
Verbum Dei aduerſus aliquos non eſſe contentionis, aut inuidiæ cauſa docendum 503
Verbum Dei iis eſſe ſuſcipiendum qui ad uitã æternã peruenire uolunt 506
Verbi cœleſtis bonitas quibus cognita ſit 102
Verbi duplex eſt ſignificatio 229
Verbi Dei meditationẽ ſolidam eſſe oblectationem 854
Verbo Dei potius, quàm proprijs ſpeculationibus aſſentiendum eſt 470
Verbo Dei humanis prærogatiuis nil eſſe detrahendum 503
Verba non ſunt moleſta, ſed eius qui nobis conuiciatus eſt ſuperbia 187
Verba & ſermo quomodo differant 77
Verborum artificio, unigeniti naturam, ad cõtrariũ paternæ naturæ abduxit Eunomius 334
Verborum nouatorem ſe non eſſe, ut aduerſarij clamitabant, oſtendit Baſilius 403
Verborum Dei ſinceritatem in omni negocio eſſe ſeruandam 505
Veritas uerborum fuco contegi non debet 259
Veritas ex collatione defenſoris & accuſatoris elici ſolet 705
Veritatis duo ſunt ſignificata 73
Veritatis ſermo difficilis eſt captu 150
Veritatis encomion 259
Veritatis damnum ſi quis eſt perpeſſus, nullum hoc maius eſſe malum 705
Veritatis ſpecies non ſecus atq; colorum, uarias eſſe 784
Veritatem tranſgreſſa ſemel oratio, ad multas poſt abſurditates defertur 325
Veritatem imitari hi qui doctrinã in malicia adulterant 696
Vermis nomine quid in pſalmis intelligatur 795
Veſpera quid ſit 11
Veſpertini ſacrificij, & nõ matutini, cur Dauid mentionem fecerit 973

Vetera

Vetera dogmata quodammodo perſuaſiſſima eſſe 401
Via ducens ad uirtutem, gradibus aſſimilatur 954
Viæ Dei quæ nam ſint 960 (949
Vias duas ſimul capeſſere poſſe neminē
Viatores obliuioſi quid ſæpe faciāt 40
Vicinos naſo ſuſpendentes quid maneat 811
Victus & amictus cura, curam animæ ſuperare non debet 484
Videre Deum abſq; ſpiritu, non contingere 386
Vim afferre regno cœlorū, quid ſit 445
Vinci honeſtè, quàm malè uincere, ſatius eſt 723
Vindicare ſeſe, cuiuſuis irati eſt: uerū irā quoq; uincere, id demum eſt Chriſtianum 679 (485
Vindicare ſeipſum quòd non conueniat
Vineam cur hominum animas Chriſtus appellarit 25
Vinum animæ damnum infert 213
Vinum in diuerſis corporū habitibus, diuerſos animorū affectus operatur. ibi.
Vinū in Scripturis ſuppliciū uocari 876
Vini uſus quæ ſit optima menſura 146
Vipera ad murenæ nuptias accurrēs, qd ſignificet 38
Virga ferrea in ſecundo pſalmo quid intelligatur 773
Virgo uerè quæ ſit 276 (277
Virgo Veſtalis à nupta quibus differat
Virgo multo pauciora quàm audit, loqui debet. ibid.
Virgo Veſtalis quomodo debeat eſſe affecta 278
Virgo caſtitatis imago, conſpecta ſolum, uidentium oculos ad diuinitatis cogitationem conuertere debet. ibid.
Virgo Veſtalis regina cœlorū futura eſt 280
Virgo & mentis, & motus, & formæ, & habitus, & ſola, & cū alijs, ſanam habere rationem debet 284
Virgo ne ſcandalum fratri præbeat, prouidere debet. ibidem.
Virgo etiamſi ſola domi deſideat, nudari non debet. ibidem.
Virgo ſpōſum immortalē præferre mortali debet 288
Virgo Veſtalis ſapiens ac prudēs eſſe debet 292
Virgo uitijs inquinata pantheræ pelli aſſimilatur 448
Virgo Veſtalis ſi fortè nupſiſſet alteri, p adultera habebatur: qui autē eam duxiſſet, pro adultero 762
Virginis animā nullius unquam hominis ſpeculum eſſe debere 292
Virgini à nuptialibus tractationibus abſtinendum eſt 277
Virgini, ſi quid in medium proferre uoluerit, & perſonæ, & utilitatis, & tēporis coniectura facienda eſt. ibid.
Virginem habere corpus, non autem animam, nihil omnino prodeſt 273
Virginem Deo placere, quid ſit 279
Virginem in nulla parte adulteram eſſe debere 280
Virginem ducens Veſtalem, adulterium committit 288
Virginem quandam elapſam, grauiter obiurgat, ac ſimul ad pœnitentem agēdam inuitat Baſil. 760
Virgines imprimis guſtui dominari debent 270
Virgines uim paſſæ, non conſentiente ad uoluptatem anima, puræ reputantur 293 (300
Virgines, etiam Eunuchos fugere debere
Virginitas Mariæ cur ſit electa 248
Virginitas corporis, ut animæ uirginitas incorrupta maneat, eſt eligenda 262
Virginitas nos Deo incorruptibili aſſimilat 267
Virginitas uitam noſtram ex corruptione ad incorruptibilitatē perducit 294
Virginitas corrupta nunquam recuperari poteſt 298
Virginitas olim quanto fuerit in precio 762
Virginitatis ſpiritū qui affecit contumelia, quantum peccet. ibid.
Virginitatis ueræ pulchritudo, quomodo & unde, & qualibus uirtutis coloribus exornetur 267
Virginitatis præceptū quare nullum dederit Chriſtus, nec alibi extat in Scritura 29
Virginitatem corporis cur pleræq; conſeruent 276
Virginitatem Domino profeſſæ, deinde à carnis uoluptatibus concitatæ, nuptiarum nomine, peccatum ſcortationis uelare uolunt 286
Virginitatem quomodo cōtingat acquirere 297
Virginitatem non in ſola corporis cuſtodia, uerùm in quouis etiam affectu uitioſo conſiſtere 447
Virib. quod deeſt, uerſutia obtinetur 36
Viribus præditos oneri alijs eſſe non debere 40
Virorum prudentiū quod proprium ſit 110
Viros qui cum fœminis libenter conuerſantur, meritò ſuſpectos haberi 301
Virtus ex uoluntate non ex neceſſitate fit 181
Virtus eſt, à malo declinatio, boni autem operatio 210
Virtus palmæ comparata 905
Virtutis & bonitatis comes eſt lætitia 627
Virtutis ſtudium duplex eſſe debet 629
Virtutis perfectio; per fidem deſcendens, tum auxilium ſupernum, tum ſtudiū humanum deſiderat 636
Virtutis nota quæ ſit propria 799
Virtutis facta non omnia, leges præcipere 949
Virtutis operatores quæ comitētur 952
Virtutis meta quæ ſit 966
Virtutis uiam ſemel ingreſſam, eandem tenere perpetuò ſi uelimus, diuina nobis ope eſſe opus 976
Virtuti cur opera danda ſit 835
Virtutē Baſilij oēs, p lege habuerunt 985
Virtutum theſaurophylacium eſt, humilitas 636
Virtutum multarum coadunationē, perfectæ uirtutis fragrātiā operari 964
Virtutibus ſeſe iactans maiorū, eſt ueluti torrens alieno ſe confluxu iactās 258
Virtutibus eſſe uitia cognata 285
Virtuoſus etiamſi adſit aliquid rerū aſperiorum, gaudio tenebras non obducet 157
Virtuoſum una non perficit actio 73
Viſus cum fallitur, incertū eſt iudiciū 33
Viſus noſter cum paruus ſit, parua quoq; uiſibilia putari facit. ibid.
Vita peccatorum qualis ſit 66
Vita iuſti uniuerſa in tribulationibus poſita eſt 100
Vita reuera eſt Chriſtus 103
Vita fugienda eſt cui ignomina coniuncta eſt 141
Vita noſtra duplex eſt 152
Vita hominum per multas mortes completur 138
Vita in paradiſo, ieiunij eſt imago 143
Vita hæc cū corpore, feſtinanti ad ſupernam conuerſationē, omni carcere grauior eſt 163
Vita nullū habet præfinitū tempus 210
Vita Chriſtiani, uia rectè dicitur 242
Vita beata ubi cernatur 290
Vita carnis affectibus mancipata, comparatur oculo 393
Vita defunctis rectè facere tempus non datur 466
Vita Chriſtiani ſcopum habet unū 532
Vita Chriſti, cunctis piè uolentibus uiuere, forma uirtutis atq; regula eſſe debet 630
Vita humana comparatione illius ſeculi in ſpe repoſiti, minimum eſt quippiam, &c. 686

Vita

Vita res eſt omnium precioſiſsima 714
Humana uita fumo comparatur 817
Vitæ beatioris deſiderium, cædis dolorẽ mortuum facit 223
Vitæ Chriſtiani hominis breuis deſcriptio 452
Vitæ cœnobitarum quæ ſumma ſit 638
Vitæ curæ nos deorſum cum pecoribus trahunt 751
Vitæ humanæ calamitas deploratur 817
Vitam hanc aquã & mare, nominat Scriptura 205
Vitam agere impiam inter pios, magis damnat 473
Vitam agere cũ pluribus, cur melius eſt 521
Vitam ſolitariam ſui complacentia, & alia multa mala ſequuntur 522
Vitam agens ſecũdum Deum: multos inſidiatores habent 632
Vitam cœnobitarum uehementer commendat Baſilius 637
Vitam noſtram mortis meditationẽ eſſe, Plato dixit 734
Vitam tranquillam ut cõſequi poſsimus 751
Vitam ſolitariam auſpicati ſunt permulti, uerùm pauci pro rei dignitate abſoluerunt 755
Vitam humanã quaſi palmis menſurari 817
Vitã Dauid ſimpliciter haud petijt à Domino 949
Vitantes uitia, ſed in cõtraria currentes, comparãtur arborũ plantatori 672
Vitis uel ipſa, uiſu diligenter conſpecta, ſufficit ut te de natura admoneat 25
Vitem cur ſe Chriſtus appellarit 311
Vitium quid ſit 47
Vitiũ efficere diabolum, per id quod uirtus eſſe creditur 300
Vitium eſt, defectus uirtutis 627
Vitio per oppoſitam uirtutem blandiuntur homines 134
Vitio in omni quid ſit obſeruãdum 567
Vitulus pro ſacerdotio mactatus in Moyſe, quid ſignificet 303
Vitulorum nomine qui debeant intelligi 795
Vlciſci iniurias Chriſtiano nõ licere 486
Vmbræ tria ſunt accidentia 9
Vnicornis deſcriptio 83
Vnigenitum nõ generationis eſſe, ſed ob id quòd incomparabilis eſt 342
Vnitas à diuina cognoſcitur natura 360
Vnitas cordis & uoluntatis, qua in re cõſiſtat 450
Vnitos eſſe mutuo, ueteris patrum charitatis reliquiæ ſunt 764
Vnum pro æquali & eodem, iuxtà potẽtiã intelligi Iohã. 10. declarat Baſilius 320
Vnum in rebus incorporeis, aut operatione, aut uoluntate, aut eſſentia dici 344
Vnum rerum omnium principiũ exiſtere 385
Vnum numero unũ nõ eſſe natura 740
Vocabula quædã Chriſti naturam, quædam operationis uarietatem ſignificare 376
Vocatus ad Euangelij prædicationem ilico uocationi acquieſcere debet 498
Vocatorum tria ſunt hominum genera 124
Vocationem ad miniſteriũ eccleſiæ non affectare, ſed expectare patienter decet 498
Vocis Ex quo, uariã eſſe ſignificationẽ in ſacris literis, oſtenditur 372
Vocẽ & uerbũ in Deo, quomodo Theologi accipiant 10
Vocem unã eandemq́;, uariè in Scriptura accipi 360
Vocem nullam in literis ſacris, citra inueſtigationem relinqui oportere 370
Voces Ex quo, Per quem, & In quo, uni eidemq́; ſubiecto commodè attribui poſſe, probat Baſilius 372
Voces Ex quo, Per quẽ, & In quo, perſonarum ſubſtantias diſtinguere, & non naturarum diuerſitatem. ibid.
Vocũ uſus in Theologia permutari 373
Vocibus peregrinis offendiſſe quoſdam Baſilium 370
Voluptas hamus eſt diaboli 209
Voluptas quid ſit 530
Voluptas unum quidem nomẽ eſt, ſed res diuerſæ 756
Voluptatis multiplicitatem, tum pugnã aduerſus hãc Græci quomodo depinxerint 302
Voluptatis carnalis ſeruitus fiduciã adimit 840
Volatilium genera recitantur 41
Volatilibus generationem cur ex aquis dederit Deus 40
Volucrum proprietates uarias eſſe 41
Voluntas ubi eſt parata, nihil eſt quod impediat 210
Voluntati Dei opponitur auerſio 91
Voluntatem Dei facientem impedire nõ debemus 474
Voluntatem ſequi propriam, à pijs alienum eſt. ibid.
Votorũ nomine promiſſa nũcupari 852
Vox Domini quid ſit 81
Vox Per quem, quot modis accipiatur 376
Vox Cũ quo, propria eſt glorificantiũ, altera uerò Per quẽ, propria gratias agentium. ibid.
Vrbis conuerſatio, infinitorum malorũ eſt occaſio 655
Vrbes extruere principib. magis decorũ eſt, quàm languidas ſubuertere 726
Vſura quid ſit 75
Vſura iam parit 78
Vſuram ſimpliciter literæ ſacræ probibent 75
Vſuram accipientis incommoda commemorat 77
Vſuram uocat auaritiam Dauid 870
Vſuræ grauis inſectatio ſeu execratio potius 75
Vtilitas imitationis Chriſti 384
Vtilitatem nullam in animis auditorum tot tamq́; feriæ conciones attuliſſe, cõqueritur Baſil. 212
Vtilia tantum ex Ethnicorum ſcriptis depromenda 255
Vtres noui & ueteres in Euangelio, qui dicantur 95
Vtres in quem ſint finẽ excogitati 880
Vulgus iudicio caret 41
Vulnera paria paribus opus habẽt pharmacis 838
Vultus Domini quare dicatur 105
Vultures prænũciant hominũ mortẽ 43
Vultures parere citra coitum. ibid.
Vxoris & uirginis curæ diuerſæ 279

Z

Zenonis patientia 752
Zizania in Euangelio quid ſignificent 24
Zorobabel typus & umbra Chriſti fuit 852

FINIS.

BASILEAE, PER AMBROSIVM ET AVRELIVM, FROBENIOS FRATRES, ANNO M. D. LXVI.

FRO BEN

C18954121

E 12
C C

D. Basilii Magni


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm